Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIORVM

DE VERBI DEI CORRVPTELIS,

Tomi duo.

PRIOR DE VENERANDO CHRISTI DOMINI PRAECVRSORE IOANNE BAPTISTA,

POSTERIOR DE SACROSANCTA VIRGINE MARIA DEIPARA DISSERIT, ET VTRIVSque personæ historiam omnem aduersus Centuriatores Magdeburgicos aliósque Catholicæ Ecclesiæ hostes disertè vindicat.

POSTREMA ET PLENIOR VTRIVSQVE OPERIS, IN VNVM VOLVMEN NVNC PRIMVM REDACTI EDITIO, *D.* PETRO CANISIO *Societatis* IESV *Theologo, tùm Authore, tùm Recognitore.*

ACCESSIT INDEX COPIOSVS, PARTIM LOCORVM scripturę sacræ, quæ passim tractantur, partim rerum præcipuarum, quæ in vtroque Tomo continentur.



FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

PARISIIS,

Apud Nicolaum Niuellium via Iacobæa, ad insigne Columnarum.

M. D. LXXXIIII.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

BIBL. PP. SOC. IESV OVETENSIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMA PRIVILEGII.

ODDO PIGENATIVS Prouincialis Collegiorum societatis Iesu in Prouincia Franciæ, iuxta Priuilegium eidem societati à Rege Christianissimo HENRICO III. 10 die Mensis Maij, anni 1583. concessum (quo Bibliopolis omnibus vetatur ne libros ab eiusdem Soc. hominibus compositos, absque illorum permissione imprimant) permittit Nicolao Niuellio Bibliopolæ Parisiensi, vt *Petri Canisij* opus, cui titulus est, *Commentariorum de Verbi Dei Corruptelis aduersus Centuriatores Magdeburgicos*: ad octo proximos annos imprimere, ac libere diuendere possit. Datum Parisijs 2. Augusti. 1584.

ODDO PIGENATIVS.

AD CHRISTIANVM BENEVOLVM-QVE LECTOREM.

QVVM Typographo visum esset operæprecium, opus anteà bipartitum in vnum conflari, & quę nos de sanctissimis hominibus IOANNE & MARIA conscripseramus, eodem volumine copulari, non illi valde repugnandum censui. Atque hac occasione dum priora scripta relego, quædam in illis mutaui, correxi & auxi, non modò meum, sed aliorum etiam iudicium sequens. Hoc enim consilium vel doctissimis placere, multúmque familiare esse scio, vt qui suos fœtus, vt ita loquar, non simul edunt & lambunt, sed paulatim educãt ac prouehunt. Quare bonam in spem venio fore, vt candidi rerum æstimatores nouam hanc & pleniorem editionem boni consulant, nostrúmque conatum cum publica vtilitate coniunctum sibi habeant commendatum. In CHRISTO IESV vale Lector Friburgi Neutoniæ 1583.

SERENISSIMO ET ILLVSTRIS. Principi ac Domino D. Ferdinando

AVSTRIÆ ARCHIDVCI, SVÆVIÆ PRNCIPI, BVRGAVIÆ MARCHIONI, TYROLIS ET HABSPVRGI Comiti, &c. Patrono amplissimo benignissimóque PETRVS CANISIVS Theologus S.P.D.

VEmadmodum in rebus humanis nihil est, FERDINANDE Princeps Illustrissime, verbo Dei secundùm Catholicę fidei regulã atque interpretationem intellecto, & ad veræ pietatis studium accõmodato præstantius, bonorúmque animis iucundius, & magis ecclesiæ salutare: ex hoc enim diuino semine in hominum animis insperso lætissima virtutum omnium seges exoritur, & fructus vberrimi sanè proferũtur: ita vicissim nihil ferè cõperias, quod eodem verbo Dei perperã accepto, & ad impuros animi motus explendos detorto pernicioſius, ad sanctissimæque religionis disciplinam labefactandam ac dissoluendam opportunius, ad tetras denique impiarum opinionum pestes in Remp. christianam importandas vehementius esse possit. Ego verò cùm ipse mecum diligentiùs cogitarem, quanta esset his præsertim temporibus multorum in sacris literis peruersè tractandis atque corrumpendis vel licentia, vel insania, & quanti hinc malorum fluctus ac tempestates Christianum orbem obruerent, totãque Christi Ecclesiam ex omni parte concussam exagitarent, operæ precium me facturum putaui, si omne meum studium eò potissimum conferrem, vt multiplices verbi Dei corruptelas, quæ hac ætate nostra quàm latissimè patent, inuestigarem, & quantum quidem per occupationes liceret, literis consignatas in lucem aspectúmque proferrem.

Quam ad rem in primis me permouerunt vt noui, sic petulantes, planè scriptores ij, qui ab historia illa sua Ecclesiastica per centurias edita id nominis, vt Centuriatores dicerentur, vulgò sunt consecuti. Etenim in horum voluminibus, quæ illi sanè multa & ingentia conscripserunt, non pauca videre licet, quæ ob insignes locorum noui Testamenti & historiæ Euangelicæ deprauationes, partim iustam indignationem, partim verò commiserationem pijs omnibus non mediocrem meritò adferant. Quis enim de christiana Repub. benè sentiens, æquo animo ferre possit, audacissimos homines Dei verbum sic interpretari, vt omni antiquitate contemta, & communi doctorum iudicio sæpè repudiato, veritatem Euangelicam, qua nihil nobis antiquius esse debebat, ad Sectas nouas contra veteris Ecclesiæ doctrinam corroborandas, & ad praua dogmatum instituta confirmanda, omni abiecto pudore rapiant, malitioseque conuertant? Quem autem non misereat, tàm multos, præsertim rudiores, ex istorum authorũ impuris lacunis aquas minimè salutares haurire, & pro antidoto exitiale venenum bibere: neque solum horas bonas in huiusmodi Centuriis malis euoluendis perdere, verum etiam Christianæ pietatis & fidei magnum facere detrimentum?

Iam verò, quoniam Centuriarum libri syluam & materiam confutandi amplissimam

Universidad de Deusto
Biblioteca

continent, & ex iis infinitæ propemodum corruptelæ possunt proferri, satis nobis in præsentia videbatur fore, si ad maxime honoratas Euangelij personas nos conuerteremus, easque diuina ope confisi vindicandas nobis proponeremus. Inter has vero primum Ioanni Baptistæ locum tribuimus, de quo tàm multa & admiranda nobis Euangelij scriptores tradiderunt, quémque Christus ipse cæteris mortalibus illustri prædicatione longè anteposuit. Eius autem non solum eximiam vitæ innocentiam & sanctitatem ab istis maleuolè oppugnatam defendimus, sed & cætera quæ de illo in sacris literis perscripta, ab istis vero insigniter deprauata sunt, ex Patrum magis quàm nostra sententia, voluimus interpretari. Neque enim nos fugit, quàm præclarè dixerit, suóque exemplo Christianos omnes admonuerit Basilius vere Magnus, cum ad Antiochenam Ecclesiam ita scripsit: Πίστιν δὲ ἡμεῖς ἔτε παρ' ἄλλων γεγραμμένῳ ἡμῖν νεωτέραν προσδεχόμεθα, ἔτε αὐτοὶ τὰ τῆς ἡμετέρας διανοίας γεννήματα παραδιδόναι τολμῶμεν, ἵνα μὴ ἀνθρώπινα λογίζωνται τὰ θεοσεβείας ῥήματα, ἀλλ' ἅπερ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων δεδιδάγμεθα, ταῦτα τοῖς ἐρωτῶσιν ἡμᾶς διαγγέλλομεν. Hoc est: Nos vero fidem neque ab aliis scriptã, nobis nouitiã admittimus, neque ipsi mentis nostræ germina siue cogitationes tradere audemus, vt verba religionis humana commenta esse non existimentur: verũ quæ à sanctis Patribus edocti sumus, ea interrogantibus nos annunciamus.

Etsi verò cum primum huic operi manus admouerem, plane constitutum habebam, grauiores duntaxat Centuriatorum errores indicare: tamen in progressu non potui non mutare consilium, propterea quod eos re ipsa comperirem, pleraque adferre, quæ ipsis cum multis æque cæcutientibus essent communia, quæque ab aliis Sectarum magistris male accepta ipsi peius imitarentur. Quare huc etiam deducti sumus, vt ad scriptores alios nouos, qui Catholicam doctrinam multis modis oppugnant, & perinde ac Centuriatores, spreto Ecclesiæ iudicio, verbi Diuini & Euangelij nomine sibi tãtoperè blandiuntur, subinde digrederemur. Horum ego sententias inter se comparatas, sæpenumero diuersas, nonnunquam plane contrarias, de Ioanne autem nostro mira quædam & inaudita, sed & ridicula prorsus commenta & sensa effutientes, nec minùs historiam Euangelicam tot modis deprauantes inueni, vt eas quidem stultitias non potuerim non breuiter annotare, & adhibita quadam censura commonere Lectorem, ne malis istorum artibus & corruptelis Euangelicis sibi patiatur illudi. Quamobrem factus est hic liber aliquanto maior, quàm fore initio putabamus, propterea quod præter excerptas variis è scriptoribus nouis corruptelas, quæ prætereundæ non videbantur, argumenti propositi occasio huc nos inuitaret, quasique pertraheret, vt identidem loca è sacris literis cognata interfereremus, & his graues Nouatorum errores ac fœdas deprauationes aliqua ex parte coargueremus. Fateor equidem in hoc tàm lato argumenti genere, quod nescio an quisquam anteà scribendo sit persequutus, nonnulla contractiùs, alia copiosiùs à nobis explicata videri posse: sed quoniam de corruptelis verbi Dei, & non de Ioanne tantum nobis propositum erat scribere, haudquaquàm ab instituto nostro alienum putauimus, si rem variis è Scripturarum testimoniis auctiorem redderemus, & prout sese daret occasio, de corruptelis incidentibus iam breuius, iam fusius differeremus.

Tanto autẽ minus operæ huius nos pœnitet, quanto magis confidimus vsum inde & fructum aliquem consecuturũ, partim ad purum putum Dei verbum rectius accipiendũ & meliore fide tractandũ in ecclesia, partim ad Satanicas istorũ technas accuratius deuitandas & fortius debellãdas, qui pro diuinis eloquiis suas ipsorũ cogitationes meraque somnia passim venditant imperitis. Si enim antehac vnquã, nunc vel maximè videmus effectũ, q. Apostolus Paulus in hęc ipsa proculdubio tẽpora prospiciens, haud sine Prophetico spiritu, futurum ita prędixit: ERIT tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Nam vero fabulosum commentitium, ac friuolum

ac friuolum habendum est, quidquid vafri homines veterisque pietatis hostes ad corrumpendam Diuinæ veritatis synceritatem admiscent, quicquid pro suo priuato sensu ad communem Ecclesiæ sensum & consensum eludendum excogitant, quidquid nouorum falsorúmque dogmatum verbi Diuini prætextu & tegmine commendatum, iudici populo dictitant, scriptitant & inculcãt. Vt hinc meritò illis Orthodoxus opponat, quod olim Propheta dixit Regius: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Et illud: Tempus faciendi Domine: dissipauerũt legem tuam, quódque in eodem Psalmo idem ille canit: Respondebo exprobrantibus mihi verbum. Verùm quousque istorum progressa sit impietas, qui ex Dei verbo non suum modò, sed & (si liberè dicendum est) Satanæ verbum efficere non reformidant, sequens mox ad Lectorem præmonitio demonstrabit.

Ego verò has operis nostri primitias, qualescunque demùm illæ iudicabuntur, nulli sanè libentiùs, quàm tibi, Serenissime Princeps, offerendas dedicandásque putaui: téque etiam atque etiam rogo, vt me Catholicis, hoc est, legitimis armis cum coniuratis Catholicorum hostibus depugnante, non modò spectator intentus, sed fidus etiam patronus adesse non graueris. Tantum enim est nomen tuum, tantáque authoritas, vt quod patrocinio tuo commendatum est, aduersùs æmulorum latratus & insultus sese facilè tueatur. Nam ingenij tui vim ac præstantiam singularem, in administratione Reip. non obscurè cunctis ostendis, & animi heroica fortitudine res labentes erigis, & arduas pace bellóque moderaris, eo generis etiam & natalium splendore cohonestatus, vt præter te fratresque tuos, nobiliores & illustriores in Germania Principes nullos habeamus. Noti sunt aui, noti proaui tui ex Austriaca stirpe progeniti, quos partim Catholica religio, partim probata vitæ morúmque integritas, partim bellica virtus & singularis in imperando dexteritas in tantum culmen euexit, vt permagnam Europæ partem sibi subiecerint, & aliquot iam seculis sacrum Rom. Imperium summa cum laude gubernarint. His heroibus adiungi meretur, quem honoris gratia nomino, æquissimus laudatissimúsque Rex & Imperator D. FERDINANDVS, parens tuus, cuius morte velut communi parente orbata Germania luxit, ac meritò deplorauit. Ac fuit ille quidem felix, si hoc nomen mortalibus vere potest contingere, felix inquam, non à subiugatis hostibus, quos etiam tyranni ferocissimi sæpenumerò sibi subegerunt: non à reportatis amplis spoliis, quæ cupidissimos & rapacissimos homines delectare quidem possunt, explere autem & satiare nullo modo: sed à vera & Orthodoxa religione, quæ ad benè beatéque viuendum in primis pertinet, semper integrè conseruata, & ab ea prudẽtia, qua difficillimum ruentis Imperij statum mirificè sustentauit, & ob vitę synceritatem, quam & optimus Rex, & clarissimus Imperator ita perpetuò præstitit, vt non solùm apud vicinos, quibus maximę fuit venerationi, sed etiam apud exteros & immanes Turcas laudem & gloriam sibi maximam conciliarit.

Huius tu nomen auspicatissimè nobis refers, & virtutes partim æmularis strenuè, partim ad viuum quodammodò exprimis, si præsertim quotidianam in te sobrietatem, si clementiam singularem, & incensum auitę religionis studium consideremus. Quibus sanè rebus id consequeris, vt magni paruique te suspiciant, tantúmque tibi authoritatis deferant, quãtum boni omnes in summo Principe venerantur atque colunt. His accedit iudicij solertia, quam cùm in te sæpè aliàs tum verò maximè, quo tempore seremissimo Patri tuo tibique à sacris concionibus essem, facilè animaduerti. Adeò dexterè ac peritè inter casta & impura, inter Orthodoxa & adulterina dogmata potes discernere atque diiudicare. Nam & spiritualis vnctio, quę Catholicum pectus de omnibus creditu necessariis haud difficulter docet, abundè suppetit tibi, qui veteris religionis es tenacissimus custos. Unde nihil habes antiquius, quàm matri venerandę Ecclesię non solùm de Scripturis diuinis testanti, sed etiam genuinum earum sensum interpretanti fidem habere, eiúsque decretis & authoritati ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca

temperare. Siquidem ex Rege sapientissimo Salomone preclarè didicisti, ad filiorum Dei officium vel maximè pertinere, vt non modò Patris eterni disciplinam obseruent, verùm etiam Ecclesiæ matris legem non deserant, & idcircò à muliere aliena improbáque pellice, quæ typum hæreseos gerit, fucóque meretricio multis imponit, magnopere sibi caueant prospiciántque. Proinde nulla in parte Catholici dogmatis claudicas, sed quod optimi Principis proprium esse debet, integram veræ fidei & Ecclesiasticæ traditionis regulam inuiolatè custodis, maiorum sacra instituta sedulò defendis, à religionis nouandæ studio & consuetudine semper abhorres. Jampridem enim intelligis, quantum inter veterem & nouam fidem intersit, & quàm dispares fructus ab vtraque vt ita dicam, arbore colligantur. Tùm præclarè iudicas, tuis prouinciis, quæ Catholicum nomen profitentur hactenus, vt indecorum, ita & perniciosum fore, si cum suo Principe in Orthodoxa doctrina discrepent, & in varias de fide opiniones sententiásque distractæ, id quod libet, in sacris quoque sibi licere arbitrentur. Prætereo insignem grauitatem, & raram sapientiam, parémque in religione Catholica propugnanda constantiam illorum, quos multis tu populis gubernatores, consiliarios ac præsides lectissimos præfecisti. Taceo, quàm crebrò diligentérque cures, vt in viam redeant, mentémque saniorem suscipiant, quos nouandæ religionis insana libido velut ex curriculo recto detorsit, ac fermentum istud deprauatæ doctrinæ in morbum lethalem coniecit, vt nisi illi vi quadam in officio contineantur, neque suæ saluti, nec Reip. tranquillitati consulere, sed velut morbidæ oues vicinum etiam pecus contagione sua inficere, saniísque adhuc membris præsentem luem affricare posse videantur. Ac pluribus quidem ego virtutes tuas, ornatissime Princeps, possem commemorare, cùm plerique vnâ mecum vitæ tuæ rationes non solum Oeniponti, quod oppidum Tyrolensis ditionis tuæ caput est, verùm etiam in vrbe Pragensi, vbi cùm totius regni Boëmici potestate multis annis laudabiliter præfuisti, probè cognitas habeant & exploratas. Verùm ego, vt ipse nosti, ab adulandi vitio sum alienus, & præsens locus non permittit in tuis me laudibus prolixiorem esse, quæ alium profectò & eloquentiorem, & vacuum magis encomiasten requirunt. Quod superest, hanc exiguam nominis IESV Societatem, quam benevolè fuisti semper complexus, in tuam fidem reuerenter committo, simúlque à Deo Opt. Max. ex animo precor, tanti vt patroni studia pro religione & Reip. vtilitate suscepta, ad sui sancti nominis gloriam benè fortunet, eúmque nobis & Ecclesiæ Catholicæ sospitem diu conseruet. Oeniponti.

DE NOVIS VERBI DEI CORRVPTELIS ET SECTIS HOC SECVLO grassantibus, ad Lectorem fida præmonitio.

SVMMAS & amplissimas Deo Opt. Max. gratias ab omnibus vbique mortalibus agi par est, Christiane Lector, cùm ob alia multa, tùm ob insigne & ineffabile illud beneficium, quo verbum suum nobis patefecit, animæque pabulum saluberrimum dedit. Quo vno si destitueremur, non possemus profectò in huius mundi deserto peregrinantes, vitam non viuere miserrimam, & velut absque pastore oues, rapacibus lupis obuiæ circumerrare, & tanquàm pane orbati paruuli, fame dira confici & absumi. Ea est enim humanæ mentis conditio, vt cùm in aliis permultis, tùm in diuinis & spiritualibus rebus, quibus æterna salus continetur, probè certóque nequeat iudicare, sed aut prorsus erret, aut saltem hallucinetur, & ea quæ ad benè beatéque viuendum conferunt, adeóque homini sunt necessaria, etiam magno labore longóque tempore adhibito, perspicere & constituere nunquàm possit. Est igitur verbum Dei, sicut sacris literis traditur, salutis scientia, lucerna splẽdens & lampas in loco caliginoso: est mysterium absconditum, cæleste manna, purum & probatum aurum: est scientia Sanctorum, doctrina spiritus & veritatis, illustre speculum, fons viuus libérque signatus, quo qui conuenienter vtuntur, hi θεοδίδακτοι, hi spirituales, sapientes & iusti, amicíque & hæredes Dei fieri solent. Sed fit, nescio quo modo, vt quæ à diuina largitate beneficia summa tribuuntur, eadem extremam sæpenumerò perniciem hominibus adferant, quæque ad salutem æternam proficere poterant & debebant, his illi ad suam & aliorum offensionem atque animorum quándam internecionem miserabiliter ac turpiter abutantur. Tanta est, prô dolor, hominum ingratitudo, ea mutabilitas, stultitia, peruersitas, vt intra æqui honestique metas admodùm ægrè consistant, imò vt disruptis sapientiæ pietatísque repagulis, ad suum ipsi exitium vltro & precipites sese deuoluant. Quãobrem etsi præstantia Dei munera velut ob oculos posita perspicuè vident, & euidenter agnoscunt, tamen deteriora omnes ferè sequuntur, & quemadmodùm Christus ipse cõquestus est, tenebras magis quàm lucem consectantur.

Verbum Dei donum excellens, & hominii necessariũ est.

Verbum Dei, variis nominib. cohonestatur.

Hominum vitio in pessimũ vsum optima sæpe transire.

Ioan. 3.

Quomodò verbum Dei per se bonum & sanctis multis obsit maxime hoc seculo.

Hoc ita esse, si vsquàm alibi, certe in ipso Dei verbo facilè quiuis non planè stupidus deprehendat, ac nobiscum fateatur necesse est. An pulcherrimum donum verbum Dei non est? quod summa illa æternáque Dei bonitas, ad cõmunem omniũ institutionem, consolationem ad salutem per certissimos diuinæ veritatis testes Prophetas & Apostolos orbi terrarum liberalissimè communicauit, quódque porrò per Ecclesiæ suæ pastores & doctores perpetuò iubet curátque fidelissimè dispensari, vt omnes hoc cælesti manna vescantur, & de his vitæ fontibus bibant. Iam verò quid est vsquàm, quod præter hoc ipsum verbum, ad frequentiores rixas, ad acerbiores contentiones, magísque pestiferas animorum distractiones hodie rapiatur? Quid est, quod in sensus adeò varios, peregrinos sibique repugnantes, & ab omni veritate remotos magis inflectatur? Quid est, quod à turbulentis rerúmque in religione nouandarum cupidis auidius arripiatur, iactetur fastuosius, torqueatur violentius, deprauetur sceleratius, ac demùm maiore cum Reip. Christiane dissipatione atque pernicie quasi in partes laceret? Etenim vnde tot pestilentes errores, vnde tam varię Sectariorum familiæ, vnde tam crebra nefariáque schismata in Ecclesiam sæpiùs hodie, quàm vnquàm anteà turmatim irrumpunt, ac velut cataclysmus quidam in totam Europam redundant? Quando sacrilegi rerum diuinarum & Ecclesiasticarum oppugnatores, profanique prorsus illusores, tanta se vi, & multitudine, & virulentia, & crudelitate aduersùs Dei domum & aream, extra quam nulli salus obtingit, armauerunt? An vnquàm tanta, tam subita, æquè præceps & furiosa paucis annis illius, quæ paulò antè florebat, Ecclesiasticæ pacis & disciplinæ facta est perturbatio, quantam hac nostra ætate sumus experti? cùm in ædibus, scholis, tẽplis, ciuitatibus, prouinciis atque regnis, quisque sibi penè licere putat quod libet de religione sentire atque pronunciare, omnémque statum ac ordinem religionis, qui suam apud maiores dignitatem pulcherrimè retinebat, contemnere, irridere, ac tantùm non pedibus conculcare?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præcepta vt Ad Dei cognitionem ducentia expugnantur eorumq; obtrectatio.

AT enim dicet aliquis: Vnde hæc tanta licentia, tam improba stultitia, tam procelloſę ac diræ persecutionum tempestates exiſtunt? Nimirum in verbũ Dei omnis culpa confertur ab his, qui eo vel maximè abutuntur, dum eius authoritate non se solùm excusari, sed etiam vrgeri & cogi vociferantur, vt in fide & religione tot nobis tetra & prodigiosa nouarum opinionum monstra parturiant, gignant, educent atque tueantur. Nullum est profectò de venerandis mysteriis, quæ Sacramenta vocamus, quod prætextu verbi aut pudentis non polluatur erroribus, aut impiè prorsus non reiiciatur, ac è templis exterminetur. Nullum Ecclesię dogma tàm firmum, quod sub hac larua quibusdam artibus vel machinis non aliqua ex parte labefactetur: nullus diuinæ Scripturæ liber tàm integer, nulla historia tàm probata, vt à deprauatorum iniuriis tutam se conseruare possit: nullum denique tàm impurum, pestilens & execrandum dogma, quod fanatici homines eiusdem verbi specie & vmbra nitentes, vel palàm non affirment ac disseminent, vel tacite saltem non recipiant atque defendant. Tantum potestatis isti subdoli audacèsque magistri, non solùm in scripta hominum, quantumuis ingenio, doctrina, sanctitate præstantium, sed etiam in sacratissimum Dei verbum, quo nihil purius, veracius, augustius esse potest, sibi arrogant: & eo velut specioso pallio suos quantumuis impios, sacrilegos, seditiosósque conatus clam palàm obtegunt & excusant.

Satan author malorum, quę prætextu verbi Dei Ecclesia sustinet.

SED enim veram tantæ licentiæ perfidiæque grassantis causam, ad illum, qui malorum omnium & author & incentor nequissimus est Satanas, referre sanè oportebat. Is quippè, cùm sit tùm diuinæ veritatis, tùm humanæ salutis infestissimus semper hostis, ferre non potest tantam bonarum frugum copiam ex verbi diuini semente colligi, & in Christi horrea reportari. Pergit igitur veterator pro veteri more suo, infelix lolium salutari tritico inspergere, nec desistit bono semini, quod Christus agro suo mandari iusserat, modis omnibus insidiari. Ad hoc autem corrumpendum non solùm ipse angeli lucis personam induit, vt Paulus clare testatur, sed ministros etiam familiares & commodos sibi adscisćit, qui, nimirùm vt quò tectius, eò pernicioſius spargant zizania, herbásque plane noxias & fructus exitiales in pulcherrimum Christi agrum inducant, se in Christi ministros ipsi transformant, verbique ministerium sibi impudenter assumunt. Quare Tertullianus hæc velut propria tribuit Satanæ, quod verbi administratores habeat, qui de Scripturis agant, & de Scripturis suadeant, qui veritatem interuertant, qui non modò Dei verba, sed res etiam Sacramentorum æmulentur, ac planè similias agant veræ Ecclesiæ. Nec perielitor, inquit, dicere, ipsas quoque Scripturas sic esse ex Dei voluntate dispositas, vt Hæreticis materias submini-ſtrarent, cum legam oportere Hæreses esse, quæ sine Scripturis esse non possent. Cui dissimile non est, quod à Cyrillo scribitur: Omnes Hæretici de Scriptura diuinitùs iuspirata sui colligunt erroris occasiones, ea quæ à Spiritu sancto recte dicta sunt, sua malitia corrumpẽtes, & super sua capita flammam inextinguibilem haurtentes.

Matth. 13.

2. Cor. 11.

De præscript. Hæreticorũ. E verbo Dei Hæreses omnes hauriri, duce Satana.

1 Cor. 11. Epist. 28.

VBI nos operæ precium facturi videmur, si quoniam consilium est de corruptelis verbi Dei aliquid edere, scriptorum huius ætatis, qui nobis illas maxime nunc inuehunt, ingenium & mores detexerimus. Quos ego Neroni haud prorsus dissimiles esse dixerim. Sicut enim ille pestis vrbis & orbis, suæ libidini, aut potiùs crudelitati satisfacturus. Romam incendit, & ardentem patriam lætis est oculis contemplatus: ita isti ne parum inhumani & infensi esse hostes Ecclesiæ videantur, ad euertendam eam omnibus neruis incumbunt, suum aduersus matrem odium plusquàm Vatinianum tunc expleturi maxime, si extremam Ecclesiæ παιδοφθορίαν quam perpetuo meditantur, illatã aliquandò spectarent. Vident interim ac videndo simul discruciantur, se velut in dissono choro suam quemque canere cãtionẽ, & canendo tàm parũ proficere, vt discordibus inter se animis ac vocibus magis magisq; tumultuentur, vtpote ab omni Spiritus & dogmatum consensione remoti: contrà verò Catholicis in Ecclesiæ domo versantibus accidere, quibus vnus & suauis in vna fidei doctrina consensus, atque diuina quædam harmonia perpetuò constet, per quam tot linguæ, tot nationes, tot hominum tàm variæ formæ in vnum Ecclesiæ corpus compinguntur. Christóque capiti semper cohærent. Quam fidei vnionem, ac doctrinæ consensionem nõ possunt Ecclesiæ nostræ non inuidere, quotquot ab illa parente non sine sacrilegio sese diuulserũt, quidquid tandem velut coniurati ad suam turrim Babel extruendam adferãt. Nihil autem speciosius, nihil confidentius adferunt, quàm quod verbum Dei pro se suáque parte stare contendant. Quasi verò isthuc noui sit aliquid, & non vetus illorum asilum vsque fuerit, qui ab errore ad hæreticam obstinationem prolapsi, externo diuinæ Scripturæ lenocinio suum

De Nouatorũ aduersus Ecclesiam odio vehementi.

Fidei vnitas Catholicos à Sectariis separat.

Vetus & fallax ars ac fraus est, ad Scripturas prouocare.

Genes. 11.

suum institutum semper adumbrant, & quod malè didicerunt, peius defendere satagunt. Ita Lupus suam tegit rabiem, & oues fallit incautas, ouilla nimirùm veste contectus, dum verba diuina profundit, quemadmodùm & pater Hæreticorum Satanas vt Christo Domino imponeret, Dei verbum in medium attulit disputaturus. Sed & Pseudoprophetis ante Christum natum fuit familiare, verbum Domini præ se ferre, populóque venditare, & ex eo auditores blandè consolari, sicut Sedeciæ impostoris probat exemplum. Tùm post Euãgelium promulgatum nullum fuit seculum, quo Hæretici ad verbum Dei non audacissimè prouocarent, à quo tamen iure illos excludi, & Apostoli iudicio itidem arceri satis conuincit Tertullianus. Demùm quotquot Sectarum Principes extiterunt, huius verbi possessionem certatim ad se rapere atque pertrahere sunt conati, vt in eo cæteris acuti & periti ab omnibus existimarentur. Quis ergò credatus credat, adeóque in suum animum inducere possit, eos qui plenis etiam buccis verbum Dei crepant, Germanos illius esse prędones & assertores à vero missos Ostiario, qui non aliundè nisi per ostium ingressos, legitimèque ordinatos, vocatos & missos agnoscit, alios verò velut verbi ministerio & tractatione indignos & alienos reiicit, quos Hæreticorum mater ἀλαζονία eiúsque filia errorũ atque vitiorum omnium nutrix φιλαυτία vti præcoces & arrogantes fœtus extrudit educátque. In hos profectò competit quòd Apostolus ministris quibusdam obiicit: [a] An à vobis verbum Dei processit, aut in vos solos peruenit? Atqui Esaias vaticinatur: [b] De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Hoc posteà per [c] Apostolos prædicatum Gentibus, & Ecclesiis traditum, [d] ad [e] fines orbis terræ peruenit, multósque fructus Euangelio dignos attulit, quos tùm apud maiores nostros, tùm etiamnum in Ecclesiis benè constitutis adspicere licet. Est enim hoc [f] granum sinapis, primo quidem adspectu minimum, sed postquàm creuerit, omnium olerum maximum fœcundissimúmque. Est hoc [g] verbum Domini quod manet in æternum, quódque iam olim credentibus, sicut Petrus Apostolus loquitur, euangelizatum fuit.

Matth. 7. Actor. 20. Matt. 4.

3. Reg. 22.

Tit. 3. De præscrip. Hæreticorum

Ioan. 10.

a 2. Cor. 4.
b Esaiæ 2.
c 1. Tim. 3.
d Psal. 18.
e Rom. 10.
f Mat. 13.
g 1. Pet. 1.

EXPENDAMVS autem parumper, obsecro te Lector, quantum istiusmodi Doctores & Magistri noui in adamato verbo profecerint, & quo insuper iure, quantum aliis detrahunt, tantum in eo ipso verbo sibi arrogent authoritatis. Neque iam de omnibus verbi Christianæque doctrinæ partibus, aut illis litem mouere, aut alioqui tractationem instituerè laborabimus. De fide solùm agamus, ac de primo quidem fidei articulo, qui totius religionis & salutis humanæ caput & basim comprehendit. Quod caput, sicut pueri nõrunt, de Deo diuinisque personis fidem & confessionem integram, nullàque ex parte corruptam aut mutilam exigit, nullus vt saluus vnquàm esse possit, ab hac si fide vel Apostolici symboli cõfessione aliqua ex parte desciscat. Conferamus igitur Nouatorum sententias, quæ neque cum verbo Dei, neque cum Ecclesiæ doctrina congruunt, imò quæ nobilissimam & amplissimam diuini verbi portionem, doctrinam Ecclesiæ scitu vel maximè necessariam, grauissimámque semper habitam fœdis & impiis erroribus atque corruptelis tantum non opprimunt & extinguunt. En tibi [h] Caluinum, qui Augustino apertè notam inurit (nam & musca insultat elephanto) quòd scripserit, [i] indurationem & excœcationem impiorum non ad operationem Dei, sed ad præscientiam pertinere. Docet igitur ipse, Adam primum parentem Dei ordinatione & æterno decreto in peccatum necessariò esse prolapsum, ac [k] fœnumerò reperit, non modò impiorum opera vti Deum, sed etiam consilia & affectus gubernare, scelerúmque omnium authorem & causam esse. Nec alia Petri Martyris est ferè sententia, vt hæc eius verba testantur: [l] *Constituendum est, Deum non tantùm permittere, sed etiam certo quodam modo velle peccatum.* Qua in re suam vt confirmet sententiam, ad Philippi Melanch. veterem doctrinam prouocat: vti verbis eiusdem authoris explicare nobis difficile non est. *Nos vero dicemus,* inquit Philippus, *non solùm permittere Deum creaturis vt operentur, sed ipsum proprie agere, vt sicut fatemur proprium Dei opus fuisse Pauli vocationem, ita fateamur opera Dei propria esse, siue quæ media vocantur, vt comedere, bibere, communia cum brutis, siue quæ mala sunt, vt Dauidis adulterium, Manlij seueritatem animaduertentis in filium.* Quibus hoc etiam adiungit, quod citra horrorem piæ aures ferre nõ sustinent: *Cessint, inquit, Deum omnia facere non permittere, sed potenter, vt Augustini verbo vtamur, id est, vt sit eius proprium opus Iudæ proditio, sicut Pauli vocatio.* Vbi falsò & nequiter Augustinum citat, cui nihil tale vnquàm venit in mentem, & qui contrariam plane sententiam, vt etiam paulò ante monstrauit Caluinus, constanter adstruit. Neque tamen ignoro, Philippum suos correxisse locos, & priorem mutasse sententiam, longéque aliter posteà docuisse. Ita verò idem libros corrigendo profecit, totiésque mutauit sententias, quod ne discipuli quidem eius inficiantur, vt tandem ex

Nouatores in primos & præcipuos fidei articulos impingere.

Quomodo Caluinus, & Philippus & Lutherus Deũ malorũ authorem faciant.

h Instit. lib. 2. cap. 4.
i lib. de grat. & prædest.
k Instit. lib. 1. cap. 8.
l In lib. 1. Samuelis ca. 2

Ex annot. in epist. ad Roman. cap. 8. iuxta editio nẽ Wittenb. anni 24.

Vt dei opus est Pauli vocatio, sic & Dauidis adulterium, & Iudæ proditio iuxta Philippum.

Philippus ereb. & malo suo scripta correxit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Confessionista, quemadmodum vocant, etiam Caluinista sit factus ac mortuus. Nos hoc loco de illis Philippi commentariis agimus, quos tantopere probauit Lutherus, vt illos aliorum Scriptorum omnium, qui in Paulum extant, interpretationibus anteponat, ac Philippum ipsum Paulo proximum esse dicat. Æmulatur autem Philippus in his, quę diximus, absurdam Lutheri Magistri doctrinam, qui pestiferum VVicleſi dogma, de necessitate absoluta euenire omnia, illúdque Poëtæ dictum: Certa stant omnia lege, obstinate defendit: qui præterea de Deo prædicat impudenter, quòd non solùm permissiue, sed etiam effectiue sit idem causa peccati. Tùm alibi in hanc vocem plane blasphemam erumpit Lutherus: *Si præscit Deus Iudam fore proditorem, necessario Iudas fiebat proditor, nec erat in manu Iudæ, aut illius creaturæ aliter facere, aut voluntatem mutare, licet id fecerit volendo, non coactus, sed velle illud erat opus Dei.* Quid? quod longius etiam progreditur Illyricus, cuius verba Heshusius in hunc modum explicat. *Vnde sequitur*, inquit ille, *reuera diabolum esse creatorem, qui in genere humano nouas quasdam animas regnantes supra totum hominem creauerit, easque etiam in infinitum propaget.* Tàm præclare de Deo sentit Illyricus, vt proprium eius opus atque officium, animarum scilicet creationem atque propagationem, ad diabolum transferat, atque sic demùm Manichæorum deliria, tot ætatibus sepulta, in orbem reuocet atque confirmet. His verò ducibus, quos hucusque commemoraui, comitem impietatis Robertus Stephanus se præbuit, ac [a] propterea Deum quoque bonorum pariter & malorum authorem professus est. Magistros eosdem sequuntur [b] Celius secundus, [c] Velcurio, quam præter alios [d] Iustinus, [e] Eusebius, & Augustinus iugularunt, scriptis publicis constabilire. Demùm ex his impuris fontibus aquæ illæ fœtentes promanarunt, quas apud Gallos male hauserunt & peius sparserunt Libertini. Nam hi palam affirmant, [f] Deum omninò causam esse peccati, nec prohiberi oportere, quin pro suo quisque viuat arbitrio. Negant præterea quicquam esse, cuius nos ipsi accusemus, cùm omnia fiant à Deo. Peccata igitur omnia excusanda, nec reprehendenda esse, cùm sint opera Dei, audét dicere. Hinc egregia scilicet illorum vox est: *Si quispiam homicidium commiserit, non ille fecit, Deus fecit.* Si quis verò ita cum ipsis non sentiat, imperfectũ eum esse dicunt, nec posse probare omnia opera Dei. Quid autem Carolstadium nominẽ, de quo Lutherus grauiter asseuerat, adeò illum atheũ fuisse, vt non crediderit, vel in cælis, vel in terra Deum esse?

HORRET sane animus, hæc tàm prophana, tàm nefanda, tàm pernicioſa, quæ simpliciter narro, & exaggerare nolo, pluribus persequi. An Iudæi perfidi, an immanes Turcę, barbareque Gentes de Deo ac Dei erga nos voluntate beneuolentiáque non rectius sæpe philosophantur? Quis non videat, quęso, ab his nouis veluti magistris Israël, prima fidei elementa vel crasse nesciri, vel insane contemni, vel superbe violari? Nimirum vt verbum Dei illustrent ac vindicent, sic eos de primo rerum autore atque gubernatore docere, sic fatum vnà cum Stoicis astruere, sic ex vno creatore duos, bonum & malum confingere, sic Deum denique Tyrannis omnibus crudeliorem inducere oportebat. Nam per Deum immortalem, quę Tyrannis grauior, quę fœdior crudelitas potest excogitari, quàm si miseros mortales ideirco quod iniusti sunt, tàm seuere tùm viuos, tùm mortuos puniat Deus, quos tamen iniustos esse cogat? Sed enim qui de summa illa æternáque bonitate sic sentiunt, qui tàm impia & blasphema de rerum omnium opifice sapientissimo docent & spargunt, an illi debitam summo numini reuerentiam obedientiámque præstabunt, rectéque prędicandi aliis erunt authores? Ad illos iam porrò accedamus, qui cũ impiis ter sacrosanctæ Trinitatis abnegatoribus in eadem naui, vt aiunt, nauigant, & ex Christianis Arriani, Eunomiani, Fotiniani, Sabelliani, Nestoriani, Eutychiani facti, & nescio quibus non execrandis Sectis additi, non tantùm ab Ecclesia Dei, sed à Deo etiam ipso diuinisque personis se prorsus neefarie precioſos esse declarant.

LIBET Michaeli Seruetо (ô vanissimum simul & in Deum contumeliosissimum hominem) scriptis tradere: [g] nullam aliquando in Deo realem generationem vel spirationem fuisse, nec [h] realem in essentia DEI distinctionem esse Patris & Filij & Spiritus sancti, vt rerum inuisibilium, sed esse solam personalem distinctionem inuisibilis Patris & visibilis Filij. [i] Tres enim illas res incorporeas in DEI vnitate distinctas consistere non posse, sed esse triadem imaginariam. [k] Omnes demum qui Trinitatem statuunt in essentia Dei, hos Triteitas & veros ἀθέους vocat, qui nec DEVM quidem, nisi tripartitum & aggregatiuum habeant. Quid? quod Trinitatem illam Dei coæternam, quam sublimes in cælo Spiritus Seraphin ter adorandam esse noctes ac dies profitentur, hic impurissimus homo, & blasphemiæ

Illyrico non Deus, sed dæmon creatani mas. Heshusius in epistola illius ad Iacobum Andreæ originalis. Anfractus subtilitia.

In Præfat. lib. eiusdem.

In resolut. art. 36. Lib. de seruo arbitrio.

a In resp. ad catal. quintũ errorũ
b In annot. super diale. Perionii.
c In compendio Physic.
d In Apol. 1. pro Christ.
e Lib. 6. de præp. euãg. ca. 5
f Caluin. in Instit. aduers. Libertines. c. 16. & 17. Et Petrus Mart. in 2. l. Samuelis. cap. 16.

De Libertinis mala omnia soli Deo imputantibus.

Deum non esse credit Carolstadius.

Intolerabilẽ esse Nouatoris temeritatẽ de Deo tã impie sentientiũ atque docentiũ

Sæua Seruetianæ impietatis.

g Lib. 5. de Trinitate
h In resp. articul. à Caluino collectos.
i lib. 1. de Trinitate.
k Ibidem. Esaiæ 6. Vide Tigur. Pastorum.

blasphemiæ spiritu plenus, triceps monstrum ac Cerberum quendam tripartitum, sed & diabolicum phantasma, & illusionem Satanæ, & Deos imaginarios, & tres dæmoniorum Spiritus, & Geryonis monstrum audet appellitare. Iam verò quid omninò de DEO reuerenter idẽ aut sentiret, aut diceret, cui Deus in ligno lignum, & in lapide lapis, & in arbore arbor est, formam & substantiam scilicet ligni, lapidis & arboris veram in se habens. Libet Valentino Gentili, qui non minùs impietatis quàm nominis Gentilium hæres extitit, vt Seruetianam impietatem confirmet ac augeat, Tripersonatum Deum, Sophisticum Deum, personam phantasticam, fictitiam, diabolicam facere ex optima, maxima sanctissimáque Trinitate: hãc nefarius ille nouum idolum, turrim Babel, & humanum commentum, quod cum veritate Euangelica ex diametro pugnet: tresverò diuinas personas, magicas personas & proprietates, tréſque magicas præstigias, & vnum Deum quartum idolum ignotum, in suis libris dicere non erubescit. Libet eidem Valentino, separatis essentiis Spiritus tres æternos confingere: Filio deinde concedit Dei nomen quidem, sed quasi precarium, qui scilicet à patre sit essentiatus: Patris personam nõ aliud esse affirmat quàm essentiam, filij verò personam deificationem esse blaterat: vbi ad Spiritum sanctum venitur, omnia permiscet: dignus profecto, qui Bernæ, sicut eius præceptor Seruetus Geneuæ, supplicio extremo affectus, finem viuendi faceret simul & blasphemandi.

Esaiæ 6. Vide Tigur. Pastorum ad Genuensem Senatu epist. ann. 53 Epist. sexta ad Caluinum.

Vide huius Protheses & Benedictum Arctium de historia huius Valentini.

Horrenda impietas Valentini Gentilis.

LIBET nouis in Transyluania ministris Gregorio Paulo & Petro Statorio, qui & ipsi probe Seruetianum Spiritum imbiberant, tria probatissima fidei nostræ symbola, vtpote Apostolicum, Nicænũ, & Athanasianum non agnoscere, nisi cum hac exceptione, quatenus verbo DEI consentiunt. Præclari scilicet de Symbolis iudices, qui Christianæ doctrinæ firmissima primáque elementa nobis in dubium reuocant, velut in his quædam verbo Dei non consentanea proponantur, ipsique soli vel præcipui censores in causæ Religionis existãt.

De Hungaricorum impietate vide Bezæ præfationem in valér. Gentilem scriptam.

NEGANT isti tres esse personas diuinitatis, & filium quidem ac Spiritum sanctum non personas, sed altissimi Patris fingunt esse virtutes, quibus ille iam olim, & nunc quoque in noui mundi creatione per Iesum Christum vtatur. Tum ne illis obstet authoritas Patrum, vtque suas putidas feces extollant, Augustinum & alios veteres, quantumuis in Ecclesia receptos atque laudatos, ac omnes demum Orthodoxos, qui tres in diuinitate personas tot seculis, tantóque consensu profitẽtur, hos illi probrosè Trinitarios & Sophistas nuncupant. Prætermitto reliquas id genus execrandas blasphemias, & doctrinas dæmoniorum, de quibus partim [a] Georgius Maior, partim [b] Petrus Carolinus haud pauca scripto cõsignauit.

a In confut. errour. Georgij Blandratæ. &c.
b In explicatione fidei contra eosdem.

In colloquio Albæ Iuliæ habito. Ex confess. Debrecinensi Petri Melii.

LIBET Paulo Iulano eiúsque in Transyluania sociis, hanc vocem ex ore teterrimo euomere: *Dicimus vnum & solum DEVM non Trinitatem, sed tantùm Patrem esse.* Æque sunt detestandi, qui suum Tordani Conciliabulum paucis abhinc annis celebrarunt, in quo realem Triadem Christique & Spiritus sancti realem, subsistentem, æternam, & sicut vocant, Iehoualem deitatem & hypostases, perfidi abnegarunt. Vbi præterea λόγον & Spiritum sanctum virtutes esse quasdam Dei statuerunt, nec λόγον æternum Dei filium à patre ab æterno genitum, nisi carnis respectu, agnoscere voluerunt. Libet nouis in Polonia ministris dicere tres Deos, tres omnipotentes, tres æternos, tres essentias: qui nec differunt à Paganis, nisi quod hi plures quàm tres Deos inducant. Beza de his ita scripsit: Thritheitæ Arianorum soboles, tres οὐσίας pro tribus in vna οὐσία hypostasibus substituentes, Christum aperte secundarium Deum faciunt, quorum etiam nonnulli iam Macedoniani facti, ex Thritheitis Ditheitæ euaserunt. Sed nec idem Beza impio vacat errore, cùm affirmat filium Dei non esse genitum de essentia patris: & cùm rursus fatetur aduersus Schmidelinum disputans, semper se duas vniones hypostaticas in Christo ponere, vnam animæ cum carne, alteram diuinitatis cum humanitate. Quid enim hoc est aliud, quàm primum fidei nostræ articulum ignorare, adeóque hæresin damnatam Nestorij renouare? Nec cedit aliis impietate Caluinus, qui negauit in Synodo Lausanensi, per hypostasin personam significari, dixitque de symbolo Athanasij nec credere, nec discredere, donec ad Scripturarum gnomonem illud examinâsset. O præclarum examinatorem: qui præterea Deitatis respectu filium ex se ipso esse pronunciat: improprias autem locutiones & battologias facit, quando cum Ecclesia dicimus, Christus est genitus ex substantia Patris, Deus de Deo, lumen de lumine. Et locutionem esse barbaram ait, qua dicitur, Deus est Trinitas. Æque ridiculum & absurdum [c] Heshusij dictum videri debet: Trinitas est vnitas. Quid [d] Bullingerus? qui non sine magna insciti nota prædicat, se confiteri tres in diuinitate personas, non statu sed gradu, nec substantia sed forma, nec potestate, sed specie differẽtes. Sic isti Catholicum dogma, summam scilicet trium personarum in diuinis æqualitatem esse, contemnunt & lacerant: nec intelligunt, vbi ea exiſtit æqualitas, ibi nõ esse gradum:

De Caluini doctrina impia.

Li. de omni præsentia carnis Christi contra Brent. Lib. in Heshusium.
Li. de hypostatica duarum in Christo naturarum vnione.
Instit lib. 1 cap. 13.
c Lib. de præsentia corpor. Christi in cœna obiect. ad Descript. Ecclesiæ authorit. adu. Cochleũ.
d In propos. Abrincensib. prop. 54.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vbi essentiæ subſtantiæque indiuidua semper manet vnitas, illic tres personas forma vel specie distinctas esse non posse. Et impiæ fraudis non caret suspicione, quod [a] Eberus personæ appellationē tùm vetustissimam, tùm commodissimā esse inficiatur, magis probans quod Græci vocant hypostasin, velut vox ea sit illustrior, quam tamen [b] Hieronymus in hoc genere aliquando dicere formidauit. Neque fert [c] Lutherus, sed ex Germanorum litaniis submouet hanc in veteri Ecclesia receptam, probatam & vsitatam precandi formulam, S. Trinitas vnus Deus miserere nobis. Quin & [d] irridet, próque portento habet Papistico, id quod vniuersa profitetur Ecclesia, essentiam Dei nec generare, nec generari. Libet denique [e] Cazanouio Spiritus sancti à Patre & Filio negare processionem, sicut fortassis à [f] Petro Mar. didicit, qui ausus est dicere, inter Latinos & Græcos de processione Spiritus sancti verborum esse contentionem: Quasi verò de lana, vt dicunt, caprina lis habenda sit, si quis contra sanctam probatissimi symboli professionem, Spiritus sancti ab vtroque, Patre scilicet ac Filio, processionē in dubium vocet. Refugit & [g] Beza nobiscum in Ioāne legere, Cùm venerit Paracletus, quem ego mittā vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, & adiecto scholio Lectorē admonet, hìc non agi de ipsa Spiritus essentia, sed de ipsius virtute & efficacia in nobis: quin & Theologos reprehendit, qui huiusmodi testimoniis ad essentiam Spiritus sancti probandam contra Græcos vtuntur. Ac Hungarici quidem ministri apertè præ se ferūt, probari non posse quod Spiritus sanctus verus Deus in Scriptura dicatur. Negant enim Filiū & Spiritum sanctum esse personas: Patris autē altissimi virtutes faciunt, & Spiritū fingunt esse motū in sanctis creatum, vel energiam Dei, aut donum Patris effusum, vt sic illum spolient vera & adorāda diuinitate. Ita nobis noui nō desunt πνευματομάχοι qui è Dei verbo peruersè accepto Deum ipsum, adeóque tres personas diuinas oppugnent, multóque turpius ferè quàm Iudęi ac Turcæ, palàm infectentur. Nam & Ochinus personam Spiritus sancti à Patre & Filio non esse dinstinctam ausus est scribere, & illam illustrem Symboli partem, Credo in Spiritum sanctum omninò reiecit, nisi hoc loco Spiritus pro Dei virtute ac donis accipiatur, ac veram æternámque Spiritus sancti deitatem homo effrictæ frontis palàm oppugnauit.

[a] *Epist. ad Damasum.* [b] *in Euchar. peccat. adsto. anno 43.* [c] *In assert. art. 27. contra Leonem.* [d] *In eius ad Caluinū epi.* [e] *In cap. 4. epist. ad Ro.* [f] *In 15. cap. Ioannis.* [g] *In colloq. Altenburgico habito.* *Georg. Maior contrà Blandratam* *In dialogis de Trinit.*

Quomodo stultos & impios prodātse nouatores.

ET nondum intelligit Lector, quò Nouatores isti demùm euadant? qui dicentes in verbo Dei se sapientes, vtinam stulti tantùm, & non impij quoque iusto Dei iudicio efficerentur. Stulti quidem, quòd cùm velint plus quàm oportet sapere, & diuinæ maiestatis arcana curiosiùs perscrutentur, tantæ gloriæ velut splendore impediti ac repercussi, infeliciter opprimantur atque succumbant, non intelligentes, vt Paulus inquit, neque quæ loquantur, neque de quibus affirment. Impij verò, quod qui præcellentes fidei magistri videri gestiunt, in primos & præcipuos fidei articulos, quibus æternæ salutis nostræ summa continetur, impingāt, & quoniam Ecclesiæ spiritum in re veneracionis plenissima fastidiunt, è Satanæ spiritu eadem damnati, nimirùm Ebiones, Cerinthij, Sabellij, Arij, Eunomij, Photini, Macedonij, & plures id genus Antichristi, totius Reipub. Christianæ pestes, ad prima religionis firmamenta, atque omnis piæ doctrinæ principia euertenda sacrilegè fabricarunt. Cæterùm quò illi pugnant deprauant, eò diligentiùs Orthodoxis omnibus est a duigilandum, vt in sancta & pura illa confessione persistant, quam Catholici iam olim ab Arianis durissime per totam Aphricam afflicti atque vexati, in hunc modum ediderunt. Christiani sumus, Catholici sumus: Trinitaté vnum Deum inuiolabilem confitemur: in nomine Trinitatis à matre Catholica baptizati sumus.

Rom. 12. *Prouerb. 25* *1. Tim. 1.* *Vide Victorē Vticem. li. 2. de perfec. Vandalica.* *g. Libr. 10. in Lucam c. 2.*

Quę impia dogmata contrà Dei filium hodie dissemi nentur.

PERGAMVS autem de solo Christo dicere, aduersùs quem nequissimus ille Satanas, qui secundùm [h] Ambrosium Antichristi quoque nomē accepit, iam olim è Dei verbo deiecit, & nunc finem disceptandi bellandíque nullum facit, suis nempe ministris in hoc versute subornatis, qui egregie simulent, vulgóque iactent, se Christi gloriam inprimis asserere & illustrare, cùm eam reuera obscurent ac labefactent maxime. Obscurat plane Seruetus electū illud Satanæ organum, dum impudēter affirmat, [i] Christum esse filium Dei quatenus genitus est à Deo in vtero Virginis Mariæ, idque non solùm virtute Spiritus sancti, sed quia Deus ex sua subſtantia illum genuit. Verbum Dei de cœlo descendens, dicit nunc esse carnē Christi ita vt caro Christi de cœlo sit, ac duas demùm Christo personas assignat. Qui certe non verum sed imaginarium corpus Christo tribuit, quùm illud negat ex semine Abrahæ simpliciter fuisse genitum, sed partim etiam ex tribus illis elementis conflatum, & partim è subſtantiali quadam Dei facie, quæ ab initio sanctis patribus visa fuerit. Obscurant Franciscus Dauidis, Georgius

Matt. 4. [h] *Libr. 1. de Trinit. c. 17. & 18. & epi. 1. & 2. ad Caluinum.* [i] *Ibid. lib. 4.*

orgius Blandrata, & qui illis adhærent reliqui Satanæ ministri, Arianis quidem & Photinianis haud quaquam inferiores, quod Christum Iesum Dominum nostrum non agnoscant neque recipiant, vt sit filius Dei naturalis, & in mysterio à Patre ante tempora secularia genitus, ac Verbum illud æternum, cui duplex natiuitas, diuina nimirum & humana, competat. Christum enim hominem purum faciunt, licet singulari prærogatiua donatum qui ante carnem nil fuerit, nec necessario Redemptor & Saluator, Deus idem & homo, in mundum venerit, sed quem satis fuerit hominem esse: nec alium quidem Dei filium præter illum, quem virgo Maria edidit, in sacris literis Reperiri contendunt. Obscurat [a] Mennon, fingens Christum ex Patris subſtantia cęlitus attulisse corpus, sicut & [b] Schuuenckfeldius. Nec dissentiunt Anabaptistæ, quibus hoc etiam tribuit [c] Sarcerius, quod sentiant Christum è cælo spirituale & cæleste corpus secum attulisse, & nihil à Maria sumpsisse, sed per illam tanquam per riuum aut fistulam transisse, carnem verò suam ex elementis mundi traxisse, eamque mundo reddidisse, cùm sine carne in cælum resurgeret. Pro nefas, quid hoc demū est aliud, quam ad verbi Dei Christianæque fidei veritatem prorsus abolendam impiorum doctorum Valentini & Apellis extinctos stabilire furores, & horrenda deliria innouare? Et paucis tameń ab hinc annis accidit, quod pudet fateri, vt Anabaptistis disputandi publica facta fuerit potestas, cū de aliis grauissimis fidei rebus, tum de hac ipsa quæstione? An subſtantiam carnis suæ Christus ex subſtantia carnis Mariæ Virginis, aut aliunde sumpserit? Somniat Adamus pastoris, Christum vt vnius personæ, ita & vnius esse naturæ. Verbi enim hypostasin siue personam in Christo, non magis quam blaspheml Magistri Photinus & Samosatenus, agnoscit. Quanta verò tet impij apostatæ Ochini est insania, qui argumenta pro Christi Deitate producta conuellit, & execrandum in modum asserit, se libenter dare, Christum esse Deum participatione Deitatis, sed negare natura esse Deum. Tum de Christi miraculis audet scribere, quod etsi maxima & supernaturalia sint opera, non inde tamē sequi, Christum ipsum non esse puram creaturam, sed Deum. Quin & alia Scripturæ loca, in quibus ille Dei Filius appellatur, ad puram creaturam, non ad verum æternumque Deū transferre conatur. O spiritum Ochinianum, planéque diabolicum, ab aliis ita detectum & reiectum, vt confutatione noua nihil opus esse videatur. Prætermittam alios Tritheitas Matthæum Gribaldum, Lælium Sozinum, Paulum Alciatum, qui Machumetanus demū est factus, impurissimos apostatas, & sine vlla religione fortasse homines, qui vt diuina confundant omnia, iam pridem recepta naturæ, essentiæ, hypostaseos, homousij cæteráque id genus veteris Ecclesiæ vocabula vt sophistica repudiant, qnia in sacris illæ voces non inueniantur. Sed puditam liorum obiectionem, Beza (quod miror) quoque confutauit.

Vide Petrū Carolinum in explicat. fidei contra Georgium Blandratam.

[a] *In colloq. Vuismariensi.* [b] *Beza in 1. cap. ad Rom.* [c] *In Postilla de festo Natiui. Mariæ*

Mense Iunio Anni 1571. prope Heidelbergam. Vide Cassandrum de duabus in Christo naturis.

In colloq. Altenburgico habito. *Georg. Maior contrà Blandratam*

De Bernardini Ochini impietate videsillius dialogos & Zanchium.

Ex Italis Tritheitæ noui

In præfatione cōtra Val. Gentilem.

IAM verò an non palam Arianismum instaurant Sarnicius, Lismaninus, Georgius Niger aliique plures, qui, vt Stancarus contestatur, Christum Dei filium minorem Patre statuunt, quique symbolum Nicænum reiiciunt prorsus, quos nec pudet quod Athanasij est, Satanasij symbolum haud sine graui & execranda contumelia nuncupare? Certè Valentinus Gentilis eundem Athanasium tot modis prædicatum & celebrem doctorem & antistitem, quasi corruptorem symboli Nicæni, eiusque symbolum nugas ausus est appellare. Caluinus autem, vt sæpè malignus est censor, eiusdem Concilij grauissimos sanctissimosque Patres incusat, quod Christum esse Patri ὁμοούσιον probent ex præclara illa sententia, Ego & Pater vnum sumus: Qui præterea dicto Concilio calumniā improprietatis καὶ καταχρήσεως intendit, & eiusdem Synodi verba Deum esse de Deo, duram locutionē appellat, eam verò precationem: Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis, sibi non placere clarè pronunciat. Lutherus huic summo & laudatissimo semper Concilio non est æquior, dū ægrè sustinet, quod in eo Patres Christum ὁμοούσιον dici haberique postulant. *Anima mea*, inquit, *odit hoc verbum* ὁμοούσιον. Quid verò aliud obiecro vel sentiret vel diceret, si ab inferis rediuiuus adesset impius ille Arius & vna cum toto conciliabulo suo ad disputandum prodiret? Nauseabant & illi ad hanc ὁμοουσίαν vocem, quæ in verbo Dei non esset expressa, & catholicos hoc nomine Homoousianos & Athanasianos probrosè vocitabant. Tam isti egrè concedunt, quod apertè tamen negare non audent, vnam Filij cum Patre essentiam esse. Neque dissimulandum est, quoniam magni criminis non vacat suspicione, Caluinum subinde, præsertim cum in Genesin & Ioannem scribit, alio detorquere testimonia, quæ fidem sanctissimæ Trinitatis & diuinitatis Christi non parum illustrant & astruunt, sicut ea doctissimi Patres interpretantur. Suuenckfeldius, vt de illo iterum planius dicā de Christo tradit impiè, quod etiam iuxta humanitatem suam verus Deus & non creatura sit: imò verò haud sine summa ignominia iniuriaque fieri posse putat, vt humana Christi natura pro

Athanasium eiusque symbolum qui hodie infectentur.

In Ioan. c. 10 & inscriptis contra Valen. Gen.

Vocem homoousij Caluinus & Lutherus improbant.

Contra Iacobū Latomū.

Lib. contra Pinozonianos.

Lib. de diuina maiestate humanitate Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

creatura existimetur. Docet igitur, carnem atque sanguinem Christi, non creaturalem, sed supercreaturalem, vt ipse vocat, hoc est, spiritualem ac planè diuinam esse. Auget Schuenckfeldianam impietatem Seruetus, cùm scribere non veretur: Corpus ipsum Christi, esse corpus Deitatis, carnem eius diuinã, carnem Dei cælestẽ, de substantia Dei genitã. Sic isti, nescio quibus acti furiis infernalibus, hæresin renouãt Eutychianã, quæ docet non mansisse humanã in Christo naturã, sed in diuinitatem transiisse: duplicẽ enim naturam in vna persona intelligere aut non possunt, aut nolunt iusto Dei iudicio tùm insani, tum impij.

Li. 2. de Trinit. pag. 71

VBI Centuriatores nostros præterire non possum quibus Ariani hoc nomine gratias meritò dixerint quod negent isti λόγον seu verbum à Ioanne dictum respectu Patris, quia sit cogitatione genitus: hoc enim ad humanas cogitationes pertinere contendunt, & veteres, præsertim Basilium & Augustinum, qui sic λόγον interpretantur, errasse videri volunt. Quæ autem isthæc impudentia, quod se ipsi probatissimis Patribus in re tanta præferunt, quodque Ioanni & veritati hunc sensum per se pulcherrimum, & rei præsenti accommodatissimum, ne dicam necessarium adimunt, vt impiis interim Hæreticis Filij Dei contemporibus magis gratificentur? Non dicam, quod à VVittenbergensibus annotatum, & à Schuenckfeldio repetitum est, Illyricum Centuriatorum caput, in ea versari sententia, vt putet, Scripturæ testimoniis conuinci non posse, quod Filius Dei, Verbum æternum & figura substantiæ Patris nuncupetur. Hic ego rem Sacramentariam seu Eucharisticam possem sed vereor attingere, quæ in tot hodie familias impiorum scissa est, tamque varios & repugnantes in eadem Secta sensus nobis exhibet, vt de illis non ineptè dicamus: Ecce hic est Christus, ecce illic, sicut Euangelicum vaticinium fore prædixit. Nihil quidem planius aut expressius æterna veritas Christus dicere poterat, quàm quod consentienter à multis Euangelistis traditur, cùm is verum corpus suũ, velut incomparabile μνημοσύνον, in extrema cœna instituturus, & ad perpetuam Ecclesiæ relicturus consolationẽ, pane in manus sumto diuina illa verba pronunciauit: *Hoc est corpus meum*, quod pro vobis tradetur. Quam perspicuã torque seculis indubitatam verborum lucem videre non possunt, sed obscurare imò extinguere cupiunt noui tùm Capharnaitæ, tùm Berengariani. Igitur vt ex corpore Christi non corpus faciant, summóque thesauro defraudent Ecclesiam ad vana & tetra confugiunt glossemata, quibus Christi verba, sensum & mentem apertè deprauant. Non est, inquiunt, hoc verum & viuum, quod in cruce pro nobis offerebatur corpus, non realis & substantialis præsentia corporis & sanguinis Domini: sed hoc est symbolum corporis mei pro vobis occisi, vt [a] Zuinglius: hoc est figura vel mysterium corporis mei, vt [b] Oecolampadius, Sic vel talis res est corpus meum, nimirùm vt cibus, quemadmodum [c] Schuenkfeldius: hic panis significat corpus meum, vt [d] Ochinus: hoc est Sacramentum corporis mei, vt [e] Martyr, hoc est, id est, significat corpus meum, vt [f] Beza: hic panis est corpus meum, vt [g] Lutherus: hic panis est substantiale corpus meum, vt [h] Bremenses: Cum pane, in pane, & sub pane est corpus meum, vt [i] Schmidelinus aliique plures interpretantur. In tot demũ partes Christi verba, quibus nihil luculentius, Christique corpus, quo nihil amplectendũ religiosius, Nouatores isti secant atque discindunt, nihil vt reliquũ ferè nobis faciant, quod in tanta opinionum confusione de Christi corpore & Eucharistiæ Sacramento maximo cõstituamus. Reprehendit Philippus Heshusium, qui panem verum esse corpus Christi dixerit, & ex Paulo probare conatur, hoc loco κοινωνίαν corporis Christi significari. Martyr detestandam idololatriam vocat, quod in pane & vino, vel sub accidẽtibus panis & vini Christi corpus realiter & corporaliter esse creditur. Hinc Lascus etiam Eutheranis tribuit ἀρτολατρείας, easque particulas sub, in, cũ, negat ferendas in Ecclesia. Idem verò Lascus tot modis verba Domini in cœna discindit ac lacerat, vt Erasmus Alberus reciret duodecim eius interpretationes. Statuit & Schmidelinus synecdochen in illis inesse verbis: Hoc est corpus meum. Contra verò docet Hemmingius, nullum hic tropum esse, non in pane, nõ in vino, nec in corpore, nec in sanguine, nec in verbo, est. Denique Caluinus [k] panem ait symbolicè vocari corpus, totã figurã in pane constituens, nõ in corpore: alibi verò [l] mauult toti orationi metonymiã immiscere. Beza verò cõtẽdit, [m] corpus accipi μετουμικῶς pro pane, corporis Sacramẽto vel signo. Ex confessione Lutheri, [n] quã ante mortẽ edidit, satis liquet, vel tũo docto res ipse facit Carolstadiũ, Zuingliũ, Oecolãpadium, Suuenckfeldium, Campanũ, alioſque cõplures. Quid? quod VVestphalus ex vno etiam Zuinglio, quintuplices hac tãta de re sententias variantes colligit. Verum in eo nunc omnes propemodum, qui Sacramẽtariam Sectam profitentur, consPirare videntur, quod Christi Domini nostri corpus & sanguinem, in cœna

Cent. 1. li. 1. cap. 4. pa. 56

Contra Illyricum.

De Sacramentariorum impietate circa Christi corpus in Eucharistia

contra Illyricum. Mat. 24 Mat. 26 Marc. 14 Luce 22. Mat. 26 Marc. 14 Luce 22 1 Cor. 11

a Li. de vera & falsa relig. cõ.

b In confess. de cœna Domini.

c. Epi. de dissensione Luth. & Zuinglii. d De cœna Domini contra VVestphalum.

e Dialog. de vtraque in Christo natura.

f Contra Hosp. hosium.

g De verbis Domini, hoc est corpus meum.

h Teste Philippo epist. ad Comit. Palat.

i In disputa. Tubing. cap. 65. & 66.

K In vltimam admon. ad VVestphalum

l In harmonia Euang. in Contra Claudium de Sanctis.

Epist. ad Comitem Palat. In Epist. ad Ro. cap. 14. Lib. contra VVestphalũ. In lib. contra Sectarios. In disput. Tubing. cap. 73.

m Vide Lutherum de verbis Christi, Hoc est corpus meum. In apologia confess. de cœna Domini.

in cœna verè & substantialiter, sicut in cælo adesse pernegant. Hinc illud à Caluino dictum est: *Ego quamuis substantia carnis animas nostras vere pasci fatear, substantialem præsentiam repudio.* Beza confessionem suam explicat: *Hactenus præsentiam corporis & sanguinis pominus, non quod nunc sit in terra Christi caro, sed quod manens in cælis, nobis tamen per fidem in cælum vsque erectis vere per Spiritus sancti omnipotentiam communicetur.* Addamus & Martyris testimonium, qui dicit corpus christi non esse verè ac substantialiter alibi, quàm in cælo: *Non tamen inficior*, ait, *Christi corpus & sanguinem illius verum, quæ pro salute humana tradita sunt in cruce, fide ac spiritualiter percipi a fidelibus in sacra cœna.* Ac per nos quidem licet, vt quod isti sectæ Principes volunt, habeant, signum nempe duntaxat & figuram symbolúmque corporis & sanguinis Domini, & quod cum sua fide nihil substantiale manducent & bibant. Nam res ipsa docet, istiusmodi omnes tàm remotos esse à vero & naturali christi corpore ac eius effectu, quàm sunt à mystico & spirituali Ecclesiæ corpore alieni. Fatetur certè Zanchius, aliíque Sacramentarij comprobant, corpus christi, in cœna impiis & infidelibus nullo modo præsens esse: tantum abest vt ab eis vel corporeo sensu, vel mẽte, & spiritu aut fide percipi possit. Quid multis? vt nihil est in terris christi corpore, quod sacrosancta nobis exhibet Eucharistia præstantius, nihil diuinius, venerabilius, efficacius: ita nihil habent hodie Sectarij, in quo Christum Dei filium ac gloriæ regem magis illudant, iterúmque crucifigant, immanissimis etiam illis carnificib. crudeliores, qui mortem Domino acerbissimam cruentis manibus attulerũt. Nihil habent, inquã, quod horribiliusinsectẽtur, quod in grauiores contẽtiones rapiant, in quo indies magis ac magis sacrilegas & abominandas prophanationes perpetrent, vnde turbulentiores in populo distractiones & motus excitent, & quod illis demùm exitus præbeat infeliciores. At verò tantorum errorum fontes & initia nemo veriùs, nemo succinctiùs, præterquàm Cardinalis Hosius indicauit, vt eius verba subscribere sit operæ precium: Sicut altercatio, inquit, de Sanctorum inuocatione produxit nobis Seruetianos, hoc est, nouos Arianos, qui christo Deo Deique Filio negant eundem quem Patri honorem habendum, dum solùm Deum Patrem adorandum & inuocandum esse censent: ita contentio de vtraque specie genuit nobis Zuinglianos, qui vocantur Sacramentarij.

In 2. defens. contra VVestphalum.

Li. 1. de vera Sacramentaria. In consensu Tigurinensi.

Lib. 2. de vera Sacramentaria.

In dialogo de vtriusque specie cõmunion.

Sacramentariis cõcedi potest quod postulat, in cœna ipsorũ nec esse nec percipi verum Christi corpus.

Circa Eucharistiã in Christum peccant maximè Sectarij.

Fontes errorum superiorum.

Lib. de Trinit. & mediat. Christo. In confessione cõtra Stãcarum. Vide supplicem libel. In enarrat. Euang. in die Ascensionis In disput. Tubingen. cap. 34.

AD Stancarianos veniam, qui solam humanam christi naturam volunt esse mediatricem: & rogati, cur sint copulatæ duæ in christo naturæ, tantũ hoc respondent, τὸν λόγον adesse humanæ naturæ ideò, vt possit humana natura perferre passionem, sicut Heltus quoque confirmat. At valeat cum authore suo vt nouum, sic impium quoque dogma. Rursus Osiandro visum est, christum nostram esse iustitiam, si diuina duntaxat natura spectetur, ac totam diuinitatem sic in nobis corporaliter habitare docet, sicut in ipso homine Iesu habitat. Nec omittam insanum Brentij commentum, quo tradit humanam christi naturam iam inde ab initio incarnationis in cælo & in regno patris fuisse, & nunc vbique locorum præsentem esse. Quod mysterium porrò sic explicat Schmidelinus: *Cum diuinitas in vnitatem personæ assumpserit hominem, cuius ratio & definitio est plenitudinis Dei communicatio, in quo omnis diuinitas corporaliter habitat, sequitur ipsam quoque humanitatem christi vbique præsentem esse.* Fingunt igitur Brentiani, corpus christi, quod idem ex beata Virgine assumpsit, quod è sepulchro itidem & à mortuis resurrexit, per Dei omnipotentiam sic deificatum esse, vt sit non in vno, sed multis in locis, sed vbique, sed vndique in cælo & in terris. Rectè autem vidit ac iudicauit Beza, hoc deforme Brentij monstrum, ex duab. furiis Nestorio & Eutychete in mutuam pernicíem esse conflatum: sicut & Melanchthon hanc παντυποτίαν siue vbiquitatem, quæ Sectæ nomen tribuit, haud perperam vocat portentosum dogma, ignotum eruditæ vetustati, quod cùm docti alij passim explodunt, tùm damnauit etiam semel schola VVittembergensis. Nec omninò temerè dixit quidam, nihil ineptius, nihil absurdius, nihil magis ridiculum esse, quàm si quis velit ex verbis cœnæ aridissimam exprimere vbiquitatem.

Naumburgi Principibus oblatum & Illyricũ aduersus Osiandrũ.

Lib. de omni præsentia carnis Christi cõtra Brentiũ.

PROFERAMVS verò alium catalogum, qui rursus breuiter indicet detestandos istorum errores ad IESVM Christum Dei & MARIÆ filium non ornandum, sed blasphemandum excogitatos. A quibus verò non à Iudæis quidem vel Ethnicis quod erat tolerabilius, sed ab hominibus Christianis, sed à verbi diuini ministris, sed à purioris doctrinæ iactatoribus, vt hinc dolere quidem boni omnes debeant, sed dolere tamen satis non posse videantur. Lutheri & discipulorũ eius cõmunis est error, Christũ ab initio conceptus & ortus sui plenum gratia nõ fuisse, sed more aliorum hominum vt ætatis profecit accessu,

Alius index errorũ ad iniuriam Christi pertinentium hodiéque vigentium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& paulatim corpore factus est robustior, sic etiam dotium incrementa sumsisse: quemadmodum & Zuinglius docet, Christum sapientia profecisse, quia secundùm humanam naturam finitus sit atque mensus. Nec dissentit Hemmingius, cuius dictum est: *Quemadmodum puer Iesus corpore adoleuit paulatim, ita secundum animam indies magis magisque dotes animi creuerunt.* Habet igitur & Bucerus pro mero vanóque hominum commento, quod non modò recentiores, sed & veteres tùm Græci, tùm Latini Theologi de consummatione Domini nostri in instanti, vt loquuntur, conceptionis perfecta disseruerint. Nec veretur Caluinus ignorantiam in Christo puero statuere, illis nempè Lucæ verbis abutens, quibus puer dicitur sapientia profecisse. Iam verò si [a] Brentio creditur, fieri non potest, quin diuina natura passionis & mortis Christi particeps facta sit; adeóque naturam diuinam in carne Christi passam esse [b] Islebius & Andreas Musculus palàm asseuerant. Imò Libertini Christum non verè, sed solùm opinatione mortuum esse contendunt, sicut & Anabaptistæ, Christum hominem nõ fuisse fingunt, & ex eius corpore phantasma quoddam extruunt, vt notat quoque Caluinus. [c] Hæcine dictu horrenda sunt, ad quorum narrationem piæ aures meritò cohorrescant? Eisdem Anabaptistis tribuit [d] Philippus, quod qui ex illis Christum passum esse concedunt, id factum videri velint non vt aboleret ipse peccatum, sed vt aboleret mortem corporalem. Caluinus impudenter audet negare, quòd sibi Christus meruerit & acquisierit quicquàm, cùm in terris vitam mortalem ageret. Infectatur igitur eos, qui volunt Christum meritis assecutum esse, vt sit Iudex mundi & caput angelorum, atque vt summo Dei imperio potiatur. Idem rursus confessionem suam aduersus Christum, qui nobis meruerit, his verbis luculentiorem reddidit: *Equidem fateor*, inquit, *si quis simpliciter & per se Christum opponere vellet iudicio Dei, non fore meritò locum, quia non reperietur in homine* (Christo) *dignitas, quæ possit Deum promereri.* An hoc etiam peccatoris animus Christi meritis & efficaciæ mortis eius non possit inniti, neque ex eius dignitate pendere in iudicio Dei? Caluinum sequitur Bernardinus Ochinus, cùm in hunc modum, scribit: *Falsum est Christum, vt hominem, meruisse, quia plusquàm deluerit in gloriam Dei fecerit, hoc est, fecerit supererogationis opera, vt vocant, atque merita illa sua nobis communicasse per verbum Dei & Sacramenta.* Quã verò insulsè ac irreuerenter isti de his, quæ Christus in horto gessit, ac nostra causa vltrò subire voluit, philosophantur? Chytræus Christum in agone versantem ita depingit, vt accesserit ei tentatio, quod sustineret cruciatus, qui nemini vel paucis profuturi essent. [e] Petrus Palladius Christum in horto sic orantem inducit. Mi cælestis Pater, fac ne succumbam in hoc agone. Fingit enim Christum iram Dei sine Patris auxilio sustinere nõ potuisse, & ideò auxilium & liberationem petiuisse. Marloratum non pudet dicere, quod vel cogitare pius horret animus. *Non fuit hæc meditata Christi oratio, sed vis & impetus doloris subitam ei vocem extorsit, cui statim addita fuit correctio.* Sed hæc ipsa verba Caluinum habent authorẽ, cui demùm si fides habenda est, sine ratione, sine spiritu Christus illud orauit: Pater si possibile est, transeat à me calix iste: quod votum subitò elapsum, eodem Caluino censore, castigauit Dominus atque reuocauit. Ita demùm Christus istis labitur, suúmque corrigit errorem summa & æterna Sapientia, in quam nulla vel minimi vitij suspicio, nulláque pœnitẽtia vel correctio cadere potest. Prætereo quod Lossius cum aliis hoc loco scribit, Christum sensu æternæ damnationis & intolerabilium cruciatuum inferni affectum fuisse, cùm pauorem illum in horto experiretur. Fingunt enim duplicem Christi passionem, internam & externam spiritualem & corporalem: spiritualem verò collocant in mœstitia cordis, in sensu iræ Dei, & horrore mortis & inferni, quemadmodùm idem [f] Lossius interpretatur. Quarè sic etiam à [g] Brentio dictum est: *Noluit Deus placari, nisi sensisset Christus supplicia peccati, hoc est*, inquit, *afflictiones ac dolores mortis & inferni.* Tùm [h] Schmidelino teste Christus in anima & corpore non modò terrenas, sed infernales etiam afflictiones, terrores atque pœnas pertulit. Quis verò si sapiat, non detestetur id, quod rursus effutit [i] Brentius de illa Christi precatione: Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? *Hic se Christus obiecit*, sicut ipse loquitur, *flammis inferni, vt non aliter affectus sit, quàm si sempiterna sibi interneccione pereundum esset.* Nec multò pòst: *Sol retrahit lumen suum, & cet. crassissimis tenebris obsaturatur, quæ significare videntur, Deum ita alienatum esse* (nota quæso Lector) *vt inuideat ipsi etiam vulgarem lucem.* Et [k] Roberto Stephano libuit hanc tueri sententiam: *Christus afflictus putat se derelictum à Patre.* [l] Caluinus in vocem omninò blasphemam erumpit, quando dicta Christi verba interpretatur: *Cùm*, inquit, *species tentationis Christo obiecta est, quasi Deo aduersa tam esset exitio deuotus, horrore correptus est.* Ac rursus: *Desperationis vocem emisit.* A Pomerano [m] in eandem ferè sententiam sic dicitur: *Christus se derelictum clamat in cruce. Hic circumdederunt eum dolores mortis & pericula inferni inuenerunt eum.* Et rursus: *Quid potest*

In Euth. Dominic. 1. post Epiphan.

in Confess. ad Carolumquintum cæs.

In Dominica infra octauam natiuit.

In 2. cap. Ioh. In harmon. euang.

a Contra Bulling. b. Vide de Fr. cium li. 3. de mediatore. c In institut. Ciuitat. cont. Anabapt. & Libert.

d In locum communes Inst. l. 2. c. 17.

Que affingantur Christo in horto precãti.

Lib. de cæna Domini contra Westphalum.

In 26. Matth. In harmonia Euang.

Christũ erroris redarguit Caluinus, illique tribuit correctionem vel pœnitentiam.

In 14. cap. Matth.

Christo tribuũt dolores inferni, & sensum damnationis.

f In cap. 26. Matt.

g In Ioannem hom. 24.

h Concio. de passione Christi Oratoria & decens Domi. Anno Et de 7. plagis tic concio.

Fingunt Christum in cruce desperasse, vel desperabundum orasse.

i In Lucam par. 2. ca. 65. K. Resp. ad calad. quarta error. art. 47. l. In harmonia Euangel. m. (nam ante in. Psal. 22.

In Catechis. anim 51.

in psal. 21

De gratia noui Testamenti ca. 6

Comment in Psalm. 16 Lib. 2. institut. ca. 16.

In cap. 5. ad Hebræ.

potest esse grauius ea tentatione, quando non solùm desperatio vitæ est, sed etiam impugnat desperatio salutis; & nihil aliud est separatio a Deo versatur ob oculos, id est, æterna damnatio. Non fabulam, sed rem seriam hic agit Christus. Igitur & Brentius, quem paulò antè citauimus, hunc Christi clamorem in cruce sic interpretatur, vt significet Christum doloribus inferni obrutum, & flammis inferni accensum fuisse. Nec intelligunt sapientes isti, quod Christus hac oratione non diffidentiam, sed doloris vehementiam, in qua versabatur explanet, vt humanæ naturæ statum & conditionem exprimat, quódque non se ac res suas à Deo negligi, sed auxilium paternum differri significet. Hieronymus locum eundem exponens. Hic, inquit, humanitas loquitur, quomodò derelicta fuit in Adam, quando is præceptum transgressus est. Vel in passione derelictus Christus, pro parte carnis.] Eadem Augustini est sententia, hæc verba nempè dici partim ex persona Christi, quod ad formam serui attinet, partim ex persona sui corporis, quod est Ecclesia, vt sit vox Ecclesiæ in Christo patientis, vel in quo patitur nostra infirmitas. Antonius Coruinus, alicubi (neque enim locus nunc occurrit) his verbis non minore inscitia, quàm in Christum contumelia plenis scripsit: *Christus conquæstus est, se derelictum a Deo, hoc est, quod ipse de vita & beatitudine & ab omnibus bonis fuit derelictus.* Ac iterum. *Post mortem Christi oportebat animam suam pati in inferno, & martyrio affici a damonibus.* Quin & Æpinus hanc tuetur sententiam, Christum post mortem crucis exantlatam, gehennæ gustâsse flammas, & pœnas inferni pertulisse, vt pro animabus exutis corpore satisfaceret. Et rursus caluini dictum est: *Oportuit Christum eum inferorum copiis, æternæque mortis horrore, quasi confertis manibus luctari.* Tùm alio in loco dicere non veretur, christum Dominum adeò terribili mortis terrore concussum, vt quasi in desperationem incideret, anxius & sollicitus, ne à morte absorberetur.

Car Christus dicatur derelictus.

Christum etiã post mortem gustasse flammas & pœnas inferni.

Qvis verò christiana mente prædictus execrandas istorum blasphemias non demiretur, non exhorreat, cùm audit christum Dominum & Redemptorem nostrum in cruce desperasse, vel desperantis vocem edidisse, aut ad desperationem vsque terrores mortis & dolores inferni flammásque tartareas, quin & illatum ab ipsis dæmonibus martyrium, & infernale supplicium post mortem etiam sustinuisse? An maiorem & turpiorem in christum blasphemiam Ebion, Arius, Mahometus, quamlibet impij, vnquàm profuderunt? Næ isti sunt in preciosam filij DEI mortem petulanter contumelioси, meritúmque & virtutem Dominici sanguinis, quo salus nostra nititur, tantùm non euacuare contendunt. Quis omninò christianus ambigat, consummatum esse in cruce mysterium redemptionis humanæ, quo sanctificantur Adæ filij, omniáque in cælis & terris pacificantur? Hoc mysterium isti certè vel vt prophani nesciunt, vel ingrati deprimunt, vel ceu rabiosi malo acti spiritu palàm infectantur. Quàm multa, quàm grauia, bone Iesu, nostra causa vltrò suscepisti, perfecisti, toleraſti, tuum vt nobis incredibilem declarares amorem? & tamen hæc ipsa (prò nefas) à nouis hostibus tuis vel ignorantur vel contemnuntur, vel in disputationes & contentiones nefarias rapiuntur. Talis ac tanta tibi rependitur gratia benignissimo liberatori, qui redimendis mortalibus te totum impendisti, & cui salutem omnem acceptam ferre debent

in cap. 2. Actor.

electi, & de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Ac Lossius quidem rectè sentit, christum post mortem vero & essentiali, vt ipse vocat, descensu ad inferos tanquàm ad certum locum descendisse, ac nihil pœnæ illic sustinuisse, cùm peccatum per mortem eius in cruce fuerit expiatum. Verùm vt noui etiam fermenti aliquid admisceat, christum fingit non anima tantum, quod Orthodoxi omnes prædicant, sed verè & anima & corpore ad inferos descendisse, quod nec Scriptura probat, nec recipit Ecclesia. Sed & centuriatores de christi

Cent. 9. ca. 4. & Cent. 11. cap. 4. & 10. Cent. 4. & 6. cap. 4

ad inferos descensu rectè sentire non possunt, qui non modò Anselmum, Haymonem, Rabanum, Remigium, verùm & Patres vetustiores & in Ecclesia celebriores, Gregorium Magnum, Augustinum, Hieronymum & chrysostomum hoc nomine audent perstringere, quòd catholicum de hoc ipso fidei articulo sensum astruant atque confirment. Melanchthon vt est amans syncretismi, fatetur in suis Ecclesiis studiosè caueri, ne in articulo de

Epist. ad Senatum Hamburgensem, Anno 1559

descensu ad inferos, cùm proponitur enarratio symboli, aliquid attingatur de cruciatibus separatæ animæ christi apud inferos, cuius rei inquisitionem nec Lutherus necessariã esse iudicarit. O vafrum hominem, qui hac ἀμηχανίᾳ summam suorum dissentionem sopire conatur, sed quæ posteà in nouas etiam flammas erupit. Quid verò Bucerus? quod christus ad inferos descẽderit, vt christianus orbis in symbolo prædicat, id illi παυτολογίᾳ est, & infero rum nomen pro sepulchro accipit. *Descendere ad inferos*, inquit Brentius, *est prorsus interire, quod Germanice dicimus,* zu grund gehn Caluino hic descensus accipitur pro lucta cum æternæ mortis horrore. Idem verò Iymbum Patrũ, ad quos liberãdos christus descendisse creditur, pro

Lib. 2. instit. cap. 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

fabula ducit: sicut & Bucerus dicere non dubitauit, inuenta hominum esse, quæ de lymbo Patrum & reali descensu Christi ad inferos seu loca quædam obscura proferuntur. Sic isti nouæ fidei doctores, præclarum illum fidei articulum de Christi ad inferos descensu pro nihilo habent, & totam interim venerandam rident antiquitatem. Fuit & Schaf housæ quidem è nouis ministris, vt fide dignus Episcopus Ioannes Faber indicat, qui mortuum quidem Christum agnouit, sed eum corporaliter rursum à mortuis non resurrexisse tradidit, quoniam corpus eius perindè atque aliorum hominum cadaueribus accidere solet, cõputruerit, fueritque prorsus absumtũ. Quæ verò maior aduersus resurgentis DOMINI maiestatem, quæ intolerabilior contumelia, quod nugacius figmentum peteſt opponi? Bezæ christus per monumentum clausum non resurrexit, vt eius caro illud peruaserit, sed monumentum cessit corpori resurgenti. Ac in eo quidem conspirant Sacramentarii, vt contra Scripturam expressam negent Christum suo corpore clausam ianuam transiisse, & sepulchralem lapidem penetrasse. Ad hæc putat Suuenckfeldius, post resurrectionem in christo humanã nõ esse naturã, sed eam à Diuina absorptam manere, sicut chytræus admonet. Docet autem ita Suuenckfeldius: *Christus nunc iuxta naturam suam humanam clarificatus, deificatus, Deo incorporatus, ac omnino totus gloriosus, spiritualis & diuinus factus est.* Et rursus: *Etiam iuxta corpus perfectus Deus, imo etiam corporalis Deus est.* Vides igitur hæresin Eutychianã hic renouari, dum humanam in christo naturam non mansisse, sed in diuinitatem transiisse somniat Suuenckfeldius. Neque dissentit Bullingerus, cùm ita scribit, seu potius cauillatur: *Si assumtus ille homo, euectus est super omnes creaturas, desiit vtique esse creatura*: sicut hunc locum Beza quoque citauit. Ne reliquum nobis faciunt articulum, quo christum in cælos credimus ascendisse. Negat enim Illyricus hanc ascensionem in sublimes cælos factam esse, cùm fingant localem quandam christi eleuationem, quæ in cælum, id est, in aërem duntaxat contigerit ad testandam eius glorificationem, vt [a] Tiletanus rectè obseruauit. Negat & [b] Brentius, christum eiusque naturam humanam post resurrectionem die quadragesimo primùm in cælos ascendisse, & affirmat eum ante ascensionem illam, imò iam inde ab initio incarnationis in cælo fuisse. Statuit enim corpus christi, quod nemo satis dignè miretur, in cælo & in terra, imò suprà, infrà, intra & extrà omnia huius seculi loca. Vnde Brentii sectator Lossius hæc quoque scripsit: *Corpus Christi post resurrectionem glorificatum est in omnibus locis, imo suprà, infrà, intrà & extra cælum & terram.* Breuiter, Schmidblinus & Brentiani in hoc laborant maximè, vt christi ad cælos ascensum eludant, & sessionem eius ad dexteram ita definiant, nihil vt ea ferè sit aliud, quàm omnipotente maiestate plenitudine potestatis, omni præsentia & cæteris diuinæ naturæ attributis christi corpus præditum esse. His annumerari potest Ioachimus VVestphalus, qui negat particulam sursum, localiter exponendam esse, & contra sensum Grammaticum, contra iudicium Patrum, contra totius Ecclesiæ consensum, ascendisse christum in cælum, nihil aliud esse docet, quàm disparuisse: eum verò in cælo esse, pro eo quod est, vbique esse, interpretatur. Cui Lascus non malè respondit: *Vita, spiritu & gloria sua Christi corpus spoliant, qui illud vbique esse volunt.* Nouum sanè ac tetrum dogma, quod communes hominum animos mire perturbat, dum plerique vbi vel cælum sit vel infernus, sursúmne an deorsum, nullo modo constituere possunt. Fœdus & ille caluini lapsus est, cùm scribit, christum traditurum Deo & Patri regnum, illique subiiciendum esse, vt Paulus affirmat, secundum vtramque christi naturam intelligi oportere, quemadmodum à [c] Stancaro etiam est annotatum. Eadem impietatis nota se caluinus polluit, cùm verba Pauli tractans, quod semetipsum christus exinaniuerit, locum illum ad vtramque christi naturam refert, vt ita christus vtrinque dicatur exinanitus, quod plane sapit Arrianismum. Ac eò demùm istorũ peruasit audacia, quam scelerum omnium nutrix impunitas atque securitas confirmauit, adcóque immedicabilem prope reddidit, vt sanctæ fidei de christo, redemptore & Saluatore nostro partem propemodum nullam satis integram inconuulsámque seruemus.

in 27. cap. Matth.

Li. aduersus Suuenckfeldium.

Lib. de omni præsentia corporis Christi.

Ioan 20.

in 1. c. Matth.

Li. de collatione Ioannis Christi, vltima.

Lib. de omni præsentia corporis Christi.

a De Sacramentis contra Kemnicium

b in Lucam part. 2. hom. 50. & contra Bullingerum in 26. cap. Matth.

in dissertat. Tubingensi. cap. 27

Libel. contra Ioannem à Lasco.

Li. contra Vvestphalum.

Li. instit. c. 17. Parag. 17.

1. Cor. 15.

c in admonit. de libris Caluinistarum. Philip. 2.

POSTREMO de Dauide Georgio, impiorum huius ætatis omnium, qui christo aduersantur, quodam velut primipilo, non possum non meminisse. Is post hominum memoriam (cohorresco referens) veri Messiæ personam, doctrinam, spiritum & officium in Germania sibi sumsit, is Filium se illum à Patre dilectum, se Regem Israel, hominum Saluatorem & totius orbis extremum iudicem esse iactauit: Is Ioanni Baptistæ & sanctis Prophetis omnibus, adeóque Christo Domino & Redemptori nostro suo velut ministro & præcursori se longe anteponere, & mortalium salutem omnium ad se vnum reuocare veritus non est. Tantundem verò dementiæ, plúsque barbaricæ tyrannidis & flagitiosæ obscœnitatis fuit in

Summa impietas Dauidis Georgii, de quo scriptum extat Basilien sium.

in Epistola Iude.

in Ioãne Leidensi, qui ex Hollandico sartore coryphæus Anabaptistarum, & fastuosus Rex Monasterij factus, nónne, sicut Apostolus quidam fore prædixit, dominationem spreuit, & maiestatem blasphemauit, ac se quoque christum esse arrogantissimè simulauit? Potest de illo etiam verè dici, quod Mahometo alij tribuunt: Οὐκ ἦλθε διὰ θαυμάτων ἀλλὰ διὰ ξίφους δόξαι νόμου. Hoc est: Nõ veni per miracula, sed per gladiũ legem dare. Inuenit tamẽ vterque phanaticus homo, quem dixi, sui similes, qui pessimis magistris crederent, illósque duces sequi vellent, ac pro ipso Messia colerent, quos constat ex omni propemodùm impietate fuisse conflatos. Neque his dessimilis fuit Augustinus VVeber Augustanus pellio, qui vt prætextu Euangelij ad regnum sibi muniret aditum, coronam regiam, sceptrum, gladium & quod ad regias vestes attinebat, egregiè apparauit, fuísque nescio quam reuelationem attulit, qua confirmaret se Regem terræ diuinitùs constitutum, & mille annos regnaturum esse. Parem dominandi libidinem Ioannes Fette præ se tulit, in quem Senatus Brunsuicensis animaduertit: de vtroque narrat Vrbanus Rhegius. Eiusdem classis & farinæ fuit Ioannes VVihelmi, arte sartor ac religione Anabaptista, qui non ita pridem ab impiis sociis in Principem delectus fuit, vt quod Rex ille Monasteriensis ante annos 40. in VVestphalia cœperat, idem iste Vesaliæ, quæ ciuitas est Cliuensium, in arripiendo & administrando regno aggrederetur. Accepit igitur conditionem tàm superbus atque nepharius, vt velut alter Dauid ac Dauidis filius se Regem iactarit, nec modò ius gladij, verùm etiam totius mundi gubernationem ad se voluerit pertinere, multáque leges, sed execrandas, suis præscripserit, cyclopicus planè contemptor veteris Ecclesiæ, quã inde à morte Apostolorum interisse fingebat, ac Sacramentorum simul omnium abrogator, talísque Tyrannus, qui suis ad sacrilegia, furta, rapinas, latrocinia fœdásque libidines frænа omninò laxaret, & quasi classicum caneret. Habuit is suum quoque Prophetam Casparum Sutorem, & suas itidem, ne dicam diabolicas reuelationes, quibus non parum gloriaretur. Quoniam verò perditorum hominum seditiosi sacrilegique conatus diu latere non potuerant cliuensium Princeps vt sceleratam impiámque factionem supprimeret, in Regem hunc nothum eiúsque ministros seuerè animaduertit, nec solùm affectati regni, sed & grauissimorum criminum reos omnes extinxit.

De impio Rege Monasteriensium Ioãne Leidensi.

In li. de restitutione regni Israelitici.

De vanitate Aug. VVeber & Ioannis Fette plebeorũ, ad regnum aspirantium.

De Ioanne VVilh. sartore imperium ambiente, & arripiente.

AN non igitur intelligis tandem, non admiraris bone Lector, humanam, ne dicam dementiam, an Satanicum furorem in his qui sacra fidei iura perfidè violarunt, & ab Ecclesia catholica nefariè se præsciderunt, vt nouum, nescio cuius doctrinæ genus pro sua libidine profiterentur? Qui professores quid nostra non tentarunt ætate, vt sursum & deorsum sacra miscerent omnia? à quibus rapinis & prophanationibus sese abstinuerunt? quos motus exitiales passim non excitarunt? quam procacitatem, rebellionem & peruicaciam aduersùs Magistratus & Principes non exercuerunt? quò demùm proiectæ impudẽtiæ simul & vesaniæ non proruperunt? O infestum & infensum christianæ gentis hostem Satanam, qui cùm sit mundi princeps, his tantis ludibriis Deum immortalem afficit, omnémque subsannat Ecclesiam, dum suam crudelissimã tyrannidem per istiusmodi satellites & ministros quos diximus, in christi Domini odium diuiníque verbi deprauationem explicat, & ostentat. Quis non credat, vinculis illum esse solutum omnibus, qui aduersùs Dominũ & christum eius tàm aperto Marte, tantóque rerum successũ grassatur, & vbicunque potest, Orthodoxam religionem funditùs euertere non desistit. Etenim quò minus temporis in suo regno sibi superesse cernit, eò ardentiùs ac furiosiùs in hoc vnum totus incumbit, vt quod Paulus vocat, mysterium iniquitatis, in suis filiis verique Antichristi præcursoribus strenuè operetur. Quid enim hæresis & schisma tàm longè latéque in orbe Christiano sæuiens, quid, inquam, est aliud, nisi aduentantis Antichristi præambulũ, & perituri orbis compendium? Viam huc omnem strenuè parantibus Iconomachis, Theomachis, Misoloturgis, siue è Lutheristis Germanis, siue ex Hugonistis Gallicis, siue ex caluinianis Subaudicis, siue ex Zuinglianis Heluetiis, siue ex Gensitis Belgicis originem & stirpem funestissimam ducant.

Infelix progressus & exitus Schismatis coram huius temporis.

Satan persectarios Deum & homines supprugnat.

Apoc. 20

Apoc. 12

2. Thess. 2.

SED enim modus & finis tandem aliquis esto in hisce congerendis siue erroribus, siue furoribus, quos prophanum studium & impia temeritas Nouatorum in Europam non ita pridem inuexit. Quis autem Christiano spiritu imbutus, hanc tristem afflictæ Christi sponsæ Ecclesiæ faciem intueri, hanc fœdam sacrosanctæ religionis dissipationem ob oculos ponere, hãc miserabilem tot de fide opinionum atque dissensionum confusionem secum animo reputare potest, vt simul ex animo non ingemiscat, non ob summum summi Dei contemp-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic nomen & verbum eius blasphematur, horreat, neque cum Magdalena plorantes iustas iungat lachrymas, & ad se quoque pertinere non putet illam Magdalenæ lamentationem, Tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum? Pius, qui enimanimus Deum timet, & est Christianæ Reipublicæ studiosus, execrari potest, ferre non potest tàm atroces, quas ostendimus, in Diuinam maiestatem contumelias euomi, & damnatæ in aliis perfidiæ cineres, qui iam olim extincti iacebant, denuò excitari, nouásque inde flammas summa cum hominum pernicie toto fere orbe grassari, ac demùm tàm apertã in Deum Diuósque omnes theomachiam impunè passim exercitari. Quid verò, si nunc rediuiuus apud nos adesset vir sanctus & Episcopus verè Apostolicus ille Polycarpus? quàm inuitus ac dolens hos prodigiosos audiret errores? quanta vi blasphemis doctoribus reclamaret? An non suas obturaret aures, ac pro consuetudine gemens iterum diceret: ὦ καλὲ θεὲ εἰς οἵους με καιροὺς ἐτήρησας ἵνα τοῦτον ἀνέχωμαι. O bone Deus, inquit, in quæ tempora me reseruasti, vt hæc sustinerem? Parum sic scilicet, per istiusmodi verbi Dei corruptores, quorum vberior seges in aquilonari orbe nunquàm fuit, tori ordini confusionem, pacatissimæ patriæ bellum, florentissimis prouinciis clades & strages, amplissimisque regnis exitium inuehi. Parum sit inquam, his authoribus magistratus proscindi, Patres irrideri, Synodos explodi, sanctis hominibus insultari, veneranda Sacramenta prophanari, & quæcunque demum ad Ecclesiæ cæremonias, ordinem ac disciplinam pertinẽt, abiici atque aboleri. Verum enimuerò ipsa prima principia & quasi fundamenta fidei Christianæ funditus concuti, & adoranda magis quàm discutienda religionis nostræ mysteria per homines, nescio quos, in dubium prorsus reuocari, & ad vulgi iudicium referri, præterea vtramque Christi Domini & Saluatoris nostri naturam, ipsámque Spiritus sancti diuinitatem, ac totius indiuiduæ sempiternæque Trinitatis inexplicabilem maiestatem iam inde à temporibus Apostolorum vno omnium fidelium consensu receptam, iustis & longis decertationibus contra Hæreticos defensam, in celeberrimis Synodis approbatam, ac multis denique Scripturarum testimoniis, constabilitam, petulanter iterum impeti, & rabiosè conuelli, denique nihil fere sanctum, nihil inuiolatum, nihil ratum, firmum ac solidum in religione & doctrina Christiana relinqui, id verò nefandum, id inexpiabile, nec vllis omnino lachrymis dignè satis deplorandum scelus est, maiorum nostrorũ ætate nulli haudquaquam impunè permissum, sed quemadmodum par erat, à magistratibus semper acerrimè vindicatum. Equidem non video, cur hoc loco & tempore dicere non possit Orthodoxus, quod laudatissimus idem & vetustissimus Martyr Irenæus, cùm nouorum quorundam dogmatum improbitate fuisset offensus, ad Florinum scribens aliquando respondit: Hæc dogmata, inquit, vt cum fiducia dicam, suam sententiam non habẽt. Hæc dogmata dissentiunt ab Ecclesia, & in maximam impietatem eos coniiciunt, qui ipsis obtemperant. Hæc dogmata ne Hæretici quidem, qui extra sunt Ecclesiam, vnquam fuissent ausi pronunciare. Hæc dogmata tibi, qui ante nos fuerunt Presbyteri, qui & Apostolorum discipuli extiterunt, non tradiderunt.] Aut si forte cuiquã placet magis Hieronymi confessio, fas est cum illo Hæreticorum expugnatore fortissimo aduersus noua istorum commenta & portenta sic quoque liberè dicere: Quisquis es assertor nouorum dogmatum, quæso te vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostoli voce laudata est. Cur post quadragentos annos (nunc etiam post mille quingentos annos iure dixeris) docere nos niteris, quod ante nesciuimus: Cur profers in medium quod Petrus & Paulus edere noluerunt? Vsque ad hunc diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit. Illam senex tenebo fidem, in qua puer natus sum.]

Officium vere piorum in hoc afflicto Ecclesiæ statu.

Polycarpus noua dogmata impatienter tulit.

Irenæi & Hieronymi sententiæ contra nouorum dogmatũ seminatores.

Iean. 20.

Euseb. histo. Eccles. lib. 5. cap. 19.

Vide apud Euseb. lib. 5. Eccles. hist. cap. 19.

Hieron. in Epistola ad Pammachium & Oceanum.

Mirabitvr hoc loco forsitan aliquis, cur ego tantoperè laborem in tot monstris hæreseon proponendis: cur præterea in enumerandis illorum erroribus versẽr, quos damnatæ memoriæ homines ab omnibus esse censendos Ecclesia iudicauit. Igitur vt consilij mei rationem habeas Lector, equidem scripturus de corruptelis verbi Dei principio grauiores huiusmodi prætermittendas non putaui, quæ bonis omnibus non solum admirationem, sed & horrorem, ni fallor, adferunt: & quas indicasse propemodum confutasse sit, præsertim quando illa cum ipsis totius religionis & doctrinæ Christianæ principiis velut ex diametro pugnant. Deinde monet Christus Dominus in Euãgelio, vt qui suæ saluti bene prospectum volunt, inprimis à Pseudoprophetis caueant, eos autem tanquàm putres arbores à noxiis seu pestiferis fructibus iubet internosci. Non igitur erat absre, si nos cum recentibus Pseudoprophetis congressuri, in huius operis limine cum de aliis grauissimis verbi Diuini corruptelis, tùm de pestilentissimis nouæ doctrinæ fructibus Lectorem commonefaceremus. Nec enim aliter fieri potest, quin malorum seminum mala sit seges, & malus coruus malum

Quibus de causis nouarum Sectarum errores hic expectantur.

Matth. 7.

Genes. 6. & 11. Cantic. 2. Bi tulb. 7. Aliar. 20. Matth. 23. Act. 3.

uus malum ouum pariat, vti vulgo dici solet. Præterea in verbo DEI de gigantibus & Babylonicæ turris ædificatoribus, déque vulpibus, lupis & viperis frequens fit mentio: nec dubium, quin hisce nominibus illi designentur, quos antiquitas Paulum secuta Hæreticos dixit, & longè nocentissimos Ecclesiæ hostes semper esse censuit. Etenim crudelitatem plusquam Neronianam in animas hominum immortales exercent, & quicquid sanctum est ac inuiolabile, id sibi labefactandum ac abrogandum ferè proponunt. Quales verò illi hoc sint tempore, vt nemo in re summi momenti vel erret vel ambigat, ex his, quæ diximus, non erit difficile iudicatu: atque vt nos maxime taceremus, seipsos illi clarissime produnt. Adscribam tamen Pauli Eberi testimonium, qui post Lutherum & Melanchthonem primas tenuit in schola VVittembergensi, vt vel inde constet certius, quales fructus nouæ istæ arbores, nouíque Doctores in suis Ecclesiis ferant. *Tot*, inquit, *& tantis confusionibus & scandalis deformatur totus cœtus* (Euangelicorum) *vt nihil videatur minus esse quam quod profitetur. Nam si ad docentes respicias, videas quosdam vel ambitione, vel æmulatione, vel curiositate, doctrinam corrumpere, & falsam doctrinam audaciter spargere, aut pertinaciter tueri: aliquos non necessaria certamina serere & fouere implacabilibus odiis, aliquos religionem inflectere, fingere ac resingere ad nutum & cupiditates vel dominorum vel cœtuum, quorum gratiam pluris faciunt, quam gloriam Dei & veritatis propagationem, aliquos vero vniuersum id, quod vera docendo extruxerunt, inorum licentia, & turpitudine vitæ rursus destruere. Hi mœui conspectu in ordine profitentium doctrinam cœlestem, non possunt non contristare pios, & multos ab Euangelij studio reddere alienores. Rursus si ad auditores oculos conuertas, videbis religionis & libertatis Christianæ sœdissimum abusum, contemptum & neglectionem sancti ministerij, disputationum profanitatem, direptionem bonorum Ecclesiæ, ingratitudinem erga fideles ministros verbi, disciplinæ laxationem, effrenem contumaciam inuentutis, & aliorum vitiorum segetem indies vberrimam succrescentem, quæ mala intuens, non potest non vehementer animo percelli, & interdum quassari fluctibus dubitationum, ambigens, an hic cœtus possit esse Ecclesia, in quo tantum sit distractionum, confusionum & enormium vitiorum.* Hæc vera nec minus ingenua Eberi est confessio tùm de doctoribus, tùm de auditoribus Ecclesiæ nouæ, quæ interim de possessione verbi Dei, & incorruptæ doctrinæ tantoperè gloriatur. Potissimum autem propter mores nouorum doctorum, quos luculẽter depinxit Eberus, hoc illius testimonium repetiuimus: ne quis fortasse suspicetur, nos in talium hominum inuidiam aliquid fingere, qui miserabilem hanc speciem & summam deformitatem Ecclesiæ suæ tot tetris opinionibus, & horrendis confusionibus reddunt indies deteriorem, vt hinc etiam discipulorũ & seductorum animi mirabiliter excrucientur, ac multi de suæ Sectæ progressu haud obscurè desperent.

Præfat. in commentar. Philip. super epist. ad Cor.

Eberi testimonium de doctrina & moribus magistrorũ & ministrorum apud Euangelicos.

Quales verbi Dei auditores apud Euangelicos reperiãtur.

Ad disputationẽ ex verbo Dei non admittendi, qui primos fidei articulos male cenẽt vel negant.

VT autem eó redeam vnde sum digressus, fuit & illa nobis causa præsentem tantorum errorum indicem proponendi, quod inde probatum & persuasum omnibus cuperemus, nouis quidem verbi Dei ministris & magistris fidem & auctoritatem non competere, sed eos à Diuini verbi possessione merito reiici & arceri, qui tàm turpiter in primam & summam maximéque necessariam verbi Diuini partem impingunt. Etenim cum Christianæ doctrinæ fontes, vt ita dicam, in vera doctrina de Deo, de Trinitate, de Christo & vtraque eius natura consistant, dici non potest, quantoperè hic isti hallucinentur, & aut veteres confirment, aut nouos eósque valdè pernicioso s ferant errores. Atque vtinam solùm errarent, verósque gigantes non agerent, vt qui blasphemas linguas in cælum mittere, ac immortalem Deum diuinásque personas immani bello lacessere, & Christum Dominum palàm incessere, haud sine furiosa & Cyclopica quadam audacia moliuntur. Quid autem in re tota Christiana minus ferendum, quid grauius incusandum ac seuerius castigandum est, quàm eum aduersus æternam Dei Maiestatem infidelitatis blasphemiæque crimen aperte perpetratur, & sincera de Deo fides tàm pernicioso opprimitur aut labefactatur, doctrina verò Satanica publicè confirmatur, & spargitur?

Nihilminus ferẽdum magisque detestandam Christiano, quàm error in fide.

QVÆ cum ita sint, parum aut nihil, vt spero, Lector mirabere, nos pro ea, quam ad ædificationem Ecclesiæ accepimus potestate, in aduersariorum aliquãdo libris versari, indéque magis crassos, tetros, impuros & pestilentes errores ad confutãdum desumere, vt hac etiam in parte aliis prodesse possimus. Etenim sic aliorum animos, qui adhuc mundi & sinceri sunt, vt in officio maneant, constabilimus, omnésque pro nostra virili cautiores reddimus, vt aduersus nouæ & pravæ doctrinæ fermentum, quod recentes Theologi clàm, palàm inducunt & propagant, sese præmuniant atque tueantur. Quare non solum in hoc ipso vestibulo, sed progressu etiam operis istiusmodi corruptores sæpenumero à nobis adducuntur, illorúmque sententiæ considerantur, & vitia deteguntur, vt verum à falso, pium ab impio, rectum ab iniquo rectius discernatur, verbúmque θεόπνευστον, cui posthabenda sunt omnia, aduersus deprauatorum iniuriam vindicetur. Vt omittam interim, sæpenumero vsu venire, quod sicut ex malis moribus bonæ leges natæ sunt, sic etiam ex libris non bonis falsáque doctrina Hæreticorum, Catholica veritas, quæ opprimi non potest, tùm illustrior,

Qua ratione & in quorum gratiam hæ lucubrationes institutæ sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tùm solidor efficiatur. Cùm verò aliis veritatis Euangelicæ studiosis, tùm illis maxime nostram hanc operam cupimus esse salutarem, qui velut inter scorpiones versantur, atque vt velint maximè, tamen venenatos serpentum afflatus effugere, & omnem cum Hæreticis consuetudinem euitare difficillime possunt. Hos velut mediis fluctibus intercluſos & tanquam flammis aut carbonibus ardentibus expositos, vtinam propitio Christo iuuare possemus, sicut grauis ipsorum postulat necessitas, ac præceptum nobis Apostolicum iniungit, quo dicitur: Hos quidem arguite iudicatos, illos verò saluate de igne rapientes. *In epist. Iude.*

De vero vsu verbi Dei & communi etiam abusu admonitio.

QVONIAM vero de corruptoribus verbi dictum est satis, nunc qua possum contentione maxima, Lectorem obtestor, vt quo præstantius donum est verbum Dei, sicut initio meminimus, eo auidius illud amplectatur, & studiosius colat, & religiosius obseruet, ac in eo ipso tum ornando, tùm moribus exprimendo, per omnem vitam accuratius elaboret. Hoc *Roman. 2. Iacob. 1.* enim est quod Paulus & Iacobus Apostoli inculcant vel maximè, Christianos non auditores tantum, sed & factores verbi esse oportere: sicut & Christus beatos pronunciat, qui ver- *Luc. 11.* bum Dei audiunt atque custodiunt. Retineamus interim, & magno cum animi dolore nobiscum sæpè versemus, nos in ætatem mundi senescentis vere ferream, & omnis impietatis refertam incidisse, qua cælestis ille thesaurus verbum Dei, vilissimi precij merces euasit, virtutis norma turpitudinis operculum esse cœpit, arx autem veritatis in mendacij præsidium conuersa est, & pietatis demum ac æquitatis omnis regula, decus atque lumen, in impietatis, apostasiæ, impudentiæ, contumaciæ, seditionis ac rebellionis commune quoddam tegumentum est transmutatum. Quocirca negari non potest, quod olim de Christo Domino

Verbū Dei, sicut ipse Christus, petra scandali & signum contradictionis hoc tempore.

dictum simul & factum est, Idem de sacro Dei verbo rectissimè vsurpari, positum illud vi- *Luc. 2. 1. Pet. 2. 2. Cor. 3.* delicet esse in signum contradictionis, in petram scandali, in lapidem offensionis, ac beatum videri hominem, quem verbi Diuini litera tanquam sagitta meridiana volans, non vulnerat & occidit, beatum inquam, qui Scripturam diuinam ita legit ac tractat, vt parte saltem ex aliqua non offendatur.

Quos hodie verbum Dei præcipue scandalizet.

OFFENDVNTVR sanè Schuuenckfeldiani, qui Christianos tantùm non Scripturis diuinis excludunt, earúmque vsum & lectionem turpiter eleuant, cùm voces nescio quas, cælestes & visa somniáque libris Biblicis anteponere, cùm itidem verbum Dei mortuam tantùm inanémque literam esse fabulantur, cùm prætereà indignè sentiunt de verbi Diuini ministerio, quod grauissimas ob causas in Ecclesia necessario retinetur. Nec pudet Seba- *In præfat. de paradoxis.* stianum Frankcium palàm effutire, Scripturæ literam esse gladium Antichristi, quo Sancti vincantur ac interficiantur, esse sedem in qua soleat insidere, & certam eiusdem Antichristi notam & insigne, verúmque Silenum Alcibiadis. Offenduntur Iulianus apostata, Porphyrius alíque prophani prorsus ac impij, dicam & insani diuinæ Scripturæ calumniatores, quibus Ottonem Brunfelsium è Carthusiano apostatam licet annumerare. Hunc quip- *Problemat.*

Horrenda Brūfelsij blasphemia.

pe nihil pudet ætate nostra voces tàm blasphemas literis tradere: *Quod Euangelium scriptum merà sit relatio Cabalistica, quæ inuicem alius trudit alium: Euangelium inter Scripturas Biblicas non esse censendum: Apostolos homines fuisse, & labi potuisse, imo etiam scripsisse pugnantia, quæ compeni nunquam possint.* En quo tandem audaciæ prorupit Satan, quantúmque in suis profecit ministris, vt ad omnem religionem, diuiníque verbi authoritattē abrogandam, sacrosancto Christi Euangelio & scriptis Apo-

Matthæus Euangel. lapsus iuxta Cornelium Agrippam.

stolicis indubitatā fidem & reuerentiam omnē labefactare contendat. Eōdem spectat non modo falsa, sed & execranda Henrici Cornelij Agrippæ censura, cum scribit de sancto & primo Euangelista: *Defecit Matthæus, quando scripsit Christum nondum mortuum, dum lancea latus eius aperuit.* *De vanit. scient. cap.* Offenduntur, qui tàm angustos limites verbo Dei circumscribunt, vt in solis literis & scriptis Biblicis quæ circumferuntur, illud hærere contendant: nec intelligunt multo esse antiquius, latiúsque Dei verbum patere, quod ante Moysen etiam prisci Patres tenebāt, verbum inquam veritatis, verbum insitum, quod potest saluare animas, sicut Iacobus appellat, verbúmque credētibus euangelizatum, vt à Petro dictum est, quod Apostolorum viua voce traditum & Ecclesiæ commendatum, nō minus quàm scriptum illud manet in æter- *Iacob. 1. 1. Pet. 1. Esai. 40.* num. Offenduntur, qui verbum Dei ad nouum librorum indicem, siue vt vocant, Scripturæ canonem reuocant, suásque priuatas opiniones in re tāti momenti, communi Ecclesiæ iudicio anteponunt, vt pro libidine sua de libris sacris non sacros faciant, & quos ipsi demum velint, tùm veteres tùm noui instrumenti libros è suo dimoueant loco, sicut nonnul-

Circumcisores sacri canonis nuiti.

los hodie sacri canonis circumcisores isti leues ob coniecturas dimouerunt. Offenduntur, qui verbum Dei mala fide vertunt variásque in linguas transfundunt, vt ita liberius non solùm à probata Ecclesiæ versione Latina discedāt, sed etiam ad suum & Sectæ institutum torqueant omnia, rudes interim ac imperitos egregie fascinantes. Hinc plures & liberiores

Bibliorum

Bibliorum interpretationes nulla vidit ætas, & illas ipsas publici Ecclesiæ hostes, nulla quidem authoritate commendati, audent orbi obtrudere, nimirum Lutherus, Zuinglius siue Tigurini, Pellicanus, Bucerus, Caluinus, Castalion, Beza, Robertus Stephanus. Et hi mi- Non fidendum nouis Bibliorum versionibus.

rum, quantoperè inter se dissentiant, vbi de rebus etiam maximis agitur, quotque prophanas vocum nouitates inducant, formam sanorum verborum, vt Paulus præcipit, minimè obseruantes. Offenduntur, qui germanum diuini verbi sensum & iudicium sibi & aliis, adeóque communi vulgo permittunt, & ne parum extra viam currant, sine duce, sine norma & amussi, probatis Ecclesiæ iudiciis, Patrúmque suffragiis vel contemptis, vel prætermissis, in Dei verbo libere vagantur potius quàm vllum rectè philosophandi ordinem tenent: Qui denique vt semel absoluam, licet verbum Dei legant, tamen ea quæ dicta sunt benè, priuato spiritu freti, & sensu suæ carnis inflati intelligunt malè, & sicut Petrus de quibusdam dixit, ea quæ in Scripturis difficilia reperiuntur, ad suam ipsorum, sæpè & aliorum perditionem sceleratè deprauant.

2. Tim. 6. 2. Tim. 1. *2. Pet. 3.*

Non est omnium verbum Dei intelligere vel interpretari.

VSQVE adeò verum est quod diximus, non modo Christum Dominum, sed & ipsum Dei verbum Christique Euangelium si antehac vnquàm, & nunc imprimis rectè dici petram scandali & lapidem offensionis, in quem Europæi potissimum impingant, vt quos velut ægris oculis affectos diuinum huius verbi lumen offendit, eóque infelicitatis deducit, vt quemadmodum perfidæ Iudæorum genti accidit, videntes non videant, & audientes legentésue nō intelligant, vtque mensa eorū fiat in laqueū, & in captionem & in scandalū, sicut ex Propheticis literis repetit Apostolus Paulus. Atque in hanc grauem Dei maledictionem frequenter incurrunt, quos Christus mundi [a] sapientes, [b] Esaias coram se prudentes, & Salomon [c] prudentiæ suæ innitentes appellat, qui tunc vel maximè falluntur & fallunt, quùm in sacris se plurimum sapere arbitrantur. In hos enim verè competit Apostolicum illud: Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapiētes, stulti facti sunt. Etenim qui suis præfidunt ingeniis, & in verbo Dei tùm intelligendo, tùm interpretando permultum sibi sumunt, quod ego vt summum, ita & pessimum arrogantiæ genus esse dixerim, hos iustus Deus singulari quadam stultitiæ pœna plectere consueuit, vt in crassos etiam ac fœdos prolabantur errores, vtque ipsorum insipientia magis magisque manifestetur. Nam à Deo deserti, & in sensum reprobum traditi, cælestis doctrinæ lucem eam non possunt aspicere, quam luminum pater suis paruulis & humilibus Ecclesiæ filiis reuelare dignatur. Rectè igitur Salomon: Vbi fuerit superbia, inquit, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia. Tùm sicut Irenæus Martyr affirmat: Vbi est Ecclesia, ibi est Spiritus: & vbi est Spiritus Dei illic Ecclesia & omnis gratia: Spiritus autem veritas.] Proinde quod in Prouerbiis [d] legimus, Ne declines ad dextram nec ad sinistram, ad Ecclesiā pulchrè transfert [e] Epiphanius, indéque sententiam notatu dignam colligit: Non declinabimus hinc aut illinc, sed via regia ibimus. Hæc via regia, inquit, sancta Dei Ecclesia, & iter veritatis.] Quam regiam viam, vnde ad sapientiam scientiámque diuinam recta perducimur, Basilius Magnus & Gregorius Nazianzenus sedulo tenuerunt, summam doctrinæ Theologicæ laudem hinc consequuti, quòd post absoluta bonarum artium studia diuinis literis operam ita dederint, vt ingenio atque iudicio proprio diffisi, Scripturæ sacræ sensum non nisi ex Ecclesiæ sensu, & è Patrum veterum sententiis sibi accipiendum esse putarent, sicut Sozomenus memoriæ prodidit.

Esai. 6. Matth. 13. Psalm. 68. Rom. 16. *a Matth. 11. b Esai. 5. c Prouerb. 3. Roman. 1.* *Matth. 11. Prouerb. 11. Lib. 3. contra Valent. c. 40. d Prouerb. 4. e Contra Ceharos hæres. 59.*

In verbum Dei impingere quam sit periculosum & perniciosum.

Pessimum arrogātiæ genus in sacris subsidere.

Exemplum discendæ Theologiæ à Basilio & Nazianz. sumendum.

ETSI vero perperam & miserè cum illis agitur, qui in Dei verbo, vt diximus, offenduntur: graui quippè & inexcusabili laborant ignorantia veritatis, dum loquentem & docentem in Ecclesia Spiritum recusant audire: attamen longè deterior eorum est conditio, qui alios in eodem verbo clàm vel palàm offendunt, ita vt simplices illaqueent, & corda seducant innocētium. Hoc est, non solùm de via discedere, sed in lege complures etiam, vt Malachias habet, scandalizare, sicut Paulus de multis est vaticinatus: Mali homines & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. Hos igitur cœcorum duces, insipientium eruditores, infantium seu imperitorum magistros, lupósque rapaces gregi Dominico non parcentes appellat, qui cùm sint ministri Satanæ, tamen in ministros iustitiæ norunt sese transfigurare. Ac genus hoc quidem errantium & diuino verbo aburentium est longè pestilentissimum, quod Christus Dominus ac Apostoli eius omnino vitare iusserunt, ne diuini verbi semen ab his impostoribus adulteretur, néue oues incautæ pro fidis pastoribus meros Lupos admittant. Vbi rationes aliquot explicandæ sunt, cur nouis doctoribus fidem habere nō deceat, quantumuis verbi Dei specioso prætextu non secus ac ouil-

Malach. 2. 2. Tim. 3. Roman. 2. Actor. 20. 2. Corin. 11.

In verbo Dei offendi graue, sed grauius illic alios offendere.

Matth. 7. Rom. 16. 2. Tim. 4. Iudæ 1.

Verum Dei verbum frustra sibi falsoque arrogāt Nouatores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

la veſte ſe ſuúmque miniſterium regere & ornare contendant, quùm ipſorum quidem verbum Dei verbum nullo modo eſſe poſſit.

Cenſet Lu-ciferian.

PRIMVM enim ſi Scripturæ ſacræ non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtunt, vt boni omnes cum Hieronymo apertè fatentur, temere ſibi verbum Dei arrogant, falſóque iactant, qui à germano verbi ſenſu ſe alienos eſſe declarant. Fruſtra enim in verbo Dei philoſophantur, & genuinum ſenſum eius aſſequi nequeunt, qui parũ aut nihil illi, quæ optima Scripturæ magiſtra, cuſtos & interpres eſt, Eccleſiæ largiuntur. Huius authoritate ſemota, ne dicam planè contempta, quid, iſti aliud niſi lucem ad Scripturas intelligendas diuinitus oblatam repudiant, ſéque matris Eccleſię, cui reuerentiã obedientiáque debebant, deſertores ſpurios & nothos reipſa commonſtrant? An hoc eſt Eccleſię vocẽ audire, aduerſus eius traditiones, Synodos, Canones & conſuetudines excipere, conſentientes autem in fide & doctrina veteres Patres pro ſua libidine inſectari, noua vt ſua ſenſa in verbo Dei mordicus tueantur, priuatóque ſpiritu diuina oracula metiantur? Verbum Dei ſcriptum ita vrgent, vt quod viua voce inde ab Apoſtolis traditum & in Eccleſia conſeruatum ad nos vſque peruenit, nullo ferè in precio habeant. Quale autẽ verbũ nobis obtrudunt quod nempè maiores noſtri tot ſeculis ignorarunt, quod eadem fide, ne dicã fraude Eunomiani, Æriani, Vigilantiani, Iouinianiſtæ, Donatiſtæ, Iconoclaſtæ id eſt, damnati olim Hæretici, prędicarunt, quod licet demùm in multis, recens atque cõmentitium, & cum Luthero ipſo natum ſit, nullis tamen miraculis, aut ſpectatæ vitæ moribus fide dignis corroboratur. Hoc iſtorum verbum literam ſimul & ſpiritum, vti par erat, non complectitur, ſed litera conſtat,

Habent na-turæ literã ſine ſpiritu.

Epiſt. 50. quæ per eos, pro dolor, tam multos occidit, ſpiritu autem caret, qui extra Eccleſiam neminem viuificat, vt rectè admonet Auguſtinus. Quis obſecro ſpiritus bonus, rectus, ſanctus & principalis in illis, illorúmque verbo ineſſet, qui tot Sectis inter ſe diſſecti, tàm diuerſis & aduerſis opinionibus diſtracti, perpetuo diuiſionis ſpiritu agitantur, nullámque in fidei do-

Hæretici in-ter ſe diuiſi quo ſpiritu ducantur eſſe dicunt.

Actor. 4. ctrinæ vnitatem oſtendunt, atque ita pulcherrimam & neceſſariam illam veræ Eccleſiæ notam amittunt, de qua ſcriptum eſt: Multitudinis credentiũ erat cor vnum & anima vna? Illo autem ſpiritu, quem neque promiſit Chriſtus, neque accepit Eccleſia ſunt afflati, ſpiritu inquam, qui & veterem impietatem & nouam perfidiam, Dei verbo licenter excuſat, quique ſacrilegam plurimorum ſeparationem ex eodem verbo fruſtra defendere nititur, quum ſeſe ab Eccleſiæ capite, cõpore, vnitate, magiſtratibus, doctoribus ſegregant, & quiduis potius quàm Catholici in ſua religione eſſe contendunt. Veteris & puri Euangelij quum olim tractaretur, & adhuc ſincerè tractatur, fructus pulcherrimos & ampliſſimos nouimus. Noui autem & deprauati Euãgelij ſiue verbi Dei, quod à Pſeudoeuangelicis hodie traditur, initia turbulentiſſima, progreſſus triſtiſſimos, & fructus acerbiſſimos experimur. Hinc è nouis Euangelicis tot illuſores, blaſphemi, animales ſecundum ſua deſi-

Longè diuerſi fructus veteris & noui Euangelij prædicati.

Iude 1. deria ambulantes in impietatibus, ſicut propriis notis eos Apoſtolus quidem vaticinando depinxit. Quapropter ſicut falſa & adulterina moneta, bonæ & probatæ pecuniæ nomen ac virtutem amittit: ita verbum vel Euangelion hæretico ſenſu corruptum, vel aduerſus communem Eccleſiæ ſenſum & cõſenſum prauè detortum, Dei verbum eſſe deſinit, & hominum adeóque dæmonum verbum dici haberique meretur, quod ſemel quidem in vulgi animos transfuſum, quouis eſt toxico pernicioſius. Vana interim & Hæreticorum propria eſt verbi diuini iactatio, ad quod prouocantibus, & in quo ſolo certamen victoriámque conſtituentibus iam olim ſatis ſupérque reſpondit Tertullianus. Cæterum quoniam plus æquo excreuit oratio, & hanc præmonitionem prolixiorem fuiſſe ſentio, abrumpam tandem cætera, quæ de verbo Dei & corruptelis eius, déque Centuriatoribus ac toto illorum inſtituto ſubiicere cogitaram, ac iam ferè mihi conſcripſeram. ERIT alius, vt ſpero, de his aliquãdo tractandi locus, cum Chriſti bonitas fauerit, & occaſio ſe obtulerit oportuna. Precamur interim à Deo Opt. Max. vt Eccleſiam ſuam, qua nihil in terris habet aut charius aut illuſtrius, ſacri verbi ſui pabulo ſincere paſcendam curet, eámque à verbi corruptelis atque corruptoribus vindicet, & beatum hoc ſemen nobis in agro ſuo incorruptum, frugiferum & ſalutare ſemper eſſe concedat.

Lib. de præſcript. Hæreticorum.

IN LIBRVM

In librum primum de Corruptelis verbi Dei, Prefatio.

VONIAM viſum eſt nobis, de perſonis Euangelicis ſecundum Ieſum Chriſtum Dei Filium longè præſtantiſſimis diſſerere, vt potè quas Chriſtianus orbis præcipuo quodam ſtudio, magnoque conſenſu iam inde à primis naſcentis Eccleſiæ temporibus ſemper eſt veneratus, à Ioanne Baptiſta admirabili ſanè & incomparabili viro libenter ordimur. Nam & [a] Marcus & Lucas hiſtoriam Euangelicam aggreſſuri, primum Ioanni tribuunt locum, & nullus eſt alius Chriſti Domini [b] teſtimonio commendatior qui ſit inter natos mulierum hoc vno maior in lucem editus. Eum [c] Tertullianus antecurſorem & præparatorem viarum Domini, vociferatorem in ſolitudinem, nec non limitem quendam inter vetera & noua conſtitutum appellauit. Dixit etiam [d] Gregorius Nazianzenus Ioannem veterum & nouorum eſſe medium, ſiue vti vertit interpres, mediatorem. Eundem [e] Paulinus Euangelij ſacram ianuam, & legis metam: [f] Cyrillus verò Hieroſolymitanus inter Prophetas maximum, & noui Teſtamenti archiducem, qui ambo Teſtamenta in ſe quodammodo conglutinarit: [g] Chryſologus demum legis & gratiæ fibulam, quæ diploidem ſummi Sacerdotis ſancto patri iungebat in pectore, non inuenuſtè vocauit. Priuſquam vero de hoc altiſſimi Propheta (ſic enim & à patre Zacharia [h] nuncupatur) qui omnibus modis, vt prædixit Gabriel, magnus coram Domino fuit, dicere aggrediamur, non erit equidem præter inſtitutum, vt opinor, lectorem ſubmonere, quam tractandi rationem in hoc primo libro, qui ad Ioannem Baptiſtam pertinet, Chriſto adſpirante, ſimus obſeruaturi.

a Marci & Lucæ 1.
b Matth. 11.
c Lib. 4. aduerſus Marcionem.
d Orat. funebri in Athanaſium.
e Natali 9. de Felice.
f Catechęſi 8. illuminat.
g Serm. 91.
h Luca 1.

Traſſidi modus in hoc opere obſeruãdus & ordo.

PRIMVM quoties nouum inchoamus caput, nouam in Euangelio ſententiam, quæ de Ioanne ſcripta ſit, velut ſequentis diſputationis argumẽtum & ſcopum, nobis proponimus. Indicato autem huiuſmodi loco Euangelico, ad Magdeburgicos hiſtoriarum conſarcinatores, qui à tot tantiſque Centuriis à ſe coagmentatis Centuriatorum appellationem adepti ſunt, ſtatim nos conuertimus, eorumque ſententiam, imò & verba propria ſubiicimus: his noſtra deinde cenſura ſuccedit. Ea ſimul excutit & expendit errores alios, qui propoſito argumento ſunt affines, & à nouitatis ſtudioſis hodie in Eccleſiam inuectantur. Neque tamen vel ſtrictim attingimus, vel copioſè pertractamus omnia. Quis enim in confutandis tàm multis tot aduerſariorum corruptelis & maledictis, quibus infinita illorum ſcatent volumina, aut modus, aut finis eſſe poſſet? Illud nobis ſat eſſe viſum eſt, velut ex ampliſſimo Euangelicæ Scripturæ campo, flores carpere, eoſque iis perſonis, de quibus præcipuè agere inſtituimus, accommodare, ac ſimul oſtendere, qua fide ac reuerentia nunc Sectarij perſonas Euãgelij prẽcipuas, eaſdéque ſanctiſſimas tractẽt. Hinc porro iudicare licebit, quãtum iſtiuſmodi ſcriptores, potiſſimũ vero Magdeburgici, in aliis tùm perſonis tum hiſtoriis deſcribendis audeant, ſibique permittant, qui de optimis quidẽ & in verbo Dei probatiſſimis hominibus tàm male merentur. Igitur varios & graues errores, & nõ ſatis antea cognitas, vt quidem exiſtimamus, in verbo Dei hiſtoriaque Euangelica corruptelas, pro ingenij quidem noſtri mediocritate eruimus, excutimus, planéque reiicimus, vt non ſolum deprauata Scripturæ loca cognoſcantur, verum etiam germano ſenſui multa illorum reſtitui poſſint. Nihil autem ardentius exoptamus, ac opere hoc toto ſpectamus magis, quàm vt Chriſtianæ veritatis ſalutariſque doctrinæ fons Euangelica hiſtoria conſtet integre, & verbum Dei (manna illud verè cæleſte incorruptum) maneat, neque ad omnem tùm ſerendam, tum fouendam impietatem deprauatorum libidini audaciæque inſeruiat. Nec enim nefarias nequiſſimi ac verſutiſſimi Satanę machinationes, peſtiferaque conſilia ignoramus, qui ſuos paſſim ſatellites (Paulus falſos fratres, iniquitatis operarios. Satanæque miniſtros vocat) ad verbum Dei adulterandum excitat ac impellit: atque hinc tot Sectarum alit propagatque in Europa familias, vt earum neque inſtituta percenſeri, neque numerus iniri facile poſſit. Quod ad me attinet, quoniam nullius hominis lædendi, ſed ſinceræ tantum fidei & doctrinæ Orthodoxæ vindicandæ cauſa hoc mihi onus impoſui, à Domino IESV veritatis authore ac vindice ſupplex precor, vt his qualibuſcũque tandem cœptis propitius adeſſe, noſtrosque conatus in ſui ſancti nominis gloriam, & ad lectorum commodum bene fortunare dignetur.

Præcipuè hîc agi de verbo Dei vindicãdo.

Tit. 3. 2. Corint. 2. 2. Corint. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN CHRISTI OPT. MAX. PRAE.

CVRSOREM S. IOANNEM BAPTISTAM, CARMEN PHILIPPI MENZELII, MEDICI D. ET APVD INGOLSTADIENSES PROFESSORIS, AC. P. L. &c.

VIRTVTI ne prisceus honos, neu gratia constet
Vlla pijs hominum cœptis, operumque labori:
Anxius id toto iamdudum pectore captat
Hortatur scelerum, Rex lamentabilis Orci.
Ergo Dei ciues Superos quos aurea cælo
Admouit pietas, & castæ sobria vitæ
Temperies, sanctusque rigor, Christo auspice, Christi
Omnia vulneribus sese debere fatentes,
Aeternis sequiturque odijs, rancoreque diro
Ex animis abolere hominum frustrà improbus ardet.
Primus in hoc munere, clarum iubar æthere alti,
Zacharia satus ingreditur cui contigit vni,
Ex omni vatum serie, digito indice coram
Præsentem monstrare Deum. Non sanctior illo
Mortales partu muliebri venit in auras:
AGNVS vt ipse, hominum commissa piacula delens
Morte sua, sacro populis Deus ediderit ore.
Qualis ab Eoos emergens roscidus vndis
Lucifer ante diem: diuino à Numine missus
Non equidem lux ipse fuit: sed luminis orti
Monstrator, testisque: & inenarrabilis illa
Vox Verbi, fremitu deserta per auia magno
Vsque sonans, vsque ingeminans placitasque Tonanti
Rite parare vias, & rectum sternere callem
Edicens. Nondum maturi tempora partus
Explerat grauida tener infans matris in aluo:
Quum plenus vemente Deo (quis crederet?) idem
Virginis ad vocem consanguinitate propinquæ,
Gestantis iam vtero Diuûmque hominumque satorem,
Exultauit onans: maternaque viscera motu
Percuiit insolito: Dominumque minister adorans,
Aduentus ea signa dedit Præcursor herilis.
An vero auspicia hæc aliquid vulgare sequatur?
Miros nempe ortus, atque incunabula mira,
Lætitiæ multis ingens quæ causa fuere:
Terminus & Vatum, & Mosææ clausula Legis,
Excepit sanctæ genus admirabile vitæ.
Namque puer, curas plusquàm versare viriles
Ingressus, patriæ se protinus abstulit vrbi,
Sola colens nemorum loca, desertosque recessus
Propter aquas, & littoreis sub rupibus alti
Iordanis: donec, Superis volentibus, olli
Tempus erat toto celebrarier Israele.
Hic brevibus somnis instrato dura cubili
Inter saxa iacens, animo sed in æthera raptus,
Luce Deo, noctuque vacans, pro murice & auro,
Circùm humeros, circùm pellitos horrida lumbos
Villositum camelæ gestabat terga Cameli.
Victus ei constans epulis mirandus intemptis,
Quem nemora ipsa dabant vltro, viridesque locustæ,
Syluestrisque cauæ mellis fauus ilice lectus.
Non dulcem vitis laticem, nec cætera norat,
Quæ mulcent hominum genialia pocula mentes.
O fortunatæ tanto nimis hospite syluæ:
Et siluæ, & scopuli, & ripæ Iordanidis vndæ:
Quas habitans sancto toties pede circuit Heros:
Quas late impleuit sanctis clamoribus idem,
Omnia permulcens minimèque humana locutus.
Iure igitur Solymeque omnis, Iudæaque tellus,
Et quæ cedriferis Libani de montibus ortum
Accola Iordanem potat gens, agmine denso
Certatim campis huc se effundebat apertis.
Sed quid ad hæc adeò ruitis deserta frequentes?
Ecquid arundineam, venti ludibria, cannam
Existis visum, populis? num molle reluceus
Purpureo petitur vobis homo compius amictu?
Queis sunt delitiæ cordi, pretiosaque vestis,
Mollibus hos aulis, intraque palatia regum
Quærite. Sin vatis vos autem cura videndi
Fors tenet: En vates, & vate insignior hic est,
Vinida cui virtus, cui spiritus acer Heliæ
Mentem agitat, cæli cumulans præcordia blandis
Ignibus: En ardens illustri luce lucerna.
Pœniteat scelerum (geminatis vocibus ille
Exclamat) nunc in melius se quisque referte
Conuersis animis, nunc imo ex corde piandum
Crimina tetra. Salus cælo demissa propinquat.
Hæc vates, multa increpitans, multumque minatus,
Qui saxint contra: Simul & de flumine viuo
Accurrus ripæ, ac submisso poplite sidens,
Hauribat purum laticem, dextraque rigabat
Rite cauæ longo venientes agmine turbas,
Quid loquar, vt vasti seruator, & arbiter orbis,
Alma DEI soboles, almus DEVS ipse, caduco
Sese corpore agens, hinc sit dignatus ad amnem
Ferre gradum: vatisque sui nihil indignus vltro
Excipere infusas humeris è gurgite lymphas?
Quanquàm ille abnueret tantose munere dignum
Incusans: humilisque altum fugitaret honorem,
Qui nec ad ima pedum tegumenta, & vincula eidem
Discingenda, locum sibi iam ipse reliquerat ante.
Ecce autem patuit cæli detecta repente
Immensa domus interior plenissima luce:
Tum rutilans late, & rosea circumdatus æthra
SPIRITVS ille DEI, niueæ quem forma columbæ
Claudebat, liquido sublimis in æthere pendens,
Insedit tacitum, tacito sub Numine, Numen:
Et tonuit grandi vox sparsa fragore per auras:
Filius hic mihi dilectus, mea magna voluptas.
Talibus at visis, hæque argumenta secutus
ZACHARIDES, secum ambigua quod mente putârat.
Nil dubius verbis iam proclamare diserris,
Hunc populis, hunc esse DEVM testatur, & AGNVM,
Impia lustrantem scelerati crimina mundi.
Atque pererrato velut qui littora Ponto,
Post longas mille ambages, variumque laborem,
Iam propiora videt, remis iter omnibus vrget,
Quod superest, portumque aspirat anhelus amico:
Sic ille, vt licuit præsentia Numinis ora
Aspicere exoptata diu, coramque tuendo
Mirari, sibimet stimulis magis acribus instans,
Inuasit reliquum, qui ducit ad æthera, callem.
Nec cessauit enim præcepta salubria vitæ,
Exemplo, dictisque potens, in vulgus apertum
Spargere: quid facerent, qui vectigalia captant
Publica: laudati quæ partes militis essent:
Quod munus populi: patrum quos curia mores
Posceret: assiduus pacis, veniæque petendæ
A Superis monitor: scelerumque immanibus ausis
Asper, inextinctæ minitans incendia flammæ:

Donec

Donec sacrilegi reprehensa libido Tyranni
Incesta illa, & perfidia, hu sceleratior omni
Promissa seruata fides, nil tale merenti,
Attulit exitium, post vincula dura, cruentum.
Hic vitæ cursus fuit, atque hæc meta laborum
Fatidico Heroi: sanctam sic detulit ille
Ad sanctos animam truncato funere manes.
At pater ignipotens, tenebrarum, & noctis opacæ
Lucifugus princeps, rigidi capitalis honesti
Idem hostis, semper cui magnoperè obstitit ingens
Gloria cælicolum præstantibus inclyta factis,
(Nam turpi luxu & per dedecus omne nefasque
Imperium tantùm ille suum stabiliuit, & auget
Nunc etiam) tantos an summi vatis honores
Æquo animo tulerit? neque dum conuellere tentet?
Nec rebus metuatque suis, regnoque labanti?
Si mortale genus tali duce, talia sectans
Auspicia, angustæ penetrarit limina portæ,
Ad cælum quæ pandit iter? si libera cella,
Et mollem genium felicia sub iuga Christi
Miserit? atque ideo tàm viua exempla sequendo
Non sola credat se credulitate beari?
Hactenus ille quidem nil non fraudumque dolique
Pectore fœcundo promsit: nihil artis inausum,
Versutus fingenti opifex veterator omisit:
Vt minus agniferi claveret gloria Dini.
Exuiss etenim crudis, hirtoque Cameli
Tergore detracto, simulans tibi, maxime Vatum,
Affingit mollem tunicam, quæ stamine læui,
Et picturatis texta interluceat vndis.
Syluestres etiam, tua fercula mira, locustas
Inuidit: ellatum facit hoc sub nomine mensis,
Nescio quem sapidum, vicino à flumine, cancrum.
Nec credi deserta velit, quibus abditus olim
Vitasti humanæ metuens contagia culpæ:
Sed potius nemus vmbriferum, saltusque virentes,
Et collem patrij propè dulcia limina tecti.
O bene compositos astus! ô scita Satanæ
Commenta hæc, quibus antiquas accidere laudes
Herois, vitæque exempla per aspera ductæ,
Vna eademque opera, summo conamine tendit?
Haud tamen effectum dabit hoc labor improbus illi:
Nec pia fatasinent, & qui promissus ab alto est
Spiritus vt mundo pro vinis somnia rebus
Imponant: & vis inuicti Adamantina veri,
Seclorum longo conservata ordine, demùm
Fracta dolis, vanaque hodie nouitate fatiscat.
Tuque ideo (nam te digna est cacura: potesque)
Sancte Senex, Diuûm semper cui gloria cordi,
Et defensus honos, & auitæ Numinis aræ.
Huc ades: hæc Lemurum portenta, hæc disiice spectra
Ore sacro: infernæ noctem caliginis atram
Differ, & æthereo prisconm lumine Patrum
Vince potens. Miseras artes, dirique Satanæ
Os mendax, quo non superûm solet inuidus vlli
Parcere, cognoscant te iamnunc indice tandem
Mortales, monitique debinc meliora sequantur.

EPIGRAMMA AD LECTOREM.

QVo maior nullus, quo non præstantior alter.
Cui neque prisca parem sæcla tulêre virum:
Et quem veridico laudauit christus ab ore,
Supposuit sacrum cui Deus ipse caput,
Hunc violare tamen linguis petulantibus audent,
Qui solam toties occinuere fidem.
Verùm his egregia pietate Canisius obstat,
Bellipotente gerens prælia sancta manu.
Ergo vt præstigias, fraudes, mendacia nôris,
Vtque hamum fugias, quem tegit esca nocens.
Hæc veneranda pio meditator scripta labore,
Atque salutarem volue, reuolue librum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



DE VENERANDO CHRISTI Præcursore Ioanne Baptista.

CAPVT PRIMVM.

Exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritu sancto Elizabeth. Lucæ 1.
Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu. Ibidem.

MAGDEBVRGENSES.

VIBVS verbis velut punctis, Euangelista indicat, Ioannem in primis annis fideliter in sacra doctrina imbutum, & feliciter in ea progressum esse, ita vt egregium pietatis specimen de se præberet. Et postea: *Verisimile est, Ioannem in bonorum virorum scholis literarum semina percepisse.* Cent. 1. lib. 1. cap. 10. col. 357. Tum alibi: *Baptista in schola domestica sanctissimorum parentum, nempe Zachariæ & Elizabet hæ, magna sedulitate institutus est. Deinde haud dubiè alios quoque pios ac doctos viros audiuit.*

CENSVRA.

Solus Lucas in Ioānis & Christi pueritia describēda versatur cap. 1. & 2.

PAVCIS perstringit Lucas, alij vero Euangelistæ ne attingunt quidem, Ioannis pueritiam, quemadmodū & Christi Saluatoris infantia non adeò copiosè descripta est. Ac proposita quidem Lucæ sententia satis indicat, in Ioanne puero sapientiam, virtutem, omnémque gratiam spirituale, quam inde ab vtero matris acceperat, paulatim creuisse, neque solū corporis robore, verūetiam animi ornamentis ac dotibus paulatim illum auctiorem ac illustriorē euasisse, vt in dies magis ac magis in eo elucescerent diuini spiritus dona, quæ Christi præcursorē tantopere ab Angelo iam antè laudatū decebant. Quo minus admirari conuenit, quòd Ioannes in illa etiam molli, ac alioqui lubrica ætate, suos haud dubiè superārit æquales, neque cum aliis paria fecerit, non puer modo, verū etiam adolescēs. Hæc nos obiter annotamus ad Lucæ sententiam explanandam, vtque totus locus de Ioannis pueri studiis & educatione rectiùs intelligi queat. Cæterum quid hic aduersarij sentiant, superiora illorum verba non obscurè declarant, in quibus hoc potissimum reprehendere cogimur, quod nimiū secundū carnem & iudicent & loquantur, dum vulgarem duntaxat educationē Ioanni attribuūt, nec aliam eius rationē haberi volunt, atque aliorum ferè studiosorum, quos quotidiè à suis parentibus & pædagogis ad literarum studia morūque disciplinam sensim prouehi & informari cernimus. Nec enim desunt præclara scripturæ testimonia, quæ teneram illam Ioannis ætatem apprimè commendent, eíque singularem indicent prærogatiuam, & occasionem nobis omnino præbeāt hac de resublimius aliquid cogitandi. Etenim nō à parentibus solū & vicinis, sed multò magis etiā ab aliis longùs dissitis, vox illa celebrata est: Quis putas, vel sicut nonnulli codices legunt: Quid putas iste puer erit? vtpote qui necdum natus, tātam sui admirationem vulgo concitarat, vt stupor omniū occuparet animos, certámque iniceret spem & expectationem commoueret rerum maximarum, quas per illū Deus aliquando euidenter operaretur. Neque vero illos ista fefellit opinio, vel diuinatio potius, quoniam Lucas adiungit, Manus Domini erat cum illo, in imbecilla etiā ætate præsens & efficax, & totius quidem vitæ curriculo Deum sibi valde fauētem atque munificum sensit, nec solùm postquàm in hanc lucem est editus, sed etiam cùm in matris vtero gestaretur, se admirabilem præbuit mortalibus.

Quæ Ioannis pueritiam cōmendent.

Luc. 1.

Luc. 1.

TRIBVVNTVR & Eliæ Thesbitæ puero miracula, sed quæ Ioānes alter Elias, quātūuis puer, facilè superat. Eliæ pater Sobacha vidit filium ab angelis albicātibus salutari, & igne tanquā fasciis inuolui, flammáque ignis, velut cibo, sustentari. Quod portētum cùm patrem animo dubium & admirabūdum teneret, profectus est statim Hierosolymam, & ad sacerdotes visa retulit. Cui respondit oraculū, fore vt puer in luce habitaret, & quæ diceret, pōdus atque autoritatem haberent, quódque in gladio & igne Israēlem esset iudicaturus, quemadmodū [a] Epiphanius & [b] Dorotheus literis prodiderunt. Confert hunc puerū quoque [c] Bernardus cum alio etiā verè admirando puero Hieremia, sed Ioanné meritò anteponit. Ille quidem in vtero matris sanctificatus, inquit: hic Spiritu sancto repletus fuisse cognoscitur. Id quod verbis etiam [d] Athanasij, quæ in synodo Chalcedonensi recitantur, potest comprobari. Ioannem longè glorioſior virtus impleuit (sic enim pergit dicere Bernardus) qui & sanctificatus est à peccato, & ita dominante Spiritu superfusus, vt & purgatus exeat & repletus. Verè magnus coram Domino, quē Angelus nuntiat, sanctificat DEVS, Spiritus replet, vita cōmendat. Fuit & Hieremias puer consecratus in Prophetam, sed hic in plusquàm Prophetā, & licet ille populo futura prædiceret, non tamen conuersationis humanæ declinauit aspectum. Ioannes autē ætatis supergressus infantiam, & nobilioris generis generositatē oblitus, soli vacat diuinitati.] Ex quibus illud demum est consequens, ob admirabilem & nunquā satis prædicatam Ioannis infantiā, haud sine graui ratione factum esse, vt quod sanctis aliis tribui non solet, dies eius natalitius solenni ritu, magnáque religione tot ab hinc seculis ab Ecclesia quotannis celebretur. Qua de re non solùm Bernardus, sed etiam Chrysostomus, Augustinus, Maximus, & Beda diserte concionantur.

Ioannis & Eliæ collatio in puēritia.

De festis Ioānis natalitiis.

In homiliis et serm. de natiuit. Ioānis Baptistæ.

GERTE nisi præpotentis gratiæ prærogatiuis illum ornasset, aliisque prætulisset Deus, non angelico promissus & commendatus oraculo, non singulari miraculo conceptus, non ex effœtis pa-

Infignia dona Ioānis Baptistæ puēro.

a In vitis prophetarum.
b In synopsi.
c Sermo. de excell. Ioan. Baptistæ.
d Ex orat. cōtra Arrianos.

Luc. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentibus procreatus, non ad sanctissimũ amplissimúmque munus designatus, neque inde à parẽtis aluo sanctificatus, imo etiam Spiritu sancto repletus, in sacro Euangelio prædicaretur. Adeo puer nullus post hominũ memoriam (vnum si Christũ excipiamus) pluribus acv berioribus diuinę gratię præsidiis instructus & cumulatus fuit, qui Ioannẽ vnquam aut superare potuerit, aut æquare. Pleno cornu (vt dicitur) hausit Dei Spiritũ nondũ natus, hoc præceptore, hoc duce didicit, agnouit, monstrauit Messiæ illius aduentum, à quo præ cæteris inde ab initio præcursor electus, amatus & honoratus fuit maximè. Quod Hieremiæ Prophetæ à summo Deo dicitur, in Ioãnem quoque nostrum rectè competit, sicut graues docent [a] authores, & res ipsa cõprobat: Priusquam te formarem in vtero, noui te, inquit, & antequã exires de vulua, sanctificaui te, & Prophetã in gentibus dedi te. Tam charum hũc puerum habuit Deus, vt adhuc intra vteri materni viscera hærentem, per filium suũ Opt. Max. cum primum Verbum caro factum esset, eiúsque matrem, sacrosanctã inuiserit, & à fœdo crimine, quod inde à suis parentibus contrahunt omnes, sine Sacramento purgatũ mirabiliter sanctificãrit, eũque velut electum iam & purum organum, pluribus etiam ac illustrioribus muneribus cumularit atque amplificarit, quàm quispiam cogitãdo assequi facile possit. Sic enim tyronem hunc præclarè instructum, & ad munus amplissimum ritè præparatum militem accedere oportebat, qui lucernam ardẽtem & lucentem, vt eum Christus appellat, tum Iudæis, tum gentibus erat exhibiturus. Vnde illud etiam Propheticum, Paraui lucernã Christo meo; de illo [b] Tertullianus & [c] Cyrillus dictum esse interpretantur. Et agnouit statim Ioannes quamuis infans, acceptum hoc ingens Dei beneficiũ, qui primum suæ confessionis & specimẽ, grati animi significationẽ editurus priusquam seipsum quidem sentiret, in vtero materno exilit gestitque lætitia, vt nouus Propheta, quod voce nondum poterat, gaudiis profiteatur, nouisque redemptoris aduentum hoc qualicũque salutationis officio cohonestet. An verò ille Spiritus, qui sanctum priusquam natum infantẽ imbuit, & illa cælesti ac diuina luce collustrauit, puerum porrò destituit? Minimè verò: quin miraculum addens miraculo, id illi quamuis nobili & delicato suggessit & persuasit, quod nullus magister suum discipulũ facilè docuisset vnquam, vt puer nempè domum paternã cum abditissima solitudine, amicorum colloquia cum summo silentio, vestitum etiã victúmque commodum cum austeritate vitæ maxima commutaret. Quid igitur piis & doctis magistris egeret, qui solo spiritu contentus, tam multa & diuina infantulus cognouit, puer verò præstitit, vt ne partem quidem eorum adolescẽtes alij, quantumuis bene & præclare instituti, vel summa cõtentione longissimóque studio assequi potuisse videãtur? Ad hunc sensum rectissime Lucas, Puer, inquit, crescebat & cõfortabatur spiritu: quo sine profectò nec vitã in tenella ætate tam admirabili modo institueret, neque ad tam singularẽ & diuinam illam sapiẽtiam primus Euangelij regniq; cęlestis præco perueniret. Magnus ille coram Domino inde ab ætate primaeſſe debuit, quẽadmodũ Angelus patri eius vaticinabatur: magnus videlicet fide, cõfessione, doctrina, sapiẽtia, iustitia, continẽtia, abstinentia, fortitudine, cõstantia, qui non tantũ vt [d] Elizæus in spiritu, verũ etiã in virtute [e] Eliæ summi & admirãdi Prophetæ ante Christũ præcessit, vt [f] Orig. annotauit.

Quis igitur, si è scripturis iudicet, rémq; ipsam accuratè perpẽdat, huic lectissimo puero nõ plus largiatur, quàm à nouatoribus cõcessum est? Quis autem Bernardi sententiam non laudet atque cõprobet, qua ille disertè [g] pronunciat: Ioannem nõ prædicatio, sed inspiratio docuit, quem repleuit Spiritus in vtero matris suæ, vt iã Christi sentiret aduentũ, qui nec dũ sentire poterat vel seipsum?] Atque iterum: Ioannes, inquit, in spiritu tãquam Angelus eruditur.] Hoc est nimirum, quod etiam ante Bernardum [h] Chrysostomus & sensit, & scripsit, Ioannes cũ omnibus, quæ sub sensum cadunt sese exuisset, aliis magistris non indiguit, sed cælitus eruditus est.] Sed & idem [i] Chrysostomus docet, Ioãnem dum in matris adhuc vtero existeret, diuini introitus sciẽtiam matri donasse, & maternũ os in confessionis verbo aperuisse, vt cuius non videbat personã, cognosceret illa dignitatẽ. Tum affirmat [k] Ambrosius, Ioannẽ, qui primum gratiã senserit, cum repletus esset Spiritu sancto, matrẽ deinde suam replesse, & cum octo dies natus esset patrem alloquentem intellexisse, sicut & Mariæ salutationem necdum natus audiuerit. Habebat intelligendi sensum, inquit, qui occultandi habebat affectum.] Quin & [l] Origene teste, Ioannes participem fecit matrem illius gratiæ Propheticæ quam prior acceperat. Sancta erat B. Ioannis anima, adhuc in matris vtero clausa, vt idẽ affirmat, venturaque in mundũ quasi per experientiæ sensum sciebat, quę Israel ignorabat. Ex Luca nouimus de Zachariæ silentio, quod, velut mulctã incredulo illi Angelus imposuit, sed hoc patris silẽtium eiusq; vinctam linguam Ioannes in lucẽ editus soluit, vt author est [m] Nazianzenus. Quod miraculũ in Ioanne quoque commẽdat Ambrosius. Videte, inquit, S. Ioannis Baptistæ meritum, vocẽ patri reddidit, sacerdoti eloquentiam reparauit. Videte, inquam, meritum, os quod Angelus alligauerat, Ioãnes absoluit, quod Gabriel obstruxerat, paruul' reserauit.] Quocirca nõ temerè canit Ecclesia, quidã autorem esse Hilariũ suspicantur:

Ille promissi dubius superni
Perdidit promptæ modulos loquelæ:
Sed reformasti genitus peremptæ
Organa vocis.

Quid? quod Antonius magnus prædicatur, scripturas diuinas absque vlla literarũ scientia nõ memoriter tantũ tenuisse, sed & sapienter intellexisse? Qua de re præter [n] Athanasium meminit etiam [o] Augustinus. Et fatetur [p] Bernardus, quicquid in sacris literis perceperat, id se potissimum in syluis & agris meditando orandóque consequutũ esse, & in hoc nullos aliquando magistros nisi quercus & fagos, sibi contigisse. Quod igitur his multisque aliis præstãtibus viris (de Apostolis interim taceo, quibus die sacro Pẽtecostes linguarũ donum diuinitus fuit infusum) sæpe concessumest, vt post diuini Spiritus afflatum subitò θεοδίδακτοι efficerentur, nõ est sanè, cur id vni Ioanni

Ioan. 5. Psal. 131. b Contra Iudæos. c In Euang. Ioan. lib. 1. cap. 7. Luc. 1.

Luc. 1.

Hierem. 1. a Ambros. serm. 63. de S. Ioanne. Hieron. in vc. Hierem.

Ioãnes in materno vtero purgatus à labe originali.

Ioannes puer duce Spiritu quãta gesserit.

Ioannes magnus coram Domino.

d 4. Reg. 1. e 3. Reg. 17. Eccles. 48. f Tract. 1. in 17. Matth.

Patrum testimonia de puritia Ioannis. Ioannem non prædicatio, sed inspiratio docuit.

g Serm. in natiui. Ioan. Baptistæ.

h In Ioannem homil. 12.

i Opera imperfin Matthæ. hom. 3.

k De fide lib. 4. cap. 4. & in Lucam lib. 2. cap. 1.

l Hom. 7. in Lucam.

Lucæ 1.

m De recondita. monach. et orat. 1. de pace. Serm. 64.

Ioannis Prophetica gratia in parẽtes redundauit.

Exempla quorundam qui Deum tantum habuere doctorem.

n In vita D. Antonij. o Lib. 1. de doctrina Christiana. p Aliam in vita Bernardi. Aelor. 2.

Ioanni, omnium quidẽ sanctissimo probatissimóq; Christi amico adimamus; qui non humanitus, sed vt par erat, diuinitus didicit, quæ summum Prophetam & plusquàm Propheram, de Messia, de Deo diuinisque rebus, nõ scire modò, sed etiam admirabili ratione palã proferre, ac plurimis enũtiare oportebat. Rectè igitur & præclarè magnus tradidit Gregorius, nõnullos esse, qui ita per magisteriũ Spiritus intrinsecus doceãtur, vt etsi eis exterius humani magisterij disciplina desit, tamẽ magistri intimi cẽsura nõ desit. Sic quippe inquit, etiam Ioannes Baptista magistrũ habuisse non legitur: neq; ipsa veritas, quæ corporali præsentia Apostolos docuit, eum corporaliter inter discipulos aggregauit: sed quem intrinsecus docebat, extrinsecus quasi in sua libertate reliquerat. Sic Moyses in eremo edoctus, mãdatum ab Angelo didicit quod per hominẽ nõ cognouit. Sed hæc, vt prædiximus, infirmis veneranda sunt, non imitanda.]

Lib. 1. Dialog. c. 1.

Atque huc pertinent, quæ Ioanni puero laudes verè ac euangelicè à Patribus tribuuntur. Ab Eusebio Emisseno ita scribitur: Felix qui venturus in huius mundi labores, prius gratiam suscipere quàm vitam, prius gratiam meruit habere quàm lucem. Quid mirum, si in eo culpa aditum non inuenit, cuius animam sibi Deus in ipsis exordiis occupauit? Magnum est Spiritu sancto illustrari; sed multò est maius impleri. Et ideò sicut vas plenum balsamo, admixtionem liquoris expuit & penitus excludit: ita in eũ nil secularis maculæ introire poterat, in quo sanctificationis plenitudo regnabat.]

Eulogiæ veterũ Ioãni puero tributæ. Sermo. 1. de Ioanne Baptista.

Ingens Ioannis etiam paruuli sanctitas.

Maximus verò sic illum prædicat; vt omnibus pueris qui vel nati sunt vel nascentur, facilè anteponat. Verè hic omnium beatissimus paruulorum, qui intra viscera adhuc materna conclusus, adesse Saluatorem mundi, quia necdum sermone poterat, Prophetico gaudio reuelauit. Nullus ignorat, omnem paruulum materno ab vtero prodeuntẽ, inter ipsa lucis exordia mœstis concrepare vagitibus. Solus Baptista Dominí vltra legem nascentium, natiuitatem suam lætitiæ exultatione præuenit.] Celebrat hunc quoque, puerum Chrysologus, & copiosè quidem ac eleganter in hunc modũ: Beatus Ioannes, qui antè Dei spiritũ intonaret, quàm hominis vagiret in fletu: beatus, qui antè diuina possidere meruit, quàm sortiretur humana: beatus, qui antè meruit cælum scire quàm terram: beatus, qui antequàm videret præsentia, futura meruit nuntiare: beatus, qui antè Deum capere potuit, quàm suo ipse caperetur à corpore: beatus & singulariter est beatus, qui antequàm saperet quærere, meritum conquisiuit: beatus, qui non peruenit ad gratiam per laborem, sed ad labores ipsius gratiæ dignatione descendit.] Ac rursus alibi, Videtis, quẽadmodum Ioannes antè peruenit ad cælũ quàm tangeret terrã, ante accepit diuinũ spiritum, quàm haberet humanum, antè susceptt diuina munera, quàm corporis membra, antè cœpit vidĕre Deo, quàm sibi. Sexto mense, suæ matris exultat in vtero, & in vterum Virginis venisse nuntiat Christum. Feruens nuntius, qui antè A gestiuit nuntiare, quàm viuere, impatiens dux, qui antequàm peruenirẽt ad corpus, peruenit ad regem, antè rapuit arma, quam membra, antè aciem petiit, quàm lucem, & vt vinceret mundum, vicit antè naturam.] Sed & Origenes ad huius pueri commẽdationem multa notauit, quæ instar miraculi possunt æstimari, vt quòd admirandum in modum & conceptus, & natus sit, quòd in vtero matris conclusus, Christum præsentem agnoscat, quòd sciens ac prudens exultet in gaudio, quod genitus quamuis infans, patrem sibi loquentem & vaticinantem intelligat, quòd statim vt natus est, ad eremum transeat, & vitam illic instituat asperrimam. Inter cætera verò sic ioquitur: Si adhuc in ventre matris conclusus audit Iesum, & audiens exiliit atq; lætatus est, quare non credas, eum iam genitũ, prophetiã patris audire atque intelligere potuisse, cũ ei diceret, Et tu puer Propheta altissimi vocaberis, antecedes enim corã Domino parare vias eius? Ideò reor Zachariam festinasse, vt loqueretur ad paruulũ, quia sciebat eũ post paululũ in eremo moraturũ, nec se eius posse præsentiam habere. Puer enim erat in desertis vsque in diem ostẽsionis suæ ad Israël.]

In Lucam hom. 10. Ioannis pueritia multis miraculis diuinitus commendata.

Luc. 1.

Qvæ Patrum testimonia vt vero sunt cõsentanea, sic Euangelicis etiã literis probè respondent, planèque conuincunt, consistere non posse sententiam Magdeburgicorum, qui de Ioannis pueritia nouum, insolens ac indignum etiam narrationis instituunt genus, suæ vt potius libidini inseruiant, quàm rationẽ habeant sinceræ veritatis. Nemo vnquam doctrinæ existimatione floruit, qui de Ioannis Baptistæ schola, educatione, literis, studiis atque præceptoribus eadem cum illis aut senserit, aut scripserit. Quinetiam illi absurdiora proferunt, cum indicant à vero alienum non videri, Ioannem in defuncti parentis, quem sacerdotem fuisse constat, successisse locum, & in illa eius functione, summa cum laude vixisse. Quid autem est hoc aliud quæso, quàm Ioannem tantum nõ hypodidascalum, pædagogum, sacerdotẽ & doctorem Mosaicum facere, eumque vel inuitũ tandem, quẽ in deserto suam & pueritiam & adolescentiam consumpsisse mox docebimus, in ciuitatem, templum & scholas Iudæorũ inducere, ac prorsus pertrahere velle? Quis porrò nõ videt, quàm fallacibus coniecturis, inanibúsque cõmentis ad hæc excogitanda ducantur, quàmque ea nec scripturæ quadrent, nec Patrũ suffragiis, neque rationum pondere nitantur, aut fulciri possint? Audax fingendi genus, & quod nec bonis Theologis, neque fidis historiographis conuenit, & iis magistris indignum, qui sinceritatis Euangelicæ fidos tum doctores, tum interpretes se publicè audent profiteri. Multò illi rectius de Ioanne mererentur, si Euangelicis contenti sententiis, cum alioquin soli verbo Dei videri velint inniti, ab his ascitiis coloribus, & indecoris viri probatissimi cõmendationibus in vniuersum abstinerent.

De Ioannis educatione Cẽturiatores inepta scribere. Centur. 1. lib. 1. col. 356.

In explicat. Euang. circã diem S. Ioan. Baptistæ.

Ac eodem planè modo respondsum volumus Georgio Æmilio, qui suas etiam de Ioannis pueritia coniecturas prodidit, verum nihilo

Georgij Aemilij sententia de pueritia & adolescentia Ioannis Baptistæ.

Ioannes puer feruens nuntius & impatiens dux.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prudentius atque solidius, quàm nostri faciunt Centuriatores. *Non dubium est*, inquit, *patrem Zachariam filio doctrinam legis & religionem patriam ac promissiones de venturo Messia sedulo tradidisse, vt eum instrueret ad officium, cui destinatus erat. Fuit etiam Ioannes in pueritia & adolescentia subditus imperio parentum, & officia domestica diligenter executus est, honore & obedientia vera parentes prosequens: & hæc omnia non tam naturæ bonitate, quàm instinctu Spiritus sancti fecit, qui à teneris annis illum, vt vas Dei singulare & electum organum, virtute sua replenit & gubernauit. Tandem vbi tempus inchoandi officij, ad quod à DEO destinatus erat, appropinquauit, vocationi diuinæ, & Spiritu sancto duci obsequens, parentes & vrbem reliquit, ac in desertum prope Iordanem concessit: vbi victu & cibo simplici, qualem suppeditabat locus ipse, contentus aliquandiu vitam egit, & se pia meditatione præparauit ad inchoandam prædicationem.* Vbi non inuiti largimur Æmilio, quod scribit, Ioannem, vt vas DEI singulare & electum organum, iam inde à primis annis non modo virtute Spiritus sancti repletum, sed etiam illo duce gubernatum esse, ac propterea vt vocationi diuinæ faceret satis, parentes & vrbem reliquisse, ac in desertum etiam concessisse. Illud verò minimè concedimus, quod sine scripturæ, sine Patrum testimonio idem affirmat, Ioannem à parente Zacharia doctrinam legis, religionem patriam & alia didicisse, suamque pueritiam & adolescentiam sub parentum imperio traduxisse, & in domesticis nescio quibus officiis diligenter esse versatum, ac demum sic annos pene triginta, hoc est, ad tempus vsque publicæ prædicationis, vitam vnà cum parentibus cõmunem atque familiarem peregisse. Credant qui velint, hisce figmentis narrationibus, & alia plura id genus Ioanni, si liber, affingant, quæ nihil aut parum præclari, de tanti viri pueritia & adolescentia, eiusque domestica educatione cõtineant. Sapientes autem, iuxta fidem Euãgelij Patrumque traditionem longè aliter, multòque sublimius, vt monuimus, de re tota sentiendũ esse proculdubio fatebuntur.

VERVM hoc loco mihi non est prætereundus error, qué Ioannis infantia pleri sque aliis nouatoribus parit, cum non satis assequuntur, quid sit illud, quòd sancta eius mater gratioso Deiparæ aduentu exhilarata, de hoc suo infante ita dixit, Ecce vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis, exultauit infans in gaudio in vtero meo. Vbi operæpretiũ sit animaduertere, inter alia quæ multa & mirifica de hoc infante celebrantur, duo in Euangelio præclara commemorari, alterum, quòd præter communem legem in matris vtero, non sine singulari quadam & affluenti Dei gratia, fuerit sanctificatus, nimirum vt non solum ab originis vitio, quod à primis parentibus nobiscum communicatur, purus & immunis esset, verum etiam eximiæ sanctitatis & confirmatæ gratiæ dono gauderet, alterum, quòd in huius rarissimæ sanctificationis testimoniũ, vbi primum Mariæ vox insonuit, in materno vtero ille salierit, & lætus exultârit. Quod vtrumque opus non profectò naturæ, sed DEO diuinæque virtuti ascribendũ est, & iustam nobis præbet admirationẽ duplicis miraculi, quod propterea multis etiam laudibus vehunt Patres, quódque non solum præstantẽ Ioannis pueri dignitatem, sed etiam veri Messiæ salutarem & efficacem aduentũ comprobat & illustrat. Cum enim originale peccatum quod à primis parentibus in totam generis huius successionem defluxit, omni tẽpore aliquibus remediis oportuerit expiari, sicuti Cyprianus affirmat. Cumque omnes in iniquitatibus concepti sint, neminẽ vnquam mortalium, vt rectè dixit Bernardus, intra materna viscera sanctificatũ legimus, præter Hieremiã & Ioannem Baptistã. Idémque probat, Hieremiæ sanctificationẽ, qui tantum à peccato fuerit emundatus, minorem quàm in Ioanne propterea extitisse, quod hic non solum purgatus, sed & Spiritu sancto repletus fuisse scribatur. Deinde à seculo non auditum esse testatur, quòd quis exultauerit in vtero matris, cum hic in gaudio exultasse legatur, Felix, inquit, Elizabeth, ad quam properat mater Sãluatoris, quã salutaribus obsequiis cælorũ imperatrix impertitur. Sed puer multò felicior, qui salutãtis maiestatem agnoscens, intra viscerum tenebrosa volumina, gaudio gaudet, quia vim tam beatæ salutationis attendit.] Et paulò pòst, Quid mirum, si miratur puer & exultat à tactu tam proximæ diuinitatis & affatu?]

NVNC AD nouatores redeo, qui ex hoc Ioannis exultantis exẽplo colligunt & probant, idem reliquis infantibus vsu venire, vt nescio quos, cælestes fidei motus & actus, sicut Ioãnes, & ipsi sentiant, & necdum nati, vel quo tempore baptizantur in Ecclesia, vsu rationis vtantur atque credant. Quarẽ Bullingerus in hũc Euangelij locum ita scribit, *Discimus ex his, optime spheare de infantibus, in similibus materni vteri septis, quod videlicet Deo curæ sint, adeóque Dei sint. Discimus, iis gnitos. Discimus sanctos suos habere motus Spiritus sancti nobis incog-*

Atque huc pertinet planè, quod plærique * Caluiniani suum dogma, de infantium in matris vtero sanctificatione, Ioannis exemplo confirmant, quandoquidé in peccato ille conceptus & natus, in matris autem vtero purificatus, adeóque ingenti diuini spiritus vi & gratia cumulatus fuerit. Verum vt rectè isti ac legitimè censent, Ioannem ex conceptu impurum, & communi mortalium maledicto subiectũ esse, sic inscitè prorsus & falsò in peccato natũ eundem affirmãt, qui antequàm nasceretur, in matris vtero nõ modò peccati remissionem, sed & sanctificationẽ secũdum Angeli promissionem fuit assecutus. Quod autem hinc nouum ac penè inauditũ dogma extruunt & muniunt, quam sit ea firma solidaque structura, paulò pòst discutiemus. Neque solum quos dixi, a Bullingerus & ministri plerique Caluiniani, verum etiam b Zuinglius & c Bucerus cõtendunt, Christianorum liberos in matrũ vteris esse sanctos, vtpote promissionis & gratiæ filios, qui propterea etiã sine baptismo sola Dei promissione Abrahæ facta, vel eiusdẽ prædestinatione nõ modò sanctificationem, sed & salutẽ æternam consequantur.

Sermo. de circumcisione circuncis.

Serm. de excellent. & sanct. Ioan. Baptistæ.

Luc. 1.

Duo præcipua in Ioãne puero admiranda dona.

Au infantes reliqui Ioannis pueri in matris vtero exæquentur nouatorũ sententia.

a In 10. cap. Act.
b Cõtra Bellarmẽ, & in Elenchum Anabap. & in 7. epist. 1. ad Cor.

** In commẽt. 1. Reg. 4. & 2. Reg. 15.*

quantur. Negat igitur * Petrus Martyr, perire infantulos Christianorum, si absque Baptismo ex hac vita decedant, & quoniam in Dei sunt fœdere, sanctos esse, & ad Christũ eiúsque Ecclesiam eos pertinere contẽdit. Qua in re suum sequitur præceptorem [a] Caluinum ille Pseudomartyr, simúlque huius erroris principi Zuinglio patrocinatur, imò & Vincẽtio cuidam ab [b] Augustino confutato, adeóque Pelagio hæresiarchæ iam olim damnato suffragatur, cum & illi Baptismum infantibus non esse necessarium existimauerint. Quid autẽ hi laborant, aut quid moliuntur aliud, nisi quod infanti Ioanni nondum edito, & tamen sanctificato, alios infantes omnes exæquare conantur?

a In appendice cõtra Interim, & in antidoto contra acta Cõc. Trid.
b Lib. 3. de anima & eius origine ca. 9. Rom. 5. & 6. Ephes. 2.

Falsum dogma est, Iudæorũ & Christianorum infantes sine Sacraméto sanctificari.

BREVITER autem his respõdemus, & verbo Dei, & Patrũ testimoniis luculenter astrui, ex mortalibus omnibus neminem in hac vita sanctificari, nisi peccatum originis, quod ex primo parente contractum, & in omnes posteros deriuatum, eosdem iræ filios ab ipso conceptu facit, primum remittatur, non remitti autẽ siue adulto, siue paruulo, nisi fidei Sacramento, sine hoc enim nullum in Abrahæ fœdere contineri, nec in Dei gratiam recipi, vel Christi Ecclesiæque membrum effici posse. Stat enim firma Dei lex & sententia, Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.

Genes. 17.

Lib. 4. de bapt. cap. 24.

Cur verò Abrahæ præceptum est, inquit Augustinus, vt omnem deinceps infantem masculum octauo die circumcideret, qui nondum poterat corde credere, vt ei deputaretur ad iustitiã, nisi quia & IPSVM per seipsum Sacramẽtum multum valebat?] Iam verò quamuis legẽ veterem abrogârit Christus, tamen vt originali peccato certum & efficax suppeteret remedium in Ecclesia, duræ circumcisioni, molle sanctúmque lauacrum subrogauit, ac nouam baptizandi legem, à qua nullus exciperetur, seuerè tradidit,

Ioan 3. Lib. de anima.

Nisi quis, inquit, renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, id est, nõ erit sanctus, vti Tertullianus interpretatur. Vt ergo Iudæi, licet ex piis procreati parentibus, nisi circumciderentur, in Abrahæ fœdere non censebantur, nec in eius semine tanquam promissionis filij benedicebãtur, imò verò virtute gratiæ destituti, à vera etiam Ecclesia excludebantur, & rei erãt mortis æternæ, quod Augustinus persæpe comprobat, sic & Christianorũ liberi à Christi regno arcẽtur, diuinæque gratiæ & omnis sanctimoniæ simúlque salutis manent expertes, quamdiu illo fidei Sacramento, quod veræ salutis est ostium, non expiantur. In quẽ sensum Ambrosius perspicue dixit, Neq; credi fas est infantes, qui generationis non sunt adepti Sacramentum, ad vllũ beatorũ pertinere consortium.] Et Augustini euidens dictũ extat:

Par est ratio in paruulis Iudæorũ & Christianorũ sanctificandis & damnandis.

De ciuitate Dei lib. 16. cap. 27. contra Iulian. li. 3. cap. 18.

De peccat. merit. & remiss. lib. 1. cap. 27. Tom. 2. oper. Augu. epistol. 90.

De quibus Christi, quibus dat vitam æternam, esse non incipiunt paruuli, nisi per Baptismum: profectò si hoc non accipiunt, peribunt: vitam enim æternam, quam suis dat ouibus, non habebunt.] Sed & Concilium Carthaginẽse illos ferit anathemate, quicumq; paruulos per Baptismum Christi à perditione liberari, & salutem percipere sempiternam inficiantur. Tum alibi rursus idem Augustinus: Sicut, inquit, in Isaac qui octauo suæ natiuitatis die circumcisus est, præcessit signaculum iustitiæ fidei (circumcisionis videlicet Sacramentum) & quoniam fidem patris imitatus est, secuta est in Isaac crescente, ipsa iustitia, cuius signaculũ in infante præcesserat: ita & in baptizatis infantibus præcedit regenerationis sacramentum, & si Christianam tenuerint pietatem, sequitur etiã in corde conuersio, cuius mysterium præcessit in corpore.]

Lib. 4. de baptismo contra Donat. cap. 4.

Quocirca si secundum scripturæ normam iudicamus, in posteris Abrahæ nulla fuit olim vel iustitia, vel sanctificatio, quæ præcederet circũcisionem: ac Iudæorum liberi quantumuis præ aliis Abrahæ fœdere contineri viderentur, tamen in matrum vteris iusti & sancti esse nunquam potuerunt. Idem verò plane sentiendum est de liberis Christianorum, quorum vllum ante sacramentũ regenerationis acceptum originis labe expurgari, atque ex Adæ filio, Dei filium effici, vel in Christo iustificari & sanctificari, nemo ex veteribus Theologis vnquam iudicauit. Imò verò Patres, vt [c] Clemens, [d] Cyprianus, [e] Basilius, & æqualis eius [f] Gregorius, [g] Ambrosius [h] Chrysostomus cum singulare gratiæ per Baptismum accipiendæ necessitatem intelligerent, sedulo admonuerunt, baptismum nemini differendum, sed & paruulis festinanter ac properè adhibendũ esse. Quid multa? Quisquis dixerit, quòd in Christo viuificabuntur etiam paruuli, qui sine sacramenti perceptione è vita exeunt, hic profectò & contra Apostolicam prædicationem venit, & totam condemnat Ecclesiam,] sicut [i] Augustinus grauissimè pronuntiauit.

c Epist. 3. & ad Iul.
d Lib. 3. ad Fidum.
e In sanct. lauacrum, & in exhort. ad sanct. baptis.
f In sanct. lauacrum.
g Serm. 41. & de Helia cap. 27.
h In cap. 1. Act. & in Psal. 14.
i Epist. 28. ad Hieronymum.

CVI SENTENTIÆ non aduersatur, quod aduersarij nobis obiectant è Paulo, qui infantulos filiósque fidelium sanctos appellârit. Vt enim concedamus, Paulum de non renatis hîc agere (nam variè sentiunt interpretes) tamen fatendum est prorsus, à seipso Paulum minimè dissentire. Dissentiret autem planè, si verè sanctos, & salutis æternæ participes eos faceret, quos alibi non solum Adæ, sed & iræ filios, nasci, & peccato mortique obnoxios esse testatur, quamdiu scilicet per baptismum Christo non inseruntur, & regenerationis lauacro, sicut ipse loquitur, abluuntur, sanctificantur atque iustificantur. Quare non huc spectat Pauli sententia, vt ille Christianorum filios, quamdiu fidei mysterio non initiantur, in fœdere Abrahæ collocet, vel Dei populo annumeret, aliisque baptizatis & iustis exæquet, &, quod multò sit absurdius, vt eosdem in matrum vteris vel propter nascendi conditionem, vel etiam propter æternam Dei prædestinationem nobis prorsus ignotam, sanctos & saluos esse commonstret. Hæc pro sua libidine fingunt nouatores, sed quæ à Pauli sensu omnique veritate prorsus aliena sunt. Sanctos autem ille facit fidelium pueros etiam ante baptismum, non alio quidem nomine, quam quod illi ex piorum parentum consilio ac voluntate huc destinentur, vt statim baptismo & Christianismo ini-

1. Cor. 7.

Qua ratione fidelium filij etiam nõ baptizati à Paulo sancti esse dicuntur.

Ephes. 2.

1. Cor. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiuntur, Ecclesiæque penitus offerantur. Vnde quos hoc loco sanctos filios dixit Paulus, eos Tertullianus [a] sanctitatis destinatos, & Hieronymus [b] Christianæ fidei candidatos, nullísque idololatriæ sordibus pollutos nominauit: vt illi videlicet discernerẽtur ab aliorum infidelium filiis, qui non erant sancti, sed profani, & impiis parentũ cultibus contaminati. Quin & scripturæ idioma huiusmodi est, vt etiam quæ nõ sentiunt aliquando sacra & sancta dicantur, sicut templum ipsum sanctuarium appellatur, & quæ ad ritum cæremoniarum in templo pertinent, vel ad vsum sacrum diuinumque destinata & conuersa sunt, sanctitatis nomine cohonestantur. Illud ergo sine dubitatione tenendum est (Augustini enim verbis libenter vtimur) quæcumque illa sanctificatio sit, nõ valere ad Christianos faciendos, atque ad dimittenda peccata, nisi Christiana & Ecclesiastica institutione & sacramentis efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles, quamlibet iustis & sanctis coniugibus hæreant, ab iniquitate mundantur, quæ à regno Dei separatos in damnationem venire compellit: NEC PARVVLI de quibuslibet sanctis iustísque procreati, originalis peccati reatu absoluuntur, nisi in Christo fuerint baptizati.]

[a] Lib. de monogamia.
[b] Epist. 151. ad Paulinũ.
Sancta dicitur etiam quæ non sentiunt.
Lib. 3. de peccat. merit. & remiss. c. 12.
Incommoda huius doctrinæ Caluinianæ.

REM IGITVR detestandá faciunt Caluiniani, qui doctrinã iam olim in Pelagianis dánatam, quasi de inferis reuocãt, ac nouo impietatis studio stabilire & propagare pergunt; frustráque Ioannis exemplo nituntur, vel potius ad suum confirmandum errorẽ per nequitiam abutuntur. Cùm verò tam inscitè fingũt. Christianorum infantulos in ipsis matrũ vteris hæreditaria parentum sanctitate donari, an non sacramenti tantoperè in scriptura commendati virtutem eleuant, & ad illud expetendum segniores homines reddunt, vt dubio admodum euentu baptismus paruulorum à multis differatur, qui ad salutem haud esse necessarius autore Caluino putatur? Neque pudet tamen Petrum Martyrem Augustino insultare, qui erroti scilicet magnam dederit occasionem, quod sæpe doceat, infantes aliena fide baptizari. Docet id quidem & probat grauissimè, sed communem Patrum & totius Ecclesiæ fidem adstruens, & germanum scripturæ sensum exprimens, rémq; totam hoc Euangelico declarans exemplo: Quid filio viduæ profuit fides sua, quam vtiq; mortuus non habebat, cui tamen profuit matris vt resurgeret? Quantò ergo potius fides aliena potest consulere paruulo, cui sua perfidia non potest imputari?] Nec dissentit tamẽ à Caluinianis [c] Caspar Huberinus, qui bene spetare iubet parẽtes de salute infantium, etiamsi in vtero matris pereant. Sed & Schmidelinus [d] Caluini partes apertè propugnans affirmat, infantes in fœdere promissionis nasci, ad quos etiam propter promissionem factam baptismus pertineat, licet illi vel in partu, vel priusquam Ecclesiæ offerri & baptizari possint, moriantur, cum saltem alter parens fidelis fuerit. Quid autẽ hoc est aliud, obsecro, quàm aduersus Patres omnes baptismum

Caluinum Petrus martyr, Huberinus & Schmidelinus quẽ sequuntur.
Lib. 3. de libero arbitrio cap. 23.
Luc. 7.
[c] In Catechismo.
[d] In resut. li. 5. D. Hosij.
Quàm grauiter errent dicti aduersarij. Ioan. 1.

necessitatis, vt dicimus, sacramentum negare? Quid est nisi asserere, absque baptismo salutem paruulo contingere posse? quod vel ipse Lutherus inficiatur. Quid est, nisi Christi legem peruertere, qua in Dei regnum aditus intercluditur ex aqua & spiritu non regeneratis? Quid est, nisi doctrinam Apostolicam abolere, qua diserte traditur, quod iræ filij nascamur, & baptisma saluos nos faciat, ac vim habeat Adæ filios regenerandi, renouandi atque mundandi? Quid est denique, nisi secum ipso in oratione pugnare? Etenim si sancti sunt aut esse possunt infantes, priusquam nascãtur vel baptizantur, quoscunque demum parentes siue fideles siue infideles habeant, corruit prorsus, quod ab istis alibi docetur, per baptismum peccatum originis, totúmque peccati reatũ remitti, & homines quãuis impuros, in Dei filios illic adoptari. Cur igitur cum Augustino non dicamus & nos? Nulla ex nostro arbitrio præter baptismũ Christi salus æterna promittatur infantibus, quam non promittit scriptura diuina, humanis omnibus ingeniis præferenda.]

Ephes. 2. 1. Pet. 3. Tit. 3.
Ephes. 5. De peccat. mer. & remiss. lib. 1. c. 23.

QVONIAM vero isti nec Patres, nec Ecclesiam audiunt, age sui quoque magistri Caluini verbis eos coarguamus, qui Seruetum à se tandem exustum ad hunc modum disputando represit, *Quod obijcit*, inquit, *Cornelium accepto Spiritu sancto baptizatum fuisse, quàm perperam ex vno exemplo genti alem regulam eliciat, patet ex Eunucho & Samaritanis, in quibus ordinem Deus tenuit, vt baptismus dona spiritus præcederet.* Nec dissimili ratione, sed paulò luculentius aduersus eundem aduersarium alibi differit, *Quod Cornelium*, inquit, *spiritu sancto primum donatum, mox tinctum Seruetus profert, & quod in vno præter ordinem accidit, id in omnibus pro lege habet, stupiditatis est in primis prædicandæ, vti aliorum infantium exempla declarant, quibus Spiritum sanctum à baptismo conferendum, diuina prouidentia iudicauit.* Cur igitur quod Caluinus contra Seruetum disputans obtinere postulat, in præsenti etiam causa nobis non valeat, ac legitime hoc modo vsurpetur? Quod Ioannem Spiritu sancto veraque iustitia primum in vtero matris donatum, & postquam natus esset, circumcisum legimus, in vno præter ordinem accidit, idque in omnibus pro lege habere stupiditatis est in primis prædicandæ, vti aliorum infantium exempla declarant, quibus Spiritum sanctum à baptismo conferendum, vt diuina prouidentia iudicauit, sic etiam Ecclesiastica, imò & Apostolica traditio confirmauit. Non enim solum [e] Origenes & [f] Cyprianus, vt fatentur quoque Magdeburgici, verum etiam [g] Dionysius, [h] Clemens, & [i] Augustinus testãtur, Apostolos de baptizandis infantibus cõstituisse. Nihil autem est opus, nimis crassum & pestiferum errorem, qui tam satis ab aliis reiectus & quasi confossus videtur, hoc loco pluribus persequi. Multò quidẽ rectius hac in parte docuit Lutherus, qui reclamãte licet Bucero, Baptismũ appellat viuam & veram regenerationem: non quòd eam solùm significet, sed quòd sit medium & instrumentum, quo viua regeneratio nobis exhibeatur.

Dicta opinio Caluini verbis refutatur. Instit. lib. 4. cap. 16.
Libro contra errores Seruети.
Ex Apostolica traditione paruuli baptizantur.
[e] In cap. 6. epist. ad Rom.
[f] Epist. 8. lib. 3. ad Fidum, & Vltimo ca. Eccl. Hierar.
[g] Const. Apost. l. 6. c. 15.
[h] Lib. 10. de Gen. ad literam, ca. 23. & li. 4. de bapt. cõtra Donat. cap. 24.
[i] In cap. sextũ Ioannis.

CVM VERO

CVM VERO ante aliquot annos Vvittenbergæ nouatorum cœtus celebraretur, ac multarum sectarum duces conuenissent, sic illic inter cætera definierunt: *Et si nos non intelligimus, qualis sit Dei actio in infantibus, tamen certum est in iis nouos & sanctos motus effici, sicut & in Ioanne in vtero matris motus fiebant.* Quibus infantibus postea motus & inclinationes ad credendum Christum, & diligendum Deum tribuunt, ac ab omnibus tribui oportere contendunt. Atque inter alios, qui confirmant hoc decretum conciliabuli Vvittenbergẽsis, non est modò postremus Chemnitius, vt Concilio Tridentino hac etiam in parte obstrepat impudenter. Is igitur paruulis dum baptizantur, assignat Spiritum sanctum non modó regenerantem & iustificãtem, de quo nulla nunc est quæstio, sed in illis etiam intrinsecus & occulte operantem, suo quodam modo, vt ait, nobis nec satis cognito, nec explicabili, hancque spiritualem & occultam actionem fidem appellari pronuntiat, & per eam dicit paruulos credere. Qui certe aliquid adferre videretur, si quod fingit de noua ista & inaudita paruulorum fide, fideique appellatione, id vel diuinis, vel patrum testimoniis comprobaret, aut vrgentibus etiam colligeret argumentis, talem spiritus operationem in paruulos cadere. Fingit & [a] Brentius, Deum intueri & agnoscere fidem infantium, qua eos pro sua clementia, & suo quodam singulari modo ornat. Eadem est opinio [b] Vrbani Regij, [c] Georgij Maioris, [d] Ioannis Oepini, [e] Hieronymi Vvelleri, [f] Antonij Coruini, & [g] Iacobi Schmidelini, qui omnes fidem paruulis propriam tribuunt: & hac in parte illos Ioanni nostro æquare magno supercilio pergunt. Quid enim aliud sibi vult Maior, quum perspicue cõcionatur, *Habent infantes propriam fidem, nec baptizandi sunt super fide Ecclesiæ, aut comparatum, siue testimonium baptismi, & nisi propriam fidem haberent, non saluarentur.* Chytræus verò aduersus Anabaptistas disputans, inter alia de infantibus, qui pro ipsorum modo aliqua sint fide prædíti, in hunc modum docet, *In quibus quoque testimonia Spiritus sancti illustria sæpe compárent, vt Ioannes Baptista in aluo matris gestatus, edit testimonium fidei agnoscentis præsentiam Christi.* Quod Ioannis exemplum Oepinus ad fidem paruulorum propriam confirmandam pluribus est persecutus, vt hæc eius verba declarant, *Huius latentis fidei & occultæ diuinæ virtutis operantis in paruulorum mentibus ac cordibus, præclarum specimen ostensum est in D. Ioanne Baptista, qui cum Maria IESV Christo grauida matrem ipsius Elizabeth salutaret, in materno vtero præ gaudio exultauit. Quæ exultatio & quod gaudium manifesta fuerunt indicia spiritualis operationis, notitiæ ac motus. Cur Spiritus sanctus id, quod in Ioanne adhuc in materno vtero quiescente operatus est, etiam non operaretur in aliis infantibus, & maxime in illis, qui in lucem editi iuxta Christi mandatum baptizantur & abluuntur regenerationis lauacro? Infantes aliena fide & precibus oblati Deo & Ecclesiæ, baptismo regenerationis lauacro abluti, adnumerantur Ecclesiæ Dei, admittuntur ad communionem regni cælorum, omniumque bonorum Ecclesiæ, sunt promissionum*

Ex aliis Synodi Vvittenberg. anni 1623. Maij habitis.
In examine canonum cõcil. Trident. de Bapt.
Quid Lutherani sentiant de fide paruulorum.
[a] In apolog. confes. Vvittenberg. de baptismo.
[b] In loc. com. ea. de grat.
[c] In Postila de die Inno.
[d] In Psal. 21.
[e] In Euang. Dom. 3. post Epipha.
[f] In eandem Dominicam.
[g] In resut. li. D. Hosij. In Psal. 21.
De Sacramẽto Baptismi.

Dei participes. Certum itaque est, eos spiritum Dei accipere, qui affulgeat eorum mentibus spirituals luce, qui eos regeneret & excitet in eis propriam fidem, quæ iustificentur. Vbi non video, quàm probe sibi constet Oepinus, qui iam propriam, iam alienã fidem paruulis, præsertim cum baptizantur, concedit. De Ioannis autem exemplo quod idem & Chytræus ad propriam infantium fidem comprobandam haud sine fraude detorquet, postèa respondebimus.

VVELLERVS causam eandem copiosè quidem, sed parum feliciter tractat, & hanc etiam προλήψιν seu occupationem adiũgit. *Sed dicat aliquis, Infantes carent ratione: ergo nõ possunt credere. Respondeo*, inquit, *imo quo minus habent rationis, hoc ad credẽdum sunt aptiores, & hoc facilius à Spiritu sancto regi possunt.* O firmã, ò præclaram & eruditam huius Theologi responsionem, quæ morionibus, quæ bestiis, imò verò stipitibus & truncis ad credẽdum viã egregie parat, vt quò hæc omnia minus rationis habent, eò ad fidei & spiritus donum accipiendũ aptiora debeant existimari. Quid autẽ ineptius potest excogitari? cùm apud Theologos omnes in cõfesso sit, naturam hominis generosam accessu gratiæ diuinæ perfici, & rationem dono Spiritus ac fidei magis magísque collustrari. Vtitur idem Vvellerus hac quoque ratiocinatione, *Scriptum est, Psal. 105. Effuderunt sanguinem innocentium. Loquitur Prophera*, inquit, *de his infantibus, qui inserti fuerant Ecclesiæ Dei per Sacramenta. Si igitur fuerunt innocentes, sequitur eos fidem habuisse: quia sola fides hominem reddit innocentem & mundum. Omnes quos scriptura innocentes vocat, credunt. Scriptura infantes Ecclesiæ insertos vocat innocentes. Ergo huiusmodi infantes credunt. Hûc allegãdum est exemplum istorum infantium, quos Herodes necauit. Nam & hos scriptura sanctos & innocentes prædicat.* Omitto cæteras eiusdem farinæ ratiunculas, quibus ad veritatem obscurandam argutatur Vvellerus, nihil autem veri ratiocinatione sua concludit. Quod autem ad propositum Prophetæ locum attinet, manifestam illius depraua tionem facilé quiuis animaduertat. Primum enim hîc legendum est, Effuderunt sanguinem innocentem, sicut præter Hieronymum antiqui codices & interpretes omnes constanter ostendunt, non autem, vt Vvellerus citat, sanguinem innocentium. Deinde licet vtroque modo legi concedamus, tamẽ vitiosa est argumentatio, vt in Scholis pueri nôrunt, cùm incognitum per aliud æquè vel magis incognitum quis probandum assumit. E scriptura certe non constat, infantes, de quibus hîc Propheta loquitur, Ecclesiæ per sacramenta insertos fuisse, sicut Vvellerus confidenter affirmat. Quid verò mirum, eosdem absque vno circumcisionis sacramento vitam amisisse, ob summam scilicet parentum impietatem, & plus quàm belluinam immanitatem, qui suos filios mactare, & mactatos dæmonibus nefarie immolare minimè perhorresc erent. Sic enim de illis Propheta testatur, Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilib. Chanaan. Etsi verò circũcisi non fuissent

Confutatur Vvelleri sententia de fide paruulorum propria.
Depravatio loci Psal. 105
Effuderũtsanguinem innocentem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

istiusmodi paruuli, tamen innocentes recte vocari possent, partim quòd paterno sceleri minimè consentirent, partim quòd nullo peccato proprio, atque, vti vocant, actuali contaminarentur, quemadmodum Augustinus annotauit. Meritò igitur docti rideant, ex adducto scripturæ loco tã insulse defendi, quod per se verbo credant infantes. Tum illud scripturis minime quadrat, quod pro certo tamen Vvelletus asserit, sola fide propria homines innocentes reddi, cùm Apostolicæ literæ doceant, baptismum regenerationis esse lauacrum, & homines eo saluari. Sed neque vsquam scriptura prædicat innocentes omnes per se credere, & falsum est, infantes ab Herode sæuissimo rege trucidatos, ob suã fidem vel sanctos, vel innocentes appellari. Scimus hos martyres in veteri Ecclesia tanti habitos esse, vt illis peculiares feriæ & honores publici etiam etate Origenis tribuerentur. Prudẽtius eos primam victimam & flores martyrum, [a] Cyprianus protomartyres vocat, quos in medio frigore infidelitatis exortos, velut primas ecclesiæ gemmas erumpentes, vt eleganter ab [b] Augustino dictũ est, quædam persecutionis pruina decoxit. Atque his quidẽ ad sanctitatem satis fuit, martyrium pro Christo susceptum, etiamsi nullum autfidei, aut propriæ voluntatis motum adiungerent, sine quo baptismus etiam [c] Christianis paruulis ad salutem sufficit, vt Bernardus luculenter affirmat.

In Psal. 105 & lib. 1. contra Iulianum Pelagianum.

Tit. 3.

1. Pet. 3.

Innocentes martyres sine fide propria.

In Matth. verba. Vox in rama.

a Sermo. de Stella & Magis.

b Sermone Epiphaniæ, & de innocẽtibus.

c In sermone de Natali Innocentium.

Metvvnt isti prorsus, ne hoc semel cõcesso, quod infantes careant fide, commune Theologorum dogma probare videantur, nimirum in baptismo conferri gratiam infantibus ex opere, vt vocant, operato, quemadmodum sanè non solùm Catholici omnes, sed & [d] Philippus & [e] Brentius, vt docti quidam annotarunt, haud obscurè confirmant. Ac idem [f] Chytræus tam apertè, quàm verè fatetur, *Baptismum non fundandum esse in fide accipientis, sed simpliciter in mandato & ordinatione Dei, qui seuerissime præcipit, doceri & baptizari omnes gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Etsi enim verum est in baptismo necessariam esse fidem, tamen non nititur baptismus accipientis fide, sed tantum verbo & ordinatione Dei.* Vbi non perperam assumit, in baptismo necessariam esse fidem, modò id catholicè interpreteris, & cum Augustino sentias: cuius testimonia non recitare, sed obscurè tantùm Andreas Musculus voluit indicare. Fides enim aliena in baptismo, vt paruulis necessaria est, ita etiam, vt Christum illi induant, verèque fideles & Ecclesiæ membra habeantur, sufficit. Pugnat autem cum his magistris, & ad veritatem propius accedit Vvolfgangus Musculus, qui recitatas nouatorum sententias libere contemnit, dum in hæc verba scribit. *Sunt nostra ætate, qui de fide infantium disputantes, & illes credere posse contendunt: quam sententiam probare non possumus, quemadmodum & supra in loco de fide, articulo septimo meminimus.* Illic verò Augustini profert sententiam, quod infantes credere non possint, donec per ætatem fidei capaces efficiantur. Et paulo post, *Admodum inconsulto nostra quidam ætate scripserunt, si constaret infantes non habere fidem in Christum, consulere se, vt ab illorum baptismo*

d In locis cõmunibus de signis Ecclesiam monstrãtibus.

e In confess. Vvirtenber.

f De sacramento Baptismi.

In locis communibus de baptismo quæst. 9.

In locis communibus de pædobapt.

Vvolfgangus Musculus negat infantes credere, & secus docentes arguit.

prorsus, & quàm citissime abstineamus. Quod genus scripti, multis crediderim erroris anabaptistici occasionem obiecisse, quantus qui hoc scripserunt, ab anabaptismo fuerunt alieni. Vbi Musculus haud obscurè perstringit Lutherum, qui dicere veritus non est: *Paruulos cum sint sine fide, per baptismũ iustificari, fortiter negamus. Quin asserimus, paruulos prorsus non esse baptizandos, si verum est eos in Baptismo non credere.* Quanquàm ne hic quidem sibi constat Lutherus, qui ad comprimẽdos Anabaptistas alibi docet, paruulos licet non credãt, tamen baptizandos esse, præcipuam enim rem in baptismo non esse fidem, sed verbum & mãdatum Dei, verum igitur manere baptismum, etiamsi non credat, qui baptizatur. *Is enim*, inquit, *super verbum & præceptum, etsi nulla adsit fides, adhuc tamen vere & certo est baptizatus, quia sit sicut Deus præcepit.* Ac iterum in Epistola, *Nihil est reliquum prorsus pro paruulis nisi fides aliena, quam si statuere non possumus, nihil desputandum est, sed simpliciter damnandus baptismus paruulorum.* Quocirca ne hic quidem inter nouatores conuenit, sed incerto marte pugnatur, non solùm de baptismi necessitate ac efficientia, verum etiam de fide infantium, siue hi in matrum vteris gestentur, siue recens nati baptizentur.

In lib. contrà Cochlæ. Aduers. Catabapt.

Lutherus de fide paruulorum varie docuit.

Ad Melãchtonem Tom. 2. Epistolarum.

Ad centvriatores verò redeamus, qui vt in plærisque aliis, sic hoc loco etiam à Patribus, ac nominatim quidem à Iustino & Augustino apertè discedunt, vt hanc suam opinionem, in paruulis propriam inesse fidem, nec eos aliena fide baptizari, mordicus tueantur. Carpunt igitur temerarii homines in Iustino, quod scribat infantes baptismi bonis affici propter fidem eorum, qui eos ad baptismum adferunt. Accusant & Augustinum, qui contra Pelagianos & Donatistas disputans affirmãrit, infantes fide parentum credere, baptizari atque purgari, id quod pugnare dicunt cum voce Christi, [a] Talium est regnum cælorum, & cum illa sententia, [b] Iustus ex fide sua viuet. Ecce tibi, quemadmodum is puer, qui cæteris ortu suo gaudium exultationémque peperit, sectariis hodie caliginem offundat, adeóque in petram scandali & lapidem offensionis positus esse videatur. Cæterum Iustini verba, quæ à nouis istis Momis carpuntur, tam sunt per se luculenta, vt nulla egeant defensione, digna etiam quæ hoc loco integrè subiiciantur. Hæc est, inquit, differentia inter baptizatos & non baptizatos infantes, quòd baptizati adipiscuntur bona, quæ baptismus confert, non baptizati non item. Afficiuntur autem baptismi bonis propter fidem eorum, qui eos adferunt ad baptismum.] Quid quæso rectius ille & scripturis conformius diceret, quàm inter baptizatos & non baptizatos longum esse discrimen, idque ob sacramenti virtutem, quæ à Deo infantibus fide non propria, sed aliena donetur? An idem Ambrosius non docuit? Baptisma, inquit, corporis mundatio non est, sed animæ, si fides adest baptizato, siue parentum (nempe si paruulus est) siue sui ipsius, si ad rationabilẽ ætatem peruenerit.] Nec aliter Bedam sensisse, hæc eius verba demonstrãt: In Ecclesia Saluatori per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea,

Cent. 2. cap. 4 pag. 63. & Cent. 5. cap. 4. pag. 517. Patres duo male à Centuriatoribus reprehensi.

Lib. 3. de lib. arb. cap. 23 & lib. 4. contra Donatist. de baptis. ca. 24

a Matth. 19 Marc 10.

b Rom. 1.

Augustinus perperam reprehensus à Centuriatoribus, & quid ille senserit.

De peccat. mer. & remiss. li. 1. ca. 19. & 31.

De Liber. arbit. lib. 3. ca. 21.

Lib. 4. cont. Donat. c. 21. Matth. 19. Mar. 10.

Luc 1.

Vindicatur Iustini locus contra Centuriatores.

Ad orthodoxos quæst. 56.

quæ illis in baptismo remittuntur peccata, traxerunt.] Bernardus [a] verò rem eandem fusius explicat, & inter alia sic loquitur: Nemo mihi dicat, quia paruulus non habet fidem, cui mater impertit suam, inuoluens illi in sacramento, quousque idoneus fiat proprio, non tantum sensu, sed assensu euolutam puramque percipere. Nunquid breue pallium, vt non possit ambos cooperire? Magna est Ecclesiæ fides. Nunquid minor fide Cananeæ mulieris, quam constat & filiæ sufficere potuisse, & sibi? Ideo audiuit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti.] Tum Petrus Cluniacensis [b] Bernardi æqualis, vt Petrobrusianos Anabaptistarum huius temporis parentes ac duces refellat, paruulorumque baptismum astruat, hoc etiam vtitur argumento, Discite, paruulis nostris nullatenus fidem qua saluantur, deesse, quia non possunt dici filij infideles, pro quib' interuenit matris Ecclesiæ fides.] Et rursus, Si martyres fide propria absque baptismo saluãtur, cur paruuli baptismo absque propria, vt dixi, fide non saluabuntur?] Ac postea, Circumcidebantur præcepto diuino octauo die Hebræorum paruuli, & purgabantur peccato originali. Quæ ibi fides puerorum? Quis erga fuscepta sacramenta intellectus eorum? quæ diuina cognitio? quæ oris professio? Vbi estis, qui paruulos Christianos damnatis? Saluantur paruuli Iudæorum sacramento circumcisionis, & non saluabuntur paruuli Christianorũ sacramento baptismatis? Credit Iudæus, & à peccato mundatur filius eius: credit Christianus, & à simili reatu nõ soluetur filius eius? Nulla est fides paruulis Christianorum, sed nec est aliqua fides paruulis Iudæorum. Saluantur tantum aliena fide cum suscepta circumcisione, saluantur & isti aliena fide cum suscepto baptismate.] Quare non habẽt aduersarij, cur Iustinum Philosophum verè Christianum mordeant, cuius videlicet sententiam posteriores Theologi non modo libẽter sequuntur, sed & sacris literis consentaneã esse conuincunt.

In cap. 17. Marci.

a Serm. 66. super Cãtica. Bernardus & Petrus Cluniacensis fidẽ paruulis propriã adimunt, & alienam adstruunt.

Esa. 28.

Matt. 15.

b Lib. de baptismo parvulorum

Genes. 17. Exod. 12.

Eadem porro istorũ & Brentij est temeritas in Augustino insectando, qui tamen suum de eisdem paruulis testimonium totius Ecclesiæ autoritate, velut fortissimo muro, sæpe munit, & cum Ecclesia vniuersa constanter docet, paruulos quemadmodum alieno peccato pollui, sic etiam aliena fide siue parentum, siue Ecclesiæ scilicet, in sacro baptismo, mundari, & licet nullo credendi sensu sint præditi, tamen eos inter credentes reputari per sacramenti, vt ipse inquit, virtutem & offerentium responsionem. Hinc illa eiusdem non ignota sententia, Pie rectèque creditur prodesse paruulo eorum fidem, à quibus consecrandus offertur, & hoc Ecclesiæ commendat saluberrima autoritas.] Ac alibi rursus, Paruuli baptizantur, qui certe non possunt corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem, & nemo Christianorum dixerit, eos inaniter baptizari. Nam id vniuersa tenet Ecclesia.] Nihil autem momenti adferunt, qui Augustino Christi dictum opponunt. Talium est regnum Dei. Quis enim sapiens hinc recte colligat proptiam inesse fidem paruulis oportere, vel eosdem per offerentes alios non posse credere, & in Dei filios adoptari? Quo loco Centuriatores Melãchtonem sequuntur, qui dictam Christi sentẽtiam ad baptizatos infantes retulit, & ex eo infantium baptismum, repugnantibus etiam aduersariis, stabilire conatur. Quod etsi probabile piis videatur, tamen si rite omnia consideremus, non robustum satis ac solidum est argumentum, vt inde efficiatur id, quod Apostolica euincit ac exigit traditio, infantes Ecclesiæ per Baptismum necessario inserendos esse, vt nisi hoc fiat, cælestem gloriam prorsus amittãt. Nam Christus illic non de Christianorum infantibus necessario baptizandis differit, sed circa Iudæorum infantes versatur, qui secundum legem octauo die circumcisi, diuino fœdere cõtinebantur, & per circumcisionem iam erant iustificati: ac propterea regno Dei dignos illos esse censet, præsertim quàm diu puerilem illam innocentiam nullis grauioris peccati sordibus contaminarent. Quin apud Lucam suam ipse sententiam explicat Dominus, vt de iis qui non ætate, sed simplicitate & innocẽtia sunt paruuli malitiæ nimirum expertes, omnino loqui videatur, quemadmodum [c] Chrysostomus, [d] Augustinus & [e] Theophilactus, post [f] Origenem eundem locum interpretantur. Statim enim atque dixisset, Talium est regnum Dei, hæc verba subiecit, Amen dico vobis, quicunque non receperit regnum Dei, sicut puer, non intrabit in illud, vel, sicut Marcus iterum narrat, Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Quocirca scriptum est ab Hieronymo, Signanter dixit talium, non istorum, vt ostenderet, non ætatẽ regnare, sed mores, & his qui similem haberent innocẽtiam & simplicitatem, præmium repromitti, Apostolo quoque in eandem sententiam congruente, Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensu autem vt perfecti sitis] Quid? quod præsens Euangelij historia euertit potius quàm confirmat sententiam aduersariam, cum proponat paruulos, siue, vt Lucas vocat βρέφη sicut & Petrus vocat infantes, quibus tunc dominus imposuit manus, & quos amãter complexus, suaque benedictione dignatus est. Illi vero non fidem proprtiam, sed alienam attulerunt, sicut hodie faciunt, qui patrini vocãtur, & ex vetustissimo Ecclesiæ more offerunt baptizandos. Sic enim scribit Matthæus, Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret, vel vt Lucas inquit, Adferebant ad illum infantes, vt eos tangeret. Vnde Chrysostomus hunc locũ refert ad parentes instruendos, vt & ipsi suos filios, si Christo acceptos eos esse cupiant, sacerdotibus offerant sanctificandos. Non enim, inquit, sacerdos imponit manus, sed Christus, cuius nomine manus imponuntur.]

De loco Euãgelico, Talium est regnũ Dei.

Exod. 12.

Luc. 18.

c Hom. 32. in Matth.

d 50. homil. hom. 20.

e In 19. cap. Matth.

f Homil. 7. in Matth. Mar. 10.

In 19. cap. Matth.

1. Cor. 14.

Luc. 18.

1. Pet. 3.

Matth. 19.

Oper. imperfec. in Matth. hom. 32.

Præterea huc imperite torquent, quod Paulus ex Propheta bis repetiuit, quòdque de adultis intelligit, Iustum ex fide viuere. Siquidem extra omnem est controuersiam, iustum

Quomodo Iustus ex fide viuat. Rom. 1. Hebr. 10. Abac.

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue iustificatum in Christo, ad spiritualem æternámque vitam vel retinendam, vel promouēdam fide in primis egere, nec otiosa quidem illa, sed quæ iuxta eundem Apostolum per charitatem operatur, sicut Abraham credidit: cuius fides Iacobo teste, operibus cooperabatur. Vnde quod apud Prophetam legimus, Iustus ex fide mea viuet, sic Theodoretus explicat: iustum his quæ à Deo dicuntur, fidem habendo, & fi-
„ dei congruam vitam ducendo, vitæ fructum percipere. Sicut & Haymon dixit: Ex fide quæ cōcipitur corde, & profertur ore, & bonis operibus exornatur, viuit iustus vita æterna. Etsi igitur fidei virtus & habitus non desit paruulis, eisque dum baptizantur, diuinitus infundatur, vnde in Christo viuunt, & inter fideles meritò numerantur, id quod sæpe repetit Augustinus: tamen non est illis fides, quam vocant, actualis, quòd illa, vt Paulus testatur, ex auditu diuini verbi prædicati concipiatur, & humanæ rationis vsum, liberæque mentis assensum omninò requirat. In quem sensum negant Patres, summoque semper iure pernegandum est, paruulos credere. Docet igitur Nazianzenus, eos neque quid gratia, quidue sit pœna, cognoscere, & nōdum rationis compotes sanctificari, id que sine sensu sanctitatis. Ostendit Chrysostomus, infantulum etiam regium, vsquequò quidem in vtero materno est, nihil sentire, seu intelligere. Testatur Augustinus, eos credendi sensu nondum esse præditos, & corde proprio ad iustitiā non posse credere, qui etiam flendo & vagiendo ipsis mysticis vocibus obstrepāt, quique regenerati Deum nec dum queant cognoscere. Scribit Prosper, eosdem paruulos ante vllum intelligentiæ vsum, & ante liberum voluntatis arbitrium, ad æternam beatitudinem regenerari. Affirmat Bernardus, illis fidem propriam per ætatem denegari, sicut & Concilium Toletanū admonet, illam ætatem ad discernendi vel experiendi sensum non esse habilem, baptisma verò illis tradi nescientibus, in fide tantum proximorum, cùm nullo alioquin sensu, nulla discretionis industria hoc sacramētum appetere possint. Notat & Rabanus, paruulis qui per ætatem abrenuntiare diabolo & credere non possunt, per corda & ora gestantium salutem adimpleri. Atque huc refert Euangelicum exemplum de iis, quorum IESVS videns fidem, dixit paralytico, Remittuntur tibi peccata tua. Recte igitur cum Bernardo concludimus: Sane infantes, quia prohibentur ætate, habere non possunt fidem, hoc est, cordis ad Deum conuersionem, consequenter nec salutem, si absque baptismi perceptione moriuntur. Non quòd vel ipsi quando baptizantur, fide omninò careant, sine
„ qua impossibile est, vel ipsos placere Deo, sed
„ saluantur & ipsi per fidem, non tamen suam,
„ sed alienam. Dignum nempe est, & ad Dei spectat benignitatem, vt quibus fidem ætas denegat propriam, gratia prodesse concedat alienā.]

VT AVTEM proprie de Ioanne nostro dicamus, haud temere quidem à doctis in dubiū vocatur, habuerítne vsum liberi arbitrij, verósque motus & actus fidei & charitatis, de quibus A nihil adeo euidens cōstitui posse videtur, quod à contentioso aduersario non possit impugnari. Nam si verba Euangelica diligentius consideremus, non dictum est, Credidit infans, vel exultauit in fide, sicut isti volunt: sed, Exultauit
" in matris vtero in gaudio, quemadmodum & ab Augustino haud est temere annotatum. Deinde vt illi motus, quos dixi, Ioanni maxime tribuantur, eumque tunc credidisse concedatur, sicut multi iam ante citati à nobis Patres intelligunt, tamen exemplum est singulare, & Ioanni hoc proprium manet priuilegium, quod in tota scriptura diuina nulli vnquam videas communicari. Ergóne quod de vno scribitur, vt diximus, & non satis explicate traditur, ad omnes paruulos, qui actu credant, potest & debet extendi? Præterea quis ferat ac probet, vt qui scripturam expressum ad docenda & credenda omnia postulant, nunc sine scriptura nouam credēdi legem de paruulis actum fidei habentibus nobis imponant, & hoc prioribus seculis inauditum dogma inuehant, quod non solùm scriptura prætermisit, sed & ignorauit Ecclesia, & ratio refutat, quódque cum ipsa pugnat experientia? Etenim rerum vsus abunde testatur, istiusmodi paruulos res diuinas & humanas, bonas & malas non intelligere, oblatam baptismi gratiam sæpe grauatim admittere, dum quibus possūt vocibus & motibus reluctantur, iamque baptizatos in prima illa ætate & seipsos, & inhabitantem
C spiritum ignorare, multis vero annis rerum sacrarum nihil prorsus meminisse, quin ad fidem virtutémque omnem discendam amplectendamque tarde & difficulter admodum promoueri. Optimè quidem speramus de salute infantium, quibus DEVS velit esse propitius, quemadmodum postulat Bullingerus: non autem ex falsa proptij capitis & sensus imaginatione, quam sequuntur nouatores, sed ex legis diuinæ præscripto, qua definitum est citra discrimen ad regnum Dei aptos non esse, nisi qui primùm ex aqua & Spiritu sancto renascuntur, de illorum salute & speramus, & speran-
D dum esse censemus. Nec legem Deo imponimus, qua infantes debeat sanctificare, quemadmodum aduersarij calumniantur: impositam verò hanc à Deo legem tuemur, vt ad consequendam sanctificationem illi necessariò baptizentur: neque quid possit, sed quid velit, & promittat, & iubeat hac in parte fieri Deus, id etiam atque etiam considerare debemus. Præsentem fidem ab adultis, cùm baptizantur, exigi legimus, propriam à paruulis vel exigi, vel adhiberi fidem, cùm ex Apostolica traditione baptizantur, non legimus in sacris literis, nec est quidem consentaneum.

TOTAM verò hanc litem, quam Ioannis mouit exemplum, nobis facilè dirimet optimus arbiter, & fide dignissimus doctor Augustinus, si modò æquis animis illum nouatores audire & humaniter auscultare dignentur. Sic autem ille docet: Quanquam etiamsi vsque adeò est in illo puero (Ioanne) accelera-
" tus vsus rationis & voluntatis, vt intra viscera
" materna

Galat. 3.

Iacob. 2.

In 2. cap. Abacuc.

In 1. c. epist. ad Rom.

Epist. 27. ad Bonifacium, & de pecca. mer. & remiss. lib. 1. cap. 20.

Patres negant fidem & intellectum inesse paruulis. Rom. 10.

Orat. in sanctum baptis. Hom. 6. in epi. ad Hebr.

Epist. 57. ad Dardanum quæst. 2.

Et conc. Dom. lib. 4. cap. 24.

De vocat. gēt. lib. 1. cap. 16.

Conc. Tol. 12. circa principium.

De institut. cleric. lib. 1. cap. 26.

Matth. 9.

Epist. 77. ad Hugōē Vi-ctorinum & homil. 66. in Cantica. & epist. 240.

An cum fide Ioannes in matris vtero exultarit.

Paruulis non inesse fidem & motus spirituales.

Scriptura & Ecclesia nihil docent de fide propria paruulorum.

Ioan. 3.

Matth. 28. Marc. 16. Act. 2.

Augustini sequendam esse sententiam. Epist. 59. ad Dardanum.

A „ materna iam posset agnoscere, credere, consen-
„ tire quod in aliis paruulis ætas expectatur vt
„ possint, etiam hoc in miraculis habendum diui-
„ næ potentiæ, non ad humanæ trahendum est
Num. 22. exemplum naturæ. Nam quando Deus voluit,
„ etiam iumentum mutum rationabiliter est lo-
„ cutum. Nec ideo sunt admoniti homines in deliberationibus suis, etiam asinina expectare cōsilia. Quocirca nec quod factum est in Ioanne contemno, nec inde regulam quid sentiendum sit de paruulis figo. Imò id in illo propterea mirabiliter prædico quia in aliis non inuenio.]

Augustinus de fide paruulorum nouatoribus aduersatur. En grauissimum Augustini iudicium, quo velut clara luce nubes, id est, tenebricosius istorū sensus & apertus error dissipatur, qui Ioannis abuntur exemplo, ad nouos & sanctos motus
B stultè in paruulis fabricandos, quique diuinam actionem illi ad credēdum tribuunt ætati, quæ boni malique capax non est, quæque sepultas habens animi vires, non ita multum differt à brutorum animantium stupiditate. Agnoscit Augustinus, quod Ioannes expertus est in vtero matris, id in miraculis diuinæ potentiæ collocandum esse: & verat illud ad aliorum exemplum & fidei regulā detorquere. Quin de aliis infantibus idem perspicue docet, illos diuina nescire, qui nec humana nouerunt: & absurdum esse prorsus, vt in ipso adhuc vteri silentio paruulos fuisse sapientes, postea verò quàm nobiscum cœperunt loqui, ad hanc ignorantiam quam ridemus, crescendo venisse credamus: sed & eosdem baptismi tempore in tantum nescire quid faciant, vt nec facere iudicentur, nec eis
C imputetur, cùm vocibus quibus possunt & motibus reluctantur sanctificationi. Ac demum
„ ita concludit, Dicimus ergo in baptizatis par-
„ uulis, quamuis id nesciant, habitare Spiritum sanctum.]

Ad Dardanum.

Quàm inepti ac nouatores in fabricādis motibus paruulorum.

a Catechis. ad illuminatos.

b De Ecclesiast. scriptoribus.

Aliter paruulos Ioāni omnino dissimiles esse.

CVR ERGO pergunt adhuc isti garrire de paruulorum motibus, quos nesciunt, & scire non possunt, nec sunt vnquam experti? Cur fidei proponunt regulam, omnibusque paruulis quod credant indiscriminatim, affingunt? Siccine his nouis licet legislatoribus, vt non dicam paucorum, sed vnius in scripto Euangelio priuilegium legem communem faciant? [a] Cyrillus Hierosolymitanus, cuius meminit etiam [b] Hieronymus, perspicuè dixit; Solus Ioannes vt in vtero existens exultauit in gaudio, & corporis oculis nihil vidēs, spiritu Do-
" minum cognouit.] An isti non vident, multa & admiranda in Ioanne quamuis infante superesse, quibus ille paruulos omnes excedat, longóque post se interuallo relinquat? Vnum ab illo solum mutuantur, quod in paruulos transferant, cur reliqua illi soli permittunt, nec aliis etiam largiuntur? Ioannes absque verbo, doctore, sacramento sanctificatus, & perfectè Christianus euasit, sanctus priusquàm natus, redemptoris sui cognouit aduentum, interioris sanctificationis specimen haud obscurum edidit, matri gratiā suppeditauit, per eam diuinum se vatem ostendit, & vix octo dies natus, patrem in cantico loquentem probè intellexit quemadmodum præter Origenem & Ambro-
D siam aliósque iam ante citatos autores Theophylactus euidēter affirmat. Hæc omnia Ioanni proprie concedūt, & meritò sane, ob Euangelicum testimoniū, illud verò nō minus aliorum commune, quàm Ioannis proprium esse volunt, quòd motus habeant spirituales. At quales tandē motus? an in matris vtero tantùm? an circa baptismum? qui gradus? quæ differētia, æqualitas, duratio in his motibus, & in hac Dei actione? Non expedient nodos, (sat scio) aduersarij, siam ipsi fatentur ignorantiam; & tamen sine certo Dei verbo, certam à nobis hic fidem exigunt homines importuni. Tantam demum vim habet in sacris libido nouandi, quæ dū semel pectus male sanū occupat, dici non potest, quàm præceps & cæcum iudicium gignat.

In 1. c. Luc. Luc. 1.

Epist. 59. ad Dardanum.

Ioan. 3.

Causa nouitij erroris de fide propria paruulorum, ac totius Anabaptismi.

NON ISTI profectò tam incommode sentirent, neque in has tantas angustias sese vltro coniicerent, nisi quod male cœperunt, peius fouere & mordicus retinere plane constitutum haberent. Cur ergo de illis, nescio quibus, paruulorum motibus, tàm insolenter, quàm mirabiliter philosophantur? nimirum vt salua ipsis constent magistri Lutheri dogmata, non sacramēntis, sed soli fidei iustificationē attribui oportere: baptismū nulli prodesse, neque conferendum esse, nisi propria fide credenti: infantes qui baptizantur, propriam habere fidem, quam in eis Deus operetur, eos demū sine propria fide, sola Ecclesiæ fide gratiam consequi errorē esse pestilentissimum. Verentur agnoscere, in sacris literis non esse traditū de baptismo infantium. Pudet tantum authoritati Ecclesiæ & Apostolorum traditioni deferre, quantum huic veneranda detulit antiquitas. Nolunt fateri, infantes absque fide propria, per opus operatū ipsius baptismi, aliena interim fide opitulante, iustificari atque saluari, quemadmodū in scholis loquuntur, ac viri doctissimi sæpe multúmque comprobauerunt. Non placet illis quod Lutherus docuit, paruulos etiam si nō credant, baptizandos esse. Illud verò placet, cùm in hunc modum scribit Vvaldensibus, *Præstat prorsus omittere baptismum in paruulis, quàm baptizare sine fide, quia sacramenta neque debent, neque possunt sine fide accipi.* Quo minus admirandum est, statim post sparsam Lutheri sementem inter alia zizania, quæ longe latéque in Germania fuccreuerunt,
D Anabaptismum etiam inualuisse. Adeò vanum non est, quod Anabaptistarum parēs Balthasar Pacimontanus affirmat, Lutherum secum prorsus consentire, quódque alij confirmant, ouum à Luthero infeliciter positum, à fanaticis Anabaptistis infelicius exclusum esse. Cū enim audirent imperiti homines, sacrum baptismū non prodesse nisi propriam fidem vel actū credendi adferentibus, baptismū paruulorum, quos tū fide, tū intellectu vacuos facile cernerent, plane contempserunt, & iterandum sibi baptismū putauerunt, nec sat esse voluerunt, infantes actu proprio nō credētes, in sola fide Ecclesiæ baptizari. Qua de re Musculus etiā, vt indicauimus, suam sententiā & querelam non dissimulauit.

Serm. Dominic. 1. post Epiphan. & in cōmē. ad Galat. cap.

In Catechis. & visita. Sax. & contra Anabapt.

VERVM his de rebus, quæ ad baptismi sacramentum proprie spectant, & à scriptoribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Catholicis copiosè tractantur, non est nobis vel animus, vel locus nunc pluribus differendi. Tantum præter ea, quæ commemorauimus ex Patribus, aliquot adhuc testimonia proferemus, vt Ioānis infantis gratia dignitasque singularis, quæ hoc capite absoluēda est, fiat porrò commendatior. Non enim postquā fuit natus, & ad virilem peruenit ætatem, gratiam accepit Ioānes, inquit [a] Chrysostomus, sed ex ipso materno vtero amictus veste sanctificationis, præter opinionem procedit tanquam miles admirabiliter.] Tum [b] Beda sequens Ambrosium testatur, quòd Mariæ vocem prior Elizabeth audierit, sed Ioannes prior gratiam senserit.]

Sententiæ Patrum de Ioannis pueri prærogatiuis.

a *In encomio natalis eiusdem.*

b *Homde visitat. B. Virginis.*

Et hoc addit: Illa naturæ ordine audiuit, iste exultauit ratione mysterij: Illa Mariæ, iste Domini sensit aduentum: istæ gratiam loquuntur, illi (Christus & Ioannes) intus operantur, pietatisque mysterium in maternis adoriūtur visceribus, duplicique miraculo prophetant matres spiritu parunlorum.] Sed & Theodorus Studitus Metaphraste antiquior, magnis Ioānem effert laudibus, ac felicē illum, imò etiā prudentissimū infantem vocat, quoniā res diuinas cōtēplaretur, cū in matris vtero sic exiliret. Multis præterea explicat, quos tunc motus & affectus Ioannes perfenserit, verum his brevitatis studio prætermissis, nos ad alia progrediamur.

Orat. de natali S. Ioānis.

CAPVT SECVNDVM.

Erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israël. Luc. 1.
Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto. Lucæ 3.

MAGDEBVRGENSES.

ID quod nequaquam de aliquo extro omnino ab hominum conuersatione remoto accipiendum est; quasi ibi velut vrsus & misanthropos delituisset, ab omni humanitate alienus, sicut posterioribus temporibus eremitæ, & id genus homines superstitiosos sibi finxerunt cultus: sed in œconomia sacrorum parentum est educatus, qui habitarunt in loco ad regionem montosam sito, qui vulgò desertum vocabatur, sicut etiam nunc vulgo loquuntur, ad syluam Hercyniam habitare, hoc est, in oppidis prope montes habitationem suam habere. Ita postea in deserto baptizat, hoc est, in locis prope Iordanem, vbi non procul montes aberant, ac passim tamen oppida ac pagi erant. Cent. 1. lib. 1. cap. 10. col. 357. Ac rursus col. 295. *Fuit Ioannes in deserto, hoc est, in regionibus circa Iordanem, vt pote quæ ob vicinos montes deserta vocabantur, cùm tamen in eo tractu circa Iordanem, vtpote piscoso loco pratis irriguo & pascuoso, plurimi homines habitarent.* Et lib. 1. cap. 6. col. 248. *Est synecdochice cās dictum; Ioannes prædicabat in deserto Iudææ: hoc est, in oppidis ad desertum adiacentibus.*

CENSVRA.

CVM DE IOANNE dixisset Lucas: Puer autem crescebat, & cōfortabatur spiritu, e vestigio præsentem locum adiunxit, Ioannem in desertis collocans. Vbi non modò pueritiam, verum etiam adolescentiam & iuuentutem eius vno veluti verbo comprehēdit, simúlque indicat, eundem ad annum vsque plus minus tricesimum in desertis perseuerasse. Tūc enim diuino spiritu excitatus primum ille in publicū prodiit, ac vniuerso Israēli cœpit cōcionari, suúmque munus ad parandam Christo viam palam obire. Hinc iam existit quæstio de Ioannis deserto, quod noui quidem interpretes aut impudenter audēt inficiari, aut indignis modis obscurant, ac pro nihilo fere habent, haberique ab omnibus vellent. Et hactenus quidem omnes isti in eo consentire mihi videntur, vt veris Ioannis laudibus detrahant, quas illi non modò Patres maioresque nostri, sed & sancti Euangelistæ clarissime tribuerunt. Discedūt igitur ab expresso scripturæ testimonio, quod in omnibus propemodum Euangelistis legitur: & stolide impudentérque substituunt, quæ neque scripturæ sunt consentanea, neque Patrum testimoniis, aut rationis vllius authoritate communiūtur. Scriptura deserte testatur: Vox clamantis in deserto, vt indicet Propheta, sicut [a] Cyrillus interpretatur, Ioannem aduentus Domini præcursorem diuinum, in deserto Iudææ clamaturū esse, sicut & Ioannes hunc locum de seipso explicat. An hoc est, [b] Vox clamātis in oppido vel pago, seu loco alio ab hominibus habitato? Scriptura loquitur, Ioannem in desertis fuisse in diem vsque ostensionis suæ ad Israël, an hoc est, vt isti volunt, in paternis ædibus? Scriptura dicit, Fuit Ioannes in deserto, hoc est, vt inquiunt isti, in regionibus circa Iordanem, idque ex Grammatica. Sed quali Grammatica? quæ citra necessitatē synecdochas & figuras scilicet faciat, vbi nullæ sunt; quæque germanum scripturæ sensum assutis tropis doceat adulterare. Quid his verbis quæso clarius, desertum, eremus, solitudo? quemadmodum Græci Latinique codices, & grauissimi Patres, Euangelistarum interpretes, magno consensu testantur, sed & veteres de Ioanne loquentes consentienter exponunt. Certe si ad hunc modum, vt isti faciunt, in scriptura ludimus, & deserti verbo abutimur tam temere ac insolenter, falso illud Apostoli ad Christum dixerint, Desertus est locus hic. Ac iterum, Hic in deserto loco sumus, Imò si hos nouos audimus interpretes, etiam Christi desertū licebit eludere, quasi Dominus neque in solitudine, neque inter bestias, vt Marcus addit, sed

Quid nouatores de Ioānis deserto sentiant.

Mauth. 3. & 11. Marc. 1. Luc. 3. & 7. Ioan. 1. Esai. 40.

Scripturam propriè loqui de Ioānis deserto.

a *In eundem Esaiæ locum.*

b *Ioan. 1. Lucæ 3.*

Mauth. 14. Marc. 6. Lucæ 9. Mauth. 4. Marc. 1.

dit, sed in regionibus, aut locis ad desertum adiacentibus, ieiunans vixerit. Quo demum quid vanius & indignius, quæso, excogitari ac dici potest?

A

Cur Christus à baptismo petierit desertum, & in eo vitam asperam duxerit.

Marc. 1. Lucæ 15. & 19.

NAM ET graues causæ possunt adduci, ob quas Dominus recens baptizatus desertum petere, sibíque soli remotus ab omnibus viuere deliberârit. Fecit hoc recens baptizatus, nō humano, sed diuino spiritu impellente (statim enim Spiritus expulit eum in desertū, vt Marcus ostēdit) nimirum pastorem se vere bonum declarans, qui venerat ad ouem in paradisi quidem delitiis perditam, sed in mundi deserto requirendam. Fecit, baptizatos omnes admonens, ne acceptæ gratiæ nimium fidāt, otio torpentes ac inertia, sed vt confestim ad bellum

Ephes. 6.

B

contra spirituales potestates cōtinenter gerendum se totos accingant. Fecit, suos docens tyrones ac milites, quantopere Christianā professionem deceat, à mundi luxu, pompa, strepitu secedere, malorum vitare contubernia, carnis illecebris delitiisque omnibus nuntium remittere. Fecit, cōmendans nobis locum aptum certamini spirituali, præsertim ad vires Sathanæ fortius elidēdas, ad carnem studiosius edomandam, ad spirituales denique exercitationes, vt sunt vigiliæ, ieiunationes, preces, chameuniæ aliæque corporis castigationes expeditius subeūdas. Fecit veluti docens militē Christianum, ad bene beatéque viuendum magna spiritus virtute, continentia, vigilantia & patientia singulari sese armare atque munire. Fecit, vt sciamus portam angustam & viam virtutis arctam & asperam esse, neque sine labore nobis in hoc deserto manna cæleste cōtingere. Fecit postremò, vt intelligeremus, illa excellentia diuini Spiritus dona, quibus ad alios informandos, atque ad Ecclesiastica officia sustinenda cum primis egemus, sine accurata quadam præparatione atque contentione nostra non facile comparari. Quæ omnia Scripturæ Patrumque testimoniis confirmari supersedemus, quum boni omnes agnoscāt, ob eiusmodi causas Christum adiisse desertum, ac multos præterea iuxta Christi & Ioannis exemplum vulgi sæpe fugisse conspectū, & ad secreta horridaque loca pietatis ergò secessisse. Pergamus autem alias Euangelij sententias, an deserti nomen ad tropum pertineat, considerare.

Matth. 7. Luc. 13.

C

Deserti nomē quomodo in scripturis accipiatur.

D

[a] IPSE AVTEM secedebat in desertum & orabat, inquit Lucas. Et rursum: [b] Facta autem die egressus ibat in desertum locum. Nihil profectò hîc figuratum est, sed sicut in deserto, sic & [c] in monte Christus libenter orauit, [d] orandóque pernoctauit. Cuius rei rationem vt reddat [e] Nazianzenus, Pulchræ sunt, inquit, solitudo & quies, quod me Heliæ docet [f] Carmelus, eremus Ioannis & mons IESV, in quem sæpius illum secessisse, & per quietem cum seipso conuersatū esse apparet.] Nec temere à [g] Chrysostomo annotatum est, Dominum quando orare instituit, solum in montem recessisse, & ibi tota nocte orasse. Erat in die, inquit, cum discipulis, in nocte orationem suam pro nobis Patri dedicabat: & quando volebat orare intentius, solus secedebat.] Ad hæc quem tropum isti quæso aliis Euangelij locis affingent, vbi legunt & audiunt, Christum in [h] deserto confertæ hominum turbæ panes abunde suppeditasse, & veteres patres in deserto panem cælitus datum manducasse? Nouit certe Ioannes Euangelista, inter desertum & loca deserto adiacentia, multum interesse, ac propterea luculenter dixit: IESVS non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cū discipulis suis. Ad eosdem autem alibi Dominus; Venite, inquit, seorsum in desertum locum. Hoc si perinde esse putes, ac si dicatur; Venite ad pagos vicinos, vel ad loca piscosa, pratis irrigua & pascuosa, vel ad oppida deserto finitima, ridicule prorsus interpretabere, & in clarissima luce cæcuties, ipsaque perspicua Euangelistarū verba peruertes.

a *Luc. 5.*
b *Luc. 4.*
c *Marc. 6. Mauth. 17.*
d *Mauth. 14. Lucæ 6. Ioan. 18.*
e *Orat. de foueuda aliorum paupertate.*
f *3. Reg. 18.*
g *Hom. 3. in Marcum.*

h *Mauth. 15. Marc. 8. Ioan. 6. Exod. 16. Psal. 135. Sapien. 11. Ioan. 11. Marc 6.*

NON POTEST igitur consistere, quod assumunt isti noui Grammatici, montosan regionem, vbi parentes Ioannis habitabant, desertum appellari, vnde ad Iordanem Ioannes venerit: sed fatendum est, Ioannem è domo parentum mature quidem egressum, non alibi quàm in deserto vel eremo interiore vixisse, & ex vasto loco intimáque solitudine tandem in regionem prope Iordanem processisse, quando iussu diuino commotus, ad populum verba facere cœpit. Propterea Lucas inquit, Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & venit (ex ipso deserto scilicet) in regionem, quæ circa Iordanem erat. Quemadmodum hoc Euthymius obseruauit, & Iuuencus poëta vetus diligenter his expressit versibus;

Ioannem in deserto, hoc est eremo interiore vixisse.

Luc. 1.

In cap. 3. Mauth. Lib. 1. hist. de Euang.

Ex hinc secretis in vallibus abdita semper
Vita fuit puero, donec poscentibus annis
Vatis ad officium pleno pubescret æuo.

QVOD VT aliquanto dilucidius fiat, Origenis verba repetemus, qui de prima Ioannis educatione non vere minus quàm grauiter disserit in hunc modum: Ioannes non expectauit, vt à patre nutriretur vsque ad diem ostensionis suæ ad Israël, sed recessit, fugiens tumultum vrbium, populi frequentiam, viciniam ciuitatum; & abijt in deserta vbi purior aër, & cælum apertius, & familiarior Deus, vt quia necdum sacramentum baptismi, nec prædicationis tempus aduenerat, vacaret orationibus, & cū Angelis versaretur.] His Origenes aperte probat, Ioannem non in oppidis aut pagis circa desertum, aut in loco ad regionem montosam sito, quem isti desertum appellant, vixisse, neque in suorum parentum æconomia educatū esse, sed inde à puero ab hominum cōuersatione remotum, singulari studio in vastā eremum sese abdidisse. Ne verò putemus, hoc Origeni leuiter excidisse, suam ipse sententiam alibi quoque confirmat: Erat, inquit, Ioannes vitæ mirabilis, & multum ab aliorum hominum conuersatione diuersus. Non habebat sacculum, non famulum, non saltem vile tugurium. Morabatur in deserto non solùm vsque ad diem ostensionis suæ ad Israël: verum eo tempore, quo pœniten-

Hom. 23. in Lucam.

De prima Ioānis in deserto educatione Patrum testimonia.

In Lucam hom. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

,, tiam populo prædicabat, erat in solitudine Iu-
,, daę, & aqua simplici irrigabatur, vt & in potu es-
Hom. 11. in Lucam. ,, set diuersus à cæteris.] Tũ rursus ab eo scriptũ
legimus, Erat in deserto Ioãnes, & nutriebatur
nouo & extra humanam naturam modo.]

QVOD SI cogitemus reliqua, quæ circa Ioannis infantiam & pueritiam acciderunt, dubium certè nullum est, inusitata prorsus illa & admirabilia fuisse, vt multi propterea dixerint: Quis putas puer iste erit? etenim manus Domini erat cũ illo. Quò minus admirari nunc conuenit, Ioannem aliter, quàm reliquos pueros, educatum, nec in domo parentum, vel in communi hominũ societate diu commoratum; sed potius inde à puero in solitudine intima versatum fuisse. Vnde Chrysostomus Ioannẽ depingens, inter alia sic loquitur: Statim vt natus est, in eremo viuit, in eremo nutritur, Christum expectat in solitudine.] Hoc si satis non est, audi plura ex eodem ore aureo: Ioannes quia maiorem accepit gratiam, propterea in eremo philosophatur, & reseruat se in aduentum Christi, quia nuntiaturus erat Christũ. Statim in eremo nutritur, statim vbi crescit, nõ vult cum hominibus conuersari; in eremo cum Angelis philosophatur.] Idemque rursus alibi: Considera, inquit, quale tunc fuerit, videre hominem post triginta annorum spatia ab eremi vastitate venientem.] Iterum verò in quartum illud Euangelium scribens; Ioannes vita & asperitate & omnium hominum contemptu insignis. Siquidem veste, mensa, domo & ipso victu contẽpto eremum ab ineũte ætate incoluit.] Quid quæso dilucidius, & in rem præsentem aptius posset adferri? Hieronymus verò ad Rusticum hæc scripta reliquit: Ioannes baptista sanctam matrem habuit, Pontificisque filius erat: & tamen nec patris affectu, nec matris opibus vincebatur, vt in domo parentum cum periculo viueret castitatis. Viuebat in eremo: & oculis desiderãtibus Christum nihil aliud dignabatur aspicere. Vestis aspera, zona pellicea, cibus locustæ, mèlque siluestre: omnia virtuti & continentiæ præparata.] Tũ alibi de Ioãne notat, quod post materni ventris hospitiũ eremi sit deserti sectatus, quódq; vrbes fugiẽs, in solitudine præparetur.

Non mirandam esse Ioãnis in deserto educationẽ. Luc. 1.
Quando Ioãnes venerit in desertum.
Hom. 10. in Matth.
Hom. 15. in Euang. Ioan.
Epist. 4.
Aduersus Luciferianos, & ad Latam de filiæ institutione.

VERVM inter alios veteres & eruditos Patres, qui Ioannis desertum adstruunt, luculẽter admodũ loquitur Eusebius Cæsariensis, qui vel solus ad verberãdos aduersarios sufficiat, & arma ad eos expugnandos firmissima præbeat. Tractatis de indultria quæstionẽ, qua de causa Ioãnes nõ in vrbibus, nec in ipsa Hierusale, sed in deserto suggestum sibi ad prædicãdum elegerit. Eius rei duplicem rationem adfert: alteram, vt Esaiæ vaticinium de voce clamãtis in deserto compleretur: alteram, vt eo veluti typo futura tum vrbis Hierusalem, tũ vniuersæ legis abolitio præluderetur, simúlque colligenda ex gentibus Ecclesia præmonstraretur, quæ instar solitudinis à bonis omnibus tũ deserta iacebat. Adiungit & secundam quæstionem, quid tãdem in Ioanne fuerit, quod tãtam sui admirationem in turbis hominum cõcitaret, vt ei prædicanti baptisma pœnitentiæ fidem haberent, & relictis propriis rebus ad illum in desertum vndique confluerent, præsertim cum nullum interim ab eo miraculum ederetur. Respondet igitur, nouum hoc vitæ genus, quod Ioannes à communi hominũ vita abhorrens instituebat, ad hanc admirationem populum impulisse. Procedebat enim, inquit, ex deserto inusitatum indutus habitum, omnémque cõmunem hominũ consuetudinem declinãs: nam neque in vicum vllum, neque in vrbem, neque in cõmunem aliquem virorum cœtum commeabat. Sed ne victu quidem communi vescebatur: si quidem scriptum est, quòd à puerili ætate in solitudine versaretur, ad illum vsque diem, quo ipsi Israël ostenderetur. Quinetiam eius vestimentum ex pilis camelorum confectum erat, & cibus erant locustæ & mel siluestre. Numquid igitur cum capillo quidem Naziræum Dei viderẽt, qui diuinam quodammodo faciem præ se ferret, vestimenti autem inusitatum genus indutum, repente nescio vnde é latebris solitudinis prodeuntẽ, & post prædicationem rursus in solitudinem & latebras recedentem, sine potu, sine cibo, abhorrentem à multitudine meritò obstupebant, & ne hominem quidem illum esse arbitrabantur? quid ni illũ, qui nullo cibo indigeret? Quocirca eundem angelum esse credebant, illum ipsum de quo Propheta loquitur, cũ dicit: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem meam, qui parabit viam tuã ante te. Eundem scripturæ locũ Marcus quoque Euangelista citauit. Quin etiam ipse saluator huic rei testimonium exhibet, dicens: Venit Ioannes ad vos neque comedens, neque bibẽs: & dicitis, dæmonium habet. Incredulos enim & aduersus veritatem difficiles & peruicaces, credibile est, propter illud, quo Ioannes vtebatur vitæ genus, talia in illum probra iactasse, sicut è contrario qui virtutis illius sensu afficiebantur, angelum eũ existimasse. Hæc igitur arbitror ipsum Ioannem intuentibus admirationem ac stuporem erga homines attulisse: quapropter ad eam animæ purgationem, quæ ab illo denuntiabatur, vndique concurrebant. Meminit autem huiusce quæ de illo fertur historiæ, etiam Iosephus in decimo octauo Iudaicæ antiquitatis libro.]

Malach. 3. Matth. 11.
Marci 1. Luc. 7.
De demõstrat. Euang. lib. 9. cap. 5. Esaiæ 40.

EQVIDEM non video, quid ad rem propositam accommodatius, & ad nouatores confutandos fortius in medium possit adferri, quàm quod Eusebius præsenti loco disserens, & ex ipsis scripturæ fontibus confirmans adduxit, vt hic etiam Euangelicam planè demõstrationem præstare videatur. An non Ioanni desertũ propriè dictum, & verã solitudinẽ ob grauissimas causas tribuit, illumque non ad breue tẽpus, sed inde à puerili ætate in latebris solitudinis delituisse, & ad easdẽ subinde post prædicationem rediisse, tum sicut in habitatione, sic etiam in victu & vestitu à communis vitæ ratione alienum fuisse, prorsusq; abhorruisse testatur? qua summa vitæ austeritate hoc tandem effecerit, vt ad illum, velut ad Angelũ quendam, plurimi concurrerent, pessimi verò eũdem probris insectarentur. Cum his autẽ omnibus planè consentit Metaphrastes, qui cũ Lucæ locum repetiuisset, quo tem

Eusebius Metaphrastes & Bernardus Ioannis desertum comprehant.
In commẽdat. Ioan. Baptistæ.

,, quo tempore scilicet, ac sub quibus principibus
,, Ioannes in deserto vixerit, disertè docet, illum,
,, cum vix adhuc solutus esset à fasciis, solitudin é
,, habitasse, & vitam angelicam exercuisse quæ,
,, ab omnibus impedimentis, omníque suppellectile esset immunis.] Addit præterea, Nõ lecto,
,, non mensa, neque aliquo alio ex his, quæ sunt
,, huiusmodi, indigebat: non terrã arauit, non sulcum proscidit, non sudore vultus panẽ comedit.] Et rursus: Triginta annos habitârat in solitudine, & se veluti perpetuo dãnauerat exilio,
,, & cum nullo omnino homine versari statuerat,
,, & ab ineunte ætate vitã elegerat monasticam.]

Sermon. de excell. Ioan. Baptistæ.

Quàm verè igitur ac præclarè hoc de Ioanne Bernardus prædicat: Intra tenerã tenerã annorũ beatus iste puer ad eremũ spiritu ducente deductus est: nec obstitit ætatis infirmitas, quã maiestas Domini fœcundabat.] Et iterum: Relinquit Ioannes mundum, homines fugit, patriam nescit, parentes aspernatur, & in solius diuinitatis apicem defigit obtutus. Mira rerum conuersio: hominem vix mundum ingressum, mundi fugere gloriam & sæculi cupiditates non solum obliuiscí, sed nescire, perpetuumque cũ diuinitate habere consortium. Recessus montium, syluarum anfractus, & vallium subteriacens vastitas, puero Patriarchæ, quando nox coẽgerat, domicilia præbuerunt.]

Mirus amor solitudinis in Ioanne.

VNDE IAM perspicit studiosus lector, qua fide Centuriatores agant, dum vrbani & delicati homines, circa Ioannis desertum tã blandè nugantur, illumque malunt in oppidis & pagis, quàm in horrida eremo collocare, quantumuis Origenes, Chrysostomus, Hieronymus & Eusebius, hoc est, probatissimi testes, qui Euãgelicæ historiæ consonant, palã aduersentur. Omiseram propemodum Epiphanium, qui contra Origenianos disputans, Ioannẽ inter eos Prophetas recensет, qui vrbes fugerunt, nihilque cum fœminis commercij habuerunt, vt pote degentes in solitudinibus, vbi seipsos propter Dei regnum castrarent, ac puræ vitæ imitatione beatos Angelos imitarentur. Adhæc scribit Pantaleon diaconus, Ioannem à puero in deserto his rebus esse nutritum, apium videlicet laboribus & herbarum radicibus ac locustis. Narrat Nicephorus, eundem à primis annis, vitæ solitariæ in eremo assueuisse, eumque Angelo duce in remotiores syluarum recessus abcessisse. Apud Euthymium hæc verba legimus: Quis ab infantia ita solitariam & eremiticam duxit vitam, taléque elegit exercitium? Certè nullus omnium.] Tum idé aperté docet, Ioannem in eremo à puero aëris inæqualitati assuefactum esse. Sequitur enim, vt opinor, Chrysostomũ, qui luculenter affirmat, Ioannẽ ab ipsis incunabulis in eremo semper inhabitasse, tum in solitudine hyemes pluuiásque sustinuisse, & hoc tenero adhuc corpore atque ætate puerili, insuper & inæqualitatem aëris, ciborumque tenuitatem tolerasse.] Adiungit & illud, quod Ioannis in deserto vitam minime otiosam illustrat: Semper in hymnis, inquit, semper in orationibus fuit. Nulli hominum, antequàm ad baptizandum accederet, Deo autem soli sua sem-

Patrum plurã testimonia, Ioannẽ in vero deserto vitam austeram egisse.
Hæresi 63.
De luminibus sanctis.
Lib. 1. ca. 14. Eccles. hist.
In cap. 11. Matth.
Hom. 10. in Matth.
Hom. 38. in Matth.

per offerebat colloquia: neminem vidit vnquã conseruorũ nec ab aliquo horum visus fuit: nõ lacte nutritus, nõ lecto susceptus, nõ tecto, non foco, non alia re humana vsus erat: tamen mitis simul & acer: quorum alterum ex conuersatione sua cũ discipulis, alterum ex responsione ad Iudæos atque ad regem libera facile perdisces.] Hæc Chrysostomus non minus verè, quàm eleganter, qui rationem alibi quoque reddidit, vt superius ostendimus, cur Ioannes in eremo vixerit adolescens. Qua de re sic docet etiã Chrysostomi sedulus imitator Theophylactus: Quare, inquit, Ioannes erat in desertis? Vt ne multitudinis malitiæ participeps fieret, & vt neminẽ reueritus, liberè reprehenderet. Nam si fuisset in mundo, fortassis consuetudine amicorum & societate coinquinatus fuisset: sed vt fide dignus haberetur qui prædicaret Christum, vt potè eremita, vitáque excellens alios.] An non idem sensit quoque Cyrillus? Vrbes inquit, contempsit, & eremum habitare voluit diuinus ille Baptista, tantóque virtutem excelluit numero, vt cum ad summa iam humanæ iustitiæ peruenisset, maximam de se admirationem hominibus concitauerit.] Alibi verò testatur, Ioãnem semper eremum coluisse, qui robore animi carnẽ rationi subegerit, cuius habitatio fuerit eremus, & amictus humillimus, & cibus abiectissimus, quémque propter asperrimam vitam omnes admirarentur. Idem confitetur Beda, vt hæc eius verba commonstrant: Prætulit longam solitudinis sitim & esuriem continuis hostiarum solemniis: pilis camelorum & cinctui zonæ pelliceæ, auro textas Pontificum postposuit stolas, vt is qui merito institiæ perfectiores authoritatem sibi prædicandi asciuerat, ipse etiam neglecto ordine paterni pontificatus ostenderet, quia non dubiè melioris Pontificatus præco & præcursor existeret.] Atque huc pertinet Ecclesiæ canticum, quod nobiscum Centuriatores vsurpare non possunt, etsi verbis Euangelij, Patrumque testimoniis clarissimè consonet:

Antra deserti teneris sub annis
Ciuium turmas fugiens petisti,
Ne lem saltem maculare vitam
Famue posset.

Quare Ioannes vitam elegerit eremiticam. In cap. 3. & 11. Matth.
In Ioannem hom. 15.
Thesaur. lib. 2. ca. 4.
Hom. in vigilia Ioannis Baptistæ.

QVISQVIS autem huius auctor fuerit carminis, Hilarium quidam nominant, vetustũ imprimis & Christianum poëtam Prudentium sequutus videtur, vt qui de Ioanne in hunc modum iam ante cecinerat.

Post in patentes ille solitudines,
Amictus hirtis hestiarum pellibus
Setisue tectus, hispida & lanugine
Secessit, horrens inquinari & pollui
Contaminatis oppidorum moribus.
Illic dicata parcus abstinentiæ
Potum, cibúmque vir seueræ industriæ
In vsque serum respuebat vesperum.
Parum locustis & fauorum agrestium
Liquore pastum corpori suetus dare.

Lib. cathemer. hymno 7. ieiunantium. In ca. 1. Ioan.

NEC ignobilis est Poëta Nonnus, qui & ipse Ioannem eremitam his versibus declarauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Melliferis autem Iudæa in saltibus oræ
Montinagus quidam, desertæque incola rupis
Errabat, primi præco baptismatis, illi
Nomen Ioannes.

[a] Ioannes Baptista monachorum dux & princeps.

ACNE miretur aliquis, Ioannem ab Euthymio, Theophylacto, Metaphraste, multisque aliis monachũ ac eremitã dici, ecce tibi Chrysostomum & Hieronymum, qui Ioannem Baptistam monachorum ducẽ ac principem aperte prædicant. Chrysostomi verba sic habent: [a] Sicut Sacerdotum principes sunt Apostoli, sic monachorum princeps Ioannes Baptista est.] Tum alio in loco: [b] Considerate Monachi dignitatem vestram. Ioannes princeps vestri est dogmatis: ipse monachus. Statim vt natus est, in eremo viuit, in eremo nutritur.] Hieronymus verò in hunc modum: [c] Huius vitæ autor Paulus, illustrator Antonius: & vt ad superiora cõscendam, princeps Ioãnes Baptista.] Tum [d] Isidorus disertè confirmat, eremitas deserta loca & vastas habitare solitudines ad Ioãnis & Eliæ, qui eremi secessus penetrârunt, imitationem. Ad hæc [e] Bernardus monachorum propositum, & anachoretarum principium Ioannem palam appellat. Sed & [f] Cassianus de Ioanne scribit, quod in eremo tota ætate permanserit, quem imitati sint anachoretæ, non timentes vastos etiam eremi recessus penetrare, & solitudinis secreta sectari, nimirum sublimioris profectus contemplationisque diuinæ desiderio. Astipulantur his demum [g] Sozomenus & [h] Nicephorus, qui multorum sententia præclarũ vitæ monasticæ institutum vel à Ioanne Baptista, vel ab Elia Propheta institutum fuisse testantur.

[a] Hom. 1. in Marcum.

[b] Homil. de Ioanne Baptista.

[c] Ad Eustochium de custod. virg.

[d] Lib. 2. de diuin. offic. cap. 15.

[e] Ser. de excell. Ioann. Baptistæ.

[f] Collat. 18. cap. 6.

[g] Eccles. hist. lib. 1. ca. 12.

[h] Lib. 8. c. 39.

NEC PVDET tamen Centuriatores cum Ioanne Chrysostomo expostulare, adeóque illi temeritatis & mendacij crimen affingere, quãdoquidem Ioannem Baptistam statuat principem monachorum. At verò an multò magis temeritas istorum calumniatorum simul incusanda & execranda est, qui hanc notam tam grauem & fœdã, viro & grauissimo & sanctissimo & doctissimo, cui nec matulam porrigere digni sunt, per iniuriam summam inurunt? Cur ipsi communẽ tot præstantiũ Theologorum, quos diximus, sententiam in hoc vno tam probrosè sugillant? Cur vel nequiter subticent, vel oblivione & negligentia impediti prætermittũt ea, quæ idẽ Chrysostomus ad suæ sententiæ confirmationem explicatè tradidit? Etenim vt minus miraremur, Ioannem monachorum principem ab eo dici, de horum institutis permulta narrat, quæ cũ sanctissimi viri Ioannis & moribus & exemplis egregiè congruunt, quæque maiorem propterea fidem merentur, quòd nõ ab aliis accepta, sed explorata certóque comperta recenseat. Etenim ipse in monasterio, adeóque solitudine viuens, sicut narrat præter alios Metaphrastes, hoc vitæ genus & institutũ reipsa fuerat expertus. Igitur amictum monachorum fuisse scribit, qualis non solùm Eliæ & Helisæi, sed & Ioannis extiterit. Aliis namque è camelorum pilis, aliis caprarum pelles, multis solùm coria, & quidem vetustate consumpta, vestes fuisse commemorat. Monasteria

Chrysostomus ab iniuria Centuriatorum defensus.

Cent. 5. cap. 6. pag. 721.

[b] Hom. 69. in Matth.

[c] In vita Chrysostomi.

A dicit verè domus esse luctus, vbi sit cinis & cilicium, vbi solitudo, vbi nullus negotiorum secularium strepitus, vbi terrenorum duritia lectulorum. Præterea testatur monachos ieiunasse, vigilasse, non indulsisse otio diurno: noctes quidem sacris hymnis ac vigiliis, diebus verò orationes manuúmque opera exercuisse. Si quis, inquit, nunc ad Ægypti solitudines veniat, Paradiso prorsus omnem illam videbit eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus.] Notauit de his etiam * Augustinus, quòd maximè per Orientem & Ægyptum diffusi, & ab omni hominũ conspectu remoti, panéque solo & aqua contenti, desertissimas terras incolant, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt.] Tum [i] Palladius, [k] Theodorus, [l] Cassianus, [m] Sozomenus, [n] Euagrius permulta scribunt de huiusmodi eremi cultoribus, qui in vastissimis solitudinibus versarentur; & singuli suas tenerent cellulas, summóque cum silentio sacræ contemplationi vacarent, & cõtinuis penè ieiuniis & vigiliis vitam traducerent, non sanctimonia modò variáque doctrina, sed & miraculis sæpe præstantes. Quid verò isthuc vniuersum est aliud, quàm Ioãnis Baptistæ, veluti principis, mores & instituta sectari, talique duci numquam satis laudato adhærescere? Quò magis ego miror Brentij sententiam, qui etsi fateatur vitam Ioannis durissimam & eremiticam planè fuisse, vt nulli alteri sanctorum tam durum vitæ genus contigerit, tamen conferri cum illo non vult monachos ac eremitas, quòd ipse susceperit hoc genus vitæ non proprio arbitrio, sed diuina vocatione. Quis verò nisi malignus, vel stupidus inficietur, nõ humana, sed diuina vocatione neque carnis instinctu, sed cælestis spiritus ductu & impulsu tot sanctorum monachorum myriadas ad vitam eremiticam sese contulisse? Quanquàm ne hîc quidem satis constat sibi Brentius, sicut paulò pòst planum faciemus.

* Hom. 14. in epist. 1. ad Timoth.

Monachorũ veterum mores cum Ioannis vita multum congruebant.

* De moribus Eccles. Cath. cap. 31.

[i] In Lausiaca historia.

[k] Lib. de vitis sanctorũ Patrum.

[l] De instit. cœnobiorum & Patrum collatio.

[m] Lib. 1. Eccles. hist. ca. 11. 13. 14. & lib. 3. cap. 15. & lib. 6. ca. 28. & seq.

[n] Lib. 1. hist. Eccles. ca. 21. & lib. 4. cap. 7. & alibi.

In cap. 3. Matth.

FVISSE monachos & numerosos eorum cœtus quinto, quarto tertióq; in Ecclesia seculo certum est, quamuis hoc inuiti planè Magdeburgici fateantur, & monachi nomẽ Hieronymi ætate natum esse insulsè fabulentur. Probat Cassianus monachorũ disciplinam inde à tempore prædicationis Apostolicæ inchoatã, vsque ad Abbatis Pauli & Antonij ætatem perdurasse. Nec potest negare quisquã, Patres maximi nominis, & summæ in Ecclesia autoritatis, in monachorum ordine multũ fuisse versatos, indéq; velut ex optima virtutũ, ac pietatis omnis officina, fructus vberrimos & sibi cõparasse, & toti Ecclesiæ cõmunicasse. Cuius rei locupletissimi testes sunt Basilius, Effrẽ, Hieronymus, Paulinus, vterque Gregorius, vt recẽtiores omnes silentio præteream, qui hoc vitæ institutum, eiúsque dignitatẽ & sanctitatẽ non factis minus, quàm verbis amplissimè cohonestarunt. Ostendãt autem aduersarij, si quẽ è Christianis omnibus habeant, vel vllo reperire seculo possint, quem hoc homine dignum censeãt, vt monachorum princeps, præter Ioannem Baptistam, rectius nuncupetur

Monachorũ institutum vetus & probatum in Ecclesia.

Collat. 18. cap. 5.

Monachorũ princeps nullus rectius quàm Ioannes potest appellari.

Hilarion & Antonius habiti etiã principes monachorum.

nuncupetur. Etsi enim Hilarion in Syria, & Antonius in Ægypto primus monachorum antesignanus, aut monasteriorum potius fundator esse dicatur, tamen vt multi demonstrârunt, longè antiquius hoc est institutum, & citra cõtrouersiam monachos omnes quantumuis vetustos vnus Ioannes, cuius plenissima laus est in Euangelio, præcelluit, his tanquam lumen in omni virtutum genere prætulit, eisdem in colenda solitudine, vnde monachi nomen deriuatum est, atque in perfectiore illa viuendi norma seruanda, quam seculis sequẽtibus monachi amplexi sunt, dux idem & princeps diuino quodam beneficio contigit. Neque hoc nouum est, quod monachi alij cœnobitæ, qui in cœtu simul degunt, & vnius senioris præceptis obtemperant, iudicióque gubernantur, quibus & seipsum * Augustinus annumeravit: alij vero Anachoretæ censeantur, id est, secessores, quod prius in cœnobiis instituti, insecreta solitudinum loca secedant, ac iidem eremitæ soleant appellari. Vtrumque genus non solum [a] Nicephoro, sed etiam ab [b] Hieronymo, [c] Augustino & [d] Cassiano descriptum habemus. Ioannes igitur si vllis aliis, tum Anachoretis, inter quos Paulus, Antonius, Ammon, Machobius, Arsenius, Macarij in Ægypto præstantes extitere, ducem & antistitem se maxime præbuit. De quibus Anachoretis meminit [e] Cassianus, quod nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas insidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifesto conflictu dæmonibus congredi cupientes, vastos eremi recessus penetrare non timeant, idque ad Ioannis Baptistæ imitationem.

Vetus & receptũ discrimen est inter monachos cœnobitas & anachoretas.

* Tractat. 1. de communi vita & moribus cleric.

[a] Lib. 9. c. 14. Eccle. histor.

[b] Ad Eustochium de custodia virgin.

[c] De moribus Eccle. Catho. cap. 31.

[d] Collat. 18. cap. 4.

[e] Collat. 21 cap. 1.

Sectarij Ioãnis & piorum solitudini peram aduersantur.

QVID igitur habent isti, vt ad institutum redeam, quidue possunt obtendere, quo suam tegant stultitiam, vel insignem impudentiam excusent, dum soli contra communem veterum sententiam negare audent, Ioannem ab omni hominum congressu & familiaritate remotum, atque à ciuilioris vitæ cultu alienum, sibi quondam vixisse, & in abditis vasti deserti locis delituisse? An non magistros Pharisæos calumniando sectantur, quibus nec Ioannis eremus ac ieiunium, nec Domini Saluatoris turbæ, cibi potúsque placuere? sicut [f] Hieronymus annotauit. Fingant tropos, detorqueant verba, noua sensa producant, & quibusuis sese præsidiis muniant, ad simplicem rudémque populum fascinandum: nunquam efficient tamen vt orbis miraculum Ioannem Baptistam in ordinem redigant, eúmque solitudinis tot annis amatæ & tanto studio cultę gloria spolient. Est ita quidem, vt antiquus Poeta dixit: Homo locum ornat, non ornat hominem locus. Nobilitauit autem desertum Ioannes, & post illum quoque Christus magis cohonestauit præsentia sua, plus vt voluptatis quàm horroris in illo pij reperiant, & ad eremum quidem post Ioannem plurimi confluxerint, vitámque illic in summo silentio beatam & iucundam duxerint, quum illis & mundus carcer, & solitudo paradisus esset. His omnifariæ virtutis gloriam, quam suspicit in illis Ecclesia, Ioannes & magnificè præripuit, & clarissime præmonstrauit, ac fortissime confirmauit, ita in suo deserto securus, vt æmulorum istorum & vitæ huius abditæ hostium omnium latratus ac morsus minime reformidet. Næ isti non intelligunt, quas laudes, quas commoditates, quas delicias habeat, hominibúsque vere piis adferat sancta, & à curarum strepitu quieta solitudo, quæ cum à doctissimis Patribus, tum à [a] Basilio, [b] Hieronymo, [c] Chrysostomo toties decantatur. Vbi de Gregorio Nazianzeno, qui post Ioannem Euangelistam Theologi nomen suo merito est consecutus, hoc solum dicam, quod vt ipse testatur, [d] solitudine semper delectatus, Eliæ Carmelum Ioanniſque desertum animo agitauerit. Vnde sic etiam loquitur: [e] Illud in primis optabam mihi, vt liceret toto vitæ curriculo huic mundo emori, vitámque in Christo absconditam ducere.] Alibi rursus fatetur [f] se adamasse tranquillam vitam, atque ab hominum frequentia semotam, eámque Deo vouisse. Quod vitæ genus persæpe commendat, & ab eo [g] Basilium quoque magnum celebrat, monachos veteres, eorúmque mores ac vitam libenter prædicans. [h] Solitudinem ait, ex omnibus rebus se maximè complexum velut sociam & administram diuinæ subuectionis parentem, atque adeò diuinitatem adferentem. Nec potest sanè negari, cùm idem Gregorius & alij Patres de philosophando scribunt ac monent (faciunt autem id sæpenumerò) nihil eos ferè aliud intelligere, quàm huic mundo nuntium remittere, ac monasticã vitam, siue vt vocare solent, ἀσχολησίαν profiteri. An non clara [i] Chrysostomi vox est, vbi de Ioannis deserto concionatur: Felix ista conuersatio, despicere homines, Angelos quærere, vrbes deserere, & in solitudine inuenire Christum.] Et alibi dicere non dubitat, [k] Solitudo iusto in hac vita bonis multis cum repleuerit, à vitæ exitu hilares ac ludibundos ad Dei & Seruatoris tribunal ducit.]

Monasticũ institutum à veteribus apprimè laudari.

[a] Epist. 1. ad Gregorium Theologum.

[b] lib. de regulis monach.

[c] Epist. 1. ad Heliodorum & 4. ad Rusticum.

[d] Lib. 5. aduersus monast. vitæ obtrectatores & hom. 69. & 70. in Matth.

[e] Quid sit apud veteres philosophari.

[f] In Apologia postquam ex fuga rediisset.

[g] In orat. ad Iulianum.

[h] Apolo. 1.

[i] Orat. funebri in laudem Basilij.

[k] Apolog. 2.

[i] Hom. 1. in Marcum.

[k] De comparat. regis & monachi.

In Harmonia super illud. Vnum est necessarium.

Apud Charisi. lib. 4.

f In vita Hilar.

QVARE nihil moramur Caluini censuram à quo illud scriptum esse nouimus: *Vetus quidem error est, angelicam vitam agere, qui procul à negotiis toti in contemplationem incumbunt*: Tum suggillat lepidus homo, nescio quos ambitione, vt dicit, impulsos, *vt se à communi vitæ vsu subducerent, vel vt morosi homines in solitudinem & otium se dederent. Secuta est inde hæc superbia, vt se Angelis similes esse fingerẽt nihil agendo.* At sanè præstabat Caluinum prorsus nihil agere, quàm hoc loco improbè calumniari, & propter quorundam vitia, totum illum piorum ordinem procaciter insectari, qui cum Ioanne desertum adeunt, & in sancto otio rerum diuinarum studiis & contemplationibus toti vacant, quique nunquam profectò minus sunt otiosi, quàm cum rerum humanarum obliti, in terris vitam verè cælestem attentissime meditantur, qui denique tanto suauius Dei colloquiis reuelationibúsque fruuntur, quanto longius à consuetudine mortalium se ipsi remouerunt. Cum autem adeò crassi & carnales hodie sint Sectarij, quorum nec pauci monasticen, cui se sancte consecrauerant, simúlque fidem Catholicam perfide abnegârunt,

Caluinus cum nouatoribus monachismo libenter obtrectant.

Malè negari differentiam vitæ actiuæ & contemplatiuæ.

FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

quemadmodum odio & inuidia monachorum perpetuò flagrant, ita etiam receptum de actiua & contemplatiua vita discrimen repudiant, velut ab otiosis ac stolidis monachis id fuerit excogitatum. Neque tamen negare possunt, probatissimos Patres, præsertim Ambrosium, Augustinum, Gregorium de hoc ipso discrimine tradidisse, & ex sacris literis conuicisse, vitam contemplatiuam actiuæ anteponi oportere, sicut nos alibi copiosius disseremus.

Hæc pluribus persequi visum est, vt Ioannis deserto patrocinaremur, neque solùm contra Centuriatores, verùm etiam aduersus alios horum siue magistros siue socios, aut si mauis, petulantis Iouiniani filios, Euangelicam veritatem vindicaremus. Quis obsecro non rideat Hegendorphinum, qui scribens in Marcum, prædicare Ioannem in deserto, sic interpretatur vt sit idem, quòd in Iordane, vel in synagoga Iudæorum prædicare? Negatur plane Zuinglius, desertum hic appellans tribum Iuda, quæ illius iudicio in montanis tunc habitabat. [a] Beza ex hoc deserto regionem saltuosam fabricat, simúlque negat, quòd Ioannes hominum conspectum fugerit, vt faciunt eremitæ. [b] Caluinus ad tropos more suo transfugit, & deserti nomen, cum dicitur: Vox clamantis in deserto, pro vastitate vel deformi populi ruina positum esse fabulatur, negat verò deserti nomine solitudinem significari. Æquè vanus est [c] Sarcerius, qui vt has augeat ineptias, Ioannem in deserto vixisse sic accipi posse censet, ac si dicas, Ioannem priuatum vixisse & educatum fuisse. Vt hinc omnes planè cognoscant, quàm miserè isti se torqueant, & quàm impudenter nihil non tentent, tantum vt Ioannis desertum, quacunque ratione possint, nobis eludant, adeóque si possint, auferant. [d] Georgius autem Æmilius, etsi suum Ioanni desertum relinquat, tamen cur eo concesserit, haud bona fide proponit. Fatetur illum instinctu & ductu Spiritus sancti desertum petiisse, atque sic fieri oportuisse vult, vt vaticinium Propheticum de Ioannis deserto ab Esaia prædictum impleretur. Vt autem hæc ab eo verè dicuntur, sic falsò adiungitur illud, quod à Mosaica lege & ministerio sacerdotum, & à templo discesserit, ac propterea nouæ prædicationi nouum locum elegerit. Qua de re posrea locus erit proprius disputandi.

Quomodo circa Ioannis desertum fabulentur nouatores.

In 1. cap. Marc. In annotat. in cap. 3. Matth.

a In 3. cap. Matthæi.

b In Harmonia Euangelica.

c In primum cap. Lucæ.

d In Euangelium S. Ioannis.

Recitvs vero sapit Brentius, qui reiectis tam frigidis nouatorum commentis honestius quæriuit effugium, & hoc modo philosophatur: Concedit Ioannem ad durissimum quidem genus vitæ secessisse, & derelictis vrbibus in eremo habitalle: verum hoc factum esse putat iuxta leges Nazaræorum, & Ioannem hoc vitæ genus suscepisse dicit, quando sic exegerit Dei vocatio personalis, cui erat obediendum. *Fuit*, inquit Brentius, *Ioannes tam inde ab vtero matris diuinitus ad hoc vocatus, vt vinum & siceram non biberet, hoc est, vt vitam a ciuili consuetudine alienam iuxta leges Nazaræorum duceret.* Fuerit autem ille Nazaræus, siue vt ab Epiphanio dicitur, Naziræus: an propterea fit consequens, illi prorsus incubuisse, vt eremum peteret, & summam illã vitæ subiret duritiem, qua non modò Nazaræus, verum etiam austerioris vitæ homines Essæos, qui à [a] Plinio & [b] Iosepho valde laudantur, longè superauit? Quod si Ioannem Nazaræum fuisse concedit Brentius, illud etiam fateatur oportet, quod se voti religione obstrinxerit, & totum Deo consecrauerit: hic enim Nazaræorum erat mos, vt sextum Numerorum caput docet, [c] Origenes aliique interpretes satis ostendunt. At nunquam probabit nobis Brentius, ad peculiarem Nazaræorum vocationem illa pertinuisse, quæ de Ioannis vita referunt Euangelistæ, sed is pleraque istiusmodi sponte, non iussu, vel ex peculiari Nazaræorum instituto suscepit, sicut postea conuincemus. Quod verò de personali vocatione proponit aduersarius, idcirco minus placet, quandoquidem ille non satis explicat esse, an æque ad interiorem, sicut ad exteriorem Ioannis vocationem sit referendum. Illud vero libenter accipimus, quod vltro largitur nobis, non modo Ioannem ab vrbibus remotum in eremo habitasse, verum etiam aliis exemplum præbuisse, vt si quando sic exegerit Deus, vocationi eius itidem obediant, & vitam ciuilem deserant. Quæ confessio non arridebit (sat scio) Centuriatoribus istis, aliisque pluribus, qui omnino excipiunt, & caueri volunt, ne Ioannis exemplum ad alios vllo modo pertineat. Hinc monet astute Bucerus, *Desertum illud non fuit omnino vastum, in quo nemo, sed in quo sparsim & rari habitabant, sicut in Herciniis sylua. Non est cogitandum Ioannem secessisse ab omni hominum commercio, more eorum, qui hodie eremitæ videri volunt, omnino solitarie in syluis obscurioribus habitantes: sed cion in montanis Iudææ paterna domus esset, forte paululum progressus in desertum, id est, saltuosa loca versus Iordanem & mare mortuum, egit in obscuriore loco aliquo. Vti si quis hinc a regione Rheni cultiore ad montana & saltus Vogesi, vel alia Lotharingiæ incultiora loca secederet.* En quàm hic miserè fudat Bucerus, vt suum Ioanni desertum adimat, quemadmodum & Bulingerus, & Zuinglius: quos authores, vt opinor, hic maxime nostri sequuntur Centuriatores. His omnibus demum satis non est, intra fines Palestinæ versari, ad Germaniæ saltus & syluas vsque transcurrunt, Herciniam syluam, & nescio quæ saltuosa, inculta, obscura loca mirabiliter arripiunt, suam scilicet vt peragant fabulam, & risum lectori moueant hac noua & prius inaudita commentatione. Sed vt maxime id genus conglomerent plurima, quibus apud imperitos suam vafricem & fraudem tegant, tamen cordatis fidem facere non poterũt, Ioannem alibi quàm in deserto proprie dicto, seu in vasta eremo vixisse. Et quem demum è scripturis locum adducent, vnde probent tropum in hoc esse nomine, & Euangelistas cum Ioannem in deserto statuunt, secundum ipsorum somnia improprie loqui? Aliud verò est, cum apud Euangelistas legimus, Ioannem [d] prædicare vel [e] baptizare in deserto Iudeæ, hoc est, in regionibus circa Iordanem: aliud, Ioannem [f] puerum in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel permansisse, & [g] verbum Domini super

Brentij verba excussa, & ex parte reiecta. a Natur. hist. lib. 5. cap. 17. b De bello Iudaico lib. 2 cap. 7.

c In 20. cap. Lucæ. homil. 11.

In cap. 3. Matth. Buceri de Ioãnis deserto figmentum reiicitur.

Lib. 2. in Matth.

In 3. cap. Matth.

Sectarios plãè nugari est Ioannis desertum explodere nituntur.

d Matth. 3.

e Marc 11.

f Luc 1.

g Luc 3.

Lib. 1. tom. 2. hæres. 29.

Hom. 10. in Lucam. Senior Brenti quam aliorum sententia de Ioãnis deserto.

Euangelium loqui de duplici deserto seu eremo.

In 3. cap. Matth.

Luc. 3.

a Matth. 3.

b Ioan. 1.

super eum in deserto factum esse. Bene igitur distinguit Euthymius inter duas eremos, interiorem vnam, à qua missus ille prodierit tandẽ: & alteram, quę prope Iordanem erat, ad quam ex interiore illa eremo intimáque solitudine in publicum venerit. Quod ita esse satis etiam indicat Lucas, vt antea demonstrauimus, cum hoc modo loquitur: Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & venit in regionem, quæ circa Iordanem erat. Fuit igitur iam inde à puero in deserto interiore, & postmodum triginta ferè annos natus, venit in regionem circa Iordanem, quam Iudææ desertum [a] Matthæus, alius autem [b] Euangelista, Bethaboram, vel sicut constanter Latini habent codices, Bethaniam appellauit, vbi Ioãnes, inquit, erat baptizans. Quid hoc autem ad istorum figmentum, qui etiam contra suorum hominum sententiam, verum propriúmque Ioannis desertum tollunt, & ex eo paternas, nescio quas, ædes & saltus pagósque construũt? Aliter sanè sensit præter [c] Pellicanum [d] Brentius, qui non modò suam Ioanni eremum vitæ que duritiem, vt auditum est, tribuit, verùm etiã hanc eius rei causam adscribit: *Vocauit*, inquit, *Dominus Ioannem ad durissimum genus vitæ, vt sanctitate eius testimonium de Christo commendaretur, atque vt hoc vitæ genere aptior ad seruiendum vocationi suæ in deserto redderetur.* Et rursus: *Ioannes a pueritia sanctissime & durissime vixit.* Item, *Ioannes egit vitam non in vrbibus & hominum frequentia, sed in deserto.* Ac iterum: *Iussit Spiritus sanctus Ioannẽ ducere vitam eremiticam, & abstinere a vino & communi hominum cibo.* Quæ idcirco repetimus, vt Brentij, licet aduersarij, confessio, quæ adductis prius Patrum testimoniis consonat, veritatis causam reddat illustriorem, & nonnullis, qui fortasse Brentio magis quàm nobis fidem habituri sunt, omnem de Ioannis deserto scrupulum eximat. Et quoniam apud quosdam Erasmi, vt in Latinis Græcisque literis eruditi viri, valet autoritas, huius etiam sententia prætereunda non est. *Ioannes*, inquit, *homine maior, vtpote Angelus Domini vocatus, vbi quæso cælestem ac purissimam vitam exegit? vbi diuina arcana edoctus est, vt dissimulatum homine Deum digito monstrare non dubitauerit? profectò non in paternis ædibus, sed in eremo.*

c In 3. cap. Matth. d Homil. 10. in Luc.

Vera Brentij confessio de Ioãnis eremo In 3. cap. Matth.

CAPVT TERTIVM.

Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Matth. 3.

Et erat Ioannes vestitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos eius. Marc. 1.

MAGDEBVRGENSES.

VVM *Angelus Gabriel in templo Zachariæ loqueretur, vitæ genus Ioannis fore dixit, non ad delicias comparatum sed sobrium, & ad tale ministerium aptum.* Lib. 1. ca. 10. pag. 356. *Vestis in hoc licias comparatum sed sobrium, & ad tale ministerium aptum.* Lib. 1. ca. 10. pag. 356. *Vestis in hoc Ioanne è pilis camelı fuit contexta. Neque est consentaneum, crudas tantum pelles sic fuisse connexas, Ioanne è pilis camelı fuit contexta. Neque est consentaneum, crudas tantum pelles sic fuisse connexas, induebantur. Et postea: Horridior quidem paulò fuit vestitus è pilis camelorum, sed tamen firmus & durabilis.* Ibidem col. 364.

CENSVRA.

AD sancti viri Ioannis Baptistæ, ac venerabilis Ministerij eius commendationem pertinent, quæ non solùm de illius ortu admirabili, de puericia & habitatione, sed etiam de victu eius atque vestitu peculiari narrãt Euangelistæ. Et laudatus est ille quidem semper à seuera vitæ disciplina, quam & omnis piorum posteritas in eo meritò celebret, quámque præter nouatores haud scio an vlli alij magis obscurare & extenuare, si non prorsus illi adimere, vnquam studuerunt. Marloratus Matthæum explanans, hæc verba profert: *Non dubium est, quin hic montanum hominum desertum* Caluini & Marlorati fulta interpretatio. In cap. 3. Matth. *scribat Euangelista, ab omni vrbano nitore & luxuriis remotum.* Vbi sequitur Marloratus præceptorem suum Caluinum, multorũ errorum principẽ, qui docet Ioannem rusticano victu & vestitu fuisse contẽtum, & mediocrem vsitatámque munditiem fugisse. Nos verò etsi fatemur, præcipuas Ioannis virtutes in eo non elucere, quòd vitam adeo seueram & austeram sibi delegerit & excoluerit, tamen scimus, Euangelistas & Patres, quemadmodum ostendemus, non tam abiectè atque contemptim, sed multò quidem præclariùs quàm isti faciunt, de Ioannis victu & vestitu iudicare & scribere. Deinde contra Caluinum apertè pronuntiamus, eximiam Ioannis continentiam, abstinentiam, omnémque vitæ austeritatem ad sanctitatis eius cumulum & decus pertinere: & citra vitium affirmari posse dicimus, Ioannem in vita solitaria, quamdiu in deserto latebat, à communi viuendi more abhorruisse: nec reprehendendos, sed laudandos itidem esse alios, qui cum Ioanne abhominum turba secedunt, & duriter viuunt, vt Deo maiore cura inseruiant, & pietatem commodiùs perfectiúsque colant. Victorinus verò Strigelius, vt & ipse suffundat frigidam, *In Oriente*, inquit, *tenuiores homines vestibantur panno contexto ex pilis camelorum. Non sanè fingitur imaginandum est, Ioannem monstrosa veste, videlicet pelle camelorum, indutum fuisse.* Et hic nouam artem adhibet Strigelius, vt sua Ioannem veste spoliet, ac alienа induat. Euangelistarum interim verba interuertens. Tum

De Ioannis vestitu nouatores indignè sentire & scribere.

In Marcum cap. 1. Strigelij sententia meritò repudianda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannem tantum de egenorum numero facit, A quos fingit quidem, sed probare non potest, in oriente pannum ex camelorum pilis contextum pro more gestasse. Quòd vt verum sit, etsi non concedimus, cauisset tamen prudens Euāgelista, ne de vulgari tantùm more scriberet, néue hinc singularem Ioanni laudem assignaret quòd is nouum, insuetum, peculiarem, & admirandum victum & vestitum sibi vsurpâsset. Piaculum fore putat fortasse Strigelius, si præter morem aliorum Ioannem vestitum, & in amictu ipso seuerum fuisse concedat. Quasi verò non plura, quæ velut monstrosa & admiratione digna sunt, de eodē scripta fateri necesse sit.

Chitræi figmētum de Ioannis veste Camelinæ refutatur. *In 3. cap. Matth.*

QVID verò Chytræus? qui vt omnem peregrinitatis tollat & ipse suspicionem, Ioanni sanè ciuilem, quo nunc etiam nobiles frequenter vtuntur, his verbis vestitum concedit, cupidéque lagitur: *Vestis Ioannis erat contexta ex pilis cameli, similis ei quā hodie vulgo a camelis vocamus,* Kamlot, *vel* Schamlot, *latine vndulatam. Non fuit sordida vestis, neque etiam valde pretiosa, sed mediocris, & κόσμιος & in iis locis εὐπορίστος.* O præclarum scholiasten, ac insignem grammaticum, qui talem vocabulis sensum affingit, qualis ne per somnium quidem doctissimis artis grammaticæ autoribus in mentem vnquàm venit. Vestem hispidam è pilis camelorum contextā, & ad corpus affligendum studiosè comparatam hic nouus grammaticus cum veste vndulata cōponit. Et vnde probabit quæso, hūc tunc fuisse morē in Palestina, vt ex pilis camelorum vestes mediocres & decoræ conficerentur? præsertim C quæ cum vndulatis non ita pridem inuentis, sicut nunc illis vtimur, quicquam haberent commune? Testatur Plinius, vndulatam vestem primò è lautissimis fuisse, inde soriculatam, hoc est, variis coloribus distinctam, defluxisse. Et si Varroni credimus, reges olim vndulatas non minus quàm prætextatas togas habere solebāt. Quis verò nisi insanus, aut linguæ Latinæ prorsus ignarus, huiusmodi vestimenti genere tàm delicato quàm pretioso Ioannem præsertim in vasta eremo, vsum esse affirmet? Fiebat certè vndulata vestis non ex camelorum, sed hircorū & caprarum pilis, vt veteres annotarunt. Valeat igitur cum suo Kamlot & Schamlot Chytræus, qui hoc inauditum figmentum, vt Ioannis vestitum obscuraret ac imperitis simul imponeret D adhibuisse videtur. Non possunt sibi persuadere sectarij, quod huius deprauationis est caput ad exercendam animi modestiam, ad colendam virtutem, ad augendam gratiam, ad sanctimoniam vitæ confirmandam, aliquid habere momenti, quòd præcursor Domini vitam à cōmuni hominum consuetudine alienam exegerit: quòd homo nobilis habitum insuetum & peregrinum sibi sumpserit: quòd adolescens elegans & ornatus in publicum prodire contempserit: quòd sordidam magis quàm politicam, rusticanam & eremiticam potius quàm vrbanam & ciuilem viuendi disciplinam fuerit consectatus. Hæc autem Epicuræorum censura carnisque iudicio probari nullo modo possunt: imo vero, qui sunt mundi sapientes, hos Sanctorum mo-

Natur. hist. lib. 8. ca. 48.

De vita popul. Rom. li. 1

Sectarij vestitum Ioannis iudicio carnis mūdique prudentia metiuntur.

res, hanc spontaneam vestitus asperitatem, velut stultitiam quandam despicere, ac risu pluscquàm Sardonico prosequi consueuerunt. Sed relicto Chytræo, hdum habemus ducem quem sequamur, Chrysostomum, qui Ioannem scribit pilis cameli, non lana fuisse vestitum, ne quis delicatam illi vestem tribueret: idque Christi confirmat testimonio qui Ioannem à vestium asperitate laudarit. Ac idem alibi docet, Ioannis vestimentum setis contextum fuisse, vt ipso etiam habitu ab humanis nos rebus doceret abductionem: ac suaderet nihil nos cum terra prorsus habere commune. Verùm de Patrum sententiis, quæ cum istorum & spiritu & sensu ex diametro pugnant, viderimus postea.

Homil. 1. in Marcum. Luc. 7. Breui enarra. in 3. cap. Matth.

NVNC satis est indicasse, inter Chytræum & Centuriatores hactenus conuenire, quod imitandam sibi Bucerum proponant, qui multo B anté scripserat in hunc modum: *Agebat Ioannes in deserto: vilioribus ergo, hoc est, deserti incolis assuetis cibis & vestibus fuit vsus, locustis scilicet & melle siluestri pastus, & panno ex pilis camelorum confecto vestitus: ne qui existimet in morem nostrorum monachorum peculiare sibi aliquod cibi & vestimenti genus delegisse.* Sed bene habet, quod nobis tandem indicet Bucerus, qua de causa nouatores victum ac vestitum Ioanni proprium tàm ægre permittant: ne videlicet hac ratione de monachorum institutis honorifice quicquam loqui, certúmque cibi & vestimenti genus in piis vllis totaque Ecclesia probare videantur. Etenim si tale quicquam de Ioanne faterentur, animaduertunt homines minime stupidi, id statim ad C alios etiam Ioannis imitatores, vitæque monasticæ sectatores referri posse. Quid vero his facias, qui monasticæ vitæ odio inuidiáque flagrant, & Professores eius, quantumuis doctrina & pietate præstantes, & à tota Ecclesia celebratos: sæpe faciunt superstitiosos, adeóque sui homicidas fuisse, per summam impudentiam affirmare non dubitant? Vnde Ioannis victum & vestitum, quibus possunt modis deprimunt, tantam verbis Euangelicis vim inferentes, vt Euangelistas aliter quidem sensisse, aliter autem scripsisse velint existimari. Verùm iam ante monstrauimus, hoc illustre Ioannis exemplum, sicut Chrysostomus & Hieronymus probant, instituto monastico egregie patrocinari. Vidit & descripsit Apostoli Petri D familiaris, & homo valde diserus Iudæus tamen, [a] Philo, qui fuerint ætate sua mores Christianorum, quæque tùm inter eos viguerit vitæ monasticæ disciplina. Vani sunt autem, ne dicam impudentes nostri [b] Centuriatores, qui negare student ad Christianos illud Philonis testimonium pertinere: cum aperte testetur [c] Epiphanius, non de aliis, quàm de Christianis, qui antea Iessei dicti fuere, Philonem scribere, scribendique occasionem simul exponit. Quod & plane confirmat [d] Hieronymus, & adducto Philonis testimonio de primis monasteriis, ita concludit: Ex quo apparet, inquit, talem primum Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur & cupiunt, vt nihil cuiusquam proprium sit, nullus

Docuit in primis Bucerus de vestibus & cibis Ioannis fabulari, & cur.

In 3. cap. Matth.

Monastica vitæ odium quo sectarios impellat.

Monachorū institutum à temporibus Apostolorum fuisse, contra Centuriatores defenditur.

a De institut. Essæorum.

b Centur. 1. lib. 2. pag. 515

c Contra hæres. lib. 1. Tom. 2.

d In Catal. scriptorum Ecclesiasticorum.

sit, nullus inter eos diues, nullus pauper: patrimonia egentibus diuiduntur, orationi vacatur & Psalmis, doctrinę quoque & continentię, quales & Lucas refert, primum Hierosolymæ fuisse credentes.] Igitur quòd ad monasticum institutum pertinet, antiquius est illud & probatius, quàm vt istos Momos reformidet, eósque iam ante satis repulit & protriuit Chrysostomus, cùm aduersus monasticæ vitæ vituperatores complures libros edidit. Neque solùm quos dixi Epiphanius & Hieronymus, verùm etiam [a] Eusebius, & eius imitator [b] Nicephorus, simúlque [c] Cassianus apertè confirmant, quod à Philone scriptum est, ad nostros, hoc est, non Iudæos, sed Christianos monachos referri oportere. Quod si monachorum nomen huic delicato seculo, aut sectariis potiùs & Io- B uinianistis vsque adeò ingratum ac odiosum est ac rem ipsam quæ cum Philosophia Christiana præclarè consentit, probare ac retinere magnoperè conuenit, illiúsque meminisse, quod ab Eusebio Cæsarienſi egregiè dictum accepimus: Christianæ vitæ perfectum modum in solitudine, in paupertate, atque virginitate consistere. Monachorum autem nomen, si Cassiano credimus, principio illis inditum fuit, qui cùm primus nascentis Ecclesiæ feruor refrigesceret, vt prioris illius disciplinæ & perfectionis vestigia retinerent, sese à Christianorum vulgo segregārunt, & singularis solitariæque vitæ districtionem adierunt, à coniugiis abstinentes, quin etiam à parentum se consortio mundique conuersatione omnino separantes. C

Act. 2. & 4. Lib. 3. Contra monasticos institu. vituperatores, & de comparatione regni & monachi. lib. 1.

a Lib. 2. Eccles. hist. ca. 15. 16. & 17.

b Lib. 2. cap. 17.

c De institutis cœnobiorū li. 1. cap. 2. & collat. 18. cap. 5.

Qui ex nouatoribus vitæ & vestitus austeritatem in Ioanne cōfirment.

De demōstrat. Euang. lib. 1. ca. 8. Collat. 8. cap. 5.

QVANQVAM ne hac quidem in parte sibi constant, sed vt aliis in rebus plurimis, inter se dissentiunt aduersarij, quorum nonnulli, vt veritatem confirment, de Ioanne longè commodius docent. Etenim [e] Brentius & [d] Sarcerius præter eremum, etiam durissimum & rigidissimum vitæ genus Baptistam nostrum instituisse concedunt. Et [e] Pellicanus his verbis veritatem agnoscit: *Vtebatur Ioannes pœnitentiæ speculum & præco futurus, omnino incultioribus, & vilioribus asperioribúsque vestibus, quæ iuxta regionum varietates æstimantur: sicut & pius Franciscus ad damnandum facto insolentiam & pretium zonarum de auro & pretiosissimis rebus, funem rudem elegit.* Quin & Lutherus ipse testis est: quòd Ioannes vestiebatur pilis camelorum, & cin- D gulo vtebatur pelliceo, id vitam astrictiorem carnisque macerationem ac vitæ puritatem, quæ prædicatores decet Euangelij, significare. Accedit & Georgius Æmilius, vt causę à sociis oppugnatę in Ioannis, aut potius veritatis gratiam opem ferat. *Seueritas & continentia vitæ Ioannis in eo apparent,* inquit, *quod non sectatus est aulæ delitias, nec se mollitie vitę corrumpi passus est, sed in mediis deserti syluis asperam & rigidam vitam coluit, hirsuta cameli pelle tectus, & in cibo cum locustis melle syluestri contentus: atque ita sine omnibus delitiis & commoditatibus in deserto loco vixit, maiorem officij sui quàm vitæ rationem habens, planéque seueritatem doctrinæ suæ viuendi ratione referens.* Ex quibus colliget

d Hom. 10. in Lucam. e in cap. 1. Lucæ. f In 3. cap. Matthæi.

In Postilla, Dominica 3. Aduentus.

In Euang. Dominica 3. Aduentus.

Lector, tantam vim esse veritatis, vt etiam A per aduersariorum ora nonnunquam erumpat: sicut istis factum est, qui verè Ioannem à vitę duritia probant, aliisque probandum ostēdunt.

SED enim bona sectariorum pars hoc prę se fert, aliisque imperitis persuadere conatur, nullum Ioanni victus vestitúsque delectum proprium ferè fuisse, sed eadem esitasse, iisdem fuisse modis vestitum, quibus ætate illa vicini & montani homines moderatè sobriéque viuentes ex more vtebantur. Quid verò dicerent aliud Epicuræi & Iouiniani, siue qui carnis voluptates delitiásque supra modum amant, & his rebus, quę ad corpus pertinent, maximè delectantur? Sed enim ad huiusmodi præstigias & tergiuersationes miseri confugiunt, qui tùm veritatis, tum Ecclesiæ spiritu destituti, secundùm carnem sapiunt, & molliter viuentibus non inuiti adblandiuntur. Nos verò qui lucem amamus Euangelicam, & offusam à nouis tenebrionibus caliginem depulsam cupimus, ea quæ Angelus, quæ Christus, aliique plures fide digni testes in Ioannis commendationem memoriæ prodiderunt, malis istorum artibus palam opponamus. Primùm ab Angelo Gabriele, cùm de hoc puero vaticinatur, temerè dictum non est: Erit magnus coram Domino; vinum & siceram non bibet. Hæccine tantùm ad sobrium aut aliis assuetum vitæ genus pertinent? imò ad summam Ioannis continentiam & illis temporibus inusitatam, verèque mirandam abstinentiam, non possunt certè non referri. Quare hæc Angeli verba sic explicat Emissenus: Abstinentiæ merita ac virtutum, & iter arduum militiæ spiritualis humano generi insinuare curauit.] Vanus est autem Caluini metus, ne hoc prætextu fingatur Dei cultus in vini abstinentia, *Solùm*, inquit, *omnes temperantiam colant. Qui noxam sentiunt ex vini potu, sponte abstineant: qui carent, defectum æquo animo ferant.* O insignem hunc præconem abstinentiæ, qui nullum inter temperantiam & abstinentiam potest ferre discrimen, qui prorsus reiicit omnem ab Ecclesia indictæ, vel spontè susceptæ in cibo potúque abstinentiæ consuetudinem & exercitationem, qui demùm laudandam piorum virtutem damnandæ tribuit superstitioni. Ira demùm Caluino & Sectariis libet non sequi, sed, conuellere imò & abrogare, morem veterum orthodoxorum, qui solenniter ieiunantes, olim à carnibus simul & vino abstinuerunt. Hinc illud Cyrilli antistitis Hierosolymitani dictum extat: Ieiunamus à vino & carnibus abstinentes: non quòd hæc tanquam abominationes oderimus: sed quòd præmium expectamus, vt sensibilia despicientes, spirituali deinceps, & intellectuali mensa fruamur: & nunc seminantes in lachrymis, in futuro seculo in exultatione metamus.]

Luc. 1.

Probatio ex Euangelicis testimoniis, inusitatam & seueram vitæ rationē Ioāni tribuendam esse.

Serm. 2. de S. Ioanne Baptista.

In Harmonia Euang.

Certam vini abstinentiam temere Caluinus improbat.

Ieiunantes olim à vino & carnibus abstinebant.

Catechef. 4.

CHRISTVS verò sic pronuntiat: Venit Ioannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum: nempè vt incredibilem vitæ austeritatem, victúmque Ioannis

Christus Ioannem à victu & vestitu proprio commendat.

Luc. 7. Matth. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

parcissimum Iudæis luxu diffluentibus exprobret. Quæ Christi verba sic explanat Epiphanius, vt Ioannes non omnino nihil ediſſe aut bibiſſe, ſed ab omni edacitatis ac potationis ſuſpicione remotus eſſe dicatur, quoniam & carnibus abſtinuerit, nec vinum guſtarit, locuſtis, melle ſylueſtri & aqua contentus. Aliud Chriſti dictum eſt: Quid exiſtis in deſertum videre? hominem mollibus veſtimentis indutum? Ecce qui in veſte pretioſa ſunt & delitiis, in domibus regum ſunt. Significat igitur veſtitum Ioannis vt proprium, ita & inſolitum, atque ab omni nobilium & aulicorum conſuetudine mollitiéque remotum, ac Deo tamen gratum & laude dignum fuiſſe, quantumuis ille vilis, durus, aſper, & horridus mundi quidem filiis videretur. Facit & Dominus pulchram hic comparationem, vt Ioannem oſtendat alienum à moribus diuitum & aulicorum, qui niſi ſuauiter, molliter ac delicatè vixerint, omnémque tùm in victu, tum in veſtitu luxuriem oſtentarint, præter decorum, & contra dignitatem ſuam ſe agere arbitrantur. At contra Chriſtus vrget hoc pacto: Non cæleſti, ſed terreno regno militant hi, qui contra Ioannis exemplum pro Deo perpeti aſpera fugiunt, ſed ſolis exterioribus dediti, præſentis vitæ mollitiem & delectationem quærunt,] ſicut Beda locum interpretatur. Qui Gregorium ſequutus, hoc etiam non minus grauiter quàm ſapienter adiungit: Nemo exiſtimet, in luxu atque ſtudio veſtium peccatum deeſſe: quia ſi hoc culpa non eſſet, nullo modo Ioannem Dominus de veſtimenti ſui aſperitate laudaſſet.

Luc. 7. Contra Ebionæos hæres. 30

Gregor. homil. 6. in Euangelia.

Lib. 2. in Lucam ca. 7.

Ad Aglasiã quæst. 1.

Cur Ioannes à Chriſto laudetur ob veſtium aſperitatem.

Aut ſi Hieronymum ſequimur, aſſerit Ioãnem Dominus camelorum veſtitum pilis, vt ſciamus eum nulli poſſe adulationi ſuccumbere, cúmque qui locuſtis veſcitur ac melle ſylueſtri, nec opes, neque alias terrenas delitias quærere, rigidáque & auſtera vita, auras vitare palatij.]

Serm. 66.

Ambroſius verò ita ſcribit: Quæ maior cauſa humilitatis in Propheta, quàm cõtemptis mollibus veſtimentis, pilorum aſperitate veſtiri? Quæ præclarior abſtinentia, quàm ſpretis vitæ huius delitiis, ſtridulis veſci locuſtis, & melle ſylueſtri?] Tum apud Gregorium Magnũ hanc memorabilem lego ſententiam: Ioannes qui aliis durus erat, ſibi remiſſus non erat. Nam vt pœnitentiæ duritiem, quam prædicabat Euangeliſta, eum tenere oſtenderet, ait: Habebat veſtimentum de pilis camelorum: & zona pellicea circa lumbos eius.] Rectè igitur Iuuencus, qui Euangelicam hiſtoriam fideli reddidit carmine, Ioannis victum & amictum, vt minime delicatum & mollem, ſic celebrat:

Lib. 4. expoſit. in 1. Reg. 9.

In Euang. hiſtoria.

Texta camelorum fuerant velamina ſetis,
Et zonæ pellis medium cinxere Prophetam,
Aruis qui ſolitus ruralibus eſſe locuſtas,
Et tenuem victum, præbent ſylueſtria mella.

HAEC ſatis oſtendunt, ni plane fallor, ſententiis Euangelicis refelli aduerſarios, eóſque prorſus pugnare cum ſanctiſſimis Patribus, qui longe alium diuinæ ſcripturæ ſenſum & ſpiritum quàm noui iſti Theologi, prodant ac exprimant. Nec deſunt exempla, quibus fiat, probabilius, quòd Patres de Ioanne, eiúsque vitæ duritia & aſperitate ſingulari tum ſcriptum, tùm factum eſſe interpretantur. Deſcribitur Elias ille Theſbites, quòd vir piloſus & zona pellicea accinctus renibus fuerit, quòd in deſerto vixerit, quòd cibo tenuiſſimo victitarit, quod pane duntaxat ſubcinericio & ſimplici aqua contentus, ingens confecerit iter, ac diuturno ieiunio ſeſe afflixerit. An non is verus Elias eſt? quod nomen Ioanni Chriſtus ipſe largitur: ſed & Angelus prædicit, eum in ſpiritu & virtute Heliæ ſuum munus, vt ſit Meſſiæ nimirum prodromus ſiue præcurſor, fideliter obiturum eſſe. Quamobrem ita Hieronymus: Ioannes, inquit, ſecundum myſterium, quod in Malachia ſcriptum eſt, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt: non quòd eadem anima, vt heretici ſuſpicantur, & in Elia, & in Ioanne fuerit, ſed quòd eandem habuerit ſancti Spiritus gratiam, zona cinctus vt Elias, viuens in eremo vt Elias, perſecutionem paſſus ab Herodiade, vt ille ſtinuit ab Iezabel.] Daniel vir deſideriorum & eximius idem Propheta, in victu ſibi adeò nihil indulſit, vt oblatas menſæ regalis epulas ex animo recuſarit, ac ſeipſum aliquot hebdomadarum ieiunio macerarit. Panem ſuauem non comedit, vt ſcriptura loquitur, caro & vinum non intrauit in os eius, nec vnctus oleo: ſolis leguminibus corpus delicatum ſuſtentare voluit, & abſtinentiam vna cum piis ſociis mirabilem atque continuam exercitauit. Cuius exemplo docemur, quemadmodum recte monet Theodoretus, quantum nobis voluntaria profit afflictio. Etenim beatus Daniel cùm voluntario ſeipſum ieiunio afflixiſſet, & Dominum quæſiſſet, ſtatim exorauit, & vóti ſui cõpos factus eſt: quod is quoque, qui ſe ei in viſione obtulerat, declarat.] Non dicam porrò de Eliſæo & filiis Prophetarum, quos veteris Teſtamenti monachos, appellat [a] Hieronymus: nam & hi agreſtem durámque tranſegere vitam, ab vrbanis quidem delitiis prorſus alieni, quemadmodum Eliſæi diſcipuli teſtes eſſe poſſunt. Ex Paulina etiam epiſtola diſcimus, quantus vitæ rigor in antiquis fuerit Patribus ante Ioannis ortum, quos ait in melotis & pellibus caprinis egentes circumiiſſe, in ſolitudinibus erraſſe, nec ſolum in montibus, ſed in ſpeluncis etiam terræque cauernis vitam exegiſſe, quam non ſane iucundam, ſed aſperam & luctuoſam fuiſſe neceſſe ſit. Apud Perſas Magi, qui omnium erant peritiſſimi, excepta farina & olere, nihil amplius in cibo ſumebant, vt ſcribit [b] Hieronymus. Eliæi ab vxoribus, vino & carnibus ſemper abſtinuerunt, & quotidianum ieiunium verterunt in naturam, ſi Ioſepho fidem habemus. quis verò ambigere poſſit, quin Ioannes his omnibus vitæ auſteritate non ceſſerit, aut eoſdem potius ſuperarit? Fuit enim nouus nouæ cuiuſdam perfectæque pœnitentiæ, & perpetuæ continentię non præco ſolum, ſed etiam apud poſteros omnes abſolutum exemplar, & ſicut [a] Ambroſius vocat, magiſter abſtinentiæ. Tum [b] Chryſoſtomus docet, Ioannis habitum compunctioni ac pœnitentiæ congruiſſe, quoniam pœnitẽtiæ præco ille miſſus eſſet. Petrum Apoſtolum laudant, qui modico cibo fouerit corpuſculum, quemadmodum apud Clementẽ & ipſe teſtatur. Panis, inquit, hiſ ſolus cum oliuis, & rarò etiam cum oleribus in vſu eſt. Indumentum autem hoc eſt mihi quod vides, tunica cum pallio. Hoc mihi ſufficit: quia mens mea non ad hæc præſentia, ſed ad illa, quæ æterna ſunt aſpicit, & ideò nihil me rerum præſentium viſibiliúmque delectat.] Neque tacet Paulus crebrò ſe ieiunaſſe, & corpus velut iumentum laſciuiens, haud ſine vi ſubegiſſe, & ieiuniis macerâſſe. Sed ego ſat habeo dicere de Iacobo fratre Domini, & primo Epiſcopo Hieroſolymitano, viro ſanè celebertimo iuxta & ſanctiſſimo, cuius & Ioſephus meminit. Is auſterioris diſciplinæ ſtudio incenſus, vitam admirabilem ac penè incredibilem duxit, eóque à probatis authoribus, præſertim [c] Egeſippo, [d] Epiphanio, [e] Chryſoſtomo & [f] Hieronymo, magnopere commendatur. Non ferrum in eius caput aſcẽdit, non ſe in balneo lauit, non laneam veſtem, non calceamentum induit, imam tunicam non mutauit, carnes & quicquid ex animãtibus edi poterat, nunquam attigit, expers idem coniugij, & fidus cuſtos perpetuæ virginitatis. Quam inuſitatam & valde ſeueram, ac plærisque inimitabilem vitæ rationem ille tùm Apoſtolus, tum Epiſcopus, publicisque muniis impeditus non ſolum indixit ſibi, ſed nunquam mutandã eſſe cenſuit.

a Lib. 10. epiſt. 82.

b Homil. 10. in Matth.

Quintum exẽplũ ab Apoſt. acceptum.

Victus & veſtitus Petri Apoſtoli.

Lib. 7. Recognitionum.

2. Cor. 11.

Iudaic. antiq. lib 10. cap. 16

Cln 5. commẽt. lib. citatur ab Euſeb. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 23.

d Contra hæreſ. lib. 3. Tom. 3.

e In Matth. hom. 2.

f Catal. ſcriptorũ Eccleſiaſt.

Exempla veterum ſeuerè & duriter viuentium.

3. Reg. 17. & 19. 4. Reg. 1.

Matth. 11. Luc. 11.

In multis Elias & Ioannem cõuenire.

Dan. 1. & 10.

Secundũ exẽplum à Daniele deſumpto.

Quartũ exemplum à Magis Perſicis, & Eſſæis Iudaicis, Ioannes aliis nullis vitæ auſteritate cedit.

Iacobi Apoſtoli mira in victu & amictu auſteritas.

Ioannes ad vitæ duricie m quodammodo natus.

Matth. 4. Marci 1.

Spiritus ſancti propriũ eſt, ad durioré vitæ rationem mouere & ducere homines.

Ioan. 28. Ser. 157. de Tempore.

Hom. 3. in Marcum.

Tertium exẽplum à veteris Teſtamẽti Patribus petitũ.

Quæ cum ita ſint, quis non videat, quàm ſit ridiculum, quòd Ioannes ſolus ex omnibus Patribus, ſolus ex omnibus Prophetis, ſolus ex omnibus Sanctis, ſolus ex omnibus Apoſtolis, tum Epiſcopus, publicisque muniis impeditus, non ſolum indixit ſibi, ſed nunquam mutandã eſſe cenſuit.

QVID verò minus Ioannem feciſſe credamus? qui ad ſummum vitæ rigorem diuinitus electus, & quodammodo natus planéque deſtinatus videtur, ſicut cum ex aliis locis, tum ex Angeli verbis in templo parenti dictis manifeſtè colligi poteſt. Quid Chriſtum, quæſo, in deſertum, & ad nouum illud horridúmque in deſerto viuẽdi genus adduxit, vel, vt cum Marco loquar, expulit? vtique Spiritus ſanctus, qui quemadmodum hominũ mollicie & voluptate non neceſſaria plerunque offenditur: ſic aſperis vitæ bonæ ſtudiis, & arduis piorum laboribus delectatur; nec facilè inuenitur in terra (vt ille dixit) ſuauiter viuentiũ: qui præterea hoc Domini exemplo docuit, nobis ieiunandum eſſe, vt Auguſtinus admonet, quando forte acriore luctamine cum tentatore confligitur. Idem verò ſpiritus Paulos, Antonios, Hilariones & infinitos piorum greges ab vrbibus, amicis, delitiis abſtractos, in vaſtas eduxit ſolitudines, & ſocios ferarum, omnísque continentiæ cultores perfectos effecit: vt omnibus mundi curis vacui, & diuinæ Philoſophiæ tantum dediti, cæleſtium in terris vitam imitarentur. Quare à Chryſoſtomo non temere dictum eſt, Spiritu ſancto expelli multos de domo parentum, & in ſolitudinem duci: Spiritum ſanctum non libenter habitare, vbi turbæ & frequentiæ, diſſenſiones & rixæ ſunt: Spiritum ſanctum prope

A prie ſedem habere ſolitudinem.] Qua de re multa nobis & præclara ſuggerunt exempla præter Hieronymum, Theodoreti θεοφιλης Palladij Lauſiaca; & Caſſiani collationes. Et miramur adhuc, Ioannem in victu & veſtitu huiuſmodi ſibi durum & aſperum, vulgaris tum conſuetudinis, tum voluptatis expertem, caſtigandę carni ex profeſſo vacantem, mundi blandimenta ridentem, pœnitentię ſimul & continentiæ exactè perpetuóque ſtudioſum, id præſtitiſſe; quod eius vocationi & acceptæ gratiæ congruebat; quod viuẽs in eo ſpiritus ſuggerebat; quódque præſtantiſſimum Eccleſiæ magiſtrũ decebat nimirum vt in carne præter carnẽ, non ſibi, ſed Deo viueret, non Angelus fortaſſe minus, quam homo, & terreſtris quidem Angelus, ſicut eum Chryſoſtomus vocat, meritò exiſtimandus.

In vitis Pauli, Hilarionis Malchi, &c.

Hom. 10. in Luc.

QVAE omnia clauſis velut oculis prætereunt aduerſarij, vt ne cum rigido Ioannis inſtituto quicquam commune habeant, néve palàm fateantur Baptiſtam noſtrum plus quàm alios ruſticanos vicinos, ſeu montanos homines, parcè rigidéque vixiſſe, & in horrida incultáque vita reliquis tùm temporis omnibus præluxiſſe. Certè cum Euangeliſtis Patres Ioãnis virtutem & ſanctitatem ab externo cultu habitúque corporis mirificè & vno quaſi ore cõmendant. Hieronymi ea vox eſt: Præcurſor Domini & præco Ioannes locuſtis alitur & melle ſylueſtri, non carnibus: habitatióque deſerti & incunabula monachorum talibus inchoãtur alimentis. Sed & ipſe Dominus baptiſma ſuum quadraginta dierum ieiunio dedicauit: & acriora dæmonia docuit non niſi oratione & ieiuniis poſſe ſuperari.] Et paulò pòſt: A diebus Ioannis baptiſtæ ieiunatoris & virginis, regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud.] Apud Baſilium hoc extat teſtimonium: Ioannis vita vnicum ieiunium erat, qui non tectum habebat, non menſam, non terram arandam, non bouem aratorem, non frumentum, non piſtorem, non aliud quicquam rerũ temporalium. Quapropter inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.] Sed & æqualis Baſilij Gregorius Nazianzenus, [g] Ioannem eremi cultorem, ſeu eremitam (nam vtroque modo vertit interpres) crebrò celebrat, cibum illius locuſtam & fauum agreſtem, veſtem ex pilis celſicomorum camelorum, ac domum eius cælum latum, ſolitariáque humi ſtramenta inter ſua cantica prædicat. Huic cum laude [h] confert Baſilium, qui & ipſe in deſerto habitarit, & nocte veſtem aſperam ſumpſerit, parémque cum Ioanne dilexerit cibum. [i] Chryſoſtomus verò in hunc modum habet: Quoniam vniuerſum penè genus humanũ maximè ieiunantes ſolet admirari, & duritiam viuendi approbare: idcirco ſtatim à teneris vnguiculis diſpenſatione diuina duriter vixit Ioãnes, ad hoc vt credendo populi ducerentur.] Et rurſus: [k] Ioannes neque tecto indiguit, neque lecto: non menſam vel aliqua huiuſmodi

Patrum teſtimonia Ioãnis in vita & veſtitu ſeueritatem cõmendantia.

Lib. 2. contra Iouinianum.

Matth. 4. Matth. 17.

Matth. 11.

Serm. de ieiunio.

Matth. 11.

g In carminib. de documentis virginum.

h Orat. in laudem Baſilij.

i Homil. 38. in Matth.

k Hom. 10. in Matth.

a Epiſtola 4. ad Ruſticum. 4. Reg. 2. et 4. 4. Reg. 6. Hebr. 11.

b Aduerſus Iouinianum lib. 2.

c De bello Iudaico lib. 2. cap. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

requisiuit:sed Angelica quadam vita mortali in carne resplenduit. Propterea etiam vestimentum de pilis camelorum Ioannes habuit,vt habitu ipso doceret mundi contemptum, & omnem superbiæ rationem conculcandam: homines quoque ad omnem laborē ipso habitu præpararet.] Quos Patres ac veluti duces sequutus [a]Anselmus,de Ioanne ita pronuntiat:Quod verbo prædicabat,exemplo ostendebat:gerebat enim habitum pœnitentiæ,dum cilicio camelino indutus esset, & cibos syluestres comederet, & zona pellicea circa lumbos eius. Fecerat autē perizomata de pellibus siccis animalium circa lumbos, ad libidinem refrenandam.]

a In cap. 3. Matth.

Ciliciam camelinum Ioānī fuisse.

De duriore Ioannis vestitu plura testimonia.

b Opere imperfect. in Matth. hom. 3.

c In Marcum lib. 1. ca. 3. & Serm 148.

Vt hinc satis constet, merum esse figmentū Centuriatorum,cum de crudis tantum Ioannis pellibus connexis obganniunt. Non temere contra istos post [b] Chrysostomum notauit[c] Beda, Ioannem pilis,non lana vestiri, quod illud quidem austerævestis,hoc verò mollioris luxuriæ præbeat indicium. Probent interim nobis aduersarij, si quid habent de lana vel panno firmo atque durabili,vnde Ioannē vestitum fuisse credamus. Aliter sane Patres iudicarunt,ex quibus[d] Chrysologus in hunc docuit modum:Ioānesvestitu,victu,loco,totus pœnitentia formatus incedit.] Et iterum: Accepit tortuosissimi pilos animantis, nihil habentis recti , nihilque gratiæ, nihil decoris , quem natura dedit labori duro, addixit magno ponderi,extremæ tradidit seruituti. Tali pœnitentiæ magister indui debet vestimento.] Ab Hieronymo sic dicitur: [e] Hic fugit vrbes,zona pellicea cingitur , locustis alitur ac melle syluestri: & in typum pœnitentiæ prædicādæ tortuosissimi animalis vestitur exuuiis.] Tum apud [f] Paulinum legimus de palliis, quæ ex camelorum pilis texta,asperitate setarū compungebant homines,& in mentem reuocabant Ioannem, quem pili camelorum hirto tegmine vestiebant. Demum pulchre [g] Bernardus , si vllus alius, Ioannis vestitum ita descripsit: Rigida vestis,inquit, & durissimis hispiditatibus cōtexta, rigore squallifero corpus affligit Patriatchæ, carnémque tenerrimam immatura districtio disciplinæ feritate coarctat:teneros artus, & sacratiore spiritu superfusos , continui quassat longitudo martyrij.] Et postea, Cæli rore pascitur, & animalis vilissimi satiatur edulio,nihilque coctum accepit ieiunantis austeritas.

d Ad Lætam de instit. filiæ.

e Epist. 10. ad Seuerum.

f Serm. de priuileg. S. Ioan. Baptistæ.

Iamvero quod ad zonam Ioannis attinet, ex [h] Chrysostomo discimus , in more Iudæis fuisse,vt zonis laneis vterentur: at Ioannē quasi aliquid durius facere volentem , zona pellicea fuisse cinctū:vestem verò habuisse de setis asperioribus, eamque cilicinam , grauem, asperam & corpus conterentem potius , quàm fouētem. Ac [i] rursus de gestatione zonæ loquens, Ioannē & sanctos alios prædicat , qui hoc virtutis insigne circumtulerint, quòd scilicet in iugi opere „ versarentur,siue iter agerent,siue aliud quid ne„ cessarij ac properandi laboris arriperēt:qui præterea hoc argumento docuerint,omnem superbiendi rationem conculcare , seque ad omnem laborem ipso quoque habitu prēparare . Sicut

h Hom. 3. oper. imperf. in Matth.

De zona Ioannis notanda.

i Ibidem.

A etiam à [k] Theophylacto dictū est : Omnes sancti introducūtur à scriptura cincti, veluti semper in opere existentes: vel quod affectiones concupiscētiæ mortificarunt. Pellis enim mortui animalis pars est.] [l] Eusebius Emissenus dicere non veretur:Ille pilis camelorum,id est,cilicio vestitus incessit,] [m] Hieronymi dictum extat: Zona pellicea Ioannis , qua accinctus fuit & Elias , mortificationis symbolum est.] Ac [n] idem alibi. Ioannes Baptista,inquit, zona pellicea mortificauit lumbos suos, ante diem iudicij iudicis voce laudatus.] Habet igitur Ioannes hoc sibi commune cum Helia Thesbite , vt sit vir pilosus,& zona pellicea , quæ de animalis mortui petitur exuuiis , suos sibi renes præcingat. Quid verò hic incomptus habitus premens ilia, quid hæc hirsuti incultique corporis noua B species ostendit aliud, quàm carnalis concupiscentiæ & libidinis petulantiam, quæ in lumbis dominari solet,in Ioanne studiosè compressam & extinctam fuisse?vt in carne ille sine carne viueret,suóque simul exemplo præfiguraret , non sine vi quadam & assidua contentione fieri posse,vt Euangelici spadones virginitatis, continētiæ castimonięque laudem colant, eiúsque solidum fructum consequantur. Origenes verò in hunc modum: Quòd Hieremias zonam , Ioannes pelliceam zonam circa lumbos habuisse dicitur,indicatur pars illa corporis apud huiusmodi viros ita emortua,vt neque leuis motus, neque alius quisquam in lumbis eorum fuisse crederetur,sed sola castitas & pura pudicitia.] Atque inter cæteros hunc locum Bernardus diligenter expendit , simúlque Ioannis exemplum C hactenus propositū verbis animaduersione dignis illustrat: Considera hominē angelico promissum oraculo,conceptum miraculo, sanctificatum in vtero,& nouum in nouo homine pœnitentiæ mirare feruorem.Victum & vestitum, ait Apostolus , habentes , his contenti simus. Apostolica perfectio ista est:sed Ioannes etiam hæc contempsit. Denique audi Dominum in Euangelio: Venit, inquit , Ioannes non manducans , nec bibens plane nec vestiens . Sicut enim non est locusta cibus,nisi aliquorum forte irrationabilium animantium : sic nec pilus cameli humanum est indumentū.] Et paulò pòst: D Hic ergo Ioānes,quo nullus maior in natis mulierum, innocentissimum illud corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit: vos indui festinatis byssо & purpura , & splendide epulari.] Non est igitur abs re , quod Epiphanius inseptima synodo refert,sua & maiorum ætate imaginem Ioannis in Ecclesia sic depingi solere , vt delicatis & mollibusvestimentis induto,veluti speculum quoddam exhibeatur, illo nempe proposito,qui pilis camelorum opertus, & in cibo mel habere syluestre,&Christum ipsum digito mōstrare videatur.

k In 3. cap. Matth.

l Hom. 1. de S. Ioanne baptista.

m In 1. cap. Matth.

n Ad Demetriadem.

4. Reg. 1.

Ioannes typus continentiæ & virginū in lege noua.

Iob. 40.

Matth. 19.

Hom. 9. in Leuiticum.

Serm. in natiuit. Ioannis baptistæ.

Vervm sit modus in recitandis Patrum sententiis, quibus & nouatores aperte coarguuntur , & Ioannis in victu vestituque aspero inusitata ratio firmiter comprobatur. Atque vt reliqua deessent omnia , certe apud pios non potest non valere plurimum, quòd

1. Timoth. 6.

Matth. 3.

æterna

Summa eorū, quæ in vita Ioannis considerāda sunt. *Matth. 11. Luc 7.*

æterna Dei sapientia Christus coram omnibus à vestimenti & vitæ austeritate suum præcursorem publicè commendauit, sicuti demonstrauimus. Eò autem ipso satis ostendit, hunc pietatis cultum nequaquam inutilē, quin Deo etiam acceptum fuisse quòd Baptista vitam in media solitudine minimè delicatam , iam inde à puero degeret : quod admirandum potiùs, quàm imitandum disciplinæ rigorem,plus quàm Nazareus vel Rechabita, sibi vltrò indiceret:quod in paupertate,ieiunio,fame, continentia,silentio,precatione, nulli monachorum cederet: quod humanæ conuersationis oblitus, nocte autem ac die diuinis duntaxat rebus intentus, omnibus Deo ac sapientiæ vacantibus clarum velut speculum exhiberet,ac illustrem nullóque vnquam tempore extinguendam sanctitatis lucem præferret:quod denique ad sacrum euangelizandi studiū tanto se studio & zelo præpararet,vtpotè non progressus in publicum ante annos ætatis suæ plus minus triginta. Tunc enim , vt plærique putant, vox clamantis in deserto esse cœpit, & propellente spiA ritu,se primùm conspiciendum & audiendum populo præbuit.Videāt ergo Centuriatores, & quotquot eorum falsa opinionum commenta sequuntur, quàm decenter his prætermissis, quæ ad vitam Ioannis illustrandam maximè pertinebant , inanes quasdam nugas meráque somnia nobis venditent atque obtrudant , turpiter interim & velut in meridiana luce hallucinantes , fortasse vt qui nouo sapientiæ lumine collustrati videri volunt , iusto Dei iudicio suam insipientiam orbi clarissimè prodant. Demùm lectores omnes æquè iudicent,præstétne antiquos& illustres illos heroas audire , quā nouis & obscuris , malæque fidei scriptoribus credere , qui sacræ historiæ suum & alienum sensum licenter affingunt, nec solùm receptæ hactenus & probatæ veritati contradicunt, sed & aperta Euangelistarū verba deprauant, dum tantoperè student, ab vsitato rustici vestitus genere virum illum celebertimum , vulgaribus eius temporis & loci hominibus exæquare.

Nouatorum licentia in Ioannis historia tractanda intolerabilis.

CAPVT QVARTVM.

Esca autem eius erat locustæ & mel syluestre. Matth. 3.
Locustas & mel syluestre edebat. Marci 1.

MAGDEBVRGENSES.

Ioannis Baptistæ esca erat locustæ & mel syluestre. Fuerunt autem illæ locustæ species cancrorum,terrestrium locustarum aliquam speciem repræsentantes : siquidem cheles carent : habent tamen quasi spinas quasdam in crusta, & cornua longiora,quam cæteri cancri. His sorte vsus est Ioannes , quia piscatores Iudaici eos abiecerunt tanquam prohibitos pisces. Ioannes vero pro libertate Euangelica eos comedit. Libro primo cap. 6. col. 250. Et rursus cap. 4. col. 195. Fertur locustis contra legem. Et pagina 364. Cibus Ioannis erat mel syluestre, quod vicinæ syluæ copiose gigneham, & locustæ. Sed quale hoc animal fuerit, inter Doctores ambigitur. Alii sentiunt cancri genus fuisse,nonnihil formæ locustis simile,quod piscatores Iudaici ad Iordanem in ripam eiecerint,tanquam cibum a Deo interdictum,Leuitici vndecimo. Talet sunt etiam quidam cancri,qui mari generantur mediocri magnitudine, habentes crustam plurimis acutis spiculis munitam,& carentes chelis,pedibus aliquanto longioribus. Id si ita se habet,Ioannes etiam exemplū libertatis Euangelicæ exercuit eo cibo,qui prohibitis piscibus vsus est, vt omnibus constaret, eum quoque Mosaicam legem nunc abrogare. Alii de terrestri animali intelligunt,cuius vsus Leuitici vndecimo expresse est permissus.

CENSVRA.

Ioannis in victu austeritas maxima.

Victvm Ioannis proprium & Matthæus & Marcus expressit,nihilque de eiuscemodi ciborum abstinentia vel in veteri,vel in nouo Testamento scriptum de quoquam legimus. Vescebatur sanctissimus homo non aliis escis,quā locustis & melle syluestri: eámque cibi consuetudinem tùm æstate,tùm hyeme, atque adeò per totā fermè vitam,vt est verisimile, retinebat. Equidem haud scio,an vita illius austerior esse potuerit,quādo remotus ab omnibus,nullam propemodum sui curā habuerit, vitámque tùm obscurissimam, tùm pauperrimam traduxerit, eo quidem cibo contentus,quem ex locustis & melle syluestri frugalissimè capiebat.Sed insurgunt sectarij , & de hoc cibi genere disceptant plurimùm, qui ne sua laus Ioanni integra constet , victum illi planè vulgarem , & cum Iudæis reliquis communem assignant, ne cibus eius aliqua ex parte crudus , insipidus & austeriori vitæ congruus fuisse videatur. Sic enim Bucerus habet: *Voluit Ioannes iis vti, quibus & reliqui deserti incolæ vti solebant, sed vt sanctè consueuerunt, citra aliquam insolentem peregrinitatem.* Et rursus: *Domini præcursor vilibus quidem & asperis, sed assuetis iis, cum quibus agebat, vsus fuit, idque ad humiliorem modum. Iam locustis vsos illius deserti inhabitatores , haud quaquam incredibile est, quum Plinius scribat, Parthis has in cibo gratas. Et alibi meminit, partem quandam Aethiopum locustis tantum viuere , fumo & sale duratis in annua alimenta.*

Ancibus Ioānis vulgatis fuerit & vsitatum.

Ibidem.

D En quantoperè timet Bucerus,ne alius quàm communis Ioannis cibus,aut aliqua in vita eius, vt dicit,peregrinitas & insolentia fuisse credatur.At verè insolentem peregrinitatem Ioanni tribuunt Euangelistæ,sicut Patres interpretantur, & res ipsa confirmat , præsertim si nobiscum seriò perpendimus , quòd talis tantique sacerdotis filius à communi aliorum societate & consuetudine vltrò sese subducat , ac eam vitæ seueritatem amplectatur assiduéque colat , quam rusticani & infimæ sortis homunciones procul dubiò fastidirent , quiduis opinor facturi atque passuri priùs quàm inde à primis annis hanc tristem & austeram viuendi formā deligerent , in qua nihil coctum , nihil conditum, vel calidum,sed vnum idémque natiuum, simplex, vile & agreste cibi genus perpetuò esitarēt. At benè habet quòd nec Bucerus ipse suam artem & fraudem dissimulet,dum apertè cauet,ne hinc trahatur exemplum iuxta doctrinas & præcepta hominum

Contra Bucerum Ioanni peregrinitas tribuenda est in vita.

Ioan. 1. cap. Matth.

c

Universidad de Deusto
Biblioteca

abstinendi: haud dubiè vt monasticam vitam, eúmque ciborum delectum, qui in Ecclesia ieiunantibus tot seculis est vsitatus, hoc loco perstringat & excludat. *Pessimus certe*, inquit, *sim deserto agimus, cum Ioannes: & si in cultiore regione, cum Christo consuetis vti: & nihilominus veram solidamque & modestiam & abstinentiam præstare.* Ita verò se prodit Bucerus, quâ sit germanus discipulus Iouiniani hæresiarchæ qui vt Euangelicam libertatem in carnalem viuendi edendique licentiã conuerteret, ne frustra Christianorũ Epicurus apellaretur, aperte docuit, inter abstinentiam ciborum & cum gratiarũ actione perceptionem eorum, nullam esse differentiam. Quanquam nouum hoc Theologorum genus in noua & Euangelica, vt vocant, libertate prædicanda, Iouinianistas omnes excellit, & sub eo prætextu maiorem, vulgò perniciem creat: tùm Ecclesiasticę disciplinæ neruos elidit, & authoritatẽ abrogat. Quorsum verò spectant obsecro, hæc tàm frigida Buceri commenta, nisi vt illo authore Ioannem & sanctæ vitæ eius rigorem non suspiciamus, non in pretio habeamus, non parte saltem aliqua æmulari studeamus: sed potius ad Christi simul & Ioannis imitationem sat nobis esse putemus si Christiani modeste viuamus atque temperate? Adeo verum est, quod contra Iouinianum disputans Hieronymus dixit, Semper Pseudoprophetæ dulcia pollicentur: quódque Cassianus de nonnullis quæritur, eos cõsiliorum atque exhortationum Christi magnificentiam negligentes, præsumptiuæ libertatis securitate solui, legẽque non superædificare, sed destruere.

Iouiniani doctrina hodie confirmata.

Hieron. aduersus Iouinianũ lib. 2.

Qui nũcpeiores sunt Iouinianistis.

Collat. 21. cap. 4.

Qvis vero prudens ignorat, aliud esse ieiunij & singularis abstinentiæ, aliud sobrietatis vel temperantiæ cuiusdam in victu rationem habere? Nam quod ad moralem, vt vocant, sobrietatem attinet, vt cibo & potu moderatè & secundum rationem ipsam vtamur, exigunt illam quoque Philosophi, & præstandam esse fatentur mundi sapientes: adeóque præstant etiam Ethnici: imò suum in edendo modum haud rarò tenent bestiæ. At longe secus habet, vbi scriptura commendat ieiunium, vel exẽpla piorum proponit, qui seuere duritérque vixerunt, siue, vt legimus suas humiliárunt & afflixerunt animas. Hæc enim non ad cõmunem victus frugalitatẽ, sed ad perfectionem abstinentiæ continentiæque virtutem, laudẽ & studium pertinent. * Monet igitur Augustinus, aliud esse grauare corda in crapula & ebrietate, quod quidem semper malum videri & caueri debeat: aliud modestia & temperantia custodita relaxare ieiunium: id quod à piis dominico die fiat citra reprehensionẽ, cùm alioquin temperate viuere, & tamen non ieiunare possimus. Semper quidem Christus & Apostoli in victu vixêre frugaliter, & eos cibi fuisse parcissimi pauci panes hordacei satis ostendunt. Quis verò neget, eos præterea ieiunasse, ac maiorem solito cibi abstinentiam vitæque rigorem aliquando adhibuisse, & precationem cum ieiunio tùm maxime coniunxisse, cùm grauiùs aliquid aggredi cogitarent, aut infestiora quædam dæmonia vellent profligare? Quare cũ ex Domino quæreretur, cur eius discipuli quàm Ioannis rarius ieiunarent? hoc fore prædixit, quod postea consecutũ esse res ipsa docuit, & Apostolorum acta testantur. Venient, inquit, dies cum auferetur ab eis spõsus, & tunc ieiunabunt. Ac de sanctis quidẽ omnibus hoc præclare, dixit Cyprianus, quod

abstinentia & sobrietas ieiunium & temperantia differunt.

Ieiuniũ quomodo in scriptura dicatur.

3. Reg. 21
Ioel 3.
Ione 3.
Luc. 2.
Psal. 24.
Num. 29. & 30.
Leu. 16. et 23
Esaiæ 58.
** Epist. 85. ad Casulanum.*

Christus & Apostoli semper sobrij. fæpè quoque ieiunant.

Ioan. 6.

Matth. 17.

Mart. 9.

Matth. 9

A alij quoque comprobauerũt: Quotquot viros virtutum vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse nec aliquid magnum moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset. Quoties aliquid à Deo obtinere conati sunt, ieiuniis incubuêre & lachrymis, & pernoctantes in orationibus, ciliciis carni hærentibus, supplices beneficia postularunt.

Act. 13. & 14.
2. Cor. 6.

De ieiunio & tentatione Christi.

Vbi de Melanchthone obiter dicam, quem ducé nouatores cupide sequũtur, quique multis & crassis, vt mihi sane videtur, erroribus sacrum ieiunium contaminauit, ac tantum non e medio sustulit. Primus quidem error est, quòd populus Iudaicus non habuerit certos & in lege diuina præfinitos ieiunij dies præter vnum diem septimi mensis, qui dicebatur expiationis. Nam qui tum scripturæ diuinæ, tũ rerum Hæbraicarum sunt periti, plures ieiuniorum dies Iudæis fuisse asserunt: sicut etiam ex Zacharia conuinci facile potest. Is de ieiunio quarti, quinti, septimi & decimi mensis, hoc est, vti nunc supputamus, Iulij, Augusti, Octobris & Ianuarij meminit, eorumque ieiuniorum causas, ex fontibus Hebræorum deductas Hieronymus in medium profert. Et Epiphanius inter magnum & paruum Iudæorum distinguit ieiunium, quod Rabini veteres vel quadruplex fuisse commonstrãt. Alter, est, quòd aduersus ea quę diximus temperantiã, cum ieiunio aperte confundat, & idem vtriusq; præceptum ac opus quocunque tẽpore omnibus hominibus necessariũ esse contendat: velut ieiunare nihil sit aliud, scilicet quam in cibo & potu seruare modũ naturæ corporum conuenientẽ. De hoc Euangelium loqui vult, vbi suo de ieiunio instituit Christus: id quòd nõ solum à constanti Patrũ interpretatione, sed ab ipso etiam verborum germano sensu prorsus est alienũ. Quòd si perpetuũ esse ieiuniũ debet, cur illud quęso suis, velut imbecillioribus, Dominus ad tempus relaxauit? Cur minus eos quàm Ioannis discipulos, voluit ieiunia colere, & in iis tũ versari maxime, cũ sponsus esset ablatus atque in cælum profectus? Cur etiam fida scripturæ interpres Ecclesia illud iá olim instituit, præcepit, obseruauit, vt diebus dominicis & quinquagesimæ tẽpore, quod inter Pascha & Pentecosten interfluit, soluatur ieiunium, sicut [a] Tertullianus, [b] Epiphanius, [c] Augustinus, [d] Hieronymus, [e] Cassianus, aliique plures crebrò meminerũt? Tertius porrò error, Euangelij propriũ esse ieiuniũ quod in corde pleno doloribus, animiq; mœstitia & curis occupato versatur, cũ ventriculus labefactatus, nec cibum admittit, nec potu allato frui potest. quod ieiunij genus cum sit triste, tetricum & violentũ, nihilque Spiritus aduentũ habeat, certe dici & censeri Euangelicũ neutiquàm meretur, multũque ab eo prorsus differt, quod cũ animi hilaritate atque candore coniunctũ, & ab omni fuco ac simulatione remotũ, exigit Dominus, nimirũ, vt Christianũ à Iudaico, Pharisaico ieiunio clare distinguat Quando ieiunamus, inquit Hieron. vngi caput & lauari facié præcipit Christus, vt non gloriæ hominum, sed Domino ieiunemus. Incurrunt quidé in iustorum & pœnitentiũ animos acres & acerbi sæpe dolores (de mirificis & horrendis istorũ quos fingunt, terroribus nihil dico) sed fictitiũ est, in huiusmodi mœstitia & curis atq; angoribus verã ieiunij rationẽ ponere, & nescio quã ventriculi labefactationem, vt ipse vocat, cibiq; & potus fastidium ac horrorem adesse oportere, vbi ieiunium Euangelicum est

De Melanchthonis erroribus dicantur.

In cap. 3. Matth.

Zach. 7. & 8.

In cap. 8. Zachar.

Contra Ebionæos hæres. 30.

Per. Galat. Lib. 3. de Concil. cap. 5. & 6.

Matth. 6.

Matth. 6.

a De corona militis.
b In Compendiaria fidei Catholicæ.
c Epist. 86. ad Casulanum & 99. ad Ianuarium cap. 15.
d Hieron. ad Marcellam contra Montanum.
e De institutis cœnob. lib. 5. & collat. 21. ca. 18. & 20.
Lib. 2. contra Iouinianum. Quale ieiunium Christus requirat.

cum est celèbrandum. Nullus profectò aut Patrũ, aut sapientum, qui è verbo Dei rectè iudicarunt, sic de ieiunio Euangelico est vnquam philosophatus.

Exempla Philippi de ieiunantibus Euãgelicè perpetam adducti.

Qvartvs error, dũ ad confirmandam priorem sententiã huiusmodi nobis exempla proponit: *Tale fuit*, inquit, *ieiunium Dauidis obiurgati à Propheta Nathan. Sic in Ninive ieiunarunt aliqui sancti homines audita concione Ionæ. Item Matth. 9. inquit ipse Dominus fore, vt discipuli sui ieiument, tunc cùm sponsus ab eis auferetur. Hoc modo ieiunauit & Paulus post conuersionem. Item sic pauperes familiæ propter inopiam coguntur ieiunare, ac propemodum contabescunt fame, quia desunt eis necessaria ad victum, seu res naturæ conuenientes. Sic & Agar cũ filio pene siti periit in solitudine, non habẽs aquã.* Quid autẽ hoc est aliud quæso, quàm lucem lectoribus eripere? quàm tenebras offundere? quàm scripturæ vel testimoniis, vel exemplis licenter abuti, vt omnis demũ verè ieiunandi ratio, virtus & vsus aboleatur? Multùm sanè abest, vt his exemplis colligat Melanchthon, Euangelij proprium dici ieiunium, quod tristitia, necessitas vel paupertas imponit, vt etiamsi edere velis ac bibere, propter has tamen causas minimè possis. Non enim coacta, sed voluntaria ieiunia probat Christus, & docet Euangelium, pũque omnes intelligunt, & sanctè obseruare conantur. Dauid à Nathan obiurgatus, & periclitãte filio post adulterium, ἐξομολόγεσιν in cinere & ieiunio facit, dicens, Quia cinerem tanquã panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Et, Infirmata sunt in ieiunio genua mea,] quemadmodum Hieronymus annotauit. An hoc verò est animi tantum mœroribus & angoribus cõfici, vel ex ventriculo laborare? De Niniuitis legimus, quòd seueram ieiunandi, hoc est, ab omni cibo abstinendi legem non sibi modò, sed & iumẽtis indixerint, indictámque obseruarint, qui præscriptum euersionis suæ diem, vt Augustinus inquit, ieiunio indicto euadere meruerunt. Fingat interim quæ velit Melanchthon de sanctis, quibus apud Niniuitas languerit ventriculus, & cibi defuerit appetentia. Certe si scripturam sequimur, post Regis edictum commune ac voluntarium fuit non paucorum, sed omnium ieiunium, quò veram & seriã, Deóque gratam pœnitentiam publicè declararunt, non quidem tantoperè solis animi doloribus occupati, quin ex longa etiam inedia proculdubio grauiter affligerentur. Multò verò est absurdius dicere, Paulum, qui de suis crebris ieiuniis, & non solũ de fame & siti gloriatur, aliósq; Apostolos, qui carnem suam ieiunij crebritate crucifixerunt, Euangelico ieiunio tum satisfeciſſe, cùm in maximis angoribus versarentur, vel necessitate quadam compulsi, cibo se abstinerẽt. Quis verò dubitare possit, Apostolos non minus, imò etiam ampliùs ieiuniorum arma, quibus ad acriora dæmonia superanda indigebant, per se arripuisse, quàm ad ieiunandũ alios prouocasse? Paulus certè monet cõiuges, vt relicto carnali commercio, nõnunquam orationi simul & ieiunio vacent, quemadmodum Græci codices euidenter affirmant. Tùm Corinthios vt se imitarentur adhortans: Exhibeamus, inquit, nosmetipsos in vigiliis, in ieiuniis, in castitate. Quid? quod Melanchthon, Centuriatores, aliique sectarij aduersus cõmunem Patrum sententiam dictum Christi in hãc partem insidiosè detorquent, velut suis prædixerit

2. Reg. 12.

De ieiunio Dauidis.

Psal. 101.
Psal. 34.

Lib. 2. aduers. Iouin.

Ionæ 3.

De Niniuitarum ieiunio.

Lib. de vet. & noui Testamenti. quæst. quæstio. 120.

2. Cor. 11. & 6.

2. Cor. 9.

De ieiunio Pauli & Apostolorum.

Matth. 17.

3. Cor. 7.

2. Cor. 6.

A Dominus, ieiunia non nisi ex necessitate subeunda, cùm dixit: Venient dies, in quibus auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Longè quidem aliter Patres, vt [a] Hieronymus, [b] Augustinus, vna & [c] Origenes, hoc dictum interpretantur: nec solùm illud ad Apostolos, sed ad reliquos etiã Christi discipulos, omnésque Christianos, quorum nunc ieiunandi tempus sit, volunt pertinere. Scilicet nisi aut persecutionis procella fæuiret, aut victus inopia vrgeret atque cogeret, à spontaneis ieiuniis Apostoli, vt se Euangelicos probarent, omnino abstinuerunt. Quàm demùm egregij sunt isti scripturæ interpretes, qui Euangelicum ieiunium tantùm non relegant ad mendicos, & docent ex præscripto Euangelij ieiunare omnes fame & stomachi inanitate laborantes, ac etiã desperabundos, qui summis animi angoribus molestiísque discruciantur? Quis verò laudandam cẽsuit vnquã Agar, ab Euangelico ieiunio? Agar inquam, immorigerã, procacem, fugitiuam & in solitudine vagantem Sarã famulam? Eodem iure quotquot hodie fame contabescunt, siti enecantur, frigore palpitant, imò etiam quibus pro suis sceleribus aqua & igni interdicitur, si Philippo credimus, cum Euangelicè ieiunantibus coronabuntur. Ergóne horum ieiunio reddet Pater ea, quæ Christus castè & syncerè ieiunãtibus promisit decreuítque præmia? Illósne Paulo & Apostolis sanctissimè frequentissiméque ieiunantibus æquare licebit? Non agnoscunt isti, aut certè non recipiunt quod Augustinus eruditè tradidit, discrimen inter ieiunium exultationis siue lętitiæ, & tribulationis siue tristitię: vtroque autẽ modo Christi vaticinium in Apostolorum ieiunio impletum fuisse testatur.

Matth. 9.
a Lib. 2. contra Iouin.
b Ser. 167. de tempore.
c Hom. 10. in Leuiticum.

Genes. 16.

De Agar ieiunante.

Matth. 6.

Quæst. Euang. lib. 2. quæst. 18.

Admittit tandem Philippus aliquod pædagogicum, ac sponte seu vltro electum ieiunium ac exercitium, sed quòd nihil statuit esse aliud, quàm opus voluntarium temperantiæ moderantis cibum & potum, ideóque cuique liberum, prout ætati viribúsque suis conuenire iudicat. Vbi cum Aerianis, qui statа Ecclesiæ ieiunia reiiciunt, & libera duntaxat cuique permitti volunt, Melanchthoni perpulchrè conuenit. Ex qua nimis libera & dissoluta ieiunandi ratione, si tamen in illam ieiunij nomen competere potest, illud iam effectum esse videmus, vt veteris Ecclesiæ statа & probata ieiunia nusquam magis quàm apud sectarios contempta, atque adeò de medio sublata sint, vix vt vnus aut alter velit vel audeat vllam ieiunantis speciem præ se ferre. Quanquàm Aëriani, vt arbitror, non tàm rudes fuere, vt ieiunij nomen, quemadmodum in scripturis illud vsitatum est, sola cibi potúsque moderatione, vel victu tantum sobrio contineri putarent. Postremò sic habet Melanchthon: *Vsitatum fuit in Ecclesia omnibus temporibus, sanctos conuenire ieiunos ad precandum.* O quàm frigidè, simul & quam subdolè. Longè quidem alio spectabant veterum ieiunationes, quàm vt homines ieiuni, siue vt Germani loquuntur, non sumpto manè ientaculo, publicam orationem adirent, & in Ecclesia pietatis causa cõgregarentur. Fiebant sine dubio huiusmodi cœtus piorum frequentissimi, & non solùm ad nonam vsque horam, præsertim feria quarta & pro sabbato, sicut probat Epiphanius, sed & ante solis occasum, vt in Quadragesima, non soluebatur ieiu-

Aërianorum error hodie renouatus.

In compendiaria fidei catholicæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitquin & nocturnæ vigiliæ,stationes,chameunię haud rarò ieiuniis adiungebantur. Illud omnibus temporibus fuit citra controuersiam in Ecclesia vsitatum, ieiuni vt accederent Christiani ad sacrosanctam Eucharistiam sumendam, eiúsq; rei velut ab Apostolis traditæ, & semper in Ecclesia conseruatæ satis meminit Augustinus. Cæterùm vt ieiuni semper iidem siue ad priuatam, siue ad publicam precationem conuenirent(de antelucanis veterum cœtibus,quos Plinius etiam agnouit, nihil hic dicimus) id verò Melanchthon doctis nunquàm persuadebit. Nũc audi demùm perorantem apud suos discipulos Melanchthonem: *Tantùm vos ad ieiunium primi generis adhortabor,id est, ad temperantiam seueriſsime mandatam à Deo omnibus hominibus, ne in comeſſationibus,helluationibus certaminibúsque poculorum vitam degamus.* Atque hoc est scilicet, ad ieiunium Euangelicum adhortari, helluones & bibones ad temperãtiam reuocare, ebriosis immoderatũ bibendi vsum dissuadere, Danis,Saxonibus Vvestphalis & Aquilonaribus, ne tantoperè poculis inter se concertẽt, corpúsque & animam potando perdant,concionari. Hoc est,inquam, Annam illam viduam imitandam proponere, quæ non discedebat è templo, ieiuniis & obsecrationibus die ac nocte seruiens. Itáne Christus docuit temperantiam duntaxat adhibendam,cùm præter orationem exegit ieiunium ad acriora dæmonia superanda? Bone Deus,quantopere isti à Prophetarum exemplo distant,qui diuino spiritu afflati,plenis(vt aiunt) buccis clamitarunt, vt homines nõ solùm à viis malis recederent, sed fructus etiam pœnitentiæ dignos agerent, ac in primis ad offensum Dominum in ieiunio , fletu & planctu conuerterentur . Credo equidem Iudæos ac Ethnicos rectiùs de eo, quod sæpè diximus, iudicaturos; inter temperantiam nimirum & ieiuniũ permultùm interesse,& hoc illi antecellere. Verũ posteà de veterum ieiuniis & vitæ disciplina tùm vberiùs,tum opportunius disseretur. Vnde illud quoque constabit, Philippum falsò fingere, quòd Ecclesia in genere tantùm præcipiat temperantiam, nullasverò ferat leges,sed vnum modum ieiuniorũ præscribat. Qui rursus in eo miserè fallitur, quod ad solã temperantiã referat Christi dictũ:hoc genus dæmoniorũ non eiicitur nisi in oratione & ieiunio.

Epist.118. ad Ianuarium.

Epistola ad Ianuarium.

In cap. 6. Matth.

Quam frigide ad ieiuniũ nouitii Doctores hortentur.

Luc 2.

Matth.17.

Prophetę vrgent pœnitentiam, non sectarij.

Ezech.18. Hierem.18. Matth. 3. Apocal.2. Ioel.2.

In locis com. C. de mort. carnis.

Vt autem præclarum Christi dictum ab istorũ iniuria vindicemus, repetenda nobis est historia Euangelica, & ex Patrum iudicio simul illustrãda. Parẽs afflictus,cuius filiũ sæuissimus dæmõ penitus occuparat,grauiterque torquebat,ad Apostolos cõfugerat, illorũque opẽ præsentẽ imploranerat præsertim cũ ignorare nõ posset,quòd iidẽ aliis in dæmone superãdo atque profligãdo sæpè profuissent. Cũ ergo Apostoli quòd rogati erant, beneficiũ præstare filio,tum úlq; patri tàm anxio gratificari vellẽt, id præter opinionẽ solitúmq; morẽ illis euenit,nihil vt possent efficere , sed omni sua spe depellendi dæmonem frustrarentur.Vnde ad Christũ veniunt percunctantes : Quare nos non potuimus eiicere dæmonium? Respondet illis inter alia Dominus: Hoc genus non eiicitur nisi per orationem & ieiunium. Quo dicto subindicat summa sapientia, dæmones alios aliis ad nocendum homini vehementiores,ac ipsis exorcistis ad expellendum aliquãdo difficiliores esse. Commonstrat etiam, variis quidẽ modis artes & vires sathanicas disiici atque propulsari, nec solam fidem ac fidelem orationẽ ad quoslibet dæmones eiiciendos valere, sanctisque sufficere posse. Commendat præterea ieiunium , quod cum oratione coniunctum , certam & expeditam præbeat armaturam ad infestissimos& nequissimos dæmones, ex homine depellendos abigendósque. Qua de re Patrum sententiæ, quicquid Philippus obganniat,sunt haudquaquam obscuræ. Oportet, inquit Theophylactus , & illos ipsos dæmoniacos maximè ieiunare, & eos qui illos sanare volunt.] Videte charissimi(sic enim in hæc verba scribit Augustinus) quanta sit ieiuniorum virtus, vt id facere ieiunia valeant , quod Apostoli nequiuerant.] Et alibi monet,ob hanc Christi sententiam arma,orationem & ieiunium , aduersus dæmonum nequitiã assumẽda esse.Ambrosius inde colligit, energumenum non nisi ieiuniis à Diabolo posse purgari . Tũ Hieronymo teste docuit hic Dominus,acriora dæmonia non nisi oratione & ieiuniis posse superari. Rectè igitur Leo magnus concionatur:Inter maxima sancti Spiritus dona numerãdum est, quod nobis aduersus illecebras carnis & insidias diaboli ieiuniorum sunt collata præsidia, quibus omnes tentationes DEO adiuuãte vincamus.] Philippus igitur dum hoc loco temperantiam ieiuniũmque confundit , non vno neque simplici tenetur errore. Primum enim in Apostolos peccat , quos de intemperantia suspectos reddere omnibus mauult, quàm suam ieiunio laudem Christi oratione firmatam tribuere . At in confesso est, Apostolorum in omni vita frugalitatem,continentiã atque paupertatem sub tali magistro non vulgarem fuisse. Deinde Philippus propriam ieiunij virtutem ac efficiẽtiam,quòd nempe contra dæmones valeat, vel malignè subticet, vel inscitè negligit hac sua nimium ieiuna interpretatione,quę nõ solùm ieiunio Christiano detrahit, sed & suis armis,atque,vt Ambrosius vocat , inexpugnabili muro Ecclesiam priuat, ac duntaxat Sathanæ regnum virésque confirmat. Pulchrè autem à Bernardo dictum est,Sicut oratio sanctificat ieiunium , sic vicissim ieiunio roborari orationem, cui præterea ieiunium deuotionem & fiduciam subministret.

Patrũ de pręsenti loco sententiæ.

In 17. Matt.

Serm.65. de temp.

Serm.250.

Serm.25. Lib.2.contra Iouinianum.

Serm.2 de penitentia.

Quot modis peccet Melanchthõ circa locum adductum.

Serm. 20. Serm.4. de quadrages.

NVNC vt eò redeat,vnde defluxit oratio,aduersus Bucerũ demonstratum est,Ioãnis victum ad solam temperãtiam vel sobrietatem nõ posse referri, sed suam illi laudem à ieiuniis vitæque seueritate egregiè constare,nullúmque esse dubiũ, quin idem pœnitentiæ præco seueriſsimè sunm castigarit corpus,& diuturnam crebrámque inediam sua sponte & ipse susceperit, & à Discipulis postularit . Erant enim discipuli Ioannis ieiunãtes,vt Marcus expressit. Nil verò mirum, Ioannis pias exercitationes & religiosæ vitæ seueritatem omnem à Bucero negligi atque laxari,cùm iuxta vetus prouerbium , quiuis apostata sui sit ordinis persecutor,illéque à sancto patre Dominico, & piis fratribus, qui per crebra ieiunia Deo placuerunt, perfidè desciuerit. Ac frustra interim sperat his artibus oculos cornicum, vt aiunt,configere,& Ioannis eleuare virtutẽ, Euãgeliúmque deprauare. Quicquid enim contendat, negari nullo modo potest,peregrinum, insolẽtem, & nulli propemodum imitabilem Ioannis vitã nobis ob oculos proponi, eámque non modò tum Euãgelistarum,sed & Angeli & Christi, vt sæpè diximus, testimoniis valde commendari.

Ioannem cum suis pluribus sobriè viuisse, contra Bucerũ comminiscitur.

Luc.1.

Marci 2.

HABVE-

HABVERINT verò in delitiis Parthi locustas: quid? ergóne suspectam isti Ioannis continentiam reddẽt,velut qui cutem curauerit magis, quàm delitiis in cibo & potu sponte sua caruerit? Vtantur, fruantur suis etiam locustis Æthiopes: inde colligi non statim fas est,eandem esse locustarum rationẽ in Palæstina. Certè nihil negotij habet Baptista cũ re culinaria,curáque domestica,vt suas locustas fumo & sale duratas in annua seruet alimenta . Beza vt & ipse noui fingat aliquid , sibi non displiciturũ ostendit, si pyra syluestria pro locustis accipiantur, atq; ita ἀκρὶδας pro ἀκρίδας legatur Strigelius in hunc modum loquitur : *Locustæ vsitatè cancros significant,quibus non licebat vesci populo legis. Consentaneũ est autem,Ioãnem vsum esse rebus obuiis,ad Iordanem,vbi piscatores ei cancros dabant , quos alioquin non vendebant.* Vides hic non malè Strigelio cum Centuriatoribus conuenire: etsi ab Illyrico in plerisq; dissentiat maximè. Tum citat ac probat illorum sentẽtiam Lossius, qui locustas maximas,hoc est, cancros oblongos,quarum magnam copiam dicit esse in Iordane & vicinis locis,intelligunt. *Est & valde verisimile*,inquit,*Ioannem vsum esse cancris,qui nostris non dissimiles, & quibus non licebat Iudæis vesci.* Adfert etiam hanc ipsam interpretationem Chytræus , vt per locustas cancri intelligantur,quos in lege vetitos,ideóque à piscatoribus in ripa Iordanis abiectos comederit Ioannes, vt hoc ipso esu cibi in lege prohibiti testaretur,cęremonias Mosaicas omittendas esse.Demũ nostri Magdeburgici vix modicè quidem attingũt locustas, quatenus hoc est terrestre animal : multis autem modis contendunt, vt locustas in cancros transmutent , & cibum hunc Ioanni contra legem obtrudant,familiarémque faciant.

De locustis Ioannis quid sentiant nouatores.

In 3. Matth.

In 1. Marci.

In 3.cap. Matth.

In cap.3. Matth.1

De melle syluestri Ioannis quid sentiant aduersarij.

ITA & mel sylueſtre Ioanni non relinquunt integrum nouatores, dum fingunt in arido sterilique deserto ingentẽ delicati mellis Ioanni copiam suppetiuisse,nihilque volunt hoc commune habere cũ agresti melle,quod tamen ab agrestibus apibus tali in loco confici, ac propriè quidem sylueſtre dici à Patribus iudicatur . Non habuit domesticum mel, & humana diligentia percolatum,sed sylueſtre, vt disertè meminit Origenes. Isidorus , quem paulò pòst citabimus,mel hoc à sylueſtribus apibus confectum,& amarum esse testatur. Ex Chrysostomo etiam discimus , id ipsum mel non aliunde colligi, quàm ex sylueſtribus apibus, quæ floribus insident, ac rorem maturantes aluearibus immittunt. Tùm alibi monet, hoc mel non domesticũ, sed sylueſtre inter feras & bestias , non in domo à Ioanne sumptum esse. Euthymio teste mel idem in petrarum scissuris ab agrestibus apibus conficitur , quod & amarum,& insuaue nuncupat. Quid? quod fatetur Pellicanus, hoc mel agreste videri , quod ericæum vocat Plinius , vile quidem illud & inter genera mellis minime probatũ : quod pòst primos autumni imbres cõuehitur,cùm erica frutex sola floret in syluis,ob hoc arenoso simile. Sed aliter Caluino & Marlorato visum est, à quibus magistris tam suauibus, nihil durum vel asperum expectes licet, quod ad corporis vexationem afflictionẽmque faciat. Mirum & illud sane, quod multis etiam incredibile videatur, mel sylueſtre hoc loco, si Lossio credimus, dici quod in Pharmacopoliis vocant manna, & in medicinis conficiendis vsum habet. *Est autem, vos cæleſtis* , inquit , *qui decidit in arbores in illis locis à ripa Iordanis, & coagulatus, velleribus excipitur , & in pellibus colligitur.* Audio equidẽ quid hic dicat Lossius, quid verò in rem præsentem probet,nõ video: neque nunc in medico , sed in Theologico campo versamur. Apud Patres tale nihil extat, nec videri quidem potest verisimile,mel sylueſtre Ioannis genus aliquod medicamenti fuisse, quale nunc in pharmacopoliis reperiatur. Quis credat eum , qui ne pane quidem vescebatur , hoc dulce & delicatũ pharmacum in vsu quotidiano habuisse? Verùm vt hoc maxime concedatur,quod fingitur: tamen sua Ioanni laus integra cõstat:nec aboleri potest,quàm summo consensu scriptores omnes illi deferunt, à victus austeritate, vitæque continentia , prædicatio singularis. Ita quod Strigelius è Suida probare conatur, hoc ipsum sylueſtre mel ex arboribus colligi & manna dici, lõge quidem petitum & illud est, & coactam magis, quàm commodam habet interpretationẽ. Æque frigidum & friuolum est Chytrei commentum, qui hoc loco mel sylueſtre dici censet mel roscidum,non factum ex apibus,sed copioso rore distillante de cælo circa Libanum . Ad quam rem probandam nobis testem Diodorũ Siculum citat. Verũ ex hoc scriptore nihil omnino, quod ad mel sylueſtre Ioannis faciat, petere licet: nèque tutum est nouatoribus magis, quàm veterib. Theologis fidere, è quibus rectiſsimè dixit Theophylactus, mel agreste hic accipi, quod à feris apibus conficitur, & in arboribus ac petris inuenitur.

In Luc.hom. 11. Hom.56.ad populum Antioch. Hom.in 2. Matth. In 3.cap. Marc. In 3. Matth. Natur. hist. li.11.c.16.

In harmonia Euangel. In 3. cap. Matth. In 2. Marci.

In ripis Iordanis abiectos comederit Ioannes.

In eũdem locum.

In cap.3. Matth.

RELINQVAMVS igitur istorum coniecturas, aut nugas potius,vanásque & ridiculas commentationes, quæ ad Ioannem deformandum , non ornandum spectant.Existimemus hos nouæ doctrinæ professores nõ procul distare ab antiquis illis Ebionæis, qui vt Matthæi Euangelium adulterarent, cibũ Ioannis tale mel sylueſtre finxerunt,cuius sapor cum ipso manna conueniret, sicut & ἐγκρίδες pro ἀκρίδες mala fide suppoſuerunt: quam illorũ fraudẽ Epiphanius indicauit.Neque turpiter à tam sanctis quàm eruditis & probatis Theologis discedamus,qui singularem sanctámque vitæ Ioannis austeritatem ab istorum calumnia vindicarunt , eiúsque non modò vestitum, sed victum quoq; horridum comprobarunt. Quã temerè autem assumunt ad pertexendam suam de Ioanne fabulam, locustas (escam Ioannis) speciẽ esse cancrorum , genúsque marinorum piscium? Quasi verò Ioannes in tã dura incultáq; vita,qui neq; pane vescebatur , & semper erat abstemius, pisces etiam habuerit in victu quotidiano. Sed quibus historiis, quibus Patrum sententiis, qua scripturarũ authoritate id astruunt, quod per se quidem nullam habet probabilitatem? Coniectura tantùm,vel potiùs vanissimo figmento nituntur Centuriatores. Ioannem scilicet in colligendis huiusce modi piscibus vel cancris , quos Iudaici piscatores abiiciebant , occupatum ac distentum fuisse. Cur autem vt collectorem & comedonem cancrorum seu piscium , sic & piscatorem illũ non faciunt? quod munus haud certè minus honestũ , & præcipuorum quidem Apostolorum exẽplo similius poterat existimari . Addit verò Strigelius, ne & ipse parum acutus videatur esse cõiector, piscatores Ioanni donasse cancros,quos alioquin nulli vendebant.Sed relinquamus hæc friuola cõmenta nugatoribus,tantóque viro digniora,simul & veritati congruentiora queramus.

In capus 3. Matth.

Contra Ebionæorum hæresi 30.

Ioannis locustas cancros non fuisse.

Matth.4.

Lem.1. li.2. pag.364.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PERTINET ad illum certè, si ad vllum alium eremi amatorem, prophetica sententia, sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. Vnde turturem illum facit Theodoretus, de quo intelligit illud, Vox turturis audita est in terra nostra, quoniam Ioannes velut turtur solitarius, ab omnibusque remotus, vel sicut alibi legimus, tanquã passer solitarius in tecto, vixerit. Vbi dubitandum nõ est, quin Ioannis studium & negotium in otio summo & sanctissimo tale fuerit, quale Ioannes Abbas, etsi longè quidem hoc inferior, in eremo sibi familiare fuisse suis ipse verbis ostendit. Si quis, inquit, secretis eremi delectatus, obliuioni tradere potuit humana consortia, ac secundùm Hieremiã dicere: Et diem hominis non desideraui, tu scis: ego quoq; id, Domino suam gratiã largiente, vel assecutum, vel certè assequi annisum fuisse me fateor. Itaque pio Domini nostri munere, memini me in huiusmodi raptum frequẽter excessum, vt obliuiscerer me sarcina corporeæ fragilitatis indutum, mentémq; meã ita omnes exteriores sensus subitò respuisse, & à cunctis materialibus rebus omnimodis exulasse, vt neq; oculi, neque aures meæ proprio fungerentur officio: & ita diuinis meditationibus, & spiritualib[a] theoriis animus replebatur, vt sæpè ad vesperam cibum me percepisse nesciré.] Hæc ille Ioannes, vir probatus & senex anachoreta, non minus verè quã liberè de se ipse, sed sine arrogantia, loquitur apud Cassianum. Quicquid autem de se ille prædicat aut prædicare potest, nihil est dubiũ, quin idem in Baptistam nostrum rectissimè competat, nisi quòd hic illum, veluti præceptor discipulum, miles tyronem, vir puerum in omni diuinæ cõtemplationis, & virtutis genere longè superauit. Fuit & alius anachoreta Moyses, quem hactenus Ioanni conferre licet, quòd adeò victus curam omnem abiecerit, vt frequenter cibi etiam appetitũ respuerit prorsus, dilata in duos vel tres dies refectione, ac interea ne memoria quidem vllius edulij mentem eius interpellauit. Quin & grauiùs se somni cibique fastidio quã soporis & gastrimargiæ colluctatione periclitatum fuisse testatur.

QVO minus ferendum est istorum figmentum, qui volunt hominem sanctissimum ex vasto planè deserto, ex contemplatione suauissima, ex otio maximo ad littus maris toties procurrisse, & ad colligendos parandósque pisces descendisse. Nec alios quidem pisces vel expetiuit scilicet, vel admisit bonus Ioannes, quàm quos lege diuina vetitos aliis esse sciret: eos duntaxat à Iudaicis piscatoribus vel abiectos, vel donatos edebat. Atque hoc demũ est, istis censoribus, Euangelium illustrare, & sicuti pollicentur, historiam summa fide contexere: cùm interim pro luce fumos, pro auro carbones, & proveritate meras nugas vẽditent imperitis. Quis autem doctus ac sapiens, cùm Ioannis recensuit, aut secũ expendit historiam, de cancris vnquã vel per somnium cogitauit? Sed enim isti, quem sobriũ magis, quàm studiosè austerum & abstemiũ videri volunt, hunc & cancris & piscibus victitasse concludunt, & nescio, elixóne magis an assos intelligant. Fallunt crassi homines, falluntur, si ex se palatóque suo, seu pro more Saxonico, victum Ioannis tenuissimũ metiuntur. Quid? quod eadem addunt prudentia, Ioannem vel in hoc Euangelicum fuisse, & libertatem suam Euangelicam demonstrasse, quòd contra A legis præscriptum locustas edere minimè dubitaret. Præclarum sanè inuentum Euangelicorum, & dignum, vt aiunt, patella operculũ. Non solùm Euangelici, sed & Ioannis imitatores fortasse cupiunt agnosci, cùm pro sua libertate, quam vocant, Euãgelica nullum ciborum delectum agnoscunt, cùm nullam Ecclesiæ legem de cibis, nullum de ieiunatione præceptum admittunt, cùm receptã de Quadragesima sancta consuetudinem & Apostolicam traditionem abrogant, cùm denique in victu quicquid libet, id etiam sibi suisque licere arbitrantur. Faciebant idem sanè iam olim Aëriani, & non dissimili arte suam tegebant & excusabant intemperãtiam, cui vt speciosum Christianæ libertatis nomen vulgò imponerent, sic ratiocinabantur: Iusto lex nõ est posita: si omnino volumus ieiunare, qualemcunque eligemus diem, & propter libertatem ieiunabimus. Quos verò ieiunationum dies præscribit Ecclesia, eos ad Iudaismum & iugum seruitutis referebant, Epiphanio teste.

QVIS verò aduersariorum in sacris literis ita ludentium, & Ioannis exemplo ad carnis lasciuiant, Ecclesiæque contemptum abutentium stoliditatem non miretur, non rideat, planéque contemnat? An quisquam est in sacra historia, qui istorum luxuriem, intemperantiam, ingluuiem voracitatémque aut iustiùs incuset, aut fortiùs vehementiúsque retundat, quàm hic idem Ioannes? Certè si [a] Basilio credimus, Ioannis vita vnicum & perpetuum ieiunium fuit, qui & secundum [b] Athanasij sententiam pane sibi interdixit. Imò quem Gregorius Nazianzenus [c] non modò alumnum solitudinis, sed & nullius cibi hominem vocat. De quo itidem apud [d] Clementem Alexandrinum ita legimus: Matthæus Apostolus seminibus, baccis & oleribus absque carnibus vtebatur. Ioannes autem continentiam vlteriùs extendens, locustas & mel syluestre comedebat.] Et Augustinus contra Faustum disserens, [e] cùm proposuisset illud Euangelicum: Venit Ioannes neque manducans, neque bibens: apertè concludit, eum neque panem, nec olera, neque quicquam aliud quàm locustas, & mel in esu, & aquam in potu habuisse. Tùm præceptor huius Ambrosius cùm alibi hæc verba citasset, Esca eius locusta & mel syluestre, hoc statim adiecit: ET ideo quia vitæ humanæ possibilitatem continentia supergressus fuerat, non homo, sed angelus existimatus est.] Quàm verò inclementer & atrociter isti tractant Ioannem, cuius adolescentiam nunquam satis laudatam, & ætatem omnem innocentissimè sanctissiméque iuxta legis diuinæ præscriptum transactam, hoc fœdo crimine audent commaculare, quòd volens ille ac sciens veritis à Deo damnatisque in lege cibis fuerit per quandam intemperantiam vsus? Quis pius, quæso, hanc vel criminis suspicionem ferat in illo, qui ab omni etiã concesso tunc edulij potúsque genere, locustis & melle syluestri duntaxat exceptis, tàm sedulò & rigide sese abstinebat?

SED comedit locustas, inquiunt, pro Euangelica libertate. Ne sic quidem aspersam semel inobedientiæ labem abstergere, & Ioanni obiectum vitiũ satis excusare possunt. Primùm enim Euangelicæ libertatis vsus nec Ioanni, nec cuiquam alij competebat, cùm vigeret adhuc lex Mosaica, non per Ioãné, sed per Christũ abolenda, cúmque Euangelium nondum

Ioannis cum aliis ecclesiæ collatio. *Ephrem. 3.*

Cass. 2. & ibid. Theodoret. psal. 101. Cassianus collat. 19. ca. 1. Hieron. 17.

Exemplũ Ioãnis Abbatis memorabile.

Idem Cassianus collat. 2. Abbat. Moisi. cap. 17.

An Ioannes piscem quæsierit & acceperit à piscatoribus Iudaicis.

Cent. 1. li. 1. cal. 19. & alibi.

An Ioannes in vicem sit vitæ Euangelicæ liberatus.

Cent. 1. lib. 2. col. 503. Ibid. col. 377.

Epiphan. contra hæresi. lib. 3. tom. 1. Liberti. 75.

Aeriani ideo ab Ecclesiæ ieiuniorum cultu oppugnati.

Oper. imper. in Matth. hom. 3. Marci 2. Luc. 5. Luc. 1.

Quàm rigide Ioannes ieiunarit.

a Sanctus de ieiunio.

b In Scholio in quæstiones ad Antiochum 77.

c Orat. 29. de Lauda. d Lib. 3. pædag. cap. 1. e Lib. 16. contra Faustum cap. 31. De Elia & ieiunio. c. 8.

Redarguitur vana in eo libertas, quòd Euangelici, non ni fabo abstinuerint.

nondum esset publicè palámque enũciatum. Quare maximus Apostolorum Petrus, etsi sanctum in Pentecoste spiritum vbertim accepisset, tamen ausus non est statim cibus quibuslibet vesci, sed vetitis in lege sibi diu interdixit, idque tantisper fecit, donec in Ioppe diuinitus admonitus disceret. Iá adesse tempus, quo ipse cum Christianis reliquis, neglecto legis præscripto de mundis & immundis escis, noua in edendo libertate legitimè vteretur. Deinde probari non potest, Ioannem virtutis omnis vitiorum exemplar in his, quæ ad legis etiam cæremonialis honestæque disciplinæ obseruationem spectant, vel sibi, vel suis aliquid indulsisse. Multis Hieronymus probat, & rectè quidem, Apostolus ad CHRISTI mortem vsque iuxta legis ritum vixisse, ac tunc primùm Euangelium dedicatum fuisse. Quantò magis igitur de Ioanne statuẽdum est, quòd legis ritus & ipse seruarit? sicut Chrysostomus etiam apertè confirmat. Quin potius quòd lex non exigebat discipulis fuit author ad frequẽtes & ieiunationes & preces instituendas, vt postea docebimus. Adeóque nullus vitam suam (vt credere fas est) ad normam diuinæ legis accuratiùs conformauit, quàm sanctorum parentum sanctior hic filius, qui cùm non minus ac illi iustus esset ante Deum, in omnibus mandatis & iustificationibus Domini, sine querela incedebat.

AD HAEC non parum in eo multi hallucinantur, quòd asserunt, & cæteris etiã persuadere volunt, locustarum vsum in diuina lege Iudæis omnibus vetitum fuisse. Aliter enim nos docet caput vndecimum Leuitici, vbi plura locustarum genera enumerantur, & earum vsus populo Dei concessus, non interdictus legitur. Sic autem inter cætera lex præcepit. Quicquid ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retrò crura, per quæ salit super terram, comedere debetis: vt est bruchus, locusta, & quæ sequuntur. Vbi animaduersione dignum puto, locustam (Hebraicè arbeh nominant) de pisce marino non posse accipi, quicquid isti demùm somnient, sed inter animalia terrestria, quadrupedia & salientia locustam diserté numerari, ac pro cibo mundo ad victum populi communem admitti. Id quod Procopius etiam annotauit. Euthymius verò, etsi varias de his locustis refert sententias, tamen hoc etiam adiungit: Dicunt locustas insecti genus, vsque ad hodiernum diem in illis (Iudææ) partibus plerosque illud edere fumo siccatum, & ipsum inter animalia munda legislatorem annumerâsse: habere autem grauem odorem malúmque gustum.] Omnem verò de locustis dubitationem tollit nobis Chrysostomus, quando ita docet: Locustæ sunt volatilia quidem munda, tamen parua, & non satis in altum volantia, quæ manducabat Ioannes constitutis in deserto.] Et rursus alibi: Locusta animal paruum est, & inter volatile & reptile mediũ. Neque enim à terra satis tollitur, quia si paululùm eleuatur, non tàm volat quàm salit: & cùm se à terra paululùm eleuauerit, iterum pennis deficiẽtibus cadit in terram.] Sed & Origenes hoc animal paruulũ & mũdum appellat, atque ita describit, vt sit volucre non grande, non in sublime se eleuans, verùm volucre parum, & vix à terra consurgens & saliens potiùs, quàm volans.] Quid quæso de locustis dici apertius queat? Tùm Ambrosius hoc insecti genus vetustè designat, locustas nominãs ad fructum inutiles, ad vsum laboris inertes, ad tactũ fugaces, vagas saltu, oréque stridulas esse.] Alibi de illis testatur, quòd cum agmine cõferto regionis occupauerint latitudinem, innoxio primùm ferãtur habitaculo, nec fructus inhospitali decursione depascantur, nisi diuinę signum præceptionis acceperint, sicut in Exodo legimus, quòd cælestis offensionis vltione exequerentur. Errant igitur nouatores, qui de nescio quibus canceris, ac non potiùs de volucri, quòd in deserto saliebat, & adhuc in Palæstina notum est, hoc locustarum nomen in Euangelio interpretantur. Hieronymus certè, quo vix quisquã alius, Palæstinam rectiùs nosse queat, sic de locustis Ioannis differit, vt earum nubes per desertum, & calidam eremi vastitatem scribat reperiri, & iis Orientales Lybiæ populos vesci. En tibi locustas & earum nubes volantes, quæ cancri esse non possunt, nisi volantes etiam cancros isti velint fingere. Tùm idem Hieronymus in Ionam scribens, & de Ioannis locustis faciens mentionem, ita suam profert sententiam, vt vix quicquam dici possit luculentiùs: Locusta, inquit, animal paruum, infirmas habens alas, & de terra quidem consurgens, sed altiùs non valens auolare, vt plus sit quàm reptile, & tãmen auibus nõ exæquetur.] Et rursus ad Marcellã: [a] Cibi displicent viliores? nihil vilius est locustis.]

ATQVE vt maximè concedamus, locustas pro piscibus marinis dici aliquando, est enim eiusdem nominis pisces, qui cum polypo & Murena inimicitias graues gerit, vt scribit Ælianus: tamen hanc significationem minus vsitatam, ac in Palæstina fortasse prorsus incognitam, neque scripturis accommodatam esse dicimus; vt verò ex nomine ἀκρίδας marinos pisces, aut cancros faciãt, doctis comprobari posse pernegamus. Vtebatur Ioannes locustis, vt cibo vilissimo, & qui ne pane quidem vesci solitus erat, & victus austeritate gaudebat, cancros fluuiatiles, vt potè cibum potentiorum, adeò sibi ad victum quotidianũ non indulgebat, vt probabile sit illum tota vita nec attigisse eos, neque conspexisse. Quamobrem ista noua minúsque recepta opinione plus valere debet communis & scripturæ locutio, & Patrum interpretatio, vt de volucri seu animali terrestri, sicut & [b] Aristoteles & cum [c] Solino Plinius hoc nomen vsurpant, intelligatur. Neque temerè notauit [d] Augustinus, vt in scripturis discutiendis est diligentissimus, Ioannem apud Euãgelistas à victu ita probari, vt quiuis esus piscium excludatur, qui ad delitias comparari possit. Ioannes, inquit, præcursor Domini locustis in eremo & agresti melle nutritur, non animalium carnibus, non volucrum suauitatibus pascitur. Poterat vtique iuxta Iordanem positus piscium sibi exhibere delitias: sed pœnitentiam prædicaturus rigorem ieiunij exemplo suo magis debuit & factis ostendere, quàm voce.] Indicat igitur alibi, Ioannem non modò à carnibus & piscibus, verum etiã ab oleribus & pane abstinuisse: ne si secus faceret, voce potius, quàm opere & exemplo rigidi ieiunij perfectæque pœnitentiæ doctor esse videretur. Ad quam rem comprobandam pulchrè Danielis coniungit exemplum, qui vir desideriorum appellatus, inquit, quia panem desiderij non comedit, & potum concupiscentiæ non bibit, quia magis Christum, quàm epulas desiderabat.]

In Leuiticũ. In cap. 3. Matth.

Opere imper. in Matt. hom. 3.

Locustæ Ioannis à patribus accipi pro teretri volucri. *In Marc. hom. 2. Hom. 11. in Lucam. c. 10.*

Lib. 2. in Lucam. cap. 20.

Lib. 5. Exameter.

Exod. 10.

Hieronymi de his locustis sententia.

Lib. 2. aduersus Iouinianum.

In cap. 4. Ionæ.

a De egrotan. Blesille. Locusta Ioãnis pro piscibus & cancris perperam accipiuntur.

b Lib. 5. de nat. animal.

c In polyhistor. li. 6. ca. 30. & lib. 11. cap. 29.

d De tempore serm. 65. Ioannes & à carnibus, & à piscibus abstinet.

Dan. 9. & 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Locustæ pro herbis dictæ nonnullis.

PRAETEREA ne locustas Ioānis in cancros cōnertamus, Patrum illorum sed pancorum minus recepta prohibet sententia, qui neque terrestre, neque aquatile animal hīc significari, sed herbas tantum, aut fruticum extremitates hoc nomine contineri arbitrantur. Athanasius enim Alexandrinus, Locustæ, inquit, non animatæ, sed herba sic dicta. Et post citatos aliquot scripturæ locos hæc subiicit: Sicut Amigdalus non est caro, & capparis herba est, sic locusta quæ crescit in campo & prato. Ioannes enim si panem non comedēbat, multò minus carnem.] Tum extat Isidori Peli, qui non vulgariter est eruditus, epistola, vbi de locustis disserit, easque ἀκρεμονες hoc est, germina herbarum, aut stirpium vocat. Mel verò syluestre confectum ait ab apibus agrestibus idque amarum. Quibus rebus inquit, ostendebat Ioannes magnam corporis χαῦνωσιν hoc est, alterationem, seu mutationem: fame & asperitate omnem corporis appetitum πικραίνων, hoc est, vt ita loquar, amaricans.] Habes iam Athanasij & Isidori sententiam, si eam sequi lubet: vt quas habuit locustas Ioannes, natiuum haud dubiè tenuémque cibum, nulla arte conditum, eas pro herbæ genere, vel quibusdam radicibus, sicut Pantaleon diaconus intelligit, posis interpretari. Nec aliter quidem sentit Euthymius. E quibus omnibus abundè constat, à genuino Euāgelij sensu eos procul discedere, qui Ioanni victum & vestitum communem, vsitatum & moderatum potius quàm peculiarem, peregrinum, incultum, rigidum & austerum adscribunt: qui præterea locustas eius pro cancris marinisue piscibus duntaxat exponunt, & qui demum qualemcunque cibum Ioannis ad legis contemptum Euangelicæque libertatis prætextum studiosè aut potius malicioſe detorquent.

In Scholiis noui Testamenti.

In epist. ad Timotheum.

De luminibus sanctis.

In 3. Matth.

Lossius de locustis Ioannis quomodo philosophetur.

QVA DE re locum adhuc vnum ex nouatoribus repetam, planius vt fiat, qua fide isti nobis Euangelium tractent. Proponit hanc sibi quæstionem Lossius, quare Ioannes locustas seu cancros edit, quibus lex Iudæis vesci prohibeat? Respondet in hunc modum: *Primùm vt libertatem Christianam ostenderet, de qua inquit Apostolus: Nemo vos iudicet in cibo aut potu. Deinde vero, vt testaretur, iam esse finem politiæ Iudaicæ: & cæremoniarum veteris Testamenti, quæ typus Christi iam exhibiti fuerunt.* En quàm seriò triūphat gloriosus hic miles de locustis Ioannis, & iacto vanissimo fundamento, libertatem, quam vocat, Christianam, vanius inde construit atque firmat. Iubet Paulus delectum ciborum Iudaicū negligi, ne Christiani ex legis Mosaycæ præscripto victus rationem obseruēt, sicut Augustinus, Chrysostomus, aliique Patres interpretantur. Quid hoc quæso facit ad vitæ licentiam excusandam, qua nostri sectarij omnia ferè legum vincula de sanctæ continentiæ abstinentiæque virtute perrumpunt, ac Ioannem demum eò redigunt, vt non Euangelicæ, sed carnali, ne dicam hæreticæ libertati vel inuitus debeat patrocinari? Errat in eo etiam, quod politiæ Mosaycæ & legis cæremonialis finem hunc fuisse monstret, cum suum Christus officium nondum absoluisset, quemadmodum sequens caput pluribus declarabit.

In quæst. super Euang. de natiuit. Ioannis Baptistæ.

Excutitur Lossij sententia.

Tit. 1. Coloss. 2. Contra Faustum lib. 32. cap. 4. Hom. 7. in Epist. ad Coloss.

Errotis autor de locustis Ioannis fictitius.

AT MINVS miror hīc falli Lossium: sequitur enim cum plerisque aliis cōmunem præceptorem suū Philippū, quem nouæ opinionis de locustis sau-

A thorem esse non putaueram, nunc que primum deprehendi. Nam vbi de Ioanne concionatur, ita scribit: *Quia erat in deserto, yes ita ferebat, vt victus esset fordidior.* Quid audio? Nō igitur sobrius tantùm ac moderatus hic erat victus, vt alios fingere diximus: sed errat tamen in eo Philippus, quod fordidiorem hunc victum, quem ciuilis homo satis fordidè, & parum Euangelicè Ioanni tribuit, ad fortunam ac necessitatem, nescio quam potius, atque ad liberam eius electionem, referre conatur, nimirum vt singularem virtutis rationem & laudem viro sancto debitam tacitè adimat. Res ita ferebat, inquit, vt victus eius esset fordidior. Id enim est perinde ac si dicas, Israëlitas aliquando, cum ita ferret res, ac postularet necessitas, fordidiore victu fuisse contentos, vt potè asinina carne, & stercore columbaceo. Quis autem illis laudi vertat, aut ex virtute profectum censeat, quòd illi victus penuria, & famis necessitate, hostiúmque Syrorum obsidione compulsi, ac prorsus inuiti fecerunt? Sed addit Philippus: *De locustis ego arbitror, vt contra legem fecit Ioannes, quod discessit à templo, ita contra legem de cibo feciſſe.* Non adeò magni refert, quid sentias & fingas Philippe: at qui nouam opinionem probes, id verò etiam atque etiam prudentes expendent. Nunc tu falsum ex falso colligis dum ex eo contendis Ioannem contra legem de cibo feciſſe, quia & contra legem à templo discesserit. At qui non discessit à templo, vt sequenti conuincemus capite, quicquid vos etiam haud sine fraude confingatis: nulla igitur causa est, quamobrem homo diuinæ legis obseruantissimus, in victu etiam contra legē venisse credatur. Sed iam causas adfert aliquas, vt probet nobis Ioannem contra legē de cibo feciſſe, nimirum vt ostenderet finem esse politiæ Iudaicæ, & Euangelium ad gentes quoque pertinere, & tolli discrimina ciborū. Infirma sunt hæc præsidia Philippica, & à nobis alibi dissiciūtur, nullúmque prorsus momentum habent ad persuadendum id, quod caput est disputationis, diuinam scilicet legem à Ioāne vel in cibo, vel aliis in rebus violatam aut abrogatam esse. Falsum & illud, quod astruere conatur, Ioannem finem esse politiæ Iudaicæ, & Euāgelium iam tum ad gentes pertinere, & receptis ex lege ciborū discriminibus nullū amplius locū tribui oportère. Quibus de rebus posteà disseremus, etsi difficilè non sit iudicasse, quàm sint hæc quæ Philippus affirmat, tum à scripturis, tum à veritate aliena. Tandem de locustis ita pronuntiat: *Locustæ vsitatæ cancros significant, quibus non licebat vesci populo legis: consentaneum est autem, Ioannem vsum esse rebus obuiis ad Iordanem, vbi piscatores cancros dabant, quos alioquin non vendebant.* En fontem totius erroris, quē ex suo præceptore Lossius, Strigelius, Chytræus & Centuriatores hauserunt, cum cæco duce de locustis sine iudicio iudicantes, quos interim tanti nouatorum greges, quia minus fortasse vident, vltrò sequuntur. Verum has nouas & insulsas glossas noui Theologi habeant sibi, suisque locustis & piscatoribus per nos quidem sese, si ita libet, oblectent. Ociosorum est planè hominum, his nugis & commentationibus operam dare: peruersorum autem repudiatis veris, falsa obstinatè tueri. Numquam sanè probabunt eruditis, Euangelistam hīc de piscibus propriè loqui, & locustas vsitatius cancros, quam insectum significare. De insecto, certè

Concione de Ioanne Baptista, pag. 3.

Refutatio sententiæ Philippi de locustis Ioannis.

4. Reg. 6.

D

Vbi supra.

Erasmus de locustis Philippo repugnat.

Paraphrasi in 3. cap. Matth.

cto, certè hoc nomen scriptura proponit, eiúsque A interpretes accipiunt, Exod. 10. Leui. 11. Deut. 8. Iud. 6. 3. Reg. 8. Ioël 1. & 2. Iud. 2. Erasmus Philippo quidem tùm in Græcis, tùm in Latinis literis non inferior, haud perperam annotauit, locustas quæ sunt Græcis ἀκρίδες inde dictas esse, quòd id animal summas aristas aduolans depascatur, quemaddum legimus Exod. 10. & hoc loco Hilarius, Rabanus & Lyra intelligunt. Addit etiam eos, qui hoc animal immundum appellant, quod Iudæis vesci nefas erat, hoc ipso declarare, quàm non diligenter versati sint in sacris voluminibus, cùm Leuit. 11. inter volucres excipiantur bruchus, attacus, ophimachus & locusta, quæ inter se finitimi generis sunt & inter munda censentur, eò quòd licet habeāt quaternos pedes, tamen posterioribus longioribus saliant super terram. Laudat præterea Ioānem, quòd

In 3. cap. Matth.

cùm iuuenis esset magni sacerdotis filius, magna tum apud populum, tùm apud regem authoritate, in deserto ferarum ritu, vili parabilique cibo victitārit. Demum à Brentio confirmatū est, non rectè pro locustis cancros hic accipi, cum illi non ἀκρίδες sed χαμαρίδοι dicantur: qui cum veteribus planè conspirans, hoc apertè fatetur: *Dubium non est, quin Ioannes fuerit legis etiam cæremonialis obseruantissimus, nec ederit cibum immundum aut lege prohibitum, ne cui tali violatione daret occasionem detrectands, aut calumniandi testimonij sui de Iesu Christo. Sentiamus igitur Ioannem vsum esse cibo, iuxta legem quidem mundo, sed vilissimo, & pauperibus tantum ac vitam in deserto agentibus vsitato.* Ac satis quidem, vti spero, huc vsque aduersariorum reiecimus nugamenta, in quibus lectorem diutiùs non remorabi mur, vt modum teneamus.

CAPVT QVINTVM.

De vsu & fructu superiorum, præsertim vt cognoscatur, quantum sit discriminis inter Ioannis Baptistæ piorúmque maiorum abstinentiam, & præsentis seculi intemperantiam ingluuiémque.

Digressio ad locum cōmunem de veterum & nostratium abstinentia.

VERVM enimuero antequā B est, si quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis & conuentus, & omnis sancti commercij relegetur. Præsident probati quíque seniores.]

Lib. 10. epistola 82.

AT VERÒ quid de victu Christianorum? Ne animalium quidem sanguinem, ait, in epulis, escu- lentis habemus, qui propterea quoque suffocatis & morticiniis abstinémus.] Et alibi rem fusiùs explicans, * Multi, inquit, se spadonatui asignant propter regnū cælorum, tàm fortè & vtique permissam voluptatē sponte ponentes. Quidam ipsam Dei creaturam sibi interdicunt, abstinentes vino, & animalibus exulātes, quorū fructus nulli periculo aut solitudini adiacent, sed humilitatem animæ in victus quoque castigatione Deo immolant.] Ieiunia verò Christianis quondam tàm crebra, & prolixa fuēre, vt hæc illis per probrum obiecerit infamis ille Apostata Iulianus, sicut [b] Nazianzenus ostendit. Episcopi vniuersæ plebi mandare ieiunia assolent, inquit [c] Tertullianus, idémque confirmari ex [d] Ambrosio & [e] Basilio potest. Sed quis tunc ieiuniorum rigor? cùm alij à vino, liquamine, piscibus, melle & ouis abstinerent, cum etiam languentes aqua frigida vterentur, cum & coctum aliquid accepisse luxuria esset, vt [f] Hieronymus narrat. Alij in siccorum esu perseuerabāt, pane, sale atque aqua contenti, vt meminit [g] Epiphanius. Omnes autem ieiunantes à carne & vino sibi temperare, & seminibus tantum è terra pro cibo, & aqua pro potu vti erant soliti, quemadmodum ex [h] Gregorio Nysseno & [i] Theophilo Alexandrino intelligi potest. Testatur & [k] Augustinus, è Christianis Catholicis quosdam non solum à carnibus, sed etiā à nonnullis terræ fructibus abstinuisse. NON quòd illa immunda esse crederent, sed edomandi corporis causa, inquit, propter animam ab irrationabilibus motibus amplius humiliandam.] Recensentur apud [l] Clemētem [m] & Epiphaniū dies ieiuniorum, quos hebdomadatim bis Christianis obseruandos esse tradiderint Apostoli, & de quibus ita [n] Origenes: Habemus quartā & sextā septimanæ dies, quibus solenniter ieiunamus.] Eiúsque ieiunij rationē Aëriani contemnebant, vt meminit [o] Damascenus: sed eam post [p] Epiphanium, [q] Augustinus, &

Quis fuerit victus veterū Christianorū. Ibidem.

* De cultu fœminarum

Crebra & prolixa olim erant ieiunia.

b Orat. in fœminarum in Iulianum.

c Lib. de ieiunio.

d Serm. 25. & 40.

e Orat. 2. de ieiunio.

f In Epitaphio paulæ et Eustoch. de cust. vir.

g Contra hæres. lib. 3. Tom. 2. circa finem.

h In orat. de amandis pauperib.

i Lib. 3. paschali.

k Contra Faustum lib. 33. cap. 5.

l lib. 7. stromatum.

m In fine hom. 10. in Leuit.

n Li. de hæres. Ariani.

o In compendiaria fides Catholicæ.

p Epist. 86. ad Casul.

q Lib. 3. de cōsens. euāg. cap. 20.

Baptizati olim quam vitæ disciplinā obseruarint.

In Apologetico, & lib. de ieiunio, & lib. de pœnitentia.

In Apolog.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] Cassianus luculenter confirmant. Tum peruetustus mos in Ecclesia Romana & Occidentali obtinuit diu, vt Sabbati ieiunium, cuius rationem reddit etiam Augustinus passim celebraretur.

a Hom. 6. & 11. in Gen.

QVID verò de Quadragesima? quam non modò sanctam sed remedium etiam animarum vocat [b] Chrysostomus, [c] Basilius pretiosum tempus, [d] Augustinus dies corporibus salubres & animæ medicinales, [e] Cassianus decimationem quandam, [f] Bernardus militiæ Christianæ tempus appellãt? Quòd ieiunium traditionem Apostolorum esse cõfirmat ante [g] Leonem Magnum [h] Hieronymus: & ante hunc [i] Clemens, [k] Ignatius ipsique [l] Canones Apostolorum indicant satis: idem à Christo consecratum dicit [m] Augustinus, qui quadragesimæ authoritatem Propheticis & Euãgelicis litteris docet corroborari: contemtores autem eius etiam Dei contemtores [a] Ambrosius facit. Nec obscurum est ex [b] Basilio omnis sexus & ætatis & cõditionis homines, Quadragesimæ ieiuniũ, quod Episcopi palàm indicebant, tàm diligenter coluisse & obseruâsse olim, vt ad vesperam vsque nullum cibum caperẽt: quæ consuetudo [c] Bernardi etiam ætate durauit, vt neque carnem, neque vinum gustarẽt, quemadmodum & [d] Ambrosius & [e] Chrysostomus docẽt. Atque idem Chrysostom. suæ Ecclesiæ hominibus testatur, eos inter se ciborum abstinentia inuicem æmulari, sanctéque contendere consueuisse, vt hi quidem duos integros dies ieiuni transigerent, illi verò non vini tantum & olei, sed & omnis ferculi vsum à sua mensa reiicerent, vt pane & aqua duntaxat vtentes, Quadragesimam omnẽ traducerent: In eos verò, qui Quadragesimalis ieiunij institutũ probarent, at edendo violarent sic [f] Maximus inuehitur: Quid prodest obseruatione quadraginta dierum ieiunandi nos tempora custodire, & legem non tenere ieiunij?] Nec inficiantur [g] Centuriatores, ante Calixtum Pontificem, qui secundo post Christi mortem seculo [h] Martyr fuit, ieiunia per annum solennia fuisse tria: sed sub illo ipso Pontifice ieiunium quartum accessit, ac durat in Ecclesia supra mille trecentos annos. Tum decreto concilij Elibertini iubentur Christiani per singulos mẽses, Iulio & Augusto dũtaxat exceptis ieiunia celebrare. Inuehitur [i], Theophilus Alexandrinus palàm in eos, qui ieiuniorum tempore, clausis ostiis occultè carnibus vescebãtur, & à vino sibi non tẽperabant. Extat præclara vox [k] Blandinæ martyris, quæ inter tormenta sic dixerit impiis: Multum erratis, ô viri, quòd putatis infantum visceribus vesci eos, qui ne mutorum quidem animaliũ carnibus vtuntur: Siue vt alij vertunt, quibus nec irrationalium pecudum sanguine vesci licet. Ac multis quidem aliis probari posset, imò iampridé à nostris probatũ est, delectum ciborum in veteri Ecclesia receptum probatúmque fuisse. Sunt præterea & aliæ præeminentes vitæ conuersationes, vt Epiphanij verbis vtamur, quæ in eadem sancta Catholica Ecclesia seruantur, eorum, inquam, qui ab omnibus carnibus abstinẽt, quadrupedibúsque, volatilibus ac piscibus; ouo ité & caseo. & alia vitæ diuersa instituta inueniuntur. Nam vnusquisque secundum propriũ laborem accipiet mercedem.] Meminit & Augustinus de priuatis quorumdam ieiuniis, quorum alij per totam vitã quinquies in hebdomade ieiunarent, nonnulli triduum & ampliùs sine cibo & potu peragerent

b Orat. in 40. Martyres. c Serm. 55. de tempore. d Collat. 21. cap. 28. e Serm. 3. de quadragesf. f Serm. 7. in quadragesf. g Epist. ad Marcella. h Constit. Apost. lib. 5. cap. 13. i Epist. 2. ad Philippen. K Can. 68. l De consensu Euangelist. li. 2. c. 4. & epist. 119. ad Ianuar. m Serm. 36. a Concion. 2. de ieiunio. b Serm. 3. de quadragesf. c Serm. 34. & seq. d Serm. 2. ad populũ Antioch. e Ad finem homil. 4. f Hom. 3. de ieiunio. g Commr. 3. fol. 147. Epist. 1. Calix. Papæ. Canon 23. h Li. 1. de Pascha. i Euseb. lib. 3. cap. 1. Eccles. hist. K Lib. 3. contra hæres. cõ. 2. circa finem.

carnibus verò & vino in vniuersum abstinerent. Ac fatentur demùm vel inuiti Centuriatores, cum de tertio Ecclesiæ seculo tractant, Christianos olim quàm frequentissimè ieiunasse, id quod è Cypriano confirmant.

De ieiun. & tentat. Christi.

QVID igitur? nónne in his tàm sanctis laudatísque exercitationibus, quas, præter Aërianos & Lãperianos nostrósque sectarios, nullus orthodoxus aliquando improbauit, & Ioannis & Christi discipulos agnoscamus? Ioannis quidem, vt cuius vitam minimè dedicatam, sed duram & asperam incensis illi animis sectarentur: Christi verò, cuius vaticiniũ reipsa probarent, nimirum post sponsum ablatum tàm sedulò ieiunantes. Nihil verò interest, quid de his veterum institutis, & seuera Ecclesiæ disciplina iudicent ac scribant Centuriatores; quid enim piũ & religiosum illi non carpunt ac mordent? Traditiones has otiosas, & ieiunia superstitiosa, quæ contra Dei verbum irrepserint, nominant, vt ea, quæ summo iure nõ solùm admirari, sed & æmulari debebant, more suo impiè calumnientur. Repetã autem ex Tertulliano, quanti faciendum sit hoc seuerioris vitæ genus, quod piè sanctéque olim apud Christianos susceptum, ac diu retentum fuit. Commendat ille, quod baptizati negotiationem patiẽtiæ in corpore (sic enim vocat) & carnis afflictationem solebant adhibere. Hanc afflictationem hostiam Domino placatoriam dicit per humiliationis sacrificiũ, cùm sordes, cùm angustia victus Domino libat, cõtenta simplici pabulo, puróque aquæ potu, cùm ieiunia coniungit, cùm cineri & sacco inolescit. Hæc patientia, inquit, corporis precationes commendat, deprecationes affirmat: hæc aures Christi Dei aperit, seueritatem dispergit, clementiam elicit.] Ac paulò pòst, ad hanc ipsam corporis patientiam refert carnis continentiam, à qua viduæ, virgines & voluntarii spadones in Ecclesia cohonestentur. Sic Africanus ille scriptor, quemadmodum & Eusebij durities satis arguit, nec tamen monachus, sed maritus, neque scriptor vulgaris, vt quem suum etiam magistrũ solitus est dicere Cyprianus. Atque haud scio, an quisquam è Patribus præter hunc ipsum Cyprianũ, studiosius in eo versetur, vt seueram prioris Ecclesiæ disciplinam vrgeat, & à lapsis, qui Deo & Ecclesiæ sunt reconciliandi grauiorem mulctam exigat. An verò cum his duobus non consentit alius quoque scriptor Africanus, idémque Ecclesiæ doctor clarissimus Augustinus, qui omnis abstinentiæ seueriorísque disciplinæ laudatorem se frequenter ostédit? Abstinentiæ inquit, vigiliæ, orationes atque ieiunia per breuissimas angustias perducunt ad paradisi delicias, quia non mentitur veritas, quæ in Euangelio dicit: Arcta & angusta via est, quæ ducit ad vitam; & pauci sunt, qui inueniunt eam.]

Cur laudata veterũ abstinentia.

Matth. 9.

Ceni. 4. ca. 6. pag. 442. Et Cent. 5. pag. 688.

Tertulliani sententia de rigore veteris Ecclesiæ. Lib. de patientia.

Hieron. in catal. scriptor. Ecclesiasticor. Lib. de lapsis & epist. 10. ad clerum & sequent.

Serm. 55. de tempore.

Matth. 7

EX QVIBVS abundè constare arbitror, nostri quidem tẽporis Ecclesiasticam disciplinam, si cum illa veteri conferatur, planè laxam ac mollem esse, vt de illa nemo, nisi admodũ delicatus, iustã queat mouere litem, aut querelam vllam instituere. Tantóque sunt petulantiores & iniquiores iudicandi aduersarij, qui neque antiquam illam seueritatem moribus suis attingunt, neque ad vsum reuocari sustinent, sed nec posteriorem hanc in externa disciplina moderationem, imò verò indulgentiam graues ob causas ab Ecclesiæ præpositis introductam,

De morib. Eccles. Cathol. lib. 1. cap. 31.

introductam, aut certè permissam, recipiunt aut probant, vllóque modo perferũt. Huc enim potius illorum cõsilia & conatus omnes diriguntur, vt totum præsentis Ecclesiæ statum, leges ordinésque disturbẽt, & multis alioquin calamitatibus agitatam Christi sponsam omnibus illis ornamentis exuant, quæ eandem Deo hominibúsque gratam, & ordinatam castrorum aciem efficere videantur. Quàm verè in hos competit, quod per Prophetam haud iniuria queritur Deus: Nónne satis vobis erat pascua bona depasci? Insuper & reliquias pascuarum

Cantic. 6

Ezech. 34

" vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris tubabatis.

Vita Christianorum hodie luxus, intẽperantiæ & voluptatis plena est.

SED ad communem nostri seculi morẽ, & præsentem vitæ corruptelam venio. Quantò illa veterum maiorúmque nostrorum in omni vita constantior disciplina, & seuerior continentia iã olim vigebat, tanto nunc quidem magis omni luxu diffluunt ac viuunt dissolutius Christiani, vt diuina humanáque lege sancitos temperantiæ limites nullo tempore vel minus agnouisse, vel audacius excessisse videantur. Tanta est parentum in educandis liberis indulgentia, vt eos iam inde à primis annis non ad spiritum, sed ad carnem: non ad temperantiam, sed ad omnem ventris ingluuiem: non denique ad pietatem & sanctimoniam, sed ad improbos effœminatos perditósque mores institutos fuisse cernamus. Qui deinde propter hanc mollissimam educationem, cum adoleuerint, ad omne voluptatis genus profusissimè dilabũtur, séque totis animis assuefaciunt. Hinc tot abdomina, & quemadmodum Apostolus ex Epimenide dixit, ventres pigri: hinc tot morbi nostræ gulæ testes ac vindices, quot quidem à medicis non dicam sanari, sed vix etiam cognosci possunt, aut enumerari. Nec aliter fierisanè queat, quin crapulę deditis langueſcat corporis robur, & nerui elidantur, quin prætereà ingenii solertia hebetetur, virtutísque studium frigeat, & omne denique animi lumen extinguatur. Ex quo fonte illud etiam commune malum profluit, quod plerique nobilibus alioqui ingeniis præditi, & præstantibus naturæ donis exculti, ad res præclaras functio nésque publicas obeundas aut nunquam emergant, aut inepti accedant sæpè & ante tempus intereant, aut miserè quidẽ in sordibus & tenebris vitam exigant, quando temperatè ac sobriè viuere non didicerunt: Nec enim temerè dictum est illud: In multis

Tit. 1.

Quæ incommoda luxum quotidianum sequantur.

Eccli. 23.

" tis escis erit infirmitas. Et rursus, Propter crapulam

" multi obierunt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam. Hinc tàm rara etiam, tàm vilis hodie pulcherrima virtus castitatis, quam in delitiis periclitari atque corrumpi necesse est, quando sicut sine Cerere & Libero, vt inquit Comicus, friget Venus, sic venter suffarcinatus, meróque distentus facilè despumat & incitate in libidinem erumpit, Hieronymo teste. Horrendum est interim meminisse, sacrum olim & maximi in Ecclesia semper habitum cœlibatum, tàm neglectum hodie iacère, támque in his, quibus potissimum florere debuit, impure contaminatum esse: tot præterea nefandas flagitiosorum hominum libidines magis magisque grassari, & ne suum quidem Christiano coniugio honorem ac reuerentiam posse conseruari. Tam fœdum, tàm pestilens, táque contagiosum est edacitatis crimen, vt omnẽ honestatis & pudicitię pulchritudinẽ vitiet

Terent. in Eunucho. Lib. 2. aduers. Iouinian.

omnes Reip. ordines dedécoret, omnia demũ humana diuinaq; iura nobis peruertat atq; conculcet.

Plures Epicuris quàm Ioannis modò discipuli.

QVID multis? hæc sunt tempora, hi mores, vt plures hodie Iouiniani, proh pudor, imò & Epicuri, quàm Christi vel Ioannis germani discipuli passim volitent. Lutcones, bibones, helluones, ventres in aulis, oppidis, pagis tàm multi cernuntur, vt eorũ numerus iniri non possit, deplorari autem maxime debeat. Qui verò ieiunent, quique ab esciis & voluptate abstineant sese, quorum tamen priora secula magnam tulere copiam, tot sunt hodie, quot vt ille inquit, Thebarum portæ, aut diuitis ostia Nili. Indulgent passimgenio, & bacchanalia viuũt. Quòd vtinam ego de Germanis tàm vere negare possem, quàm scio illud ab exteris per probrum nostris obiici, crebrò que iactari. Fatendum est (cur enim nos pudeat veritatis, si turpissimæ crapulæ non pudet?) vix vsquam alibi vt apud nostrates, insanis voluptatibus operam dari, & nullum gulæ ventríque modum imponi, præsertim postquam distructa sunt legum vincula, quibus antea vulgus in officio Christianæ virtutis, publicæque honestatis vtcunque continebatur. Iacet ergo Patrum ille thesaurus, vt Basilius dixit, ieiunium, cuius in Propheticis & Apostolicis literis toties & tàm seriò admonemur, quódque tot præclaris Dei vocibus & promissionibus cohonestatur. Iacent consecrati solennibus ieiuniis dies, quos maiorum pietas non minore quidem religione celebrauit, quam prudentia instituit. Horum dierum nomen apud nos quidem remanſit res ipsa vsque adeò exulauit, vt pauci admodum tota vita vix aliquando id faciant, quod erat olim Christianis omnibus, præsertim sacro Quadragesimæ tempore, perquàm vsitatum & familiare. Non enim ieiunia tantùm, sed & precationes, vigiliæ, & prianum. In vitis eorum. Hæres. 75. contra Aerianos.

Serm. 2. de ieiunio.

Ieiunium hodie negligi atque cõtemni.

Orat. in Cyhumi dormitiones, quarum rerum gratia Cyprianum prædicat Nazianzenus, Martinum Seuerus, Basilium Amphilochius, & Chrysostomum Metaphrastes, sæpè multúmque seruabantur, atque omnes animarum salutes, vt Epiphanius loquitur, per sanctas afflictiones exquirebantur. At huiusce modi rerũ ne vmbra quidem apud nos hodiè retinetur: tàm longe de via plærique omnes defleximus, & angustam illam, per quam pauci ingrediuntur, cum lato cõmunique multorum perditorum via commutauimus, adeóque non solùm semitas illas antiquas, quas nobis per Prophetam commẽdat Deus, deseruimus, verùm etiam illustria optimorum maiorum vestigia, qui omni virtutis temperantiæ & pietatis laude florebant, penitùs ignoramus. Itaque verendum est maxime, ne quod olim in Gallos dixit Seuerus, ad nos quoque pertineat: Edacitas in Græcis gula est, in Gallis natura, vt qui etiam vsque ad vomitum satientur. Apitij gulam, Gallonij sumptus, Antonij & Neronis ebrietatem veteres incessiunt, nunquam laudaturi profectò Germanos, si apud eos Siculas mensas & Syracusanas delicias, talésque Christianos, quales Boëotios, id est, plane voraces & luxuriosos, aspicerẽt, quid autẽ de Boëotiis Athenienses? Cum eos à cõuiuiis crudos discedere, & vino distentos se rursus ingurgitare cernerent, eosdé fatuos, rudes & pingues appellarunt. Alij fortasse gurgites magis quã homines dicerent velut illi, non vt viuant, sed vt bibant, nati essent.

Mauh. 7

Hier. 6.

Lib. 3. de vita Martini.

De Germanorum crapula & ebrietate.

CÆTERVM quod ad Sectarios nostros attinet, dici profectò non potest, quantopere illi, velut

Luxum hodie grassante augẽt pœnatores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mali medici, hos intemperantium & voluptariorũ A morbos non dico sanârint, sed ad sanandum difficiliores, ac propè incurabiles reddiderint, multisque modis auxerint. Effrenis quippe populus, cui nihil moderatũ placet, & qui sponte carnis gaudet voluptatibus, nouæ doctrinæ duci esca pellectus, & Christianæ libertatis, quæ adeò multis imponit, illecebris delinitus, & præterea à solius fidei iustificantis blandimentis irretitus, quid faceret aliud quæso, quàm quod consecutum esse iam cernimus? En quomodò qui se his nouis sectis addixere, in omnem vitæ licentiam sese intemperanter effundunt, ac in omne flagitiorum genus protuũt, & hac arbitraria viuendi ratione quam illis nouatores ostendunt ac persuadent, ad luxum omnem turpiter abtuntur. Tantùm profecit illa sectariorum blandi- *Rom.16.*
loquentia, siue, vt Paulus vocat, χρηστολογία & B
εὐλογία qua illi dum loquuntur placentia, & insectantur abusus, Ecclesiæque labefactant authoritatem, vulgi auribus mirificè inseruiunt, & effœminatos infirmorum animos à vera & seueriore, Ecclesiæ disciplina non difficulter abducunt, suæque sectæ, in qua liberrimè viuitur, promptiores asseclas reddũt, præsertim cùm in plærisque discipulis haud minorem aurium, quàm in magistris linguarũ pruritum inesse videamus. Accedit alterum quoque malum, quod velut caligine quadam multorum Nouę opiniones reddunt populum dissolutiorem. mentes occupat, vt etiamsi cutem non valdè curêt, tamen in ea nunc opinione versentur, honestam illam seueriorémque viuendi disciplinam aut nullum, aut non adeò magnum Christianis hominibus emolumentum adferre: ab Ecclesia nullam hîc legem posse præscribi, qua quisquam teneatur obstrictus: quicquid autem in hoc genere vel ex maiorum præscripto quis faciat, aut sua sponte ipse suscipiat, id nullius apud Deum meriti esse, nec homini quicquam commodare. Iam verò postquàm A contemptu Ecclesiæ ad verbi Dei contemptum fit progressio. homines blandis istorum, velut Sirenum vocibus, mirum in modum delectati, & velut è medio cursu abrepti, matris Ecclesiæ iugum excusserunt, & seruitutem nouam magistris placentiloquis & molligradis (sic enim & Centuriatores appellant) seruire cœperunt, facilè vilescunt apud eos traditiones humanæ, quo nomine disciplinam externam, & ritus Ecclesiæ, quantumuis lege, consuetudine, antiquitate commendatos, audacissimè appellitant, simúlque admodum superbè contemnunt. Nec vident miseri, quale quantúmque hoc sit compendiũ, vt ab Ecclesiæ, maiorúmque contemptione ad sacrarum legum & diuinorum præceptorum neglectum, labefactationem & despicietiam sensim perueniatur. Nam qui Ecclesiam de ciborum delectu, de statis ieiuniis piisque ritibus admonentem non audiunt, eadem quoque temeritate & amentia Christum Ecclesiæ sponsum præcipientem si non reiiciunt prorsus, ac certè quidem surdis velut auribus prætereunt, ac nihili sæpè pendunt. An non grauissimè à Christo ipso dictum & præceptum est illud: Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.] Quid autem hodie *Luc. 21.* Quomodo verbum Dei apud sectarios faceat malè que obseruetur. minus, quàm hoc diuinum expressúmque Dei mandatum à sectariis vel exigitur, vel obseruatur? Sic enim vitam instituunt suam Euangelici, si liberè dicendum est, magna vt diligentia id cauere videãtur, ne habeantur vel Ioãnis discipuli, quos crebrò *Matth. 4. & 9.* ieiunasse constat, vel Christi sectatores, qui & ipse ieiunans suos ieiunaturos esse prædixit, ac præmia illis ieiunantibus æterna promisit. Adeò verò cum *Matth.6* sanctis Patribus in ieiunationibus, vigiliis & corporis afflictionibus isti nihil habent commune, vt eos etiam pudeat ac pigeat omnis abstinentiæ & disciplinæ rigidioris, quã velut hypocrisim studiosè deuitant, nec secus quàm pestem fugiunt, eámque vel ad Papistas, vel ad monachos, vel ad nescio quos Pharisæos, tanquam in exilium, solent relegare. Bacchanalia, Martinalia, Regalia, Cineralia, & quæ id genus ad curandam cutem & ventrem explendum pertinent, adeò cupidè arripiunt & mordicus Quibus rebus temporibus carni magè indulgeant, nouatores. retinent, vt nullus aliis cedere, sed præcipuam comessandi & helluandi curam & assiduitatem sibi vendicare velle videantur. Sua enim quam iactant fide contenti, quid sibi non permittunt: quas effreni carni nõ laxant habenas: quem Dei timorem, quod rectè pieque operandi studium, sibi suisque iam amplius necessarium esse arbitrantur? Vbi ne quid ego in odium ac inuidiam aduersariorum videar comminisci, Schmidelini testimonium adferam, quod ille summus videlicet Doctor, Cancellarius & Præpositus, de suorum moribus in concione publicè proposuit, ac nequis ignorare posset typis Germanicè etiam euulgauit.

Schmidelini testimonium de luxu & corruptelis suæ gelicorum Concionatoris in Cœna verba. Lucæ Qvæ verba vt etiam ab his intelligantur, qui Germanicè nesciunt, conuertam ea in Latinum fideliter, & omnibus iudicanda proponam, *Altera,* inquit, *pars & turba Germanorum suum quidem locum verbo Dei, vt prædicetur, tribuit: nulla vero interim sentitur in illis morum emendatio, sed horrenda, Epicuræa, &* C *animalis seu ferina eorum vita cernitur in comessationibus, compotationibus, cupiditatibus, pompis & diuini nominis prophanationibus, siue blasphemiis. Qua in parte volũt eque libere, & impune peccare, sicut Papistæ in sua idololatria. Mandat serio* DEVS *in verbo suo, & a suis Christianis requirit seriam & Christianam disciplinam. Hęc ipsa vero apud istos nouus Papatus, nouúsque monachismus existimatur. Sic enim inquiunt: Didicimus modo per solam fidem in Christum saluari, qui sua morte pro peccatis nostris omnibus satisfecit: nos vero satisfacere non possumus nostris ieiuniis, eleemosynis, precationibus ac aliis operibus. Quamobrem sine & permitte, vt huiusmodi opera missa faciamus, cum per Christum alioquin saluari possimus, & solum gratia Dei Christique meritis nitamur. Atque vt totus mundus agnoscat, eos non esse Papistas, nec bonis operibus quicquam fidere, illorum etiam operum nullum exercent penitus. Ieiunii loco, comessationibus & perpotationibus nocte* D *dieque vacant. Vbi pauperibus benigne facere oporebat, eos deglubunt & excoriant. Precationes vertunt in iuramenta, blasphemias, & diuini nominis execrationes, idque tam perdite, vt Christus ne ab ipsis quidem Turcis hodie tantopere blasphemetur. Demum pro humilitate regnat passim apud illos superbia, fastus, elatio, luxuria vestium, quæ aut sumptuosissimè, aut etiam stultissimè sint elaborata. Atque hoc vniuersum vitæ genus ab illis Euangelicum dicitur institutum. Interim sibi persuadent homines miserrimi, se rectam veramque in Deum fidem in animis suis retinere, & sibi propitium esse Deum: imo etiam se probiores impiis & pseudoapostolicis Papistis iudicant.*

Schmidelini de Catholicis falsa iudicia. En tibi duplicem Schmidelini confessionem: alteram de Catholicis primo loco positam, sed hîc prætermissam, vt quam non agnoscimus, ac pro mera calumnia repudiamus: alteram de Lutheranis & Protestantibus proxime citatam, vt quam non grauatim admittimus, & ob Schmidelini in rebus Germanicis

Germanicis experientiam, grauissimámque apud A suos autoritatem, non possumus non confirmare. Quòd verò Catholicos pro impiis ac idololatris cẽ set, eò minus eget confutatione, quòd vulgaris illa & falsa piorum istorum scilicet, sit cantilena, Catholicorum auribus benè trita, quæ neque magis in huius temporis, quàm veteris Ecclesiæ Catholicos homines competat, & sanctissimos Patres æquè perstringat, quibuscum fidei doctrinam & religionem planè communem retinemus. Sed qui vetus *Li. de ieiunio.* istorum mos est, ex veritate mendacium struitur, ex religione superstitio compingitur, quemadmodum dixit Tertullianus. Certè quod pro Catholicis aduersus Donatistas respondit iam olim Augustinus, id cõtra istos etiam nobis modò dicere fas est: *Lib. 3. contra Si vestra vera, & nostra falsa sunt, falli potuimus* *epistiliam c.59* cum orbe terrarum de hominum iniquitate, nõ de B "fidei veritate.] Viderit interim Schmidelinus, ne quod idololatriæ crimen in alios deriuare conatur in eo ipse cũ suis hæreat. Etenim criminis idolola- Idololatriæ crimen magis in sectarios, quàm Catholicos competit. triæ, quod in primis detestandum est, diuina scriptura etiam illos accusat, qui etsi vero Dei cultu gloriẽ tur, vt Core, Dathan, Abiron, ac licet externam & crassam illam oderint idolomaniam, quemadmodũ Saul, tamen sensu carnis inflati, legitimis magistratibus non auscultant, & his nolunt acquiescere, quibus in Ecclesia ius est Dei loco cæteris præcipiendi, Deique verbum interpretandi. *1. Reg. 15 Numer. 16 2. Reg. 28. Luc. 10. 1. Corint. 5.*

Fide dignum est Schmidelini de suis testimonium. Cæterùm vt ad Schmidelini testimonium redeã quod is ipse de suis Euangelicis protulit, est hoc quidem tantò maioris faciendum, quòd ab aliis Germanicarum rerum peritis, iisdémque variatũ sectarum hominibus publicè confirmetur, ac res ipsa commonstret, Germanos simul atque nouum & quintum hoc Euangelium amplecti cœperunt vt à veteri illa pietate procul discessisse, sic in vita etiam voluptaria & Epicurea permultùm profecisse quando iam omnis vitæ turpitudo ac petulantia commentitio isto fidei & libertatis Christianæ titulo, quem sectarum magistri iactitant, vel à leuissimis & flagitiosissimis hominibus passim tegitur & excusatur. Quo nomine infœlicem afflictæ patriæ conditionem omnes boni cum acerbo animi sensu intuentur atque deplorant, cùm istiusmodi homines sursum ac deorsum misceant omnia, qui cùm puritatis cuiusdam doctrinæ professores & vindices videri cupiant, sic tamen secundum carnem viuere, sic tractare scripturas, sic omni seruire luxui gestiunt, vt à suis etiam collegis atque magi- D Misera conditio Germaniæ propter sectarios. stris acerbissimè simúlque iustissimè reprehendantur, atque adeò ab ipsis magistratibus in qualicunque tandem officio contineri haud facilè possint. Lutheri & Melanchthonis testimonium de corruptis moribus Euangelicorum. Nam qui proprius istorum Propheta & tertius Elias existit, quo duce & antesignano vel maximè gloriantur, is palàm in suos inuehitur, eorúmque mores queritur longè corruptiores esse factos, quã antea sub regno, vt ipse vocat, Romani Pontificis fuissent: quin eos demùm Sodomitis peiores vel decies euasisse luculenter affirmat. Alibi fatetur, suos non minus, quàm Papistas insulsos esse. *Adeò* In Dominicã 2. Aduentus. *In cap. 6. ad Galat.* *rem necessariam*, inquit, *putant libertatem à traditionibus Papæ, vt nisi eas omnes flatim violent atque aboleant, timeant se peccare.* Post Lutherum verò primas apud istos tulit Melanchthon, cuius isthæc clara & aperta est oratio: *Loquitur*, inquit, *res ipsa, in his regionibus* *In cap. 6. Matth.* *omne fere studium conuiuiorum apparatibus & ebrietati,* *atque immanibus illis poculis impendi. Quæ manifestum est nunc a Deo variis modis puniri, vt incendiis, bellis & conuulsionibus, atque confusionibus regiminum seu politiarum, plusquam beluinam istam ventris ingluuiem, & belluandi perpotandique consuetudinem. Præterea quoties videtis, temulentos homines vltro ruere in suas clades, & sæpe cruento ferro inter seipsos concurrere, imò & cædibus mutuis grassari? Quomodo potest laxior annona sperari in tantis prosusionibus, belluationibus, pomparum conuiuiorumque apparatibus?* Addit deinceps, homines esse Homerico Gryllo similes qui à Circe in porcum mutatus, recipere hominis figuram noluit. *Adeo delectantur*, ait, *immunditia sordibus & illuuie, vt in morem suis lutulenti, quaslibet res, panem, carnes, cerusiam, & id genus alia corrumpere & contaminare soleant.* Ac rursus: *Ea barbaries est in populo, vt plerisque persuasum sit, se, si vnum diem ieiunent, noctem continuo sequentem non posse viuere.* Prætermitto id genus reliqua, quibus Melanchthon suæ sectæ homines alibi egregiè depingit *Hyperasp. 2 & in epist. contra Pseudoeuangel.* atque ornat. Cum quibus perbellè consentit, quòd ab Erasmo dictum, & ab aliis repetitum est, adeò per hoc nouum Euangelium non corrigi homines, vt passim deteriores fieri videantur, qui non peccare desinant, sed peccent impunitius.

Prætermitto illa quæ ad fœdas libidines vel exercendas, vel excusandas pertinẽt, vt quòd leuibus de causis coniugia, quorum firmissimum vinculum esse decebat, dirimunt: quòd quorundam Polygamiam publicè defendunt: quòd incestas nuptias in sacerdotibus, monachis ac nonnis probant & ornant, quia nomen ac sanctimoniam matrimonii sacrilegis complexibus palàm largiuntur.

Matth. 24 Genes. 7 Qua in parte nouatores obseruent seduC lo verbã Dei. Quòd si alia vlla in parte, tum in hac maximè isti morem gerunt Dei verbo, quòd Christus docuit de venturis sub mundi finem Pseudochristianis. Hos ait idem esse facturos, quòd in diebus Noe factum esse legimus, quòdque ab istis modò tàm strenuè factitatur: Edebant & bibebant, vxores ducebant, & ducebantur ab ipsis, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant, adeò mundi carnisque studiis addicti, & diuini timoris planè obliti, vt omnis etiam honestioris disciplinæ, adeóque salutis æternæ rationem nullam habere videren- *Genes. 6* tur. Hinc diuina eos vltio & ira percussit, & qui obstinatis animis non timuerunt minitantem: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: tàm atroces demùm intemperantiæ Grauiter puni tus mundi luxus tempore Noe. luxuriæque suæ pœnas persoluerunt, vt voluptatis D omnis sensum cum cataclysmi acerbissimo luctu commutarint, totúque mundo eladem funestissimã induxerint, cui octo tantùm homines superfuerũt. P rimi parentes nostri, cùm primùm à lege tempe- *Genes. 3. Num. 12* rantiæ deflexerunt, an non sibi, adeóque toti posteritati exitium peperêre? Quantas verò intemperantiæ suæ pœnas dederunt Israelitæ, quando mannæ pertæsi, & ollarum Ægypti memores, carnes in deserto flagitare cœperunt? Certè voracitas Esau honore natiuo priuauit, & Noë simul & Loth iustis ebrietas quãdam turpitudinis notam inusit. Quis verò non dicam oratione, sed vel mente consequi posit, quàm graues & horrendæ dolorum acerbitates in futuro seculo eos consequantur, qui lautis Intemperantiæ pœnas & in hac & in futura vita exigit Deus. nunc epulis tantoperè delectantur, & epotandis calicibus vacant, atque abundante cibo & potu mentem corpúsque obruunt, adeóque templa illa Deo *Luc 19* viuo consecrata, velut pingues Epicuri de grege

Universidad de Deusto
Biblioteca

porci, nefariè violant atque profanant? Magno certè malo suo didicit diues epulo, quanti sit piaculi ventris esse mancipium, eumque tanquam Deum colere & omni prorsus luxu diffluere. A breuissimis quippe & spēdidissimis epulis, à purpura & byssо, rebus fluxis & inanibus, ad flammas tartareas nunquam finem habituras deuolutus est. Atque hîc vtinam verbum Domini, quod manet in æternum, isti cogitarent, aliisque passim inculcarent: Væ, inquit, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Quantum glorificauit se & in delitiis fuit, tantùm date illi tormentum & luctum. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Sed omitto hæc pluribus persequi, nec addam exempla terrifica, quibus admonet nos Deus de iudicio suo, quod in homines luxuriosos & intemperantes, cùm in hac, tùm in altera vita iam exercuit, & porrò exercebit seuerissimè.

Verbum Dei luxum & intemperantiā vetans hodie non auditur.

Esaiæ 5. Rom. 8. 1. Apoc. 18. Galat. 6

Peccant hîc quoque Catholici, nec leuiter sanè peccant, qui commixti inter gentes, malè sobrios scilicet & impuros hæreticos, eorum etiam opera didicerunt, & contra Dei verbum, contra Ecclesiæ sanctiones, contra honestatem publicam, contra conscientiam propriam haud rarò ventri magis quàm Domino seruiunt, & non solùm à Ioannis, sed etiam à piorum omnium frugali victu, abstinentia temperantiáque longissime discedunt, nihil vt minus quàm Catholicæ professioni atque disciplinæ Christianorum propriæ respondere videantur. Adeò surdis & illi auribus transeunt Apostolicas illas voces? Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis. Carnis curam ne feceritis in desideriis. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate. Corpus quidem sancti Apostoli Mathiæ apud Treueros conseruant: at spiritum eius & doctrinam vere Apostolicam amisisse videntur. Vt enim Nicephorus narrat. præclare ille tradidit, expugnandam esse carnem, neque ei quicquam aduoluptatem indulgendum. Et digna quidem Magno Basilio vox est, oportere nos totum corpus castigare, & quasi cuiusdam bestiæ impetus coercere, ne alioquin toris laxatis habenis voluptati, mens negligatur, & hæc tanquam auriga quidam ab efferatis equis summa cum violentia agitatis, distracta feratur.

Rom. 13.

Colloss. 3. Galat. 5. 2. Corint. 6.

Apostoli Mathiæ præceptū

Li. 3 Inst. c. 15 Orat. 8. de temperantia & incontinentia.

Vbi cum piis dolemus omnibus, hanc communem, & luctuosam Ecclesiæ conditionem esse, adeóque perpetuò fuisse, vt multos vocatos & paucos electos, pluréque carnales quàm spirituales filios ferre cogatur: vt verè de communi turba dicas: Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. An verò quod à nostris fit turpiter, aduersariorum licentiæ patrocinatur, & impuram illorum vitam excusat? Vtrinque molliter & intemperate viuitur, si verum fatebimur, & sicut ille dixit. Iliacos intra muros peccatur & extra. Veruntamen si rem ex æquo iudicemus, meliore hîc loco Catholicorum, quàm aduersariorum causa est.

Matth. 20 Esai. 9.

Primum enim etsi nostri in edomando corpore & coercendis cupiditatibus officium deserunt, turpitérque & luxuriosè aliquando viuunt, tamen Ecclesiam eiúsque Præpositos non contemnunt, neque vllo afficiunt dedecore, nec idcircò se ab eius vnitate & autoritate disiungunt. Deinde quantumuis à Ioannis abstinentis, & laudabilibus Patrum exemplis imitandis procul absint, & non modò contra veteris, sed præsentis etiam Ecclesiæ disciplinam viuendo reclament, tamen de re ipsa non secus sentiunt ac sentiendum putant, quàm sentire iubet Ecclesia. Imò etiam suspiciunt & mirantur eos, qui pietatem & sanctimoniam colunt, quique secundum Ecclesiæ institutum, vere sobrij, casti & abstinentes esse conantur. At longe aliter, fit à nouatoribus hodie, quibus non est satis indulgere libidini, quin etiam ab Ecclesia nefariè desciscunt, matrem ludibrio habent, eiúsque sacrosancta instituta spernunt: tum præcipiendi autoritatem tollunt, publicéque insectantur: nec sibi leges vllas imponi patiuntur, sed pro suo arbitratu contra leges diuinas & humanas vitam degunt, & liberrime carni laxant habenas: quin sæpe etiam, quòd genus hominum est omnium maxime sceleratum & perditum, in sua malitia gloriantur. Accedit, quòd præter suum ipsorum scelus & licentiam, aliorum honesta piaque studia maligne peruertunt, & charitatis omnis obliti, quæ illi ad corporis castigationem duriorémque vitam pertinentia, more maiorum, vel etiam sua sponte fáciunt, ea cum falsa religione, & animali superstitione, vel mera hypocrisi coniuncta esse interpretantur, sed & cunctis inuisa reddere & abolere contendunt.

Grauium in luxu & dissoluta vita nouatorum querimonia Catholici petunt.

Postremò non solum in Patres probatissimos, adeóque in totam Ecclesiam isti peruersissime iudicando peccant, sed & nefariè prorsus verbū Dei corrumpunt atque adulterant, dum quæ illic de vera & spirituali libertate per Christum nobis parta scribuntur, ipsi ad falsam & carnalem quandam liberioris vitæ rationem, quam vulgus auidissime arripit, scelerate detorquent. Vt de illis vere dixerit Petrus: Libertatem promittentes, cum ipsi sint serui corruptionis: ac præterea Iudas, quòd Christi domini gloriam in luxuriam transferant. Eam verò Christianorum libertatem diuina Scriptura prædicat, qua nos Christus à iugo peccati, & à seruitute veteris legis asseruit, simúlque prohibet, ne libertatem demus, vt Paulus loquitur, in occasionem carnis, hoc est, ne Christianam libertatem in carnalem conuertamus licentiam, vt eius prætextu hoc quod libet, etiam contra legem, morem & disciplinam Ecclesiæ, & cum detrimento spiritus, vel offensione fraternæ charitatis licere nobis vnquam arbitremur. Hinc disertè scriptura serióque monet, cum Christiana vocatione & libertate illa coniungere officia, quæ sunt reliquis ferè omnibus anteponenda, vt nimirum * iustitiæ serui, & obedientiæ filij, patientiæ custodes, ac demùm pœnitentiæ & crucis studiosi ex animo esse conemur. Neque solùm isti de Christiana libertate Scripturis abutuntur, sed & Pharisaicas δευτερώσεις Dei verbo repugnantes, siue vt " Marcus inquit, illud rescindentes, quas Christus & Paulus iustissimè damnant, cum Ecclesiasticis, imò & Apostolicis traditionibus, quæ verbo Dei clarissimè

Quot modis hic scripturæ deprauentur libertatis nomine de libertate Christiana.

1. Pet. 2. Iud. 1. Ioan. 8. Rom. 6. Gal. 5.

** Rom. 6. 1. Petr. 2. Philip. 2. Luce 21. Matt. 5. 6. 7. " Marc. 7. Matth. 15. Colloss. 2. * Actor. 15 & 16.*

clarissimè stabiliuntur, fœdè commiscent, atque imperite confundunt. Hallucinantur in eo etiam, quod aduersus ea quæ [a] Hieronymus, [b] Augustinus, [c] Leo Magnus & [d] Theodoretus diserè admonent, inter Iudaicam, quæ abrogata est, & Christianam sedulò retinendam abstinentiam discrimen nullum ponant, quódque superstitiosam hæreticorum tùm continentiam, tùm abstinentiam, quam ad doctrinas dæmoniorū retulit Paulus, & explosit in [c] Synodis Ecclesia, cum illa sincera continentiæ abstinentiæque virtute componant, quæ apud superiorum ætatum Catholicos homines magno in vsu ac pretio habita semper fuit. Ad hæc Pauli sententiam de ciborum delectu, quem ille in Colossensibus & Galatis iudaizantibus sapientissimè reprehendit, inscitè deprauant: cùm idem ieiunia Christiana vel Ecclesiastica nulla ex parte accuset, sed suo potiùs exemplo scriptóque confirmet: dum & ordinem in Ecclesia seruandum exigit, & obedientiam erga vtrunque magistratum commendat, nec solùm in cibis vitari quodcunque scandalum iubet, verùm ad communem quoque populi ædificationem referri docet omnia. Illud verò Pauli dictum: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, etiam ad ieiunium & exercitia corporalia piorum pertinet, vt fatetur Melanchthon, eáque dicit necessaria, & in piis veros Dei cultus esse. *Et hæc, inquit, exercitia qui abiiciunt, in hoc ocio & luxu, in multa peccata ruunt, præterea contristant & arcent Spiritum sanctum: ideo multipliciter & graniter peccant, & sibi ipsis exitium accersunt.* Sed & Cassianus hoc Pauli dictum refert ad continentiæ dolores & corporale ieiunium carnisque afflictionem: per quam se pugilem quendam aduersus carnem strenuum Paulus describit, nec in vanum aduersus eam ictus continentiæ exercuisse designat: sed triumphum pugnę mortificatione sui corporis acquisisse, quo verberibus continentiæ castigato, & ieiuniorum cæstibus elisо, victori spiritui immortalitatis coronam, & incorruptionis contulit palmam.]

2. Thess. 2. 1. Corin. 11. a Lib. 2. aduers. Iouin. & in epist. ad Galat. cap. 4. b Lib. 30. contra Faustum. c Serm. 4. de ieiunio septimi mensis. d In Epitome diuin. decret. cap. de abstinem. 2. Tim. 4. e Gangrensi, Toletano 1. & Bracarensi 1. Colos. 2. Galat. 2. 1. Cor. 9. & 14. Hebr. 13. Rom. 13. 14. 15. Ephes. 4. 1. Corint. 9. Lib. 5. de gastrimargia cap. 18.

In disputat. de exercitiis corporiorum.

De loco Pauli 1. Tim. 4.

Corporalis exercitatio ad modicū vtilis.

Hom. 12. in 1. epist. ad Timoth.

Ad Demetriadem de virginit. seruanda.

CORRVMPVNT & illa Pauli verba, Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia valet. Vbi non eleuatur ieiunij virtus & dignitas, vt isti improbè clamitant, sed inditatur, discrimen inter corporalem vulgaris athletæ & spiritualem Christiani hominis exercitationem constitui oportere. Quarum illa quidem ad bonam corporis habitudinem curandam spectat, corpúsque vegetum ac robustum efficit: hæc verò corpus adeò non promouet atque nutrit, vt macerat etiam ac extenuet: neque sicut illa, breuem in hac vita ac exiguam præstat vtilitatem, sed veris & æternis bonis totum hominem locupletat. Proinde ieiunium Paulo non est corporalis, sed sicut Chrysostomus & Theophilactus admonent, spiritualis exercitatio, & ad pietatem pertinet, præsertim si ab homine Christiano ritè, vt par est, & cum fructu ieiunetur. Etsi enim ieiunium per se virtus perfecta non sit, est tamen cæterarum virtutum fundamentum atque sanctificatio quædam, & gradus præbet ad summa scandentibus, vt Hieronymus docet. Nec temerè dixit Eusebius Emisseнus: Ieiunia & vigiliæ & sanctæ afflictiones humilia corpora macerant, sed maculata corda purificant: membris subtrahunt fortitudinem, sed conscientiis addunt nitorem.] Neque vnquam Ecclesia, vt à cibis magis quàm à vitiis abstinerent homines, vel docuit, vel indulsit: sed quoties ieiunationes indicit, spirituale illud, quo à peccatis ieiunatur, quod ieiunium magnum & generale Augustinus appellat, cum corporali coniunctum iubet obseruari. Vt enim Ioël, sic etiam Ecclesia ieiunium vult bonis operibus, præsertim autem oratione ac eleemosyna, sanctificari, & sanctificatum curationi proficit peccatorum, [f] Hieronymo teste. De qua ieiunij sanctificatione [g] Gregorius, [h] Maximus & [i] Bernardus minimè tacuerūt. Eleganter verò dixit [k] Ambrosius: Abstinentiam indicamus corpori, vt à vitiis magis animam abstinere possimus. Frenum enim quoddam est luxuriantis animæ corpus exhaustum.]

Hom. 10. ad monachos.

Ecclesia nō requirit ieiunij a cibis tātum.

Tract. 17. in Ioannem. Ioel. 2.

f In 2. Ioelis. & lib. 2. contra Iouin. g Homil. 16. in Euangel. h Hom. 1. & 2. de ieiunio quadr. i Serm. 4. de quadragesi. k Serm. 33. Luc. 10. Act. 15. c. 27.

An Christus delectū ciborum vetet.

PRAETEREA quod nobis obiectant, Christū suis dedisse potestatem quęuis sine vllo delectu comedendi, quis hoc quæso negat? quis etiam omnino non probat, imò verò illis temporibus maximè necessarium fuisse non iudicat, vt Apostoli præsertim orbem totum peregrantes, cibis quibuslibet vescerentur? Peruersè autem inde colligunt, Apostolis vel Ecclesiæ rectoribus nullam manere potestatem, vt aut de cibo suffocati animalis vitando, aut de Quadragesimæ ieiunio instituendo, ac similibus externis de rebus ad salutarem Ecclesiæ gubernationem, honestámque populi disciplinam & concordiam spectantibus aut legem præscribant, aut quicquam exigant. Nec obscura sunt exempla multorum, qui dignitate quadam tùm in Synagoga, tùm in Ecclesia illustres, vt Samuel, Ioël, Iosaphat, vterque [l] Ioannes, Apostoli, ieiunia quædam indixerunt, & ab omnibus obseruanda [m] constituerunt. Fatetur ergo [n] Melanchthō, Iosaphat & regem Niniues rectè ieiunium imperasse, quódque mandata illa populus debuerit obseruare, ac præterea pastoribus Ecclesiarum deberi obedientiam, cum tale aliquid constituunt, quod Euangelio non aduersatur. Certè [o] Augustinus pro aliorum Episcoporum more, qui est peruetustus, ad suos ita loquitur: Publicè ieiunium indicimus, & vidente toto populo pariter cum ipso ieiunamus.] Vnde Catholici hanc confessionem, qua & Origenes est vsus, eripi sibi nunquam patientur: Etsi Christiano libertas est per omne tempus non obseruantiæ superstitione, sed virtute continentiæ ieiunandi, tamen dies ieiuniis consecratos habemus, quibus solenniter ieiunamus. Tùm Petrus Damianus velut aduersarios nostros peteret, ac Ecclesiæ patrocinaretur, in hæc verba scripsit: Ista dicentes nec cum illis nos sentire quis iudicet, qui prohibent à cibis, quos Deus creauit, nec Apostolicæ contraire sententiæ, qua nos mandare præcipit quæcunque apponuntur. Aliud est enim quod creaturas Dei bonas indifferenter asserimus, aliud quod pudicitiæ sobrietatíque seruandæ castigatione corporum prouidemus.

Penes Ecclesię rectores potestas est cō Rituēdi de certis ieiuniis.

1. Reg. 7. Ioel. 2. 2. Paral. 20. l Matth. 9. Hieronym. in præmio comment. super Matth. m Canon. 68. n In disput. de traditionibus humanis. o De temp. serm. 60. Homil. 10 in Leuit. 1. Tim. 4. 1. Cor. 10.

Bugenhagius falsò dicit ieiunia primum a Montano præcepta & instituta esse.

RIDICVLVM verò est, quod nobis obiicit Bugenhagius Apollonium, scriptorem non minus sanè disertum quàm vetustum, Eusebio teste narrare, Montanum insignem hæreticum esse, qui primus imposuerit ieiuniorum leges. Vnde porrò

In enarrat. Ionæ Prophetæ. Lib. 5. Eccles. histor. cap. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratiocinatur, nos qui nomen Catholicum profitemur, Montanistas videri, nostráque & Ecclesiæ ieiunia ex doctrinis hæreticorum, imò & dæmoniorum profluxisse. Vbi primùm Eusebij verba peruertit, qui de Montano scribentem Apollonium ita citat, nihil prorsus meminerit, quis primus tulerit aut induxerit leges ieiuniorum. Habet enim in hûc modum: Ἕτος ἐστιν ὁ διδάξας λύσεις γάμων ὁμοπάτριας νομοθετήσας quod rectè vertit Musculus. Hic est qui coniugia dissoluere docuit, qui ieiuniorũ leges præscripsit. Sit autem ita, vt Apollonius refert, aliíque plures comprobant, ieiuniorum leges à Montano præscriptas & impositas esse. An fortè nescit, aut negare audet Bugenhagius, solennia Ecclesiæ ieiunia longè ante Montani seculum, vt ante probauimus, & instituta, & obseruata fuisse? De Montano autem suis ieiunia

Har. fabul. lib. 3. de Montanistis. Lib. 4. Eccl. hist. cap. 22. Epistola ad Marcellam.

præscribente, sic habendum est, sicut Theodoretus luculenter ostendit: quòd noua ieiunia præter Ecclesiæ consuetudinem introduxerit, siue, vt Nicephori verbis vtar, quòd nouorum ieiuniorum præter Ecclesiæ consuetudinem autor fuerit. Igitur contra Montani sectatores Hieronymus & suo & nostro, id est, Catholicorum omnium nomine, hoc pronunciauit: Nos vnam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum toto anno, tépore nobis congruo ieiunamus. Illi tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint saluatores. Non quòd & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat: sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.] Confutat eundem quoque Montanum Epiphanius, símúlque declarat, doctrinam dæmoniorum, de qua scripsit Paulus Timotheo, ad Montanum eiúsque similes pertinere, nihil autem cum Ecclesiæ Catholicæ vel doctrina, vel vsu habere commune.

Tres quadragesimæ Montanistarum.

Hæres. 48. cõtra Montanistas.

1. Timot. 4.

Sed & Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus Theophylactus & Oecumenius ostendunt, Paulinum locum, de quo agitur, ad damnandos Ecclesiæ hostes, vt Martionistas, Encratitas & Manichæos, quorum superstitiosa fuit abstinentia, potissimùm pertinere. Verùm alterius est loci, id genus argumenta, quæ caro pulchrè suggerit, & vetus Adam cûpide sequitur, excutere prestius atque confutare.

Aug. contra Faust. Manich. lib. 30. cap. 4. & 6. Cæteri in c. 4. priorii ad Timoth.

Postremò non leue quidem peccatum est, quod piis eam laudem, & virtutis gloriam, & mercedis amplitudinem detrahant, quam verbum Dei proponit, & Patrum chorus summo consensu tribuit Christianè ieiunantibus, hoc est, qui cum [a] Dauide, [b] Daniele, [c] Ioanne, [d] Iudith, [e] Anna, [f] Niniuitis, ex vera in Deum fide, & ad sibi conciliandam Dei gratiam, vel ob præstandam maioribus obedientiam, & ad fructus pœnitentiæ faciendos à cibo abstinent, austeriúsque viuunt, castigántve corpus, & interiorem siue humilitatem, siue pietatem victus parcitate carnisque macerationе testantur. An non ieiunium [a] Basilio dicitur mater sanitatis, angelorum imago, iustorum contubernalis? [b] Athanasius angelorum cibum; [c] Chrysostomus matrem omnium bonorum & magistram virtutum appellat: per quod [d] Isidoro teste, prosternuntur vitia, humiliatur caro, diaboli tentamenta vincuntur, & in quo demùm amplissimè commendando præ cæteris quidem

Ieiunij virtutem & fructũ negligunt nouatores.

a Psalm. 34. 68. 108.
b Daniel 9.
c Luc 7.
d Iudith. 4.
e Luc. 2.
f Ione. 3.
a Hom. 1. & 2. de ieiun.
b Li. de virginitate.
c Hom. 1. in Genesin.
d Lib. 1. de Eccles. offic. cap. 42.
e De ieiunio & tentationibus Christi.

[c] Cyprianus, [f] Athanasius, [g] Basilius, [h] Hieronymus & [i] Leo accuratè versantur. Qui sunt autem hi præceptores noui, (libet enim verbis vti Ambrosianis) qui meritum excludunt ieiunij? Nónne gentilium illa vox est, Manducemus & bibamus? Insipientem Paulum, qui gloriatur ieiunijs, si ieiunia nihil prosunt. Sed quomodo non prosunt, quibus vitia purgantur?] Theophilus Alexandrinus id apertè fatetur: Hi qui ieiunia, id est, angelicam conuersationem in terris imitantur, pet continentiam breui & paruo labore magna sibi & æterna conciliant præmia.]

f Lib. de virginitate.
g In cap. 58. Isaiæ.
h Lib. 2. contra Iouinianum.
i Serm. de ieiunio 7. & 10. mensis. Epist. 22. Lib. 3. Paschasio. Epist. 1. Pet. Gregor. Math. Martyr. Collat. 20. cap. 35.

Næ isti parum animaduertunt, quanti nostra omnium referat, Apostolorum Pauli & Petri vocibus ausculture, quando prudentissimè monent, ne Sathanæ locum relinquamus: quin potiùs sobrietatis, vigilantiæ & fidei armis instructi fortiter illi resistamus. Is verò coniuratus hostis in perniciem mortalium, inde ab orbe condito vix quicquam accuratiùs elaborauit, quàm vt à sancto ieiunio ad insanum ventris studium, & à laudabili sobrietate ad execrandum luxum & malorum ecas voluptates non modò commune vulgus, sed innocentes etiam ac perfectos homines, quemadmodum Adæ, Euæ, Christique nobis exempla commonstrant, reuocet atque deducat. Cur verò ieiunationem omnem credentibus non dissuaderet, qui suas robustissimas vires ab orantibus & ieiunantibus frangi prorsus & dissipari certò intelligit, quique cæteras hominis virtutes, si temperantia & abstinentia tanquam necessario auriga & custode fortâsse destituantur, velut imbecilles & caducas, facilè negligit atque contemnit? Vt enim veteres omnes cum Cassiano sentiunt, prima nobis calcanda est gulæ concupiscentia, & partim crebra cordis compunctione, partim ieiuniis, vigiliis sacrisque studiis extenuanda.] Impossibile est aliquin, saturum ventrem, vt idem affirmat, pugnas interioris hominis experiri. Nunquam poterit ardentis concupiscentiæ stimulos inhibere, quisquis desideria gulæ refrenare nequiuerit. Hæc nobis prima contentio, hæc nostra prima probatio, gulæ ventrisque concupiscentiam perfectionis desiderio extinguere.] Rectè igitur [k] Athanasius monet, vt eos qui frequenter ieiunare dissuadent, velut subornatos diaboli nuncios fugiamus. Quotquot enim sancti vnquam fuere, hos omnes per ieiunium & vitam Deo dignam institutos fuisse post [l] Cyprianum [m] Basilius docet. Cæterùm vt hunc locum semel absoluam, id breuiter dixerim, qui ieiunandi legem delectúmque ciborum ac omnem vitæ austeritatem vel abrogant, vel impugnant, ab illis iisdem verbum Dei non intelligi, sed ad alendam vulgi licentiam nefariè detorqueri: neque solùm Ecclesiam non audiri, verùm etiam contra Christi domini mandatum contemni: eos præterea non obtemperare maioribus. quod Apostoli tàm seriò præceperunt, sed in eosdem quodammodo insultare: nec retinere traditiones à Paulo commendatas, & Ecclesiæ necessarias, vt [n] Basilius ac [o] Epiphanius docent sed eas, quantum quidem in ipsis est, antiquare: ac denique terminos à patribus præstitutos prohibente [p] Salomone trãsgredi, imò ne terminos quidem esse, vllo modo sustinere.

k Dialogo de Trinitate & Spiritu Christi.
l De virginitate.
m In Regulis.
n In Exhortatione ad baptismum.
o Hæres. 61. contra Aerianos.
p Prouerb. 22.

Mihi

Mihi verò Lector ignoscet, spero, quòd hanc siue digressionem, siue appendicem opinione longiorem, & tamen ab instituto non prorsus alienam fecerim. Huc enim nos deduxit studium & amor, quo tenemur tùm ad nostri Ioannis, tùm ad veteris Ecclesiæ causam aduersus istorum impudentes calumnias improbásque molitiones defendendam atque vindicandam. Est ita certè, quemadmodum ex Hieronymo diximus: A diebus Ioannis Baptistæ ieiunatoris & virginis regnum cælorum vim patitur: & violenti diripiunt illud. Quomodo autem Ioãnis honor non offenderetur, & ipse in superstitiosis & hipocritis non esset, si verasunt istorum dogmata & probra, quæ à piis præ pudore vix audiri quidem possunt: & tamen ab istis in Catholicos tam intemperanter ac identidem effunduntur? Cũ suo magistro [a] Luthero sentiunt cœlibatum, virginitatem & aureolas, nugas esse, & mera Sathanæ mendacia. [b] Summam artem & sapientiam Christianorum nominant nescire legem, ignorare opera & totam iustitiam actiuam, vt idem sectæ architectus appellat. Ad doctrinas dæmoniorum referunt cum [c] Vrbano Rhegio, parentes deserere, & coniugio sibi idcircò interdicere, quòd illo Dei cultus impediatur: delectum ciborum adhibere, cultus in victu & vestitu peculiares admittere, & crucẽ amplecti electitiam. Vocant cum [d] Brentio superuacaneos vanósque cultus ac telas aranearum, quæcunque iuxta suam ipsorum prudentiam, & bonam intentionem ab hominibus instituuntur. Monasticam vitam in solitudine adeò cum [e] Melanchthone non probant, vt & vitam Antonij magni eremitæ dicant non antecellere, neque laboribus, officiis, & exercitiis vitæ politicæ & œconomicæ anteferendam esse. [f] Erasmo non grauatim annuunt, qui siue simulatè, siue ex animo scripsit, parricidam videri sui generis, qui turpi cœlibatu illud patitur interire, cum hoc honesto coniugio possit propagare. Demùm appellant passim Pharisæum, iustiarium, hypocritam, si quis fortè strictioris vitæ seueritatem amplexus, proposito constáter insistit, & aliqua saltem ex parte Ioannem studet imitari. Et ne multis, tàm clementer & modestè de disciplina & institutis piorum disserunt, vt innocentes olim Martyres vix maiore quidem contumelia ab impiis crucis Christi hostibus affecti, ac petulantiùs religionis causa vexati esse videantur. Interim verò perinde ac si homines ipsi sint valde spirituales, sic alios docent in spiritu viuere, & in spiritu Deum adorare iubent, vt omne corporis obsequium & Deo & Ecclesiæ propemodum auferant: sibi anté & suis oratione spiritus, & prætextu libertatis egregiè blandiantur, quantumuis luxui vacent, carnemque lasciuientem nec ieiuniis, nec vllis prætereà piis exercitiis coërceant atque doment. Neque sunt tamen adeò impudentes, vt Ioannem in his eius moribus, quos tacitè damnant magis quàm probant, manifestè perstringant, eo metu videlicet impediti, ne sibi apud omnes inuidiam atque odium conflent magis quàm illi detrimentum vllum adferãt, si in probatissimum virum, qui maior est omni exceptione, dentes Theoninos infigant. Verùm vt sibi à Ioanne carpendo astutè temperant, quem Petrus Aretinus, scriptor valdè blasphemus, primùm vt opinor, & infelicissimè quidem ausus est publicè insectari, sic in alios Ioannis vel discipulos vel imitatores nihil non sibi permittunt, eósque conuitiis petulantissimè insectantur. Cur verò ad Ioãnem quoque non pertineat, quod Centuriatores de aliis in eremo pie versantibus dicere veriti non sunt, eos immodicis ieiuniis & vigiliis sese affligere, vt propriorum etiam corporum homicidæ & parricidæ facti esse videantur? Sed erit proprius his respondendi locus postea, vt immanem istorum in iudicando audaciam, & cæcam in damnando stultitiam coarguamus. Quàm pulchre in hos conuenit, quod scripsit Ambrosius: Quæ istos Epicuræos schola misit? Diabolico studio inuident aliorum operibus bonis, quorum ipsi fructu excidérunt.]

Conclusio de superiore digressione.

Lib. 2. aduersus Iouinianum.

Matth. 11. Noua sectarium dogmata Ioãnem tectè perstringunt.

a Lib. de votis monasticis.
b In argumento epist. ad Galat.
c Lib. in votaria monasticen.
d In 15. cap. Matth.
e In Euangel. Matth. c. 15.
f In declama. de laude matrimonij.

Primus Ioãnis insectator. Vide orat. Petrionij in Petrũ Aretinum.

Cent. 5. pag. 716.

Procvl igitur, procul absunt à more Patrum frequentissimo, qui homines molles, luxuíque deditos oratione grauissima feriebant, omnésque ad ardentioris pietatis & corporalis afflictionis studiũ seriò admodum inhortabantur, & sæpe illis ieiunia commendabant. Vnam & perpetuam cantilenam isti succinunt de bonitate Dei, de Christi meritis, de promissionibus gratiæ, & fidei iustitia, de Euangelica libertate, de pace & securitate conscientiæ. Quibus de rebus & magistri plenis buccis suauissimèque dictitant, & populus audit cupidissimè: tantùm vt carnalis falsæque tùm libertatis, tum securitatis possessione tranquillissime diutissiméque perfruantur. Rursus verò vel nunquam, vel oppidò quam ieiune ac frigide isti docent, quòd Apostolos docuisse constat, de veteris videlicet * Adæ mortificatione, de opprimendis vitiatæ naturæ affectibus, de carne in seruitutem spiritus redigenda, de castigando & subiiciendo corpore, de præstandis pœnitentiæ fructibus, déque necessario illorum operum exercitio, quæ ad * spiritualem & assiduam circumcisionem renatorum pertinet, quæque omnem animi & corporis sanctam disciplinam continentiámque in vere piis commendant & ornant, ac nobis vno ieiunij nomine in Scriptura persæpe commendantur. Quare hanc demùm gloriam comparant sibi, quam ego tamen summam esse ignominiã duco, vt Simonis Magi, primi & pessimi hæresiarchæ, doctrinam confirment, scholámque vel instaurent, vel augeant. Iubebat enim ille discipulos, quos iam sibi conciliatos habebat, bono esse animo, nec legis minas pertimescere, sed tanquam liberos, ea quæ vellent factitare. Non enim per bonas actiones, sed per gratiam eos salutem consecuturos esse pollicebatur. Quocirca qui eius doctrinam sequebantur, se audacter omni libidini & intẽperantiæ dedebãt.] vt scribit Theodoretus. Verùm quoniam locus hîc latissimè patet, nósque de vsu & fructu Euangelicæ historiæ, quam hucusque tractauimus, satis dixisse videmur, prestiùs ad Ioannem sermo reflectendus est.

Patres graue ac seuerũ nouatores blandum & carni suaue genus doctrinæ sequuntur.

Mos nouatorũ est, piorum vitam & exẽpla despicere, & præpostere homines facere spirituales.

Cur Ioãni palam nõ obstrepant nouatores.

Habet Simon Magus suos hodie discipulos.

Theodoret. hæretic. fabul. lib. 1.

*Rom. 6. et 8. Colossi. 3. Ephes. 4. 1. Corinth. 9. Matth. 5. * Rom. 2. Philip. 3. Colossi. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT SEXTVM.

Omnes Prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetárunt. Matthæi 11.
Ioannes prohibebat eum dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Matth. 3.
Et ego nesciebam eum. Ioan. 1.

MAGDEBVRGENSES.

CHristus pronunciat Matth. 11. omnes Prophetas & legem vsque ad Ioannem prophetasse. Terminabat igitur Testamentum vetus, & ordiebatur nouum, doctrinas, cæremonias & ipsa separatione: propter hoc officium, insuper encomio ab ipso Christo ornatur. Libro primo cap. 10. pagina 363. Et cap. 4. pagin. 195. *Ioannes Baptista de facto & de iure abrogat cæremonias Mosaycas. Nam reiectis & neglectis illis, ipse nouam, nempe baptismi ad Iordanem orditur: vesicatur locustis: contra legem, & à sacrificiis deducit homines ad exhibitum Messiam.* Et rursus cap. 10. pag. 356. *Ioannes Baptista præcursor fuit Messiæ, destructor religionis Mosaycæ, quo ad eam partem, quæ ritibus & vmbris rerum futurarum constabat, & inchoator noui Testamenti.* Sed & capite 3. pagina 15. *Postquam Ioannes functionem suam ex mandato diuino aggreditur, immutat totius religionis Mosaycæ formam, taxat corruptelas & impios cultus, pronunciat abolitionem status Mosayci.*

CENSVRA

Vsus dicti, Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem.

NOn est obscurum, & Christianis quidem animis haud mediocrem adfert voluptatē hoc Christi verbum, Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem prophetárunt. Ostendit enim statum legis Mosayce caducū, infirmum & abolendum esse, vt qui se non longiùs, quàm ad Ioannis vsque tempora porrigat. Et quoniam ibidem additDominus. *Matth. 11.* A diebus Ioannis vsque nunc regnum cælorū vim patitur, & violenti rapiūt illud, annexa est his quoque Ioannis commendatio. Is quippe non solùm Propheta fuit, qui solet ventura prædicere, sed plus quàm Propheta: quia quem vates legis venturum *Ioan. 1.* esse dixerant, hic venisse monstrabat, dicens: Ecce *Ad Aglasiā quæst. 1.* agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: quemadmodū notat Hieronymus. Nouus igitur & primus *De excellētia B. Ioan. bapt.* Euangelij prædicator Ioannes orbi prodiit, qui vt Bernardus inquit, ostenderet medicamentum vulneri, peccato pœnitentiam, iniquitati veniam: ex illo verbum pœnitentiæ dulce & gloriosum, verbū regni cælorum lætum & adorādum auditur. Quòd *Marc. 1.* cælauerat Deus, tacuerat angelus, latuerat Patriarchas, Prophetæ nescierunt, huic concreditum est, & per eum omnibus commendatum, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum.] A quo felici Ioannis tempore, veluti claro iam post obscuram noctem die, non modò regnum cælorū, vt antea nunquam, suos habet illustres præcones fidósque ministros, verùm etiā homines audito Euā- D gelio, passim velut impetu facto, in hoc ipsum regnum irrumpunt. Et enim ex Euangelij prædicatione multi tum ex Iudæis, tum è gentibus veram iustitiā ardentibus animorum studiis complectuntur, vim sibi sanctam inferūt, veterem hominē exuunt, terrena contemnunt, amant cælestia, & præ salute æterna res mundi quaslibet pro nihilo ducunt. Interim verò lex cum suis typis, prophetis, & Sacramentis ad Ioānem vsque cursum tenet suū, munúsque necessarium præstat, nimirū in veri Messiæ ad- *Iesu. 1.* uentu tùm prædicendo, tū præludendo. Accessit autem Ioannes vt postremus, sic & illustrissimus Prophetarū, homo verè missus à Deo, qui sublata voce, & intento velut digito, palàm indicat, omnibúsque commendat præsentis Messiæ personam, & ad illum amplectēdum nos præclarè veluti manu ducit. Quòd si lex & Prophetę ad Ioannem vsque durāt, & Ioannes promissum exhibitúmq; Messiā patefacit, magnóque cū successu viam Domino parat, non est sanè, quod ad benè beatéque viuendū quisquam vel expecter, vel desideret amplius, cùm corā adsit sponsus, qui veterē perficiat, & in locum illius *Luc. 1.* Euangelium veræ & [a] æternæ salutis scientiā intro- *Ioan. 3. Matth. 5.* ducat, & [b] noua faciat omnia, de cuius plenitudi- *a Luce 1. Apoc. 21.* ne, [c] velut perenni bonorum omnium fonte, nos *b Apoc. 21.* omnes, quæcunque ad benè beatéque viuendū spe- *c Ioan. 1.* ctant, vt hauriamus necesse est.

ACCEDVNT autem Centuriatores, qui vt noui aliquid adferant (nouis enim inuentis admodum delectantur) hoc ipso fundamento, Lex & Prophetæ vsque ad Ioannē prophetauerūt, mirabiliter abutuntur. Sic etenim ratiocinātur: Lex & Prophetæ vsque ad Ioānem prophetauerunt: igitur Ioānes terminauit vetus, & orsus est nouum testamentum. Non id vult sanè Christus inferre, sed indicat solū Propheticæ doctrinæ vsum, qui cum veteri lege coniungebatur, Ioannis tēpore desiturum esse, cùm iam sol ipse fulgeret Christus, qui legis tenebras & vmbras aduētus sui claritate dispelleret atque terminaret. Quare nihil hic de Ioanne statuitur, quod sit vel terminus veteris legis ad eam abrogandā, vel principium noui testamenti ad hoc ipsum instituēdum, quemadmodū nouatores isti hanc suam sententiam postea declarant, & nos loco suo admonebimus. Æque ineptum & insuetū est etiam illud argumentandi genus: Ioannes nouā docendi ratione est sequutus, cùm seperatim in regionibus propè Iordanē sitis docuit, & nouā baptismi seruauit cæremoniā: Igitur de facto & iure abrogat cæremonias Mosaycas & mutat totū statum religionis: nec solū est destructor veteris, sed & inchoator noui Testamenti. Ex eodem fonte cōmentum aliud putidum adferunt, Ioannem, quia totius religionis Mosaycæ formā immutarit, à principibus Synagogæ habitum & damnatum fuisse tanquam hæreticum, & totius patriæ atque auitæ religionis à Deo præscriptæ atque confirmatæ turbatorem. Hæc aliāque id genus ab istis repetūtur & exaggerantur sæpe: sed quę neque cum Ioānis ministerio consentiunt, neque solidis certisque fundamētis niuntur, & sæpe Euangelio nimis licenter & falsò affinguntur.

VNDE

Expenditur Georgij Maioris & Chytræi sententia de Ioannis ministerio.

VNde pari ratione cōtemnimus & repudiamus, quod audacter quidem, sed nimium insulsè scribit Georgius Maior: *Baptistæ ministerium*, inquit, *bis magnis rebus destinatum fuit, primum abrogationi legis Mosaycæ, secunda inchoationi noui testamenti & regni Messiæ, tertio manifestæ receptioni gentium ad societatem Ecclesiæ, quarto repurgationi vniuersæ doctrinæ.* Eodem modo Chytræum ineptire, hæc eius verba comprobant: *Ioannes, inchoauit ministerium noui Testamenti, instauravit veram de Deo naturam, instituit Baptismū, abolevit circumcisionem, & legem Mosaycam, &c.* Tùm alibi: *Ioannes abrogat legem & cultus Leuiticos, inchoat vniuersalem vocationē gentium.* Quis verò non videt, plura & maiora hīc Ioānis ministerio tribui, quàm ex verbo Dei, vel Patribus demōstrari possit? Non agnosceret profectò, sed respueret has commentitias falsasque laudes, si coram ipse qui laudatur, Ioannes adesset, easque omnes ad Christum vltrò libentérque transfunderet. Satis ipse docet de suo ministerio, qui venit præco & præcursor Domini, & velut aurora ante solē orientē atque lucentem cōsurgens, sed minimè sibi sumēs, aut vt Maior loquitur destinatum habens ministerium ad legem abrogandam, ad regnum Messiæ inchoandum, ad gentes Iudæorum Synagogæ consociandas, multóque minus ad totum sanctæ doctrinæ corpus repurgandum, & ad Baptismum instituendum: vti istis libet fingere. Eiusdem est farinæ quod affirmat Maior Ioannem à Mosayca politia discessisse, legésque cæremoniales deseruisse & abrogasse. Sed quousque tandem isti Ioannem velut alterum legislatorem & Synagogæ principem nobis extollent? An beneficium Christi non obscurant insigniter, qui alium quærunt & statuunt, veteris legis abrogatorē, & noui testamenti, regnique Messiæ inchoatorem, ex gentibus Ecclesiæ collectorem, Baptismi Christiani institutorem, omnisque salutaris doctrinæ vindicē & repurgatorem, quàm CHRISTVM IESVM Dominum nostrum? De hoc sciunt Catholici omnes vnicè dictum, ac cælitùs mandatum esse, Hunc audite, quem & Paulus finem esse legis disertè pronuntiat, & de quo vox illa sonat dulcissima, Lex per Moysen data est: gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta est. Nec dubitamus interim, hæc & alia id genus testimonia nota & persuasa esse Centuriatoribus, qui palàm ipsi fatentur, leges Mosaycas omnes impletas, finemque suum consecutas fuisse operibus Messiæ: totam verò politiam Moysis tùm corruere & aboleri debuisse, cùm CHRISTVS Dominus omnia peregisset, quæ ad suū officium pertinebant. Hoc interim non possumus non reprehendere, quod nunc immodicè prorsus & pernicioſe Ioannis ornent & efferant ministerium, quódque imperitum lectorem his insolentibus, ac parum decōris amplificationibus facilè in errorem inducant, quòd suas etiam priuatas opiniones & nouas cōmentationes historiis Euangelicis tàm licenter, quàm frequenter soleant admiscere. An omninò quicquam maiore nobis studio præcauendum est, quam ne occasione vlla filio Dei sua vel detrahatur vel obscuretur gloria, quam tantis ille comparauit laboribus in veteri lege perficienda & noua inchoanda instituendáque? Gloriam meam, inquit, alteri non dabo. Ad hanc verò pertinet, veterem quamuis diuinam, legem tollere, nouúmque condere testamentum, & eum exhibere doctorem, quem Ioël Propheta voluit expectari, & cuius nomine gratulans Ecclesiæ dixit: Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum. Quarè sic accipiendum est, Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, quemadmodum doctè [a] Hieronymus interpretatur, non quòd Ioannes Prophetarum sit finis vel Legis, sed Christus ipse, qui Ioannis testimonio prædicatus est. [b] Et alibi monet idem, Christi tempus hac ostendi sententia. Augustinus autem perspicuè docet Ioannem hoc loco ita depingi, vt totius Prophetiæ, quæ ab exordio generis humani vsque ad Christi aduentū de Christo ipso facta est, imaginem gesterit: sicut autem Legem & Prophetiam in Ioanne; sic Euangelium in Christo constituit.

Quemodo Patres de Ioannis ministerio loquentes, intelligi debeant.

Neque tamen inficiamur dici posse, & à Patribus aliquando scribi, Ioannem antiquæ legis finem, & nouæ principium esse, sicut in huius libri præfatione monstrauimus: sed ad eum sensum, vt Ioannes confinium fuerit Mosaicæ legis & Euangelicæ gratiæ iam aduentantis. Vnde prudenter ita scripsit Theodoretus: Magnus ille Ioannes, qui legis finem & gratiæ principium ostendit, quique inter pædagogum & sapientē magister medius fuit, quatenus vmbræ corpus accedit.] Eādem moderatione vtitur Tertullianus, Ioannē agnoscens limitem quendam, inter vetera & noua constitutum. Verùm hæc longè dissident à verbis & sensu Centuriatorum, qui dicere non verentur, Ioannem finisse vmbras omnes in lege propositas, sustulisse Mosaicum statum, & aliū præsente Christo, eiusque futuro regno, iussu Dei erexisse atque stabiliuisse, quem postea Christus ampliarit atque confirmarit. Sic enim docent pagina 363. An hoc quæso non est, Ioannem Christo æquare, imò & anteponere, & seruum Domino reddere illustriorem? Si etenim Ioannes legem cæremonialem finiit; si Mosaicum statum sustulit; & alium nouæ legis statum erexit ac stabiliuit; an non potiores tenet partes, quàm alter solùm amplians atque confirmans iam prius erecta atque stabilita? Immanè, quàm ista Euangelicæ historiæ nihil quadrant; quàm verò cum Christi maiestate pugnant, & Ioannis ministerium planè suspectum reddūt, si plus quàm præcursorem, & sicut Tertullianus loquitur, præparatorem viarum Domini præstitit? Nouam ille baptizandi rationem inducere potuit; sed hoc perficere nec debuit, nec potuit, vt veteris & Mosaicæ religionis formam, cultúsque Leuiticos vel mutaret, vel auferret. Cuiusmodi mutationis & abolitionis nulla vsquam extant vestigia, quæ ab istis proferantur, aut veterum sententiis vlla ex parte respondeant. Nec probabunt vnquàm, potestatem Ioanni aliquando esse datam, vt illud, quod non instituerat, abrogaret, præsertim cùm tempus prohiberet, quo minus typi legis ante agnum Christū verè oblatum, abolerentur. Quapropter Chrysostomus de Ioanne scribens: Sub lege, inquit, natus est, non vt eos qui sub lege erant educeret, sed vt essent sub lege, vt secundùm legem & viueret, & doceret. Propterea extra legem nihil aut fecit, aut docuit: sed tantùm pœnitentiā prædicauit.] Ita Chrysostomus apertè

Centuriatores incommodè & perniciosè laudant Ioannis ministerium.

Esa. 42.

a Ad Algas. quæst. 1.
b In cap. 11. Matth. Lib. 83. quæst. quæstione 58.

In Cantic. Canticorum.

Lib. 4. aduersus Marcionem.

Centuriatores Ioannem Christo videntur anteponere.

Cent. 1. li. 2. cap. 10.

Lib. 4. cont. Marcion.

Legē à Ioāne neutiquam abrogatam fuisse.

Hom. 3. in opere imperfect. in Matth.

Ioannes sub lege natus, extra legem nihil aut fecit aut docuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tradit, Ioannem suo loco contentum, adeò nec legem veterem terminasse, neque nouam inchoasse, vt præter Mosaicam legé, nisi forté quod ad baptismum & claram regni cælorum prædicationem pertinet, nihil aut fecerit, aut docuerit. Et Hilarius, Ioannes, inquit, formam prætulit legis, quia lex Christum prædicauit: & Ioannes profectus ex lege est, Christum lege prænuntians.] Verùm enimverò si destruebat Ioannes legem, quod ad ritus & cæremonias attinet, vt isti volunt, mirum sanè, cur Pharisæi ad calumniãdum alioquin procliues, hoc crimen illi non exprobrent, quod in Christo tantoperè exaggerabant? Cur enim hoc vnum dissimularent, qui baptismum Ioannis ferre tàm ægrè poterant, solennem vt legationem mitterent, sedulò percunctantes, tacitèque accusantes, vt quid ipse nouam baptizandi rationem ordiretur? Atqui longè tolerabiliùs apud eos erat baptizare, quàm vsitatas mutare vel antiquare cæremonias: cùm lex alioqui tot baptismata & lotiones contineret, vt Ioannis etiam baptismum permittere posse magis, quàm prohibere viderentur. Errat igitur Chytræus, qui præsens Christi dictum: Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, transfert ad abrogationem legis Mosaicæ positiuæ, vt vocat, & ad Prophetarum vaticinia, quod ea durét vsque ad Ioannem, & in eo compleri incipiant: imò etiam (qui lapsus est enormior) hoc ipsum dictum ad abrogationem legis moralis accommodari posse confingit. Qui certè si ducem & doctorem Augustinum auerfatur, saltem ex Brentio suo discere poterat, legem & Prophetas durasse vsque ad Ioannem, non quòd abrogata sit lex naturalis aut moralis, quæ est decalogus: sed quod aduenièté Ioanne aduenerit etiam Christus, in quo ea, quæ Lex & Prophetæ prædixérunt, impleta sunt. Augustinus verò disertè tradit, Christum hic non de tota, sed cæremoniali quam vocant, lege disserere, quæ ipso adueniente cessarit, & ad Ioannem vsque duraurit: moralia verò legis præcepta esse perpetua, quæ non minus à Christianis modò, quàm olim à Iudæis debeant obseruari. Errat & Melanchthon in hoc scholio suo: *Loquitur hic de lege, in quantum est politica, scilicet de cæremoniis & forensibus, etiam de lege morali, in quantum est externa disciplina cœrcens ciuiliter.* Vbi præterquàm quod tres legis partes à Philippo inepté confundantur, ad Ioannem certè nihil spectabat legis politicæ vel mutatio, vel abrogatio, aut sicut idem loquitur, finis politiæ, sicut demonstrauimus. Nunc verò satis est monuisse lectorem, peccare bis Centuriatores in immodica Ioannis commendatione, quem alibi nimium depresserunt. Primum enim illius baptismum sic efferunt, vt Christi baptismo, sicut sequenti capite demonstrabimus, iniuriam sane grauem & vim manifestam inferant. Deinde in Christi irrumpunt officium, & quod illi soli debetur, in Ioannem inique transferunt, vt filij Dei gloriam obscurent, qui solus abrogator veteris legis, & author seu inchoator noui Testamenti est, dicique meretur.

COMMENDAT hunc Ioannem & Ioannes Brentius, sed præter veterum morem, nec sine Rhetorica quadam amplificatione, non autem secundum Euangelij veritatem. Vocat enim illum non modò primum Euangelistam & concionatorem, sed etiam instauratorem Christianismi, qui nec aliud docuerit, quàm quod Christus & Apostoli posteà docuerunt. Hæc doctis non probabuntur, imò & à mediocriter eruditis refelli facilè possunt, præsertim si Christi Domini cum Ioannis seruidoctrina comparetur. Narrat Lucas à Ioanne baptizatos, de Spiritu sancto, neque credidisse nec audiuisse. Tum aliter Ioannes de oratione & ieiunio, aliter Christus suos discipulos instituit. Apostolicæ porrò doctrinæ sublimitas atque perfectio non modó concionibus & scriptis, sed & miraculis orbi comprobata est, & Propheticas voces longo post se interuallo relinquit. Atque vtinam Ioannem Brentius commendaret tantum, & alibi non insigniter vitupe rauerit: ita vt simul & amicum illi præbere osculum, & hostilem alapam impingere videatur. Tractans enim locum de Christi baptismo, Ioannem atrociter insectatur, nec alia quidem de causa præterquàm quòd ille pro sua summa modestia recusarit ministerium Domino, qui baptismum ab eo expetebat. Nàm sicut à Matthæo scribitur, Ioannes prohibebat eum dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Nunc audi verba Brentianæ interpretationis: *Pièquidem, quod agnoscat se IESV minorẽ, sed imprudenter & stulte agit, quod detrecter Iesum baptizare, & malit carnali suæ prudentiæ, quàm spirituali mandato Christi baptismũ postulatis obsequi. Vide enim mihi maximã Ioannis imprudentiam in maxima eius prudẽtia. Videtur sua detrectatione Christũ honore afficere: sed si rem diligenter perpendas, magna eum contumelia afficit. Nam cum Christus petat ab ipso baptizari, ipse vero non solum id facere recuset, verum etiam iniecta manu eum à baptismo retrahat, quid his factis aliud significaret, quam si disertis verbis ad Christum diceret: Ego qui nolo te baptizare, melius & consultius hác de re cõstitui, quam tu, qui petis baptismum. Ego igitur sapiens, tu stultus: ego prudens, tu ineptus.*

EN Aristarchi noui censuram, eámque fellis & amarulentiæ plenam, in sanctissimum virum, qui sicut verbis sæpè antea confirmauerat, sic nunc reipsa declarat, se non modò secundum personam, sed & ratione officij ac ministerij, Christo longè inferiorem esse. Miratur igitur & velut attonitus cogitat, venire ad se talem tantúmque Dominum, sicut ad Mariæ primum occursum, eius quoque mater admirabunda expauerat: contéplatur Christi præsentis maiestatem, eóque magis, quòd ille humilitate cũ seruo pugnare velle videretur: multisque de causis venerabũdus illum suspicit, quem sursum & super omnes esse, & ab Angelis adorari certo intelligebat. Dixerat de illo antea coram legatis Iudæorum: Non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calciamenti. Quid ergo mirum, si Verbum illud carnem factum, & incomparabilem Dominum hominum & Angelorum non ausit cõtingere, & aqua perfundere vereatur, detrectans baptistæ munus tantisper, donec rescisca, quid à se fieri velit diuina voluntas atque authoritas. Indignum esse putat, sibi tantum ab illo deferri, séque seruum ab excelso Domino hoc nouo & inaudito humilitatis genere superari. Vbi non peccauit magis Ioannes, quàm [a] Petrus qui tamen recte laudatur, quod ex vnius miraculi conspectu ad eam sit Christi cognitionem adductus, vt supplex ad eius se pedes abiiceret, suæque indignitatis sibi conscius diceret: Exi à me Domine, quia homo peccator

Can. 13. in Mat.

De lege per Ioannẽ abrogata non meminit scriptura, neclisset hoc Pharisæi.

Ioan. 1.

In cap. 11. Matth.

In 11. cap. Matth.

In quæst. noui Testamenti quæst. 69.
Et rursus alio lib. eiusdẽ tituli, cap. 15.
In Mat. cap. 11.

Duplex error Centuriatorũ circa Ioannẽ Baptistam.

Hom. 21. in Lucam.

Matth. 3.

Act. 19.

Matth. 3.

Bretio iniqué tractatus & ob tumeliosè accusatus Christi baptismum.

Hom. 3. in Lucam.

Matth. 3.

Ioan. 5. Psal. 98. Hebr. 1. Ioan. 1.

Luc. 1.

Ioannis dubia & facem obscuras Brentij calumnias defendimus.

a Luc. 7. Matth. 8.

Taxat in Ioanne Brentius quod laudandum est.

Patres Ioannẽ defendunt Brentium calumniatorem.

b Lib. 2. in Lucam.
c De temp. serm. 29.
d In cap. 6. Matth.

e Hom. 12. in Matth.

f Serm de baptismo Christi.

De luminibus sanctis.

a Luc. 5.

peccator sum. Notum est Euangelici Centurionis [a] exemplũ, qui summam sui submissionẽ tum verbo, tũ facto declarauit: & hinc laudé est maximam assequutus, quod se Christi hospitis aduentu indignum esse arbitraretur, & coram aliis pronuntiaret. Solus post hominum memoriam inuentus est Brentius, qui quod ex vera fide & ingenti modestia, sanctóque timore Ioannes designauit, quod Patres non modo non excusandum, verum etiam summis laudibus efferendum semper censuerunt, quod pij omnes commendare pro dignitate satis non possunt, id Ioanni vitio vertat, id eius imprudentiæ, stultitiæ, temeritati, superbiæ & carnali prudentiæ tribuat, id ad factum contumelioſum referat, id non humilitati, sed arrogantiæ, sed inobedientiæ adscribat, & tantùm non ex animi quodam fastu intolerabili, ex contentionis studio detestando ad Christi Opt. Max. contemptum, id inquam, illum fecisse ab omnibus iudicari velit. Sed qua de causa Brenti? Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? inquit Baptista. An hoc est obsecro, perinde ac si diceret: Ego sapiens, tu stultus: ego prudens, tu ineptus? Est hoc carnali prudentiæ obsequi? est hoc magna Christum afficere contumelia? Quid magis contortum adferri, quid fœdiùs contra iustissimum & sapientissimum virum à calumniatore impio excogitari vnquam potuisset? Ioannes hoc solum velle, hoc agere videtur, quemadmodum [b] Ambrosius, [c] Augustinus & [d] Chromatius interpretantur; Ego sum peccator: & tu venis ad me peccatorem, vt tua quasi peccata deponas, qui peccata non feceris. Ego creatura sum: tu creator. Ego seruus: tu Dominus. „ Ego figura, tu veritas. Ego homo sum, tu Deus: ego „ peccator, quia homo: tu sine peccato, quia Deus. „ Quid vis à me baptizari? Non recuso obsequium, „ sed ignoro mysterium. Ego peccatores baptizo in „ pœnitentiam. Tu quid vis baptizari, qui non habes causam peccati? imò potius, quid vis baptizari vt peccator, qui venisti peccata soluere?] Nec est interim pertinaciter contentiosus, quod & [e] Chrysostomus monuit, sed dilectionem suam atque obedientiam simul ostendit, Christo præcipienti statim obsequens, cùm audit illud, Sine modò. Quod verò tremebundus postulanti ministerium, negat assensum ([f] Cypriani verbis vtar) non idcircò factum est, quòd obedientiam detrahat imperanti, sed quòd iudicio suo seruo subdi non competat maiestati.] Quo loco præclarum nobis exemplum statuit idem Cyprianus, vt doctrinam præcedat humilitas, & honore se inuicem præueniant, qui maiorem, & qui minorem in Ecclesia locum tenent: sic enim iustitiam omnem à nobis impleri. Ita verò suam de hoc Ioannis facto concludit sententiam, simúlque Brentianam hanc calumniam præclarè retundit: Ioannis humilitas non arguitur, nec vituperabile visum est Christo simplicitatis diffugium, quod reuerentia, non importunitas suggerebat.] Adscribam & verba Pantaleónis Diaconi Græci, vt qui ex professo præsentem locum excusit, & inter cætera mirandam Ioannis humilitatem ita comprobauit: Stupore videbatur dignum, qui enim Pharisæos baptizabat, ab hoc (Christo scilicet) rogat baptizari: qui Sadducæis erat formidabilis, ad illius nunc aspectum assurgit flectens genua: ieiunio clarus, ab eo, A qui non ieiunauit, benedictionem quærit: qui veste ex pilis contexta erat amictus, ab eo qui huiusmodi nihil secum adfert, purgationem supplex petit: quia piú in deserto laboribus & herbarum radicibus ac locustis à puero nutritus, huius nunc tãquam sanctiorẽ constitutionem formidat.] Chromatius verò sic Ioannem prædicat: Is Deum suum, inquit, per Spiritum sanctum recognoscens, cuius ne calciamenta quidem dignum se fuisse portare professus, implere quod iubebatur excusat: quia non credebat ei baptismum necessarium esse, quem sciret ad hoc venisse, vt baptismo suo mundi peccata deléret, & idcircò baptizari se ab eo potiùs oportére testatur.] Chrysostomus verò in hunc modum: Cur Ioannes, inquit, primò Christũ prohibuit, ne à se baptizaretur, postmodùm verò assensus est? Quoniam non erat admodum contentiosus ac pertinax: quin & indignitatem ipse suam & obedientiam detegit.] Quid quod miratur Bernardus, tantam in Ioanne fuisse audaciam, vt ratione vlla infunderet aquam capiti creatoris, suáque dextera Dei verticem contrectaret? Pauet cælum, inquit, stupet terra, Iordanis arridet, miratur Angeli Dominum Sabaoth inter manus baptizantis concludi. Quid est Ioannes? quem Cherubin & Seraphin vix audent aspicere: tu nudum tenére præsumis? Hic est, in quem Angeli desiderant prospicere: & tu non metuis?] Tum alibi: Quid mirum, si tremit homo, nec audet attingere sanctum Dei verticem, caput adorandum Angelis, reuerendum potestatibus? Acquieuit Ioannes, & obediuit (mandati Christo scilicet): baptizauit agnum Dei, & aquis lauit.] Hæc verè, sanctè & propriè docent de Ioanne Patres, quẽ tamen Brentius tàm acerbè tractat, & absque omni ratione flagellat, nunceque primum traducit publicè, suæ tantum vt seruiat libidini, & viro omnium ore celebratissimo dentem Theoninũ infigat. Atqui hoc est profectò non Scripturas Euangelicas illustrare, sed more aranearum bonis ex herbis venena colligere, quæ in sanctissimum Christi præcursorem ore impuro & virulento euomat.

SED ET alibi traducit Ioannem nostrum Brentius, cùm huius illum criminis accusat, quòd vera certáque fide & cognitione Christi vir tantus aliquando fuerit destitutus. Vnde dictum ab illo fuisse putat illud, Ego nesciebam eum, velut tunc animo nondum fuerit benè confirmato in hac opinione, Iesum esse verum Messiam, propter personæ Christi scilicet abiectionem, vel quòd nondum cognouerat hoc, vt publicus testis. Verùm vt de priore sensu nunc tantum agamus, non leue profectò vitium videri potest, si Ioannes veræ firmæque fidei & de Christo cognitionis expers, incertam & quasi coniecturalem habuit cognitionem, quam ex priuata parentum indicatione, & multis ex aliis coniecturis, si Brentio credimus, hauserat. Accedit autem Lossius, & egregium hoc de Ioanne commentum Brentianum confirmans, distinguit duplicem Ioannis de Christo cognitionem. *Vnam, dicit, infirmam fuisse seu opinionem, quam Ioannes ex narratione parentum de miraculis editis in ipsius Ioannis & Christi conceptione & natiuitate, ex quibus cognatum suum Iesum filium Mariæ esse Messiam & filium Dei, vtcunque suspicatus est. Sed quia Iesus abiectus fuit & contemptus coram mundo, & opificium contemptum & vile*

Hom. 17. in Ioan.
Ioan. 1.
An Ioannes dubiam habuerit de Christo cognitionem.

In annotat. in Ioannem cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma cũ patre exercuerat, hæc notitia non satis in Baptista A *cõfirmata fuit. Altera fuit notitia certa & cõfirmata, quã ex diuina reuelatione concepit in baptismo Christi, in quo etiam vocatus est à Deo, vt publicus testis Messiæ esset.*

Vnde colligi satis potest, Brentium & Lossium hactenus conuenire, quòd putent Ioanni certam & confirmatam de Christo cognitionem primùm accessisse, cùm in Christi baptismo ex cælesti reuelatione didicit, hunc Iesum, super quem Spiritus sanctus in specie columbæ descenderat, verè Messiam Deique filium esse. Nam dubium non est, quin certò & perfectè sciuerit Ioannes post Domini baptismum, quòd talem tantúmque testem & perfectè scire, & cõstanter docere de Christo maximè oportebat. Illud verò manet in controuersia, an Ioanni præter certam & firmam hanc quam diximus, infirmam alteram de Christo cognitionem, quam ante B baptismum eius tenuerit, imputare liceat conueniatque. Id affirmant nouatores, & nos propterea negandum dicimus, ne tantus vir in suspicionem veniat; velut annis plus minùs triginta in magnis hæserit tenebris, mundique lucẽ & redemptorem suum aut penitùs ignorauerit, aut solùm per coniecturas agnouerit, vel sicut ait Lossius, de illo velut Messia & filio Dei tantùm vtcumque sit suspicatus. Fluctuabat igitur sancti viri animus, & Simeone infelicior, expectabat tantùm suspirabundus, & animo non videbat, nõ complectebatur salutare Dei, vt isti confingunt, adeóque tantũ non offendiculũ patiebatur, dum videret Iesum pauperẽ & abiectũ, & in arte contempta & vili cũ patre fabro degere, vitámque obscurã vulgari tantum more instituere.

Status quæstionis de Ioãnis cognitione.

Ioan. 1.

Luc. 2.

Vervm enimuerò frigidæ & friuolæ sunt istæ C coniecturæ, falsóque fundamento nituntur, nimirũ Ioanné non in eremo sibi soli vixisse, sed apud parentes hæsisse diu, & Christo fuisse familiarem, & multa de illo subinde ab aliis accepisse. Quæ omnia quàm nullius planè sint ponderis, ex his quæ de Ioannis deserto vitáque in solitudine acta, diximus: facilè intelligi potest. Vt autem de causa præsenti rectius iudicetur, pauca sunt nobis repetenda, quæ lucem huic negotio maiorem adferant. Primum, fuit certè Ioãnes Christi testis ac præco omni exceptione maior, qui de Christo præsente fidẽ & cognitionem non solum alios docuit, sed in animo suo inconcussam certámque seruauit. Deinde non ab hominibus, sed à Spiritu sancto veræ fidei, diuinæque de Christo cognitionis lumen accepit. Ad hæc magistrum proprium, à quo veritatem omD nem edoceretur, Spiritũ sanctum maturius, quàm reliqui à Deo illuminati, habuit: adeò vt in matris etiam vtero adhuc incluſus, sicut primo capite indicauimus, fidem & cognitionẽ de Christo certam fuerit assecutus, & hinc nondum natus Dominum adesse senserit, eodémque tépore Prophetæ officiũ inchoârit. Postremò à fide & cognitione Christi semel accepta desciuit nunquã, ne arundo vento agitata videretur, sed in eadem gratia cõfirmatus perseuerauit, licet progressus in ea fecerit, ac per ætatũ incrementa, & ex nouis etiã, quas illi subinde patefaciebat Deus, reuelationibus, tùm sapiẽtior, tùm perfectior in omni virtute redderetur. Quæ cùm ita esse habeant, quemadmodũ partim Euangelicæ literæ, partim Patrũ testimonia liquidò contestantur, nullam sanè istis authoribus causam esse video, cur Ioannem tot Dei donis ornatum ac repletum,

Quæ circa Ioãnis cognitionem & de Christo fidem sint in primis cõsideranda.

Matth. 12. Luc. 7.

nunc fide priuent, ac illi præstãtissimo Doctori tot annis, vsque ad Christi baptismum, infirmã tantùm cognitionem & meram opinionem de Christo tribui postulent. Philippus autem, vt & ipse Baptistæ fidem obscuret, etsi paulò commodius, quàm superiores duo, loquatur, tamen fatetur & ipse Ioãnem aliquando non cognouisse, quòd Iesus esset Messias, & filius Dei, habens diuinam naturã & humanam, quíque non mundanus Rex futurus, sed sua morte redempturus esset Ecclesiam, & regnaturus in vita æterna.

In cæ. 1. Ioannis.

Philippi de Ioannis cognitione sententia.

Qvis verò vnquam Ioannẽ ita depinxit? Quis fidem huius generis informem ac dimidiatam, vt Melanchthon, illi tribuit? Quis hominem diuinorum mysteriorũ vel maximè cõscium, plena Christi cognitione orbandum putauit? Quis bonorũ ex Christi testimonio non credidit ac iudicauit, Ioannem & Prophetam, & plus quàm Prophetam esse? At Prophetæ non humanitus edocentur, sed diuinitus illustrantur: non coniecturis vtuntur, sed infallibili diuinæ sapiẽtiæ lumine certi reddũtur de his, quæ reuelant aliis, ne alioquin quod diuini spiritus claritate perfusi cognoscũt & docẽt, id è creaturis vllis emendicare videantur. Iam verò ad hanc propheticam gratiam & insignẽ diuini spiritus reuelationem, qua Christum Ioannes Prophetarum illustrissimus didicit, multò ante baptismũ, & inde à primis annis accitus peruenit. Nec mirũ quando fuit idẽ homo missus à Deo præ cæteris omnibus, missus inquam, cum singulari & firmo fidei lumine, vt omnibus qui sedebant in tenebris & vmbra mortis, scientiã salutis adferret, & certissimæ fidei de luce vera Christo testimonium tale præberet, quale nullus vnquã præbuit antea. Hilarius igitur hoc palàm affirmat: Ioannes iam ab vtero prophetans non eguit hac voce: Hunc audite: hoc Ioannes non ignarus audiuit: ad doctrinam nostram (non autem Ioannis videlicet) paternæ vocis testimoniũ mittitur.] Origenes in hũc modum: Sicut Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei, sic puto, quòd Ioannes locutus fuerit in deserto, & Dominus respondit ei. Hoc arbitror certa de Scripturis ratione conuictus.] Nec alienum est quod Chrysostomus his verbis affirmat: Nouerat Christũ Ioannes semper esse venturum, & nõ solum nouerat ab infantia, sed in vtero matris nouerat, & eũ salutauerat.] Gregorius verò Magnus Ioannem in illis numerat, qui non humanitus, sed per magisteriũ spiritus intrinsecus docẽtur, vt etsi eis exterius humani magisterij disciplina desit, magistri tamen intimi censura non desit.] Est igitur longe alia Ioannis, quàm reliquorũ credentiũ, ratio habenda, qui per auditum fidem sibi parant, multisque adiumentis egent, & vtuntur humanis, vt in fide excitentur, cõfirmentur & augeantur. Ioanni vel triplex erat de Christo cognitio, sicut Euthymius annotauit, vt potè quem cognouit partim per visum, partim per auditũ, partim prophetico more. Illi solidictũ est, super quem videris spiritum descendẽtem & manentem super eũ, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, inquit, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Neq; solum hoc spiritus testimoniũ suis conspexit oculis, sed & auribus vocẽ Patris de nube sonantẽ istam audiuit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quid: quòd Bernardus hoc priuilegium Ioanni tributum, ac præterea

Confutatæ Philippicæ sententiæ de cognitione Ioannis.

Matth. 11.

Lib. 1. Dialog. cap. 1.

In 1. cap. Ioan.

Ioan. 1. Triplex Christi cognitio in Ioanne

De Trinit. lib. 6.

Matth. 3.

Hom. 11. in Lucam.

In 11. cap. Matth.

præterea nulli collatum esse dicit, vt se primùm illi A sanctissima Trinitas reuelarit? Pater ab illo auditur in voce, Filius baptizatur in flumine, Spiritus sanctus demonstratur in colũbæ specie. Adest Ioannes totius medius Trinitatis.] Quis verò ambigat, quin Ioannes præterea per prophetiam de Christo varia & sublimia cognouerit, frequentesque de illo habuerit reuelationes, præsertim in deserto suo delitescens, & se leuans super se, vbicunque demum esset, priusquam Christum baptizaret?

Ser. de excel. & sanc. Ioã. Baptistæ.

Neque huic repugnat sententiæ, quòd ab eodem Ioanne dicitur, Ego nesciebam eum. Nam hoc dicto fatetur, Christum de facie sibi cognitum non fuisse, sicut hunc locum [a] Chrysostomus, [b] Cyrillus, Theophylactus aliique plures rectè interpretãtur. Nesciebat Christum, inquit Rupertus, secundum hominem, id est cuius figuræ vel habitus esset, aut B vbi, vel quibus cũ hominibus habitaret.] Nec multò aliter Beda sentit, quòd Ioannes nimirum Christum antea sciuerit, sed audita voce de cælo illum perfectius cognouerit. Quin & Bucerus ingenuè fatetur, ignotum Ioanni Dominum de facie vsque ad tempus baptismi mansisse: idque factum ideo dicit, ne ex pacto illum tanto honestare eloquio videretur. *Nesciebat Christum*, Buceri sententia, *donec super illum vidit Spiritum sanctum descendentem, quod ipsi signum agnoscendi Christi dederat Spiritus sanctus, vt Ioannes ipse testatur.* Et rursus: *Verisimile est*, inquit, *cũ Ioannes in deserto Iudææ Christus in Galileæ vsque egisset, vt esse facie alter alterum humanitus non nouerit.* Isti verò sibi confingunt, quòd Iesum verè Messiã, aut Dei filium, & mundi redemptorem tot annos iam natum Ioannes ignorauerit, atque ita de summo & præcipuo Christianæ fidei articulo nihil habuerit certi, sed minus quàm pastores Bethlehemitici, vel Magi Orientales, secũ statuere potuerit de præsenti Emanuele. O te infelicem & sinistro, vt aiunt sydere natum Baptista, cui frustra tot laudes decãtauit Gabriel, cui Christi & matris primus occursus tàm parum profuit, in quo Zachariæ patris vaticinium, & commune totius populi augurium fallax vanumque deprehenditur. Infelicem te dico, si, quemadmodum æmuli tui contendunt, tàm cito mutasti aut remisisti aliquãdo fidem, quam in aluo materna profitebaris: si præterea tàm tardè sponsi amicus factus es, vt maiorem ætatis partem in cõmuni errore vulgi traduceres, sponsumque & redemptorem tuum, quamuis præsentem, nec oculis fidei cerneres, neque brachiis cordis amplectereris. Sed res ipsa loquitur satis, & si nihil addamus amplius, de Ioanne istos nimium abiectè indignèque sentire, & prorsus improbè pronuntiare, qui cognitionem de Christo imperfectam & incertã illi, qui plusquàm Propheta fuit, tribuũt & assignant. Hoc verò quid est aliud obsecro, quàm de matura Ioãnis sanctificatione ambigere, fidem in illo sinceram desiderare, tantique Prophetæ ministerium vulgò suspectum reddere atque labefactare?

Luce 2. Matth. 2. Luce 1 Quam infelix Ioãnes fuerit ex nouatorum sententia.

In 3. cap. Ioannis.

Ioannis etiam Buceri testimonio Christũ necdũ baptizatũ de facie non nouerat.

CAPVT SEPTIMVM.

Fuit Ioannes in deserto, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Marci 1.

Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Luc. 3.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Matth. 3. Luc. 3.

MAGDEBVRGENSES.

Ad doctrinam nouam ordiebatur eremeniam, nempè baptismum, non ex priuato arbitrio, sed voluntate Dei, & quidem in remissionem peccatorum. Nec multo post, *Ideo autem vocatur baptismus in remissionem peccatorũ, quia promissio de remissione peccatorum, isti actioni annectebatur, perque ea media, nimirum verba Euangelij de Christo, & ablutionem per aquam, remissionem peccatorum certo conferebat Deus. Inscite igitur faciunt, qui effectu baptismum Ioannis seu Apostolorum discrepare contendunt, cum clare scriptum extet, Ioannem prædicasse & administrasse baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Lib. 1. cap. 10. col. 361. Ibidem cap. 4. col. 156. *Quod ad baptismum Ioannis Baptistæ & Apostolorum attinet, ministerio & efficacia prorsus conueniunt.* Et cap. 4. col. 155. *Testatur Ioannes, non tantum baptismo suo testimonium Christo exhibito ferri, sed etiam beneficia ipsius conferri & applicari.*

CENSVRA.

De baptistæ nomine & ministerio. Ser. de excell. & sanc. Ioannis Bap.

Ad Algasiã Quæst. 1.

Abet hoc Ioannes propriũ D sibi, vt vnus inter Prophetas omnes verbi & aquæ sacrum exerceat ministerium, vnde Baptistæ nomẽ obtinet peculiare: idcirco autem maximè, quod inter alios plurimos Christum Dominum in Iordane flumine baptizarit. Quocirca hoc priuilegiũ Ioanni proprium esse Bernardus asserit, vt illũ baptizaret, qui omnes in Spiritu sancto & igni baptizat, vtque virginem ac Virginis filiũ virgineis manibus irrigaret. Hinc idem non solum Propheta, sed plusquàm Propheta nuncupãtur, quoniã ei ad fastigium prophetale Baptistæ accessit priuilegium, vt Hieronymus annotauit. Neque vero leuiter aut malè instructus ad hoc baptizandi munus accessit, sed cũ in vasta solitudine omnibus pene incognitus inde à primis annis vixisset, & in omni virtute diu ac multum sese exercuisset, tum docendo, tum baptizando non prius se prodidit, quàm aliud diuina vocatio demum efflagitasset, vt aduentãti Christo publice testimonium ferret, atque Christianum baptismum veluti præluderet ac adũbraret. Proinde cum Lucas exposuisset, quo tempore, & sub quibus principibus ille hoc nouum & celebrè docendi baptizandique munus fuisset orsus, mox ista subiecit: Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & venit in omnem regionẽ Iordanis, prædicans baptismũ pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ. Vnde cum Ioannes non nisi diuino afflatu iussúque permotus, docendi baptizãdique causa in publicum processerit, satis hoc ipso testatum reliquit, se nõ temere, neque citra legitimam vocationẽ, quod etiamindicat Theophylactus, ad testificãdam Christo profiliisse. Neque

Quomodo Ioãnes ad baptizandum instructus venerit.

Luce 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero paucis hoc Ioannis baptisma, cuius sit apud Iosephum quoque mentio, & contigit, & profuit, sed quemadmodùm narrat Matthæus, exibat ad eũ Hierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur in eo in Iordane confitẽtes peccata sua. Colligit inde Gregorius Magnus, vtrunque de Ioanne statuendũ esse, quòd baptismũ pœnitẽtiæ simul & prædicarit & administrarit. Quòd baptizandi munus tanti facit Augustinus, vt illum hoc nomine Prophetis aliis anteponat, sicut hæc eius verba declarant: Nulli Prophetarum, nulli prorsus hominum in Scripturis diuinis legimus concessum esse baptizare in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorũ, quòd Ioanni concessum est: qua mirabili gratia suspendens in se corda populorum viam præpararet in eis illi, quem se tantò prædicaret esse maiorem.]

In cap. 3. Luc. Lib. 18. de antiquit. Iudaicis cap. 10 Matth. 3 Hom. 20. in Euangelia. De baptisc. contra Donat. lib. 5. cap. 9.

B Hic iam vetus, nec omninò leuis incidit quæstio de Ioannis baptismo, quàm vtilis ille ac efficax fuerit, & num à nostro seu Christiano baptismo discreparit? Ac de hoc quidem satis conuenit, actionem illam Ioannis, rectè & ex Dei voluntate institutam, illique tempori congruam fuisse, cùm Ioannes ipse testetur, se ad baptizandum diuinitùs esse missum, & eo quidem fine, vt Christus, qui paucis adhuc innotuerat, in Israel manifestaretur. Vnde fatendum est, Ioannis baptismum non ab hominibus, sed ex Deo, seu vt Christus loquitur, è cælo fuisse, & ex diuina authoritate, neque humana tantùm ordinatione actionem illam prodiisse. Probabilis est Hieronymi sententia, Iudæorum proceres à Ioannis baptismo se abstinuisse, quod putarint illum humana deceptione esse compositum, ac nihil habere diuinum. Rogati autem à Christo, Baptismus Ioannis vnde erat, à cælo an ex hominibus? ob populi & seditionis metum, fateri non sunt ausi quod sentiebant.

De Ioannis baptismo qua tenus conueniat & contro uertatur. Ioan. 1. Matth. 12. Lib. 3. in Matth.

C Gravis autem & præcipua est quæstio, an illi Ioannis actioni, sicut Apostolorum & nostro baptismo, vis & efficacia remittendi peccata tunc annexa fuerit? Vbi non abs re facturi videmur, si ad rẽ illustrandam principiò repetamus, in sacris literis varia esse baptismatum genera, quæ cum laude numerari possint. Est enim baptisma, quo à Paulo dicuntur Iudæi in Moyse baptizati in nube & mari, & quod Moyses indixit Iudæis secundum legẽ immundis, vt aqua purificationis abluerentur. Est & Ioannis baptisma proprium, qui non Iudaicè baptizauit, quoniam non in aqua solùm, sed & in pœnitentiam, non tamen penitùs spiritualiter, vt inquit [a] Nazianzenus, neque vt nouæ sacramentum legis administrauit, Qui Ioannis baptismus parùm erat durabilis, vt qui baptizato Christo, sicut & Augustino visum est, finem accepit. Est & Christo proprium baptisma, qui vt Christiani baptismi petendi simul & accipiendi formam exemplúmque præberet omnibus, à Ioanne voluit baptizari, & nouum deinde baptismum instituit, qui omnium priorum baptismatum quædam existit consummatio, & vniuersorum Sacramẽtorum nunc ianua dicitur. Hic baptismus verè vnicéque perfectus est, quoniam animam simul & corpus, hoc est, totum hominem abluit purificátque, vt hinc etiam lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti abundè in nos effusi ab Apostolo Paulo dicatur. Vnde sicut à Damasceno scribitur, baptizamur per-

Baptisma multiplex in sacris literis. 1. Cor. 10 Leuit. 14. 15 Matth. 3 a In sancta lumina Epiphan. De Christiano baptismo. Li. 5. de baptisc. contra Donatis. 9 Matth. 3. Matth. 28. a Ad Tit. 2. Lib. 4. de fide orthod. cap. 5.

quoscunque demùm ministros baptizaret? Prætereo A quòd in venturi nomine duntaxat Ioãnes baptizet, sicut [a] Hieronymus; [b] Ambrosius aliique multi propter Lucæ verba sentiunt, eáque baptizãdi formã vt rudiorem, sic & gratiæ spiritualis expertẽ & inferiorẽ volunt haberi, quã quę à Christo ipso in nomine sanctæ Trinitatis tradita, & ab Apostolis obseruata est. Hoc verò certò constat, in baptizatis à Ioãne nusquã apparere, neque commõstrari posse vim & operationẽ diuini Spiritus, qui tot modis in aliis ab Apostolis postea baptizatis, vt omnes iure mirarentur, potẽter exeruit sese, quemadmodũ in Actis Lucas sæpè testatur. Loquor autẽ non tantũ de manifesta illa vereque mirãda donatione Spiritus sancti, quæ in specie ignis die Pentecostes facta est, sed & de singulari efficacia Spiritus mundantis, & sanctificantis, & imbuẽtis primam Ecclesiã. Hìc enim impleri cernimus dictũ Prophetici, Effundam super vos aquam mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis cor nouũ, & Spiritum nouũ ponã in medio vestri. Ad hæc Ioãnis baptismus vt ab authore suo, cuius & nomẽ præ se fert, incipit, ita in eodẽ desinit, & velut vmbra corpori, victusq; victori, sic Christi baptismo cedit penitus. Nã simul atque Ioãnes ab Herode in vincula cõiectus fuit, baptismus eius simul & ligatus & fractus quodammodò concidit: nec ministros alios inuenit: sed cũ authore suo stetit & cecidit, imò verò planè interiit. Quã verò sunt hæc procul à Christi baptismo semper durabili, & post Domini mortẽ non minus quàm antea, salutari & efficaci, & cui nũquam defunt ministri non solum ad porrigendã aquã verumetiam ad purgandam cuiusque accedentis animam, eamque charactere diuino consignandam.

Ioannes baptizauit in nomine Christi venturi. a Adu. Luciferianos. & in 2. Ioel. b Lib. 3 in Luc.

Cur Ioannis baptismus christi baptismo non possit æquari. Act. 8. 10. & 19. Act. 2. Ezech. 36.

Ioannis baptismus cum suo authore stetit & cecidit. Aug. trac. 4. in Euang. Ioannis. Matth. 3 Baptismus Christi longè potissimus ceteris in quibus differat. Tract. de baptismo Christi.

Præter hæc omnia qui potuit fieri quæso, vt Ioãnis baptismus perinde ac Christi, salutaris esset, eo præsertim tẽpore, quo Christus nondũ fuit in Iordane baptizatus? Etenim tunc primũ suo baptismo perfecit, vt aquæ sanctificarentur, & vim illis regenerãdi contulit, vt vno velut ore Theologi omnes asseuerãt: nominatim quidẽ [c] Origenes, [d] Nazianzenus, [e] Chrysostomus, è latinis verò Patribus [f] Hilarius, [g] Ambrosius, [h] Hieronymus. Demum si Ioãnis baptismus imbecillis & imperfectus nõ esset, ab illo baptizati haud sine sacrilegio iterũ baptizarentur. Et quanquã semel id factũ esse duntaxat in sacra Scriptura legamus, tamẽ probabile videtur, quod Paulo accidit, id aliis etiã Apostolis crebrius vsuenisse. Augustinus, qui in Scripturis interpretandis est diligentissimus, hoc in illis deprehendit & scripsit, [i] Apostolos Christi accepisse baptismũ, etsi vbi & quando acceperint, Scriptura nõ exprimat. De aliis verò, quos baptizauit Ioãnes iudicat, [k] hoc baptismi genus illis nõ suffecisse, sed fuisse opus, vt Christi baptismo, quia discipulis eius administrabatur, denuò baptizarẽtur. Cui rei magnum & euidens argumentum præbet Paulus, qui Luca teste, haudquaquam dubitauit duodecim Ephesios denuò baptizare, & Christi baptismũ illis imperti, licet Ioãnis baptismo essentiam antè donati. Nec vlla id faciẽdi causa fuit, nisi quemadmodum Patres declarãt, vt Christi baptismo suppleretur, quod illis adgratiã spiritualem ex Ioannis baptismo deerat. Sic enim scribit vetus Ecclesiæ doctor Origenes: Qui in actis baptizati erant Ioannis baptismo, & neque an Spiritus sanctus esset audierant, denuò ab Apostolo baptizabantur: quia regeneratio non apud Ioannem, sed apud Iesum per Apostolos suos fieret cum renouatione spiritus.] Augustinus habet in hunc modum: Baptizatos à Paulo eos, qui iam baptismo Ioannis baptizati fuissent, legimus in actibus Apostolorum, non ob aliud, nisi quia Ioannis baptismus non fuerit Christi baptismus, sed Ioanni à Christo concessus, qui Ioannis propriè diceretur. Accepit autem hoc Ioannes certæ dispensationis gratia, non diu mansurum, sed quantum satis esset ad parandam viam Domino, cuius eum præcursorem esse oportebat.] Nec dissentit Hieronymus, Qui, Ioannis baptismum, inquit, acceperant, quia Spiritum sanctum nesciebant, iterum baptizabantur, ne quis putaret gentibus ac Iudæis aquam sine Spiritu sancto ad salutem posse sufficere.]

Aquæ baptismi à christo baptizato vim habent sanctificandi. c Hom. 7. in Luc. d Homil. in Epiphan. e Homil. 10. in Matth. f In 2. cap. Matth. g In Epiph. Sermo. 4. h In 3. cap. Matth. i Epist. 108. ad Seleuciam. k Tract. 5. in Euang. Ioannis. Act. 19. In Ioannem tom. 8. A Ioanne baptizatiquare ab Apostolis rebaptizẽtur, ex Patrũ sententia. Lib. 2. de Trinitate cap. 12. Vide Aug. contra Petilianum. Act. 2. Ioan. 7. Vide Aug. contra Petilianum. Ioannis baptismum non esse Christi baptismum. Act. 19.

Quæ trium Patrum testimonia ideircò coniunxi- B minus vt dubitari possit, Ioannis & Christi eundem non esse, nec dici posse baptismum, & vnum quidem alteri longè præstare, Paulum verò ad baptizandos duodecim Ephesios ideircò accessisse, vt adhibito illis Christi baptismo, spiritum gratiæ in aqua vitæ impertiret, cùm Ioannis duntaxat imbuti baptismo, non potuerint aut remissionem peccatorum assequi, aut Deo reconciliari. Prætereà his aliisque pluribus patrum sententiis, vt Basilij, Chrysostomi, Ambrosij, Theophylacti, quas longum esset recensere, satis admonemur, quàtoperè nouatores erẽt, cùm in aliis, tum in hac ipsa luce historia interpretanda. Vbi certè mirum quantoperè isti se torqueant, & ad quæ confugiant diuerticula, non solùm à Patribus, sed etiam à se mutuò plurimum dissidentes, Quod vt paucis ostendam, [a] Caluinus de hoc loco ita pronuntiat; *Concedo fuisse illud verum Ioannis baptisma, & vnum* C *idemque cum Christi baptismate: sed rebaptizatos nego.* Brẽtius [b] ad hunc modum. *Non intelligendum est, quod iterum baptizati sint baptismo aquæ, quo antea per Ioannem baptizati fuerant, sed quod baptizati sint baptismo ignis, qui in die Pentecostes in nomine Iesu Christi effusus est.* [c] Centuriatores verò Ephesios illos, qui à Paulo iterum baptizantur, fingunt non verè Ioannis baptismo, sed eius corrupta & deprauata forma citra nomen Spiritus sancti, & duntaxat in nomine Domini Iesu, baptizatos fuisse. [d] Bullingerus negat eos à Ioanne baptizatos aqua, nec vult eos, nisi semel & primũ à Paulo baptizari. Contrà verò videtur [e] Lossio, non hos à Paulo aquæ, sed spiritus baptismate baptizatos esse. Accedit [f] Musculus & contendit, verè hos ipsos Ioãnis & Christi baptismũ accepisse, & quidẽ bis, priusquàm ad eos Paulus veniret. Quid verò [g] Bucerus? D *Nũquam*, inquit, *rebaptizasse illos Ephesios Paulus, si Ioannis baptismo, id est, quo solebat ipse baptizare in pœnitentiam & fidem Christi, fuissent baptizati.* Rursus verò Chytræus putat, quod Paulus illic tantum imposuerit manus non duodecim Ephesiis, sed auditoribus Ioannis, qui à Ioanne baptizati sint in nomen Domini Iesu: Paulum igitur idem hic facere, quod de Petro & Ioanne Act. 8. legitur, vt credentes nimirum per manuum Apostolicarum impositionem visibili specie accipiant Spiritum sanctum. Hæc aliaque magis dissona consarcinant aduersarij, & nihil certi nobis constituere possunt, vt commode quidem elabantur, sed suis nouis figmentis hoc solum efficiunt, vt Lucæ verba in sensus omnino peregrinos & falsos transforment, vtque suam de Ioannis baptismo stultitiam magis & magis orbi prodant, ac demùm vt fenestram aperiant viámque muniant anabaptismo. Etenim si baptismus Ioannis (quod isti cõtendũt) mi-

Secta riorum dissẽtie opiniones in locum Act. 19. a Instit. li. 4. cap. 15. b In c. 3. Luc. c Cent. 1. li. 2. col. 354. d In cap. 19. Act. Apost. e In annot. in eundem locum. f In locis communibus de baptismo. g In 3. cap. Matth. In Matth. cap. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interpretationem nouarum inuere Anabaptistis.

nisterio & efficacia est idem planè, qui Christi baptis A
mus, cur non liceat Anabaptistis rebaptizare fratres,
& sequi Paulinum exemplum, cum tantus Apostolus
Ioannis baptismo Christi quoque baptismum in E-
phesijs adiungendum putarit?

IAM verò nostri Cęturiatores, vt propiùs ad rē ac-
cedamus cōstāter affirmāt, baptismū Ioānis & Apo-
stolorū nō discrepare, sed ministerio & efficacia pror-
sus conuenire: Ioannē administrasse baptismū inre-
missionē peccatorū, illoq; testari, quòd baptismo suo
beneficia Christi cōferat & applicet. Verum isti nihil
hīc noui adferūt, sed in eadē sunt cum illis naui reli-
qui nouatores, vt [h] Caluinus, [i] Bullingerus, [k] Buce-
rus, & qui sunt adhuc Lutheri studiosiores [l] Brētius,
[m] Crucifer, [n] Lossius, [o] Culmānus, [p] Chytræus, [q] Bi-
lambachius. Quoniā verò longū sit singulorū citare
verba, vnū atq; alterū, Philippū videlicet ac Brentiū, B
velut antesignanos, pro omnibus loquentes introdu-
cemus, Philippi [r] verba sunt: *Hic quæri solet, quid inter
sit inter Baptismū Ioannis & Apostolorū & sequentiū mi-
nistrorū Euāgelij. Nō est difficilis responsio nobis intelligen-
tibus officiū Ioānis. Verū est, discernēdam esse personā Messiæ
à ministris: tamen ministerium Ioannis & sequentiū doctorū
noui Testamenti, significationē & effectum eundē habet: Ioan-
nes enim est inchoator prædicationis Euangelii. Sub initiū no-
ui Testamenti audita voce Ioannis senserunt electi iram Dei
aduersus peccatū, ac expauerūt: & rursus credentes voci mon-
stranti acceperunt remissionem peccatorum, & inchoata est in
eis nona & perpetua iustitia. Eadē fiūt in concione Apostolo-
rum, & sequentium vsque ad finem mundi: ideo in Luca dici-
tur: Prædicans baptismū pœnitentiæ ad remissionem peccatorū
Quasi dicat, Ioannis concio non erat inanis sonitus, sed Deus
voluit esse efficax per vocem Ioannis, quem voluit esse testem* C
de Messia nato & inchoatorem Euāgelii. En præcipuū Phi-
lippi argumētū, ob quod Ioānis & Christi baptismū
velit exæquari, nimirum quandoquidē Lucas dixerit,
Prædicans baptismum pœnitētiæ in remissionē pec-
catorum: de cuius loci vera & solida interpretatione
nos postea respondebimus. Nūc Brētium audiamus:
Breuiter, inquit, *respondemus baptismū Ioannis & Apostolo-
rum, ac totius Ecclesiæ Christianæ, nō solū planè eundem
esse, verūm etiam Ioannem primum esse instauratorem eius ba-
ptismi, quo adhuc hodie vtitur Ecclesia, & quo vtetur vsque
ad consummationem seculi.* Ac iterum: *Demonstrauimus, do-
ctrinam & verbū Ioannis nullum habere discrimen à doctri-
na & verbo Apostolorum.* Et alibi vocat Ioānem primū
Christiani baptismi ministrū, ac vrget idem cū Phi-
lippo argumentum, à Ioanne prædicatū esse scilicet,
baptismū pœnitētiçin remissionem peccatorum. Præ-
tereà quoniā Ioannes dixit de Christo, baptizaturū
illum in Spiritu sancto & igne, hūc ignis baptismū ad
eam diuini spiritus effusionem refert, quæ tùm Apo-
stolis in die Pētecostes, tū aliis quibusdā discipulis nō
sine aperto miraculo cōtigit & hac quidē ratione vult
Christi baptismum præcellere: alioquin in Ioānis nō
minùs quā in Christi & Apostolorū baptismo, cōmu-
nia dona spiritus ad salutē necessaria collata fuisse.

Frustra varij nonnulli distinguūtur inter Ioānis & Christi baptismum.

QVIS autem vel mediocriter doctus ex his nō de-
prehendat in quot quantosq; isti prolabātur errores,
dū contra dilucidā Scripturæ veritatē, & cōstantē ve-
terum sententiā, Ioānis & Christi baptismum ferè
cōmiscent, neq; aliū atq; aliū faciūt? Error autē om-
nis ex eo fonte manat, quòd Zachariæ verba nō satis
expēdant, quibus ille diuino spiritu afflatus, de Ioānis
filij sui officio ac ministerio sic est clarissimè vaticina-
tus: Et tu puer Propheta altissimi vocaberis: præibis
enim ante faciē Domini parare vias eius, ad dandam
scientiā salutis plebi eius in remissionē peccatorū eo-
rū. Fecit autē Ioannes quod prædixit pater, & pro ra-
tione vocationis suæ partim docēdo, partim baptizā-
do fidus Messiæ præcursor absolutè fuit. Proinde ru-
dē prorsus & legis operibus iādiu assuefactū populū
veluti pædagogus huc instituit & adduxit, vt ad Chri-
sti doctrinā & baptismum plurimi facti fuerint para-
tiores. Et adhuc isti audent fingere, nō solū in baptis-
mo, sed & in omni doctrina Ioānis & Apostolorum
nullū fuisse discrimē. Atqui Ioānes cum Iudæis, atq;
vt sic dicā, cū Catechumenis duntaxat versari debuit,
vt velut paruulos ac tyrones, ad capessendā Euāgelij
gratiam præpararet & aduētanti Messiæ, iactis primū
pœnitētiæ velut fundamētis, viā cōmuniret. Apostoli
verò Iudæis simul & gētibus, imbecillioribus & pro-
uectioribus, iustificādis & iustificatis inseruiērūt, ne-
que ita sicut Ioānes circa elementa exordij sermonū
Dei, vt Paulus apellat, laborārūt, sed viā etiā excellē-
tiorē demōstrarunt, multoq; plura & sublimiora le-
gis nouæ mysteria palā enuntiārūt, vtpotè orbis ma-
gistri, & primi architecti, ipsāque vt Ioānes dixit, fun-
damēta Ecclesiæ, qui & sapientiā cibūq; solidū perfe-
ctis trādiderūt. Deinde nō minimā errādicausam istis
præbet, quòd de Christiano baptismate malè ac irre-
uerēter sentiāt, cū vim eius diuinā ac singularē efficā-
ciā ad gratiā iustitiāq; homini cōferendā nō agnoscāt,
& ex eo signū quoddā ac symbolū dūtaxat externum
ad fidē excitandā atque cōfirmādā faciāt effectū inte-
rim regenerationis & renouationis cōtra doctrinam
Apostolicā illi adimētes. Docēt igitur eūdē esse vsum
aut fructū baptismi Ioannis, & eius qui ex Christi in-
stitutione in nomine Trinitatis confertur: adeoque
veteris & nouæ legis Sacramētis vim eādē adscribūt.
Quare nihil mirū, si Christi baptismū, quē adeò infir-
mum & imperfectū relinquūt, cū Ioānis baptismo,
imò & cū veteri illa Iudæorū purificatione, cōponāt.
At enim neq; Scriptura concedit, neq; Patres docēt,
vt quemadmodū de Ioannis baptismo rectè dicitur,
quòd baptizarit in pœnitentiā, sic etiā de Christi ba-
ptismo saluos homines faciente dicatur. Hunc ipsum
pœnitētia in remissionem peccatorū præcedat neces-
se est, sicut & Petrus in prima concione declarat, &
Ambrosius cōprobat, cùm inter baptisma pœnitētiæ,
quod penes Ioannem fuit, & baptisma gratiæ, quod
sibi vendicat Christus, apertè distinguat.

ACCEDIT alius etiā istorū error ex verbis Mat-
thæi & Lucæ collectus, cū Ioānes dicit, ipse vos bapti-
D zabit in spiritu sancto & igne. Ioānes igitur, vt isti pu-
tāt, haud negat in suo etiā baptismo Spiritū dari, sed
hāc solū excellentiā Christi baptismo tribuit, quòd
in illo Spiritus & ignis, hoc est, igneus quidā baptis-
mus, & externū admirandúque donū distribuatur:
atque ita Christū in die Pētecostes baptizasse cōten-
dūt, cū in suos visibili & admirādo quodā modo Spi-
ritū sanctū effudit. AT si Ioānis verba penitiùs inspi-
ciamus, nō erit obscurum, hoc illi propositū fuisse, vt
suū & Christi baptismum ratione vtriusque personæ,
Domini & serui, tū ab ipso effectu interiore, & non
propter externū symbolū ignearum linguarū, præci-
pue discerneret ac separaret. Qua de re Origenes, &
variis quidē in locis monuit diligenter, vt vtriusque
baptismi differentiam certius constitueremus. Ioan-
nis baptisma in lege esse dicit, Christi verò ad Euan-
gelium pertinere vult, de quo Paulus disertè loqua-
tur: Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu.

Rursus

Rursus Ioānis baptismū facit expletionē veterum A
nō autem sicut Christi baptismus est, inchoationē
nouorū. Et idcirco à Christo dictū esse illud: Sine
modò, sic enim decet nos adimplere omnē iustitiā:
vt sciamus videlicet, quòd baptisma Ioānis exple-
tio erat veterum, non inchoatio nouorū. Nec ali-
ter sanè quàm Origenes, & sensit & docuit Cypria-
nus: Licet plenam, inquit, non habeat virtutē, suscē-
pit tamen Christus baptisma Ioannis. Præparabit
viam Domino Ioannes lauando exteriùs corpora,
vt præcederet exteriùs lauacrū secuturū baptisma,
in quo conferretur animarum ablutio & peccato-
rū remissio. Præcesserit quòd erat ex parte, vt con-
summatio sequeretur.] Ad hæc Ioannes in aqua
baptizat inuitans ad pœnitentiam, & ad præparan-
dū locum pœnitentię per baptismum, qui à Messia
erat administrandus: Christi verò baptismus nō est B
corporalis tantùm, sed & spiritualis, qui pœniten-
tem replet Spiritu sancto, vt in anima demoliatur
etiam atque consumat, quicquid illic immundū ac
sordidum repererit. Postremò Ioannes hominē in
hac duntaxat vita: Christus verò nō solùm aqua si-
mul & spiritu in hac vita, sed & igne post huius vi-
tæ exitum baptizat, vt è viuis discedens, qui ad pa-
radisum trāsire desiderat, lauacro igneo, vt idē Ori-
genes vocat, seu igne purgationis baptizatus, siue
mundatus, salutem consequatur æternam. Quoniā
verò hunc ignis baptismū isti tantoperè vrgent, &
solum ad primos discipulos contrahunt, nos Patrū
sententiam deserere nec possumus, nec debemus,
qui locū hunc multò aliter, atque sine dubio pro-
priè magis intellexerūt, & intellectum scriptis ex-
plicārunt. [a] Cyprianus hunc ignē refert ad tribula-
tionē atque tentationē. Ambrosius [b] passionis ba-
ptismum appellat, quo etiam baptizati, velut aurū
in fornace, purgantur atque probantur. Hilarius [c]
intelligit ignē iudicij, quo baptizatos etiā consum-
mari necesse sit. Basilius [d] verbū Apostolicæ doctri-
næ accipit, quod varias ignis poprietates cōprehē-
dit. Chrysostomus ignem interpretatur feruorem
& rectitudinē gratiæ, vel vt alij dicunt, abundantiā
gratiæ, & copiā beneficiorū, quę cū ipso baptismo,
& baptizatis itidē, in Christo liberaliter cōferūtur.
Nōnulli sic volunt ignē esse dictū, vt charitatis ar-
dor designetur, quem Christus in terras venit mit-
tere, & in renatorū cordibus cupit accensum fla-
grare. Verū nouatores his interpretationibus reli-
ctis, quæ cum hoc quidē loco maximè congruunt,
vnam illā cupidissimè arripiūt, quæ ad solos Apo- D
stolos, primosq; discipulos, nec illos quidē omnes,
pertinet. Et si verò hanc de Apostolis expositionē
non reiiciamus, cum Christus ipse quemadmodū
promiserat, suos per Spiritū sanctum noua quadā
ratione, & non sine ignis specie baptizarit, tamen
multò pōderosior ac probabilior ille sensus videri
potest, si nō ita cōtractè, sed magis generatim Ioā-
nem de Christi baptismo ac eius effectu loqui sta-
tuamus. Reuera enim suum & Christi baptismū ita
confert, vt vnum tantū in aqua, alterū verò in spi-
ritu & igni, quod vtrunque pro eodem plurimi ac-
cipiunt. collocet. Deinde se cū Apostolis & mini-
stris alijs noui Testamēti cōfert, in quibus baptizat
Christus efficaciter, hoc est, in Spiritu sancto, eoq;
maiores illos facit, sibique præponit. Ornat etiā his
verbis Ecclesiam, in qua Christiani præ Iudæis hāc
insignem obtinent prærogatiuā, vt in spiritu sancto
& igne baptizentur, nimirū ob viuā illā & eximiā
diuini spiritus energiā, qui tanquā ignis omnē pec-
cati maculam in baptizatis exurit, & nouum sapiē-
tiæ splendorem illis infundit, ac diuinæ charitatis
flāmam simul in illorū animis mirabiliter incendit
atque nutrit, quemadmodum natu grandiores ba-
ptizati reipsa sæpiùs didicerunt.

POSTREMÒ fallit istos locus in Actis, vbi re-
fert Lucas venisse quosdā ad Apostolos, & accepis-
se Spiritum sanctū, cum illis manus imponerentur,
externo scilicet signo & præclaro miraculo acce-
dēte ad confirmationem rudis fidei, & ad Ecclesiæ
primordia dilatanda, vt Augustini verbis vtamur.
Hic verò Caluinus, quem cōplures alij sequuntur,
existimat, gratias spiritus visibiles per manuū im-
positionē datas baptismi nomine significari. At is
nūquam probabit, de more scripturæ sic baptismū
accipi, & Lucas apertè commōstrat, præcessisse ba-
ptismū in his, quibus Apostoli manus postea im-
posuēre, cùm externū illud Spiritus donū accessit.
Sic enim apud Lucā legimus, Petrū & Ioannē ve-
nisse in Samariā, vbi receperāt verbū Dei, & bapti-
zati tātum erant in nomine Domini Iesu, per Phi-
lippū scilicet diaconū, vt Oecumenius post Chry-
sostomum annotauit: baptizati, inquā, absque visi-
bili signo. Pro his igitur orauerunt, vt Spiritū san-
ctum, hoc est, donum linguarum atque prophetiæ,
acciperent. Tunc imponebant manus super illos,
inquit, & accipiebant Spiritum sanctū. Diuersa igi-
tur dona sunt spiritus, quæ in baptismo in remis-
sionem peccatorum vitæq; nouitatē ordinariè cō-
feruntur, & quæ per impositionē manuū Apostō-
licarum haud sine aperto miraculo à primis fideli-
bus accipiebantur. Merūque Caluini figmentū est, C
Lucam tot verbis non duo diuersa narrare, sed vnū
idēque repetere, & primùm rei summā proponere,
deinde fusius explicare. Quinetiā quē tūc Aposto-
li morē obseruarunt, is etiamnū in Ecclesia perse-
uerat, vt primum baptizentur homines, & baptiza-
tis manus ab Episcopis postea imponātur. Agnos-
cit hūc morē [a] Dionysius, repetit & [b] Hieronymus
quin & Cyprianus fatetur, Samaritanos à Petro &
Ioāne baptismū nō accepisse, sed quod illis deerat,
hoc Apostolorum oratione & manuū impositio-
ne fuisse suppletum, vt pleniore gratia donarētur.
Quod nūc quoque apud nos, inquit, geritur, vt qui
in Ecclesia baptizātur, præpositis Ecclesiæ offerātur
& per nostrā orationē ac manus impositionē Spi-
ritum sanctum cōsequātur, & signaculo dominico
consumentur.] Ac disertè Augustinus monet: Nō
pertinet ad omnes credentes, sed ad Episcopos tā-
tùm, vt baptizatis per manus impositionē dēt SS.
Cōcidit igitur friuolum Caluini cōmentū, Sama-
ritanos non à Philippo, sed ab Apostolis tūc bapti-
zatos primū fuisse, cū illi manus suas iisdē impo-
suissent, & baptismi nomine contineri qualecunq;
donum vel signum externum, quod ex huiusmo-
di manuum impositione baptizatis conferebatur.

NEC videt interim isti, quā multa & grauia hinc
incōmoda consequantur, si semel falsum hoc dog-
ma recipiamus, Ioannis & Christi baptismum nō
separari, sed parem vtriusque vim & efficaciā con-
stituere oportere. Primū enim Scripturæ loca, quæ
contra hunc antiquum errorē grauissimè pugnāt,
alienis planeq; contortis interpretationibus impiè
depraūātur. Deinde nō vacat periculo, vbi Ioānis
baptismus diuina virtute & gratia destitutus, mis-
cetur cū ea diuini Spiritus efficacia, quę in sacro &

h In 1. c. Ioan. & Instit. lib. 4. ca. 15.
i In 3. cap. Matth.
k In eundem locum.
l Hom. 48. in Act. Apostolorum.
m In 3. cap. Matth.
n Annot. in 1. ca. Ioan.
o In examine Theologico.
p In 3. cap. Matth.
q Lib. contra Hieronymum Torrens.
r In 1. cap. Ioannis Lucæ 3.
In Locum hom. 21.
Philippi & Brentii de Ioannis baptismo testimonia.

Hom. 29. in Lucam.

Act. 2.

Luc. 1.

Matth. 3.

Serm. de baptismo Christi.

Luc. 12.

De vero sensu quomodo Christus baptismū igneū conferat.

Act. 1. & 2.

In igne baptizari quomodo intelligāt Patres.

a In Luc. lib. 1.
b In Matth. can. 3.
c Lib. 1. de Baptis.
d Hom. 11. in Matth.

Inter Ioānis & Apostolorum doctrinam discrimen agnoscendum est.

Hebr. 3.
Luc. 24.
1. Cor. 12.
Apoc. 21.
1. Cor. 3.
Heb. 5.
Nouatores dignè sectantur de Sacramento baptismi.

Tit. 3.

Leuit. 12.
1. Pet. 3.

Act. 2.
Luc. 3.

Matth. 3.
Luc. 3.
De baptismo ignis quomodo sit sentiendum.

Act. 2.

In Luc. lib. mil. 14.
In Ioan. tom. 2.
Ad Hier. Gala. 3.
Quomodo singuli genes Ioannis & Christi baptismi differant.

Act. 8.

Baptizari in spiritu nō dicuntur à Luca qui donū Spiritus externū acceperunt.

De baptis. contr. Donat. lib. 3. c. 16. Iustin. li. 4. ca. 15.

In 8. ca. Act.

Perpetuus Ecclesiæ mos docet, baptizatos per impositionem manuum accipere Spiritum sanctum.

a Eccle. hier. par. c. 2.
b Aduersus Luciferianos.
c In Epist. ad Iubaianum.
In quæst. noui Test. q. 42.

Quę cōsequātur incōmoda, si Ioannis baptismus, idem quod Christianus baptismus valere dicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euãgelico baptismo ex certa Dei promissione cõfertur, vt non solũ peccata remittantur, sed & anima sanctificetur, & homo planè Deo recõcilietur.
1. Cor. 1. ff 3. Præterea non exigua prębetur occasio, vt aduersus Pauli sententiam, credant homines ex ministrorũ dignitate Sacramenta pendere oportere. Hinc consequi facilè posset, vt sicut isti Ioannis efferunt, sic alii Petri & Pauli aliorumque sanctorũ baptismũ & Sacramentum immodicè iactarent, Christoque Domino propter ministros iniuriam irrogarent, quemadmodum Corinthij Paulo superstite & cõtradicente faciebant. Ad hæc munitur via non solùm in Apostolis, sed etiam in aliis noui Testamẽti ministris sacrum ministerium extenuandi, velut illi spiritum & spiritualem gratiam non conferant sed in Sacramentis nihil præstent aut præstare possint ampliùs, quàm Ioannes, qui circa solam aquã se versari publicè profitetur. Tùm Sacraméta nouæ legis hac ratione viliora redduntur, si vllũ aliũ quàm Christum eius institutorem & authorem agnoscimus: sicuti hic quidem Ioannes à sectariis primi & maximè necessarij Sacramenti institutor cæpit appellari. Accedit quòd hinc suum furorem fanaticum augeant Anabaptistæ, præsertim cùm audiunt à Paulo tinctos esse, qui vero & perfecto Ioannis Baptismo, vt ipsi putant, tincti iã antè fuerunt, Postremò res periculi plena est, à cõmuni Patrum, omniumque tùm veterum, tùm recentiorum Theologorum sensu atque consensu discedere, & quod peritissimi & sanctissimi homines iudicarunt, conuellere & aspernari, id quod nihil sit aliud, quam totam irridere antiquitatem.
Ioan. 1.
Act. 19.
d In Ioannẽ lib 1. c 27. & lib. 2. c 37.
e Contra donatist. multis in locis a Sess. 7. de Baptismo, can. 1.
Certè[d] Cyrillus & [e] Augustinus hoc pestiferum dogma reiecere, quòd veteres & noui Donatistæ defendunt: tum postrema[a] synodus Tridentina, re diligenter excussa, perpetuò eos ferit anathemate, qui Ioannis & Christi baptismũ pergunt exæquare. Quid multis? nunquam nõ docuit Ecclesia, quã sequi magistram par est, Ioãnem sola corpora suo baptismo abluisse, à peccatis verò non mundãsse, inque pœnitentiam, & non in remissionem peccatorum suum in baptizãdo munus expleuisse: Apostolos verò secundũ expressam Christi institutionem non solum baptizasse homines, sed & quod Ioannes non potuit, baptizando mũdasse animas, & peccata remisisse: atque ita quod ab Apostolis & aliis baptismi nostri ministris agitur, ad perfectũ pertinere baptismum: Ioannis igitur vtilem quidẽ sed imperfectum baptismũ, siue, vt [b] Augustinus loquitur, præcursorium ministeriũ extitisse. Quocirca venustè à [c] Iustino dictũ est: Ioannis baptismum Euangelicæ gratiæ quoddam fuisse præludiũ, siue vt [d] alii non ineptè vocant, catechismum, quo Ioãnes primus veluti catechista, Christiani baptismi candidatis debuit inseruire. Vt enim clarissimè dixit [e] Augustinus: Non renascebãtur, qui baptismate Ioannis baptizabantur, à quo & Christus baptizatus est, sed quo dã præcursorio illius ministerio, qui dicebat, Parate viã Domino, huic vni in quo renasci poterãt, parabãtur. Huius enim baptismus est nõ in aqua tantũ, sicut fuit Ioãnis, verum etiam in Spiritu sãcto. vt de illo spiritu regeneretur, quisquis in Christũ credit.] Tertul. quoque cõfirmat, Ioãnis baptismũ diuinũ quidẽ fuisse mandato, nõ & potestate, quod & Ioannẽ, inquit, à domino missũ legim⁹ in hoc munus, cæterũ humanũ cõditione. nihil enim cęleste præstabat, sed cęlestib⁹ præministrabat.]

Doctrina Ecclesiæ compendiaria de collatione vtriusque baptismi Christi & Ioãnis.
b In enchirid. c. 19.
c Quæst. 37. ad orthodoxos. 51.
d Hiero. in 1. cap. 3. Marc.
Rtha. de instit. cler. li. 1. cap. 26.
e In Exchirid. cap. 19.
Matth 3.
Ioan. 1.
lib. de baptismo.

A Cæterũ aduersus hanc luculentam & communẽ Patrum ac totius Ecclesiæ sententiã nouatores nobis opponunt, quòd Ioannes prædicarit baptismũ pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ, sicut Marcus & Lucas asseuerant: ET rectè quidẽ hoc obiiceretur, si à Ioãne fuisset additũ, suum illum esse baptismũ qui remissionem peccatorum & salutem adferret. Prædicat verò baptismum pœnitentię in remissionem peccatorũ, vt sciant homines, externãablutionẽ, quæ tunc eius consilio & ministerio adhibeatur symbolum & professionẽ esse agnitionis peccatorũ veræque pœnitẽtiæ, qua omnes ad peccatorum veniã à Deo impetrandã egerent. Eam vero gratiam ad suũ baptismum non retulit, sed à Christo & eius baptismo voluit expectari, præparansinterim animos tũ prædicationis, tũ baptismi sui ministerio, vt idonei essent ad peccatorũ veniã & salutẽper Christum & eius lauacrum suo tẽporeaccipiendã. Igitur ad subsecuturũ Christi baptismum, & nonad suum ministerium refert beneficiũ hoc remittendi peccata: & propterea inter suũ Christique baptismum tã diserte discreuit, sibi aquã, & illi spiritũ seu sanctificantis spiritus efficaciam tribuens: vt nemo nõ intelligeret, hunc Christi baptismũ esse solum, qui in aqua simul & spiritu perficeretur. Sic enim hũc locum Patres interpretãtur. Hieronymi verba sunt planè perspicua: Ioãnis baptisma nõ tam peccata dimisit, quã baptisma fuit in remissionẽ peccatorum, id est, in futuram remissionem, quæ esset postea per sanctificationẽ Christi subsecutura. Vt enim antea præcursor Domini ipse, sic & baptisma eius præuiũ Dominici baptismatis fuit.] Nec minus luculenter Chrysost. Certè remissionem peccatorũ baptisma Ioannis non habebat: hoc enim munus illius baptismatis erat, quod postea Christus instituit.] ET paulò post: Vide igitur, quã hæc diligenter expresserit. Cũ enim dixisset, quia venerit prædicare baptisma pœnitentiæ, intulit, in remissionem peccatorum, quali diceret: Ego illis cõfiteri peccata sua, & pœnitentiã agere persuasi, nõ vt castigarẽtur omnino, sed vt dignius postea, remissionis dona susciperẽt: ita istud baptisma alterius, id est, Christi baptismatis prępara tio est.] Chrysost. vt in plerisque, ita etiam hoc in loco consonat Theophylactus: Baptisma Ioãnis, inquit, cooperabatur baptizatis in remissionẽ peccatorũ, quæ per baptismũ Christi datur. Neque enim baptisma Ioannis remissionem peccatorũ habebat, sed ad remissionẽ conferebat, hoc est, præparabat homines, vt acciperẽt baptisma, quod habet remissionem peccatorũ.] Sed & Gregorius Magnus in hunc locũ ita scribit: Notandũ quod dicitur, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, quoniam baptismum, quòd peccata solueret, quia dare non poterat, prædicabat: vt sicut incarnatum Verbum patris præcurrebat verbo prędicationis, ita baptismo pœnitentiæ, quo peccata soluuntur, præcurreret suo baptismate, quo peccata solui non possunt: vt quia eius sermo precurrebat præsentiã redẽptoris, ipsũ quoque eius baptisma præcedendo fieret vmbra veritatis.] Et rursum: Ioannes baptismum suum in remissionẽ peccatorum dare non potuit, remissio etenim peccatorũ in solo nobis baptismo Christi tribuitur.] Vt hinc etiam Anselmus rectè dixerit: Baptismus Ioannis, nõ conferebat remissionem peccatorum, quia nondum effusus erat sanguis Christi. Sicut Ioãnes præcurior fuit prædicationis, ita & baptismatis Christi.]

Quomodo intelligendũ quod Ioannes prædicarit baptismum in remissionẽ peccatorum.
Marc. 1. Luc 3.
Confutatio obiectionis Patrum testimonia Aduersariorum.
Hieron. in Matth.
Ioan. 3. c. 3.
Homil. 17. in Euangel. Baptismus Ioannis remissionem peccatorum non dabat, sed ad eã præparabat, habebat tamen cõfessionem.

In eandem sententiam totus Beda concedit. Con- A firmant hi Patres Tertulliani interpretationẽ, qui
In 3. cap. Luc. li. de baptismo de Ioannis baptismo verba faciẽs, longè ante ipsos
» in hunc modum planissimè scripserat: Agebatur
» baptismus pœnitẽtiæ, quasi Candidatus remissionis
» & sanctificationis in Christo subsecuturæ. Nã quòd
» prædicabat baptismum pœnitentiæ in remissionem
» delictorum, in futuram remissionem enunciatum
» est. Siquidem pœnitentia antecedit, remissio subsequitur, & hoc est viam præparare, qui autẽ præ-
» parat, non idem ipse perficit, sed alii perficiendum procurat. Ipse profitetur sua non esse cælestia, sed
Ioan. 3. Christi, dicendo: Qui de terra est, de terra loquitur: qui de supernis venit, super omnes est. Item sola se pœnitentia tingere, venturum mox qui tingeret in spiritu & igni.]

Illustres hi sunt, quos produximus, ecclesiæ patres, & germani interpretes eius loci, quo dicitur Ioannes baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum prædicare. His planè consonat Augustinus, qui eundem in modum verba Euangelica intellexit, quicquid isti tandem more suo nugẽtur.
» Credo, inquit, baptizasse Ioannem in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorum, vt ab eo baptizatis in spe remitterentur peccata, re ipsa verò in
» Domini baptismo id fieret. Sic resurrectio, quæ exspectatur in finẽ, spe in nobis facta est. Nam & ipse
Dẽ baptism. cõtra Donat. li. 5. c. 10. Ioannes cũ dicat: Ego equidẽ baptizo in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Dominũ videns ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.] Quapropter siue Scripturæ testimonia, siue Patrum interpretationes, siue solida rationum momenta perpendamus, temerarios & irreligiosos homines eos cum Cyrillo posumus appellare, qui nullum faciunt inter baptismum Ioannis & Christi discrimen, sed pari laude vtrunque afficiunt, & Ioannis baptismum sic efferunt, vt in eo nõ minus quã in Christiano baptismo, renasci velint homines ex aqua & Spiritu sancto. Nam ita qui sentiũt ac docent, vt sacro baptismo vehementer detrahũt, sic Euangelium non leuiter deprauant, & Ioannem sibi prorsus repugnantem faciunt, & Donatistarum quoque veterem confirmant errorem.

Ioan. 1. Temerarios aduersarios vocat Cyrillus. lib. 2. in Ioan. ca. 57.

In examine contra Conc. Tridentin. Kemnitius Ioãnisbaptismum defendens à D. Tiletano refutatur.

Instit. li. 4. c. 15. Calvinus Patres audet insectari quod Ioannis & Christi baptismũ distinguãt

Cæterùm de hoc Ioannis baptismo multa ineptè profudit Kemnitius, homo tàm superbus & arrogans, vt vnus, velut alter Goliath, aduersus totũ Conciliũ Tridentinũ, quod multis nominibus venerandũ est, insurgere, & virgulam in illud censoriã sibi primus vsurpare minimè dubitarit. Repressit autem & fregit hostiles eius impetus generosus Christi miles, & inuictus Ecclesiæ pugil D. Tilenanus, qui duplicẽ in illum apologiæ aciẽ explicauit, tantũque cauillatoris argutias refellendo profecit, vt gloriosam de communi totius Ecclesiæ hoste victoriã doctorũ iudicio reportarit. Sed neque Calvinũ pudet, quæ illius est maledicentia, Chrisostomum & Augustinum nominatim insectari: illũ quidem, quòd neget in Ioannis baptismo cõprehensam fuisse peccatorum remissionẽ: hunc verò, quod affirmet in spe dimissa fuisse peccata baptismo Ioãnis, Christi baptismo re ipsa dimitti. Pari demũ petulãtia in alios inuehitur patres, qui Ioãnis & Christi baptismum separarunt, & vnũ ab altero discernendũ esse iudicarunt. Quibus hoc adiungit mendaciũ satis quidem impudẽter, vtriusque baptismi aliam in Dei verbo differentiã non posse inueniri, quã quòd Ioannes in eum qui venturus erat, baptizarit: Apostoli verò in eum, qui iam se exhibuerat.
Adu. Flac. Illyr. Torrens. Vbi Caluinum porrò sequitur Bidenbachius, vt illius etiã verba propè transcribat: adeò enim plerisque nunc placet Caluini lectio, vt illũ, proh pudor! sanctissimis etiam Patribus anteponant. Nos verò iã antè satis commonstrauimus, ex Euangelicis testimoniis clarissimè confutari, quæ Caluinus tàm proteruè, quàm imperitè Patribus obiicit, & res ipsa declarat, Scripturę testimoniis Patres inniti, qui præterea suam sententiam firmissimis rationibus, quas isti nunquam euertent, optimè cõmunierunt.
In 1. c. Marc. Ibidem. Zvvinglius baptismũ accipit pro doctrina. Sed inter alios, qui de Ioãnis baptismo insulsè scribunt, non possum non admirari Zvvinglium, qui Marci verba, Baptizabat Ioannes, in hunc modum B interpretatur: *Capit baptisma pro Euangelio, quẽadmodum & Petrus in Epistola, vbi dicit, Baptisma nos saluos facit.* Et iterum. *Baptizabantur omnes, hoc est*, inquit, *erudiebãtur, docebantur in Euangelio.* Itaque baptizari pro doceri positũ esse vult, & baptisma pro prædicationis officio interpretatur. Verũ enimuerò quid est, per Deum immortalẽ, corrumpere verbũ Dei, & Euangelium adulterare, si hoc nõ est? Itane baptismi nomen, vim & proprietatem contra verũ & genuinũ Euangelistæ sensum obscurabit & obruet nobis hic impius & delirus interpres? Et tamen ad hãc nouam, coactam & prorsus alienam interpretationem accedit Losius, cùm illa Pauli verba declarat, quibus duodecim Ephesij rogabãtur, In quo ergo baptizati estis? *Hoc est*, inquit, *in vel ad quod genus doctrinæ amplectendum vel profitendum? Non enim quærit de aquæ baptismate, sed de doctrina, quæ sæpe baptismatis appellatione significatur.* Quod vt probet, citat illud, Baptizat Ioannes in deserto, prædicãs baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: & quod Lucæ 12. Christus cũ Iudæis disputans dixit: Baptismus Ioannis ẽ cælo erat, an ex hominibus? NEque solũ Losius, sed & Zvvinglij discipulus Bullingerus baptisma Ioannis pro doctrina eius interpretatur. Equidẽ haud video, quid in sacris literis integrum & syncerũ relinquatur, si hoc modo cuique pro suo cerebro liceat, quando lubet, Scripturæ verbis abuti, & sensus assuere peregrinos. Hic sanè baptismi nomen ab istis planè peruertitur, & in doctrinã transmutatur, idque contra propriam Scripturæ phrasin, contra receptam loquendi consuetudinem, contra constantem Patrũ sententiam, & contra communem piorum iuxtà & doctorum omnium intellectũ. Quis verò non videat, ad abolendum sacrum baptisma magnum hoc esse cõpẽdium, & vix quicquam hac fraude aptiùs ab impiis Ecclesiæ hostibus excogitari posse, quã si verbi & sacramenti, doctrinæ & baptismi nomina confundantur? Christus inter doctrinã & baptismum apertè discreuit, cùm iussit omnes gentes & docere, & baptizari. Discreuit & Paulus, qui se non ab baptizandum, sed ad Euangelizandum missum esse testatur. Quid? quod Caluinus homini salutem absque baptismo pollicetur, & qui locus in Euangelio baptismum esse necessarium probat vel maximè, eum apertè deprauat, & ad inauditam metaphoram, vt ex aqua non aquam faciat, sceleratè detorquet. Clarissimis nimirũ verbis à Christo dicitur, & addito iureiurãdo confirmatur: Amẽ amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nõ poterit introire in regnũ Dei. Quæ verba, sicut patres & Synodi cõcorditer interpretãtur,

Loßius ex baptismo doctrinã facit. in 19. Act. Apo. Act. 19.
Haud quaquã confundenda sunt doctrinę & sacramenti nomina.
Matt. 20. 1. Cor. 1. In amidoto cõtra Cõc. Tri. Inst. lib. 4. ca. 16. Ioan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

legem diuinam de aquæ baptismo nomini nō ne- A cessario, firmam ac immutabilem sanciunt. Verùm hic sensus atque consensus Ecclesiæ, quem luculēta Christi verba præbent, adeò non placet Caluino, vt neget etiam hic baptismi fieri mentionem. Vt autem aquæ nomen eludat, Christique verba prorsus interuertat, pro eodem habet, haberique vult aquam & spiritum. *Vnde renàsci aqua & spiritu nihil aliud est*, inquit, *quàm vim illam spiritus recipere, quæ in anima id facit, quod aqua in corpore.* Tùm alibi eadem verba tractans, aquæ nomen refert ad mortificationem, & epitheti vice aquam spiritui additam esse censet.

Io. antidoto contrà Conci. Trid. Deprauatur nomen spiritus Ioan. 3. In 3. c. Ioan.

Sed neque spiritus nomen hîc purum & incontaminatum relinquit Bullingerus, vtpotè quod pro aere siue flatu aūt vento interpretatur. Quin vt vocem vtranque & aquæ & spiritus à Sacramēto baptismi disiungat, sic accipiendam putat, vt effectus & operatio quædam spiritualis, in his qui diuinitus illuminantur, à Christo significetur. Suffragatur huic quoque Caluinus, & apertè pronūtiat, quòd Christus aquam & spiritum dixit, id pro spiritu tantùm qui sit aqua, simpliciter accipi. *Scio*, inquit, *alios aliter interpretari*, (vt reuera orthodoxi omnes tot iam seculis interpretantur) *sed hunc esse germanum sensum non dubito.* Neque verò Bullingerus & Caluinus hanc deprauationem primùm excogitarunt, sed sequuntur ambo egregium scilicet ducem, & Anabaptistarum coryphæum Baltharem Pacimontanum, qui hanc fenestram impiis aperuit, vt Christi verba, quę Nicodemo dicuntur, ad aquæ baptismum & regenerationem hominis pertinere, cum ipso inficientur, & aquæ nomen allegoricum faciant, atque ita totum locum à baptismo, siue vt Paulus appellat, lauacro regenerationis auertant, nihil vt cum illo commune habere videatur. Quid? quod Brentius aliam quoque viam ad euadendum demōstrat, vt videlicet quod baptismo debetur, id ad pœnitētiam contorqueatur: quando sic eundem locum interpretatur: *Nisi quis renatus fuerit ex spiritu & aqua, hoc est, nisi pœnitētiam egerit, non potest introire in regnum Dei. Magna igitur est necessitas, magna vtilitas pœnitentię.* Et quoniā Caluinizat hac in parte Schmidelinus, vide obsecro, annon subdolè animo virus inclusum fatis prodat, quando ex concessione ita loquitur: *Si maxime sententia Io. 3. de baptismo intelligatur* (quasi verò aliter intelligi rectè possit aut debeat) *dummodo contentus absit, in casu ineuitabilis necessitatis, in Ecclesia natum sine baptismo salutari non dubitamus.* Sed & Petrus Martyr somniat nouam regenerationē, de qua Christus cum Nicodemo differit, Spiritu tātum fieri ipsam verò Dei gratiam gemina voce, aquæ nimirum & spiritus, denotari. Deprauat etiam illum Petri locum, qui baptismum facit antitypum arcæ Noe, in qua octo animæ per aquam seruabantur: quod & vos, inquit, nunc similis formæ saluos facit baptisma. Negat enim per aquam externum elementum hîc accipi: eam verò ablutionem interpretatur, quæ sanguine Christi fiat. Deprauat clarissimum Pauli locum, quo Christus dicitur seipsum pro Ecclesia tradidisse, vt eā aquæ lauacro sanctificaret per verbum seu in verbo vitæ. Nihil enim aquæ vel baptismo externo vult tribui, quod vel ad remissionem peccatorum, vel ad salutem hominis pertineat. Si verò Scriptura

In disput. Ioānis Fabri cum Baltha. de baptis. paruulorū. Tit. 3.

Brentius & Schmidelinus iniqui scripturæ atque baptismi interpretes. In 3. cap. Mat. In refutat. li. 4. D. Hos.

Ephes. 5.

Iustī. ca. 17. de baptismo.

Petrus Martyr quot modis deprauet Scripturam circa baptismum In 3. Reg. c. 1. 1. Pet. 3.

symbolis tale quicquam adscribat, id per Metonymiam intelligi docet, qua signis ea dantur, quæ sunt rerum significatarum, & significata nomine symbolorum efferuntur. Deprauat quod ab eodē Paulo scribitur: Quotquot baptizati estis, Christū induistis. Si accipias, inquit, induere Christum pro eo, quod est illius membrum fieri, baptismum id antecedit. Deprauat demùm & illam eiusdem Apostoli sententiam, In vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, disertéque negat, quod à piis omnibus receptum & confirmatum est hactenus, Christianos per externum baptismū in corpus Christi primùm transire: cōtendit interim nos ante baptismum de corpore Christi fuisse sed & paruulos omnes ex fidelibus natos, ante baptismum habere non solùm electionem, seu prædestinationem & promissionem Dei, verùm etiam in fœdere à Deo adoptatos & adiudicatos esse. Quàm verò sunt isthæc impura? quàm absurda? quàm impia? quàm cum omni veterum Patrū sensu atque consensu pugnantia, & execratione prorsus, non longiore confutatione digna? Iràne patiemur tandem, tropis nescio quibus inuolui, & in sensus omninò peregrinos distrahi, penitusque peruerti ea, quę Spiritus sanctus in Scripturis Canonicis tàm luculenter tradidit, & ad communem salutem omnium voluit pertinere, quæque sine tropo vllo tot seculis tùm latina tum græca Ecclesia simpliciter intellexit? Quàm est nefarium hoc Scripturas lacerandi corrumpendique studiū, vbi de tanti momenti rebus, id est, sacrosanctis Christi mysteriis & venerandis Ecclesiæ Sacramētis agitur, quorum apud istos quidem nulla est, vel minor certè quàm apud Iudæos vnquam fuit, religio?

Gal. 3.

1. Cor. 12.

Sic igitur isti post hominum memoriam audacissimi, nouam hanc & excogitarunt, & tradiderūt artem, qua sententias Euangelicas & Apostolicas contra omnes omnium ætatum interpretationes turpissimè deprauarent. Quid quæso ineptius, quàm quod aquæ nomen à sanctissimo baptismi sacramento partim ad gratiam spiritualem, partim ad pœnitentiæ virtutem violenter detorquent, neque contenti veterem & damnatam Seleucianorum & Herminianorum errorem instaurare, suum simul dogma, vel paradoxon potius inde confirmant, credant vt scilicet imperiti, aquæ baptismū ad salutem homini adeò necessarium non esse, vt etiam sine illo paruuli, quemadmodum suprà diximus, Abrahæ fœdere contineri, & salui perpetuò esse possint? quam tamen insignem nimirum Caluini sententiam, veluti piam & eruditā, mirificus ille conciliator Schmidelinus ex instituto defendit. Prò nefas, quo demum prolabuntur, & in quem statum nobis religionem Christianam adducent noui istiusmodi, modo ita dicere fas est, animicidæ & infanticidæ? Cæperunt primùm Ecclesiæ Sacramenta tantummodò signa, symbola, tesseras & obsignationes quasdam facere & appellare: postea è Sacramentis omnibus vix duo signa, & nec illa quidem integra, conseruarunt. Neque hic etiam stetit impietas, sed eo contendit, imo huc ferè peruenit, vt solum verbi ministerium, siue Scripturam, cuius iudicium interim nulli non permittunt ac deferunt, sine Sacramentis & cæremoniis, sine sacerdotio & sacrificio, sine Episcopis

Quanta sit nouatorum in Scripturis deprauandis audacia circa baptismum.

10. ref. 3. & 4. Hos. Eucolis. vel Sacramenta facta omnia præterea vim Dei à nouatoribus.

& tra-

De spiritu sancto, c. 27.

Quæ sequantur incōmoda exlicentia nouorū Scripturæ interpretū. In præfat. apol. de maiest. homin. Christi. Thema deprauation. August. Confess. In epist. de exorcism.

& traditionibus, in illorum Ecclesiis passim superesse cernamus. Vnde consequi necesse est, vt quēadmodum Basilius dixit: Euangelium ad nudum & inane prædicationis nomen tandem contrahatur, totque passim circa religionem sensus oriantur & dogmata, quot propemodū capita possunt numerari. Hinc illa Schmidelini vox: *Non ampliùs, aut certe parum de verbis cœnę litigatur, sed de his ipsis fidei articulis, quì sunt de incarnatione verbi & sessione Christi hominis ad dexteram Dei.* Hinc & illa Nicolai Galli confessio: *Perit iuſto Dei iudicio non armis hostiū non inuictis hæreticorum armis vera à nobis religio & Ecclesia, sed nostrorum inter nosmetipsos perfidia, infidelitate, incuria.* Hinc Chytræi quoque dictum: *Euangelici doctores inhumaniùs fere ac truculentiùs, quàm barbari milites, inter se belligerantur.* Hinc demùm & Hesbusij lamentatio: *Quoquo*, inquit, *vertimus oculos, intuendo Christi cœtum* (apud Euangelicos videlicet) *nihil propemodum occurrit, quam noua docentium dissidia, incrementa errorum, insignium doctorum defectiones a veritate, ministrorum piorum oppressiones, scholarum vel euersiones, vel corruptiones, & Ecclesiarum, quæ laudabiliter erant constitutæ, in quibus sana Christi doctrina fulgebat, quæ domicilium erant veritatis, & sancta Spiritus sancti officina, tristissimæ vastationes. Merito igitur lugemus hæc tristia Ecclesiæ vulnera, merito obstupescimus.* En tibi, quantum noua istorum doctrina profecit, quò demum in Scripturis interpretandis euasit audacia, si eorum & verbis & factis credimus, qui de summis verbi Dei & doctrinæ Christianæ capitibus, inter se mutuò tot modis tàmque diu acerbè digladiantur. Sed ad Ioannem nostrum redeat oratio.

CAPVT OCTAVVM.

Baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Matth. 3. Marc. 1.

MAGDEBVRGENSES.

NON admittēbat Ioannes quenquam ad baptismum, nisi priùs fuisset confessus, hoc est, pœnitentiam egisset, agnoscendo peccata, & credendo in Messiam, & damnando priores errores & peccata, in quibus fuisset perditus: denique etiam promittendo in fide & operibus bonis perseuerentiam. Lib. 1. cap. 10. col. 361. Et cap. 6. col. 253. *Nemmem admisit Ioannes ad baptismum, nisi peccata sua prius fuisset confessus, & explorasset, an valedicto Iudaismo Messiam præsentem fide apprehenderet.* Tùm cap. 4. col. 147. *Monebat Ioannes de peccatorum cognitione, fide in Christum, & de noua obedientia.* Et lib 1. cap. 4. col. 161. *Apparet accedentes ad baptismum prius ibi testificatos esse, se peccatores esse, & veniam expetere propter Messiam, quem Ioannes præsto esse dicebat.*

CENSVRA

Ioannis ministerium multis fuisse salutare.

Luc. 1.

NON frustra Ioannes è deserto in publicum prodit. Summa enim cum fide, nec minore successu partim doctoris, partim baptistæ apud populum munere fungitur. Qui vocem clamantis audiuerunt, conuertūtur ad Dominū, sicut Angelus prædixerat fore. Inuitati ad nouum baptismū; lubentibus accedunt animis, non veluti hypocritæ, sed qui ex animo peccata sua, vt apud se ipsi agnoscunt, sic etiam coram Ioanne confiteri non erubescant. Vnde confregit ille suo malleo petras, hoc est, dura & ferrea Iudæorum corda tùm vitæ suæ sanctitate, tùm singularis doctrinæ virtute ita concussit, vt quos exigebat dignos pœnitentiæ fructus, quibus peccatorum agnitio & externa confessio annumerantur, eos ab accedentibus haud grauatim impetraret, atque ita, quòd fore nuntiauerat Angelus, plebem Domino perfectam pararet. Cæterùm de hac populi confessione, quæ tùm apud Ioannem fiebat, non erit abs re, nos hoc loco breuiter differere. Non fuit illa certè, qualem requirebat lex vetus à peccantibus, vt illi perpetrata quædam delictorum genera, oblatione per Sacerdotē in templo facta, & simul addita qualicunque confessione (siue secreta illa, siue verbis quibusdam expressa fuerit, non disputo) expiarentur. Notarunt Hebræi, sacrificia legis non profuisse, nisi pœnitentia & confessio peccatorum accessissent, iuxta illud quod alibi scriptum est: Confitebuntur peccatum suum quod fecerunt. Numer. 5. Et quamuis putent confessionem eam fuisse vocalem, tamen multum ab ea differebat, qualem nunc retinet, & tot seculis probatam in vsu semper habuit Ecclesia, quam secretam, & auricularem, & Sacramentalem confessionem appellant. Quare miror [a] Caluini, [b] Bullingeri & aliorum nouatorum impudentiam, qui Catholicos hoc nomine palam incusant, quod suā confessionem, seu receptum confitendi ritum, ex hoc loco confirment atque defendant. Etenim nullus Catholicorum ex præsenti loco confitendi legem præscribit: nullus in hoc Iudæorum exemplo Sacramentalem, vt vocant, confessionem intelligit: nullus etiam vel mediocriter doctus dubitat, aliam esse confessionem ante baptismum cathecumenorum, qualis & illa fuisse videtur, & aliā post baptismum relapsorum, de qua Lucas in actis hoc prodidit. Multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus suos, sicut hunc locum etiā Basilius Magnus interpretatur. Sed audi vocē hostilem, qua suam prudentiam, imò insciti am Bullingerus declarat. *Satis*, inquit, *fuerit si ipsi Deo vel vt, vel factis confiteamur peccata nostra, dummodo id fiat animo, & corde contrito & fideli.* An verò tantundem perfidus Iudæus non posset dicere? Quando fuit quæso, hæc quæ in soli Deo fit confessio, nō vsitata, non vtilis & necessaria peccantibus, modo hi cū offenso Deo in gratiam redire vellent? Præterea hic confitendi modus, non particularis, sed cōmunis, quem cum suis vrget vnicè Bullingerus, quid habet omninò commune cum exemplo eius confessionis, quam omnium ætatum Ecclesiæ scriptores confirmant, quam Lucas describit, quā

Hier. 23. Matth. 3.

Quomodo populus apud Ioannem fit peccata confessus. Luc. 1. Leuit. 4. & 5.

a In harmonia. Euang.

b In 3. cap. Matth.

Catholici à sectariis immerito reprehēsi.

Alia confessio catecumenorum, quam à baptismo & lapsorum.

Act. 19. In quæst. compendio explicatis, quæst. 288. In 3. cap. Matth.

Act. 19 Luc. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobus à fidelibus postulat,quàm demùm ᵉPatres & Theologi ex Christi verbis diuini esse iuris ostendunt?

Sed nolumus in præsentia de hac Euangelica & externa confessione, quæ cum pœnitentiæ Sacramento coniuncta est, intempestiuè tractare. Duo tantú de confessione populi,quæ apud Ioannẽ agebatur,submonebimus.Primú Ioannis auditores,vt congruos pœnitentiæ fructus præstent, non solum baptismo ipso,quem à Ioanne submissè capiebant, se peccatores esse profitentur , sed quod maiùs & difficiliùs erat,peccata etiam sua cõiteri & humili voce prodere non dedignantur:peccata inquã,quæ fortassis anteà sine pudore & timore perpetrarant, ac vix etiam pro peccatis habenda esse arbitrabantur. Alioquin haud dubiè persuasum habebant omnes,se peccatores esse,& Dei egere gratia. Nec sunt vlli ferè tàm scelerati & flagitiosi homines, quos peccatorum conscientia etiam velut surdo verbere non percutiat aliquando,quique non sentiant simul & agnoscant,se in peccatorum numero versari.Proinde hoc discrimen , quod aut negant, aut dissimulant sectarii , sedulò retinendum est , aliud nimirùm esse peccatorem se agnoscere,aliud peccata sua confiteri.Illud ab omnibus quouis loco & tempore faciendum exigit Deus : qui & humili peccatorum confessione,grato vtique sacrificio, maximè delectatur:hoc ad Euangelicam legẽ propriè spectat, nec est perinde piis ac iniustis necessarium,maioremque illis pudorẽ adfert,qui occultú sui pectoris vulnus & virus medico spirituali aperiũt quẽ sibi loco Christi deligunt ad consolationẽ & absolutionem Euangelicam accipiendam. Deinde, vt ad alterum caput accedam,&si confessio peccatorum apud Ioãnem facta,neque præceptum Dei,neque gratiæ promissionẽ habuerit, ornabat tamen Ioannis ministerium , & singularem prædicationis illius fructú declarabat.Sed & auditores eius,velut pulchrum agnitionis peccatorum, & interioris pœnitentiæ symbolum cõmendabat. Erat præterea typus confessionis in Ecclesia non multò post consecuturæ:sicut & Ioãnis baptismus, vt diximus,Christiani baptismi velut præludiũ,singulari Dei prouidẽtia præcurrit.Vnde Basilius Magnus,vbi de confessione tractat,exemplũ ab his accipit,qui Ioanni peccata sunt sua cõfessi, simulque docet,necessarium esse, Christianos confiteri peccata iis,quibus administratio mysteriorum Dei cõcredita est.Sic enim & qui olim pœnitentiam egerunt,coram sanctis,inquit,fecisse comperiuntur.]

Sed ad Centuriatores nostros redeundũ est, qui multos hìc errores congerunt,si paulò pressius eorum verba excutiantur.Primùm præter Scripturæ morem,& contra vsitatam loquendi consuetudinẽ faciunt, cùm vno confessionis nomine tam multa, tam grandia &grauia,quæ ipsi commiscent,volunt contineri.Sic enim interpretantur illud:Confitentes peccata sua,vt hìc simul includãtur integra pœnitentia, Euangelica fides, expressa peccatorum agnitio & detestatio, renunciatio Iudaismi, ac singulorum promissio in Christiana fide & bonis operibus perseuerandi. Atqui non artis,sed audaciæ,sed temeritatis , sed imperitiæ singularis argumentum est, in confessionis nomine sic ludere, vt prorsus dissparia sine discrimine consocientur, & qui peccata sua confessi esse dicuntur , superiores partes omnes absoluisse credantur.Deinde magnæ cuiusdam est imprudentiæ , quod contra omne decorum Ioannem tàm seuerum & austerum hoc loco videri volunt, qui à suis auditoribus ante baptismum tàm multa exegerit. Illud quidem de Ioanne testatur Lucas,quòd publicanos & milites ad se suumque baptismum venientes benignè tractarit,& pauca quædam illis in mandatis dederit.Quis verò credat, quòd vir sapiens eo tempore tàm multa & ardua,sicut hìc recensetur,baptizandis omnibus & singulis voluerit iniungere , vel ab eis seriò postulare ? Agebat nempe cum crassissimo populo , qui parùm aut nihil sacris in rebus versatus,diuersorum vitiorum & scelerum generibus coopertus, & rebus cupiditatibusque terrenis affixus, verè in tenebris & vmbra mortis ambulabat. Nec dubium ,quin animaduerteret prouidus magister , quàm minimè tutum foret animis eiusmodi Tyronum , vereque paruulorum quibus lacte opus esset,plus oneris & præceptorum imponere,quã imbecilles ferre & vellent & possent:meritoque cauere debuit,ne si vinum nouũ, vt Christus loquitur, in vtres veteres mitteret , plus inde detrimenti, quàm commodi acciperet, maleque talibus consuleret auditoribus. Igitur vt profanos homines paulatim ad capessenda maiora & sublimiora posset prouehere,tàm prudẽter à timore diuino, qui principium est sapientiæ, suas conciones orditur:& quæ partim de pœnitentia,partim de fide docet,eò planè refert,vt hac qualicunque pædagogia duros & malè feriatos homines ad Christũ eiusque baptismum,& Euãgelii gratiam informet, præparet adsuefaciatque.Hoc nimirũ erat , præire ante faciem Domini: hoc erat præcursorẽ Christi agere:hoc erat denique viã Domino præparare, & vocem clamantis in deserto exhibere,quemadmodum eius officium vel maximè postulabat.

Illud verò non potest nõ ridiculum videri,quod affirmant,inter alia exegisse Ioannem,vt baptizandi valedicerent Iudaismo.Dicerẽt fortasse aliquid, si Ioannes ille tum abrogasset legem , & religionis Mosaycæ statũ immutasset,ac nouam prorsus religionem fuisset exorsus.Sed hoc falsum esse iã antè conuicimus,rursumque testamur,rationẽ temporis non tulisse,vt ante immolatum agnũ,qui tollit peccata mundi , & templi velum planè submouet, lex abrogaretur, & politia Iudaica mutaretur,& noua prorsus religio introduceretur:Nõdũ erat lex mortua, quandiu vetus Testamentũ profusio in cruce sanguine Domini nõ fuit consummatũ & euacuatum:nondũ lex mortifera,cùm Euangeliũ ab Apostolis iussũ Christi non esset publicè disseminatũ. Quomodo igitur aut licuit,aut decuit, aut expediuit,à baptizandis exigere Ioannẽ, quod haud sine peccato possent illi præstare,qui de abrogatione legis vix quicquã cogitabant, adeoque post Christũ in cælos assumptũ, & post publicatum Euangelium adhuc dubitabant,suaque dubitatione causam præbebant Apostolis,vt Lucas author est,ad primum Conciliũ Hierosolymis celebrandum? Sed & illic in legis gratiam nonnihil concessum cernimus , vt nimirum à suffocato tùm gentes,tùm Iudæi omnes abstinerent.Tantæ curæ Apostolis fuit,vt vetus illa Synagoga,quæ fide post mortem & resurrectionem Domini reuelata , tanquam officij sui vitam amiserat, sicut defunctum corpus, necessariorum officiis

ᵉ Orig.hom. 2.in Psal.37. Aug.hæ.49. Hie.in 16 Matt. Cipr.lib.de lapsis. Leo ma. epi.91.& 42 D.Thomas par.3.qua.6. & seq. Magis sent. li.4.dist. 17.

Populus apud Ioannẽ peccata confitetur.

Aliud est peccatorem se facere. Aliud peccata sua confiteri. Ieu.16. 3.Reg.8. Pro.28. Eccle.4.et 17

Populi apud Ioannẽ confessio quiddocea.

In question. compendio explicatis, quæs. 288.

Quam multa centuriatores cõfessionis nomine comprehendant. Matt.3.

Ioannis à centuriatoribus plerasque eius Scripturam affingi.

Luc.3.

Esaiæ 9. Iuc.1 1.Co.3.

Ioannes docet nã fidem rudi populo suã modam.

Mat.3.

Eccl.1.

Mat.1.& 3. luce 1. Esa.40 Ioan.1.

An exegerit baptizandi Ioannes vt ab Iudaismo discerent.

Ep.6.ad Hi.

In matt.ho.3

Fidẽ specialẽ qua Messiam præsentem apprehenderent nec à Ioanne exactam,nec à Iudæis adhibitam fuisse baptismo.

Nouatores vetã fidem, dogmaticam & iustificantem amittunt dum suam vrgent fidẽ specialem

Catechesis. ad illuminatos.

a Gal.5 1.Cor.13. b De Trin. li.13.ca. 18. de fide & operibus,ca.14

1.Tim.6 2.Tim.1

Quatenus obedientia noua à nouatoribus vetè docetur

Act.15.&c.

officiis quodammodo ad sepulturam religiosè deduceretur,quemadmodum eleganter loquitur Augustinus. Persimilis autẽ fuit in Ioanne charitas ac moderatio, qui voluit cum iis qui adhuc erant sub lege Iudæis,Iudæum agere,& præsentem Iudaismi veterisque politiæ statum salua doctrinæ veritate confirmare potiùs,quàm vlla ex parte labefactare. Hinc à Chrysostomo dictum est,vt suprà meminimus , Ioannem extra legem nihil vel docuisse , vel fecisse.

Vix autem vlla eget confutatione , quod porrò contendunt Ioannem de fide speciali , qua Messiã omnes apprehenderent,& salutem vnicè cõsequerentur, non docuisse solùm , sed ante baptismum etiam singulos examinasse.Quid verò aut doceret Ioannes aut in examen adduceret,quòd antea nec didicit , nec probauit vnquam , de fide scilicet nõ Euangelica,sed fictitia,sed charitate destituta , sed Lutherana istisque familiari, qua licet nobis scilicet,quamlibet iniustis, sola iustitiæ Christi apprehensione & imputatione iustos & sanctos & beatos esse ? Hac ipsa fide gloriantur , sibique plurimùm blandiuntur Anabaptistæ , Sacramentarii , Trinitarij , & quotquot hodie sectis & opinionibus ab Ecclesiæ fide alienis adhærent,quamtũuis se mutuò vti hæreticos dãnent.Fidẽ enim,aut potius vanam fiduciam iactant omnes , qua promissionẽ Euangelii& misericordiã Dei propter Christũ mediatorẽ sibi applicent,certóque citra dubitationem omnem statuant, se à peccatis absolui,seque propter Christum iustos , & ad vitam æternã electos ac prædestinatos esse. Quis autem non intelligit quã fallax & inanis ab omnique pietate remota istorũ sit apprehensio fiduciaque , dũ veræ iustificationis & salutis omnis basi,quæ Catholica fides est,planè destituuntur, ac in multis etiam rebus Dei verbo , sanè quidẽ & orthodoxè intellecto, minimè assentiuntur?quomodo igitur isti,quicquid sibi demùm persuadeant,pro Dei filiis haberi,aut Ecclesiæ mẽbra esse , aut etiam fideles rectè dici vnquam possunt?Confundunt planè , imo etiam excludunt tũ fidem dogmaticam,vt eam Cyrillus Hierosolymitanus appellat,quæ per omnia veritati orthodoxæ assentitur,tùm ipsam,quæ per charitatem operans hominem iustificat, & sine charitate sufficere ad salutem homini nequaquam potest,vt[a] Paulus &[b] Augustinus ostendunt. Igitur quòd ad Ioãnem attinet , is nouam hanc fidem cum iustitia istorum imputatiua prorsus ignorauit , sicut eandem vetus Ecclesia vsque damnauit. Monuit ille quidem de vera Deoque grata,& credentibus necessaria obedientia, nec minus absolutam illam & ipse præstitit,quam ab auditoribus postulauit, magister procul dubio in fide & veritate perfectus , omnisque iustitiæ & obedientiæ laude cumulatus. Verùm in scholis nouatorum postquàm rebus & vocabulis in religione nouãdis opera dari cæpta est, hæc verborum portenta non sine fraude & nata,& vsu trita sunt, nimirum de noua obedientia,de fide sola , de iustitia imputatiua, de seruo arbitrio, de cultibus, ritibus , adiaphoris , & quæ sunt plures id genus prophanæ vocũ nouitates in Ecclesia prorsus inusitatæ,quas Paulus seriò iussit deuitari,formã sanorum verborum exigens.Nisi forte quis putet,nouã obedientiam ab illis recte dici atque defendi , qui cũ veteri Ecclesia eiusque obedientia, quæ ante Lutherum in Rebup.Christiana vigebat , nihil sibi volunt habere cõmune: qui præterea quicquid nouorum dogmatum spargunt, in his ingentem sibi arrogant authoritatem , & nouam ab orbe toto exigunt obedientiam. Sed & nouam appellare licet,quæ ab istis constituitur in iustificatis, quòd eã contra veterum omnium sensum atque consensũ tàm imbecillam,exilem,impuram, deformem , & imperfectam faciant,vt plus propemodum inobedientiæ, quã veræ obedientiæ viris quamlibet sanctis & perfectis relinquat. Tàm languidas quippe vires in renatis fingunt, sic omnem iustitiæ laudem & virtutis perfectionẽ illorum benefactis adimũt, vt etiam Christi beneficium baptizatis amplissime communicatum indigne obscurent extenuentque. Largiamur autem hoc Melanchthoni , in latrone cùm se ad Christum in cruce conuerteret , nouam vel inchoatam obedientiam fuisse. Negamus autem hoc nomen illis deberi , de quibus tàm præclare Scriptura testatur : Deus tentauit eos , & inuenit illos dignos se, tanquam aurum in fornace probauit eos , & quasi hostiam holocausti accepit eos. Cur enim probatæ fidei & exploratæ virtutis viris , qui cum Apostolis & Martyribus vere sanctis per ignem & aquam transierunt, obedientia solùm noua & inchoata , contra omnem Scripturæ Patrumque consuetudinem , tribuatur? Scimus renatis in Christo nunquam non enitendum esse,vt spiritu mentis renouentur,vt in acceptæ iustitiæ progressus faciant, siue vt Ioãnes loquitur , vt iustus quisque adhuc iustificetur,& sanctus adhuc sanctificetur. Nam,vt dici solet, in via Domini non progredi est regredi , non proficere est quodammodo deficere. Neque tamen ideirco conuenit,vt in omnibus iustis inchoata & noua , nescio quæ obedientia constituatur, sed quemadmodum ex Augustini sententia suos habet gradus iustitia & charitas , vt alia sit quidem inchoata , alia prouecta , alia magna atque perfecta ,sic etiam de obedientia dicere sit consentaneum. Et quemadmodum eodem teste,quantò amplius diligimus in hac vita Deum,tantò sumus iustiores: ad eundem sane modum recte dixeris,Quantò amplius diligimus in hac vita Deum, tantò magis eius præcepta seruamus, atque in diuinæ legis obedientia euadimus perfectiores. Ac multa in Scripturis exempla cernimus eorum,qui eximie iusti,perfecti,obedientes commendãtur,vt postea docebimus:inter quos Ioannes & huius parentes meritò annumerantur. Cur verò illis velut in Christo paruulis , quibus adhuc lacte magis , quàm solido cibo est opus , nouam & inchoatam, & non potius tanquã virtis perfectis veram & eximiam tùm iustitiam , tùm obedientiam asscribamus?Neque animaduertunt isti præclaram Christi sententiam , quam certe Ioannes non modò sibi dictam putauit , sed & aliis haud dubie tradidit , & suis ipse moribus cõfirmauit:Sicenim,inquit,decet nos implere omnem iustitiam.Quo iustitiæ nomine complexus est Dominus non vanam sane virtutem , sed præceptorum Dei perfectam ac exactã,quæ huius quidem vitæ statui quadret,& à renatis in Christo , in quibus peccatũ nõ regnat,præstari potest,obedientiã, vt hunc etiã locum [a] Chrysostomus , [b] Chromasius & [c] Theophylactus interpretantur. Est enim duplex forma perfectionis,vt ex Paulo colligit ar-

Luce 23. In disputat. 2.de bonis operibus. Sapiem.3.

Psa.65.

Apo.22.

Obedientiam solũ inchoatã iustis omnibus non cõpetere

De natur. & gra.ca.70 Cõtra 2. epi. Pela.li.3.ca.7 Luce 1.

1.Cor.3. Hebr.5. Mat.5

a Homi. 12 in Mat. b.in cap.6 Matt.

De sententia christi sic decernos implere omnem iustitiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que probat[d] Ambrosius: alia medios, alia plenos numeros habens. Alia hîc, alia ibi: alia secundum hominis possibilitatem, alia secundum perfectionem futuram. Deus autem iustus per omnia, sapiens super omnia, perfectus in omnibus.]

c In 3. cap. eiusdem. d Lib. 3. Offic. cap. 2.

Duplex hominis perfectio.

Quòd verò constanter affirmant Magdeburgici, non nisi primùm examinatos ad Ioannis baptismum admissos fuisse, nõ est difficilè quidem de illo iudicare. Primũ enim quid Ioãnes hac in parte tunc egerit, Scriptura non exprimit. Deinde vt maximè concedamus, id quòd audacter magis quàm prudenter isti pronuntiant, verum esse, tamen non est existimandum, Ioannem nescio quem catechisten & examinatorem fuisse, qui cum baptizandis tam egerit scrupulosè, velut secundum præscriptas in catechismo vel examine quæstiunculas & regulas, cunctos & singulos pro istorum voluntate cõsuerit interrogandos. Libet enim istis pleraque Ioãni affingere, quæ ipsi aut in suis Ecclesiis factitant, aut ab aliis fieri vellent, vt hoc scilicet modo nouandæ religionis studia Ioannis exemplo, veluti pulchro quodam pallio, obtegant atque cõmendẽt. Quod verò examen à Ioanne seruatum esse volũt?

Cent. 1. li. 1. col. 361.

Non admittebat quenquam ad baptismum, inquiunt, nisi prius pœnitentiam egisset, agnoscendo peccata, & credendo in Messiam, & damnando priores errores & peccata, in quibus fuisset perditus, denique etiam in promittendo in fide & operibus bonis perseuerantiam.

Ac de prioribus quidem huius examinis partibus iam ante satis dictum est. Quòd verò in Scripturis extat, aut commonstrari potest, indicium huius nouæ, quam cõstituũt, perseuerantiæ, quisue vnquam ex Patribus docuit, Ioannem à baptizandis exegisse, vel nunc etiã exigendũ esse, vt explicatè illi promittant, certoque credant & statuant, se post baptismum susceptum in fide & operibus ad finem vitæ vsque cõstanter esse perseueraturos? Quis præterea credat, sapientem virum sua consilia sic instituisse, vt rudẽ, crassum & in sacris adhuc malè institutum populũ, totque hominum ad baptismum vndique concurrentiũ milia, tàm noua, tàm dura & ardua lege grauaret, cãque obtruderet omnibus & singulis baptismi candidatis. Non est sententia, isthæc pluribus persequi, quæ cum falso eoque duplici fundamẽto innitantur, propemodum se ipsa euertunt. Vnum est, quod fingant Ioanni perfectum fuisse baptismum, ad quem capessendum, tã accurata opus fuerit accedentium præparatione. Alterum, quòd hic etiam tacitè suum dogma confirment, nullum videlicet verè iustificari, nisi certissimè credat, secũque citra hæsitationem omnem statuat, se in numero prædestinatorum esse, seque à magno illo perseuerantiæ dono, de quo dixit Veritas: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, non posse reiici & excludi. Quam verò miserè fallunt sese, qui etsi contra Ioannis doctrinam [e] fructus pœnitentiæ nullos faciant, nec sint verbi factores, vt Iacobus [f] vocat, licèt præterea secundum Christi exemplum, [g] vt Ioannes exigit, non ambulent, neque cum Paulo [h] castigẽt corpus, vt illud spiritui subiiciant, tamen se reprobos fieri nõ posse confidũt, & sine iustitia propria, sine reuelatione diuina, sine difficili pugna, triũphum sibi & suis ante victoriã, vt est in prouerbio, lætissimè pollicẽtur: Vbi nõ multum isti à graui & iamdudum confutato Iouiniani errore absunt, qui iustificationis gratiam semel acceptam, à Christiano amitti non posse confingit: & Ioãnem præterea nefarii dogmatis testem ac patronum ascisciunt, velut is ipse à baptizandis exigat, vt sine dubitatione vlla statuant, & cum certitudine absoluta polliceantur, se in fide & operibus bonis perseueraturos. Nos verò in his ac aliis id genus cõmentis & excutiendis & confutandis non immorabimur, præsertim quòd optimè speremus, studiosos & doctos facilè intellecturos, haud sine fraude Centuriatores, cùm Ioanni tàm multa licẽter assiuunt, non ad veritatem comprobandã, sed ad suas opiniones firmandas obuia quæque arripere atque contorquere. Solùm vnam atque alteram Patrum sententiam asscribemus, Vnde verum de perseuerantia doctrinam, quę traditur in Ecclesia, certius cõfirmemus. Bernardus quidem ita loquitur. Quis potest dicere, ego de electis sum, ego de prædestinatis ad vitam, ego de numero filiorum? Quis hæc dicere potest, reclamante nimirum Scriptura: Nescit homo, si sit dignus amore, an odio. Certitudinem vtique nõ habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt signa quędam & indicia manifestę salutis, vt quibus certitudinem negat causa solicitudinis, vel fiduciam præstet gratia consolationis. Nam quales simus, nosse possumus vel ex parte: quales autem futuri simus, id nosse penitus nobis impossibile est. Itaque qui stat videat ne cadat.] Neque aliter de perseuerantia docet Augustinus: Iusti, inquit, licet de suæ perseuerantiæ præmio certi sint, de ipsa tamen perseuerantia suà reperiuntur incerti. Quis enim hominũ se in actione profectuque iustitiæ perseueraturum vsque in finem sciat, nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latentique iudicio nõ omnes instruit, sed neminem fallit.] Et rursus. Nõ dicant homines perseuerantiam cuiquam datam vsque in finem, nisi cùm ipse venerit finis: & perseuerasse, cui data est, repertus fuerit vsque in finẽ.] Pestilens ergo & detestanda est Hieronymi Zanchii sententia, mandato Dei vnumquemque teneri certò credere certitudine fidei, se in fide perseueraturum, seque in Christo ad salutem ęternam electum ac prædestinatum esse. Cõstans autem & sincera Ecclesiæ doctrina est, quam Synodus Tridentina confirmauit, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio nulli mortalium ita præsumendũ esse, vt certò statuat, se omnino esse in numero prædestinatorum, vtque sibi munus perseuerantiæ polliceatur, & si in Dei auxilio spem suam quisque firmam collocare debeat.

Quomodo certo credendum de perseuerantia doctrina.

Serm. 2. de Assum. & 1. in fest. Eccles.

1. Cor. 13. De ciuit. Dei li. 12.

De bono perseuerant. Lib. 5. de correct. & grat. Sess. 6. cap. 12. & 13.

Pestilens Zanchii.

e Matt. 3. f Iacob. 1 g 1. Ioan. 2. h 1 Cor. 9

CAPVT NONVM.

Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent eum, Tu quis es? &c. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus? Ioan. 1.

Videns

Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum, venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Matthæi 3.

MAGDEBVRGENSES.

MIssi à Pontificibus cum Baptista disputant, quare à templo ordinario discederet, & nouam cæremoniam extra verbum Dei traderet. Lib. 1. col. 255. *Vnacum sacerdotibus Leuitæ ad Ioannem mittũtur, vt ex eo quærant, cur audeat incõsultis Pontificibus & Sacerdotali ordine, nouos cœtus facere, nouam doctrinam spargere, nouas cæremonias ordiri, repudiato etiam templo, ac denique vt eum de manifesta hæresi accusent ac conuincant:* Ibid. Et col. 361. *Offendebantur magnopere omnes, decorem atque splendorem veteris status ac tranquillitatem amantes, quod omnia viderentur demoliri, idque sine expressa, vt putabant, vocatione. Hoc igitur arrete eum adorũtur, Ioan. 1. Tu non es Messias, neque Elias, neque Propheta: idcirco non debes baptizare, hoc est, res nouas moliri: & conuinceris esse hæreticus, & pestis religionis à Deo sanctæ, & ingratus tuis parentibus, qui in ea religione vixerunt, teque educarunt.* Et rursus col. 256. *Re deliberata decernunt, legationem honestam ad Ioannem mittendam esse, qui eum ab hoc instituto abducteret, aut errores exploratos & cognitos ab ipso authore, ad Synodũ referrent, vt legitime diiudicari ac damnari posset. Hæc ex historia, quæ Ioannis primo extat, perspicua sunt.* Tum iterum lib. 1. cap. 10. col. 361. *Ioannes peccata ipsorũ ligauit, nec ipsorum indignationem, aut bruta fulmina, quæ rursus in ipsum coniiciebant, curauit quicquam.* Ibidem col. 363.

CENSVRA.

Cur Ioannis testimonium Iudæis proponatur. *Ioann. 1. 5.*

IOANNIS TESTIMONIUM, quod est de Christo & Euãgelica veritate longè grauissimum, si apud vllos alios, certè apud Iudæos in primis, qui eius vitam & doctrinam magnoperè suspiciebant, suũ habere pondus debebat. Vt verò Euangelista illis exprobret incredulitatẽ, Ioãnis testimonium repetit sæpè, & inter alia celebrẽ & honestam legationẽ proponit, eamque à circunstantia temporis, locorũ & personarũ egregiè munit & ornat: nimirùm vt commendatius hat hoc testimonium, quod coram Iudæis de Christo palã editur, & quo vix aliud vllum illustrius reperitur. Hic autẽ præcipua incidit quæstio de scopo huius legationis, quo nimirùm animo Iudæi ad Ioannẽ suos miserint legatos. De his nemo dubitat, primarios fuisse viros, quales tum quidem erant Leuitæ, Sacerdotes & Pharisæi, qui splendore nominis & doctrinæ authoritate, rerumque sacrarum administratione reliquos sui ordinis facilè superauerint. Ex his igitur missi legati veniunt ad Ioannẽ interrogãdum, quemadmodum illorum quoque verba declarant: nõ vt de Ioannis persona iam antè satis vulgo perspecta, sed vt de illius officio, ministerio atque doctrina cognoscant, aliosque faciãt certiores. Et habebãt illi vtiq;, quod in Ioanne sic ex eremo in publicũ prodeunte, sic docente & baptizãte, ob rei nouitatẽ populique cõcursum admirarẽtur simul & venerarentur. Tanta enim & tàm celebris de hoc viro apud populum erat existimatio, vt Lucas dicat, omnes animo secum cogitasse, Ioannem summè desideratum illum forte esse Messiam, quem diutiùs abesse non posse, Propheticis ex literis intelligebant, multisque indiciis haud dubiè colligebant. Quarè post conuentum Hierosolymis celebratum, ne in re momenti maximi cessando peccarent, ad Ioannem decernitur legatio, non solùm vt de ratione sui officij ille rogetur, verùm etiam vt optati Messiæ honos ei deferatur ab his, qui Concilij Hierosolymitani, vel procerum Iudaicorum nomine destinabantur.

De legatione Iudæorum ad Ioãnem destinata.

Quo animo Leuitę & Sacerdotes ab Hierosolymis missi ad Ioannẽ accesserint

Luce 3.

Ioannes apud Iudæos celebrior gratiõque Christo.

NEC refert admodum hoc loco disquirere, fecerintne hoc Iudæi in Christi odium, qui minus apud eos & celebris & gratiosus tunc habebatur: an verò nulla habita Christi ratione, ad summæ dignitatis amplitudinem Ioannem voluerint adsciscere, quem apud omnes maximo esse in pretio animaduertebant. Illud verò ex Euangelicis literis nec probari, neque colligi potest, quòd hanc suam legationem insidiosè prauóque animo adornarint, aut quòd legati cum dolo & fraude in ipsa tractatione aliquid designarint. Probabilis est certè, ac meritò amplectenda Chrysostomi sententia, Iudæos huius legationis authores & administros, voluntatem sinceram attulisse: & Ioanni velut fido & probato viro, permultum tribuisse. Sic autem loquitur Chrysostomus: Tantæ authoritatis Ioannem & tàm verum arbitrabantur, vt non solùm de aliis testimonium, verùm ipsi de se ipso omnia crederent. Neque enim nisi ea esset sententia, ipsum interrogatum misissent, quid de se diceret. Nostis enim, quòd de se dicentibus, his duntaxat maximè fidem adhibemus, quos verissimos arbitramur.] Et paulò pòst: Promptissimo animo ad eum venerunt, licet postmodum mutati sint. Quæ ambo Christus his verbis significauit. Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluistis exultare ad horam in eius luce.] Qua oratione Chrysostomus perspicuè docet, Iudæos, præsertim authoritate præstantiores, etsi non eadem animi beneuolentia Ioannem sint continuè prosecuti, tamen cùm legatos ad illum mitterent, præclarè de illo sensisse,

Bono potius quàm prauo animo Iudęorum legatos ad Ioannem mitti.

Homil. 15. in Ioannem.

Ioann. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

& cum essent illi obtemperare parati, rem omnem A per legatos sincerè agere voluisse. Hoc interim habebant in votis, vt idem Chrysostomus monet, Christique verbis comprobat, vt si possent, in Ioannis luce gauderent, & eius opera nouum sibi suisque rebus decorem & splendorem compararent. Sint autem facti posteà Ioanni multo iniquiores, præsertim cùm omni spe & expectatione sua se dolerent esse frustratos: nihil hoc quidem ad causam præsentem facit. Quid, obsecro, nunc omnino mali contra illum machinarentur, aut cur sanctum virum oppugnaturi accederent, qui vt ostendimus, gratiam illius ambiebant, & honorem illi maximum offerebant, nihilque cupiebant impensius, quàm vt ille Messiæ munus amplecteretur, quòd hinc demum præsentem Reipublicæ suæ statum plus satis afB flictum erigi, atque ad pristinum decus aliquando reuocari posse sperarent. Notauit & Cyrillus, Ioannem an sit Christus, idcircò ab illis interrogatum, quod maximam de se suæque vitæ sanctitate admirationem hominibus concitasset, vt ipse Christus esse putaretur. Sed & Beda tuetur hanc sententiam, Sacerdotes & Leuitas, quòd Ioannes Messias esset, sponte credidisse.

In Ioan. hom. 15.

In 1. cap. Ioannis.

Nouatores quam inuidiosam faciant causam legatorum, qui ad Ioannem destinantur.

Qvæ propterea nobis hoc loco pluribus explicantur, vt Euangelica veritas perspici planiùs queat: deinde vt minore negotio iudicetur, quàm sit opus caducum ac fragile, quod hic extruunt Centuriatores. Nam superioris legatiocis causam tantum ad odium & inuidiam referunt Iudæorum: quod etsi à nonnullis Theologis affirmetur, tamen ab istis nimium exaggeraC tur, quasi nullam bonam ob causam, sed disputandi, sed exprobrandi, sed stomachandi & calumniandi gratia dicti legati mittantur. Vnde alia non minus amarulenta connectunt, Ioannem Iudæis visum fuisse hominem seditiosum, Reipublicæ perturbatorem, pestilentem, hæreticum, qui & templum diseruerit atque repudiarit. Mitti ergo ad illum legatos, veluti hæreticæ prauitatis inquisitores, vt nunc loquimur, qui hominem de fide & doctrina suspectum, & nouandæ religioni deditum examinent & explorent. Itaque Ioannem ordinariæ potestatis & Ecclesiasticæ gubernationis planè contemptorem faciunt, qui & seniores eius temporis in Ecclesia excommunicarit, & peccata ipsorum ligarit: nec vlla ex parte curauerit, quicquid illi contra vel D dicerent, vel statuerent, vel facerent in sua synagoga. Pari modestia, aut vt rectius dicam, securitate tractat hanc legationem Philippus, & causam eius fuisse vult nouitatem & speciem schismatis, quia Ioannes mutaret genus doctrinæ, reciperet gentes, secederet à templo, institueretque nouam cæremoniam baptismi, qua fiebat schisma & populi distractio. Nec minus futilis & petulans est Georgius Maior, qui legationis dictæ causam vocat secessionem ab ordinaria potestate, cui tùm Ecclesiastica gubernatio fuit commendata. Ioannem enim multa noua contra legem & ordinationes maiorum docuisse, instituisse, fecisse: circumcisionem contempsisse, nouos ritus & cultus, nouam synagogam & Ecclesiam instituisse, recepta: fuisse ab eo gentes incircumcisas. Proin-

In 1. cap. Ioannis.

In Dominicam quæ tam Aduentus.

de mitti ad illum legatos à Hierosolymis causa interrogandi, qua authoritate, cuius iussu & mandato hæc noua doceret & institueret, quæ contra populum, legem, templum & sacerdotium diuinitus institutum esse viderentur. Supra verò indicauimus, Philippum istorum præceptorem in hac doctrina videri principem, Ioannem nimirum à templo discessisse, & in hoc fecisse contra legem. Tùm idem alibi docet, Ioannem recepisse gentes, & sacrificia neglexisse, & ex noua cæremonia baptismi, quam instituerat, schisma & distractionem populi consecutam esse. *Denique cùm discederet ab ordinaria potestate*, inquit, *& multa contra eam diceret & faceret, magna ac grauis causa fuit Pontifici & sacerdotibus interrogandi, qua authoritate Ioannes tantam mutationem in Ecclesia faceret. Fuit igitur nouitas illa & species schismatis, causa legationis.*

In cap. 1. Ioannis.

Nouatores tradunt gentes à templo & ordinaria potestate ad se defecisse.

Verum hic diligenter monendus est lector, vt ne facilè fidat his nouis interpretibus, qui nihil minus faciunt, quàm vt veritatem & historiam illustrent Euangelicam, præsertim cùm Euangelio quæ ipsi volunt, affingant, versisque falsa permisceant sæpissimè. Ac primum hic grauiter peccant, quod veram & propriam Iudaicæ huius legationis causam, quam explanauimus, omnino prætermittant, & pro illa suas imaginarias causas imperitis obtrudant, velut Iudæi & eorum legati, Ioannem non nisi versuta quadam adulatione, minis & nescio quibus malis artibus, voluerint aggredi & circumuenire. Quasi verò sit operæ pretium, hic anxiè laborare, & multumque scrutari, quæ tum causæ fuerint Iudaicæ malitiæ in oppuC gnando illo, quem fauore & honore non mediocri omnes, vt diximus, prosequebantur. Non hoc sanè in præsentia quæritur, quid inuidi homines in Ioanne desiderare, quidue improbi calumniatores in eius dictis, factis, moribus reprehendere vel potuerint, vel voluerint. Nulla enim tam spectata virtus, & tam excellens cuiusquam innocentia fuit, quæ non pateret inuidiæ, malorumque iniuria & infectatione non vexaretur & exagitaretur. Sed hoc in quæstionem venit maximè, bono ne animo à Iudæis hæc legatio fuerit instituta? Nam si ita est, vt Chrysostomus aliique citati modò Patres comprobant, mox concidunt, quæcunque in contrarium ex fallacibus coniecturis, meriscribi

scribi dicique possunt illa quidè, verum recte pro- A bari cõfirmarique nunquã poterunt: tantùm abest, vt pro Euangelica historia iactari & vẽdicari vulgò debeãt. Nec est si aduertas animũ, verisimile, Iudæos & magistratus Iudaicos de innocẽtissimo viro hæc tàm improba & scelerata vel sensisse vnquàm, vel in suum iudicium adduxisse. Quòd si horũ aliqua Ioannes designasset, aut de his etiam se suspectum illis reddidisset, quis prudens credat hanc iniuriã dissimulaturos fuisse, Sacerdotes præsertim & Pharisæos, qui veteris legis vindicandæ studio erant mirabiliter incensi, & pro ea strenuè intrepidéque propugnabant? Percurre totum Euangelium: nusquam cum illo expostulat quispiam, quod aliqua ex parte vel egerit, vel docuerit aduersus legis reuerentiam, aduersus tẽpli cæremonias, receptum Dei cultum, Ecclesiasticì magistratus & reipublicæ trã- B quillitatem. Imò tàm omnibus probata Ioãnis virtus & perspecta integritas, tàm celebris eius sanctitas atque iustitia fuit, vt in eum quem pro Messia nemo non reputabat & esse optabat, suspicio illorum, quæ primum ab istis authoribus effinguntur, ne cadere quidem potuisse videatur. Qua de re plura dicemus posteà, cum Ioannis vocationem & ministerium explanabimus.

In annot. super Euang. dominicæ 3. Aduentus. Esai. 65. Hier. 16. Ose. 1. Psalm. 2.

Ioannes vniuersalis vocationem gentium non inchoauit.

Qvod verò gentes æquè ac Iudæos Ioãnes recepisse dicitur, id certè nusquam prodit vllus Euãgelista, neque ratio vt credamus, aliqua cogit, quicquid isti demum fingant. Atque vt hoc maximè concedamus, probare tamen & admittere non possumus, quòd istorum præceptor Melanethon docere ausus est, vniuersalem vocationem gentium à Ioanne inchoatam esse. Loquũtur de illa Prophe- C tæ, & sæpè quidem, vt ostendant, generalem vocationem gentium ad Messiam pertinere, sicut [a] Iustinus, [b] Tertullianus, & [c] Eusebius apertè demonstrant. Sed quoniam Christus ipse docet, se nõ nisi domui Israel missum & donatũ esse (hic enim honos Iudæis primum deferendus fuit) suisque discipulis vetat, ne ad vicinas gentes diuertant, neque ad Samaritanos se conferant: temerè prorsus & falsò id Ioanni tribuitur, quod neque per se quidem Christus effecit, sed Apostolis exequendum reliquit atque demandauit, cùm iamiam cælum petiturus iuberet, vt ad gentes, adeóque in vniuersum orbem Euangelij disseminandi gratia proficiscerẽtur, & diuersas oues in vnum velut ouile congregarent. Illi autem profecti, vt Marcus exponit, prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonẽ D confirmante sequentibus signis. Ac tum sane primum vniuersalis vocatio gentiũ inchoata est: quia secundum Esaiæ vaticiniũ, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnã, & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis: Christus ipse scilicet, salus & expectatio gentium appellatus.

a In colloq. cum Tryphone. b Lib. aduers. Iudæos. c Lib. 2. de demonstrat. Euangelica Matth. 15. Actor. 1. Matth. 10. Matth. 28.

Ioann. 10. Marc. 16.

Esaiæ. 9.

Esaiæ 51. Genes. 49.

Ioannes non restitit potestati & officio principum Synagogæ. Luc. 3.

Iam verò quod ad pharisæos & Sadducæos attinet, illis inter cæteros accedentibus interminatur Ioannes, durisque verbis eos increpat, progeniémque viperarum appellat. Etenim oblatam præsentémque Dei gratiam, & prædicatam pœnitẽtiæ doctrinam, præfracti homines conténere, ac velut hypocritæ ad Ioannem venientes, nõ sinceros adferre animos voluerunt. Hinc verò, sicut ex aliis etiam Euangelij locis, colligi rectèque statui non potest, Ioãnem gubernatoribus eius tẽporis Ecclesiasticis palàm repugnasse, illorúmque authoritati, personis & honori quicquam detraxisse, aut potestatẽ, quæ tunc stabat integra penes Synagogæ rectores, à Ioãne vlla ex parte conuulsam & labefactatã esse. Etenim eius doctrina, sicut & vita, cum sponsi fidus amicus esset, à Christi & Apostolorũ sententia nũquam discrepauit, sed eandem confirmauit potius, præsertim quod ad obedientiam & reuerentiã indignis etiam magistratibus deferendam attinebat. Nouerat plane vir Dei spiritu & sapientia plenus, ad conseruandam Ecclesiæ necessariã tranquilitatẽ pertinere, vt sedẽtes in cathedra Moysi, hoc est, docendi authoritate præditi, vt Cyrillus Hierosolymitanus declarat, non propter vitæ probitatem, sed ob docendi & præcipiendi officium quod gerebãt, secundum legis diuinæ præscriptum ab omnibus & audirentur & honorarentur. Nec defuit ille tamen Herodem regẽ incestus spurcissimi redarguere, & fortasse magistratuum eius tẽporis vitia, præsertim publica, pro suo sancto zelo, qui alterũ Eliã decebat, nonnũquam publice reprehendit. Sed Synagogæ gubernatores & Sacerdotes proculdubio apud vulgus hac moderatione tractauit atque perstrinxit, vt honor cathedræ Moysi seruaretur illæsus, & nullũ inde offendiculum, multò minùs autẽ schisma, in populo consequeretur, alienus vtique ab effreni doctorum & concionatorum istorum petulantia, qui in absentes etiam Ecclesiæ antistites non seditiosè minùs, quàm rabidè apud plebeculã destomachantur, totúmque Sacerdotum ordinẽ fictis sæpè criminibus infamare contendunt. At Paulus Episcopo mandat: Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Illud verò insulsum & ridiculũ prorsus esse ducimus, quòd Ioannem videri volũt, à Pharisæis & aliis Ecclesiasticis eo tempore magistratibus pro hæretico habitum, adeóque exosum fuisse, vt ab iis ferè damnaretur, & quasi quodam anathemate percelleretur. In quibus cõmentis tàm vanis quàm inauditis confutandis versari non attinet, tùm quòd Ioannes, communi omnium sententia, Propheta fuerit omni exceptione maior, tùm quòd suprà de his abundè disseruerimus.

Ioan. 3. Matth. 23. Rom. 13. 1. Pet. 2.

Matth. 22. Catechesi 12 ad illuminandos. Matth. 14. Marc. 6. Luc. 3. 3. Reg. 18.

Qua moderatione sit Ioannes vsus in arguendis magistratibus.

1. Timoth. 5.

Cent. 1. li. 1. col. 363. Falso tribuitur Ioanni, quòd pro hæretico habitus fuerit, & à Iudæis excõmunicatus.

Sedenim quandoquidem isti quæ ad Ioãnis vocationem propriè spectãt, simul & male intelligunt, & fœdè corrũpunt, operæ quidè precium facturi videmur, si de vocatione ministrorũ Ecclesiæ, potissimũ verò Ioãnis, præsenti loco quędã adiiciamus. Vbi statuo inprimis, & mihi concessa volo axiomata quædã eáque sacris literis & veterũ scriptis ita consentanea, vt probatione quidè non egere, sed rem tamen propositam illustrare posse videantur. Est vocatio quædam generalis, qua per singularem gratiam diuinæ bonitatis, quæ humanæ salutis est cupientissima, vocantur omnes à peccato ad pœnitentiam; à tenebris ad lucem; à morte ad vitam, ab impietate ad pietatem, sicut Euangelica parabola de vinea luculenter ostendit. Est alia vocatio specialis, qua nonnulli ad hoc vel illud vitæ genus à Deo vocantur & destinantur, vt Noë ad mundi instaurationem, Aaron ad sacerdotium, Dauid ad regnum, Tobias ad familiæ procurationem. Illustrior autem eorũ est vocatio, qui ad munus publicum siue in Ecclesiastico, sicut [d] Moyses & [e] Samuel, siue in politico statu, vt [f] Ioseph & [g] Saul, diuinitus assumuntur. Nũc vt de ministerio Ecclesiastico duntaxat agamus, in quo Deus vocationis suæ gratiam præcipuè cohonestat, populó-

Vocatio generalis & specialis.

Matth. 20.

Genes. 7. Exod. 28. 1. Reg. 19. Tobiæ. 1. d Exod. 3. e 1. Reg. 7. f. Genes. 41. g 1. Reg. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præcipua vocatio est Ecclesiastica.

que suo tum ad religionis conseruationem, tum ad animorum salutem reddit maxime salutarem: habent ministri Ecclesiæ partim mediatam, partim immediatam, vt in scholis aiunt, aut sicut ab aliis dicitur, extra ordinariam & ordinariam vocationem. Immediatam ostendunt Prophetæ à Deo, & Apostoli à Christo vocati atque missi, de quibus dictum est illud: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Sic Paulus licet non ab hominibus, neque per hominem missus, se tamen κλητὸν siue vocatum ad Apostolici nempe muneris functionem, affirmat. Iam verò legitimi Prophetæ à Pseudoprophetis, & veri Apostoli à Pseudoapostolis his rebus & symbolis internoscuntur, atque à Deo cõmendantur Ecclesiæ, vel quòd vocationem suam aliquo miraculo comprobẽt, sicut Moyses apud Hebræos in Ægypto fecit, quomodo & Apostoli vocationi doctrinæque suæ fidem vbique gentium astruxerunt: vel quòd signa quædam illustria vocationem eorum testentur, vt quando in testimonium Eliæ ignis de cælo delapsus, in populi hostiúmque conspectu sacrificium absumpsit: vel denique quòd reuelatio quædam à Deo facta cæteros doceat, tutò illis credendum & fidendum esse, quẽadmodùm cũ Damasci Ananiæ reuelat Deus, vt sciat Paulum, qualis qualis antea fuisset, vas electionis & doctorẽ Euangelicũ esse. Quod verò ad mediatam vocationem attinet, etsi sit ea medio quodam humano, tamen etiam diuina est, & veros Dei Ecclesiæque ministros declarat & ornat, estque necessaria Ecclesiæ, nec solùm iam inde à primis Ecclesiæ temporibus ad nostram vsque ætatẽ transmissa duranit, verùm etiam ad mundi finem vsque permanebit. Sic Apostoli cum à Christo immediate missi essent, suos portrò vocârunt & miserũt discipulos, vt Petrus Clementem, Paulus Titum, aliíque deinde alios, qui sunt Episcopi appellati, penes quos demum in his, quæ ad Dei cultum, & Scripturæ interpretationem Ecclesiæque gubernationem pertinent, nõ minor stetit & stare debet autoritas, quàm penes Synagogæ próceres & seniores olim vnquam fuit. Vt autem certò constet, qui à Deo per homines mediate mittantur, in veteri Testamento, id quidem ex hæreditaria successione in Aaronis stirpe cognoscebatur: in noua verò lege dicitur ab Hierarchis Ecclesiasticis, qui per mysticam manuum impositionem & orationem consecratoriam (Dionysius βιβλιον ἱεροποιὸν vocat) presbyteros verósque ministros ordinant, & eos legitime vocari ac mitti declarant. Exemplo sit Timotheus à Paulo hierarchice ordinatus presbyter per manuum impositionem, & Titus itidem, quem idem Apostolus à se ordinatum per ciuitates presbyteros constituere iussit. Atque ab his Ecclesiæ præpositis, qui Apostolis vicaria ordinatione succedunt, vt loquitur [a] Cyprianus, agnoscuntur operarij, quos Dominus [b] messis in messem suam extrudit. Reprehẽditur autem ab Epiphanio Zachæus qui cum laicus esset, Sacerdotem simulare, & sacris se ministeriis immiscere, ac impudenter tractare sacrificia veritus non sit. Nec impunè tulit Coluthus, quòd imaginarium Episcopum ageret, ab Arrianis nimirum intrusus atque subornatus. Hunc ex Episcoporum ordine Synodus Nicæna submouit, & quoniã veræ ordinationis testimonio destituebatur, iussus est in suo priore, hoc est, Sacerdotum ordine permanere, rescissis etiam illorũ ordinationibus, quos ipse tanquam Episcopus illegitimè prius ordinarat. A quo Colutho Ischaris Episcopus institutus repulsam itidé tulit, vt illum Hosius in Synodo Nicæna pro Episcopo passus nõ sit, & Athanasius eundem ne permiserit quidem Alexandriæ sacrificare. Tanta veteris Ecclesiæ fuit seueritas, ne quis, nisi legitimæ ordinationis symbolo commendatus, in sacrum ordinem cooptaretur, aut in eo retineretur.

Immediata vocatio ministrorum.

Matth. 22. Ioann. 20. Rom. 10. Galat. 1. Rom. 1

Signa immediatam vocationem testãtia. Exod. 7. 8. 9 & 10. Marci 16. Actor. 5. 3. Reg. 18.

Actor. 9 Mediata vocatio ministrorũ & eius testimonium.

Matth. 28. Ioann. 20 Marci 16. Hieronym. in Catal. script. Ecclesiast.

Exod. 28.

De Eccles. hierar. cap. 5

1 Timot. 4. 2. Timot. 1. Tit. 1.

a Lib. 4. epist. 9. ad Florent. Matth. 9.

In compend. Athan. apo lo. 2. in epist. ad Flauian.

Severitas veteris Ecclesiæ in illegitimis ordinatis.

VERVM vt ad Ioannis vocationem propius accedamus, fuit is citra controuersiam homo missus à Deo, & diuinam habuit vocationem, non sane minus quam quiuis Prophetarum, quos à Deo immediate missos, atque vt Petrus appellat, Spiritu sancto inspiratos fuisse constat. Ac suam quidé ad baptizandum vocationẽ Ioannes ostendit, cùm ita publice testatus est: Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quẽ videris Spiritũ descendentẽ, & manentẽ super eũ, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Vnde Lucas etiam, commemorat Ioánem ad docendi baptizandique ministeriũ non accessisse, nisi verbum siue mandatum Domini super eum in deserto factum esset. Quod cùm ita sit, nõ erit difficile, vt opinor, de quæstione, quæ huius est loci maxime propria, iudicare: Vtrum scilicet, potuerit Ioannes ac debuerit palàm baptizare ac docere, neglecta etiam Principũ Synagogæ authoritate. Potuit enim id sane ac etiam facere debuit, vrgente vocatione, ne alioquin mandato diuino, quod alij Prophetæ de baptismo nulli contigit, nefarie aduersaretur. Vt autem huic vocationi parêret promtius, tot illũ dotibus ornauerat Deus, atque ita populo commendauerat, vt vocationẽ eius, velut optimi maximique doctoris, rex Herodes, virique multi principes, & agmina populorũ ad illum vndique concurrentium, proculdubio agnouerint atque comprobarint. In quo ministerio progredi tantò magis poterat ac debebat, quo sanctioris vitæ aderat testimonium, & doctrina ipsa sincerior ac probatior cũctis habebatur, præsertim cùm nulla in parte legem à Deo traditam violaret, aut receptos Synagogæ ritus damnaret ac labefactaret. Præcipuus autem nodus qui dissoluendus est à nobis iam in eo positus videtur: Vtrum quod Ioannes docendo & baptizando fecit, neglecta illorum authoritate fecerit, qui tunc præerant Synagogæ, vt videri quidem volunt aduersarij. Vbi succincte respondemus, quòd etsi Ioannes nõ indiguerit Iudaici magistratus authoritate, tamen illam non contempserit neque neglexerit, sed potius bona illorũ venia fuerit in docendo & baptizando versatus. Non indiguit, inquam, cum vocationem haberet à Deo, vt dictum est, immediatam, cui omnibus etiam repugnantibus erat obtemperandum, & cuius rationem honestissimam poterat ille auditoribus facile comprobare. Etenim vt maximè nullum omnino præsidium aliud viro sancto suppetiuisset, an non abundè sat erat testimonium, quod Propheticis literis comprehensum non poterat refutari, & ab omnibus in Esaia legebatur? præmonente nimirum Ecclesiam Deo de voce clamantis in deserto futura, quæ ad parandam præsenti Messiæ viam cunctorum animos incitaret atque impelleret. Quid igitur humana egeret approbatione, quẽ Deus ipse multò antè tàm luculenter per vnum atque

Ioannis vocatio immediata. Ioann. 1. 2. Pet. 1.

Ioann. 1

Luc. 3.

An Ioannes in suo ministerio neglexerit auctoritatẽ Synag.

Cur Ioannes approbationẽ Iudæorum eguerit in suo ministerio.

Esaiæ 40. Vsus Scripturæ miraculosus quæ cum Ioannis puerilis cohæret.

Malach. 3.

que alterum Prophetam, Esaiam nimirum & Malachiam, Ecclesiæ suæ commendarat? Quo etiam pertinent ingentia miracula, quæ circa Ioannis cõceptionem & natiuitatem ostendit Deus, agnouit populus, & passim fama publica celebrauit. Cur verò isthuc? nisi vt eum puerum à Prophetis prædictum, ab Angelo promissum, à talibus parentibus editum, tàm mirabiliter natum atque educatum suspicerent omnes, eũdémque posteà in suo ministerio præ cæteris Ecclesiæ ministris, velut à Deo peculiariter missum atque donatum doctorem, diligenter audirent, & præcipue obseruarent: Deinde patrocinabatur Ioanni generis nobilitas, quam in eo cuncti meritò venerarentur, cum scirent eũ de Sacerdotũ illustri stirpe natum, & de vice Abiæ primogenitum esse clarissimi viri Zachariæ. Is vnus erat ex viginti quatuor præcipuis Sacerdotibus, & Sacerdotij dignitatem, quæ summa erat, ad Ioannem filium legitimè transmittebat. Igitur ex hæreditaria successione ius illi competebat in Ecclesiastico ministerio versandi, Deique verbũ & cultum publice profitendi promouendique, nihil vt mirum videri debeat, quòd qui secũdum Hæbræorum traditionẽ Sacerdos erat, vt confirmat [a] Chrysostomus, idem præ cæteris in suo ministerio excellenti pollêret authoritate. Quocirca Lucas narrat ea sedulò, quæ ad Ioannis genus & in Sacerdotali ordine successionem pertinent, facile nimirũ prouidens fore, vt hinc Ioannis ministerio maior authoritas conciliaretur, aut potius vt conciliata, magis magísque apud omnes confirmaretur.

Ex paterna successione Ioannes ministret Ecclesiæ.

Luc. 1.

a Homel. 1. in Marc.

Ioannis ministerium à Iudæorum principibus confirmatum potiùs quàm oppugnatum fuit.

IAM verò etsi non indiguerit Ioannes Synagogica, vel humana quauis in suo ministerio authoritate, tamen vir modestissimus simul & sapientissimus, qui ad ædificationem Ecclesiæ cuncta referebat, receptis & probatis Synagogæ legibus (præsertim quæ functionem Ecclesiasticam penes certos, & se bene ac decore gerentes ministros esse postulabant) proculdubio nihil vnquam derogauit. Eam interim apud omnes, siue minores, siue maiores in Synagoga principes, fidem atque existimationem sibi comparauit, vt nullus illius conatibus facile opponeret sese, nullus ministeriũ eius aliqua ex parte oppugnandum aut impediendum putaret. Quin ita potius habendum est, quòd illi Ioannem in toto suo ministerio quietũ & imperturbatum reliquerint, & eo diuinam eius vocationem tacite confirmarint. Id quod non obscure cõstabit, si legatos nomine principum Synagogæ ad illum solenniter destinatos, exacte consideremus, eorúmque verba & quæstiones in animum reuocemus. Primum enim & præcipue percontantur de eo, quod legationis erat caput, quis tandem sit Ioánes, quidque de se vel ipse sentiat, vel alios sentire vellet. Eò autem spectabant, eò intentos habebant animos, vt sibi Ioánes Messiæ partes officiúmque vendicaret, ac collatam hanc tantæ dignitatis excellentiam admitteret, cùm ea quidem opinio, Ioannem ipsum esse Messiam, omnium animos penitus occupasset. Sed iustissimus & constantissimus ille Propheta sic respondit legatis, vt non solum abnueret sæpe, sed spem quoque nullam illis reliquam faceret, quòd vel Messiæ personam in se recepturus esset, vel proprium Christi munus assumere vellet, sibíque deferri pateretur. Postremò igitur scisciantur de insolito baptismi eius ministerio, quod ob rei & cæremoniæ nouitatem, si non offensionem, at certe quidem admirationem illis aliquam parere potuisset. Verùm illi audito Ioannis responso, quod ex Propheticis literis erat desumtum, nullum cum illo verbũ de baptismo amplius commutant, vt in eius sententia, sicut par erat, prorsus acquiescere viderentur. Declarauit illis Ioannes, se à Deo missum, sibique diuinitus iniunctum esse, quòd obibat ministerium, quemadmodum Esaias multò ante fuerat vaticinatus: cũ quo ministerio baptizandi quoque ius & officiũ plane cohærebat. Hoc igitur velut illustrissimo signo & clarissimo testimonio cõfirmat Ioannes, & multis haud dubie persuadet, vocationem suam immediatam, ac verè diuinam & legitimam esse.

Luc. 1.

Legati Iudæorum confirmant potius quàm infirmant Ioannis ministerium.

Ioan. 1.

Esaiæ 40.

QVOD autem Iudæorum proceres suam Ioanni eiusque ministerio permiserint authoritatem, & neque de docendi, neque de baptizãdi functione cum illo posteà contenderint, ex alio Euangelij loco, si rem diligenter inspiciamus, facile quoque colligetur. Cum enim Sacerdotũ principes à Christo interrogarentur, quid de Ioannis baptismo sentirent, ne verbulo quidem vllo ausi sunt indicare, baptismum illum sibi displicere, vel quod multò maius est, illũ non esse cælestẽ. Itaque tacere prorsus maluerunt, quàm in baptismi eius reprehensionem aut iniuriam quicquam respondere. Qui tametsi per omnia Ioanni non crederent, neque parerent, tamen ex eorum legatione ad Ioannẽ missa, Patrúmque interpretatione consequitur plane, quòd initio saltẽ illi & fauerint, & detulerint plurimum. Sicut autem ad euitandam populi offensionem dicere ausi non sunt, Ioannis baptismũ ex hominibus esse, hoc est, humana potius quàm diuina niti authoritate, ita proculdubio posteà etiamsi Ioanni parum essent amici, aliquid in illũ grauius statuere, vel eius in docendo & baptizando institutum palàm conuellere, præsertim quòd scirent, præclaram & constantem de tanto viro existimationem à toto populo esse conceptam, quam si vellent maximè, non opprimere tamen possent atque labefactare. Quapropter veritati est cõsentaneum, illius tẽporis Ecclesiã sic sibi persuasum habuisse ac palam agnouisse, Ioannis ministerium cũ Propheticis literis congruere, & diuinam habere authoritatem, ac idcirco circa summam iniuriam oppugnari atque dãnari minime posse. Cui rei hoc etiã argumento esse potest, quod Iudæorum principes, qui contra Christum se fortissime opponebant, ne hisce quidem tum auderent contra Ioannẽ, cùm illum damnare vel infectari maximè potuissent. Quid enim infensis Christi hostibus stomachum æquè moueret, ac Ioannem oditiosorem redderet, quàm quod ipse publice cohonestaret, omnibúsque commendaret, eum quem illi Synagoga sua pulsum, planéque perditum & extinctum cupiebant? Ac nisi multum apud Iudæos hoc Ioannis testimonium valuisset, non idẽ Dominus iteraret, ac suis æmulis obiiceret, neque hoc, velut fortissimo telo, sese tueretur. Quis verò est Euãgelij locus, qui vel leuiter subindicet, Ioannẽ idcircò à Iudæis reprehensum vel accusatũ esse, quod tam accuratè ac publice Christum laudibus ornaret, ac eũ Dei esse agnum qui mũdi peccata tolleret, ipsúmque Messiam in lege promissum, qui omnes excelleret, palàm proclamaret? Quòd si hãc Ioãnis libertatem

Quomodo Sacerdotũ principes de Ioannis baptismo sensérint. Matth. 21.

Iudæorũ principes vel inuiti pepercerunt Ioanni Christum magnopere cõmendanti.

Ioann. 9. Ioann. 5.

Ioann. 1 & 3. Matthæi 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

impunè esse passi sunt, cur nō eius quoque doctri- A
nam atque baptismum dissimularent, præsertim
cùm timidi homines, si secus quidem facerent
non solum veritatem, quæ ipsorum verberabat cō-
scientias, & Ioannis institutum defendebat, sed
communis etiam populi fauorem ac erga Ioannē
studium sibi prorsus obstare neutiquā ignorarent.
Cur Ioannis baptisinum adeant principes Iudęorum. Ac tantū abest, vt illi alieno prorsus animo à Ioan-
nis baptismo essent, vt illum etiam sibi petendum
& accipiendum putarint, non sincero quidem ani-
mo prædíti, sed qui tamen videri vellent Ioannis
amici, & fortasse sicut Herodes faciebat, illum li-
benter audirent atque suspicerent, tametsi neque
Marci 6. Dei legi, neque Ioannis præceptionibus magis
quàm Christi Euangelio obtemperarēt. Quo qui-
dem facto an non testatum satis reliquerunt, quòd
ministerium Ioannis minimè damnarēt, sed potiùs B
ratum ac firmum haberent populique erga Ioannē
propensos animos magis magisque confirmarent?
Ioannem baptismo suo nō irritasse Iudæos. AD HAEC non video sane, cur Ioannes in eo
quod baptismum suum administrauit, vel schisma-
tis suspicione, vel nouitatis inuidia apud Iudæos
laborasse iure dicatur. Multa enim & varia tum
erant Iudæis baptismatum genera, támque solen-
nis & vsitatus illis baptismus habebatur, vt venien-
tes è foro nisi prius baptismum adhibuissent, non
Matt. 7. Leuit. 9. & 16. manducarent, quemadmodum & Marcus anno-
tauit. Vt ergo credebant ea peccata sibi dimitti,
quæ in hircum Sacerdos imprecabatur, videban-
turque illis sua peccatain hircum reiici: ita sibi per-
suadebant fortasse, si lauarentur, cum è foro redi-
bant, peccata iam in foro contracta in aquā deiici,
non secus quàm si inter animi & corporis maculas
eluendas nullum discrimen interesset. Eóque mi-
nus inusitatum & peregrinum, minus ingratū etiam
ac odiosum Iudæis videri poterat, si ad suum ba-
Habent Prophetę sua quędam symbola diuina. ptismum eos Ioannes inuitaret, præsertim cum
tot baptismis essent assuefacti. Postremò quid ha-
bet incommodi, vt quod in aliis Prophetis factum
Hierc. 28. Esai. 20. cernimus, id etiam Ioanni vsu venisse credamus?
Dedit Hieremiæ hoc insigne Deus, catenam li-
gneam, & Esaiæ signum proprium adiunxit, nudus
vt ille & discalceatus in publico ambularet. Ergó-
ne moleste ferrent Iudæi proprium Ioanni esse ba-
ptismum, vt hac velut tessera suum ornaret mini-
sterium, & communem moneret populum, & ma-
iorem doctrinæ suæ pararet authoritatem? Quæ
omnia fient probabiliora, quicquid isti obganniāt,
si Iosephum consulamus, eiusque testimonium hîc D
repetamus. Fuit enim Scriptor ille grauis, & cum
primis apud Romanos celebris habitus, sed & Iu-
dæorum Sacerdos minimè vulgaris. Fatetur autem
palàm, [a] Ioannem facile primas apud suam gen-
a Lib. 18. de antiquit. Iudaicis, cap. 10. tem obtinuisse inter illos, qui iustitiæ & probita-
tis causa summum fuissent honorem consecuti: vo-
cat eum præterea virum bonum, qui sit Iudæos
hortatus, vt virtutem excolerent, & ad baptismum
accipiendum accederent, ea vitæ officia obeuntes
sedulò, quæ iustitiæ & pietati erga Deū essent cō-
sentanea. Est & alius non infimi nominis Iudæus
In historia Iudaica. Ad Autolyci lib. 3. Hom. 1 in Matt. Iosippus, vetus sanè scriptor, & non ita pridē La-
tinè versus, (meminit eiusdem Theophilus An-
tiochenus) qui magnificam & ipse facit de Ioanne
mentionem. Quidquod Chrysostomus admoner,
Ioannem ad suam ætatem vsque summo in precio
apud Iudæos habitum, atque adeò inter Pontifices
numeratum esse? Tanta, & tàm diuturna huius viri
cùm apud alios, tum apud Iudæorū antistites per-
māsit authoritas. Id quod eò minus admirandū pu
tarim, quod etiamnū apud Turcas, quantūuis bar-
baros & impios, Ioannes optime audiat, magnám-
que nominis obtineat celebritatem. Atque hæc sa-
tis esse puto, vnde lector veritatis amans tandem
colligat certóque statuat, Ioannem non eguisse
quidem authoritate Synagogæ, vt suum, quod satis
erat omnibus perspectum ac probatum, obiret
ministerium.

AT NVNC vide mihi, bone Lector, obsecro,
quàm sit omninò dispar atque dissimilis Ioannis
& nouorum ministrorum vocatio, qui tantò fere
interuallo, quanto cælum à terra distat, à se mutuò
differre videntur. Primum enim isti sicut Ioannes,
immediatā habent nō vocationē, nec signum eius,
aut testimonium vllum euidens proferre possunt.
Nouam fidem atque doctrinā ab illis publicari vti-
que cernimus, sed quā nouo miraculo, vt sane fieri
oportebat nulla ex parte cōmendāt. Sic enim Phi-
lippus quoq; testatur, *quādo magnæ sunt tenebræ, vocā-
ri nonos doctores, & semper addi à Deo miracula, vt certo
sciamus a Deo esse missos. Ideo Ioānes*, inquit, *magno mira-
culo nascitur ex matre sterili & anu.* Præterea nō Scri-
pturā ex Patrum iudicio intellectā, non reuelatio-
nem diuinam, quæ ad nos quidē peruenerit, non si-
gnum aliquod illustre, quod obseruatione dignum
sit, ad vocationem suam confirmādam ostendunt.
Quod si vitam & mores, si doctrinæ formam, si ex-
ternæ pietatis speciem consideremus, distant ab il-
lis δὶς ἀφ᾽ πασῶν Elias, Ioannes, omnésque à
Deo missi, & Ecclesiæ citra medium humanū do-
nati aliquando ministri, quomodocunque eos li-
beat nuncupare. Quin plurimi etiam veterum hæ-
reticorum, vt honestum aliquod vocationi suæ no-
men cōpararent, testimonia Scripturæ plausibiliora, vt Ariani, & res minus infames, vt Cathari, con-
tra Ecclesiam defenderunt, multóque probiores, vt
Euchitæ & Apostolici, vulgò apparuerunt. Accedit
quòd non solum immediata, sed mediata etiā vo-
catione isti destituantur, nulla vt ratione suum cō-
probare ministerium possint, quando ab Ecclesia
& eius Hierarchis nullum habent testimonium,
quo se verbi & Sacramētorum ministros legitime
vocatos & ad pastorale officium, velut per ostium,
introductos esse confirment. Recensent Hieronymus & Augustinus Apostolorum siue ministrorū
varia genera, de quibus in Scriptura legimus: alios
enim neque ab hominibus, neque per hominē, sed
à Deo mitti, vt Prophetas & Paulum: alios à Deo
per hominem mitti, vt Iosuæ filium Naue, à Deo
quidem, sed per Moysen: ducem populi constitu-
tum: alios ab homine, non à Deo, vt qui hominum
fauore ac studio ordinantur: alios demum neque à
Deo, neque per hominem, sed à semetipsis mitti,
quod propriū sit pseudoprophetarum & pseudo-
apostolorum, de quibus Paulū dixisse monet Hie-
ronymus: Istiusmodi pseudoapostoli, operarij ini-
quitatis, trāsfigurantes se in Apostolos Christi, qui
dicunt: Hæc dicit Dominus: & Dominus non mi-
sit eos. Quis autem dubitet, ex his ipsis nostros
esse Sectarios, qui aut nō missi ac ordinati seipsos
obtrudunt ministros & pastores, aut sic ordinātur,
vt de illis cum Tertulliano iure dicamus: Ordina-
tiones eorum temerariæ, leues, inconstantes: nunc

Ioannes in Turcis ve-neratione.

Nouos mi-stros à Deo ne valde ferre.

Etiam mediata vocationem probat nouos minist.

Apostolorum varia genera. *In 1. cap. Gal.* *In Dialog. cum Orthod. quæst. 64.*

2. Cor. 11. Hierem. 23.

Lib. de præscript. hæreticorum.

neophytos collocant, nunc seculo obstrictos, nunc, A
apostatas nostros, vt gloria eos obligent, quia veri-
tate non possunt. Nusquàm facilius proficitur
quàm in castris rebellium, vbi ipsum esse illic, pro-
mereri est.] Quomodo enim ordinationes illorum
ratæ ac firmæ esse possunt, qui legitimas, Ecclesia-
sticas & Apostolicæ traditioni, quam [a] Dionysius,
[b] Clemens, [c] aliique Patres agnoscunt, consenta-
neas ordinationes repudiant: qui Sacerdotium ex
baptismo, cum Sacerdotio ex hierarchica ordina-
tione confundunt, vt simul hierarchicum Sacer-
dotium, & iuge sacrificium ex Ecclesia tollant, qui
denique sat habent, pro arbitrio populi & de ma-
gistratuum politicorum sententia se ministros pas-
sim institui atque proclamari. nullo etiā charisma-
te spiritualis potestatis donati.

a Eccl. hier. cap. 5. *b Constitut. Apost. lib. 8. cap. 24.* *c Cypr. lib. 1. epist. 6. ad Magnum.*

SED quando Patres & Episcopos isti præ se su-
perbè contemnunt, & nullam Sacerdotali po-
testati & Ecclesiasticæ ordinationi tribuunt au-
thoritatem, age vel ipsis Lutheri verbis eos coar-
guamus, qui de vocatione istiusmodi ministro-
rum hæc nimium vere scripsit: *Non satis est*, inquit,
*habere verbum & puram doctrinam: oportet etiam vt vo-
catio certa sit, sine qua qui ingreditur, ad mactandum &
perdendum venit. Numquam enim fortunat Deus labo-
rem eorum, qui non sunt vocati: & quanquam quædam
salutaria adferant, tamen nihil ædificant. Sic hodie phā-
natici spiritus nostri habent verba de fide in ore: tamē nul-
lum fructum faciunt, sed hoc præcipue agunt, vt homi-
nibus persuadeant suas erroneas opiniones.* Et rursus:
*Non est irruendum in alienam messem, vt Diabolus incita-
re solet suos ministros, vt non vocati currant, & præ-
texant zelum hunc ardentissimum, dolere sibi quod homi-
nes tam misere seducantur, se veritatem velle docere, &
seductos e Diaboli laqueis eripere.* Tum ad senatum
Mulhusium scribit, rectè facturos eos, si rogent ex
Thoma Muncero, quis docendi munus ipsi com-
miserit, sicut à Schleidano narratur. Quin alio
etiam in loco hoc apertè profitetur: *Solis Sacerdo-
tibus ad hoc ordinatis Sacramenta ministrare, & ver-
bum Dei prædicare permittitur. Et nulli Deus remittit
culpam, si non ille se subiecerit & humiliauerit suo Sa-
cerdoti vicario.* Qua Lutheri cōfessione (quid enim
alibi scripserit homo inconstantissimus, nihil mo-
ror, qui frequenter seipsum iugulat) perspicuè qui-
dem totum hoc genus ministrorum perstringitur
atque damnatur, qui hodie nec Deo, nec Ecclesia
mittente sine certa vocatione currunt, ac licet pro-
fani sint ac maneant, tamen Ecclesiastica munia
sumunt arrogántque sibi: interim verò, quēadmo-
dū olim Pseudoprophetæ factitabant, Verbū do-
mini, Vrbū domini plenis buccis crepant, & pro
Dei verbo sua venditant somnia, vel vti Lutherus
dixit, suas erroneas opiniones hominibus persua-
dere conantur, verique ministri sunt Sathanæ, qui
iuxta dictum Propheticum, Dei verba furantur.
Tum quantumuis ardentem zelum veritatis asse-
rendæ, & Ecclesiæ reformandæ præ se ferant, tamē
eos arbores esse non bonas, fructus ostendunt pes-
simi, quos & Lutherus agnouit, & Europa tot an-
nis vt anteà numquam, suo certè malo maximo
passim experitur. An est igitur quisquā tàm cæcus
qui non videat, quàm isti commune nihil habeant,
cum nostro Ioanne, qui tametsi omnibus præcla-
ris donis ornatus, vocationem à Deo immediatam
haberet, ac idcircò humana confirmatione ad suū

Lutheri sententia de vocatione nouorum ministrorum.

In 1. cap. ad Galatas.

In resolutionibus.

Hierem. 14. 23. 28. Ezech. 13.

Hierc. 23.

Epilogus collationis ministrii inter Ioannem & nouatores.

B

C

D

ministerium obeundum haud quaquam indigeret,
sic tamen in eo continenter versatus est, vt aduer-
sus magistratum Ecclesiasticum nihil per seditionē
moliretur, vt ab ordinaria potestate non discede-
ret, vt receptos Synagogæ ritus ac publicam dis-
ciplinam non contemneret, imò verò vt præsentis
Ecclesiæ statum stabiliret potius, quàm immuta-
ret aut labefactaret, vt denique tum populi tum
Sacerdotum suffragiis suum ornaret ministerium,
ac ne illud à quoquam reprehenderetur, in omni
vita & doctrina se semper ministrum inculpatissi-
mum integerrimúmque præbuit?

Quomodo temere Petrus Martyr excusat sectarios, qui sine manuum impositione fiūt ministri Ecclesię.

ATQVE hîc mihi se commodè offert Petrus il-
le Martyr, hoc sanè cognomento indignissimus,
inter Sectarios autem minimè gregarius miles, qui
suos collegas purgare conatur, quòd ab Episcopis
nostris nec petant, nec accipiant manuum impositi-
onem, cum hoc quidē legitimæ vocationis symbolum, quod iustis Ecclesiæ ministris & gubernatoribus est fuit que semper necessarium, reiiciant,
ac etiā ridiculè tractent. Nunc vide obsecro, quàm
prudenter ille causam nouorum ministrorum de-
fendat, & simul Ioannis nostri exemplo abutatur:
In 4. Reg. cap. 2. *Ioannes Baptista*, inquit, *nouum ritum baptismatis induxit
& Hebræis præbuit, cum tamen illi manus impositæ non
fuerint, & baptismum administrabat, cum ipse à nemine
tinctus fuerit.* Vbi nos quidem vltrò fatemur, sicut &
antea docuimus, nouum illum baptismatis ritum
perfanctè ac sapienter à Ioāne inductum, & Iudæis
administratum esse: fecit autem hoc vir ille nō ab
hominibus missus, sed à Deo immediatè vocatus
atque iussus, quod non minus est sane, quàm ab
Episcopo per impositionem manuū ordinari. Nec
eguit ille quidē vel tinctione, vel ordinatione cu-
iusquàm: tinxit enim, aut vt magis propriè dicam,
sanctificauit eum in matris vtero Spiritus sanctus.
Quippe non ad solum Hieremiam, sed ad Ioannē
quoque vox illa diuina pertinet: Priusquam te for-
marem in vtero, noui te: & antequam exires de
vulua, sanctificaui te. An verò Zvvinglius hunc
suum discipulum non corripit, cum docet, Ioan-
nem ad tantum munus inaugurari Ecclesię Dei cir-
cuncisione & nominis impositione, licet sanctus
alioquin & Spiritu sancto plenus esset? *Vbi discimus*,
inquit, *Ecclesiæ Sacramenta & communionem non ne-
gligere, aut contemnere.* Quorsum igitur ista Marty-
ris ratiocinatio? ea certe nouum hoc ministrorum
genus adeo non excusat atque defendit, vt etiam
reprehendere & inculare videatur. Si enim Ioannes
ministerio suo legitime fungi non potuit nec de-
buit, nisi diuino mandato ad hoc electus, vocatus,
& è suo deserto velut extrusus esset, vt demōstra-
uimus: qua demum venia digni esse possunt, qui
absque vocatione tum immediata, tum mediata,
ac sine præparatione & probatione vlla sponte ad
sacra procurrunt, & in Ecclesiasticas functiones,
messémque alienam irrumpunt? Itáne Ioannem
probe sequuntur, dum sunt voces tantum cla-
mantes, & neque à Deo, neq; ab hominibus, quibus
hoc iis cōpetit, rite mittūtur, sed seipsos mittūt, at-
que in medium prosiliunt? Hoc docet Ioannes sci-
licet, Apostolicam de manuum impositione regu-
lam conēnere, Episcoporum potestatē in ordinan-
dis ministris & gubernādis Ecclesiis nihili pendere,
ac demum perpetuā Christiani orbis traditionem,
quæ suos clericis ordines maiores & minores as-

Ioannis exemplo ministrinoui reprehenduntur.

Ioannes nō eguit humana tinctione vel ordinatione. *Hierem. 1.*

In 1. cap. Luce.

Actor. 13. 1. Timot. 4. & Ad Tit. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

signat, conuellere atque abolere? Valeat autem apostata Vvermelius, qui nos adeò stupidos putat, vt quod Ioannes non fecit, nullis etiam aliis faciendũ esse credamus, vtque Apostolos in his, quæ ipsi docuerunt atque constituerunt, idcircò minoris faciamus, quia Ioannes eadem ad vnguem non obseruarit, imò etiam citra culpam ignorarit, quæ illi diuino Spiritu afflati constituerunt, & pro ratione temporis Ecclesiæ Christianæ obseruanda legitimè tradiderunt.

An Ioãnes à Synagoga, eiusque rectoribus fecerit secessionem.

Ex quibus omnibus haud difficilè sit æstimare, quàm sit insulsa istorum ratiocinatio, dum ita colligere student: Ioannes nouam baptismi cæremoniam instituit, & nouam docendi rationem tenuit, in deserto, non in templo Hierosolymitano prædicans. Igitur Ioannes à templo, & Sacerdotibus, & ordinaria eorũ, qui Synagogã regebant, potestate B fecit secessionem. Quasi verò vtrunque ab illo fieri non potuerit, quod & factum esse viri prudentes fatebuntur, nimirum, vt ille suum in baptizando & docendo munus fideliter obiret, ac vitaret interim intempestiuam, Ecclesiæque noxiam secessionem. Nec enim congruebat tempori, imò ad excitandas turbas animósque populi distrahendos plurimum secessio valuisset, si quam Ioannes moliri tum voluisset à Synagogæ magistratu diuinitùs instituto, & Reipublicæ Iudaicæ necessario, quem deinde Christus, qui Ioannem secutus est, suo tum verbo, tum exemplo & docuit, & voluit honorari. Tantum vero abest, vt quod Ioãnes faciebat, chisma & distractionem populi gigneret, quicquid cũ suis Philippus obganniat, vt maior etiam hinc animorum concordia, & status Reipublicæ tranquillior haud dubiè fuerit consecutus. Nam quemadmodum talem tantúmque doctorem decebat, pro sui muneris ratione omnẽ nauauit operã ad motus & conatus hominum seditiosorũ comprimendos: pacis & disciplinæ publicæ studiũ suis auditoribus cõmendauit, & præsertim ad reuerẽtiam obedientiámque tũ legi diuinæ, tũ legitimis magistratibus deferendam, illorũ sicut & militum, animos reddidit propensiores. Confirmat hoc Chrysologus, cum Ioannis doctrinam Reipublicæ benè constituendæ necessariã tractat: Neminem, inquit Ioannes concutiatis, neque calũniemini, contenti estote stipendiis vestris. Vbi hoc addit Chrysologus: Beatus Ioannes sic diuina docuit, vt non turbaret humana. Instituit (hoc est, erudiuit) Rempub. non D dimouit: probauit à Deo ordinata esse quæ docuit, posse facere, & facere iustitiam.] Nugæ sunt igitur, quas nobis ingerunt de Ioanne faciente secessionem, & distrahente populum ab ordinaria potestate, à templo, à Sacerdotio cultúque diuino: cum nihil Ioanni magis cordi fuerit, ac esse debuerit, quàm saluũ manere legi diuinæ & Moysi cathedræ suum honorem, quo ad visum esset Deo, legem legisque Sacerdotium per Christum penitùs aboleri. Hæc nobis eò dicuntur omnia, vt liquido intelligatur, quàm temerè isti Iudæis affingant, quod illis ne in mentem quidem venire fortassè potuit, de accepto nimirũ offendiculo propter nouũ, insolens & seditiosum Ioãnis institutũ.

Luc 3. Serm. 137

Quibus de causis fingatur Ioannes apud Iudæos malè audiuisse.

Qvoniam verò in hac opinione prorsus hærent nouatores, vt credant Iudæos acerbis animis in Ioannem eiúsque institutum fuisse, non abs re fuerit, quas illi odij causas præter iam antè adductas proferant, hoc etiam loco considerare. Testatur Lutherus, Ioannem in tota Israële multa nouasse, & palam liberrimas voces apud proceres tunc ordinariæ Ecclesiæ, nimirum Scribas & Pharisæos, edidisse. Verum hæc pro sua libertate ne dicam dicacitate, tantum affirmat, non autẽ probat, nec probare poterit Lutherus: nos contrariam sententiam, satis, vt opinor, suprà confirmauimus. Petrus Martyr de Pontificibus, Pharisæis & Scribis eius temporis refert, illis intolerabile visum esse, quòd Ioannes in sua doctrina, quam baptismo adhibebat, Patris & Filij & Spiritus sancti fecerit mentionem. Sed vt frigidum hoc est sanè commentum, sic ad odium Ioanni conflandum parum efficax, ac veritati etiam malè congruens. Etenim, si ex Scriptura iudicandum est, Christus hanc baptizandi formam, quæ sanctissimæ Trinitatis nomen exprimit, non nisi post suam mortem Apostolis tradidit, & Ioannes in nomine venturi eum baptismum celebrauit, qui Christi & Apostolorum baptismo, quod ad formam & efficientiam attinet, multis modis, vt ostendimus, inferior atque imperfectior existimandus est. Zvvinglius aliam huius odij causam assignat, cum explicat verba illa legatorum ex Ioanne percunctantium. Quare ergo baptizas? *Ecce*, inquit, *qui Ioannem prius baptizantem & docentem exceperant, nunc ingrati non solum Christum, sed & Ioannem, quem summè amabant, calumniantur, fugillant & contemnunt: tantùm ob id, quod non voluit dicere quæ eis placebant.* Verum enimuerò haud video, quomodo ex pauculis legatorum verbis, quæ describit Ioannes, C hic sensus rectè colligatur, imò sicut demonstrauimus, cum legati Ioannem audissent, in responsõ eius acquieuisse videntur: nec ansam sanè vllam habuerunt, qua permoti virum optimum calumniarentur, eúmque ex hoc ipso colloquio contemnerent atque fugillarent. Quid verò Brentius? magnam odij Iudaici aduersus Ioãnem concepti causam in eo statuit, quòd is palàm Christum velut digito monstrans testaretur, Ecce Agnus Dei. *Non est dubium*, inquit, *quin Ioannes hac vna voce, quasi bellicum non inter Pontifices & sacrificulos tantum, sed etiam inter sapientes quosque Iudæos, adeoque in vulgo ipso ceciuerit.* Et rursus: *Sapientibus visa est hæc concio non solum abrogatio ciuilis honestatis, sed etiam deuastatio totius religionis suæ. Quod cum ita fuerit, quis non intelligat, quod hæc concio constiterit Ioanni maximo vitæ suæ periculo? Iam considera etiam mihi, quantam aliarum rerum suarum iacturam fecerit hac vna concione.* En Rhetoricam, imò verò ridiculam Brentij Amplificationem, qui post omnes interpretes id nobis persuadere conatur, quòd ex veteribus quidem nullus, vt arbitror, vel per somnium cogitauit. Concedamus autẽ illi, hoc Ioannis dictum à multis palam auditum & intellectum fuisse, de quo alij non temerè dubitabunt: cur interim hinc Iudæi tantoperè offenderentur? cur ciuilis honestatis abrogationem, ac totius Mosaycæ religionis deuastationem, sicut ait Brentius, à viro mansuetissimo, quem Ioannes agnum appellat, extimescerent? Cur demum & magni & parui tàm eximium Prophetam tàm iniquè tractarent, & in odium raperent, illíque extremum vitæ discrimen ob hoc vnum verbum intentarent? Igitur peregrinum, contortum & ineptũ est prorsus, quod huic Euangelico

Ii. de Iudæ. et eorũ non dociis.

In 1. cap. Ioannis Daniel 11. & 12. Matth. 26. Luc. 22. 1. Cor. 11

In cap. 4. Rom.

Quomodo accipiendum sit illud, Ecce agnus Dei cõtra sectarios.

Ioannes ab baptizando nominatus.

Act. 19.

In 1. c. Ioh.

a Epist. 10. ad Nestor. b. Malach. 1 c. Li. 4. c. 24 contra hæreses De Demonstrat. Euãg. lib. 1. c. 10 In harmon. & in Amid. contra cõcil. Trident.

Ioan. 1.

Gal. 2. 2 Cor. 13. 2 Tim. 4. Colos. 1. Heb. 9. Luc. 24. Ioan. 1. Act. 2. 1. Cor. 3. & 15. Hebr. 5.

In c. 1. Ioan. Verbũ, Ecce agnus Dei, magnam Iudæis inuidiam & odium contra se docet Baptista.

Fructus mortis Christi ad quos pertineat.

In postill. Domin. 4. Aduent.

Improbatur esse Brentij sententiam.

Lutheri sensus de verbo, Ecce agnus Dei.

gelico loco affingit Brentius, dum rem immodicè studet amplificare: neque tamen verbo Dei, sed fallaci tantum nititur coniectura. Talibus fabellis, quales isti ad nauseam vsque lectoris admiscent, Euangelica quidem historia contaminari potest, illustrari certè non potest. Nullæ sunt igitur, aut leues admodum rationes, quas nobis exponunt aduersarij, cur proceres Iudæorum Ioanni succenserint, & illius ministeriũ odiis fuerint infectati.

Vbi præterire non possum, quantum sibi nouatores permittant in hoc ipso præclaro Ioannis dicto, Ecce agnvs Dei, qui tollit peccata mundi, mirabiliter deprauando. Docet Zvvinglius, hîc reiici Missam & omne genus sacrificiorum: nec distinguit inter externa & ea, quæ Christianis maximè congruunt, spiritualia sacrificia. Quasi verò incruentum illud & iuge sacrificium Ecclesiæ, quod omnes Antichristi præcursores abolere conantur, non maximè nobis repræsentet agnum, qui ad mundi peccata tollenda in cruce seipsum obtulit semel, & eius cruentę oblationis memoriam, voluit incruento modo, vt Cyrillus [a] loquitur, omni die in Ecclesia renouari: sicut [b] Malachias futurum est vaticinatus, & cum [c] Irenæo Patres clarissimè probent. Nec dubitat quidem Eusebius Cæsariensis, [d] cùm hanc Ioannis prædicationẽ de agno Dei tractat, ad Eucharistiæ quoque sacrificium illam accommodare. Caluinus cũ suo Marlorato dicit, hic euerti omnes humanas satisfactiones, & redemptiones, & piacula. *Ipse solus*, inquit, *est agnus Dei, solus quoque oblatio est pro peccatis, solus expiatio, solus satisfactio.* Est sanè Christus qui dicitur, agnus Dei tollens peccata mundi, est oblatio, expiatio, satisfactio pro peccatis omnium, qui solus iusto dato precio, seu lytro persoluto, iram diuinã placat, & amissam Dei gratiã nobis recuperat, nósque propria virtute sua, quod alius facere nemo potuit, reconciliat patri. An verò propterea negandum est, eundem Christum hanc suis fidelibus & meruisse, & impetrasse gratiam, vt in ipsis etiam viuere, operari, mereri ac satisfacere possit? Viuebat certè in Paulo Christus, & loquebatur, & coronam iustitiæ operabatur, & ea quæ suis passionibus deerant, in Pauli carne pro Ecclesia mirabiliter adimplebat. Sufficit Christi pretiosa mors & sanguis verè sacrosanctus ad omnia omnium expianda, vel sicut Paulus ait, exhaurienda peccata: sed illis tãtùm salutaris est, qui volentes, credentes & pœnitentes illam applicant sibi, Christíque gratiæ cooperãtur. Adeò verè & distinctè Apostolus dixit: Christus factus est obtemperãtibus sibi causa salutis æternæ. Obscurãt igitur hoc summum Christi beneficium, qui contra doctrinam Apostolicam vel negant, vel subticent ea media atque remedia, præcipuè verò Sacramenta, per quæ Christo visum est, suum sanguinem nobis efficaciter communicare, & nõ aliis, quàm in Ecclesia vera credentibus & pœnitẽtibus, reddere salutarem. Iam verò Lutherus ex hoc ipso loco venenum fugit, cùm inde dogma suum de sola fide confirmat, & Ioannem fingit sic dicere voluisse: *Agnosce hunc vt agnum, cui peccata tua imposita sunt, vt salvus sis, & salutem certò consecutus es.* Tùm postea: *Si poteris credere hanc Ioannis vocem veram, & oculis cordis digitum eius sequi, atque agnum DEI tua peccata tollentem agnoscere, plane viceris, salutem nactus verus es Christianus, dominus peccati, mortis, inferni &*

A *omnium.* Quis verò non videat, hic fidem à Lutheро nimis immodicè prædicari, eúmque prorsus abuti nomine fidei, vt vanam illam confirmet fiduciã, qua sectarij omnes veræ charitatis expertes, & à fide obedientiáque Ecclesiæ alieni, certò statuũt, hoc est, falsò putant, modo Christum fide apprehenderint, se iustos esse & sanctos imputatiue. Iudicet quæso lector, an hoc Baptista voluerit, cum diceret, Ecce agnus Dei. Deinde non potest Luthero cum Ioanne conuenire, quando ille nunquam non vrget hanc vnam de agno DEI prædicationẽ, quã totius Euangelij epitomen Brentius vocat: hic verò non solum fidem in Christum, sed & pœnitentiam, eiúsque dignos fructus accuratè commendat. Prætereà Ioannes haud obscurè Lutherum ac nouatores verberat, quòd non contentus Christum B agnum & Messiam pronunciare, & in illum cæterorum quoque fidem excitare, de illo etiam iudice, qui habet in manu sua ventilabrum, seuere concionatur, & arbori non bonæ atque frugiferæ tùm excisionem, tùm ignis æterni supplicium apertè interminatur. Placet istis magistris, placet & eorum auditoribus blanda de agno DEI ac fide doctrina: Ioannis autem vita, & oratio de pœnitentia & iudicio DEI, vt per se quidem aliquantum horrida, sic delicatulis semper ingrata, nullum apud istos pondus obtinet, & vix quidem attingitur. Amant nimirum hoc dulce compendium, quod illis, quomodocunque demum viuant, audax in Christum fiducia, & imputatiua iustitia subministrat, vt ita, velint nolint superi, sine luctu consolationem: sine C pœnitentia veniam; sine obedientia securitatem & salutem sibi ac aliis certissimè polliceantur. An hoc verò est cum Ioanne vel viuere, vel docere, eisdémque lineis insistere?

In 1. c. Ioan. Matth. 3. Luc. 3.

Placet hodie Ioannes de fide prædicans, non de pœnitentia.

Postremò ob hoc ipsum Ioannis dictũ Patres ac alios, velut indoctos, incusat Melanchthon, qui in appellatione agni Metaphoram innocentiæ & patientiæ putant significari: vrget autem eam interpretationem, quæ hoc tempore in primis placet nouatoribus, Christum videlicet esse similem agno, qui est victima in cruce pro nobis oblata. Cui explicationi adiungit, quomodo Sacrificium Christi nobis applicetur, idque fieri docet duntaxat per fidem, quam definit esse fiduciam, qua statuimus, Deum nobis placatum esse propter Christum, Sed facilè defendi possunt Patres aliíque Scriptores, qui haud sine Scripturarum authoritate nomẽ agni tùm ad innocentiam, tùm ad patientiam atque mãsuetudinem appositè retulerunt, aut referũt etiamnum. Et Ioannes quidem hoc noluisse videtur vt Christum ab aliis, qui ad suum baptismum multis cooperti sceleribus accedebant discerneret, eúmq; solum nulla prorsus ablutione indigentem, sed ab omni labe peccati purum & integrum significaret: quare Apostolus Petrus etiam agnum immaculatũ euidenter appellat. Deinde Baptista hoc nomine consolatur Ecclesiam, docens Christum in primo illo aduentu non terribilem, sed verè mansuetum ac patientem esse. Probarunt id hostes eius sanguinarij, cùm sicut ouis ad occisionem duceretur, & quasi agnus coram se tondente obmutesceret. Sed & sicut agno inter pecudes, sic illo inter principes nihil mansuetius, simúlque fructuosius reperitur. Est enim hoc agno proprium, vt aliis potius quam sibi seruiat, ac idcircò possessori suo lanam ad ve-

In 1. cap. Ioannis.

Cur Ioannes agnum Dei dixerit.

1. Pet. 1.

Esaiæ 53. Act. 8. III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IIII. *Exod.12. Hebr.11. 1.Cor.5.* ſtitum, & carnes ad victum præbeat: quemadmodum reuera Chriſtus etiam liberaliſſimè veſtit & ornat & paſcit populum ſuum, adeóque vniuerſam Eccleſiam. Nec dubium, quin hoc dicto itidē Ioannes ad illum alludat agnum, qui ex præſcripto legis, vt omnes nouerant, pro peccatis populi quotannis offerebatur, & Chriſtū, qui noſtrum eſt paſcha, pro mundi peccatis offerendum propriè adūbrabat. Vt verò maximè Chriſtus dicatur agnus ob ſacrificium, quod in ara crucis ſemel oblatum, ſacrificiis omnibus Moſaycis finem impoſuit, & de quo teſtatur Apocalypſis, agnum à mundi origine occiſum eſſe, tamen reiiciendæ non ſunt aliæ Patrū interpretationes, cùm & ipſæ Scripturis apte conueniant, & inſigne Chriſti officium pulchrè comprobent. Adde quod Ioannes longe alio ſpectat, cū hæc loquitur, quàm vt velit, ſolam homini fidem ad iuſtitiam ac ſalutem conſequendam ſufficere, ac diuinum illud maximúmque Chriſti beneficiū illis efficaciter applicari, qui certò ſtatuunt, Deum ſibi propter Chriſtum eſſe placatum. Sciebat vtique vir ſapiētiſſimus inanem eſſe fidem atque fiduciam in his, qui Chriſtum apprehenderent propitiatorem, ac eidem vt legis latori non obtemperarent, neque vt viuorum ac mortuorum iudicem, omniúmque malorum vindicē reuererētur. Nec ignorabat vtique in Euangelio non ſolùm annunciari gratiam, ſed iram etiam de cælo reuelari, & pœnitentibus quidem remiſſionem peccatorum, inobedientibus autem & voluntariè peccantibus, quantumlibet credant & fidant, ſeueritatem iudicij prædicandam eſſe: Agnoſcebat præterea, eos fide in Chriſtum fruſtra gloriari, qui illum cognitum non amarent, qui verbum eius factis non exprimerent, in quibus etiam ipſe Chriſti ſpiritus non impleret legis iuſtificationes. Intelligebat denique ad veram fidei rationem pertinere, vt qui ſe ſaluos cupiunt, nō ſolùm in Deum, & quem miſit ille Ieſum Chriſtum credant, verbúmque promiſſionis amplectātur, verùm etiam vt Dei minis, Chriſti præceptis ac verbo indignationis, imò & diuini anathematis ſuam tribuant authoritatem, ſuámque reuerentiam & obedientiam præſtent. Nolo hæc pluribus, vt poſſem, aſtruere, Patrúmque cōfirmare ſententiis: ſatis eſt obiter indicaſſe, quomodo ſuauiſſimū hoc Ioannis dictum, ſi ritè intelligatur, deprauetur ab iſtis, qui ex Ioanne fidei magis quàm pœnitentiæ laudatorem ac prædicatorem facere moliūtur. Sed enim Ioannes in fide commendanda breuis, prolixior autem & accuratior in pœnitentiæ & iudicij, & timoris & operum prædicatione cernitur: non quòd fidem omnis iuſtitiæ & ſalutis humanæ baſin negligat, ſed quòd opera fidei, quæ ſunt fructus ſpiritus, ac pœnitentes in primis decent, magis vrgeat, ita ſubindicans videlicet, fidem iuſtificantē in adultis ſine dignis pœnitentiæ fructibus eſſe non poſſe. Quòd ſi Baptiſta non de ſola fide, ſed de operibus fidei, dignisque pœnitentiæ fructibus eſt ſedulò cōcionatus, vt pro ſui muneris ratione viam Domino præſtrueret, ac plebem Iudaicā, valdèque craſſam, ad Chriſti præpararet aduentum, quid illum quæſo facturum fuiſſe putemus, ſi diſcipulos & auditores habuiſſet ex his, qui Chriſtianæ diſciplinæ initiati, & in Euangelica lege inde à primis annis inſtituti fuiſſent? An non excellentem, ſeu vt Chriſtus loquitur, abundantem iuſtitiam, omnémque ſanctimoniam ab illis poſtulaſſet. ſimúlque cum Paulo eos qui carnis faciunt opera, vel ſecundum carnem ambulant, à Dei regno excluſiſſet atque damnaſſet?

Ioannes non confirmat doctrinā de fide ſpeciali.

Rom.1.

Matth.5. Galat.5. Rom.8.

Ioan.3.Mat.

SED ad Philippum redeo, qui nouā nobis iniit diſputationem: *Hic quæritur*, inquit, *an liceat facere contra poteſtatem ordinariam, ſicut Ioannes diſceſſit à templo. Reſpondeo: ſemper neceſſe eſt anteferri mandatum Dei poteſtati ordinariæ, ſicut Apoſtoli dixerunt: Oportet Deo magis obedire quam hominibus.* Quàm verè autem aſſumat Melanchthon, Ioannem à templo diſceſſiſſe, ſatis quidem demonſtratum arbitror: de poteſtate ordinaria, poſſitne deſeri, an nō poſſit, paulò pòſt diſpiciemus. Nunc de Apoſtolico tantùm dicto reſpondebimus: quòd nouatores quidem magna vi ad ſe rapiunt, ſimúlque interpretando corrumpunt, abutentes nimirum ſentētia, quam ſummus Apoſtolus Petrus & ſuo & omnium Apoſtolorum nomine, vt ſapientiſſimè, ſic etiam neceſſariò protulit. Agebat enim cum Synagogæ primoribus poſt publicatum Hieroſolymis Euangelium, cum lex & religio Iudaica, velut vmbra lucēti corpori cedere, nullámque habere authoritatem debuit. Etenim domino crucifixo Pontifices illi ſacrilegi, impij & cruenti eſſe cœperant, nec iā quicquam de ſacerdotali honore & authoritate retinebant, ſicut Cyprianus luculenter affirmat. Agebat, inquam, Petrus aduerſus eos, qui ſuo impio edicto id efficere conabantur, vt Apoſtoli contra ſuā conſcientiam, contra veritatem agnitam, contra diuinum expreſsúmque Dei mandatum, nihil in Ieſu Chriſti nomine aut docerent, aut facerent. Qua in re ſi Apoſtoli paruiſſent nefariis illis magiſtratibus, an non prodidiſſent religionem? an non ſuam vocationem deſeruiſſent? an non Eccleſiæ vix dum ſurgenti offendiculum & periculum maximum acceſſiuiſſent? an non demum lupos, vel certè mercenarios potiùs, quàm ouium Chriſti paſtores ſe turpiſſimè præſtitiſſent? Non potuit igitur Petrus, quem ouilis ſui paſtorem Chriſtus declarauerat, communem Eccleſiæ cauſam negligere, ſed in tanto diſcrimine poſitus, zelum ſanctū exerere, & Chriſtianam veritatem, prout fecit, palàm debuit & intrepidè confiteri, Si iuſtum eſt, ait, in conſpectu Dei, vos potius audire quàm Deum, iudicate. Non enim poſſumus quæ vidimus & audiuimus, non loqui. Tùm rurſus ad eoſdem Synagogæ principes: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Nō habet igitur Philippus, quòd hoc Petri dicto & exemplo ſuos, hoc eſt, nouos miniſtros excuſet, cū nullum diuinum mandatum eos, ſicut Apoſtolos, vrgeat, vt aduerſus poteſtatem ordinariam, non dicam mortuæ Synagogæ, ſed nunc vigentis Eccleſiæ, ſeſe palam opponant, imò & principes concitent, & populos inflamment, & cum ſeditioſis ſceleratè conſpirent. Illud verò fatemur & conſtanti Eccleſiæ doctrinæ conſentaneum eſſe dicimus, quòd etſi magiſtratui, ſeu ordinariæ poteſtati ſit obtemperādum, tamen ſi quid impiè contra Deū præcipiat, Deo magis diuinisque mandatis quàm quibuſuis hominibus & eorum decretis nos oporteat auſcultare. Igitur vt Deo parérent Hilarius & Baſilius Epiſcopi, Imperatoribus Conſtantio & Valēti palàm contradixerunt, ſicut & Athanaſius Arrianis omnibus fortiſſimè reſtitit. Cum enim vrget Dei honos, aut veritatis confeſſio & ſalus animæ ſic poſtulat,

Qua ratione dicit Petro, Oportet obedire Deo magis quam hominibus.

Act.5.

Act.4.&5

Non eadem Apoſtolorum & nouatorum cauſa eſt, vt obedientia magiſtratibus deneganda.

Vbi & quando reſtringendum magiſtratibus.

poſtulat, obedientiā neceſſariam exigit iſthæc ſententia: OBEDIRE oportet Deo magis quàm hominibus. Verùm hinc inſulsè iſti, nec minus petulanter colligunt, ſe nō modò cum venia, ſed etiam cum laude facere, quòd magiſtratum Eccleſiaſticū deſerant atque contemnant, quòd Synodorum canones pro nihilo ducant, quòd Pontificum & Epiſcoporum authoritatem oppugnēt, adeóque in Eccleſiæ Catholicæ ignominiā pleraque tùm doceant, tùm faciāt palàm. Quid verò vel à Petri, vel ab omnium Apoſtolorum ſententia remotius ac alienius poteſt excogitari? Quantò nos rectiùs hoc dictum contra iſtos hunc in modum interpretamur: Oportet Deo magis obedire quàm hominibus, nouis nimirum magiſtris & politicis eorum magiſtratibus, quando aduerſus Dei ordinationem Eccleſiaſticæ & ordinariæ poteſtati reſiſtunt citra neceſſitatem? Item, Oportet obedire Deo, non ſolum in verbo ſuo, ſed etiam in Eccleſia per Spiritum ſanctum loquenti, & veritatem nos omnem ex Chriſti promiſſione docenti. Rurſus, Oportet obedire Deo, qui ſemper adeſt & præeſt in Eccleſia & Synodis Oecumenicis, qui vnam etiam eandémque fidei regulam orthodoxis perpetuò tradit atque cuſtodit, vt Eccleſia ſit, quod dicitur, columna & firmamentum veritatis? Non igitur obedire vel oportet, vel decet, vel expedit, vel licet ſpiritui mendacij atque vertiginis in falſis Prophetis loquenti, ac in miniſtris nouis operanti, quorum eſt diſpar, inconſtans, leuis, tumultuoſa, malè ſana, & plerumque damnata doctrina. Ac breuiter, oportet Deo obedire, qui nuſquam profectò certius ac firmius, quā per ordinariam poteſtatem ſuum verbum nobis oſtendit, cuſtodit, interpretatur, piæque doctrinæ conſenſum tuetur, ac denique multitudinis credētium, in his quæ ad religionem pertinēt, cor vnum & animam vnam efficit atque conſeruat. Proinde qui hac in parte Deo diuinæque ordinationi ac prouidentiæ non obediunt, ſed ſua potiùs, vel quorūuis hominum priuata ſenſa ſequuntur & ſomnia, licet ad verbum Dei prouocent, Deique miniſtros ſe iactitent, non alio tamen quàm ethnicorum loco numerari, ac velut Eccleſiæ hoſtes & peſtes, vt Chriſtus ipſe commonſtrat, deuitari merentur. Quàm igitur impudenter ac vanè iſti, quod certa cum ratione à Petro aliisque Apoſtolis & dictum & factum eſt, id ſumunt ſibi, idque nobis opponunt, vt hoc modo ſuam ab Eccleſia defectionem, imò & publicam aduerſus Eccleſiaſticos, ſæpè & politicos magiſtratus rebellionem excuſent.

Quomodo in Sectarios retorquendū ſit Petri verbum.

1.Timoth.3.

Act.4.

Mat.18.&17. Ioan.10. 2.Ioan.1.

Act.5.

Loſſius nouos miniſtros in prædicatione excusat Apoſtolis nec vllis eos impedit.

NEC veretur tamen Loſſius dicere: *Recte & neceſſario Apoſtoli violauerunt mandatum ordinariæ poteſtatis: & nūc omnes veri & ſinceri Doctores Euangelij recte violant Pontificis Romani & Epiſcoporum edicta, de nō prædicando Euangelio, exemplo Apoſtolorum.* Vbi multa quidem ſatis ineptè, & parùm verè coaceruantur. Primùm non probabit vnquam Loſſius, Pont. Max. cui primæ honoris & dignitatis partes in Eccleſia ſemper delatæ ſunt, vt alibi docebimus, & Epiſcopos Apoſtolorum haud dubiè ſucceſſores, hoc ſuis edictis vel vrgere, vel efficere, quod impij prorſus & ſacrilegi Sacerdotes Hieroſolymis non modò verbis & mandatis, ſed re ipſa etiam declarauerunt, vt Euangelij prædicatio impediretur, atque adeò ſacroſanctum Ieſu Chriſti nomen, ſi modò id fieri potuiſſet, prorſus obliteraretur. Hoc verò præſcribunt & exigunt Catholici Pontifices & Epiſcopi vigilantes, vt noui Doctores, qui ſectas & opiniones tam varias impiáſque fouent, nouandæ religionis & ſcindendæ Eccleſiæ conatus ſeditioſos intermittant, vt Dei verbum ſanè intellectum atque incorruptum bona fide proponant, vt non tam ſuo priuato, quàm communi Patrum ſenſui diuinis in rebus fidem adhibeant, vt damnatas olim & ſepultas in Eccleſia opiniones & hæreſes in lucem non reuocent atque defendant, vt ſibi nō arrogent, quæ ſummis Eccleſiæ paſtoribus de religione cognoſcēda debetur, poteſtatem: vt denique cùm rei ſint, ſimul actores & iudices in cauſa religionis ſe ipſi nó faciant, humano ſcilicet, diuinóque iuri aduerſantes. Cur verò id non poſtulent atque mandent, cū ſit munus proprium Epiſcoporum de doctrina cognoſcere, & doctrinam ab Euangelio diſſentientē reiicere, ſicut Auguſtana confeſſio euidenter affirmat, ac veteres omnes prædicant. Deinde non probabit nobis Loſſius id quod aſſumit, & aliquoties repetit, ordinariam poteſtatem eo tempore, quo iuſſi ſunt Apoſtoli ab Euangelij prædicatione deſiſtere, penes Synagogæ rectores Hieroſolymis extitiſſe. Etenim duplici ratione mortua tunc erat cū ſuo Sacerdotio Synagoga, tum quòd ſummus ipſe Sacerdos nouíque teſtamenti author Chriſtus legis vmbras in cruce ſuo ſanctiſſimo ſacrificio ſuſtuliſſet; vnde velum illud ſolenne templi diſruptū voluit, vt certius de legis abrogatione conſtaret: tùm quòd facta iam fuiſſet Euāgelij promulgatio apud Hieroſolymitanos, eámque illuſtris prorſus & irrefragabilis miraculorum gloria comprobaſſet. Sicut igitur è Synagoga Iudaica facta eſt Eccleſia Chriſtiana, vt multò ante Deus de regno ſuo transferendo promiſerat, ſic & Aaronici Sacerdotij vel Moſayci magiſtratus poteſtas, quæ florebat Hieroſolymis, in illos erat deriuata, qui nouæ Hieruſalem primi architecti, & ſicut Ioannes vocat, duodecim fundamenta fuēre. Etſi enim Apoſtoli pro ſua ſumma prudentia modeſtiáque non ſolùm Iudæis permiſerint, ſed ipſi quoque multo tempore obſeruarint ritus legis: quare Paulus etiam purgatione quadam apud Pontificem Ananiam voluit vti, tamen, ſi de iure ipſo agitur, hoc Apoſtolis velut legitimis & ordinariis Eccleſiæ paſtoribus, quos cum authoritate perfecta inſtituerat Chriſtus, proculdubio debebatur. Poſtremò in eo etiā Loſſius fallitur, quod contendit, Apoſtolorum factum & exemplum nouis congruere, & accommodandum eſſe miniſtris, quos ipſe interim veros & ſynceros Euangelij doctores tàm audacter appellat. Sed intelligunt ſapientes, quàm rectè Apoſtolis exæquentur non veri, ſed deprauati Euangelij profeſſores, in quibus non Euangelij prædicatio, ſed prædicationis abuſus multis nominib. reprehendi poteſt, ideóque ab Epiſcopis etiam debet prohiberi. Quomodo enim prædicabunt, & ſpecioſi erunt pedes Euāgelizantium, niſi cum Aarone rite fuerint vocati, miſſi atque ordinati? ſicut religionis noſtræ principes Apoſtoli conſtituerūt, & in Eccleſia ſemper obſeruatum eſt?

Quid Epiſcopi à nouis miniſtris circa prædicationem exigant, & in illis improbent.

Artic. de poteſtate Eccleſiaſt.

Ordinaria poteſtas à Pōtificib. iudicatum.

In Apoſtolos deſtinata atque translata.

Ioan.19. Heb.9.&10 Matth.27. Act.2.5. Daniel.12. Malach.1. Matth.21. Apocal.21.

Apoſtoli legem ad tēpus obſeruarunt, non ſtatim ab rogarunt. Act.21.

Epiſco. prohibent modū illegitimum prædicandi in nouis miniſtris.

Rom.10. Eſai.52. Nahum.1. Heb.5.

AC res ipſa quidem oſtendit, quàm ſit vanus iſtorum prætextus, qui veri & ſinceri doctores Euangelij haberi volunt, cuicunque demùm ſectæ ſeruiant, aut qualecunque tandem docendi genus ſibi proponant, ſemper interim purum putum Euan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo ministri noui abutantur Euangelij nomine ad damnatas etiam hereses profitendas.

gelium sibi vendicantes. An verò parum in Euangelij nomine hallucinantur, cùm per hoc Scripturam Euangelicam nouis ipsorum tùm versionibus, tùm interpretationibus cõtaminatam atque depraua tam intelligunt, simúlque hoc nomine suam nuper excogitatam doctrinam cohonestant, vulgóq; imperito cõmendant? Est illis Euangelium, quod tradunt de seruo hominis arbitrio, [a] Manichæi scilicet, nõ Christi Euangelium profitẽtes. Placet plerisque absolutam in his quæ sunt, statuere necessitatem: quod idem & antiquum est [b] Simonis Magi Euangelium. Contendunt, solam fidem homini ad salutem satis esse, quomodo Euangelium [c] Eunomius etiam prædicauit. Faciunt omnes æqualiter Sacerdotes, ne dissentiant ab Euangelio [d] Quintilianorum. Docent aquæ baptismum nõ adeò necessarium ac efficacem esse, quin sine illo etiam saluté nõnulli cõsequi possint: quod item haud malè quadrat Euangelio [e] Seleucianorum. Cõfirmant in sacro baptismo nõ tolli, sed abradi peccata: cõfirmarunt hoc quõdam in Euangelio suo vnà cum [f] Proclo [g] Messaliani. Reiiciunt sacrum chrisma, vt [h] Nouatianorum Euangeliũ hac in parte sequãtur. Verba dominicæ cœnæ ad tropũ symbolúmque referri volunt, & vrgent duntaxat manducationem carnis Christi spiritualem, sicut hoc Euangelium à [i] Berẽgarianis & [k] Vuiclefistis traditur. Negant & execrãtur Missæ sacrificium: sed hoc Euangelium à [l] Petrobrusianis veluti per manus traditum acceperũt. Religio est, Sanctorum cultum, reliquias & imagines in Ecclesia tolerare: sic edocti sunt ex Euangelio [m] Vigilantij & [n] Iconoclastarum. Orandi & sacrificandi pro defunctis fidelibus morem receptum in Ecclesia insectantur: visum est [o] Aerianis & Armenis, idipsum Euangelij loco recipere atque probare. Nullum meriti locum cõcedunt piorum ieiunio & virginitati, vt sic etiam cõfirment Euangeliũ [p] Iouiniani. Oppugnant statos ieiuniorum dies delectúmque ciborum, quem præscribit Ecclesia, ne illis malè conueniat cum Euangelio [q] Aerianorum. Piorum vota liberè dissolui & rescindi posse clamitant: idem pro Euangelio habent [r] Lampetiani. Veterem Ecclesiam velut in fide ac doctrina errãtem deserunt & oppugnant: nec aliud placuit Euangelium [r] Donatistis. Denique solam Scripturam iudicem postulant, per quam conuincantur erroris: nituntur & eodem Euangelio [t] Arriani & [u] Eunomiani. Hæc aliáque id genus complura, quæ longum sit enumerare, non solùm isti cum suis malè sanctis & iam pridem damnatis Patribus audacissimè docẽt, verùm etiam sacro Euangelij nomine complectũtur, próque Euangelio passim venditant, & ab omnibus recipi volunt, propositis etiam pœnis, vt si quis aliter fortassè sentiat, homo parùm Euangelicus existimetur, sæpè ludibrio habeatur, nonnunquam etiam cum rerum suarum vitæque periculo inter nouos Euangelicos viuat, neque rarò exulare cogatur. Sic autem reuera sunt Euangelici, sic Euangelium tractant atque profitentur, vt ne vnum quidem ex vetustis probatisque Patribus dare possint, quem probent per omnia, quémque verum & sincerum Euangelij doctorem agnoscant. Si enim ex ipsorũ cõfessione, doctrina, Synagoga iudicabimus nouum hoc Euangelium, quod ex tenebris erutum in lucem se protulisse gloriantur, ab aliquo veterũ sic intellectum, sic explicatum fuisse, nunquã ostẽdent. Hanc lucem quam isti præferunt, maiorum nullus aspexit, scriptisque confirmauit, qui persuasum sibi prorsus habuerunt, Christianum nomen sine Sacerdotio, sine sacrificio, sine episcopo non posse vindicari. Quid pura? nullum hodie tàm impurum, tàm absurdum, tàm impiũ, tàm execrãdum dogma defenditur, quod à nouis doctoribus honesto Euangelij nomine non studiosè tegatur atque excusetur. Et molestè fert adhuc Lossius, quòd summi ecclesiæ pastores rationem habeãt muneris sui, ac idcircò à grauissimo prædicandi Euangelij officio arceant, non dicam neophytos & bigamos, sicut Paulus fieri iussit, sed in fide malè sanos atque corruptos, quos profectò vti Reipub. pestes plecti, vel sicuti leprosos ab hominum cõuictu remoueri, aut saltem vt veritatis ignaros discere oportebat, priusquàm cum tanto sui ac aliorum periculo, ad prædicationem Euangelicam admitterentur.

1 Tim. 1.

Caeterum his omissis ad Melanchthonem redeo, qui cum suo Lossio causam nobis præbuit huius digressionis, vt Apostolorum & Ioannis exẽplum aduersus istos vindicaremus, qui suum in Ecclesia ministerium ex illo ipso ineptè confirmant. Mouet autem nobis litem Melanchthon, vt dicere cœperamus, liceátne aliquando discedere ab ordinaria potestate, & mutare doctrinam ac ritus in Ecclesia. Producit exempla Ioãnis, Zachariæ, Simeonis, qui haud dubiè arguerunt, vt ille putat, errores Synagogæ sui temporis, nec paruerunt: sed aduersati sunt ordinariæ potestati. Colligit igitur, nõ posse tantùm, sed & debere doctores ordinariam deserere potestatem, quandocunque gubernatores Ecclesiæ tradunt impiam doctrinam, & dissentiunt à veritate. Etsi verò non pauca dixerimus, quæ huc maximè pertinent, tamen aliquid nunc etiam addendum est in causa vsque adeò grauí, vt si prorsus negligatur, totam Christianam religionem in præsens periculum ac discrimen adducat. Ac Melanchthon quidem hoc loco plus arrogat sibi, quàm cõcedi à nobis possit ac debeat. Nec enim ille diuina Scriptura, sed mera cõiectura nititur in eo, quod affirmat, Ioannem, Zachariam & Simeonem, quorum laus est in Euangelio, se illius temporis Ecclesiæ opposuisse, & ordinariam de seruisse potestatẽ, impiásque reprehendisse doctrinas procerum, qui tunc Moysi cathedram occupabant. Atqui Augustinus perspicuè docet, vbi Caiphas & cæteri tales fuere, ibi, hoc est, in eadem Ecclesia, Zachariam, Simeonem, quos nominatim citat, & cæteros bonos extitisse. Et huiusmodi exemplis sæpè cõfirmat, in Ecclesia bonos & malos, tanquam grana & paleas in eadem area, permixtim reperiri. Præterea vbi aduersus Donatistas disputãt Catholici, inter quos Augustinus vel præcipuus fuit, palàm isti testantur, in veteri Testamento vnum fuisse templum, quo vterentur omnes, nec quenquam Prophetarum, inter quos Ioannes nulli omnino cedit, aliud templũ, alia sacrificia, vel Sacerdotes alios sibi constituisse, licet boni malos interea tolerarent passim, & suo loco reprehenderent ac emendarent.

In 1. cap. Ioan.

Libet autem hic Lossium rursus producere, vt quoniam in cõmuni cum Philippo errore versatur erroris eius nebula simili responsionis luce dispellatur: *Duplex*, inquit, *est vocatio, ordinaria seu mediata, quæ fit ab Ecclesia, quales fuerunt Pontifices Sacerdotum Hierosolymis: & extraordinaria seu immediata, quando Deus*

Lossii doctrina expensa & reiecta de potestate ordinaria.

In cap. 4. Actor.

Deus extra ordinem & vocationem ordinariæ potestatis excitat & vocat certos repurgatores doctrinæ, & doctores Ecclesiæ, cum scilicet ordinaria potestas impia & negligens est in docendo, quales fuerunt Elias, Elisæus, Ioannes Baptista, Paulus & alij omnes Apostoli, qui peculiare mandatum habuerunt non solùm docendi Ecclesiam, sed etiam reprehendendi errores & vitia ordinariæ potestatis. Quoniam verò de ordinaria seu mediata potestate iam diximus, hoc de altera & extraordinaria Prophetarum & Apostolorum vocatione testamur, Philippicum ac siculneum prorsus esse fundamentum, quo se fulcit Lossius. Etenim sibi falsò persuadet, dictos Prophetas sic vocatione sua vti voluisse, vt eam aduersus potestatem ordinariam opponerent, & Synagogæ principes in his, quæ ad fidem pertinent, aliquando taxarent. Nihil tale Scriptura docet: non Elias, non Elisæus, non Ioannes potestati ordinariæ vnquam restitit, nõ Leuitici generis magistratus de impiis erroribus insimulauit. Quin potiùs, si ritè omnia perpendimus, sic illi sub ordinaria potestate illorum, qui cathedræ Moysi præfuerunt, in vna fide, & inter eadem Sacramenta sunt quietè versati, vt suum honorẽ cathedræ ac senioribus semper integrum reliquerint, ac relinquendũ esse docendo confirmarint. Quare non est absre, quod Lucas de Paulo scribit, ac repetit etiam Cyprianus, illum non sine reuerentia quadam & honoris significatione dixisse, cùm Ananiæ Pontifici coram adesset. Nesciebam, inquit, fratres, quia Pontifex est: Scriptum est enim, Principem populi tui non maledices. Si enim personam illius honorauit Paulus, qui duntaxat inane nomen & vmbrã quandam Pontificis Mosayci præ se ferebat, satis nimirum ostendit: Sacerdotalem authoritatem & potestatem non solum in optimis, sed in pessimis etiam hominibus venerandam esse.

Non legunt prophetę potestatem ordinariã in fide taxasse, sed honorasse.

Actor. 23.
Lib. 1. epi. 3.
Actor. 23.

An discedi liceat ab ordinaria potestate, & mutare doctrinam ritus in Ecclesia.

Paulus Pontificem etiam impium reuerebatur.

Contra sententiam Lanchthonis.

Qvam ob rem nihil solidi adfert Philippus, nihil etiam Lossius, vt fidem faciant, aut olim ex Prophetis vllum ab ordinaria potestate propter corruptelas discessisse, aut nunc etiam alicui fas esse discedere, doctrinámque & ritus Ecclesiæ immutare. Nam vt maximè vitam sceleratam agant, qui ad Ecclesiæ clauum sedent, non est tamen, vt omnes consentiunt, propterea communis Ecclesiæ vel infamanda, vel deserenda, vel oppugnanda doctrina. Secundum illorum quidem praua opera, quæ in Iuda etiam Apostolo deprehensa fuerunt, viuere prohibemur à Christo: doctrinam verò, quam cum Ecclesia consentientem profitentur, conseruare, simúlque professores ipsos, vtcunque demũ viuãt, honorare iubemur. Cur verò Philippus non modò præpositorum, sed & totius Ecclesiæ fidem ac doctrinam suspectam reddit, adeòque de grauissimo impietatis crimine illam Christi sponsam proscindit, quæ non minùs est, quam dicitur, [a] domus Dei viui: columna itidẽ & firmamentum veritatis, cõtra quam ne portæ [b] quidẽ inferorum possunt vnquam prævalere? Est Ecclesia, quæ sicut Eusebius dixit, luce ac fulgore orthodoxæ fidei splendet, neque hostibus terga dat, neque ipsis ianuis mortis cedit.] Quòd Christi quoque verbis confirmat: Est, quæ, vt Cyprianus loquitur, in Christũ credit, & semel id quod cognouerit tenet, & ab eo nunquàm omninò discedit: Adulterari non potest spõsa Christi, incorrupta est, & pudica: vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore cu-

In malis etiam præpositis quid spectandum & honorandum.

Matth. 23.
Luc. 1. 2.

An prophetę discedi ab ordinaria potestate.

Contra Parmenianũ, lib. 2. cap. 7.

Ecclesiæ fides & doctrina infallibilis ne errare potest, ideoque illi adhærendum firmiter.

Matth. 23.
Ioan. 6.
Matth. 26.
a 1. Tim. 3.
b Matth. 16.
De præpar. Euãg. lib. 1. cap. 3.
Lib. 1. epist. 3. ad Cornel. & lib. de vnitate Ecclesiæ.

Contra manifestos pugnantia colligit. cap. 20.

A stodit.] Ecclesia est, inquam, quæ sinceræ semper doctrinæ custos & interpres perseuerat, quæ nec profitetur ac proponit alia, nisi salutaria Deóque grata dogmata: quæ demùm licet ab improbis etiá præpositis administretur, tamen in fide fideique doctrina nunquam errat, docente nimirũ & regẽte illam Spiritu sancto, quem æterna veritas Christus illi vt promisit, ita præsentem sẽper exhibet, pro suo in illam amore nunquàm intermorituro. Vt hinc præclarè scriptum sit à vetustissimo Irenæo: Non oportet quærere apud alios veritatem, quam facilè est ab Ecclesia sumere, cùm Apostoli quasi in depositorium diues, plenissimè in eam contulerint omnia, quæ sunt veritatis, vt omnis qui velit sumat ex ea potum vitæ.] Origenes verò fidẽ & doctrinam Ecclesiæ ita commendat: Cùm multi sint qui se putent sentire quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant, seruetur Ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & vsque ad præsens in Ecclesijs permanens, Illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione.] Ab Augustino dicitur Ecclesia totum possidere, quod à viro suo accepit in dote, & quod omnem sui sponsi & domini teneat potestatem. Tùm variis libris editis Donatistas refellit, ac damnat, quòd ab ordinaria discederent potestate, ac nouum sibi cœtum instituerent: veram enim periisse doctrinam, quã ipsi excitarent, & velut cœcam errare Ecclesiam, non minus quàm hodie nouatores faciunt, improbè calumniabantur. Dissoluit autem hanc obiectionem, & opponit Prophetica dicta, probátque sic à Deo fundatam, instructam ac munitam esse Ecclesiam, vt velut fortissimum firmamentum, in fide nõ possit euerti atque cadere: de illa scriptum esse, Deus fundauit eam in æternum, columnam eandem & firmamentum veritatis omnibus seculis permanere.

Ioann. 14. & 15.

Irenei, Origenis & Augustini de Ecclesiæ doctrina & roborę ipsius.

Lib. 3. cap. 4. aduer. hæres.

In proœmio lib. 1 periarchon.

De symbolo lib. 4. ca. 10.

Li. de vnit. Ecclesiæ.

Contra Parmenianũ. Gaudem. Petil. In Psal. 101 & 47.

Psalm. 47.

1. Timoth. 3.

Qvin & vetus Iudæorum Ecclesia nõ tàm erat infelix, vt pro piis impias doctrinas amplecteretur atque profiteretur, sed in Moysi cathedra & legitima Pontificum successione illos magistros habebat ac iudices, qui cùm de fidei decretis ageretur, sancti Spiritus lumine nunquam destituerẽtur, quíque sacra ex professo cognoscerent, ac de illis ritè pronunciarent. Aderat enim diuinus ille spiritus non solùm Ecclesiæ, sed eius etiam gubernatoribus ordinariis, quantumuis prauè viuentibus, quemadmodum Caiphæ vaticinantis docet exemplum, verámque per illos doctrinam in Ecclesia & propagabat, & conseruabat. Qua de re vt certior esset omnium fides, neue de ordinaria illa potestate dubium maneret vllum, tàm disertè diuinum testatur oraculum, de Synagogæ præpositis & Leuitici generis Sacerdotibus loquens: Quæres ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & obseruabis diligenter omnia, quæ te docuerint, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Tùm apud Hieremiam ita promittit Deus: Non peribit lex à Sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à Propheta. Monẽt igitur Aggæus & Malachias Prophetæ, vt à Sacerdotibus de lege interrogetur, vtq; ex illorum ore populus discat. Sed & Salomon in Spiritu sancto constitutus, vt Cypriani verbis vtar,

Ecclesia Iudæorum suam habuit prærogatiuã à Deo, vt non erraret in fide potestas ordinaria.

Ioan. 13.

Hierem. 18.

Agg. 2.
Malach. 2.
Lib. 3. epist. 9. ad Rogatianum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

testatur & docet, quæ sit (in veteri lege scilicet) Sacerdotalis authoritas atque potestas, dicens: Ex tota anima tua time Deum, & honorifica Sacerdotes eius. Et iterum: Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes eius. Vnde prudenter idē Cyprianus notat, ac notari vult Christi Saluatoris exemplum, qui cùm esset rex & iudex & Deus noster, vsque ad passionis suæ diem Pontificibus & Sacerdotibus seruauit honorem, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruauissent. Atque huc demùm referri possunt, quæ Iosephus de Mosayco Sacerdotio præclarè scribit, & ex illo repetit Eusebius Cæsariensis. Iosephi verba sic habent: Et quæ iustior aut melior lex esse queat, quā quæ facit Deum principem præesse rebus omnibus, Sacerdotibus verò rerum maximarum in repub. tribuit administrationem: summo autem Sacerdoti concredidit principatum omnium aliorum Sacerdotum, quos non censu aut diuitiarum copiis, sed virtutis præstantia, diuino cultui præfecit, & legis aliarumque rerum curam illis commisit: vt ipsi & dubia decidant, & fontes puniant? quis ergo principatus isto melior? quis verò honor Deo magis congruit? Tota multitudo pientissimè Deum colit, maximarum verò rerum cura Sacerdotibus cōmittitur.] Ac idem Eusebius alio in loco, vbi de eisdē loquitur Sacerdotibus, disertè testatur, quòd Moyses eos tùm diuinis legibus, tùm communi politiæ præfecerit principes atque custodes.

Ecclē.7.

Ingēs in veteri Testamēto dignitas Sacerdotum.

Iosephi testi monium

Li.2.amiq.

Lib.8.ca.2. de præpar. Euang.

Lib.12.ca.11.

Qvod si cum Ecclesia Christiana rectius agitur, vt sapientes omnes intelligunt, quàm cum illa veteri & vmbratili Synagoga, cui tamen optimè prospexit Deus, vt subortæ de lege quæstiones & controuersiæ per magistratum Ecclesiasticum ritè dissoluerentur, certóque de veritate constaret, quis non agnoscat, suos & legitimos etiam Ecclesiæ iudices diuinitùs dari, quorum iudicio & authoritate sacris de rebus & Scripturæ controuersiis legitimè cognoscatur, & à quibus immensa hominum multitudo, quanta in Synagoga nunquàm fuit, in vnitate fidei & doctrina veritatis vsquequaque contineatur? Et tamē statuit cum suis Philippus, atque, vt in scholis dicunt, præsupponit, pernicioſas doctrinas, impiósque cultus in Ecclesia vigere, & ætate maiorum sic viguisse, præfectis interim omnibus ecclesiæ altum stertentibus, vt iusta causa esse possit ab ordinaria potestate discedendi, genúsque doctrinæ, vel receptos ritus, in Ecclesia veluti collapsa immutādi ac innouādi. Quid verò de summa summi DEI erga dilectam Ecclesiam charitate, quidue de singulari Christi Domini erga eandem sponsam in exhibendis tot tantisque promissis fidelitate indignius excogitari ac fœdiùs pronunciari potest, quàm vt eam necessariis & iudicibus & pastoribus multis etiam seculis orbatam, in tantas errorum & ignorantiæ tenebras incidisse credamus? Quid præterea tùm ad Christianæ Ecclesiæ vnitatem discindendam, tùm ad authoritatem eius abolēdam perniciosius esse queat, quàm si vel paucis, vel multis copiam faciamus à potestate ordinaria discedendi, & Synagogas, nescio quas nouas, ipro ipsorum libidine constituendi? Esto, licet impios & doctrinā impiam defendentes oppugnare, veritatisque & fidei causam vindicare, vt saluti hominum cōsulatur. Quid verò, si quod impiū vocat fanaticus aliquis, aut rerum nouandarum studiosus, id doctrinæ pietatis benè consonet, ac quod ipse falsum & perniciosum ducit, id cum veræ fidei regula conueniat, & saniore iudicio approbetur? Itáne quod in republica nō licet, in Ecclesia licebit, vt quod magistratus iudicat, id pro priuato cuiusque arbitrio improbetur, retractetur atque damnetur? Nulli fuēre vnquam, vel nunc etiam sunt hęretici, qui nouam falsamque doctrinam suam hoc fuco non tegant & excusent, quòd propter verbum Dei Ecclesiam malignantium deserant, nouum instituant vel sequantur cœtum, genus doctrinæ ritúsque mutent, & contra receptam falsitatem pro noua oppressæ veritatis luce aut dimicent, aut patiantur. Omnibus profectò qui rebus in religione nouandis dāt operam, in procliui est ita tergiuersari, & ad omnē vel erroris vel schismatis tollendam suspicionem verbum Dei velut prætextum quendam obtendere, & veram Scripturæ intelligentiam sibi vendicare. Ac necessario sanè id faciunt, cùm satis intelligant, se illo in loco versari, vbi haud sine periculo pugnandum sit partim cum sanctissimis Patribus, qui iam olim diuinitus illustrati, multisque sæpè miraculis commendati, Deo hominibúsque approbantibus sacras literas elucidarunt, partim cum illius Ecclesiæ authoritate, quę doctrinam euangelicam hactenus agnouit, tradidit, confirmauit: quæ insuper authore Spiritu sancto per tot ætates, quot à Christo nato intercesserunt, in eum consensum coaluit, qué vbique gentium hucúsque omnes retinent orthodoxi. Nos igitur, quos à Christi corpore, ab Ecclesiæ columnis, à pietate maiorum, à consensu deniq; orbis Christiani vis nulla, Christo benè propitio, separabit, nos inquam, reipub. Christianæ perturbatoribus, nouisque doctoribus fidem adiūgemus? & charissimam matrem ecclesiam, quæ nos Deo seruat, & quos filios genauit, regno cælesti assignat, turpissimè deseremus? Nihilne apud nos valeat Pōt. Max. dignitas? quem in ordinem redigere atque contemnere, si [a] Cypriano credimus, est omnium hæresum & schismatum seminariū excitare: cuius cathedram deserere, sicut [b] Irenæus & [c] Augustinus ostendunt, est veram ac propriam Ecclesię notam ignorare. Pro nihilóne ducamus Concilia Oecumenica? quorum sententiam totius Ecclesiæ cōsensionem [d] Augustinus appellat, & quibus [e] authoritatem in Ecclesia salubertimam tribuit. Nósne diuellamur à venerandis Patribus? qui sublimes aquilæ, ciuitatis Dei lumina, pastores & nutritores muri ac turres Ecclesiæ fuerunt: in illis Christum nobis loquentem ac docentem negligamus? Non obseruemus Episcopos fidei iudices, Ecclesiæ oculos, principes populorum, & sicut [f] Cyprianus sæpè vocat, Apostolorum vicarios atq; successores? Relinquamus perpetuam Ecclesiæ traditionem? quæ optima Scripturæ semper fuit interpres: neque spectemus legitimam Episcoporum & Sacerdotum successionem? quam velut inexpugnabilem quandam machinam hæreticis obiiciunt, & obiiciendā docent [g] Irenæus, [h] Epiphanius, [i] Optatus, [k] Augustinus, vt reliquos prętermittamus? Atque his firmissimis ad veritatem tùm inueniendam, tùm confirmandam præsidiis semel & simul repudiatis, demùm istis credamus, auscultemus, innitamur? qui tametsi verbum Dei iactent, eiúsque iudices vltrò se faciant, tamen in eius interpretatione dissident plurimùm, & circa inanes, sæpè & pernicioſas, nec minùs

Non minus adest deus rectoribus Ecclesię, quam olim Synagogæ, à quibus discedendum non est.

Pestilenter traditur, quod liceat à potestate ordinaria facere secessionem.

Ioan.1.cap.

Philippi doctrina quam sit periculosa, cum loquitur cōtra potestatem ordinariam.

De baptis. contra Don. lib.2.cap.6. Exod.32 Num.16. Hier.36. Lib.1.epist. 6.ad Maximum.

a Lib.1. ad Cornel. b Lib.4. contra Donat. c In Psal. contra Donat. Matth. d Lib. 18.de ciu. contra Faust. e Epist. ca.1. ad Marcellin. f Epist. 42.Ad Florentium. g Lib.3. aduers. haref. Cap. 4. & antea. h Haref. 68. contra Paulianistas. i Lib. 1. contra Parmenian. k Epist. 48. ad Vincentium. Lib. 1. contra Cresconium Grammaticum cap. 4.

minùs damnatas opiniones versantur: qui prætereà in varias dissecti familias, contraria ferunt dogmata, mutant in diem sententias, seque inuicem tanquàm hæreticos proscindunt, lacerant atque damnant. Qui prætereà quòd in vita ac moribus nihil ad authoritatem magnum atque præclarum ptæ se ferunt, hoc etiam nomine suam declarant impudentiam, quòd singularem authoritatem Patribus Synodisque detractam ipsi arrogant, sibi, quòd nouas Ecclesiis leges & ordinationes præscribunt, quòd veteres ritus abolent, & instituunt nouos, quod religionem tot seculis confirmatam inuertunt, quod Ecclesiasticis magistratibus reluctā-tur, quod nouam Theologiæ formam omnibus seculis inauditam, & cum veterum scriptis planè pugnantem inducunt, quod denique totam antiquitatem tùm superstitionis, tùm impietatis haud obscurè condemnant, non secus atque si Christianus orbis nec veram fidei doctrinam huc vsque cognouisset, nec legitimum Sacramentorum vsum tenuisset, & omnem Dei cultū prorsus ignorasset. Quid autem hoc est aliud quæso, quàm sacra omnia confundere, quàm Christianam vnitatem scindere, quàm Christum ipsum mēdacem facere, modestiæ verò, charitatis, obedientiæ, honestatisque vincula dissoluere, religionem porrò tot seculis, tantisque miraculis & felicissimis rerum in vtroq; statu successibus corroboratam funditus euertere, omnésque mortales, qui fuerunt & sunt in vera Ecclesia, præ se fastu quodam & arrogantia intolerabili contemnere, vt ipsi demùm cum suo duce Luthero, Caluino, vel alio nescio quo, soli sapiētes, soli pij, soli irrefragabiles pastores & doctores in Ecclesia videantur? O nos vesanos, & in diuinis humanisque rebus fœdissimè cœcutientes, imò & stupidos planè, si nostram, hoc est, æternæ veritatis publicique commodi causam istiusmodi hominum arbitrio permittamus, qui tàm infaustum nouæ doctrinæ ac religionis suæ specimen orbi præbuerunt, quique, vt semel dicam, in verbi diuini explicatione, & in præcipuis quibúsque Christianæ doctrinæ partibus neque cum veteri, neque cū præsenti Ecclesia, sed ne secum quidem ipsi, cōsentire vnquam possunt. Qua propter non video sanè, quid hac sua disputatione proficiat Philippus, nisi quod apud prudentes suspicionē notámque schismaris suis augeat, & ingens aperiat, aut potius apertum teneat ostium Sectariis omnibus, vt quēadmodum licēter plerique factitant, ab ordinaria potestate, quam in Ecclesia firmissimam retineri oportebat, secessionē teterrimam faciant, vt prætereà Ecclesiæ sanctę doctrinam receptósque ritus pro suo insano cerebro toties mutent, quoties illis fortè adlubescit. Nec intelligunt isti, aut certè intelligere nolunt, quale quantúmque sit schismatis crimē, quod idololatria esse grauius rectissimè censet Augustinus, quódque à iusto Deo tùm in veteri, tùm in noua lege pœnis seueriſſimis semper est vindicatum. Nec potest Ecclesiæ perniciosius quicquam esse, quàm vbi grex à suo pastore discedit, & altare contra altare erigit, nouámque sibi cathedram & doctrinam constituit. Verè illos Cyprianus notat, & ex verbo Dei conuincit, Dei aduersarios & Antichristos esse, qui à charitate atque vnitate Ecclesiæ Catholicæ seipsos præscindunt, fallsáque altaria, & illicita Sacerdotia, & sacrificia sacrilega, & nomina adulterata confin-

Lib.18.cap. 45.

Noui Acephali passim esse prodiūt.

Accedit porrò Georgius Maior, huic præclaro operi, quod Philippus ædificare orsus est, fastigium quoddam impositurus, & fœtum quem informem ille reliquit, in lucem editurus. Profert igitur & ipse Ioannis exemplum, eóque, velut inexpugnabili propugnaculo, non modò suum communire Lutheranismum, sed & vniuersam Ecclesiā demoliri satagit atque confidit. Docet enim Ioannem rectè fecisse, quòd ab ordinaria potestate, à templo, à Sacerdotio & cultu diuino mandato ac instituto, quin & à populo discesserit, nouásque instituerit cæremonias. Vnde porrò colligere studet, Lutheri ab Ecclesia discessionem excusabilem & legitimè factam videri, quòd is Ioannis à Synagoga discedentis exemplo sese conformarit, & velut cū illo paria fecerit. Quanto autem rectius hic homo, si saperet, in hunc modum ratiocinaretur: Ioannes quantumuis authoritate & donis Dei illustribus alios anteiret, tamen ab ordinaria potestate rectorū Synagogæ, & ab illius Ecclesiæ fide, doctrina, obedientia & disciplina nullam aut fecit, aut probauit secessionem. Multò minus igitur Lutherus à præpositis Ecclesiæ Catholicæ, cuiusque fide, doctrina, obedientia & disciplina se debuit separare, & aliis huiusmodi sacrilegam separationem munire viā, & classicum canere. Probat tamen Maior, quam secessionem Lutherus fecit, eam videri iustam, quia mandatum habeat diuinum: Cauete vobis à Pseudoprophetis. Et simile mandatum Dei affingit Ioanni, vt non solùm potuerit, sed & necesse habuerit à Synagoga secedere, idque non maiore fide confirmat, quàm illud quod adiungit, Ioanni speciale & expressum mandatum cōtigisse diuinum ad legem, Sacerdotium & cultum Mosaycum abolendum. Sunt hæ tàm crassæ & impudentes, & iam ante confutatæ calumniæ, vt nec libeat, nec deceat in illis euertendis denuò tempus consumere, ac properantem fortè lectorem remorari. Illud verò miramur, qua fronte Maior Luthero tantùm tribuat, vt illum diuino mandato permotum & coactum esse velit ad ordiendam hanc tantam à tota Ecclesia secessionem seu apostasiam, quam nunc longè latèque in tota Europa serpere, & in dies augeri, omnes pij non sine summo dolore intuentur atque deplorant. Aliquid fortasse diceret Maior, cū Christi mandatum obiicit, si planè cōstaret, è Pseudoprophetis à Christo notatis esse non solum Pontificios, quos vocat, verum etiam Græcos & Latinos Patres, qui contrà, quam Lutherus docere cœpit, cum Romana ecclesia se sentire, scriptis moribúsque iam antea multum & sæpe testati sunt. Etenim ab orthodoxis illis patribus, quos Oriens & Occidens tot seculis in fidei doctrina & in celeberrimis Synodis consentientes habuit, non minus

In scripto de morte Luth.

Quomodo Georgius Maior Lutheri factum & schisma defendat Ioannis exemplo.

Ioannis exēplum damnat magis quam defendit Lutherum.

Matth.7.

An Ioannes coegerit mandatum Dei fecisse secessionem à Synagoga, ac Lutherum itidē ab Ecclesia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm à Romana Latináque Ecclesia Lutherus se- A ipsum segregauit. Deinde quoniá ex mandato Dei cauendi sunt Pseudoprophetæ, haudquaquá congruebat Luthero, iudicatos olim rectè ac damnatos multorum hæreticorum errores in orbem reuocare, eósque publicè propositos, pro Christi Euangelio adstruere: quin potiùs ab huiusmodi pseudoprophetis, quos tales semper habuit Ecclesia, & eorum doctrinis velut impiis idolis, Lutherũ propter Dei verbum & mandatũ secedere oportebat. Atqui sit ita, quemadmodum statuit sibique concedi postulat Maior, ad secessionem ab Ecclesia rectè faciendam necessariò requiri, vt iuxta Christi decretum à falsis Prophetis caueatur. An hoc ipso se telo non defendunt, & contra Lutherum pugnát Carolstadius, Zvvinglius, Suencfeldius, Caluinus, Lasc̃us, Seruetus, Anabaptistæ, pickardi, aliique cõplures, qui licet Catholici non sint, tamen à Luthero & eius ecclesia sibi discedendum, & ad Synagogas alias confugiendum arbitrantur? Quod enim præceptum Dei pro se cõtra Romanam Ecclesiam sumit Lutherus, hoc & contra Lutherum sumunt alij, qui ab eo velut pseudopropheta & fallaci magistro desciscunt, & alicubi esse cauendum hortantur. An verò isti nobis in dubium vertent, quod cõstanter tota prædicat antiquitas, sanctam & felicem Romanam Ecclesiam eam esse, quæ & maxima, & antiquissima, & omnibus notissima celeberrimáque sit existimanda? ad quam [a] propter potentiorẽ principalitatem, vt Irenæi verbis vtamur, necesse sit omnem conuenire Ecclesiam, & omnes qui sunt vndique fideles, quámque veluti [b] radicem & matricem Ecclesiæ Catholicæ, adeóque omnium[c] Ec- C clesiarum & matrem & magistram vt doctissimi, ita sanctissimi quique Patres tot seculis agnouerũt. Ab hac Petra, quam non vincunt portæ inferorũ, ab hac Petri cathedra, quæ Moysi cathedram multis modis excellit, ab hac Ecclesia, ad quam habere non potest aditum perfidia, illi demum separant sese, qui schismatici & hœdi esse possint, vnitatis verò custodes & Christi oues esse nõ possunt, quẽadmodũ à [d] Cypriano & [e] Augustino est traditum, & nos pluribus, Deo quidem propitio, tertio libro ex instituto dicemus. Vbi se nobis offert occasio Lutherum cum Ioanne Baptista comparandi, quẽadmodum facere multi cœperunt, Pomeranus, Ionas, Melanchthon, Maior, Spangebergius. His enim tàm charus pater, tàm reuerendus præceptor Lutherus fuit, vt eum (quod admiratione dignum censeo) alterum Ioannem & Eliam tertium fecerint, & ab omnibus etiam velint existimari. Quibus respõsum est ab aliis copiosè, & declaratum satis, non magis ambos illos quàm cygnum & corvum, agnum & lupum inter se conuenire: hactenus autem eosdem posse conferri, quòd sicut ille Christi venientis præcursor sine prodromus ac tubicen fuit: ita hic venturo proximè Antichristo viam strenuè præparárit. Nos verò de his plura differere indignum arbitramur, quando vtramque arborem suis è fructibus dignoscere difficile non est, ac res ipsa docet, quantum alter ad ædificandam DEI Ecclesiam contulit, tantum in illa ipsa labefactanda alterum profecisse, cùm eis opera sit illud effectum, vt præsens hic Sathanismus, quẽ ex omnium ferè hæresum colluuie concretum esse cernimus, his annis quinquaginta fuerit introductus, & in tota ferè Europa vires ad scindendam ecclesiam, & ad imperia disturbanda dissidiáque concitanda maximas compararit.

Matth. 7.

Mandatum Dei de cauẽdis Pseudoprophetis, Lutherũ non excusat sed damnat.

Sectarij cũ Luthero pugnantes.

Tertull. de præscript. hæret. a Lib. 3. contra hæres. cap. 3. b Cypr. lib. 4. epist. 8. ad Cornelium. c Athanas. & Episcopi Aegipti ad Liberium & Marcum. Et Augu. epist. 90. d Hier. epist. ad Damasum, & lib. 3. contra Rufinum. Lib. 1. epist. 3. ad Cornel. e In Psalm. contra Donatist. In script. de morte Luth.

Sit ne Lutherus Ioanni & Eliæ conferẽdus.

QVONIAM verò abundè satis dictum est de calumniis siue suspicionibus, quibus Iudæi causam Ioannis grauasse, & prorsus odiosam reddidisse finguntur, superest portrò, vt rationem aperiamus, qua permoti aduersarij, vt apparet, in supradictis querelis Iudaicis contexendis suum declarare artificium voluerunt. Iudæorum exemplum Ioanni obtrectantium idcircò istis placet, quoniam illud sibi commodum esse vident ad odium inuidiámq; conflandam, & augendam Catholicis & iis, qui Catholicæ Ecclesiæ gubernacula tractãt, eámque moderantur. Itaque versuti homines Pharisæos, Sadducæos, Sacerdotes, Leuitas, aliósque Synagogæ rectores introducunt, & cum his nostros, vt vocamus, Prælatos conferunt, à quibus intelligunt se iam pridem esse damnatos. Sed nihil in eo faciunt noui: sequuntur enim magistros Donatistas, qui cũ veritate vincere non possent, hanc quoque notam Catholicis Præpositis quódam inurere conati sunt: eósque non solum pharisæorum, sed & magis infami traditorum nomine perstinxerunt. Eodem liuore ducti quidam, Catholicos Ioannitas, Arriani Homoousianos & Athanasianos: Armenij verò Latinos Azimitas, alij & psychicos malignè appellarunt. Sed valeant calumniatores improbi & maledici, quibus diuina lex interminatur, & omnem ad cæleste regnum aditum intercludit. Admiscent etiam inquisitores, quos vocamus hæreticæ prauitatis, qui Catholicis in vsu esse solent, eósque per legatos ad Ioannem missos intelligunt. Ioannis verò personam sibi imponunt, & aliis, qui nimirum ob nouam falsámque doctrinam, quam velut virus inclusum circumferunt, aut palàm effundunt, nonnunquàm à Catholicis examinantur & monentur, tùm si peruicaces manserint, optimo iure damnantur etiam atque castigantur. Quòd autem ad hos Inquisitores, seu potiùs violatæ religionis iudices in Ecclesia constitutos attinet, non potest munus illorum verbo Dei non consentaneum, & his temporibus non necessarium videri. Horum enim est, Pseudoprophetas occultos notare ac prodere, lupos rapaces à Christi ouili arcere, vulpeculas, imò & feras vineam Domini Sabaoth demolientes capere, triticum ab inspersis per hostem nocte zizaniis purum conseruare, inter lepram & lepram ritè discernere, morbida pecude profligata sanum tueri gregem, ne quid veneni & contagionis hauriant ab his qui sunt in fide malè sani atque corrupti, ac demùm supplere incuriam, vel augere diligentiam aliorum, qui cum esse debeant speculatores & pastores domus Israel, aut minus vigilant, aut malè curant oues sibi à Christo commissas. Horum igitur Inquisitorum salutaris medicina non potest non esse horrori iis, qui impiarum opinionum pestibus sunt affecti: sed eorum seueritas, vt malos coercet ac plectit, sic bonos recreat, neque paucos in officio continet atque conseruat. Habet enim nunc quoque locum in coercenda hæreticorum audacia, quod Leo Magnus de Priscillianistarum hæresi ab vtroque magistratu rectè iam olim compressa & extincta scribit: Profuit, inquit, diu ista districtio Ecclesiasticæ lenitati, quæ etsi Sacerdotali contenta

Quo essent sectarij cum Ioannis gratulãtes concurrere.

De officio Inquisitorũ apud Catholicos.

Matth. 7. Actor. 20. Deut. 13. & 18. Cantic. 2. Matth. 13. Leuit. 13. & 14.

Epist. 48. 24. In Euang. Ioan. tract. 6. In Psal. 57. In libros contra Donat. a Tract. 11. in Ioannem. b Epist. 10. ad Bonifacium Comitem.

Vtrique magistratui conuenit hæreticis ardenter obsistere.

Vetus est mos Sectarum: Catholicis obtrectare & noua illis affingere crimina.

Matth. 5. Luc. 6. 1. Cor. 6.

Cur Ingratores excommunicent Sectarij.

Epist. 93. ad Turribium. in principio

tenta iudicio cruentas refugit vltiones, seueris tamen Christianorum Principum constitutionibus adiuuatur, dum ad spirituale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium.]

Querela nouatorum contra Inquisitores etiam Donatistis fuit vsitata.

QVID verò aliud nunc sibi volunt, aut faciunt aduersarij, nisi quod olim à Donatistis factum legimus? Disiungebant se illi à tota Ecclesia, cuius nomen & puritatem sibi solis in parte quadá Africæ vendicabant: Catholicos autem antistites, & Augustinum in primis hoc nomine palàm traducebant, quòd illi suo instituto non tantùm concionibus, disputationibus & scriptis obsisterent, verum etiam Africanos magistratus & præfectos Cæsarianos ad seueritatem in se exercendam concitarét atque impellerent, velut hoc munus Apostolicæ B manſuetudini parum conueniret. Neque destitit tamen Augustinus cum aliis, vt præclarè cœperat, præfectos illos vrgere atque permouere, vt aduersariorum conatus vi quadam coërcerent. Quin is ipse multis etiam scriptis publicè testatus est, ex re id esse Ecclesiæ, vt qui noua falsáque ferunt dogmata, seriis magistratuum & principum edictis, imò & seueris pœnis propositis & inflictis, ad officium reuocentur, nec impunè sinantur, quæ ipsis lubet, contra Ecclesiam docere & facere. [a] Videte, inquit, qualia faciunt, & qualia patiuntur. Occidunt animas, affliguntur in corpore: sempiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti conqueruntur.] Et alibi: [b] Cur non cogeret Ecclesia perditos filios vt redirent, si perditi filij coegerũt alios vt perirent? An non pertinet ad diligentiam pastoralem etiam illas oues, quæ non violenter ereptæ, sed blàdè lenitérque seductæ à grege aberrauerint, & ab alienis cœperint possideri, inuentas ad ouile Dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus reuocare?] Quid? quod Caluinus docet, ac ex verbo Dei defendit, ius gladij magistratibus in hæreticos competere, sicut exemplo etiam in Seruetum edito palàm confirmauit. [c] Sarcerius inter hæreses locat, si quis affirmet magistratum contra hæreticos non implorandum, aut eos per magistratũ arcendos non esse. Et à Manlio scribitur: [d] *Est vnum expræcipuis officiis magistratus, facere executionem corporalibus pœnis contra depravatores primæ & secundæ tabulæ decalogi. Quando aliquis colit idola, & diabolica venena in homines infundit, tunc magistratus iuste facit, si illum tollit, quia mandatum Dei est, & textus seuere præcipit: Ne parcas ei. Debet esse Nemesis, & seria diligentia. Oportet enim puniri delicta, quod & diuina voluntas præcipit* Eandem sententiam tuetur Lossius, ciuili nempe magistratui conuenire, vt hæreticos puniat atque tollat. Nunc satis erit, Ioachimi Vvestphali verba subiicere, quibus Lascum ille oppugnat, & ostendit, tàm necessariam quàm vtilem esse disciplinã, qua seditiosi nouatorum in Ecclesia conatus coercentur, planéque impediuntur ab vtroque magistratu, licet is propterea tyrannidis accusetur. *Non est*, inquit, *tyrannis obsistere ne pseudotyranni seducant populum, ne animas infectas peste falsæ doctrinæ interimant. Pastor non agit tyrannum, qui repellit lupos, ne oues dilacerent: Magistratus non exercet tyrannidem, qui secundũ leges moderate coercet maleficos, & de sontibus sumit pœnas.* Ac vide obsecro, an Catholici cùm in hæreticos animaduertunt, nõ totidẽ se verbis possint defendere, quot idẽ Vvest-

Etiam nouatores fatentur & re ipsa probant, ius gladij cõpetere magistratibus in hæreticos.

c De cõsensu veræ Ecclesiæ. d In loc. com. de Ecclesia.

In Dominic. 5. Post. Epiph.

In altera defensi contra Ioannem à Lasco.

Nouatores se Ioanni cõparare studẽt.

Vbi Ioanni conferri possint nouatores.

Quid aduersarij cũ Ioanne commune, quid ab illo diuersum habeant.

An Ioannes Iudæos præcipuos excommunicarit. *Matth. 18. 1. Cor. 5. 1. Tim. 1.*

phalus Lutheranus ad suæ causæ defensionem adhibet in Caluinianos? *Desinant*, inquit, *Sacramentarij quæri, si pati persecutiones, desinant nos* (Lutheranos) *insimulare de tyrannide, quia tyrannidem in animas non permittimus: desinant ab erroribus suis, vt patiantur, non tanquam Sathanæ, sed vt martyres Christi.* Atque hæc de Inquisitoribus satis.

NEQVE verò satis habent isti præclari artifices, magistratus Ecclesiasticos insectari, & causam illorum vulgò magis ac magis exosam reddere: sed seipsos quoque non obscure commendant & efferũt, dum sibi suisque similibus eadem asscribunt, quæ de Ioanne fingunt, & Pharisæos de illo iudicasse contendunt. AC nos quidem vltrò fatemur atque concedimus, in ipsis ea reperiri, quæ Ioanni falsò tribuerunt. Audent quippe, vt res ipsa docet, nouos cœtus facere, nouos ritus instituere, ordinariam Ecclesiæ potestatem repudiare. Audent non solùm nouas, sed multò antè damnatas etiam doctrinas, & opiniones iampridem explosas, quas monstrauimus, tueri ac spargere, vt idcircò demanifesto schismate & hæreleos nota meritò accusentur atque cõuincantur. Audent se ingratos erga suos parentes atque maiores declarare, quos constat in vna eadémque fidei doctrina pulchrè consensisse & debitam sacrosanctæ Ecclesiæ venerationem obedientiámque tot seculis persoluisse. Quòd igitur Pharisæos de Ioanne iudicium tulisse asseuerãt, id in hos conuenit maximè, talésque se orbi produnt & ostẽdunt, quòd sint videlicet pestes orthodoxæ religionis à Deo sancitæ atque confirmatæ. Hactenus ergo C concedimus aduersariis, vt aliquid cum Ioanne cõmune habeant, si modò fictæ secessionis causæ admittendæ videantur. AT si vitam Ioannis & officiũ contemplemur, optamus & precamur ex animo, vt illi quemadmodum videri volunt, sic & reipsa probent, se Ioanni minimè dissimiles esse. Probabunt autem, si sine contemptu Ecclesiastici magistratus, sine deprauatione veræ doctrinæ, sine Ecclesiæ perturbatione & schismate, lucernæ sint ardentes & simul foris lucentes, hoc est, si Dei proximique charitate flagrent, & vitæ innocentis lumen omnibus præferant, si præterea Christi sponsi fideles amicos se præbeant, nihil vt illius gloria ducant antiquius, & in sponsa illius honoranda omnem operam studiúmque consumant. Verùm hæc missa nunc facimus, vt ea videlicet, quæ ob notam istorum pertinaciam & morbum insanabilem optare potius, quàm sperare posse videmur. Bonos profectò viros non decebat, tanta fingendi calumniandíque ferri libidine, præsertim in re prorsus nec vtili nec necessaria: sed ita his visum est, vt si non apertè, at obliquè saltem exemplo fictitio se suásque nouas in religione molitiones excusarent, & apud rudem simplicémque populum tuerentur.

Ioan. 5.

ADIVNGVNT & illud, quod ferè præteriimus, Ioannem Sacerdotum ligasse peccata, excommunicationẽ proculdubiò intelligentes. Hanc verò ligandi potestatem scimus à Christo institutam, & post eius mortem non à Ioanne, sed ab Apostolis, ad comprimendam improborum contumaciam, in vsu haberi cœpisse. An verò vana & friuola, prorsúsque ridicula isthæc non est inuentio, vt quem Ioannem pro arbitrio suo statuunt, à Iudæis pro hæretico habitum & excommunicatum fuisse, vt diximus, eum nunc etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

fingant vel ut ardenti vindictæ cupiditate permotum, suorum iudicum peccata ligalle, nec ipsorũ indignationem aut bruta, vt vocant, fulmina tantillũ curalle? Quid enim, si Ioannes Pharisæos & Sadducæos percutit hac oratione: Progenies viperarũ, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? ideóne statim quæ isti talibus affingunt, & de Ioanne ipso iudicant, vero sunt consentanea? Aliter quidẽ Chrysostomo visum est, cùm hæc ipsa Ioannis verba interpretaretur: Si sermonem, inquit, Ioannis diligenter intendas, increpationi temperamentum laudis admiscet. Hæc quippe dixit admirans, quòd ea, quæ illis penè impossibilia videbantur, vel serò implere potuerunt.] Sed enim relinquamus hosce stoículos talibus historicis, quibus cùm libet, etiam licere sibi putant, narrationibus Euangelicis nihil non assuere, & quiduis de Ioanne fingere, quod illis animus impurus, & ad maledicendum propensus suggesserit.

Quomodo Ioãnes dixerit, Progenies viperarum, &c. *Hom. 11. in Matth.*

Qvid verò, si quod Ioannes cum Pharisæis & Sadducæis agit, id ad communem nouatorum errorem conuellendum prorsusque reiiciendum, in primis pertinere probemus? Ioannes illis hunc in modum concionatur: progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ: & ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham: Dico enim vobis, quoniam Deus est potens de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Vbi præclarè docet Baptista, partem suorum & Euangelij auditorum falli vehementer, qui sibi magnoperè placent atque tũ, ob Dei cognitionem, tùm ob fidei professionem, tùm ob promissiones diuinas Patribus factas vanè gloriantur. Hi sat habẽt, se numero filiorum Abrahæ contineri, ac fidei titulum ostentare, & cũ præcipuis fidei professoribus religionem habere communem: quódque cum illis egit pepigitque Deus, hoc ad se indiscriminatim, atque vt ita loquar, infallibiliter volunt pertinere. Iactabant tunc Iudæi suum patrem Abrahamum, quo cum fœdus iniisset Deus, cuius & semini maxima quæque promitterentur, & quẽ fortassis adhuc apud Deum suæ gẽti faueret & patrocinari certò statuebant. Iactant & hodie Christum Sectarij, licet de multis magnisq; fidei rebus impiè sentiant, Christique corpus miserè dilacerent, & haud rarò secundum carnem viuãt: qui tamen Christi promissionibus gloriãtur, Christúmque se mediatorem & apud Patrem aduocatũ habere toties támque confidenter clamitant, ac de illo salua sibi & suis omnia citra hæsitationem vllã certissimè pollicentur. Retundit autem Ioãnes inanem iliiulmodi iactationem, falsámque persuasionem ex animis conatur eximere, nec sustinet homines tàm malè securos, qui diuinis promissionibus, & speciosо fidei libertatisque nomine libenter abutantur, ita vt certò statuant, sine timore, sine pœnitẽtia, sine benefactis, se veram iustitiam ac salutem æternam consecuturos esse. Etsi enim sua promissa Deus semper faciat, nec mentiri vnquam velit aut possit veritas, tamen ab indignis & obstinatè peccantibus, vel ab Ecclesiæ suæ fide obedientiáque alienis suam illegratiam auertit, adeòvt etiã certas illis pœnas interminetur. Is quippe suas promissiones in hominibus tantum morigeris & gratis, Ecclesiæ suæ domum & societatẽ nõ deserentibus complere decreuit, neque inuitos beat, sed eos, qui

Ioannis doctrina percutit etiã nouatores de sola fide docentes. *Matth. 3.*

Iudæis non dissimiles nouatores in vana fiducia iactanda.

Ioannes vanam credentium fiduciã reijcit.

Dei promissa in quibus efficacia.

A oblatæ gratiæ se lubentes ac totos applicant, neque fide tantùm, sed & operibus germani Abrahæ filij, suíque discipuli & sectatores esse contendunt. Si hæc scitis, inquit Christus, beati eritis, si feceritis ea. Et rursus: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum pater. Hoc est, vt Theophylactus explicat: Omnem hominem qui per fidem factus est pars radicis, & Domino vnitus, & incorporatus ei, oportet & fructum afferre: nimirum vitam habere virtutibus præditam. Etenim si quis solam ac nudam fidei confessionem habeat, & non per obseruationem mandatorum fructum ferat, palmes sit mortuus. Fides enim absque operibus res mortua est.] Huc ergo tendit Ioãnis oratio, vt qui se saluos esse volunt, missam faciant vanam omnẽ iactationem, nec solùm in Christum DEI agnum, B qui tollit peccata mundi, credant seque coniiciant, sed & pœnitentiam serió meditentur, verisque virtutum studiis commendati, frugiferas se arbores in agro ecclesiæ esse testentur. Hoc ni faciant, horrendum illis iudicium Dei, qui alios Abrahæ filios ex lapidibus siue gentibus sit excitaturus denunciat, & omnibus fructum bonum non facientibus sempiternos cruciatus seuerè admodum interminatur.

Iacob. 2. Ephes. 2. 2. Pet. 1.

Matth. 3. Luc. 3.

Qvae maiorẽ adhuc lucem accipient, si Chrysostomum testem adhibeamus, qui docet, pharisæos & Sadducæos malè intellecta Ioannis doctrina sibi persuasisse, factu esse facile, quod ille videretur postulare, vt semel nimirum erubescerent, & peccata confiterentur, atque baptizarentur: hoc demùm satis fore ad iustitiam coram Deo consequendam. Adiungit postea, multos esse pseudochristianos illorum imitatores, qui satis habeant baptizari, etiãsi benè operandi voluntas & propositum desit. Vtitur & sequenti comparatione: Sicut rudæi putabãt, se propter hoc solùm saluandos, quia erant filij Abrahæ: sic & multi insipientes Christiani per hoc solum putant se esse saluandos, quia sunt Christiani. Ad quos conuenienter dicit Ioannes: Nolite dicere quia sumus Christiani, sed facite dignos pœnitentiæ fructus.] Tùm idem Chrysostomus graphicè nobis depingit non solùm sui, verùm etiam nostri temporis hominum opiniones. Vt enim Ioannis de pœnitentia doctrinam & philosophiam quasi austeriorem eludant, in omnem se partem misere torquent, ac improbe tergiuersantur.

Pleriq; Christiãnos deos iactãt, & bene mereri iurgant.

Qvam vanus est interim Sarcerius, qui aduersus hanc Ioannis claram verissimámque doctrinam audet hoc loco dicere, solam esse fidem, quæ faciat veros Abrahæ filios, cum de fide quidem nulla fiat hîc mentio, & opera præcipiantur his, qui Deum fide cognoscebant, neque minus Dei, quàm Abrahæ se filios esse gloriabantur. Addit etiam, quod Christus apud Ioannem dixit: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, ad fidem solam pertinere. Hoc verò est verba Domini penitus inuertere & deprauare, Euangelicámque sententiam ad Lutheri vel placita, vel paradoxa confirmanda conatu plane sacrilego detorquere. quid enim aliud, quàm paradoxum dici meretur, quod à Luthero tàm insolenter dictum est? *Sola fides Christi necessaria, quod iustissimus: cætera omnia liberrima, neque præcepta amplius, neque prohibita.* Cui illud affine est: *Deus pater in fide omnia posuit, vt si quis hanc habuerit, omnia habeat. Christianus liber ab omnibus est, & super omnia, vt ita nullis operibus ad hoc indigeat, vt iustus ac*

Error Sarcerii de veritatis verbo & operis ad fidem.

Lutheri paradoxa de sola fide.

Ioan. 8. In comment. ad Galat. cap. 2. De libertate Christiana.

saluus

Lib. decapt. Babilonica. *saluus sit: sed sola fides hæc omnia largitur abunde.* Ex A eadem eius officina prodit & illud: *Nulla peccata possunt hominem damnare, nisi sola incredulitas.* Deum immortalem, an quicquam ad sedulam bonorum in virtute & pietate exercitationem pestilentiùs, ad omne verò pœnitentiæ studium in plurimis labefactandum commodius, & Ioannis doctrinæ scriptísque Apostolorum magis contrarium potuit excogitari? Frustra illi scilicet tot seculis docuerunt, qui cum Apostolis præter fidem opera tot modis inculcarunt, & in commendandis iustitiæ ac pœnitentiæ operibus operam maximam collocarunt, fidémque sine illis mortuam esse pronunciarunt.

Quid sit Sarcerio patrem habere Abraham. Eiusdem est farinæ prorsus, quòd Sarcerius asseruit, habere patrem Abrahamum, aut in Abrahamo gloriari, est ex fiducia operum quærere prærogatiuam in carne, vt iustificeris aut iustitiam assequaris. B Sed ne hæc quidem friuola falsáque interpretatio Ioannis nostri explanat sententiam, & è sequentibus probari potest, pugnare Ioãnem aduersus eos, qui hiducia solius promissionis factæ diuinitùs, post habitis interim operum meritis, se aliósque consolabantur.

De crassis erroribus Sadducæorum.

Tvm quod ad Sadducæos attinet, quos Ioannes eo tempore compellabat, haud video, quibus illi fiderent operibus, vt qui animas hominũ esse mortales credebant, ac tales erant prorsus, quales inter ethnicos Epicuræi, vt Brentius quoque testatur. Certè nec mortuorum resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum esse, sicut Lucas asserit, sentiebant: qui in tantis etiam tenebris versabantur, vt Christus illos hac graui responsione feriat. Erratis nescientes Scripturas (Moysen autem solùm recipiebant) neque virtutem Dei. Quare non malè de illis dixerimus, quòd ingenuè prorsus de suis Euãgelicis fatetur Brentius, nec voluntatem illis, neque facultatem fuisse bonis operibus confidendi. *Tanta* C *est*, inquit, *morum corruptio his temporibus, & tantum studium iniustitiæ, vt nullam videamur occasionem habere confidendi bonis operibus. Quid enim confidas his, quibus*

In 3. c. Matt. Actor. 23.

Matth. 22.

Luc. 3. Matt.

Nouatores etiam si velint de bonis operibus confidere non possunt

secundum Brentium.

Scopus doctrinæ Ioãnis de pœnitẽtia. Cur Sadducæi à Ioanne maxime reprehensi.

cares? Et audent tamen isti è Sadducæis tàm impiis tùm monachos, tùm nescio quos iustitiarios facere, nimirum vt sic etiam inuidiam Catholicis conflent, & conflatam augeant. Ioannis autem huc tẽdit oratio, vt quæ ad baptismum pertinent, vrgeat maximè, & accedentibus salutarem incutiat timorem, falsámque persuasionem adimat Pharisæis simul & Sadducæis, qui licet obstinatè peccarent, tamen patre Abrahamo, Deique promissionibus, & qualicunque fidei seu legis professione tantoperè gloriabantur, & propter carnalem propagationem se Dei populum & Ecclesiæ membra esse iactabant, *Luc. 18.* adeóque hinc præ se publicanos & gẽtes omnes superbè despiciebant: cùm interim siue fidem, siue opera spectemus, nihil minus illi quàm secundum Spiritum Dei cultores, & Abrahæ imitatores, germanique filij esse laborarent. Ioannes igitur illos percutit seria oratione, & præfractos sibíque nimiũ placentes à peccatis reuocat ad pœnitentiam, illísque benè ac beatè viuendi studium accuratè commendat. Nec enim omnes qui ex Israël sunt, censore Paulo, Israëlitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes eius filij: sed qui fidem Abrahæ imitantur, eiúsque opera faciunt, germani sunt Abrahæ filij, qui & cum eo in Dei regno recumbent. Nec solùm Ioannes, sed & Christus ipse contra hoc peruicax hominum genus disserit eò, quòd consilium Dei spernerent, ac Ioannis baptismum detractarẽt, cuius gratia Publicani totúsque populus, vt Lucas inquit, Deum iustificauerunt. Quare Christus tàm *Luc. 7.* seuerè illos arguit: Amen dico vobis, quia publicani *Matth. 21.* & meretrices præcedent vos in regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis posteà, vt credaretis ei. Sed nos loco suo dicemus, quales tandem veræ salutarisque pœnitentiæ fructus, optimus pœnitentiæ doctor Ioãnes intelligat, & à lapsis requirat.

Veri Abrahæ filij. Rom. 9. Matth. 8.

CAPVT DECIMVM.

Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Joanne Baptista. Matth. 11.

Cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. Ioan. 1. Matth. 3. Luc. 3.

MAGDEBVRGENSES.

IVramento asseuerat Christus, inter natos mulierum non surrexisse maiorem Ioanne Baptista. Id verò totum propter officium dicitur, quod præco erat præsentis Messiæ, atque regno ipsius viam pararet: se tamen ei præfert, licet se minorem vocet propter summam humilitatem, quam erga Patrem suum cælestem præstat. Cent. 1. lib. 1. col. 365. Et col. 134. *Ioannes Baptista inquit Ioan. 1. Cuius ego non sum dignus vt soluam corrigiam calceamenti, & in historia Euangelica sæpe imbecillitates Apostolorum annotantur, vt nos moneant de eorum imperfectione in hac vita.*

CENSVRA.

Matth. 3. Luc. 3. Ioan. 1. & 3.

MIrus est Ioannes Baptista in seipso deprimendo, suisque rebus extenuandis, vt omnes Euangelistę testantur. Mirus contrà Christus in illo tùm apud suos, tùm apud populum vniuersum prædicando. Inter cæteras verò laudes, quas præcursori & Baptistę suo amplissimas defert, hęc omniũ maxima & luculétissima videtur cũ inter natos mulierũ neminem illo maiorẽ in lucẽ editũ vnquã esse disertis verbis pronunciat, quin etiam iureiurando cõfirmat. Quã quidem laudem nouatores suo more sic exponunt, perinde ac si

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo sentiant nouatores, inter natos mulierum Ioanne nullâ esse maiorē.

Christus nihil aliud in Ioanne, quàm Prophetici muneris excellentiam indicauisse. Quare sic à Bullingero [a] scriptum est: *Vnum Ioannem omnibus Prophetis sanctis commisit, & illos omnes longe excellere pronunciat, nimirum in ministerio Euangelico, siue prophetandi euidentia. De hoc enim in præsentia agitur. Cæterùm vnicum hic excipit e mortalibus dominus, nempe semetipsum.* Monet & Bucerus [b] hîc agi de Prophetiæ potissimum dignitate. Caluinus in hunc modum habet: [c] *Christus dum præstantissimum inter filios mulierum Ioannem esse affirmat, non tam ad sanctimoniam vitæ, quam ad ministerium respicit.* Crassius autem explicat suam sententiam Sarcerius: [d] *Aetiologia est*, inquit, *commendans Ioannem, à singulari gratia & prærogatiua, quam Ioannes habuit in carne præ reliquis hominibus. Vnde & inquit Christus: Inter natos mulierum, non coram Deo. Similem locum habes de Mariæ prærogatiua, quam ipsa habuit in carne. Vnde & Angelus dixit, Benedicta tu in mulieribus, non coram Deo.* Quòd ergo dicitur Ioannes reliquis maior, id fieri monet Sarcerius, respectu gratiæ singularis & prærogatiuæ in carne. Nam coram Deo neque personarum respectus est, neque prærogatiua vlla, vt idem loquitur. Quæ omnia fient adhuc clariora, si Lossius accedat, qui hac proposita quæstione, Cur vocet Christus Ioannem excellentiorem Prophetam? in hunc modum respondet: *Primùm, quia Christum præsentem digito monstrauit: deinde quia Ioannes inchoauit nouam Ecclesiam, quæ vsque ad finem mundi duratura est, sustinit nouam cæremoniam baptismi, & recepit gentes ad societatem Ecclesiæ Dei sine circumcisione & ceremoniis Leuiticis, quod alij Prophetæ non fecerunt.* Quibus verbis vana & falsa illa commiscet Lossius: quæ iam antè confutauimus: Ioannem nimirum inchoasse nouam Ecclesiam Christianam, instituisse baptismi Sacramentum, recepisse gentes incircumcisas ad ecclesiæ societatem, & neglexisse Sacramentum circumcisionis simúlque cæremonias Leuiticas. Quæ omnia quoniam absque Scripturæ fundamento asserunt, Christique obscurant beneficium, & magnam præ se ferunt in legis & Euangeli j tempore discernendo imperitiam, longiore confutatione nobis indigna esse videntur. Cæterùm vt ad caput præcipuum redeamus, communis est sententia nouatorum, Christum hoc loco de officiali & publica Ioānis dignitate, sicut Lutherus appellat, non autem de personali sanctitate sermonem habere. Nos cōtrà probabimus, Ex Christi iudicio & sententia hoc loco ita prædicari Ioannem, vt reliquis non minus ob vitæ sanctitatem, quàm propter Prophetici muneris excellentiam præferatur. Quis enim dubitauit vnquam, hanc excellentiam Ioanni meritò tribui, vt maior Propheta dicatur, qui, vt Ambrosius docet, [e] viam Domino non solùm nascendi secundum carnem ordine, fideique nuncio, sed etiam præcursu quodam glorioſæ parauerit passionis? Maior sanè Propheta, in quo finis est Prophetarum: maior propheta, quia multi cupierunt videre, quem iste propheta conspexit, quem iste baptizauit.] Deinde cùm Christum prophetam, imò Dominum prophetarum Ioanni prætulisset, hoc etiam adiunxit: Hunc Ioannem omnibus dico esse maiorem, sed inter mulieris, non virginis natos. Maior enim fuit iis, quibus æqualis esse poterat, forte nascendi.]

Annot. breuiss. in c. 11. Matth.

Ioannes maior Propheta dictus.

a In 11. cap. Matth.

b In 3. cap. Matth.

c In harmonia Euangelica.

d In scholiis super cap. 7. Luce.

e In Lucam circa finem 5. lib.

Scholi. in dominicam 3. Aduentus.

Lossij sententia cur Ioānes alios Prophetas excellat.

Nō minus ob

A

B

C

D

Est hoc præsens Christi dictum, si antecedentia & consequentia sedulò consideremus, quoddam epiphonema, vel si malis, epilogus, superiora concludens, quibus Ioannes apprimè commendabatur. Eum verò laudarat Dominus ob fidei & confessionis veræ constantiam, ob vitæ austeritatem, ob docendi & prædicandi munus, vt hinc eũ prophetam & plusquam prophetam, imò & Angelum à Malachia prædictum appellauerit. Inde statim ad hæc verba descendit: Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Iam verò quàm sit ineptum, frigidum & absurdum obsecro, ita sentire, Christum tot verbis vnum idemque sibi voluisse, cùm Ioannem prophetam, & plusquàm prophetam, & Angelum, & inter alios maximum atque præstantissimum fecit? In quibus diuersa & dixit certè, & intelligi voluit summa illa sapientia, & velut gradatione quadam sensim aptèque ad maiora peruenit, vt illum quem tot modis celebrauerat, velut in fastigio seu perfectione virtutis & sanctitatis tādem collocaret. Nec enim sat habuit, Ioannem ratione officij prophetam, & plusquàm prophetam dicere, sed vt eminentem & incomparabilem illius magnitudinem perfectionemque comprobaret, iusiurandum assumpsit, & graniter asseruit, eum reliquis pōst hominū memoriam mortalibus omnibus non esse inferiorem, sed & maiorem ex mulierum filiis nullum hactenus prodiisse. Quocirca non tantùm Christi verba peruersè accipiunt, sed etiā de Ioannis virtute & gloria palàm detrahunt, qui hanc supremam laudem ad solum prophetiæ munus reuocant, nec extendi volunt ad vitæ Ioannis perpetuā, & aliis non cōmunicatam innocentiam, tantæque virtutis & sanctitatis prærogatiuam, quantā omnibus in hunc vsque diē admirari facilius sit, quā imitari. Confirmat porrò hanc nostram sententiā Angelus, qui Ioannis laudes patri Zachariæ cōmemorans, simpliciter illum vocat magnū coram Domino, neque solum in eo commendat officium seu ministerium, per quod multos filiorum Israel ad Deū conuerteret, sed & de singulari vitæ eius sanctimonia, déque gratia Spiritus sancti copiosè & maturè illi adfutura prædicit. quòd autem dicitur: Erit magnus coram Domino, non ad corporis, sed ad animæ, simúlque virtutis magnitudinem etiā Ambrosius refert. Et rectè notauit procopius Gazæus, de Scripturæ more magnum prædicari eũ, qui virtutem in omnibus sedulò consectetur ac seruet: itaque malū hominem nullum rectè magnum dici posse, cū Scripturæ consuetudo veter, hanc magnitudinē seu excellentiam malis attribuere: Moysen verò & Ioannem hoc titulo celebrari, quòd verè magni & singulari virtute prædíti essent. Nec fit quidem temerè, quòd cum Christus Ioannem eximiè laudasset, & reliquis inter natos mulierum maiorem pronunciasset, hoc statim adiecerit, Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. Vbi seipsum cū Ioanne confert, vt posteà dicemus, & minor videri vult, sicut erat, ætate videlicet, multorúmque opinione, quēadmodum Chrysostomus etiam interpretatur. Ostendit igitur, si diligenter animaduertas, reliquis omnibus præstare Ioannem, quod ad vitæ sanctitatem & gratiæ dignitatem attineret, Dei filio duntaxat excepto, quem Angelus Gabriel iure sanctum sanctorum appellat, & de quo ipse Ioannes: qui de cælo venit, super omnes

Vitæ sanctitas quam ratione muneris Prophetici Ioannem antepono.

Matth. 11. Malachi. 3.

Quomodo vel quo rum sensu Christus nemine maiorem sanctitate Ioanne affirmet Euangelio.

Ioannem tuti & pie detrahunt natores.

In breuiar. vit. Ioan. Matth.

Luc. 1. Magnam Ioannem futurum dicens Angelo.

Daniel. 9. Ioann. 3.

omnes est. Nec obstat, quòd alij hoc loco minorem in regno cælorū angelum, aut quēuis cælorū ciuem velint significari. Nā cum his quoque collatus Ioānes, licet secundum statū gloriæ ab illis superetur, dū in carne peregrinatur, quod nemo negat, tamen adhuc Ioanni manet sua prærogatiua, vt inter mortales quidem nulli cedat, sed maior sit omnibus splendore virtutis, nullus vt virorum, sicut ex Patribus ostendemus, Christo similior esse videatur.

Apostolorū ministerium Ioannis ministerio præferendum.

Præterea si Ioannes officij ratione tātùm aliis antecelluit, quemadmodum aduersarij putant, hoc consequi necesse est, vt in ministerio etiam Apostolis præponatur. At horum primum & præcipuū est munus, quod in Ecclesia dedit, & in primis prædicari vult Deus, quemadmodū & Paulus [a] comprobat. Illis primitiæ Spiritus abundanter collatæ, illi magistri orbis, illi Ecclesiæ fundamenta & principes populorum, illi sal terræ & lux mūdi, illi cæli gloriam Dei enarrātes, illi summis quibúsque diuini spiritus donis instructi ac repleti, vt Prophetas omnes, inter quos & Ioannes, veluti soles quidam minora sydera, sua quidem luce, si non prorsus obscurent, at saltem non possint non aliquantum superare: Tùm res ipsa loquitur, Apostolos multò plenius, efficacius atque felicius orbe toto ea præstitisse, quæ Ioannes pro sui quidem muneris ratione apud Iudæos, & sub lege duntaxat inchoarat, & imperfecta reliquerat. Nec enim fuit idoneus æquè minister noui testamenti, sicut illi quos sibi Christus delegit ac dotibus admirandis instruxit, vt essent probatissimi testes summis prodigiis commendati, & amplissimi præcones Euangelij toto orbe terrarum. Non igitur ad magnitudinem officij præcipuè respicit Christus, cum Ioānem celebrat, sciens vtique Apostolos eo esse maiores, sed loquitur potius de perfectione virtutum atque charismatum, quæ nec antea in Prophetis nec in Apostolis eo quidem tempore cumulatoria, quàm in Ioanne, reperiebantur. Atque vt breuiter dicam, maior Ioannes Apostolis esse potuit vitæ merito personali, vt vocant, maior autem potestate & officio Apostolatus esse non potuit. Anselmus ita dixit: Ioannes non fuit inferior meritis Apostolis, sed tātum officio ministerij. Maius enim ministerium non fuit, quàm Apostolatus: tamen in cælo non fuit Ioannes minoris dignitatis quàm Apostoli.] Neq; nobis obstat, quod Bucerus obiicit, Christum apud Lucam dicere: Maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista non est: ac idcircò Ioannem, non omnibus, sed Prophetis conferri & anteponi. Nā Prophetæ nomine cōtinetur nō modò qui Prophetico Spiritu donatus futura prædicit, vel diuina tradit mysteria, sed & qui sanctitatis ac pietatis laude præstat. Nec habebant Iudæi aliud ferè gratiosius & venerabilius nomen, quod de homine eximiè probo atque præstante vsurparent. Proinde qui Christum verum esse Messiam, & Prophetam illum à Moyse promissum nondum intelligebant, Prophetæ tamen nomine illū cohonestabant. Matth. 14. & 21. Marci 6. & 11. Luc. 7. 9. & 24 Ioan. 7. Nota est Pharisæorum interrogatio, cùm ex cæco illo nato percontarentur: Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? At ille dixit: Propheta est. Prophetas enim vocabant diuinos viros, sicut & Euthymius

a Ephes 4. 1. Cor. 12. Rom. 8. Apoc. 21. Psalm. 47. Matth. 5. Psalm. 18.

2. Cor. 3. Luc. 22. Luc. 24. Marc. 16.

Quomodo Ioannes maior & minor Apostolis fuerit.

In 3. cap. Matth.

Luc. 7.

Nomen Prophetæ quam late pateat.

Deut. 18.

Ioan. 9.

B

C

D

annotauit. Qui verò Ioannem asserit maiorem esse Propheta verè propriéque dicto, an obscurè monstrat præstare illum cæteris, qui ad Prophetiam virtutem atque excellentiam nondum peruenerunt? Deinde vt maximè nomen Prophetæ strictius accipiamus, & à Luca sic dici fateamur: Matthæus hanc nobis lucem præbet, vt sciamus, Christum de omnibus etiam absolutè dixisse, atque idcircò sub nomine filiorum, qui ex mulieribus nati sunt, Prophetas etiam comprehendisse, qui demum omnes Ioannis præstantia & magnitudine superentur.

Matth. 11.

Cæterum ne vel primi, vel soli habeamur huius honoris assertores, quem Ioanni à Christo delatum dicimus, testes & suffragatores nostræ sententiæ Patres, quos hîc sequimur, in medium adferemus. Primum Chrysostomus hæc Christi verba tractans, obseruari vult Malachiæ locum sine interuallo præcedentem: Eece mitto Angelum meum ante faciem tuam. Sed quoniam hoc Prophetæ testimonium ad ostendendam Ioannis excellentiam non suffecit, sententiam quoque suam Dominus aperuit: Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista, id est, non peperit mulier Ioanne vnquam maiorem. Quæ sententia, quamuis per se ipsa sufficiat (sic enim pergit dicere Chrysostomus) tamen si velis rebus ipsis veritatem inspicere, veniat tibi in mentem mensa illius, educatio, mentisque altitudo: ita enim in terris, quasi in cælo versabatur. Naturæ enim omni necessitate superata mirabile quoddam peregit iter.] Nec discedit à Chrysostomo Ambrosius, cū ità pronuntiat: Magnus Ioannes, cuius magnitudini etiā Saluator testimoniū perhibet, dicens: Inter natos mulierum maior non est Ioanne Baptista. Præcellit cunctos, eminet vniuersis, antecedit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis de muliere, inferior est Ioanne.] Quid verò Nazianzenus? qui non contentus, Ioannem Eliam nouum, Prophetam maiorem, & veterum nouorúmque mediatorem facere, illum etiā sponsi amicum esse dicit, qui super omnes inter natos mulierum existat. Cyrillus Hierosolymitanus Ioānem confert cum Elia Thesbite in cælum assumpto, cum Enoch translato, cum Moyse legislatore maximo, cum Hieremia sanctificato, & cum Prophetis demum omnibus. Probat autem ex hoc ipso loco, Ioanne maiores eos non fuisse, qui finis extiterit Prophetarum, & rerum Euangelicarum principium, quem & maximum Prophetarum, & noui Testamenti archiducem appellat. A Chrysologo sic dicitur: Meritò in natis mulierum cunctis maior est hic Ioannes, qui non solum adulteros arguit, sed & licita mulierum consortia virginitatis amore calcauit.] Suffragatur planè Maximus, cum clarissimè scribat: Hic est qui iudicio cælestis sententiæ cunctis mortalibus antefertur, dicente Domino: Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.] Quibus Christi verbis hoc etiam scholion Theophylactus adscribit: præfert aliis omnibus præcurforem.] Augustinus verò cum alicubi Patriarchas, Prophetas, Apostolos & Martyres nominâsset, hoc addere non veretur: Nihil maius extitit in genere humano, quàm Ioannes Baptista, nec in natis mulierū exurrexit. Si quæris excellentiam hominis, Ioannes Baptista est.] Et

Patrū de Ioānis sanctitate, qua cæteris maior prædicatur, testimonia.

Hom. 38. in Matth.

Matth. 11.

Serm. 64.

Orat. funebri in Athanasium.

Catechef. 3. ad illuminatos.

Serm. 174.

Hom. de S. Ioanne Baptista.

In cap. 7. Lucæ.

In Psal. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõtra aduersarios & prophet. li. 1. c. 5. Serm. 4. de natiuit. Ioan.

Psalmum 141. explanans, hanc ipsam confirmat sententiam: cuius hæc quoque vox est: Potuerunt esse Ioanni aliqui æquales, aliqui eo minores: nullus autem maior, propter sententiam domini: omnes tamen sancti & iusti & boni.] Iterum verò alibi Ioannem hominem perfectum appellat, cuius tanta sit gratia cõmendata, vt ipse de illo Dominus diceret: In natis mulierum nemo exurrexit maior Ioanne Baptista. Hinc porrò ita colligit: Si in natis mulierum, hoc est, in hominibus nemo exurrexit maior Ioanne Baptista, quisquis Ioanne plus est, non tantùm homo, sed & Deus est.] Atque vt repetamus Chrysostomum, velut probatissimum testem: Puto, inquit, quòd omnes sancti, quantum ad sublimitatem diuini iudicij, inuicem sibi aut inferiores sunt, aut priores. Ex quo intelligimus, quoniam qui se maiorem non habet, omnibus maior est. Vide ergo quia omnibus sanctis est maior, cui solus Christus est prior.] Eodẽ spectat, quod autore Cyrillo diuinus Baptista prædicatur, qui tanto virtutum excelluerit numero, vt ad summam humanæ iustitiæ & virtutis perfectionẽ peruenisse asseratur, vnde maximam de se admirationem omnibus concitauerit, adeóque Christus fuerit existimatus. Ac idem rursus Ioannem idcircò maiorem vocari docet, quòd ad virtutis apicem peruenerit, nulli pietate secundus. Vel sicut alibi loquitur: Ioannes Baptista maior inter natos mulierum virtutis sublimitate dicitur, qua ad eos peruenit terminos, quò humana natura peruenire potest.] Eusebius verò Emissenus tanti facit Ioãnem, vt eum pro dignitate laudari non posse dicat humanæ vocis officio, qui prædicetur hoc præsenti dominicæ attestationis oraculo. Et ideo agnosce, inquit, magnificentiam laudis ex dignitate laudantis: ac sic dum nemo illo esse maior asseritur inter natos mulierum, datur intelligi, quòd Ioannes humanorum fugit mensuram meritorum.] Sed & Basilius Magnus ita locum intellexisse videtur, vt eũ ad vitę sanctitatem & austeritatem referat, propter quam Ioanne inter natos mulierum maior surrexerit nullus, Neque contemnendus est sanè autor Alfonsus Abulensis, qui multis modis Ioannem aliis dici maiorem ostendit: Primum quidem, si officium eius publicum in baptizando & prædicãdo spectemus: deinde propter statum integerrimæ virginitatis: ac hæc ratione authoritatis & famæ, quam sibi apud omnes cõciliauerat: prætereà propter singularem & continuam vitæ austeritatem: postremò quòd inter alios veteris testamenti homines, & ex peccatoribus actualiter, vt loquitur, non surrexerit quisquam eo maior atque præstantior. Demum vt Honorius hæc omnia nobis concludat: Quanta, inquit, veneratione sanctus Ioannes sit dignus, declarat nobis in Euangelio Dominus: Inter natos, inquit, mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Omnibus sanctis maior affirmatur, solis angelis æquiparatur, vnde & angelus non immeritò appellatur.]

Hom. 27. oper. imperf. in Matth.

In Ioannem Hom 15.

Ioannes ad summam humanæiustitiæ & virtutis apicé peruenit. Lib. 2. in Ioan. cap. 24. Thesaur. lib. 2. cap. 4.

Hom. 1. de Ioan.

Hom. 15. ex variis locis in Matth. Inc. 3. Matt.

Serm. de nati. uit. Ioã. Bap. Matth 11.

Quibus epithetis & elogiis Ioannem ornent Patres vt eũ reliquis maiorẽ fuisse commonstrẽt.

Atque hinc fit, vt præclara illi Ioannis competant epitheta, quibus non tàm per amplificationem, quàm verè & ad Christi sententiam accommodatè passim à veteribus celebratur. Nimirum à Petro Chrysologo nuncupatur schola virtutum, magister vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum, pœnitentiæ via, fidei disciplina. Vocatur ab eodem maior homine, par angelis, legis summa, Euangelij satio, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, præcursor iudicis, Christi metator, Domini testis, totius medius Trinitatis. Similia sunt apud Augustinum & Bernardum encomia, quibus idem Ioannes non solum ab his duobus, sed à piis etiam omnibus ad finem vsque mundi, meritò commendetur: nimirum quòd sit maior homine, par angelis, tuba cæli, præco Christi, arcanum patris, filij nuncius, signifer superni regis, peccatorum venia, correctio Iudæorum, parentum gaudium, nobilitas generis, orbis exemplum, mortis expulsio, ianua vitæ, decus hominum, conuersationis splendor, omnis iustitiæ principatus, lætitia angelorum, excellentissimus homo, consanguineus Christi, amicus sponsi, sponsæ præparator. Ac rursus ab eodem Bernardo appellatur Patriarcha, imò Patriarcharum finis & caput: Propheta, imò plusquàm Propheta: Angelus, sed & inter angelos electus: Virgo imò virginitatis insigne speculũ, pudicitiæ titul⁹, castitatis exemplũ: Martyr, sed & Martyrum lumen, inter natiuitatem mortemque Christi, constantissimi forma martyrij: qui demum nouem ordinibus angelorum sic insertus sit, vt etiam ad Seraphin apicem transferatur. Andreas verò Hierosolymitanus hæc Ioanni attribuit epitheta, vt dicatur ciuis deserti, aliptes orbis terrarum, sponsi pronubus, Regis præco, præcursor veritatis, legis silentium, gratiæ intercessor, corona prophetiæ, Prophetarum conclusio, porta pœnitentiæ, virginitatis ornator, salutis præparator, temperantiæ legislator. Apud Theodorum Studitum sunt hæc eiusdẽ præclara nomina: Christi Ecclesiæ pronubus, lilium castitatis, rosa spiritualis flagrantiæ, pratum frugiferæ continentiæ, fax aduentus Christi, lucifer, paranymphus. Vocat eundem Prophetarum maximum, martyrum excellentissimum, & solitudinis à Deo ordinatum patronum. Vnum addam Isidorum, à quo idem Ioannes, eximiè commendatur, quod angelo nunciante sit conceptus, prænuncius Christi, præco iudicis, Propheta altissimi, vox verbi, amicus sponsi, testis Domini, lucerna luminis, terminus Prophetarum, baptismatis initium: qui prænunciatus parentis vocem abstulit, genitus officium linguæ resoluit, quinec dum editus Christum prophetauit, salutauit, ex vtero, in columba agnouit, in deserto monstrauit. Cuius vestimentum, inquit, lanugo fuit camelorum, habitatio eremus, victus mellis & locustarum cibus.] An hæc non satis indicant verè magnum, imò maximum Ioannem non solum ab angelo & Euangelistis, sed à Christo etiam ipso prædicari? Quæ omnia sient adhuc illustriora, si varia & præclara Ioannis nomina partim à Scriptura diuina, partim ab Ecclesiastica cõsuetudine confirmata diligenter animaduertamus, eáque decem ab Honorio collecta, sic enumerantur: Ioannes dicitur vox verbi, Elias, plusquàm Propheta, Angelus, Baptista, præcursor redemptoris, præco iudicis, amicus sponsi, paranymphus, lucerna lucens & ardens. Intelligunt verò sapientes, non temerè, sed graui prorsus de causa hæc nomina de Ioanne celebrari, & ad comprobandam illius excellentiam momenti adferre plurimum, si ritè singula ponderentur.

Serm. 22.

Augustin. sanctus Ser. 22.

Bernard. de excel. Ioan. Bapt. vbi supr.

Orat. 2. in Ioan. Bapt.

Orat. de laud. Ioan. li 5. Epist.

Lib. de ortu & obitu sanctorum cap. 71.

Verum

Qualẽ Brentius depingat Ioannem in carcere positum.

Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9. In c. 4. Matt.

Psal. 129. Psal. 142.

Verùm has tantas Ioannis laudes, nescio si quisquam magis obscuret atque corrumpat, quàm Brentius, vbi de Ioanne in carcerem coniecto suam sententiam dicit. *In afflictionibus Ioannis, inquit, ostenditur etiam seria ira Dei aduersus peccata. Et si enim Ioannes donatus est Spiritu sancto in vtero matris, & accepit remissionem peccatorum per Christum, ac duxit vitam obedientissimam, tamen gestat adhuc peccatum, in quo conceptus & natus est in carne sua. Quare necesse habet crucem sustollere & affligi, vt admoneatur de reliquis peccati sui, & cogitet illud Psalmi: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Et: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificatur in conspectu tuo omnis homo viuens. Itaque cum Ioannes in vinculis fuit, non dubiũ est, quin in animo suo tale quid cogitauerit: Et si Herodes iniustè me affligit, nec meritus sum talem pœnam in humano iudicio, tamen ô Domine Deus meus, si tu velles de me secundum iustitiam legis tuæ iudicare, non sufficeret hic carcer & squalor eius, sed necesse haberem comici in perpetuum carcerem inferni.* Quis verò pius nõ miretur, adeóque non stomachetur, cùm tàm impuram prorsúsque contumeliosam in Ioannem censuram audit, secúmque ritè perpendit: Quòd si vir ille sanctissimus enorme crimen aliquod, sicut Dauid adulterij & homicidij reus, perpetrasset, an nõ durè satis & inclementer exceptus, & ab isto seuerissimo iudice castigatus meritò videretur? Coniectus est in carcerẽ vir ab omni purus crimine, & innocentia summa cõspicuus, sibique semper optimè conscius, quem non solum populus vniuersus, sed Herodes etiam tyrannus, virum iustum & sanctum esse ducebat, vt idcircò illum etiam reuereretur, sicut Marcus ostendit. Sed enim quis homo doctus vnquam vel scripsit, vel exisitimauit, hanc vincti Ioannis afflictionem, cui causam incesta, & innocui sanguinis sitibunda pellex Herodias dederat, ex ira Dei proficisci, vel propter ipsius Ioannis peccatum vllum infligi, eámue cum metu vel angore trepidantis conscientiæ esse coniunctam: Nihil sanè mirum, si piæ multorũ aures & mentes ad hanc atrocem Brentij criminationem exhorrescant, & de hac atroci quæ Ioanni irrogatur, iniuria doleant vehementer. Verùm age vt sanctissimo viro tàm indignè tractato & dirè vexato patrocinemur, hãc noui Aristarchi censuram paulò pressiùs hic excutiamus.

Luc. 1.

Brentius in Ioãne infectã do non sibi constat.

Ioannes nõ natus in peccatis, vt fingit Brentius.

Luc. 1.

Probamvs Brentij confessionem in eo quod dicat, Ioannem in matris vtero donatum esse Spiritu sancto, & accepisse remissionem peccatorum per Christum, & postquam natus esset, obedientissimam, vel vt paulò antè dixerat, sanctissimam vitam duxisse. Cum his verò pugnant sequentia, in quibus sui velut oblitus, contraria commiscuit. Si enim Ioannes donatus est Spiritu sancto in vtero matris, & accepit per Christum remissionem peccatorum, quomodo idem in peccato natus esse dicetur? quod Euangelicis etiam verbis penitùs aduersatur, quibus illum antequam nasceretur, sanctum fore Angelus promittebat. Item, qua ratione peccatum in carne gestat, & iram Dei sentit, & necesse habet propter idem peccatum crucem sustollere & affligi, & iustitiã legis extimescere, & nescio quos, inferni cruciatus, perpetuúmque carcerem deprecari, si quidem à peccatis illum Christus absoluit, ac Spiritu sancto inde ab initio tàm copiosè donauit, illúmque in vita semper obedientissima & sanctissima conseruauit? An fuit, aut esse potest quisquam, qui Spiritum sanctum & remissionem peccatorum obtinens, necesse habeat seueram Dei iram aduersus peccata experiri, & legis timere iustitiam, & non solùm in hac vita puniri, verùm etiam in perpetuum inferni carcerem deturbari? Quæ sunt igitur hæc Brentij noua paradoxa? quæ insulsa figmenta, non solùm ad Ioannis sanctimoniam labefactandam, sed etiam ad vitam & conscientiã eius, nescio cuius peccati mole atque suspicione onerandã iniquissime excogitata? Cur vir ille sanctus metueret aut angeretur animo in suo felici carcere, qui proculdubio didicerat in cruce gloriari, & sibi pro lucro deputabat, ab iniquissimis ob causam iustissimam tàm nequiter affligi, & in supremum vitæ discrimen adduci. Mallebat vtique vir fortis iniusta ferre, præsertim à tali Tyranno eiúsque nefaria pellice, quàm non iusta dicere. Sciebat non timendos esse, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quomodo illum legis timor inuaderet ac premeret, qui gratiæ spiritu imbutus, optimè cognoscebat, his qui sunt in Christo Iesu, nihil esse damnationis, & vbi Christi regnaret spiritus, illic quoque libertatem & securitatẽ summam adesse, mortémque Dei amãtibus non formidabilem, sed optabilem prorsus videri? Quod alius Christi amore flagrans discipulus posteà dixit, ad se quoque ille pertinere iam ante putauit: Certus sum, quia neque mors neque vita, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesv Domino nostro. Quàm verò iram Dei aduersus peccata sua persentisceret aut reformidaret is, quem paulò pòst nihil in vita peccasse docebimus, & cui non solùm famæ publicæ, sed & conscientiæ propriæ testimonium optimum atque firmissimum suppetebat? Iam cur iudicium Dei & carcerem inferni proponeret sibi, qui regnum cælorum etiam scelestissimis hominibus, modò pœnitentiam agerent, certissime pollicebatur? An de iustitia Dei & meritis peccatorum pœnis cogitationes in animo tristes volueret, qui præterquàm quòd nullius omnino peccati, si Patribus creditur, sibi conscius, & in omni virtutum genere constanter exercitatus esset, multas grauesque in Domino gaudendi & exultãdi causas habebat? maximè verò quòd fidus ipse sponsi amicus audiret, quæ de Euangelij messe succrescente, déque desiderato successu operum Christi lætè nunciarentur. Hinc meritò ille gratulabũdus in hanc vocem prorumpit: Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Quàm verò pulchrè concludit: Illum oportet crescere, me autem minui.

Ioannes quomodo affectus fuerit in carcere.

Galat. 6.

Matth. 10.

Rom. 3. 2. Cor. 3.

Rom. 8.

Lætus non tristis vel afflictus Ioãnis animus fuit in carcere.

Matth. 3.

Ioan. 3. Matth. 11. Luc. 7. Ioan. 3.

Ob qvam sui diminutionem, vt sic loquar, vir tantus haud dubiè tum sibi, tum Christo, tum Ecclesiæ gratulabatur. Sibi, quòd cum perfectè humilis foret, minore in precio haberi & contemni ab omnibus desideraret: Christo autem quòd nihil in terris haberet antiquius, quàm illius Euangelij, regnum & gloriam longè latéque propagari. Demum Ecclesiæ, cuius incrementum & successum ex nulla re, magis quàm è Christi capitis sponsique sui exaltatione pendêre sapienter intelligebat. Postremò qui ambulabat in via Domini immaculã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus, qui ingrediebatur sine macula, & operabatur A semper iustitiã, qui non solũ ab omni peccato, sed etiam ab omni specie mali abstinens & immunis, bona coram Deo & hominibus prouidebat, cur quicquam metueret sibi, vt vel tẽporario, vel perpetuo carcere dignus iudicaretur? Quem ego quidem crediderim lætum illum optasse & excepisse diem, quo de conspectu flagitiosorum hominum ablatus, & rebus humanis exemptus, puram animam dilecto reddidit creatori. Laudatur Ambrosius, quòd cùm moriturus ab amicis admoneretur, vt longiora viuendi spacia sibi à Deo precibus obtineret, hanc præclaram ediderit vocem: Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere: nec timeo mori, quia Dominum bonum habemus.] Ac tantò quidem rectiùs hoc ipsum diceret Ioannes in suo carcere, quantò longius sanctitate præibat Ambro- B sium, quantóque sciebat certius, bonorum laborũ gloriosum esse fructum, & quantò demum sinceriùs desiderabat immarcessibilem illam iustitiæ coronam, quæ sanctissimis eius laboribus à iusto iudice parabatur.

Probabile est Ioannem optasse magis quam timuisse mortem. Paulinus in vita Ambrosii.

Ambrosii morituri sententia.

Sapient. 3.

2. Tim. 4.

Non est interim obscurum, ex quibus fontibus aut potius laçunis hanc suam commendationem hauriat Brentius, dum inhumanus hospes Ioãnem in carcere tàm immaniter tractat. Primùm fingit in illo, sicut in renatis etiam omnibus, post acceptam gratiam peccatum originis remanere: propter hoc operibus illius, quantumuis piè sanctéque cõfectis, coram Deo quidem suam manere impuritatem atque corruptionem statuit. Prætereà Ioannis imbecillitatem tantam esse somniat, vt duce spiritu legem implere, & Dei mandata seruare non possit: hinc illum legis terrore concussum fuisse, ac velut malè sibi conscium, Dei iudicium & pœnas peccatorum timuisse, haud secus profecto, quàm si atrocissima quædam scelera designasset, ob quæ nõ solum præsentis, sed etiam futuræ vitæ supplicia mereretur, adeóque inferni perpetuò carceri iustè manciparetur. Vult eundem, opinor, in omni opere bono peccasse, & quamlibet sanctè quidpiam instituisset, tamen secundum misericordiam Dei veniale, secundum iustitiam vero damnabile peccatum eo ipso perpetrasse, quemadmodum de iustis omnibus præceptor eius Lutherus ausus est asseuerare. Sed valeant tàm crassi, támque pestilentes errores, quos isti de originis peccato turpiter philosophantes inuexerunt, multique Theologi D argumentis solidissimis refutarunt. Concedamus autem isthoc Brentio, vitam Ioannis haud omni peccato caruisse, & cum sanctis aliis hoc habuisse sibi commune, vt verè dicere potuerit: Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Petierit à Deo gratiam, qui præ summa humilitate ita sese detecit, vt quamuis eximia sanctitate præcelleret reliquos, se tamen Christi ministrum indignum, & ad minimum seruitium ei exhibendum ineptum putarit. Quid ian suum hinc promouebit commentum Brentius, Ioannem scilicet præsentis iniuriæ, quam Herodes intulit, suis peccatis præbuisse causam, & charitate perfecta, quæ foras mittit timorem caruisse, mentémque illi non fuisse securam, quæ iuge cõuiuium meritò appellatur? Non defuit illi profecto virtus Nathanaelis, qui vere Israëlita, in quo dolus non esset, à Christo appellatus fuit, non cordis munditia, quæ ad Deum pure videndum prouehit: non libertas spiritus, quæ legibus non coërcetur. Cur autem & quonam modo de peccato solicitus esset, in quo, velut electissimo organo, regnabat præpotens ille Spiritus, suósque præcipuos fructus, charitatem gaudium & pacem, vberrimè producebat?

Ob quã causam Brentius Ioannem tam iniquae fingat meticulosum & anxium.

1. Tim. 1.

Lutheri paradoxa.

In assertionib. artic. 32

Psal. 18.

Matth. 3. Ioan 1.

1. Ioan. 4. Prouer. 15. Ioan. 1. Matth. 5.

Fallit autem hoc maximè Brentium, quòd carnis iudicio sanctos metiatur, & cæteris Ioanné exæquet, quem à lege peccati longè remotiorem, & Spiritu sancto inde à matris vtero pleniorem fuisse constat, vt neque necesse sit, nec deceat, ex communi regula hunc æstimare, quem etiam infantem tàm multis, támque claris dotibus & præ- *Luc. 1.* rogatiuis, vt dòcuimus, diuina bonitas liberalissime cumulauit. Errat itidem in eo Brentius, quòd sibi persuadet, quas ærumnas & afflictiones ab Herode Ioannes patitur, eas pro peccatis veluti pœnas tàm innocenti viro diuinitus imponi. Etenim piorum, vt Ioannis & Iob, afflictiones & cruces, non sunt signa iræ Dei, non pœnæ peccatorum, sed variarum potius virtutum, vt potè fidei, humilitatis, patientiæ, charitatis, fortitudinis exercitia, nonnunquã & doctrinæ testimonia, nec vulgaria, vt imagini filij Dei sese cõforment, incitamẽta, & salutares quædã ad perfectam homini sanctitatẽ, maioremque tum gratiam, tũ gloriam apud Deum consequendam medicinæ. Agnouit hoc etiam Melanchthon, cuius verba subscribam, vt Brentianum figmentum ex illis etiã, quàm vanum sit, appareat.

Cur error hoc loco Brentius.

Quę sancti patiuntur, pe non sũt pœnæ peccatorum nec- na iræ Dei.

Peculiares, inquit, *afflictiones, interdum sanctis imponuntur, vt Esaias est dissectus, Hieremias lapidatus, Ioannes Baptista decollatus. Hæ afflictiones non sunt pœnæ pro certis peccatis, sed singularia opera, in quibus Deus vult ostendere suam gloriam, Sicut & Propheta inquit: Etiam innocentes habent calicem. Et hoc pertinet disputatio Iob, qui negat se propter peccata affligi. Docet enim pios vtrumque quod propter afflictiones non sint reiecti: item quod afflictiones imponantur etiam alio consilio Dei, nec semper sint pœnæ certorum peccatorum.* Ac rursus Melanchthon alibi de Ioanne docet, eum non propter aliqua certa delicta, sed sicut prophetas, apostolos, multósque alios in confessione interfici, vt illa mors sit testimonium doctrinæ, vt constet non fuisse simulationem, quia confessionem anteferat vitæ suæ. Quam sententiã sequitur quoque Maior. Veras autem ac proprias causas, ob quas iusti sanctique viri huius vitæ calamitatibus & plurimis & grauissimis obiiciuntur (multæ enim sunt tribulationes iustorũ) Chrysostomus diligenter excussit, eásque decem in medium adduxit.

In 8. cap. Rom.

In cap. 14. Matth.

Psal. 33. Hom. 2. popul. Antiochen.

Hom. de decollat. Ioan. Bapt.

Nunc in medium prodeant Patres, qui Ioannem aduersus Brentianam insectationem defendant, eúmque doceant in suo carcere lætum, ad mortem anhelasse, & sine peccato eiusque pœna, sine ira Dei, sine metu legis vel iudicij, vt sanctissime semper vixerat, ita viuendi quoque finem perfectissimum accepisse. Chrysostomus de illo in hunc modum est concionatus: Ioannes specie homo, gratia angelus: quia nihil carnis erat in eo nisi visio sola: corpore tenebatur in carcere, anima autem in cælo. Et quod Herodes illi faciebat pro pœna, ille suscipiebat pro beneficio, & ira illius, quasi Dei misericordia fruebatur, quia verum gaudium est sanctorum exire de mundo.] Tùm paulò pòst: Sicut seruus postquàm commissi operis impleuerit pensum, gaudet ante faciem Domini sui apparere:

Patrum omnia vno modo Ioannẽ in carcere fuerit affectus, docet aliter.

Quid nos doceat Ioannis carcer & martyrium.

Ode impar in Matth. *Hom. 37.*

Læti de mortuis sanctis esse debemus.

apparere: sic & Ioãnes commissæ prædicationis ministerio consummato, lætabatur ad eum transire: & non solum de morte sua non contristabatur, sed ipsam quoque dilationem vitæ suæ pœnam putabat.] Gregorius Magnus de Ioannis quoque morte disserit, simúlque clarissime docet omnis peccati suspicionem ab eo esse tollendam, & veras causas indicat, cur ille huic indignæ neci subiectus fuerit. Ecce inquit, dum beati Iob vulnera cruciatúsque considero, repente mentis oculos ad Ioannem reduco, & non sine grauissima admiratione perpendo, quòd ille Prophetiæ spiritu intra matris vterũ impletus, atq; vt ita dixerim, priusquàm nasceretur, renatus: ille amicus sponsi: ille quo internatos mulierum maior nemo surrexit: ille sic Propheta, vt plus etiã quàm Propheta ab iniquis in carcere mittitur, B & pro puellę saltatu capite truncatur, & vir tãtæ seueritatis, pro risu turpiũ moritur. Numquid nã credimus aliquid fuisse, quod in eius vita illa sic despecta mors tergeret? Sed quando ille vel in cibo peccauit, qui locustas solũmodo & mel syluestre edit? Quid Deo vel de qualitate sui tegminis deliquit, qui camelorum pilis corpus operuit? Quid de conuersatione sua offendere potuit, qui de eremo non recessit? Quid illum loquacitatis reatus polluit, qui disiunctus longè ab hominibus fuit? Quando illum vel silentij culpa attigit, qui ad se venientes tàm vehementer increpauit, dicens: Genimina viperarum, &c. Quid est ergo, quòd Iob Dei testimonio præfertur, & tamen plagis vsque ad sterquilinium sternitur? Quid est, quòd Ioannes Dei voce laudatur, & tamen pro temulenti verbis in saltatricis præmium moritur? Quid est, quòd Deus omnipotens sic vehementer in hoc sedulo despicit, quos sic sublimiter ante secula elegit? nisi hoc quod pietati fidelium patet, quoniam idcircò sic eos premit in infimis, quia videt, quomodo remuneret in summis: & foris vsque ad despecta deiicit, quia intùs vsque ad incomprehensibilia perducit. Hinc ergo vnusquisque colligat, quid illic sint passuri quos reprobat, si hic sic cruciat quos amat: aut quomodo ferientur, qui in iudicio arguẽdi sunt: si sic eorũ vita premitur, qui ipso iudice teste laudantur.]

De perpetua Ioannis innocentia.

Quid nos doceat Ioannis carcer & martyrium.

Haec piè & præclarè admodum Gregorius, cum quibus Beda pulchrè consentit, nisi quod hoc etiam planiùs reddit, Ioannem licet peccato nulli obnoxium, & omni virtute cohonestatum, innocentem planè mortem oppetiuisse. Oramus autem lectorem, vt ne molestè ferat, si in recitandis Patrũ D verbis, quæ sanctitatem & perfectionem Ioannis oppugnatam illustrant atque defendunt, aliquanto longiores videamur. Et si, inquit Beda, principali sententia constat, quia in multis offendimus omnes, quis tamen nostrum dicere audeat, beatum Ioannem actu, vel dicto, vel habitu, vel motu peccasse? cuius austeritatem indumenti Euangelica laudat historia: cuius omne quod loquitur, aut veritati testimonium reddit, aut eos qui contradicunt redarguit: cuius opera iustitiæ qui non amabant, veneratione habebãt. Quis in eius præcordiis peccato poterat esse locus, quem & ante natiuitatem Spiritus sancti consecrauit aduentus? Quando saltem humanæ conuersationis intuitu, valuit à virtutis via vel ad modicum deflecti, qui totam à pueritia vitam solitariam peregit? Et tamen talis ac tantus vir præsentis vitæ terminum post lon-

Lib. 3. moral. cap. 5.

Admiranda Dei permissio Ioannem sanctiss. affligi in carcere Herodiano.

Beda Ioannẽ omni peccati suspicione liberat.

A gam vinculorum afflictionem sanguinis effusione susceptit. Ille qui libertatem supernæ pacis euangelizabat, ab impiis in vincula coniicitur: clauditur obscuritate carceris, qui venit testimonium perhibere de lumine, quique ab ipsa luce, quæ Christus est, lucerna ardens & lucens appellari meruit, quo in natis mulierum maior nemo est, ad petitionem mulierum turpissimarum capite plectitur, & ipso proprio cruore baptizatur, cui vocem Patris super illum audire, cui Spiritus sancti gratiam in eum descendentis videre donatum est. Sed non erat graue, imò leue ac desiderabile erat talibus, tormenta pro veritate temporalia perpeti, quæ perpetuis nouerant remuneranda gaudiis.] Quin & Augustinus Ioannem sic prædicat, vt hominem sanctum, iustum & perfectum appellet, qui per omnia Dei voluntatem fecerit, atque hoc meruerit, ne communi morte cum cæteris de seculo discederet, sed corpus quod Deo donante susceperat, Deo consecrando deponeret, ac propter opus Dei damnaretur atque occideretur. Athanasius verò aduersus Arrianos disputans, apertè pronunciat, Ioannem ab omni peccato integrum ac purum fuisse, idémque confirmat satis Beda paulò antè citatus, cùm testatur Ioannem ab omnibus vitiis & mundi illecebris, quæ statum mentis solent euertere, immúnem vixisse. Quid enim, inquit, viuenti & conuersanti inter homines poterat deesse virtutis, qui etsi vt homo in iniquitatibus conceptus est, contra morem tamen humanæ conditionis, non in delictis eum præuaricationis, sed in gratia remissionis mater sua peperit? Neque enim dubitandum est, quin Spiritus sanctus, qui eum repleuit, etiam à peccatis omnibus absoluit.] Vnde fit perspicuum, à vero procul aberrare Brentium, qui Ioannem in peccato natum, & peccatum in carne gestasse scribit, talémque depingit, velut is ob sua peccata timuerit, atque vel in carcere, vel in morte trepidarit. Quid autem hoc est aliud, quàm de summo sapientissimóque viro abiectissime indignissiméque cogitare, & nescire quidem id quod recte admonet Metaphrastes, si vllius alterius hominis, certe Ioannis vitam in terris cælestem ac diuinam potius quàm humanam fuisse: cuius rei gratia nobis Euangelistæ proponant admirandam eius mensam, singulare tem vitæ rationem, & mentem Prophetæ valde sublimem. Tanquàm enim qui é cælo venisset, sic terram obibat, corporis tanquàm superuacanei fere nullam curam gerens, hymnis & precibus assidue deditus, ad Deum mente sublatus, & Deum solum pure contingens.] Quamobrem ab Eusebio etiam Emisseno dictum est: Sicut vas plenum balsamo, admixtionem liquoris alterius respuit, & penitus excludit: ita in eũ nihil secularis maculę introire poterat, in quo sanctificationis plenitudo regnabat.]

Ioan. 5. Matth. 11. & 14. Matth. 3.

Ioanni graue non fuit pati ac mori in carcere.

De natiuit. Ioan. serm. 4.

Lib. 4. contra Arrianos.

Serm. in vigilia Ioan. Bapt.

Patres Brentio reclamare & Ioannis innocẽtiam perpetuam tueri.

In encomio Ioan. Bapt.

Serm. 1. de Ioan. bap.

Iam vero de Centuriatorum sententia dispiciamus, qui Baptistæ nostri præstantem integritatem & admirabilem sanctitatem adeò nõ probant, vt illi etiam vitio vertant, quod summa cũ laude ab eo fuit pronunciatum. Vt enim Christi præstantiam, & maiestatem incomparabilẽ declaret, Ioannes in seipso, qui tũc summus ab omnibus habebatur, exemplum statuit, atque in hunc modum de Christo publice disseruit: Qui post me vẽturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, vel quod Lucas refert: cuius non sum di-

Quomodo Cẽturiatores Ioannẽ ab imperfectione nouerint.

Matth. 3. Luc. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.1.

gnus soluere corrigiam calceamentorum eius, aut A quod perinde valet secundum Ioannem: Non sum dignus, vt soluã eius corrigiam calceamenti. Quod Ioannis dictum sic interpretantur Centuriatores, vt inde probent, in Ioanne peccatum, & nescio quã imperfectionem hærere. De Apostolis alibi respõdebimus, quorũ isti peccata & imbecillitates eadẽ arte & curiositate in Scripturis vndique perue-

De Ioannis dicto: Nõ sum dignus &c. Luc. 1. 1. Tim. 1. 1. Cor. 15. In Ioannem lib. 1. ca. 26.

stigant, vt sic etiam sanctissimum Apostolorũ collegium obscurare, & quasi sordibus quibusdã deturpare possint. Verùm de Ioanne hoc responsum volumus, singularem eius virtutem ex proposita sententia non magis extenuari, quàm Deiparæ virginis & Pauli Apostoli laus inde labefactetur, quòd illa in Dei mãtrem electa, se ancillã Domini nuncuparit: hic se primum & præcipuum peccatorem, B ac Apostolorum quidem nomine indignum aliquando pronunciarit. Putat Cyrillus à Ioanne hæc asseri, vt exemplo suo Pharisæos corrigat, & ab arrogantia ad humilitatem traducat. [a] Origenes, [b] Chrysostomus & [c] Euthymius locum sic interpretantur, vt Ioannes neque inter vltimos ministrorum Christi annumerari, nec infimum quoddã ministerium se Christo exhibere dignum profiteatur, præsertim cum corrigiam calceamentorum cuiusquam soluere, vel alterius calceamenta portare tale sit munus, quale vilissimis etiam seruis conuenit. Sic verò ille tàm sanctus, quàm modestus tùm prædicat, tùm reueretur naturæ in Christo diuinæ sublimitatem, in cuius collatione gentes omnes quasi stilla situlæ, & quasi momentum statéræ, vt à Propheta dictum est, reputantur. Tanta Ioanni cura tàm sincerum studium fuit, vt cum maxima sui ipsius extenuatione gloriam Christi celebraret, ac publice promoueret. Hilarius & Ambrosius Ioannẽ in hoc sermone sic intelligunt, vt ad Apostolos respexerit, seque illis etiam, & non Christo tantum, fecerit inferiorem. Vnde illud etiam à Ruperto scriptum est: Ipse ita iudicando, ita non quæ sua sunt, sed quæ aliorum erant considerando, & superiores sibi futuros Apostolos arbitrando, regulam custodiebat sanctæ & veræ humilitatis, semetipsum deprimens, tanquam minor esset omnibus illis. Sed numquid ita iudicabat Dominus iudicij? Nequaquam, sed, Amen dico vobis, ait, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.] Chrysostomus præsens Ioannis exemplum proponit omnibus, vt à superbia homines deducat, D ad submissionem adducat. Si Ioannes indignus, ait, qui corrigiam solueret, Ioãnes inquam, quo maior inter natos mulierum non surrexit, quo nos loco ponemus? Si is qui terrarum orbi æquiparatur, imò qui maior est (non enim, inquit, erat his dignus mũdus) ne inter vltimos quidem ministros connumerari se dignum dicit, quid nos innumerorum scelerum pleni dicemus, qui tantò Ioanne sumus inferiores, quantò terra minor est cælo?] Eodem ferè modo Augustinus hunc locum explicat, simúlque ministrorum elationem retundit, qui se suúmque ministerium efferunt, & nescio quid præ cæteris videri volunt. Illud certò constat, quo Ioannes de seipso & sensit & dixit modestius, eò magis illũ exaltatum, & à Christo prædicatum fuisse, vt verum hîc quoq; cernatur illud: Qui se humiliat, exaltabitur. Nec tamen erraſſet Ioannes, sed Augustino teste, multum sese humiliasset, si rem minus extenuasset, seque digniorem fecisset, sermonẽ hoc modo temperans: Ille venit post me, qui ante me factus est, cuius tantũmodò corrigiã calceamenti dignus sum soluere. Quando autem nec ad hoc dignum se dicit, verè, inquit ille, plenus Spiritu sancto erat, qui sic seruus Dominum agnouit, & ex seruo amicus fieri meruit.] Insignis igitur hic locus est ad Ioannis virtutem non extenuandam, vt insciter simul & improbè docent Cẽturiatores, sed ad cõmendandam potiùs, omnibúsque seculis venerandã. Nihil enim humilius ipso præcone, vt itidem Augustinus affirmat: nullum tantum meritũ Ioannes habuit, quàm de ista ipsa humilitate, præsertim cùm posset fallere homines & putari Christus, & haberi pro Christo.] Nec temerè notauit Ambrosius Ioannem tribus veluti gradibus, nimirum humilitate, abstinentia & fide, ad summam illam sanctimoniam peruenisse, omnésque alios docuisse, vt iisdem gradibus ad immortalitatem ascendant.

Esaiæ. 40.

Matth. 11. In Ioannem Homil. 15.

Hebr. 11.

In Ioannem tract. 4.

Luce. 18.

Atque hæc satis esse putamus ad iniquã prorsus & petulantem tùm Brentij, tùm Centuriatorũ sententiam coarguẽdam, qua illi singularẽ Ioannis innocentiã ac sanctimoniã excellẽtem, nescio quibus notis & sordibus peccatorum aspergunt, dum fateri nolunt, ac tacitè inficiari student, virũ in hac vita perfectum eum olim extitisse. Etsi enim fatemur, non eam virtutis ac sanctitatis perfectionẽ in illo fuisse, quæ quidem Christo, quæ Angelis, quæ Beatis omnibus competit, (nam qui minor, adeóq; minimus est in regno cælorũ, maior etiam Ioanne ac perfectior dici potest) tamẽ constãter asserimus, inter spirituales, sapiẽtes atque perfectos alios quẽadmodum Paulus eximiè iustos hîc viuẽtes appellat, Ioãnem vel maximè numerari: & nullum inter natos mulierũ ad maiorẽ mortalis vitę perfectionẽ vnquam peruenisse testamur. Garriant nouatores more suo de natura hominis planè corrupta, quæ nihil nisi peccatũ possit producere: extenuẽt Christi gratiam renatis in Baptismo amplissimè cõmunicatam: fingant diuinæ legis impossibilitatẽ: sit illis vita iustitiáque sanctorum semper sordida & contaminata: tribuant illis quãlibet repugnãtibus vim effectúmque peccati, ac demum homines quamuis impuros & iniquos, vestiant, tegãt, nescio quo modo Christi iustitia duntaxat externa & meræ imputatiua. Has & alias istorũ inanes chimæras, quas nũquàm agnouit, numquàm probauit Ecclesia, vnus ferè Ioannes dissipat, qui Christi spiritu non minùs mirabiliter quàm abũdanter imbutus, natiuitatem ipsam vera sanctitate præuenit, in quo concupiscẽtia peccatum consummatum & generans mortem nũquàm peperit: in cuius mortali corpore peccatũ tẽpore nullo regnauit: qui dilatante cor ipsius Spiritu sancto, viam mandatorum Dei velut inoffenso pede percurrit: qui peccato planè mortuus, nunquàm nõ iustitiæ vixit, vitámque suam cũ Christo in Deo absconditam habuit: qui omnibus diebus vitæ suæ in sanctitate & iustitia Deo inseruiit, in omnibus mandatis & iustificationibus Domini cõtinenter incedens: qui demum sicut ante mundi constitutionem in hoc à Deo prædestinatus, & à Christo electus erat, in conspectu Dei sanctus & immaculatus plenúsque Spiritu sancto & operibus bonis, & pro huius quidem vitæ ratione in charitate perfectus sic extitit, vt vetus elogium si in vllũ sanctum alium, certè in Ioannem nostrum vel maximè

Eccles. 44. 4. Reg. 20 3. Reg. 15. 2. Paral. 15. 2. Paral. 22. 4. Reg. 23.

ximè competat: Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. An verò quisquam erit tam impudens, qui dicat, Ioannem fuisse vnquam rege Ezechia inferiorem? Is bona conscientia Deo testatus est, se coram eo ambulasse in veritate cordeque perfecto, & opera illi grata fecisse. Si diuinæ Scripturæ credimus, erat cor Asa regis cũ Domino Deo suo perfectum cunctis diebus eius: & Iosaphat quæsiuit Dominum in toto corde suo. & similis illi rex non fuit, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moysi, neque post eum surrexit similis illi. Quis ergo dubitare possit, inter iustos & perfectos alios, qui legem obseruasse, ac Deum perfectè coluisse in Scriptura dicuntur, Ioannem multò iustiorem, & in præstanda lege Deoque colendo perfectiorem, atque adeò inter natos omnes mulierum vera sanctitate omnique virtute maiorem claruisse?

Patres de Ioannis præstãti & singulari dignitate palam testantur.

Proinde nec possumus, nec debemus ab illis Ecclesiæ columnis auelli, quæ nobis veritatem Euangelicam de præcellenti dignitate Ioannis fulciunt atque confirmant. Quis, vt Bernardi verbis vtamur, sic glorioſe annũciatus est? quis ita specialiter in vtero matris Spiritu sancto legitur fuisse repletus? Quem legistis intra matris vterum exultasse? Cuius natiuitatem vidistis celebrari in Ecclesia Dei? quis sic eremum concupiuit? quis ita sublimiter legitur conuersatus? quis pœnitentiam & regnũ cælorum primus ostendit? quis baptizauit regem gloriæ? cui testimonium tale perhibuit veritas? quẽ sic honorauit Ecclesia? Vide, si non omnia hæc ita singulariter sint singularia, vt nullus mortalium prædictis audeat inhiare.] Non repetemus iam antè citatas Patrum sententias, qui sunt omni exceptione maiores, sed ex illis pauca quædam summatim excerpemus. Ambrosius clarè pronunciat: Baptistam esse, qui cunctos præcellat: & omnes ex muliere natos illo statuit inferiores. Idem à Nazianzeno super omnes mulierum natos extollitur. Cyrillo nulli est pietate secundus, qui ad virtutis peruenerit apicem. Eusebius illum humanis meritis superiorem facit. Maximus dicit, à Christo cunctis mortalibus anteferri. Augustinus faretur, nihil eo maius in genere humano existere, in Ioanne hominis excellentiam vel maximam reperiri: solum Deum eo esse maiorem. Chrysostomi demum sententia, solus Christus Ioanne prior est, omnibus autem sanctis maior Ioannes. Neque tamen ignoro, alicubi sic loqui Patres, sicut & citata modo testimonia quædam indicant, velut Ioannes sanctis omnibus non absolutè præferatur, sed quòd nullus eo fuerit maior; quasi quosdam de Prophetis & Patriarchis æquales habere potuerit, sanctisque nonnullis non tam præferatur, quàm exæquetur. Quem sensum nos minimè quidẽ aspernamur, etsi plures reperiamus authores, qui, vt probauimus, Christi verba generatim accipiant, & inde Ioannem sanctis omnibus anteponãt. Verũ aduersus nouatores hoc improbamus maximè, quod illi obtinere conantur, præsens Christi de Ioanne præconiũ, non ad vitæ sanctimoniã & personæ dignitatem, sed ad officij seu ministerij Prophetici prærogatiuã solummodo referri oportere. Atque hac solũ ratione maiorẽ eum faciunt Moyse, Prophetis, regibus, Sacerdotibus, tẽplo, loco &

De excellẽt. Ioan. bapt.

Etiamsi Ioannes non esset reliquis omnibus sanctior, tamẽ nouatores hîc male docerent.

A omnibus, qui Ioanni debeant plenè credere, & eũ audire, vel perire, vt rigidus interpres Lutherus audet velut ex tripode pronũciare. At verò meliore fide docent Patres, Christum hîc non ad nudũ Ioannis testimonium & præcursoris officium respexisse, sed & gratiæ iustitiæq; & sanctitatis magnitudinem illi tribuisse, & idcirco sanctis præcedẽtibus Ioannẽ rectè conferri posse atq; præponi.

Scil. breuiusin cap. Matth. 11.

Quare contemnendus est potius, quàm confurandus error Sarcerij, qui ne parum deliret, Ioãnem negat maiorem dici coram Deo, & solùm ob prærogatiuã in carne, vt ille loquitur, reliquis eũ præstare cõcedit. Quid verò hîc homo per carnalem vel in carne prærogatiuam sibi velit, non explicat, & vix nobis liceat diuinare. An generis vel parentum nobilitatem intelligit? Sed multi certè hoc modo Ioanne clariores & illustriores fuêre, præsertim è stirpe progeniti regia. An Propheticum in eo munus vel officium præcursori assignatum in carne vel dixit cũ Sarcerio, vel intellexit? Quicquid ex bonis fortunæ vel corporis fingi, & homini tribui potest, id ad aliquam in carne prærogatiuam fortasse quis referre contendet. Sed nihil minus Christo venit in mentem, aut in vsu esse soler, quàm vt ab his vanis, fluxis, momentaneis & ad carnem, sæpè etiam ad impios pertinentibus rebus quas adeò ille non laudat, vt eas contemnere magis quàm desiderare doceat, Ioannem ornet ac celebret. Laudãt quidem [a] Petrum, [b] Nathanaẽlem, [c] Cẽturionem, [d] Magdalenã, [e] Cananæa & pauperẽ viduam: laudandi verò argumẽtum à virtutibus & rectè factis petit. An verò eam demũ intelligi vult prærogatiuã Sarcerius, quòd Ioãnes corã hominibus celebris haberetur, & partim ob vitæ seueritatem, partim ob doctrinæ præstantiã, præclarũ sibi nomen vulgo cõparasset? At ne sic quidẽ vel dici, vel existimari rectè potest, quòd ille singularẽ in carne gratiã obtinuerit, cùm varias ob virtutes alij clarissimi viri nõ solũ apud Iudæos, sed etiã apud ethnicos nominis existimationẽ, & authoritatẽ, & gloriã immortalẽ sibi pepererint: qui fortasse Ioãne nec obscutiores, nec inferiores plurimis visi fuerint. Quare nisi me fallit prorsus opinio, ne seipsũ quidẽ intelligit Sarcerius, cùm Ioannẽ non aliter quã propter gratiã & prærogatiuã cum carne coniunctã, censet à Christo commendari. Cæterũ qua procacitate, & insulsa prorsus interpretatione Ioãnis laudem hîc homo impurus obscurat ac supprimit, eadẽ quoq; Christi matrẽ & virginẽ illã sanctissimam, de qua sequenti libro tractabimus, audet commaculare. Sed mali corui, vt dici soler, malum ouum. Confirmat nimirũ Sarcerius, quod à Luthero impiè prorsus est traditum: *Sumus pares matri Dei, & æque sancti sicut illa, nisi quod non possumus gignere Dei matres, sicut illa fuit.*

Ioannem non præferri aliis ob prærogatiuam in carne contrà Sarcerium.

Lutherus in Deiparam impius. Serm. de natiuit. B. Virginis.

Reiectio tertiæ obiectionis.

Cogitanti verò mihi, cur isti tantoperè vrgeant, vt Ioannes propter officiũ duntaxat à Christo laudari videatur, duæ potissimũ causæ offerunt sese. Primum arrogãtes homines hinc sibi placere possunt, & fortasse volunt velut æquè communem cum Ioanne laudem habeant, quemadmodum in Euangelio prædicando munus cum Ioãne sibi commune esse arbitrantur. Habẽt igitur ex hac interpretatione vnde placeãt, & blãdiantur sibi omnes noui Euãgelij doctores & concionatores,

Duas ob causas Ioannem à nouatoribus laudari ratione ministerij tantum.

a Matth. 16. b Ioan. 1. c Matth. 7. & 26. d Luce 7. e Matth. 15. f Luce 21.

a In Ioannẽ tom. 8. b Homil. 18. in Ioannem. c In 3. cap. Matth.

In Matth. cap. 2. In Lucam. lib. 2. In 3. cap. Matth.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui ratione ministerij cum Ioanne, & in Ioanne se aliis videntur anteponere, adeoque à Christo ipso omnibus se præferri, possunt gloriari. Nam & Lutherus prædicat, summum & præstantissimum fidei opus esse, vt alter alterum in verbo eruditat: & Bucerus testatur, veros Prophetas præstare omnibus, quòd omnium diuinissimo beneficio homines afficiant. Et quod longè absurdius, atq; Ioanne prorsus indignum est, illo ipso maiores, illique præferendos esse dicit istos, qui gratiam Dei seu Euangelium sincerè annunciant in Ecclesia, imò ex his neminem tam abiectum esse, qui non sit maior Ioanne, quia plenius & potentius atque perfectius quàm Ioannes Christum doceat. En quàm insolenter isti sese aliosque purioris, vt vocant, doctrinæ ministros efferunt, penes quos tantùm veram Euangelij prædicandi & illustrandi gloriam esse falsissimè putant. Rursus verò quàm viliter & abiectè de Ioanne sentiunt, qui cùm sit sacro veritatis ore, & ab Euangelistis omnibus vel maximè commendatus, omnibusque Prophetis antepositus, tamen à Bucero vilissimis & abiectissimis quibusque Euangelij tractatoribus, ne dicam blateronibus, posthabetur. Quid autem hoc ipso contra talem tantumque virum, & omnium summorum concionatorum & doctorum facilè principem aut insipientius, aut petulantius potest adferri? Est ne hoc sanctissimo & omnium gentium linguis celebratissimo viro debitam laudem tribuere, & Christi verbis consonare? Sed prudens omitto disputationem, quæ hoc loco non adeò videtur necessaria, quomodo Ecclesiæ Catholicæ minister cum Ioane comparari, ac ei aliqua ex parte præponi rectè possit, si rem totã religiosius expendamus.

In Dominicam 22. post Trinit. In cap. 3. Matth.

Subdolè cauent aduersarij, ne aliquid concedant iustitiæ inhærenti.

Rom. 3. 1. Tim. 1. Colos. 3.

Iustitia imputatiua æqualis omnibus credentibus affingitur à Sectariis.

Rom. 5.

Luc. 1.

Nvnc alteram causam aperiamus, quæ istos permouisse potuit, vt nullam Ioanni præstantiam nisi ratione officij cõcedant, neque Christi verbis conceßam esse interpretantur. Saluum enim sibi constare cupiũt dogma, quo nihil habent charius, magisque tritum, de iustitia videlicet imputatiua, & cum ea coniungi nolũt iustitiam, quam in scholis vocant, inhærentem ac infusam, quæ in piis habet non modò gradus & progressus quosdam, verum etiam exculta perfectionem atque excellentiam adfert singularem, præsertim cùm plenitudo legis, & finis præcepti, & vinculum perfectionis charitas, in illorum cordibus eximiè flagrat & regnat. Iustitiam verò imputatiuam, quam isti charitate destituti nunquam non fabricant, æqualem faciũt in credentibus omnibus, quibus Christi iustitia & meritum gratis per fidem applicetur, vt hinc non magis Ioannes, quàm sanctorum quilibet iustus, sanctus ac perfectus possit existimari, Proinde cùm iustitiam renatis omnibus inhærentem adimant, quicquid tandem doceat Paulus de charitate in cordibus nostris per Spiritum sanctũ diffusa nihil pro sua quidem causa cõmodius fingere potuere, quàm vt Christi de Ioanne præconium ad externum eius munus ac officium solummodo detorquerent, sanctitati autem personæ nec tantillum relinquerent. Quid autem hoc est aliud quàm quod astutè taciteque negant, Ioannem verè magnum, in iustitia & sanctitate coram Deo apparuisse, aliisque piis piorum ætatum omniũ præluxisse? quemadmodum è verbo Dei & Patribus demonstratum est. Reuera isti vel inuidẽt, vel eripiunt suam Ioanni gloriam, quam Christi calculo meruit: tùm quicquid in illius vita præcellens exstit, studio quodam obscurant & opprimunt, vt agnosci nolint gratiæ & sanctitatis eius excellentiam, quam diuinitus acceptam, inde à matris vtero illæsam integramque seruauit, quam & nouis virtutum profectibus cumulatiorem indies illustrioremque reddidit, quam demùm & incredibili diuinæ charitatis ardore tùm in vita, tum in morte sancta eò vsque perduxit, vt ne cogitatione quidem possimus assequi, ad quanta virtutis & perfectionis omnis fastigia vir ille semper innocens, & in via Domini immaculatus, diuinoque spiritu inde ab infantia plenus, tandem peruenerit. Non explicant quidem Euangelistæ, sed prudentibus illud necessario cogitandum relinquunt, nihil de Ioanne vulgare, sed si de vllo mortali alio, summa quæque sentiri & iudicari oportere. Scribit Nilus de Ioanne, viro quodam eximiæ sanctitatis, qui Parui cognomen inuenit, eum in summa quiete mentis, in orandi studio, in diuinis colloquiis immotum perstitisse, neque ab hac tanta contentione quicquam remisisse, tametsi dæmon in specie circumplicati draconis coram astaret, ac in illius faciem vomeret, corpusque mandaret. Narrat de alio etiam Ioanne, quem dæmones afflixerint grauiter & oppugnarint, sed qui efficere non potuerint, vt illum ab orationis diuinæque contẽplationis feruore maximo reuocarent. Quid igitur de Ioanne nostro æstimare par est, quem superioribus illis, ac anachoretis omnibus longè præstitisse nemo sapiens vnquam negabit? Quos ille diuinos non sensit ardores? quæ subinde non spectauit lumina? quas infestantium dæmonum copias non superauit? quis vel crebriora, vel suauiora cum Deo vnquam miscuit colloquia? O quã illius oratio pura, quàm tranquilla, sublimis, seria, ardẽs atque continua, Deoq; & Angelis eius semper accepta? Ita sit propitius mihi Deus, ita me Ioãnes amet mihique faueat, vt ex immenso virtutum & donorum aceruo, quibus ille suum animum ornatissimum habuit, partem vel minimam ad huius animulæ meæ qualemcunque tum illustrationem, tum sanctificationem assequi possim. Verè profecto dixit Bernardus: Lætantur Angeli, & vtriusque naturæ vniuersitas admiratur, hominem sic ingressum abyssum luminis, & intra interna diuinitatis absorptum, vt ipsam reuerberet aciem Angelicæ puritatis.] Fatetur & Chrysostomus, Angelicã viuendi perfectionem in Ioannis corpore fuisse seruatam, qui glorioßor fuerit, quia homo, & propter virtutis meritum Angelus vocatus sit, quàm si nomine Angelus & natura fuisset, propterea quòd humana natura Angelicam superauerit sanctitatẽ, & quòd non habet natura, sd per Dei gratiam obtinuerit. Adiungit & illud: Quantum præ cæteris Prophetis Ioannes in tempore iuxta Christũ, tanto iustitia præ illis proximior erat Christo.]

Ioannis gloriam & excellentem sanctitatem à nonnullis obscurari.

Ioannem virtute & sanctitate præstitisse.

Exalios sanctorum exemplum gi, quàm Ioannis sanctitas Ioannem superauerit.

Comparationem non esse instituendam inter sanctos.

Lib. de vir.

Ioannem cæteris sanctissimum vita comprobatum.

Ioannis in gremio sanctum Bernardus, Chrysostomus, Augustinus, Seruatum cælestibus.

Hom. operis imperfecti in Matth.

Nostra cum Ioannis non temeritatis & insolentiæ, sed humilitatis & reuerentiæ.

Aug. de S. virginit. Lib. de fide ad Petrum.

Qvid verò isti de Ioanne præclarè sentirẽt, qui in hoc crasso versentur errore, quem olim, vt par erat, in Iouiniano damnauit, ac etiam nunc dãnat Ecclesia? Negabat ille sanctos tùm in gratia, tum in gloria inæquales esse, alios que aliis illustriores & perfectiores reperiri. Quod falsum & pestilens dogma minore nunc negotio potest euerti, cum sit olim ab Hieronymo fortissimè disiectum atque

dissipatum. Is inter multa, quæ citat è Scripturis exempla huc propriè spectantia, sic etiam de Ioanne ratiocinatur: Ipse quoque Ioannes, quo maior non fuit inter natos mulierũ, parentibus suis, melior. Non enim solum hominibus, sed & Angelis testimonio Domini comparatur. Et tamen qui cũctis hominibus erat maior in terra, nimirum in regno cælorum minor fuisse perhibetur. Quid mirum, in collatione sanctorum alios esse meliores, & alios inferiores, cùm è contrario in collatione peccatorum hoc intelligi possit?] Probat hoc etiã Augustinus ex verbis Euangelicis: Omni habenti dabitur & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Probat & post alios Theophylactus ex eo, quod Christus de semine in terram iacto per parabolam disserit: facit enim hoc fructum, aliud quidem centesimũ, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum. Variæ, inquit, virtutis species sunt, varij & qui proficiunt.] Probat rursus ex Lucæ parabola, quæ seruo pro suis meritis plures & pauciores ciuitates assignat. Atque huc pertinet, quod [a] Cyprianus, [b] Hieronymus, [c] Augustinus, [d] Theodoretus Christi dictum de multis in patris regno mansionibus, & Pauli locum illustrem de differenti stellarum in cælo claritate sic explicant, vt diuersa credentium & merita, & præmia illic intelligantur, alios vtique aliis non solum in Ecclesia militãte iustiores, sed in triumphante itidem beatiores esse cognoscamus. Etsi verò libere agat Deus, nullique gratiam debeat, & omnia quæ vult, cum omnibus & singulis pro nutu suo faciat, cui etiam resistere nemo possit, qui nec respiciat quenquam in his, quæ ad prædestinationem & iustificationem hominis pertinent, vt solum cui vult misereatur: tamen sic vitam est summæ illius prouidentiæ, vt aliter atque aliter agat cum mortalibus, & non solum fidei, sed & operum meritorumque humanorum rationem habeat singularem. Non est ille quidem personarum acceptor ex Iudæorum æstimatione, qui Deum suæ tantum genti propitium esse fingebant, neque iuxta communem hominũ consuetudinem, imò & prauitatem, qui sæpe malos bonis, & res deteriores potioribus iudicando præponunt. Sed in omni gente, vt Petrus dixit, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Respexit igitur non ad impium Cain, sed ad iustum Abel eiusque munera. Atque hoc est quod Ambrosius dixit: Apud Deum nulla discretio personarum est, nisi morum & vitæ, vt homines vnius fidei meritis distinguantur, non personis.] Tum alibi: Acceptor personarum Deus non est, sed meritorum, atque virtutum.] Quin & Æpinus vt Lutheri fidus Achates, ita infensus hostis Ecclesiæ, hoc nobis largitur: *Deus tum personam, tum opera piorum respicit, probat & acceptat ideo personæ Euangelicam promissionem & operibus sine iustitiis legis remuneratione pollicetur, & propter promissionem suam præmiis ornat tum personam, tum opera bona vniuscuiusque hominis pij.* Nec obscure quidem Scriptura commonstrat, alium alio gratiorem Deo, & iustiorem atque sanctiorem esse putandum, vt quædam in illis dignitas inæqualis necessario constituatur. Hinc Noë vir iustus atque perfectus, qui cum Deo ambulauit præ cæteris omnibus coram Domino gratiam inuenit, eiusque filij propter parentem iustiorem, inundante omnesque obruente diluuio, liberantur, & à Deo benedicuntur. Loth iustus propter Abraham Deo chariorem & familiariorem, à cõmuni nefandarum vrbium subuersione immunis ac liber euadit. Isaac propter singularem patris, Abrahæ nimirum, obedientiam, quæ summè laudata est, diuinam accipit benedictionem. Moyses Deum iratum sæpe aliis reconciliauit, meritas pœnas auertit, & immenso populo, qui summo se crimine obligauerat, peccanti gratiam amissam recuperauit. Demum Paulo ducentas & septuaginta sex animas ita donauit Deus, vt ob illius gratiam præsenti naufragio eriperentur, & incolumes portum tenerent. Nunquid verò is cui donãtur, & qui donantur, vnius meriti sunt, vt verbis Hieronymianis vtamur? Rectè igitur ac præclarè Synodus Thelensis, Ambrosio etiam suffragante, inæqualia iustorum merita simul & præmia confirmauit, & in hũc modum definiuit: Agrestis vlulatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinẽ cõseruare, promiscue omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & pauperta tem quãdam cæleitium remunerationum inducere, quasi Christo vna sit palma, ac non plurimi abundent tituli præmiorum.]

Sanctos alios aliis digniores & beatiores esse.

Tract. 74. in Ioannem. Matth. 5. Cyprian. de disciplina & hab. virg. Hieron. li. 2. contra Iouinianum. In 15. cap. Matth. Luc. 19. ab Vbi supra.

[a] *In Euang. Ioan. tract. 67. & de sancta virgin. cap. 26.* [d] *In 15. cap. prioris ad Corinth. Ioan. 14. 2. cor. 15.*

Deum non esse acceptorem personarum, vt homines esse solent.

Actor. 10.

Genes. 4. Matth. 13 In cap. 5. ad Galat. Lib. 4. de virginibus. Comment. in Psal. 19.

Iustos in hac vita inæquales esse docent exempla Scripturæ.

Genes. 6. & 7.

Qvapropter aut certè non intelligit Sarcerius, aut aperte corrumpit Euangelium, vbi docet in hunc modum: *De inæqualitate pœnarum apertũ Dei verbum habemus: de inæqualitate præmiorum nullum verbum.* Tum alibi reiicit omnes gradus præmiorũ, negatque inter sanctos esse prærogatiuam in regno cælorum: & pro vana persuasione ducit, si putemus eos propter hoc vel illud Deo acceptiores ac proximiores esse. Eundem tuetur errorem, sed tamen vt loquatur paulò cautius, Georgius Maior ad hunc nempe modũ: *Quod ad principale, & summũ, seu vltimum bonum & præmiũ attinet, nihilo plus accipit Moyses, Esaias, Paulus, Baptista, & cæteri præstantissimi generis humani viri, quã accipit Zachæus, mulier peccatrix Lazarus & alii. Nihilo plus accipit Petrus & alii Apostoli deserẽtes suas facultates, quam alii eas retinẽtes & sequentes Christũ.* Et nõ multò superius: *Paulus & Petrus tulerũt pondus & æstũ diei in vinea Domini colenda & propaganda annos circiter 35. aut 36 Baptista biennium Iacobus frater Iomnis annos 12. & tamen eundem denariũ accipiunt.* Quoniam verò hic locus nõ fert, vt contra istorum errores iusta disputatio instituatur, capita quædam huc præcipue spectantia solum attingemus. Nituntur isti Euãgelicæ de vinea parabolæ fundamento, quæ docet, vnum denariũ omnibus operariis qui & maturius & tardius in vineã conducti venerant tandẽ redditum esse. Nos autẽ, vt omittamus, in eiusmodi parabolis multa inesse, quæ ad solidum fidei dogma constituendum, & ad iustam probationem vrgendam sint inefficacia, id quidem vltro fatemur, denarium vnum omnibus pendi, qui in vineã Christi ad finem vsq; non solum pie credendo, sed etiam rectè operando persistunt: eumque denarium aut Deum ipsum esse mercedẽ iustorum omnium, aut vitã æternam, quæ cunctis beandis sine fine contingeret, vt hic vnus denarius omnibus & singulis attribui videatur, nimirum si obiecti vnitas & æternitati duratio, vt in scholis vocant, consideretur. Neque tamen idcirco negandum est, quod Scriptura diserte testatur, & Augustinus frequenter inculcat, vt in hac quidem

Errore Sarcerii & Maioris, æqualia esse sanctorum præmia.

In 12. cap. Lucæ. In Postilla Dominicæ Septuages. Hom. in dominicam Septuages.

Parabola vineæ Matth. 20. nonatorem abutuntur.

Etsi vna & eadem sanctorum beatitudo est, tamen sicut hic meritis, ita & præmiis in cælo illi sunt differentes.

De verbis Domini ser. 46. In Ioannem tract. 67

Universidad de Deusto
Biblioteca

vita diuersa sunt hominum merita, sicut & Maior concedit, sic post hanc vitam præmia quoque non æqualia omnibus tribui, sed propriam meritorum cuiusque rationem haberi, vt nimirùm in eadē vita electi alii aliis magis minusque fulgeant, & differentes prorsus in regno patris habeant claritates, præmiaque diuersa consequantur. Alio modo inquit Augustinus, ibi erit castitas coniugalis, alio modo integritas virginalis: alio modo ibi erit fructꝰ boni operis, alio modo corona passionis.] Quo sensu etiam à Paulo dictum est: beatiorē fore viduā, si sic permanserit, in sancto scilicet cœlibatu. Tùm in Apocalypsi & Esaia virginibus ac eunuchis Euangelicis propria & excellentia quædā præmia decernuntur, quemadmodum [a] Basilius, [b] Ambrosius, [c] Hieronymus, [d] Augustinus & [e] Iunilius intellexerunt. His qui regni cælorum hæreditatem consequi merebantur, pro vniuscuiusq; vitę & animi dignitate, & gloria corporis & dignitas datur, vt [f] Origenes perspicuè dixit. Si verò non æque iustorum rectè factis præmia, sicut iniquorum criminibus supplicia definita essent, quomodo iustus ille Deus, qui neque bonum irremuneratum, neque malum impunitum vllum esse sinit, hāc iudicij sui legem statuisset, vt in futura vita, si [g] Paulo credimus, vnusquisque recipiat, prout gessit in corpore suo siue bonum, siue malū? Non est iniustus Deus, inquit [h] Hieronymꝰ, vt dispar meritū æquali mercede compenset. Proinde non video, qui possit vel singularis imperitiæ, vel horrendæ impietatis nota vacare, quod sentit Sarcerius, Deum, cuius summa & æterna est bonitas, ad improbos plectendos, quā ad iustos coronandos paratiorem esse. Nec modò cum ratione, sed cum Scriptura ipsa pugnat, quod à Maiore prorsus insulsè dicitur, in cælesti vita nō melius habiturum esse Paulum, quàm reliquos infimi ordinis Christianos & electos: quando ille doctor gentium in fide & veritate perfectus, summaque semper charitate flagrans, plus omnibus etiam Apostolis in vinea Domini laborauit, suæque vocationis cursum felicissimè cōsummauit, ac de omnibus illud affirmauit fore, vt vnusquisque mercedem secundum suum laborem propriam consequatur.

De sancti. virgi. cap. 26. & 27.

Aliter coniugalis aliter vidualis & virginalis castitas coronatur.

De verbis Domini. Serm. 59. 1. Cor. 7. Apocal. 14. Esaiæ. 56.

a Lib. de virg.
b In exortat. ad virg.
c In cap. 56. Esaiæ. & de laude virginitatis.
d De sancta virgin. cap. 24. & 27.
e In comment. super Genesin
f Lib. 2. periarch.
g 2. Cor. 5.
h Lib. contra Iouinianum.

1. Tim. 2.

Crassus & grauis error Sarcerii & Maioris de iustorum præmiis

Sed & ille crassus profectò, alibique nobis confutandus Maioris error est, quem tamen cum Centuriatoribus communem habet, quum tradit, non meliorem esse, aut in cælo fore pauperum quàm diuitum conditionem. Etenim arbitrantur isti, ad sanctam Euangelicamque paupertatem illud sufficere, si quis animo & voluntate mundi bonis se abdicet, aut moderatè illis vtatur. Si autem hoc est Apostolorum, qui cum Petro reliquerunt omnia propter Christum, & Ecclesiæ primitiuæ, in qua credentes in commune omnia possidebant, instituto satisfacere, quorsum tot piorum milia spontaneam paupertatem amplecti, Christique gratia non modò spiritu, sed & re ipsa virtutem illam profiteri & colere summo studio curauerunt? Sed libet istis non solùm Euangelicam promissionem veræ paupertati factam eludere, verùm etiā Christi orationem seriam, & constantem Patrum interpretationem nequiter deprauare. Itaque nullam apud istos impetrant gratiam, quin & crebrò reprehenduntur, quos Christus peculiari laude sua ac æterna, propriaque mercede dignos iudicauit.

Maior nihil interesse vult inter diuites & pauperes Christianè viuentes.

Matth. 19. Act. 2. & 4.

Christus meliorem facit causam pauperum quam diuitum.

A Defenduntur interim ac excusantur diuites, & licet suis bonis suauiter incubent, tamen si Superis placet, Euangelicis verè pauperibus exæquantur. At longè aliter docet Christus, qui non modò pauperes tantoperè commendauit, sed eodem etiam in loco diuites perquàm durè tractauit, iisdem est seuerè admodum interminatus, ac salutem eorum ob annexa opibus vitia simulque pericula non parùm dubiam fecit. Demum offenduntur piorum aures & mentes, cùm legunt vel audiunt tam iniquam comparationem, vt Ioannes Baptista lōgè sanctissimus cum publicanorum principe Zachæo; vt Paulus Apostolus vas illud electionis incomparabile cum Lazaro mendico; vt Moyses & Elias præstantissimi Deoque charissimi Prophetæ, cum illa, quæ in ciuitate nota fuit vulgo peccatrix, quòd ad cælestem remunerationem attinet, tam inscitè crasseque conferantur. Cæterùm huius loci non est, præsentem errorem pluribus refellere, quem nouatores à magistro suo Luthero traditum acceperunt, quemque ex impuro fonte iustitiæ imputatiuæ depromtum, ad meritum iustorum omne tollendum retinent mordicus: illudque defendi non posse dicimus, quod passim isti sine Dei verbo effutiunt, inter præmia beatorum nullum esse discrimen, atque vt ipsorum antiquus quoque magister Iouinianus [a] docuit, in futuro seculo nullam prorsus meritorum fore differentiam. Certè quod ad parabolam dictam, ex qua isti ratiocinantur, attinet, fatetur quoque Caluinus, hoc loco Christum non differere vel de cælestis gloriæ æqualitate, vel de futuro piorum statu, sed hoc tantum pronunciare, cur credentes glorientur, vel aliis insultent, qui tempore sunt priores: inepta verò illius est curiositas, qui exactè singulas huius parabolæ partes discutere velit: Sed & Melanchthon docet, præsentem de vinea similitudinem, qua isti prorsus abutuntur, non posse sic intelligi, vt denarius significet vitam æternam. Viderit autem ille, quàm prudenter hoc dicat, cùm veterum quidem, vt [a] Origenis [b] Augustini, [c] Prosperi, [d] Gregorij sit sententia, per denarium vitam æternam esse accipiendam. Postremò pugnat cum istis dictus Æpinus, & licet alios istorum errores sternuè tueatur, tamen palā confirmat, præmia quæ promittit & assignat Deus electis, partim essentialia partim accidentalia esse, & sanctos quidē secundū essentialia præmia omnes in cælo æquè beatos, secundum accidentalia verò beatitudinis præmia, ex partè tum corporis, tum animæ inæquales esse. Inter cætera verò ita scribit: *Accidentale præmium est, peculiaris & inæqualis retributio, quam vnusquisque piorum accipit iuxta suum laborem, sua opera & certamina.* Ac demùm postquam Scripturæ loca citauit: *His*, inquit, *& multis aliis Scripturæ testimoniis euidenter probatur, Deum compensare omnia benefacta, & punire omnia malefacta, nihilque manere aut irremuneratum, aut impunitum.*

Iniqua comparatio Christi cum Lazaro, Zachæo, &c.

Luc. 19. Act. 10. Luc. 8.

Luc. 7.

a Hom. 2. contra Iouinian. & hæres. 82. Matth. In hanc Euang. Parabolam Euangelium non transtulit a Tostato in Matth. b De spiritu & anima. c De vera & falsa pœnitentia cap. 5. d Homil. de septuag. In exposit. Psal. 118. Præmia torū essentialia & accidentalia constituit Aegidius.

QVID igitur? an isti suam Ioanni gloriam non solum in terris, sed in cælis etiam excellentem inuident, & quasi molestè ferunt, qui cæteris maior mortalibus ore veritatis prædicatur, illi locum etiam in cælites amplissimum & singulare virtutis præmium à DEO deferri? Scilicet in terris duntaxat ille magnus coram Domino, & Propheta, & plusquam Propheta dici merebatur: inanes verò

Ioannes etiā inter cælites gloriæ & beatitudinis singularem obtinere.

verò erant tituli, & solum apud homines valebant, quibus ille præ cæteris tot Sanctorum myriadibus, iure suo insignitur, vt nimirum dicatur, simulque reuera sit idem Propheta, virgo, anachoreta, doctor, martyr, & si quam aliam prærogatiuam vel Elias, vel Propheta, vel angelus terrestris vnquam potuit obtinere. Cum idem in huius vitæ ergastulo versaretur, vel Christi testimonio lucerna erat ardens & lucens, qui suæ tum vitæ, tum doctrinæ splendorem in omnes etiam secuturas mundi ætates longè latéque diffudit. Quantopere verò nunc eum ipsum, si recte cogitemus, inter cæli lumina splendere necesse est, qui primarium inter illos tenuit locum, de quib. tàm luculenter scriptum est, Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Præcipuam sanè coronam in Scripturis habet virginitas & castitas, cuius gratia lucebis vt angelus, quemadmodum diserte testatur [a] Cyrillus Hierosolymitanus. Ac Ioānem nostrum mansisse virginē vt est indubitatum, ita veteres constanter affirmant, sicut [b] Ignatius, [c] Epiphanius, [d] Ambrosius, [e] Cyrillus quem diximus, [f] Chrysologus, [g] Cassianus. Cur igitur vir ille castissimus, in omni vitæ ratione mundissimus, cælóque ipso clarior (sic enim Chrysostomus [h] loquitur) sese vna cum sacris purisque virginibus comitem non præbeat [i] Agno immaculato? An non & ipse spōso dulciter canat, qui spōsi tàm fidus quàm [k] charus & singularis semper amicus extitit? Iàm verò inter Christi Confessores, vt vocamus, Ecclesiæque Doctores quis Ioanni palmā præripuit: quādo is primum & cōstanter apud Iudæos horúmque principes veri Messiæ nomen, aduentum, dignitatem & gloriam professus est, ac Euangelio Christi testimonium luculentissimum edidit. Quid autem de Christo dicemus, qui se vicissim Ioanni gratum ostendit, multóque magis coram Deo & angelis eius, adeóque coram tota Ecclesia euidenter ostendet? Beatos ego dixerim oculos, quibus continget beatum illum Ioannem ineffabili gloria, & plusquàm triumphali honore coronatū coràm intueri. O quantus fulgor, quæ maiestas, quàm illustre decus illius rediuiuicorporis olim apparebit, quod spontaneus abstinentiæ continentiæque sanctæ rigor afflixit, quod nulla carnis voluptas, vel mundi vanitas vnquam contaminauit, quod virtutis & sanctitatis omnis seuera disciplina semper exercuit, quod æternæ veritati Christo & communi hominum vtilitati totum se addixit ac tradidit, quod denique pro iustitia ad mortem illam cruentam, sed simul innocentem ac pretiosam vsque certauit. Hinc illæ Bernardi voces, quas ego non solum admittendas, sed etiam valdè probandas censeo? Considera, inquit, mansiones regni, & vniuersum ordinem humanæ generationis circumuola, solumque Ioannem tam veteris, quàm noui testamēti patribus videbis esse prepositum vel æqua-

Ioannis gloria præcellens erit in corpore post resurrectionem.

Ioan. 5.

Daniel. 12.

Ingēs dignitas virginum & doctorum

a In Catech. 15.
b Epist. ad Philad.
c Hæresi 63.
d Serm. 65.
e Catech. 17.
f Serm. 174.
g De spiritu form. ca. 4.
h Hom. 18. in Matth.
i Apocal. 14.
k Ioan. 3.

Ser. de excell. & sanc. Ioā. bapt. Ioan. 14.

tum.] Et rursus: Leuentur omnes viri meritorum, & prærogatiuis ante consistorium maiestatis exultent, non erit tamen, qui ad beati Ioannis Baptistæ priuilegium audeat aspirare.] Atque huc supradictam Domini sententiam refert, in qua subinferri dicit, quod terram excedat, transeat cælum, & ipsum verticem angelicæ dignitatis attingat. Inter natos mulierum, dicit Dominus, non surrexit maior Ioanne Baptista. Quid vis amplius? de nullo dici potuit, dicit Augustinus, quod dictum est de Ioanne.] Ac deinde cùm eūdem sanctissimis Apostolis non contulisset modò, sed & prætulisset: Ioanes, inquit, vbique maior, in omnibus singularis, mirabilis super omnes, qui sic nouem ordinibus angelorum insertus est, vt etiam ad Seraphin apicem transferatur.] Est in ea opinione Honorius, triplicem perfectionem in hac vita, ac præterea triplicem in cælo coronam Ioanni rectè tribui. Seruauit enim virginitatem integrè, mundum planè contemsit, & pro veritate sanguinem vitamque profudit. His perfectionibus, inquit, quia insignitur sanctus Ioannes, ideo tribus coronis à Deo redimitur. Pro virginitate serto, liliis ac rosis æternum odorem spirantibus decoratur, quia hic sicut lilium germinans castitate ornabatur. Pro mundi contemtu, purpureo diademate coronatur, quia hic virtutibus vernans mundo & viciis moriebatur. Pro martyrio, corona, auro gemmisque radiante laureatur, quia regem gloriæ sequens, regis incesti gratiam aspernabatur.] At ignoscat mihi quæso lector, quòd in hac tanti viri gloria celebranda sim diutius fortè versatus, cum aduersarij quidem illam Ioannis magnitudinem atque præstantiam, quam nullus queat satis commendare, adeò non agnoscant, vt illum etiam nescio quibus hominibus, non solum in terris, sed in cælis etiam exæquare, debitisque illum præmiis prorsus defraudare conentur.

Matth. 11.

Serm. de natiuit. Ioan. Bapt.

Ioannis triplex in hac vita perfectio, & triplex in cælo corona

ATQVE hactenus quidem demonstratum est, duo cumprimis in Ioanne consideranda esse, vitā scilicet eiusque sanctitatem & doctrinam, cum toto eiusdem ministerio: vtrobique autem Ioanni laudem illam eximiam competere, vt inter omnes mulierum filios nullus eo maior dici possit & existimari, demum ad Christi mentem Ioanniisque iustam venerationem eos propius accedere, qui magnitudinem præstantiamque viri, non tam officij quam sanctitatis ratione metiuntur, vt magnitudo illa scilicet, neque solùm, neque maximè ad docēdi munus referatur. Quicquid autem prærogatiuæ vel sanctitatis diuinitus Ioannes accepit, id longè maius & sublimius perfectiusque esse dicimus, quàm vt humano possit ingenio comprehendi. Quicquid autem accepit, totum sine vlla dubitatione huc ille contulit, vt optimi præcursoris, maximique Prophetæ officio, maiore tum fide, tum dignitate ad summi Dei gloriam Christique domini confessionem perfungeretur.

Epilogus tractationis præcedentis de magnitudine Ioannis.

CAPVT VNDECIMVM.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 3.
Facite fructus dignos pœnitentiæ. Luc. 3. Matth. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MAGDEBVRGENSES.

IOannes de necessitate bonorum operum docuit, quòd omnis arbor non faciens fructum, debeat excindi, & in ignem conici: opera autem tantùm moralia proposuit. Lib. 1. cap. 10. col. 360. Et cap. 4. col. 125. Baptista suos auditores de operibus interrogantes, Luc. 3. de decalogi operibus admonet: nempe vt sint erga alios benefici, quisque suæ vocationis opera expediat, nemini iniuria inferatur, quilibet suo stipendio sit contentus. Tùm iterum, lib. 1. cap. 4. col. 84. Ioannes quærentibus, quid debeant facere, respondet, vt sint benefici erga egenos, vt quisque in sua vocatione honestatem & statuta sequatur. Quæ opera certè ex decalogo eis præscribuntur.

CENSVRA.

PRÆCVRSOR DOMINI Ioannes, electum planè organum Dei, vt muneri suo responderet, ac apud Iudæos viam Christo pararet, tùm in baptizando, tùm in docēdo, paucis quidem annis (biēnium quippe fuisse putant) sed summa cum fide versatus est. Et rectè quidem hoc deprehendit Bernardus, nouum & insigne aliquid in Ioannis prædicatione contineri, qui verbū pœnitentiæ dulce & gloriosum cum verbo regni cælorum læto & adorando primùm coniunxerit. Hoc namque ille magnus Elias fecit suæ prædicationis initium. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum. Ioannis igitur prædicationem ait esse vocem exultationis, vocem lætitiæ, verbum misericordiæ, sermonem gloriæ, largitatem gratiæ. Verbum, quod celauerat Deus, tacuerat angelus, latuerat Patriarchis, Prophetæ nescierant. Ioannes enim natus ostendit medicamentum vulneri, peccato pœnitentiam, iniquitati veniam.] Qui suum docendi munus, fideliter aduertas, ita instituit, vt illud ad tria præcipuè capita, fidem, pœnitentiam & opera bona retulisse videatur. Nimirum quò fidem doceat, studiosè abducit à se homines omnes, & proponit illis, in quē credant, quem amplectantur & obseruent vnicè, Christum videlicet agnum Dei, qui tollit peccata mundi, & sponsum qui desursum veniens, super omnes est, eundemque iudicem, qui habet ventilabrum, ac permundabit aream suam. Ad pœnitentiæ porrò doctrinam pertinet, quòd iram Dei & ignem gehennæ peccatoribus denunciat, quòd animorum ad Deum integram conuersionem (ipse pœnitentiam vocat) ab omnibus postulat indiscriminatim, quòd non solùm ad odium sui, sed etiam ad confessionem peccatorum pœnitentes adducit, quòd præterea fructus dignos cum pœnitētia coniungendos esse docet. De operibus verò tùm in genere monet credētes, tùm in specie tractat, vbi publicanos & milites instruit. Nec dubium, quin eādem ratione sedulitateque cum pluribus egerit, vt pro ratione fidei doctoris omnia fieret omnibus, & quemlibet hominū ordinem de operibus suæ vocationi congruentibus informaret, & ad Christi gratiam consequendam magno ardentique studio præpararet.

Hic iam nobis offert se locus tractandi de operibus, quæ in suo ministerio vel præcepit Ioannes, vel commendauit, postea doctrinam eius de pœnitentia excutiemus. Et rectè fatentur Centuriatores, de bonorum operum necessitate docuisse Ioānem: nec de illo quisquam dubitare potest, qui vel solam expendit hanc eius grauissimam, vereque metuendam sententiam, quam & Christus posteà sibi repetendam putauit: OMNIS arbor quæ non facit fructum bonū, excidetur & in ignē mittetur. An quicquam excisione illa formidabilius, quæ hominem ociosum & inertem eò redigit, vt à Dei gratia excidat? Sanctorum chorum & societatem amittat? atque à cælestis regni gloria in perpetuum separetur: Quid autem illo gehennę igne acerbius, quid intolerabilius, qui semper ardens, consumitur nunquam, ac omnia suppliciorum genera, quæ vnquam pertulere mortales, in immēsum excedit? O infelicem arborem, securi acutissima iamiam excidendam, & in ignem illum inextinguibilem coniiciendam. Hinc eos timere monet [a] Chrysostomus, qui mores suos non maturè ac diligenter instituunt. Augustinus [b] verò habet in hunc modum: Ideo quantum possumus, fructus iustitiæ studeamus adferre, timentes illud quod Dominus dixit: Omnis arbor &c. Hæc enim sententia euidenter ostendit, quia non solum malum feciſſe, sed etiam bonum non egisse damnabile erit.] Et idem alibi: Non dixit, quæ facit fructum malum, sed quæ non facit fructum bonum. Hinc ergo possumus euidenter agnoscere, quas pœnas arbor spinosa in die iudicij patietur, quando illa quæ fructū non dederit, excidetur & in ignem mittetur.] Tùm rursus ad hoc ipsum dictum alludens: Sicut, inquit, magnam arborem virere, & fructum non reddere, nihil prodest: sic nihil prodest Christianum dici, & Christiani opera nō habere.] In quem sensum scripsit etiam Victorinus: Non est satis arborem virere, & fructum non habere: sic nec satis est Christianum dici, & Christum confiteri, & ipsum in opere non habere, id est, eius præcepta non seruare. Nec abludit Eusebius Emissenus: Horrendum est, ait incidere in manus Dei viuentis. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Vides, quomodo non solùm malum feciſſe, sed etiam bonum non peregisse damnabile est:] Vt enim idem alibi præclarè admonet: Secundum veritatem cælestium promissorum dat quidē Deus in hac vite sine dubio remissionem peccatorum per Baptismum & fidem Catholicæ Ecclesiæ, sed opus est, vt quod tribuit gratia, custodiat diligentia: & quod sine labore acquiritur, cum labore seruetur.]

SED enim plenior doctisque gratior foret præsens istorum confessio, si nō solum operum necessitatem ex Ioannis concionibus confirmarent, sed eam quoque necessitatem ad salutem credentium pertinere, sicut orthodoxi prædicant, faterentur. Id verò alibi prorsus negant, hoc metu scilicet impediti, ne si tale quid cum Ecclesia profiteantur,

legem

Ser de excell. Ioannis Baptistæ.

Ioannis prædicatio singularis & magni ponderis.

Matth. 3.

Ioannis doctrina tribus ferè capitibus comprehensa.

Ioan. 1. & 3. Matth. & Luc. 3.

cent. 1. li. 1. col. 360.

Operum bonorum necessitas à Ioanne prædicata. Matth. 3.

Quomodo vis ferendi. Omnia &c.

In disputat. de causis nouæ obedientiæ, & in disputat. anni 1559. de quibusdam propositis.

a Homil. in Matth. b Homil. 50.

Serm. 3. Sanctis.

Galat. 5.

Heb. 9.

Ioan. 15.

Non fieri à malo nare, nū quoq cias, vt fi In Ioan. 2. In Ioan. lipsin.

Matth. 5. 1. Cor. 3. 2. Cor. 5. Luc. 14.

Homil. 1 Epipha

Matth. 20. Ephes. 2. Tit. 2. Ephes. 2. Galat. 6.

a Ioan. 3.

b Eccle. 1. c Luc. 13. d Matth. 5.

e Heb. 10.

Opera bo necessaria sed non a Intem diuin nouatores

legem & Euangelium confundant, & doctrinam corrumpant Euangelij propriam, quæ est eiusmodi, inquiunt, vt gratis homines sola fide iustificentur. Igitur ad hoc ædificādum & retinendum idolum, quæcunque opera bona dicuntur, ea facienda quidem, sed ad salutem tamen hominis non necessaria, esse decernunt. Quid? quod Vvigandus docet, si bona opera doceantur ad salutem necessaria, Euangelij doctrinam corrumpiatque vitiari. Quāquam Lubecenses ministri adhuc audacius vociferantur: *Qui docent seruanda mādata, Christum negant, & fidem abolent.* Quod si verum est, cur non Christo Domino eiusque Apostolis litem intendunt? quando illi præter fidem, obedientiam etiam credentibus omnibus necessariam prędicant, ac fidem sine charitate, sine operibus, sine mandatorum obseruatione mortuam & inanem esse declarant. Quantum verò sibi sumunt ministri Luneburgenses? tantum sanè, vt pronuncient, si admittatur hæc propositio: Bona opera sunt necessaria ad salutem, non fore Christum solum mediatorē, sed & opera simul. Quis autem siue Philosophus, siue Theologus ita vnquam ante Lutherum est ratiocinatus? Hæret in illorum animis axioma Melanchthonis, qui suos discipulos docuit, opera bona tametsi homini sint vtilia, quæ multa etiam præmia spiritualia & corporalia in hac & sequenti vita mereantur, tamen ad salutem non esse necessaria. Quàm sunt isti timidi & præposterè scrupulosi, qui tam multa de fide falsa & pernicioſa fidentissimè docent: de bonis autem credentium operibus vera & necessaria minimè docent, quòd metuant, ne piorum benefactis, in quibus Christi beneficium & Spiritus sancti virtus vel maximè cernitur, nimium tribuere videantur. Nos enim opera verè bona, Deoque grata, & homini salutaria, siue, vt in scholis dicūt, meritoria nulla esse censemus, nisi quæ Christus in credentium cordibus habitans facit, quæque Spiritus ipse sanctus ex radice charitatis producit, vt quæ pij rectè operantur, non modò fructus bonæ arboris, sicut Ioannes appellat, sed fructus etiam diuini spiritus ex Pauli doctrina meritò censeantur. Igitur ex quo spiritu Christus est operatus, cū per Spiritum sanctum semetipsum obtulit Deo hostiam immaculatam, ex eodem membra eius vna sanctas actiones suscipiunt, susceptasque perficiunt, vt quæ in Christo & per Christum faciunt beneſ (sine illo enim nihil faciūt meritoriè) sic Deo placeant, vt ille vitam eis laborantibus rependat æternam, & vnicuique secundum suum laborem mercedem iustam persoluat in retributione iustorum. Sed enim cur isti adeò in cæteris audaces, hìc tantoperè trepidant, vt ea opera necessaria dicere vereantur, sine quibus ad salutis æternæ portū non pertingunt, quibus & tempus & locus suppetit in Christi vinea operandi, præsertim cùm idcircò noua in Christo creatura fiant, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè, iustè pieque viuant, & in bonis operibus non deficientes ambulent. An necessārium opus non est Baptismi, sine quo [a] credens in regnum Dei non introibit? opus timoris, sine quo [b] nemo potest iustificari: opus pœnitentiæ, sine quo [c] etiam baptizatis & relapsis est pereundum: opus misericordiæ, sine quo [d] misericordiam nemo consequetur: opus patientiæ, sine quo [e] reportare non datur promissionem: opus

A pacis & sanctimoniæ, sine quo [f] nemo videbit Deū: opus obedientiæ, sine quo [g] ad vitam æternam non patet ingressus: opus charitatis, quo destitutus [h] manet in morte, neque [i] Christi discipulus potest agnosci: opus iustitiæ, sine quo [k] iustus ille iudex coronam iustitiæ nulli reddet: opus demum perseuerantiæ, sine quo [l] salui esse non possunt electi. Ac nihilo secius vt isti sese Paulo & Iacobo eximiis Apostolis prudentiores faciant, tàm egrè concedunt, quin & apertè inficiantur, fidem à charitate & operibus posse diſiungi, & sine illis inesse quidem, sed non prodesse his, qui cum Ecclesia Deum & alia creditu necessaria integrè confitentur. Atqui vel sola Ioannis Apocalypsis illos docere poterat, quum cætera omnia nobis morte tollantur ac pereant, bona quidem opera credentes etiam à morte comitari, ad æterni iudicis penetrare tribunal, singula benefacta exactè discuti atque ponderari, quæ autem plena inueniuntur ac pura, ea immēsis æternisque præmiis affici.

CAETERVM errant in eo plurimum nouatores, quòd præter omnium veterum morem de vocabulis Euangelij & Legis ita imperitè philosophēntur: deinde quòd ex Euangelio faciant nudam gratiæ ac æternæ vitæ promissionem, ac Christum etiam negent esse, sicut dicitur, legis latorem: præterea quòd tradita in nouo testamento præcepta ad legem veterem tantum pertinere contendant, ac demùm quòd diffiteantur, renatos cùm agūtur Spiritu, legi obtemperare, eique per Christi Spiritum satisfacere posse. Hæc alij sacris è literis solidè confutarunt: pleraque post Augustinum damnauit etiam Synodus Tridentina, nos ea commodius alibi prosequemur. Nunc satis erit contra istos cotyphæum illum Theologorum Augustinum citasse, qui luculenter docet, inter vetus & nouum testamentum ita discernēdum esse, vt diuersa Sacramenta & promissa quidem statuantur, sed eadem pleraque præcepta vtrobique retineantur: & morū quidem præcepta Christianis magis, quā Iudæis & data & obseruanda esse, eaque per adiuuantē Christi gratiam à credentibus impleri ac perfici. Quod si quisquam alius, certè idem Augustinus, verū legis & Euangelij discrimen agnouit, & de illo peritissimè scripsit. Quare paucas ex illo sentētias huc imprimis pertinentes, & legem ab Euangelio, seu Euangelii gratia discernentes asseribam. Dicimus, inquit, lege fieri, vt Deus, quid fieri velit audiatur: gratia verò fieri, vt legi obediatur. Non enim audi- tores legis, ait Apostolus, iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Lex ergo auditores iustitiæ facit, gratia factores.] Ac iterum alibi: Lex adducit ad fidem, fides impetrat Spiritum largiorē, diffundit Spiritus charitatem, implet charitas legem.] Sed & alio in loco: Ipse qui legem venit implere, dilectionem donauit per Spiritum sanctum, vt quod anteà timor implere non poterat, charitas posteà impleret. Inde est & illud eiusdem Apostoli: Plenitudo autem legis charitas. Et illud: Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide nō ficta.] Atque huc pertinet totus Augustini liber, qui de fide & operibus ita scriptus videtur, capite præsertim 14. & 15. vt contra Sectarios huius temporis, quibus nimium & Paulus de fide placet, & Iacobus de operibus displicet, vix quicquā fortius aptiusq; possit opponi,

f Hebr. 12. g Matt. 19. h 1. Ioan. 3. i Ioan. 13. k 2. Tim. 4. l Matth. 24. 1. Cor. 13. Iacob 2.

Cur nouatores circa doctrinam bonorum operum erent maximè.

Psal. 9. & 82. Esa. 53. Iac. 4.

Sess. 6. In Euangel. Ioan. trac. 3. & contra Faustum li. 15. ca. 4.

Legis & Euāgelij differentia secundum Augustinum.

Contra duas epist. Pelag. lib. 3. ca. 2. Rom. 2. Epist. 144. ad Anastasiū. In exposit. quarundam propos. ex epist. ad Rom. prop. 75. Rom. 13.

1. Tim. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid gratia vel Euangelium præ lege habeat. Lex & Euangelij in mandatis differũt, & maior euãgelij est perfectio.

QVA in re Augustino planè consonat Theodoretus, cùm inter alia sic loquitur: Gratia hoc habet supra legem, quòd hæc quidem docuit id, quod fieri aut non fieri oportet: illa autem habet etiam Spiritus adiuuantem gratiã.] Nec dissentit Theodulus, in hunc modum docens: Non eadem in nouo testamento mandata, quæ veteribus legis tempore iniungebantur: verùm communia noua præcepta sapientiamque maiorem complexa Christus nobis dedit. Perinde ac dicat, vt inseruiamus à Spiritu profectis mandatis. Nam veteribus iniũctum erat non occidere, nobis ne irasci quidem: illis porrò non mœchari, nobis autem ne visu quidem curiosos esse præceptum.' Non enim lex porrò, sed Spiritus nobis imperat.] Eandem sententiam vt vetus, ita insignis Christi Martyr Irenæus confirmat, qui inter Iudæos & Christianos ita discernit: Naturalia, inquit, omnia præcepta (quemadmodũ decalogi, legisque moralis) communia sunt nobis & illis. In illis quidem initium & ortum habuerũt, in nobis autem augmentum & adimpletionẽ perceperunt. Consentit cum his Eusebius Cæsariẽsis. Quas Patrum sententias ideircò recitamus, vt perspicuè intelligatur, Euangelium à lege differre non solùm gratuita promissione, sed etiam præceptorũ sublimitate, & donorum spiritualium abundãtia, quibus donati Christiani maiorem quàm olim Iudæi, tum obedientiam, tum iustitiam præstare possint ac debeant. Hìc enim locum habent præclaræ & veteres illæ promissiones, quæ ad Euangelium propriè spectant: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Tùm alibi: Dabo vobis cor nouum, & Spiritũ nouum ponam in medio vestri; & faciã vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Quocirca illi Euangelium non intelligunt, & vehementer etiam obscurant, qui Euangelium, legẽ, & Christum legislatorem dici non sustinent, qui præterea operum legis, vt Paulus de iis loquitur, rationem in Christianis eandem, quàm in Iudæis, statuunt, nec distinguunt inter opera, quæ præcedunt, & quæ sequuntur iustificationem, ac demùm qui legem renatis impossibilem fingunt, vt in illis iustificatio legis non possit impleri.

In 8. c. ad Rom.
In 7. ad Rõ.
Matth. 5.
Li. 4. aduer. hæres. ca. 27.
Li. 1. Euang. demonstrat.
Promissiones diuinæ olim de Euangelio factæ.
Hier. 31. Ezec. 36.
Rom. 3. Gala. 2. & 3 Rom. 8.

Ioannes moralia exegit operа diligenter, sed non solum illa.

EST aliud etiam à Centuriatoribus obseruatũ in Ioãne, qui opera moralia proposuerit, cuius generis exẽpla quædam semel & iterum ex eius concionibus repetere voluerunt. Atque hoc quidem vt est extra controuersiam omnem, sic illud in huius tanti Prophetæ laudem dici meretur, quod præcipuam diuinæ legis partem, quæ moralis dicitur, & præceptis decalogi continetur, non minus diligenter quàm reliqui Prophetæ omnes, exposuerit vrserit, confirmarit. Ex qua lege porrò pendent opera, quæ moralia dici solent, & quibus Christus nõ minus Christianos, quàm Iudæos exerceri vult, non secus quàm si cuique credentium diceret: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Verùm illud Ioanni affingunt Centuriatores, eum opera duntaxat moralia proposuisse: quod is, si coram adesset, credo non agnosceret, quodque nullum veterũ de illo scripsisse, sed nouum prorsus esse commẽtum apparet. Cuius commenti hæc adferri causa potest quod isti tacitè conẽtur, tãti viri authoritate nouũ dogma suum stabilire, alia nimirum non esse opera

Matth. 19.

bona vel censenda, vel facienda, nisi quæ certò & expresso Dei verbo & præcepto mandantur, vel decalogo cõtinentur. Si quid enim secus fiat, quãlibet pietatis speciem præ se ferat, id volunt tantũ non peruersum, superstitiosum atque impium videri, non autẽ Deo placere, hominiue prodesse. Ac de operibus omnibus, quæ sine iussu & mandato Dei vel suscipiuntur, vel peraguntur, verè dici cõtendunt, semperque in ore habent illud: Frustra me colunt doctrinis & mandatis hominum.

An operetur in lege præcepta, an cenferi beant.

Matth. 15

HIS respondemus, postremum Christi dictum ad Pharisæos inuisos illos Iudæorum hypocritas propriè pertinere, & nihil ex eo præsidij rectè peti ad Apostolicas & Ecclesiasticas leges, ac traditiones humanas, quas vocant, conuellendas atque labefactandas: sed nec opera quidem à piis piè instituta, licet à Deo mandata non sint, hac ipsa sententia eleuari atque perstringi. Deinde affirmamus, quod isti nobis toties ocinunt, & apud suos velut Euangelicum axioma defendunt, opus omne bonum certo Dei verbo & mandato constare debere, tam imbecillem & caducum esse, vt si paulũ obsistas, etiam per se ipsum corruat. Nam cum demonstrare non possint, hoc quod assumunt, certo Dei verbo & præcepto niti, non habent, quod ex antecedente falso extruant, sed quicquid ex eo deducunt, suum pondus, & veritatis robur apud sapientes amittat necesse est. Ad hęc Scriptura multis in locis probat, vel à Deo ipso probata esse testatur piorum opera, quæ ex mandato diuino non perficiebantur. Laudatur certè Abel, Noë, Abrahã & Iob ad altare sacrificantes: honorantur Rechabitæ & Nazarei prorsus abstemii: commendantur Dauid & Salomon in cultu diuino singulari cum pompa religiosè & sumptuosè versantes. Extollitur Anna Phanuelis filia suo sancto cœlibatu; & defenditur à Christo Magdalena in illa prodiga sui pretiosi vnguenti profusione. Vtraque matrona rerũ diuinarum longè magis quàm humanarum curis intenta, ac velut mundo mortua, vel sanè à communi hominum consuetudine remota, vera sanctitate ac iustitia pios alios excellebat. De Baptista nostro & vitæ illius sancto rigore sæpè iã diximus, & postea repetemus. Tũ [a] Augustinus & [b] Chrysostomus apertè patrocinantur anachoretis, eremitis & monachis, qui Baptistæ sequentes exemplum, vitam ab aliis procul semotam & valdè seueram in sancto ocio transigebant. Sed vt Scripturis tãtùm inhæreamus, laudat Christus Eunuchos, qui sine vllo Dei mandato seipsos propter Dei regnum castrauerunt: semperque laudati sunt in Ecclesia, qui volentes legem cœlibatus amplecterentur. Sed & Paulus absque mandato cœlibes magis quàm coniuges probat, qui omnes etiam in cœlibatu sibi cupiebat esse conformes, quique vt ab [c] Augustino scriptum est, supra legem & Euangeliũ erogabat. Huc demum pertinet discrimen, quod, velint nolint aduersarij, [d] Hieronymus, [e] Ambrosius, [f] Augustinus, ac totus ferè Patrum chorus, inter consilia & præcepta scilicet, in Scripturis tradita constituit, multique clarissimè probarunt, hoc discrimen tum Euãgelicis, tum Apostolicis literis consentaneum esse. Præclara est certe [g] Augustini sententia, quam exemplis ipse variis declarat atq; confirmat: Multa sunt, inquit, facienda non iubẽte lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officiis

De diãstra me cõ doctrinis mandatis minum.

Opera esse pos certo Dei mandat

Mole Scriptu dari ob sine mã Dei fa

Gen. 4. Iob. 1. Hiere Num. 2. Reg. 3. Reg. Luc. 2. Matth.

a Dem Eccles tabula b Mat vitæ ver nasti Matth 1. Cor c Lib. pag. mediu

d In Ioã pra lia & ra d Lib. tra Ioã mus. e In Ioã f De vir 14. Cy epist. 3. g Lib. Mat ing in e In e tul tra Epi cap. Lib. ne

Ioãnem alia non moralia, ea docuisse; *Luce 3. Ita Lucam Homilia 27.*

Bugenhagij confessio de consuetudinibus Ecclesiæ.

ciis gratiora, quæ cùm liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus.] Quid? quod Bugenhagius atrox licet Catholicorũ hostis, veritate tamen ipsa coactus palàm fatetur, Ecclesiæ consuetudines, quibus multa certè ac præclara instituta, sanctæque vitæ studia nobis commendantur, omnino esse seruandas. Hûc autem refert dictum Ambrosij, quod Augustinus ad Ianuarium scribens vsurpauit: Ad quamcunque Ecclesiã veneris, eius mores serua. Citat & Tertullianum, qui multa de veteris Ecclesiæ tùm traditione, tùm consuetudine exempla producit atque confirmat, ac tandem ita concludit: Harum & aliarum huiusmodi disciplinarum si legem expostulas Scripturarum, nullam inuenies. Traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix: rationem traditioni, consuetudini, fidei patrocinaturam aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit, disces.] Ex eodẽ repetit illud: Cõsuetudo etiã in ciuilibus rebus pro lege suscipitur, cũ deficit lex: nec differt, Scriptura an ratione cõsistat, quãdo & legẽ ratio cõmendat.] Adducit præterea in mediũ sententiã Hieronymianã: Multa alia, quæ per traditionẽ in Ecclesiis obseruantur, authoritatem sibi scriptæ legis vsurpauerunt.] Nec multò post sequitur: Multa alia quæ scripta non sunt, rationabilis sibi obseruatio vindicauit.] Annectit autem idem Bugenhagius alia, quibus ne quid veteris Ecclesiæ authoritati concedat, suæque Sectæ adimat, manifestam veritatem impugnat: sed contra stimulum frustra calcitrat, & sicut ille inquit, mentita est iniquitas sibi. Neque tamen diffitemur, quin libenter etiam concedimus, quicquid à nobis rectè pieque geritur, id Dei verbo contineri, vt si generatim de operibus bonis loquendum sit, hæc ipsa communibus quidem Scripturæ sententiis, quæ sonant de pietate, charitate, iustitia, sanctimonia, obedientia & perfectione præstanda, includi videantur. At longè aliò spectãt nouatores, qui nunquam non expressum Dei verbum de hoc illoue cultu, vt ipsi vocant, in specie postulant, & plerunque sic opera bona contra hunt, quemadmodum postea monstrabimus, vt in sola proximi charitate illa ponant. Impellit plerosque Spiritus sanctus, vt nullo etiam vrgente præcepto, ad multas præclaras actiones progrediantur, vt carni & mundo renuncient, diuinisque rebus cum Ioanne nostro dies ac noctes incumbant. Quis autem Spiritus bonus istos impellat equidem nescio, qui illorum & sanctissimorum hominum instituta, nullo Dei præcepto tradita, vel damnant omnino, vel certè suspecta reddunt, quique illa etiam piorum opera, quæ Dei mandato expresè continentur, fœdè contaminant, quando de illorum virtute, vtilitate, dignitate, meritis ac præmiis indignè sentiunt, ac prorsus contra Ecclesiæ sententiam impurè loquuntur. Qua de re alibi copiosius.

Dial. aduersus Luciferian.
Actor. 9. Psal. 26.
Quomodo Catholicè dici possit, quod bene facta nostra omnia verbo Dei contineantur.

Plura docuit Ioãnes, quam quæ scripta extant.

An populus apud Ioãnem confitens peccata & petens baptismum Dei mandatũ habuerit. *Lib. de baptismo.*

A quæ literis credi debuerint, Ioannem prædicasse. Si verò scripta extarent omnia, quę Ioannes vel apud suos domi, vel coram aliis de fugiendis & agendis omnibus publicè docuit, non solum de præsenti quæstione certò constaret, verum etiam alia plura, quæ nunc spargunt aduersarij, præsertim de iustificatione disputantes, fortasse luce illa fulgente, non secus quàm vmbræ quædam euanescerent, statimque profligarentur. Si verò petendum est iudicium ex his, quæ scribunt Euangelistæ, non video sanè, qua ratione censenda sint omnia moralia opera, de quibus Ioannes vnquam concionando tractauit. Venerunt ad illum accepturi baptismum, quæ nuda erat, vt diximus, cæremonia, & ante baptismum, vt est probabile, & Tertullianus asserit, sunt peccata confessi. Quæro B igitur, iussi ne illi vtrunque fecerint, an iniussi? Si iussi, quod verbum vel præceptum certum Dei illos vrgebat? Si iniussi, quale hoc illorum opus demum censeri debet: bonumne esse potest, si sine mandato Dei, vt isti dicunt, expresso ita fecissent? Si non bonum, mălum igitur, quod tamen nemo prudens existimabit: vel saltem adiaphoron, quod vix dignum videatur, vt ab Euangelista tàm diserte commemoraretur. Crediderim sanè vtrumque fieri potuisse, vt ad hoc bonum opus, Baptismi nimirum & Confessionis, excitaret eos Ioannes, illique excitati non grauatim admonenti parerent licet nec ille mandatum diuinum obtenderet, nec hi diuino iure seu mandato, se ad hoc opus faciendum astringi putarent. Verùm enimverò qualecunque demùm hoc illorum opus fuerit, ex Ioan- C nis doctrina vtique profectum est, quod ad opera moralia vel decalogum nemo peritus retulerit, sed ne aduersarij quidem ipsi fortasse referendum esse iudicabunt. Docuit etiam suos Ioannes discipulos, vt Euangelista testatur, frequenter orare atque ieiunare. Ac alios fortasse plures vir Dei zelo plenus ad has aliasque pietatis exercitationes adduxit atque assuefecit: quibus etiam in rebus potuit opera nonnulla præscribere, quę moralia non rectè dicantur. Et hinc nata videtur, Christoque obiecta illa querimonia, Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter & obsecrationes faciunt: tui autem edunt & bibunt? Cui rei non exiguum præbet indicium Tertullianus, vndecunque tandem hoc acceperit, cùm scribit, nouum aliquem orationis ordinem à Ioanne inductum fuisse.

Docuit Ioannes suos orare & ieiunare, & certum orationis ordinẽ tradidit. *Matth. 9. Luce 5.*

Lib. 4. aduers. Marcionem.

QVONIAM verò in hunc locum incidimus, qui magni est sane momenti ad sinceram de bonis operibus doctrinam hodie cognoscendam simul & conseruandam, non abs re facturi videmur, si exortas nuper eiusdem varias corruptelas, quæ ab omni ferè pietatis exercitatione mortales plurimos auocarunt, & in hanc ipsam, quam latè patentem in Europa cernimus, falsam securitatem, ac nouum quendam Epicurẽismum induxerũt, paulisper consideremus. Ac primum quidem satis explicari non posse censeo, quantum hac in parte sibi assumserint nouatores. Etenim quæcunque illis in buccam ferè venirent, ad suæ fidei confirmationem & bonorum operum oppugnationem immani quodam studio passim effutiuerunt, vt non modò contra Scripturæ diuinæ authoritatem facere, quæ quidem à malis ad bona iustaque opera omnes reuocat maximè, verum etiam cum ratione

Nouatores doctrinam de operibus malè tractarunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa, quæ tacitis quibusdam sti mulis ad honestatem homines impellit, ex instituto propemodum pugnare viderentur. Exemplo sit hæreseum nostri temporis architectus Lutherus, qui non modo sermone, sed scriptis etiam pleraque publicè prodidit ac disseminauit, quæ vel sola Christianos ad omnem pietatem segniores, ad peccandum verò propensiores efficere queant. Hinc illa præclara scilicet, & ab omni Euangelico spiritu, imò etiam à communi ferè sensu prorsus aliena Lutheri dogmata: *Omnia ex absoluta necessitate eueniunt, adeo quod etiam Deus non solum est causa peccati permissiue, sed effectiue. Liberum arbitrium post peccatum res est de solo titulo. Nullus est in manu sua quidpiam cogitare boni aut mali. Quomodo potest homo se ad bonum præparare, cùm nec in potestate sua sit suas vias malas facere? Nam etiam mala opera in impijs Deus operatur.* Quod si hæc satis non sunt ad omnem bene operandi tum voluntatem, tùm facultatem homini eripiendam, plura eiusdem axiomata vel si mauis, κεφάλαια δύο ζωῆς subiungemus.[a] *Ex textu clare habemus*, inquit, *quod etiam decem præcepta ad nos non pertinent. Non enim nos, sed solos Iudæos eduxit Dominus.*[b] *Non est aliquod in Euangelio præceptum à Deo.*[c] *Ergo Deum nullis operibus, sed nuda indigemus fide: Debemus enim cum solo Isaac venire, hoc est, cum fide: seruos & asinos, hoc est, opera deorsum dimittere oportet.*[d] *Opera Deus nihil curat, nec eis indiget.*[e] *Constanter dicimus orando etiam peccare iustum, iuxta illud Psalmi CVIII. Et oratio eius fiat in peccatum.*[f] *Omnia opera bona etiam optime facta, sunt peccata, & quidem mortalia secundum DEI iustitiam, venialia vero secundum misericordiam.*[g] *Quanto sceleratior es, tanto citius Deus gratiam infundit. Si autem adornes te bonis operibus, vt te Deus acceptet, nihil efficies. Alia via non potest homo coram Deo aut conuenire aut agere quàm per fidem, opera ille nihil curat.* Atque vt tandem modum faciam in his tam impijs atque blasphemis Lutheri placitis recensendis, quibus nihil ad bonorum operum labefactationem pestilentius potest excogitari, populoque proponi, vnum saltem adiiciemus: *Vide*, inquit, *quam diues sit homo Christianus, siue baptizatus, qui etiam volens non potest perdere salutem suam, quantiscunque peccatis, nisi nolit credere. Nulla enim peccata eum possunt damnare, nisi sola incredulitas: cætera omnia, si credat, vel stet fides in promissionem diuinam baptizato factam, in momento absorbentur per eandem fidem.* Sunt interim, quos iam pudeat & pigeat sui magistri Lutheri, qui tam furiosas & barbaricas ediderit voces: quin & Lutherus ipse, vt in aliis plerisque ita hic etiam suas sæpè mutauit sententias, multoque moderatius de absoluta necessitate, de libero arbitrio, de sola fide, de bonis operibus postmodum docuit. Exemplum porrò Lutheri secutus est Melanchthon, qui contra liberum hominis arbitrium ineptissimè scripsit, sed cecinit palinodiam. Fuit enim in scriptis etiam aliis Proteo, quod dicunt, mutabilior. Hærent tamen in multis reliquiæ priorum errorum, quos isti Sectæ principes in vulgus antea dissemi narant: & audiuntur adhuc prophanæ impiæque voces huiusmodi: *Deus non curat opera. Vt peccata non damnant, sic nec saluant opera. Quid nobis cum operibus si sola fide iustificamur atque saluamur? Noua obedientia est arbitraria, bona opera non sunt necessaria, homo habet se pure passiue in malis & bonis operibus*, quas voces portentosas & diabolicas vocat quoq; Melanchthon.

Lutherus quam malè docuerit de operibus.

In resolut. art. 36. & in assertio. art. 36. & de seruo arbitrio.

a In Deut. de Moyse. b In præfat. noui Testa. c In sermone de festiuitate Petri. d De capt. Babilon. e Serm. de ascensione Domini. f In assert. artic. 32. g Ser. de festiuit. Petri.

De cap. Babylon.

Lutherus & Melanchthõ suas subinde mutant opiniones.

In disputat. de iudiciis Ecclesiæ.

A QVIS verò non horreat, blasphemum audire Caluinum, qui Deum summum æternumque bonum esse vel negat, vel impugnat, cùm humanæ malitiæ causam in DEVM ipsum confert, & velut iniecta manu homines à bene operando retrahit, imò tùm bene, tum male operando facultatem liberam illis prorsus adimit. Etenim sceleratissimè docet ea, quæ Bernenses etiam, ne à concionatoribus publicè traderentur, edicto suo seuere prohibuerunt: ne hæc videlicet tanta cõtumelia & multiplex impietas non solum offensionem maximã, sed & perniciem vulgo extremam conciliaret. Sic enim habent Caluinianæ doctrinæ capita: [a] *Peccata quæ admittuntur, fiunt non solo Dei permissu, sed eiusdem voluntate: cum vanum sit atque ineptum, aliquod discrimen statuere inter Dei permissionem & voluntatem. Quæcunque crimina & quæcunque patrata, sunt bona & iusta Dei opera.* [b] *Si quis adulterium, homicidium, latrocinium secerit, non agit sola Dei permissione, sed voluntate. Quamcunque sit iniquitas, non peragitur ab hominibus ex voluntate & arbitrio aut propriis viribus, nisi per Spiritum sanctum ita dicimtem.* [c] *Voluntas Dei est suprema causa indurationis homini.* [d] *Deus dat voluntatem male agendi impijs, & suggerit peruersas & inhonestas affectiones, non solum sua permissione, sed efficaci ordinatione, operatione & voluntate, idque propter suam gloriam. Impij & reprobi magis optantur in suis iniquitatibus opus Dei, quàm proprijs.* [e] *Si peccamus ex intentione aut fortuito, peccamus necessario ex intentione Dei.* Ego verò sic mihi persuadeo, admiraturam esse posteritatem, tantum blasphemiarum (reliquas autem prætereo) ab vno hæresiarcha profundi, & mortalibus vllis cõprobari potuisse. O exulcerata vereque deploranda tẽpora, quibus passim extrusi à Satana ministri & magistri hoc insanum, fœdum, prophanum ac impium de benefactis genus doctrinæ sparserunt, & plurimorum animis in Europa penitus infixerunt.

C

SED prætermissis aliis, qui post Lutherũ & Caluinum de bonis operibus tum insulsissime, tum pestilentissime docuerunt, sicut multorum quoque scripta publice comprobant, ego sat habebo de Saxonicis Theologis modo dicere, qui colloquium Altenburgense annis proximis institutũ, post longissimas disputationes & acerbissimas aliquot mẽsium cõtentiones, tam infeliciter ad extremũ abruperunt, vt intestina illorum disidia, qui sub vno patre Luthero in vna velut domo fratres vnanimes esse debebant, in maiores flammas, vt arbitror nunquam exarserint. Qua de causa mirum profecto, quantoperè illius Sectæ apud plurimos labefactata sit authoritas, quantamque inuidiam noui doctores isti subierint, præsertim qui tot iam annis tam irreconciliabiles inter se pugnas, tanta virulentia exercuerunt. Ac de præcipuis quidem doctrinæ suę capitibus conuenire nunquam possunt, quicquid etiam ipsi disputando, scribendo, cõsultandoque tentent, quicquid ipsorum magistratus flagitent, quicquid populus harum digladiationũ pridem pertæsus expectet, quicquid demũ de noua religione dubij secum anxiè cogitent. An verò de lana, quòd aiunt, caprina? imò de ipsis doctrinæ suæ fundamentis, vt antea sæpè, ita in illo etiã postremo quod dixi colloquio, contentione maxima concertarunt. Actum est enim de Lutheri & Philippi libris atque sententiis, de Confessione Augustana, deque nouis corruptelis, in negotio iustificationis

D

Caluinus quantum hominis arbitrio & operibus detrahat.

a Libr. 3. Instit. ca. 23. & 24. b Ibidem. c Ibidem. d Lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 23. & 24. e Lib. 2. cap. 16. & lib. 3. cap. 23.

De colloquio Altenburgensi & disidiis Lutheranorum.

cationis apud ipsos modo natis atq; grassantibus. Nos ex multis pauca duntaxat excerpemus, vt rectius constet, quid illic alij aliis de bonis operibus obiecerint & exprobrarint. Siue autem illi Melanchthoniani, siue Flacciani, siue Amsdorfiani, siue Antinomi, siue molles demum, siue rigidi sint Lutherani, nihil sanè moramur: mutuis se ipsi conuiciis lacerant, vulneribusque ita conficiunt, vt dubitari non possit, eos Ecclesiæ nomen frustrà sibi arrogare, inter quos de necessaria fidei doctrina nulla est cõsensio. Satis est quod orbi testatum faciant, quæ apud ipsos de bonis operibus vel dogmata, vel paradoxa in hunc vsque diem reperiantur, à quibus piæ quidem mentes non possunt non abhorrere. *Christiani concionatores*, inquiunt, *prædicare debent merum Euangelium, & non legem. Opera bona* B *legis & noua obedientia non ad regnum Christi, sed ad mundum pertinent. Lex non docet bona opera, nec idcirco prædicanda lex est, vt bona opera peragantur. Nihil ad nos Christianos pertinet primum, nonum & decimum præceptum decalogi. Qui credit Christianus, supra omnem est obedientiam, & supra omnem legem. Ad Satanam spectant Christiani cum omnibus operibus bonis. Sola fides sine omni operebono efficit omnia, non solũ quod ad meritũ sed etiam quod ad præsentiam bonorum operum attinet. Precari Deũ oportet, vt in fide sine bonis operibus omnibus ad finem vsque constantes perseueremus. Ab Apostolo Paulo non solũ bonorum operum meritum, sed opera etiam nostra bona excluduntur. Paulus in seipso adeo separat opera & iustitias à salute, vt ea pro reiecta mentis, atque adeo damnis salutis deputet. Falsa est propositio: Opera bona sunt necessaria.* C *Adeo necessaria illa non sunt, vt etiam ad salutem incommodent, sintque perniciosa.* Omittimus reliqua id genus, quæ si verũ fatendum est, Lutheri quidẽ scriptis rigidioribus non malè consonant, sed religiosas imò & populares profectò mentes vehementer offendunt, tantoq; maius periculum in repub. creant, quo carnis iudicio plausibiliora videntur. Hinc demum velut ostium quoddam commodissimum aperitur, vt Christiana professio non ex diuino verbo & timore pendeat, sed pro cuiusq; arbitrio ad summam vitæ licentiam, bonorumque operum neglectionem extremam reducatur. Nam quæ laus, quæ dignitas bonis operibus constare potest, dum ea non adeò magni momenti, nõ homini necessaria, non salutifera, non meritoria esse statuuntur, imò propter quæ pij passim vt Pharisæi, superstitiosi & hypocritæ non sine vulgi ludibrio salutantur? D

In aliis colloquij Altenburgensis. Horrenda axiomata de bonis operibus proposita in colloquio Altẽburgẽsi.

In Bibliorũ versione corrumpit Lutherus loca multa de operibus bonis tradita.

QVID verò, si longum inducam catalogũ eorum locorum, quos Lutherus in nouo Testamento Germanica versione sua corrupit, vt operibus bonis detraheret, ac suam de sola fide doctrinam redderet populo gratiorem? Sed nostro quidẽ instituto sufficerit, ex multis pauca huius rei exẽpla proferre, vt veritas liquido demonstretur. Nõ placet Luthero, quod à Petro dictum est: Fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Expungit igitur illud per bona opera: quinetiã in eiusdem Epistolæ præfatione diserte monet, per fidem certam nobis reddi vocationem, quamuis Petrus aperte reclamet. Non placet doctrina Iacobi, qui solus ad istos intemperantes fidei buccinatores reprimendos satis esse possit, eoque Iacobi Epistolam, quæ tot seculis verè Canonica fuit habita, velut Apo-

1. Pet. 1.

Lutherus Epistolam Iacobi reprimit.

De doctrina sua fundamentis, Lutherus ipse dissentit.

A stolo indignam, & Pauli doctrinæ contrariã, adeoque straminearn (sic enim vocat) reiicit atque contemnit. Ab hoc Iacobo scriptum erat: Ostende mihi fidem tuam sine operibus: at contrario modo, cum operibus, vertit hic nouus interpres. Nõ placet Iudæ Apostoli dictum: Qui potest vos conseruare sine peccato: transtulit igitur vt sibi commodum visum est, & tamen contra mentem Apostoli, hoc est, absque offendiculo. Non placet quod legatur: vnicuique reddi secundum eius opera, quod etiamsi non ausit scriptis Apostolicis prorsus eximere, tamen fraudem illo in loco facit, vbi Paulus ita scribit: Quorum finis erit secundum opera ipsorum: hæc enim verba ille penitus iugulauit, & ex suo libro remouit. Nõ placet à Christo prædicari, annuũ Domini acceptum & diem retributionis, vt de se ipso Dominus apud Nazarenos in Synagoga testatur. Adhibet hic artificium quoque suũ Lutherus, & verba illa præclara, diem retributionis præscindit, vt eò commodius persuadeat vnicuique non secundum opera, sed secundum fidem suam præmium vel supplicium reddi. Quin eò etiã impudentiæ progressus est Brentius, vt palam negarit, quod Scriptura constanter affirmat: Christũ videlicet, in extremo iudicio suo secundum præcepta decalogi pronunciaturum, & vnicuique secundum opera eius redditurum esse. Iterum verò non placet Luthero, quod à Paulo circumspectè dictũ est: Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Hic rursum suam adhibet sacrilegã artem, & sicut alibi verbo Dei detrahit, sic hoc loco, omnibus exemplaribus tum Græcis tum Latinis repugnantibus, vocem adiicit exclusiuam: iustificari nempè hominem per solam fidem, quemadmodum Germanicè his verbis expressit: Omitto, quam malè verterit Lutherus pœnitentiæ nomen, & quomodo deprauarit locum illum insignẽ: Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam: & quod apud Ioëlem significãter dictum est: Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? Nõ dicam de illa eiusdem Prophetæ deprauatione in illis verbis: Dedit vobis doctorem iustitiæ: & eius, quod apud Esaiam legitur: Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium. Prætermitto id genus alia plurima, quæ à viris doctis, imò etiam à Sectariis reprehenduntur, in quibus Lutherus contra boni fidem interpretis, non dicam chirographum principis, vel monetam auream adulterauit, sed summi æternique Dei verbũ planè corrupit, & præsertim vbi aliqua operum fit commendatio. Marcionicam sibi licentiam sacrilegè vsurpauit. Proinde Bucerus non minus verè quàm apertè scripsit, Lutheri lapsus in vertendis explanandisque Scripturis manifestos esse, nec paucos: sicut & Manssfeldensis confessio testatur Hosiandrinos dicere, Lutherum haud sine ingenti falsitate ac dolo Scripturarum loca interpretari.

Negat Brentius secundum opera nos esse iudicandos. In explicat. Simboli Matt. 19. & 25. 2. Cor. 5. Rom. 2. Rom. 3.

Lutherus verbis Paulinis de sola fide quid asſuat.

Matth. 5. Marc. 1. Sap. 11. Ioel. 2. Ibidem. Esaiæ. 32.

Buceri & Hosiani dri norum de Lutheri Bibliis iudicium. In dial. con. Melanchr.

ETadhuc isti clamitant, sæpeque conqueruntur, manifestam eorum esse calumniam & impudens mendacium, qui affirmant, doctrinam de bonis operibus in Lutheri schola, & apud ministros nouos esse neglectam. Quomodo enim illa non negliguntur, quę tam frigidè docentur, sæpè hypocrisi ac superstitioni asscribuntur, in vanis cultibus numerantur, palam etiam oppugnantur, velut ho-

Sime falsum doctrinam de bonis operibus apud nouatores negligi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini parùm aut nihil conferant, atque adeò nec per se ad salutem necessaria, nec Deo grata, sed facienti pernicioſa esse videantur, & quæ demũ audacia pluſquam Gigantea & perfidia intollerabili in tot mille codicibus sacris, inque ipſo Dei verbo nequiſſimè depraũantur? Quid habent quæſo iſti cum Apoſtolica tum doctrina, tum conſuetudine ſibi commune, qui plenis buccis ſolam fidem crepant ac exigunt, illudque falſo prorſus, fidẽ nimirum & opera inſeparabiliter esse connexa, fingunt: Id quod cum Pauli & aliorum Apoſtolorum doctrina, qui de illis diſtinctè loquuntur, ac diuerſa præcepta condunt, & fidem miraculorum etiam operatricem à charitate ſeparant, ex diametro pugnat. Sed ô blandum & carni amicum, animi verò inimicum docẽdi genus, quod iſti Solarij, ſic enim B Lutherus quoque vocat, ſibi propoſuerũt. Ex quo fonte tam ingens ac peſtilens licentiæ impuritatiſque omnis ſcaturigo dimanauit, vt ſi antehac vnquã, nunc maximè homines à ſanctæ vitæ & Chriſtianæ pœnitentiæ diſciplina prorſus deflexerint, & peſſimis operibus aſſuefacti, & ad omne opus bonũ, reprobi, maledictioniſque filij & corruptionis ſerui, vt loquuntur Apoſtoli, totam ferè Europam compleant. Nolo autem iſthæc vel odioſius, vel prolixius hoc loco tractare, ſed redeo ad Centuriatores, qui cùm ſæpè alias, tum in Scripturæ teſtimoniis, quæ ad operum confirmationem maximè faciunt, parum fidos agunt interpretes, ac Euãgelium nobis malitioſe depraũant. Quod vt nonnullis declaremus exemplis: Chriſti nempè verbũ eſt: Si manſeritis in me & verba mea manſerint in C vobis, quodcunque voluerit is, petetis, & fiet vobis. Hic illi ſolitam adhibent fraudem, & manere in Chriſto ſic explicant, vt ſit idem quòd in Chriſtum credere: Verba verò Chriſti in credente manere tantundem valeat, quòd promiſſionibus gratiæ potiſſimum inniti. Atqui Chriſtus paulò poſt ſeipſum luculenter explicat, quod de charitate & obedientia vera loquatur, cũ ita ſubiungit: Manete in dilectione mea, ſicut & ego patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Proinde cum Cyrillus illa Chriſti verba tractat: Manete in me, & ego in vobis, perſpicuè docet, non eſſe ſatis ad perfectam hominis Chriſtiani ſanctificationem eum veluti palmitem viti Chriſto inſeri fieri que fidelem, ſed maiorem quoque curam adhibendam vt idem per charitatem & mandatorum obſeruationem Chriſto ſemper inhæreat, Chriſtumq; immaculate ſequatur. Qua in re, inquit, maximè ſpiritualis coniunctionis virtus ſeruatur.]

Fides ab operibus ſeparati poteſt.

Rom.3. & 12 1.Timot.6. 2.Timot.2. 1.Corinth.13. Epheſ.6. Apoc.2.

Tit.1. 2.Pet.2.

Quomodo Centuriatores depraueũt Scripturę locũ de operibus & charitate.

Locus Ioan. 15. depraua-tus. Cent.1.pag. 124.& Cent. 2.pag.570.

Ioan.15. Lib.10. in Euan.Ioan. cap.16.

Manere in Chriſto & charitate, plus eſt quàm credere.

Peruertunt & illud Chriſti dictum, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumẽ vitæ. Et aliud, Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Sic enim de his verbis pronunciant: *Æquipollentes ſunt cum fide aut credere, ſequi Chriſtum, aut ſermonem Chriſti ſeruare.* Quis verò prudens fucum iſtorum non intelligat, Chriſti ſermonem alium atque alium eſſe, vbi ad fidem atque ad imitationem ſui, ſermonemque ſuum ſeruandum credentes hortatur? Ad fidem propriè ſpectat illud: Creditis in DEVM, & in me credite. Non credis quia ego in Patre & Pater in me eſt? aliòquin propter opera ipſa credite. Eodẽ pertinet: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me: & qui videt me, videt eum qui miſit me. Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Cùm verò ad imitationem ſui diſcipulos prouocat, in hũc modum docet: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Item: Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Quis autem ſic ineptiuit vnquam, vt in his aliiſque Scripturæ locis pro eodem ducerer, Chriſtũ vel Chriſto credere, & eum ſequi, vel ſermonem eius ſeruare? Quàm ſunt iſthæc inter ſe planè diuerſa? & quàm rarò in Chriſti moribus imitandis, eiuſque ſermonibus ſeruandis exercitati reperiuntur, qui fide vel maximè apud Sectarios gloriantur, aut etiam qui veræ ſunt fidei clariſſimi profeſſores? Teſtatur idem Ioannes, multos ex principibus in Dominum credidiſſe, ſed propter Phariſæos non eſſe confeſſos: tantum abeſt, vt Chriſtum ſequerẽtur, eiuſue ſermonem ſeruarent. Credentis autem ſimul & obedientis illa vox eſt propria: Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexi ea vehementer, Seruaui mandata tua & teſtimonia tua. Nec diſſimilis illa eſt: Domine, tu omnia noſti, tu ſcis, quia amo te. Tùm apud eundem Ioannem ſic ait Dominus: Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Eſſe igitur longè aliud, verbum Dei cuſtodire, vel Chriſti ſeruare ſermonem, quàm credere, cœcus ſit profectò, qui ex Euangelij locis clariſſimis non perſpiciat & agnoſcat. Rogabat ex Chriſto dives adoleſcens: Magiſter bone, quid faciam, vt habeam vitam æternam? Cui mox reſpondit Dominus: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Cùm ille ſubieciſſet: Omnia hæc cuſtodiui à iuuẽtute mea, Ieſus intuitus eum, vt Marcus commemorat, dilexit eum, & dixit: Vnum tibi deeſt: Vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo. En quo pacto Chriſtus hic vrget non fidem, ſed ſicut Paulus vocat, obſeruationem mandatorum Dei, & præter eam aliquid amplius exigit, ſatiſque commõſtrat, quòd præcepta decalogi velit in primis à credentibus ad vitam conſequendam æternam obſeruari. Hinc & poſtremum ferè Chriſti præceptum eſt, quo iubet baptizatos doceri non de fide tantùm, ſed de ſeruandis omnibus iis, quæ Apoſtolis ſuis ipſe mandauiſſet. Tùm ad legis peritum, vt præclarum clementiſsimi Samaritani exemplum illi cõmendet: Hoc fac, inquit, & viues: Abſit igitur, nos in media velut luce tam turpiter cœcutire, quemadmodum iſti poſtulant, vt verbum Dei ſeruare & credere idem eſſe omnino putemus. Illud verò conſtat, in Scripturis pro eodem ſæpè accipi, ſeruare & facere, quemadmodum vbi de ſedentibus in cathedra Moyſi præcipit Chriſtus: Quęcunque dixerint vobis, ſeruate & facite. Tùm de ſeipſo prædicat Dominus: Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. Ad diſcipulos verò: Qui habet mãdata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Ac iterum: Qui nõ diligit me, ſermones meos nõ ſeruat. Hic ſeruare Patris mandatũ & Chriſti ſermonẽ, vim eandẽ habet cum eo quod alibi dicitur, [a] cuſtodire verbũ Dei, [b] facere voluntatẽ Patris, [c] factorẽ eſſe legis, [d] Chriſtũ & eius [e] veſtigia ſequi, ac [f] in viis Domini ambulare.

Aliа depraua-tio loci Ioannis 8. Ibidem.

Aliud eſt credere quam Chriſtũ ſequi, vel eius ſeruare ſermonem.

Ioan.14. Ioan.12.

Matth.16. Ioan.12.

Ibidem.

Pſal.118. Ioan.14. Ioannes.

Diſſimiles ſe & facere credere ac Scripturis.

Matth.19. Ioannes 14.

Matth.8.

Matth.28.

Luce 10. Seruare & facere ſæpe ſynonyma Scripturis.

1.Ioan.4.

1.Cor.13.

a Luce 11. b Matth.7. c Roman. 2. d Ioan.13. e 1.Pet.2. f Pſal.118.

Quid ſit Chriſtũ ſequi iuxta Loſſium & Brentium.

bulare. Loſsius verò cum hoc Chriſti dictum interpretatur: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me, locũ refert ad profitentes Chriſti doctrinam, ſed qui non intelligit, quid vel ipſe dicat, vel Chriſtus hìc iubeat faciendum. Germanum loci ſenſum de Chriſto ſequendo vel imitando ſic Proſper expreſſit. Quid eſt, inquit, Chriſtum ſequi, niſi præſtare beneficia etiam ingratis, non retribuere ſecundum merita ſua maleuolis, & orare pro inimicis, amare bonos, miſereri peruerſis, inuitare auerſos, ſuſcipere in charitate conuerſos; & æquanimiter pati ſubdolos ac ſuperbos?] Nec pudet tamen Brentium ita docere, *Sequi Chriſtum non eſt imitari virtutes eius, ſed eſt credere: quod ipſe ſit verus Chriſtus, expiator peccatorum noſtrorum, & Saluator noſter.* Ergóne qui hoc certò de Chriſto ſentiunt, Chriſtum ſecuti esse putandi ſunt, nihilque præterea de Chriſto imitando curabunt? velut nihil ad eos pertineat Apoſtolica prædicatio: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

Lib. 2. de vita contemp. cap.20.

Homil.66. in Ioan.

1.Pet.2.

Depraua-tio ſententiæ Ioannis.

1.Ioan.2. Lib.4.epiſt.6 & lib.de habitu virgi. Lib.2.de vita contemp. cap. 20.

SVNT ET alia Scripturæ Apoſtolicæ teſtimonia, quæ Centuriatores maligne tractant, vt ne quicquam operibus bonis deferant, ſed contra luculentam verborum ſententiam ad fidem reuocent omnia. Quid enim habet obſcuritatis, quod à Ioanne ſcribitur: Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare? Hoc eſt, inquit Cyprianus, velle cum Chriſto inueniri, id quod Chriſtus & docuit & fecit, imitari. Tunc reſpondet ad fidem nominis ſectatio veritatis, & credenti præmium datur, ſi quod creditur, & geratur.] Quid eſt ambulare ſicut Chriſtus ambulauit, vt & Proſperi verbis vtamur, niſi contemnere omnia proſpera, quæ contempſit, non timere aduerſa, quæ pertulit, libenter facere quæ fecit, fieri docere quæ mandauit, ſperare quæ promiſit, & ſequi quò ipſe præceſſit?] Accedunt porrò Centuriatores, & his Apoſtolicis verbis de quibus nemo pius dubitauit vnquam, affingunt, in Chriſto eſſe, in eóque manere, idem Ioanni valere, quod credere. Quaſi verò ſeipſum Ioannes non explicet ſatis, qui totus in dilectione & operatione ſancta credentibus commendanda verſatur, & hoc clare pronunciat: Qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo. Et rurſus: In hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt. Qui autem ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. In hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus. Tum poſteà: Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Ac rurſus: Hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt. Nũc audi vanitatem, ne dicam caſtigandam malignitatem iſtorum interpretum: *Manere in charitate* inquiunt, *eſt fide amplecti Dei beneficium per Chriſtum nobis oblatum.* En quo pacto fidei & charitatis confundunt officia, neque inter tres virtutes illas, Fidẽ, Spem & Charitatem cum Paulo diſtinguunt, ſuam verò charitati prærogatiuam adimunt, ne illa reliquis duabus maior & excellentior videatur. Nihil illis propemodum ſapit, niſi fides Chriſti beneficiũ apprehendens, quam tamen veteres longè aliter explicarunt, & ſuum interim locum charitati, ſuum obedientiæ integrũ reliquerunt. Eiuſdẽ farinæ eſt, quod adulterant Petri locũ: Perfectè ſperate in eã, quæ offertur vobis gratiam: vbi ſperare pro credere accipi volunt. Pari malitia corrumpunt nobis illã Chriſti ſententiã: Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. Et illam: Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Et aliam vehementer illuſtrem: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, id eſt, credet, inquiunt: Ita [a] venire ad nuptias, habere veſtem nuptialem: [b] guſtare cœnam, in hunc ſenſum transformant, vt ſint æquipollentes formulæ, & pro eodem cum fide ac credere accipiantur. Quis verò non miretur, ſimúlque deteſtetur horrendam iſtorum impudentiam, qui tantum ſibi ſumunt in ſacroſanctis Euangelij verbis, quò libet, detorquendis, atque adeò in ſenſus à Chriſti mente prorſus alienos conuertendis? Vt enim nouum hoc & impurum dogma ſuum de ſola fide iuſtificante ſtabiliant ac fulciant, pergunt audacter, quæcunque illis obſiſtunt in Scripturis loca, vel quouis prætextu eludere, vel nouis interpretationibus denigrare, tantùm vt errorem aſciti-

1.Pet.1. Aliorum locorum depra-nationes ad operum bono rum extenua-tionem. *Luc.8. Luc.11. Ioan.14. a Matth.22. b Luc.14.*

tio quodam colore obduxiſſe, & imperitis dixiſſe aliquid videantur. De quibus corruptelis nunc tãtùm obiter admonemus, ac idcircò Patrum ſententias ad veritatem comprobandam miſſas facimus, vt tantæ rei tractatio, quæ huius inſtituti propria non eſt, commodiori loco ſeruetur.

Centuriatores contendũt in Chriſto eſſe & manere, accipi pro credere.

2.Ioan.3. 1.Ioan.2.

1.Ioan.4.

1.Cor.13.

VBI NEC illa nobis diſſimulanda fraus eſt Cẽturiatorum, quòd contexant longum catalogum bonorũ operum, de quibus Apoſtoli docuerint iuſtificatos, & quæ omnia voluerint in decalogo esſe comprehenſa. Egregiam verò & robuſtam machinam, talibus architectis dignam, atq; in hoc fabricatam, vt ſemel & ſimul omnes non ſolum Eccleſiaſticas, ſed & Apoſtolicas traditiones euertant, quæ tot ſeculis receptæ, & per ſacra Concilia probatæ, magnum ſanè põdus habuere, ac etiam nunc habere debẽt tùm in ſacris ordinibus, tùm in Chriſtianis ritibus, tum in tota Eccleſiæ gubernatione. Ac his quidem Apoſtolicis traditionibus, quæ non ſcriptæ, ſed veluti per manus ad nos tranſmiſſæ, & in Eccleſia ſemper cõſeruatæ ſunt, cum alij Patres, tùm illi veteſtiſſimi Eccleſiæ ſcriptores [c] Clemens, [d] Ignatius, [e] Dionyſius, [f] Iuſtinus, [g] Irænęus teſtimonium locupletiſſimũ præbent. Quis verò iſtorum non videat fallaciam, qui ad Apoſtolos authores & prædicatores ea tantùm referunt opera, quæ ipſi volunt: cætera verò omnia, quæ ab iiſdem Apoſtolis vel facta, vel commendata fuiſſe leguntur, electitia, & ab hominibus excogitata vocant, ſiue cultus accedat opinio, vt ipſi loquuntur, ſiue ſine tali opinione fiant? De his enim Paulum dixiſſe cõtendunt, [h] Prophanas & aniles fabulas reiice. Bona igitur opera definiunt illa tantũ esſe, quæ certo & expreſſo Dei verbo mandantur, quòd quàm verum, imò quàm à Dei verbo alienum ſit, non multò antè monſtratum eſt. Non probabunt autem iſti vnquã, ad præcepta Decalogi neceſſariò referri, quæcunque de operibus tùm faciendis, tùm prætermittendis Apoſtoli vel voce viua docuerũt, vel ſcripto conſignarunt. Iubet Paulus quidem, quæ facienda ſint Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis:

De catalogo bonorum operum à centuriatoribus edito. *Centur 1. cap. 4. col. 125.*

Apoſtolicæ traditiones reſici non poſſunt quæ operanobis commendant

c Libris 8. conſtit. Apoſt. d Li. de tranſlatione teſte Euſebio Eccleſiaſt. hiſt. lib.3 e In celeſti & Eccleſ. hier. ar. f Ad orthodox. quæſt. 14. & 56. 115 118. & 137. g Aduerſ. hæreſ. lib. 3. ca.1. & 4. h 1.Tim.4. Cent. 1. li.2. cap.4.pag. 124. 1.Tim.3.4. & 5. Tit.1.

An Apoſtoli præcepta omnia reſtulerint ad decalogũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tradit leges neophytis,virginibus, viduis:monet in
1.Cor.7. 1.Tim.5. 1.Cor.11. specie de nõnullis discipulos Timotheum, Titum, Philémonem: promittit Corinthiis, se in reditu multa dispositurum, sicut iam antè disponere cœperat, de cultu diuino, de administratione Sacramentorum, de ordine ac disciplina Ecclesiæ Corinthiacæ, sicut etiã Augustinus interpretatur. Quid verò attinet, aut quomodo consentaneum videri potest, huiusmodi singula, & id genus infinita, quæ pro ratione locorum & temporum Paulus ac Apostoli constituerunt, ad certum Decalogi reuocare præceptum? At enim subdoli homines huc spectãt, vt verbo scripto nos alligatos esse colligant, adeóque vix etiam Apostolis licuisse volunt, vt præter legem à Christo acceptam, ipsáque præcepta decalogi quicquam vel docerent, vel traderent. Atqui
Epist.118. ca.6. ad Ianuarium.
De subdolo & vafro consilio centuriatorum.
1.Cor.14. Paulus pro Domini mandatis agnosci & obseruari postulat, quæ tùm ipse, tũ reliqui Apostoli, tũ Ecclesiarũ præpositi ad ædificationẽ Ecclesiæ constituissent: nec minorem Ecclesiasticorum quàm politico magistratui obedientiam per omnia iubet exhibere. Iam verò quàm inepte, quàm absurdè digerunt catalogum? vt quæcunque ab Apostolis docentur opera bona, suum in illo locum habeant, & in aliqua decalogi parte constituãtur. Scilicet propositum Apostolis fuit, tertio præcepto hæc opera, quæ sequuntur, & ab istis adferuntur, includere: attendere lectioni, incumbere sacris literis, linguis loqui, vigilare cõtra lupos, administrare Sacramenta, enormiter peccãtes excommunicare, excõmunicationem adiuuare & approbare, ab impiis & excommunicatis abstinere, lapsos pœnitentiam agentes recipere & consolari, orare pro tota Ecclesia, nihil facere secundùm propensionem animi, non præcipitare iudicium, nec ad gratiam hominum aliquid facere, tolerare malos, discere Catechismum, probare spiritus, tenere institutiones Apostolorum, infirmos visitare & consolari. Possunt isti alia id genus vel sexcẽta cumulare, quæ vt huius loci propria non sint, sic eâdẽ vel arte vel audacia in quoduis præceptum reiiciantur. Equidem sic habẽdum est, in mentem nunquam Apostolis venisse, vt vel propter Decalogum omnia scriberent, vel ad certum Decalogi præceptum suam doctrinam scrupulosè vellẽt accommodari. Nec tamen improbamus illorum studium, qui præcipuas bonorũ operum partes, & Christianæ obedientiæ quasi normam in Decalogo statuunt, & omnia tùm agenda tùm fugienda referunt ad finem præcepti, legisque plenitudinem charitatem. Ac est vtile sane, vt secundum regulã geminæ charitatis Dei & proximi primæ & secundæ tabulæ præcepta digerantur, & seipsum in his quisque moneat per omnem vitam à malo declinare & bonum facere. Sed alia mens est Centuriatorum, qui statim reiiciunt ac floccipendunt quæuis opera ipsorum iudicio in decalogo non comprehensa, vel ex quibus nullum commodum ad proximum redit, sempérque Dei verbum & decalogum in omni opere bono exigunt. Igitur vt suam insignem malitiam re ipsa testentur, inter alia opera, quæ cum decalogo pugnare, & ab Apostolis damnari fingunt, illorum quoque conatus annumerarunt, qui subscribunt Concilio Tridentino, aut dediti sunt Pont. Max. quem isti toties appellare audent Antichristum, & Babyloniceam meretricem. O præclaros Decalogi
Quomodo ad decalogum reuocari possint opera bona. 1.Timot.1. Roman.13.
Quam impiè loquantur centuriatores de vtroque magistratu.

A interpretes, imò nefarios deprauatores, qui sic nobis quartum Decalogi præceptum explicant & obseruant. Quid hoc est aliud, quàm sicut Iudas prædixit quosdam esse facturos, dominationem spernere, maiestatem blasphemare, ac illius iniqui, qui supra magistratum omnem efferet sese, & nunc in istis iniquitatis suæ mysterium operatur, satellites & præcursores strenuos agere? Adeò nec lex Dei præceptum nec egregium Apostoli Pauli exemplum, nec pœna maledicis proposita, nec ciuilis honestatis ratio, nec debita magistratibus reuerentia vlla istos immanes Ecclesiæ hostes permouere potest, quo minùs principi populi Dei maledicant, ac tori Ecclesiæ, qua nihil est charius Christo, petulanter insultent.

2.epistola cap. 2.Thessal.2.

B AT NIHIL ego miror, hos momos Pont. Max. summoque Sacerdoti adeò iniquos & infestos esse, qui etiam temperare non possunt sibi, quin aduersus sanctissimos ac diuino spiritu plenos Christi Apostolos impetum faciant, suámque in illos virulentiam euomant. Reperiunt in illis opera, quæ sine Dei verbo atque mandato, si antiquis rerum Ecclesiasticarum scriptoribus fides habenda est, & ipsi fecerunt, & à credentibus aliis exegerunt. Arguunt igitur Andream Apostolum, qui dies ieiuniis assignasse, & quibusdam hominibus proposuisse scribatur. Arguunt Thomam, quòd Diacono caput toronderit, item septem dierum ieiunia indixerit, & ad omnia crucis signum expresserit: quæ si ab eo facta sunt, res videri volunt superstitiosas. Arguunt Ioannem, quòd voluntariam paupertatem doceat, & cuidam inculcet, quódque spacium aliquot dierum ad pœnitentiam proponat. Arguunt Matthæum, qui prædicet, Mariam seruandæ virginitatis votum Deo primum vouisse: quódque de meritis credentium doceat, & ieiunium Quadragesimæ commendet: quòd itidem affirmet, virginem Deo consecratam nefas esse nubere, quòd amplius ducentas virgines consecrarit in cœlibatu, & velamen eis sacrum imposuerit: quòd Missam denique ab eo populus acceperit. Arguunt Iacobum minorem, velut is non mediocre peccatum admiserit, quando suasit Paulo, vt propter Iudæos offensos in templo se purificaret, quasi legitimam rationem non habuerit Mosaycæ legis iam abrogatæ. Multò autem est intolerabilius, eiusdem Iacobi epistolæ Canonicæ, vt alibi probabimus, hanc fœdam ab ipsis notam inuri, quòd illa nimirum ab analogia doctrinæ Apostolicæ haud mediocriter aberret, dum iustificationem non fidei soli, sed operibus asscribit. Arguunt eundem Iacobum, quòd scribat, bonis operibus destitutum fide sola non posse saluari: fidem bonis operibus perfici, ac insuper Abraham & Rahab meretricem ex operibus iustificatos esse. Vnde non solum hanc Epistolam, sed & alteram ad Hebræos, & tertiam à Iuda conscriptam planè Apocrypham faciunt: ac in duabus quidem prioribus nonnulla pro stipulis iurè censeri pronunciant. Sed nolo isthæc tàm aperte non modò falsa, sed etiam piis animis horrenda persequi, quæ alibi commodius, prout isti tàm impij quàm insani Apostolomastiges merentur, poterunt refutari. Quid? quod vniuersum & maximè venerandum illud Apostolorum collegium, quo nullum aliud sanctius atque probatius, esse potest,

Cent.2.pag. 58. Iacobus. Pet. apostolus & ad Hebr. quam multa sentiam. Cent.2.pag. 54. Iacobus. Cent.2.pag. 62.&c. Apostolos omnes & eorum coætaneos errasse.

esse potest, eius hæresis pestifera audent insimulare, A
De fide & operib. cap. 14. & lib. 83. quæstionum. q.76. 1.Pet.3. qua non solùm nostri nouatores, sed etiam, si Augustino credimus, Pseudoapostoli iam olim, dum Paulus viueret, se doctrinámque Christianam turpissime contaminarunt. Etenim cum indocti quidam & instabiles in Pauli Epistolas eásque difficiles intellectu, 2 sicut Petrus ostendit, incidissent, hinc erroris noui fuxere venenũ, vt sola fide Christianam iustitiam metientes insolescerent, & quæ à Paulo bene scripta fuerant, intelligerent male, Scripturásque sacras ad suam ipsorum, ac multorum etiam fortasse perditionem, impie deprauarent. Vnde factum putat idem Augustinus, vt Petrus, Ioannes, Iacobus & Iudas post Paulum, non tam de fide tractarint, quàm bonorum operum studium suis scriptis commendarint, & credentes iam fide iustos ad maiorem vitæ iustitiam excitare atque promouere curarint. Quid vero nostri Centuriatores? etsi hæc satis intelligant, & ex varia lectione vera esse proculdubio deprehendant, tamen asserere non verentur, Apostolos in Hierosolymitana Synodo definisse ac etiam publice docuisse, sola gratia solaque fide homines absque operibus iustificari, atque ex æquo saluari. At profectò nihil minus ex illius Concilij decreto, quod Iudaizantes & Ebionitas damnat, colligi: nihil magis etiam scriptis Apostolicis contrarium adferri potest: nec quisquam veterum ad hũc modum sententiam illam in prima Synodo pronuntiatam intellexit, intelligendámue putauit. An non præter fidem illic docetur & exigitur obedientia, nec communis illa tantum, sed etiam quę in delectu ciborum versatur, eáque nullo Christi Mandato vel Decalogo comprehensa? Eiusdem farinæ est de Luca Euangelico scriptore istorum narratio, qui cũ primis illustrauerit doctrinam propriissime Euãgelicam de iustificatione seu remissione peccatorum coram Deo gratuita, quòd nimirum, vt inquiunt, iustificatio coram Deo sit gratuita imputatio obedientiæ ac meriti Christi per solam fidem accipienda sine lege & operibus. Hæc aliáque non minus insulsa, sed ad ipsorum placita confirmanda vafre contorta, mirum quàm isti confidenter effutiant, suisque ornent coloribus, vt quod ipsi docent, Lucas etiam docuisse puteturi cum longè quidem aliter res habeat, & ipsorum præceptor Lutherus vel inuitus fateatur, sic textum in Luca vndique sonare, quasi iustitia ex operibus mãnet.
Act.15. Cent.2.pag. 516. De sententia primi Concilij Hierosolimitani. Quam malè Lucam interpretetur à Centuriatoribus. Cur Apostoli post Paulũ scripserint de operibus diligenter. Ier.de Pharisæo & Publicano. Summam esse Centuriatorum impudentiam in Apostolis iudicandis. Lib.de fide & operibus cap.14.

D EN IGITVR tibi, quantum isti bonis operibus deferunt, qui Apostolos solius fidei iustificantis faciunt prædicatores, cum tamen illorum scripta, vt Augustinus demonstrat, contrarium plane conuincant, quique in eorũ vita, simul & doctrina ferre alia non possunt opera, quàm quæ ipsis videntur Decalogo seu verbo Dei expresso respondere. Tùm, quandoquidem quicquid ipsis libet, Apostolicũ esse dogma iactant, hæc etiam ab Apostolis tradita impudenter affirmãt, quòd opera nec ad salutem sint necessaria, nec ad rationem iustificationis pertineant, nec in illa debeant admisceri, sed ab ea prorsus excludi: Ebionitas ab Apostolis ideircò fuisse damnatos, quòd Catholicorum more bonorum operum necessitatem vrgerent atque defenderent: Paulum de iustificatione sic docere, vt nullam operum præsentiam illic ferre possit: vt reliqua id genus mendacia, quæ de Apostolis do-

C cent; silentio prætereamus. Quis verò miretur, hos momos posterioribus Patribus non parcere, sed in illos etiam Theonimum dentem infigere, quando Apostolorũ & dicta & facta illis, vt diximus, adeò vilescunt atque sordescũt, vt audacia plusquam gigantæa in ordinem illum primarium debacchẽtur, illósque tàm turpiter infectẽtur, qui totius fidei & doctrinæ Christianæ sanctissimi principes, & veræ Ecclesiæ fundatores præstantissimi extiterunt? Age verò si libet, Apostolorum temporibus ætates proximas decurramus, in quibus certè nec Apostolicus quidam vigor defuit primis Ecclesiæ Patribus atq; scriptoribus, vt Clementi, Iustino, Irenæo, Cypriano, Basilio, Nazianzeno, Epiphanio, vt recentiores alios, qui Ambrosium, Hieronymum, Chrysostomum, Augustinum secuti sunt, ac his etiã vetustiores, Tertullianũ & Origenem, præermittam. Horum si sententias ad veritatem tum inuenjendam, tùm confirmandam accõmodamus, propterea nobis illi gratiores esse debebunt, quod reprehendantur à Centuriatoribus, vt qui de libera hominis voluntate, ac virium humanarum potestate, déque fide & operibus ad Christianam iustitiam adiungẽdis confessionem vere Catholicam ediderint. Accusant Clementem, qui dixerit: Gratia seruamur, sed nõ absque bonis operibus.] Et posteà: Quando audierimus: Fides tua te saluũ fecit, non accipimus eũ dicere absolute eos saluos futuros, qui quomodocũque crediderint, nisi facta quoque fuerint cõsecuta.] Accusant Iustinum, cuius vox est: Quid est tota legis iustitia? diligere Deũ plusquàm seipsum, & proximum vt seipsum, quod quidem nõ est impossibile hominibus volentibus.] Accusant Irenæũ ita docentem: Inter cætera Prophetæ & Apostoli hortabãtur homines iustitiam agere, bonum quoque operari, quia in nobis sit hoc. Et rursus: Non tantùm in operibus, sed etiam in fide liberũ & suæ potestatis arbitrium homini seruauit Dominus.] Accusant Cyprianum, qui monet credẽtes, per omnia seruitutis obsequia redemptoris imperio patere, dareque operam, nequid immũdum & prophanum templo Dei inferatur: eleemosynã verò viam esse tuendæ salutis, eáque sordes quascunque post Baptismum contractas deleri. Accusant præter hos etiam Ignatium, quòd impẽsius amet ac veneretur statum virginitatis, & virgines Deo consecratas cõmendet, quódque de festis diebus & Quadragesima, de Episcopis item & Presbyteris testimonium ferat.] Accusant Tertullianum, qui testetur regnũ Dei intra nos esse, id est, in manu ac potestate nostra, si audiamus & faciamus Dei præceptum. Non enim poneretur lex ei, qui non haberet obsequium debitũ legi in sua potestate.] Accusant Origenem, qui affirmat baptizatos per omnia posse legẽ implere: non esse inordinatũ sermonẽ diuinũ, nec impossibilia præcipere. Accusant Hilariũ, qui pronunciat: De nostro est beata illa æternitas promerẽda, præstandúmque est aliquid ex proprio.] Et rursus: Præstat Dominus sapientiã his, qui per meritũ operũ gratiã intelligentiæ cõsequuntur.] Accusant Basiliũ liberè profitentẽ: Creatura ita cõparata est, vt virtutis & diuinæ dilectionis præmiũ sanctificationẽ habeat: quoniã natura vtitur libera, vt ad vtrũlibet possit inclinari eli, adectionem scilicet boni & peioris.] Accusant Ephrem qui moneat: Quid prodest, si habeamus omnia, sola autem nos

Quomodo Patres qui ista tum Apostolorum ætatem secuti sint, à Centuriatoribus accusentur circa doctrinam de libero arbitrio de fide & operibus.
Catalogus Patrũ in Centuriis reprehensorum.
Cent.2.pag. 60. Lib.5. stromat. Ibidem lib.6. Quæst.105. ad orthod. Lib.4.adversus haeres. cap.72. Ibidem Cent.3.cap. 10.pag.226 Lib.de habitu virginum. Serm.de eleemosina. Cent.2.cap. 4.64. Epist. ad Antiochenos Cent.3.cap. 240. Lib.4.aduersus Marcionem. Cent.3.cap. 10.265. hom. 8.in Exod. Homila. in Cantica. Cent.4.ca.4. pag.293.in cat.7. Matt. Cent.4.ca.4. pag.291.contra Eunom. Cent.4.ca.4. pag.292.293.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De vera pœnit. cap. 1. Cent. 4. c. 10. pag. 927. Orat. in dict. Euang. Exorat. dicta in præsentia Basilii. Cent. 4. ca. 4. pag. 291. Li. 1. Tom. 1. Hæres. 64. Cent. 4. ca. 4. pag. 292. In Esaiam, lib. 8. cap. 21. In Danielem cap. 4.

saluante charitate careamus?] Et alibi : Nihil nobis prodesse poterit in illa iudicij die, nisi conuersatio sancta & bona opera, quæ hinc detulerimus nobiscum.] Accusant Nazianzenum dicentem: Quòd saluamur, partim à nobis, partim à Deo esse oportet.] Tùm alibi : Nos quoque coronæ fiamus participes, & eiusdem gloriæ hæredes, cùm hæc in nostra sit potestate. Prætereà de remissione peccatorum : Eam quam gratis consecutus es, etiã per diligentiam conserua, vt remissio tibi à Deo sit, à te verò fiat conseruatio.] Accusant Epiphanium ita scribentem : Manifestum est clarúmque ac minime ambiguum , quòd liberum arbitrium exhibuit nobis DEVS per seipsum locutus : Si volueritis & nolueritis. Quare circa hominem est bona operari, aut malas res appetere.] Huic non absimile est quod idem alibi scripsit : Spontaneã ad vtráque volútatem DEVS hominibus perinde vt Angelis constituit, aut vt obedientes verbo essent, cum ipso & acciperent beatitudinem, eáque fruerentur, aut non obedientes iudicarentur.] Accusant Hieronymum, qui asserat : Non sufficit murum habere fidei , nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur.]

Cent. 4. cap. 10. pag. 1161. De Iacob. cap. 1.

Et quòd rursus velut præsens istorum hulcus pungens affirmat : Cùm Daniel præscius futurorum, de sententia DEI dubitat, dicens : Forsitan ignoscet DEVS delictis tuis : rem temerariam faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur.] Accusant Ambrosium, qui doceat: Non seruili ad obediendum constringimur necessitate, sed voluntate arbitra siue ad virtutem propendemus, siue ad culpam inclinamur. Et ideo nos aut liber affectus ad errorem trahit, aut voluntas reuocat rationem secuta.] Et rursum : Habemus plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus. Non venalis est Dominus , sed tu ipse venalis es : peccatis tuis venundatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua : vilis pecunia, sed preciosa est misericordia.] Accusant Chrysostomum , quòd sit & ipse immodicus operum humanorum encomiastes , dũ ita scribit : Vnusquisque nostrum nulla in re alia spem suam nisi post Dei misericordiam in morum sanctitate constituat.] Et rursum : Non dicimus satis esse solam fidem ad salutem , quod quæ de vita sæpe in Euangeliis dicuntur, ostendunt. Cur enim non dixit : Ipsa est vita æterna sola? Neque qui credit in Filium solum, habet vitam æternam, sed in vtroque vitam esse significatur. Nam nisi mores sequantur , sequetur supplicium.] Accusant demum Augustinum è Scripturæ sententiis probantẽ, quòd mala opera condemnent , & bona vitam mercẽtur æternam. 1. Cor. 6. Galat. 5. Matth. 19. Matth. 25. Tùm alibi docentem , ad regnum Dei recta fide & bonis operibus peruenire. Item quod ita loquatur: Oportet vnumquémque Christianum conscientiæ suæ habere iudicium , nec conuerti ad Deum de die in diem differat , nec satisfactionis sibi tempus in fine vitæ suæ cõstituat.] Æque sunt candidi censores Hesychij, Cyrilli, Theodoreti, Paulini, Prosperi, Cassiani, Leonis, Eucherij, Sedulij, Thalassij, Fausti, Saluiani , Primasij , Marci eremitæ, vt recentiores alios, qui ab istis sæpe multúmque flagellantur , vltro prætermittamus. Cur enim ego plures, eósque non modo vitæ sanctimonia, sed & doctrinæ præstantia, sæpe miraculorum etiam gloria percelebres hoc loco Patres commemorem? quibus

Cent. 5. cap. 4. pag. 507. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de collectis. Serm. 2. de ascen. Domini.

Lib. de Elia, & ieiunio. Cent. 5. cap. 4. col. 506. & 504. Homil. 5. in Matth. Hom. 48. in Ioan.

Qui ex posteriore Ecclesia scriptores Centuriatoribus flagellentur, & qua de causa.

nostri Centuriatores, vt illis obtrectent maxime, tamen ne corrigiam quidem soluere digni possunt existimari. Itáne gigantes nouos hæc infelix alit ætas ? qui simul vt cælo & terræ se reddant inuisos, aduersus ipsos etiam cæli principes, Ecclesiæ lumina, fideique vindices bellum mouent, & quibuscũque possunt machinis & copiis vndique comparatis, cælum terrámque miscere conantur. Quid autem in optimis , grauissimis doctissimisque Patribus reprehendunt: quid? sinceram fidei doctrinam, perpetuam Ecclesiæ confessionem , ac omnium demum orthodoxorum vbique gentium in verbo Dei consensionem. Hi certè inde ab Apostolorum ætate ita senserunt , ita docuerunt, iustificationem hominis à fide initium sumere, bonorum autẽ operum studio conseruari ac promoueri , tũ charitate, quæ vinculum est perfectionis, absolui, non seruũ sed liberum hominis esse arbitrium, qui nec iustus, nec saluus esse vnquam possit (infantes excipio) nisi volens hûc se applicet, & oblatæ Dei gratiæ sedulò cooperetur, vt qui fide iustus esse coepit, magis magisque operibus per Christi gratiam factis iustificetur , donec tandem iustitiæ agone confecto , iustitiæ coronam, quæ iustis operibus rependitur, à iusto iudice consequatur. Præclare dictum in Concilio Arausicano : Debetur merces bonis operibus si fiant : sed gratia, quæ non debetur , præcedit vt fiant.]

Coloss. 3. Aposto. 2. Timoth. 4. Cant. 2.

VERVM hic aliud nobis negotium exhibet Bucerus , cum in hunc modum scribit: *Bona opera sunt, quæ ex bono corde in rem proximi secundum verbum Domini, studio ipsi gratificandi fiunt. Nam bona opera in Scripturis non vocantur, nisi quibus proximis bene sit , quæque illis commodum aliquod adferunt.* Et posteà : *Si corpus castiges, si DEVM ores aut benedicas, vel quicquid aliud facis: si non in rem instituatur proximi, non est bonum opus.* Atque hoc satis quidem crasse Bucerus, qui ne parum Scripturam sacram & mutilet & laceret, proximi charitatem sic extollit , nihil vt pensi habeat, quid præter hanc exigat Deus, & credẽtes debeant obseruare. Exigit autem apud Michæam istiusmodi : Indicabo tibi ò homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te : vtique facere iudicium, & facere misericordiam, & solicitè ambulare cũ Deo tuo. Vides igitur tria quædam nobis præscribi nec solam sufficere charitatem , quæ proximo exhibeatur. Quin Christus ipse, vbi de bonis operibus in monte docet, triplex illorum genus ostendit , videlicet ieiunium, eleemosynam & orationem, ac de singulis illis ordine disserit, vt quæ ad veram Christianámque iustitiam spectant , rectius intelligãtur. Ieiunium autẽ hoc loco pro vniuersa corporis castigatione accipit: eleemosynis omnem beneuolentiam ac beneficentiam proximo debitam: oratione demum omnes sancti desiderij regulas comprehendit. Sic enim [a] Augustinus præclaram illam Christi concionem interpretatur , ac [b] præterea docet , iustitiam hominis in hac vita ieiunium , eleemosynã & orationẽ rectè censeri. [c] Per hæc tria stat fides, constat deuotio , manet virtus, si Chrysologo credimus: [d] horum trium obseruatio , sicut Leo scribit, omnium virtutum comprehendit effectus: per hæc etiam efficitur id quod Paulus admonet , vt sobriè, iustè & piè viuamus, & quæ nobis ipsis, quæ proximo , quæ Deo debemus , vt etiam [e] Bernardo visum est , officia Christiana præstemus.

Bucerus non agnoscit nisi charitatem proximi.

Matth. 25. Psal. 14. Rom. 13. Matth. 6. Tripart. hist. lib. 9. cap. 38. Christus in monte triformia bona docuit.

a Prosper. sententia 318. b Fulgent. ad Monim. lib. 1. c Serm. 71. de tempore. d Serm. 16. de ieiunio. e Tract. 1. in Epist. Ioan.

Quàm

Quàm igitur vanum ac prorsus ridiculum debet existimari , quod Bucerus nobis persuadere conatur, in bonis operibus nihil esse, nisi quod in'ré proximi cedit , illíque commodum adfert ? Alia certe sunt opera, quæ priori tabula præscribuntur, quàm quæ posteriore docentur , longéque perfectiora sunt , quæ ad latriam propriúmque Dei cultum, quàm quæ ad solum proximi beneficium spectant. Hinc Christus Magdalenæ otium, quod cum veræ pietatis otio coniunctum erat , velut optimã partem commendat, multóque minus Marthę tribuit, licet hæc in beneficentia egenis exhibenda penitus versaretur, & plena esset hospitalitatis. Diligendus est vtique proximus , sicut lex non modò diuina, sed etiam naturalis dictat , barbarísque persuadet. Multò magis autem diligendus est Deus, & omniũ hominũ potius abiiciẽda cura, quàm vt vel ille offendatur, vel vera pietas cũ salute animę deseratur. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur , animæ verò suæ detrimentum patiatur? Vnicuiq; Deus mãdauit de proximo suo, sed haud minus etiam de seipso , vt nimirum sicut Scriptura disertè flagitat , [a] misereatur quisq; animæ suæ placens Deo, [b] vt homo cor suũ omni cura custodiat, vt [c] seipsum iudicet, humiliet, [d] abnegétque, vt [e] [f] ad Dominum conuertatur in toto corde , in ieiunio, fletu & planctu , vt [g] crucifigat carnem suam , & [h] mortificet membra sua cum vitiis & concupiscentiis , vt [i] suam ipsius salutem cum timore & tremore operetur, vt denique [k] mundet seipsum quisque ab omni inquinaméto carnis & Spiritus , sanctificationem in timore Dei perficiens. Quis verò non intelligat hæc aliáque id genus iustitiæ officia, quæ verbum Dei à nobis requirit , opera quidem bona sanctisque familiaria esse , sed ad charitatem proximi non pertinere? Quid? an authore Bucero vetus error , qui iam pridem sepultus erat , in lucem reuocabitur, vt credant homines , quomodocunque demum viuant , misericordiam in egenos collatam sibi esse satis ad vitam consequendam æternam ? Confutauit hunc errorem Augustinus , & ita quidem, vt simul Buceri doctrinam dissipasse videatur.

Exod. 20. Opera secũdum primam tabulã facta, præstant aliis quæ respondent secundæ tabulæ. Luc. 10.

De ciuit. Dei lib. 21. cap. 27. In Enchiridio cap. 70. Hom. 19. Ioannis vita & doctrina Buceri conuincit errorẽ.

ATQVE vt ad nostrũ Ioãnem redeamus, qui vel solus Buccerum coarguat, quàm multa is, & quàm præclara in suo deserto fecit: quibus tamen proximi vtilitatibus non inseruiuit, cùm nempe corpus suum abstinentia macerauit, cùm in precationibus & vigiliis perstitit , cùm ab omni hominum conspectu remotus, sibi soli Deoque vacauit. Quid autem omninò Ioannis tum vita, tum doctrina magis ostendit & inculcat sæpius quàm illud : FACITE fructus dignos pœnitentiæ? Ac latè quidem hi fructus patent, pluraque continent opera , quam quæ moralia dicantur, vel quæ ad solam proximi charitatem referri queant. Vt enim de his propriè dicere pergamus, quid sunt digni pœnitẽtię fructus aliud, nisi quemadmodum [l] Basilius docet, ac [m] Hesychius confirmat, oppositа peccato opera iustitiæ, quę pœnitentiam agens etiam non iussus debet exercitare, aut sicut [n] Chrysostomus dicit, peccatis aduersa facere? Cùm verò alia sit pœnitentiæ ratio, quæ ante Baptismum catechumenis, & quæ à Baptismo relapsis conuenit , sicut confirmat etiam [o] Augustinus, durior est illa quidem , quam à baptizatis tum diuina iustitia , tum Ecclesiastica disciplina exigere

Matth. 16. Eccles. 17. a Eccle. 30. b Proverb. 4. c 1. Cor. 11. d Luc. 18. e Matth. 16. Joel 2. f Galat. 5. g Coloss. 3. h Phil. 2. i 2. Cor. 7.

l Basil. 287. lib. 4. mi. l. in Levit. n Homil. 10. in Matth. o Lib. 50. homiliarum, hom. vlt. In Epistolam Ioan. de vere li. 5. c. de pœnitente.

A solet. Quare sic à Theodoreto scriptum est . Sunt medicabilia etiam quæ post Baptismum fiunt vulnera: medicabilia autem , non vt olim per solam fidem, data (in Baptismo scilicet) remissione, sed per multas lachrymas, & fletus, & luctus , & ieiunium, & orationem, & laborem commissi peccati quantitati contemperatum. Qui enim non sic affecti sunt, eos nec admittere quidem didicimus , nec diuina sunt eis manu impartiẽda. Nolite, inquit, dare sanctum canibus, nec margaritas porcis. Has habet Ecclesia leges de pœnitentia.] Vt hinc rectè quidam inter aquę & lachrymarum Baptismum distinguãt, & quam nos pœnitentiam vsitatè dicimus, laboriosum Baptismum appellent, sicut post [a] Gregorium Theologum docuit [b] Damascenus. Quo minus admirari conuenit, quòd [c] Cyprianus in Ecclesia pœnitentes sæpè multumque commonefacit , vt operationibus iustis Deo satisfaciant , & delicta rediment, & vulnera lachrymis abluant , & misericordiæ meritis peccata puigent , idque multis è verbo Dei repetitis sententiis confirmat & illustrat. Nec aliter è Scripturis docent [d] Gregorius Nazianzenus , [e] Ambrosius & [f] Eusebius Emissenus. Vrget rem eandem [g] Augustinus , & rectè fieri testatur, vt constituantur ab his, qui Ecclesiæ præsunt, tempora pœnitentiæ, vt fiat etiam satis Ecclesiæ, in qua remittũtur ipsa peccata.] Neque aliud voluit Paulus , cum istiusmodi pœnitentiæ genus commendaret, quòd cum sollicito timore , cum ira & indignatione contra peccatum , neque solum cum spe veniæ, sed etiam cum æmulatione & vindicta coniunctum esset. Quare si vim propositæ sententiæ, quæ semper sonare debet in Ecclesia, rite consideremus , huc nempe Baptista spectat , hoc docet ac præcipit , vt homines non modò se peccatores , & ira Dei bene dignos agnoscant , verum etiam nihil intentatum relinquant, quod ad conciliandam sibi Dei gratiam facere videatur. Atque huc pertinet, vt fidem in Deum cum primis exerceat , cúmque & summe bonum, nec minus iustum, ac æque fidelem intueantur. Cum porrò sit adeò benignus , de illius misericordia non est cur desperent , cùm iustus, maiestatem tantam quæ fontes meritò plectit, reuerentur ac timent: cum fidelis, quendam iustitiæ zelum concipiunt , hoc ipso ad se puniendos animati , quòd sicut ille promisit , peccata hominum sit propter poenitentiam dissimulaturus , ac setiò poenitentibus mala omnia cõdonaturus, simúlque bona maxima elargiturus. Nam vere dictum est illud : Altissimus odio habet peccatores, & misertus est poenitentibus. Proinde Ioannes , vt apud suos auditores perfectum poenitentiæ doctorem agat, non est contentus , Christum agnum Dei & veram pro peccatis hostiam illis commendare , sed iubet etiam quémque sua crimina secum ipso reputare , & illorum pudore suffundi , tristíque dolore affici , nullam vt ex re alia molestiam & solicitudinem tantam capiat , quantam ex hac tristissima recordatione , quod in diuinæ maiestatis iniuriam toties & tam multa cogitarit , dixerit , fecerit , eiúsque sanctissimas leges tàm nefarie violarit. Cæterum vt de his omnibus moneat , verósnue dolores lapsis exprimat , & ferreos animos ad perfectam conuersionem inflectat , quid quæso breuius & aptius dicere poterat , quàm illud Poenitentiã agite? & quod adhuc est absolutius: Facite

Durior pœnitentia post Baptismum quam antè necessaria. Matth. 7. Pœnitentia Baptismus laboriosus. a Orat. in sancta lumina. b Lib. 4. orthodox. fidei. cap. 9. c De opere & eleemosyna. d In orat. de fœnenibus pauperib. e Ad virginem lapsam cap. 8. & de Elia & ieiunio cap. 20. f Hom. 5. ad monachos. g In enchir. cap. 65. 2. Cor. 7. Quomodo paulatim ad pœnitentiam homo perducatur ex doctrina Ioannis. Quanta vis pœnitentiæ apud Deum. Sapient. 11. Eccles. 12. Joan. 1. Vt Ioannes ostendat se perfectum pœnitentię doctorem. Matth. 3. Marc. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non qualiscũque pœnitentia postulatur à Ioanne.

fructus dignos pœnitentiæ? Vbi non qualemcunque animi mutationem, nec solam respiscentiam intelligit, quæ sine graui quidem cruciatu, ac studij tantum correctione peragi potest, vt qui errauit, saniorem sententiam amplectatur, & qui lapsus est, ad meliorem frugem sese conferat. Quam verò Scriptura μετανοιαν appellat, hæc nõ solam consilij mentisque mutationem includit, sed etiam dolorem, siue, vt Paulus dixit, tristitiam, quæ secundũ Deum est, velut indiuiduum comitem postulat, vt homo seipsum abneget, totúsque mutetur, sicut Ambrosius docet. Nec obscure loquitur Augustinus: Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, puniens in se quod dolet commisisse.] Et iterum: Pœnitere est pœnam tenere, vt semper in se puniat vlciscendo, quod commisit quis peccando.] Rectè igitur Basilius Magnus Ioannis verba sic interpretatur, vt inde concludat, pœnitentibus ad salutem non esse satis, si à peccatis tantummodo recesserint, sed eis opus esse, fructus vt pœnitentia dignos ferant.

Quomodo pœnitentia in Scripturis accipiatur. 2. Cor. 7.

Lib 2. de pœnitentia. Hom. 50. in li. 50. homel. In Moralib. cap. 4.

Quid pœnitentia sit propriè.

Pœnitent. plus esse quã respiscẽtiam nouamque vitam.

Matth. 3. Hieron. 18. Ezec. 18.

Quod quum ita sit, falsò & pestilenter docent noui Theologastri, commissorum criminum pœnitentiam, vel vt veteres vocant, satisfactionem non esse lapsis necessariam: imò & confidenter affirmant, vulgique sermone tritum esse fecerunt, respiscentiam nouámque vitam, optimam pœnitentiam esse. Atqui cum Ioannes & Prophetæ de pœnitentia concionantur, integram hominis conuersionem requirunt, vt is hypocrisi & securitate falsa deposita, se coram Deo reum statuat, nec solum ab omni errore & via mala discedat, viam autem bonam ingrediatur, sed etiam videat, quàm amarum sit, summum illud æternúmque bonum reliquisse: prætereà vt in amaritudine animæ recogitet dies & actus suos: ad hæc vt seueri iudicis, adeóque tortoris personã induat, ac pœnas de sepso sumat. Cuiuscemodi pœnitentiæ fructus, oppidò quàm luculenter si quisquam alius, certe rex Dauid ostendit, cum post peccatum admissum à diuinis iudiciis timet, cum gemens manducat panem, & cum fletu miscet poculum suum, cùm lectum suum lachrymis rigat, cum humiliat in ieiunio & cilicio animã suam, cùm in iustitiam suã aduersus se Domino confitetur, cùm pro peccato suo sollicitè cogitat & illud aduersus se semper statuit, cum paratus est in flagella, & dolor eius ob oculos perpetuò versatur, cum denique imbres aquarum profundit ex illis oculis, qui legem Dei non custodierunt. Vnde nihil mirum, quòd Patres hoc Dauidis exemplum sæpè commendent, & pœnitentiæ illius opera iubeant obseruari, præsertim [a] Ambrosius, [b] Hieronymus, & [c] Angelomus. Satis nũc erit, ex [d] Chrysostomo & Saluiano pauca quædam repetiuisse. Sic igitur ille: Dauid postquàm duplex vulnus accepit, mox ad medicum conuolauit, & diuersa medicamenta festinus appositi, ieiunia, lachrymas, luctus, preces & indefessam peccatorum confessionem: ac sic per ista, placato Deo, veniam meruit, & ad priorem dignitatem rediit.] Saluianus autem ita de Dauide docet: Agnoscit reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitet, gemmas regias abdicat, crepantia auro textili indumenta deponit, purpura exuitur, diademate exoneratur, cultu & corde mutatur, totum regem cum ornatibus suis abiicit, prouidum pœnitentem cum patrocinio ambitiosi squaloris assumit, ieiunio extenuatur, ariditate siccatur, fletu effunditur, solitudine carceratur. Et tamen rex tanti nominis sanctitate maior quàm potestate, prærogatiuis meritorum antecedentium supereminens, cum tanto habitu supplicet, non euadit: & hic tantus, tàm grandis fructus pœnitentiæ est, quòd æternis quidem piaculis non adiicitur, sed in præsenti tamen veniam non meretur.] Nam vt idem subiungit: Secuta est ærumnarum longa series, atque à domo Dauidis iugis admodum malorum continuatio nõ recessit.] Nec fieri sane potest, quin vbi Ioannis concio diligenter auditur, & Euangelica pœnitentia vim suam in corde, sicut in Dauide Propheta, explicat, illic homo post peccatũ admissum onus illius grauissimum sentiat, & iratum iudicem Deũ spectet anxius & luctum quendam, sicut mater super mortem vnigeniti sui, assumendum sibi putet, sibique prorsus irascẽs, cum filio prodigo & publicano se mirum in modum demittat, velut indignus qui cælum aspiciat, & inter Dei filios recenseatur. Igitur ad quærendum Dominum totus, id est, toto corde, & tota tribulatione animæ suæ, simúlque in ieiunio, fletu & planctu, conuertitur, quemadmodum de pœnitentia Moyses & Ioël concionantur.

Hierem. 2. Esaiæ. 38. 1. Cor. 11.

Dauid dignos edit fructus pœnitentiæ. Psal. 118. Psal. 102. Psal. 6. Psal. 34. Psal. 31. Psal. 37. & 50. Psal. 118.

a In apologia Dauidis ca. 4. & 6. b In epitaphio Fabiolæ. c In 2. Reg. 12. d Ad Theodorum monach. epi. 6. Li. 2. de prouidentia Dei. De Dauidis miranda pœnitentia.

Deut. 4.

Quæ propterea visum est pluribus explicare, partim vt vsum & effectum veræ pœnitentiæ cognoscamus, qui hodie, proh dolor, parum intelligitur, minus exigitur, minimèque præstatur: partim vt Ioannis concio rectius accipiatur, qui tàm multa breui oratione cõclusit. Cùm enim fructus dignos pœnitentiæ postulat, monet ebriosos, non solum à temulentia se continere, sed etiam abstinentia & ieiunio superioris vitæ delitias castigare: monet auaros, anteactam tenacitatem singulari quadam in pauperes liberalitate cõpensare: monet impudicos, domandæ & macerandæ carni tantò plùs operæ studiúque tribuere, quo grauius ac diutiùs fœdis libidinibus sese conspurcarunt: monet demum flagitiosos omnes, eò studiosius exhibere membra sua iustitiæ ac sanctificationi, quò flagitiosius eadem membra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem exhibuerunt. Rectè igitur Ioannem & audiuit, & intellexit illa Paula nobilis vidua, sed in Romanis nutrita delitiis, quæ vt dignos pœnitentiæ fructus à seipsa exigeret atque præstaret, has sibi leges præscripsit: Turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purpurisso, & cerussa stybio sæpe depinxi: longus risus perpeti compensandus est fletu: mollia linteamina & serica pretiosissima asperitate cilicij commutanda.] Nec aliter de pœnitentiæ fructibus docet Ambrosius, [a] cùm fœminam haud satis honestam ad pœnitentiam reuocat, eámque de vita corrigenda sic commonefacit: Lugubris tibi accipienda est vestis, & mens ac membra singula digna castigatione punienda. Amputentur crines, qui per vanam gloriam occasionem luxuriæ præstiterunt. Defluant oculi lachrymas, qui masculum simpliciter non aspexerunt. Pallescat facies, quæ quondam viruit impudicè. Denique totum corpus incuria maceretur: cinere aspersum & opertum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulchritudine placuit. Cor verò sit liquescens, sicut cera, ieiuniis inquietans seipsum, & cogitationibus ventilans, quare

Quomodo Ioannis concionem ex parte pœnitentiæ sequatur. Hier. 6. Luc. 15. & 18.

Quomodo Ambrosius fœminam ad pœnitentiæ fructus exigat. Ad virgines lapsam cap. 8.

Quos cõprehendat fructus pœnitentiæ. Facere fructus dignos pœnitentiæ.

quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiam crucietur, quia in membra corporis cum haberet dominationẽ, malo cessit imperio.] Atque huc eiusdem Ambrosij spectat exemplum, qui quotiescunque illi aliquis ob percipiendam pœnitentiã lapsus suos confessus esset, ita flebat, vt & illum flere cõpelleret. Quibus verbis Paulinus in Ambrosij vita hoc subiicit: Pœnitenti non sufficit sola confessio, nisi subsequatur & emendatio facti, vt pœnitens non faciat pœnitenda. Humiliet animam suam, sicut Dauid sanctus, vt cætera prætermittam. En tibi quo pacto veteris Ecclesiæ probatus antistes veram pœnitẽtiam, eiúsque dignos fructus doceat, neque de contritione aut fide respiscentiáque sola moneat, sed cum Ioanne & Paulo potiùs illud inculcet, vt pœnitentiam agens meminerit, vnde exciderit, & digna pœnitentiæ opera faciat, sesèque mundet ab omni carnis & spiritus inquinamento, vt sit vas in honorem sanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. Hoc est quod Cyprianus clarissimè dixit: Quàm magna deliquimus, tàm granditer desleamus. Alto vulneri diligens & longa medicina non desit: pœnitentia crimine minor non sit.]

Ambrosius confitentem suo exemplo ad fletum permouit.

Apoc. 2. 2. Cor. 7. 2. Timot. 2. Serm. 5. de lapsis.

Nvnc ad nouatores nobis reflectendus est sermo, qui præterquam quod more suo ludunt in pœnitentiæ nomine, de fructibus eius haud pauca etiã insulsè commiscent. Zvvinglius ità docet: *Communis hæc regula est, Facite fructus dignos pœnitentiæ, quæ regula omnibus piis præfigitur. Nam sic probatur fides an vera sit, si fructus proferat.* Caluinus hos fructus ad opera seu officia charitatis & secũdæ tabulæ refert: Sarcerius verò ad impietatis animi, fiduciæ in opera & sanctimoniæ depositionem. Brentius ita pronunciat: *Quot sunt fructus Spiritus, tot etiam sunt fructus pœnitentiæ.* Bucerus pœnitentiæ fructus facit rerum præsentium contemptum, sui abnegationem, summam modestiam, ardens pietatis studiũ. Losius ad hunc modum: *Agnoscite morbum originis, & emendate errores contra vtramque tabulam admissos, inchoantes nouam vitam.* Atque hi sunt fructus qui deceant pœnitentiam, & à Ioanne doceantur secundum Losium. Quis verò prudens vnquam de originis morbo hic dici quicquam putauit, aut illum pœnitentiæ nostræ subiecit? Hæc etenim de peccatis, quæ à nobis perpetrantur, agitur: sic monente Scriptura: Pœnitentiam age ab hac nequitia tua. Et rursus: Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Quòd si Chytræo credimus, fructus pœnitẽtiæ sunt vera inuocatio Dei, gratiarum actio, confessio doctrinæ, diligentia in propaganda & defendenda vera Euangelij doctrina, humilitas, patientia, & omnia officia dilectionis erga proximum, seu omnia opera bona. Quod si ita est, equidẽ non video, quid discriminis Chytræus inter Baptismi & pœnitentiæ fructus ponat ac statuat, parumque abest, quin ille omnes benè beatéque viuendi partes tàm generali sententia cõprehendat. Eódem ferè contendunt Cẽturiatores, qui nouam hic intelligunt obedientiam. Melanchthoni crescere in fide & opera secũdæ tabulæ sunt fructus duo, quos Ioannes exigat.

Quam variè sentiant noua rei de fructibus pœnitentiæ quos Ioannes prædicauit. Ioa. ca. Luc. In harmonia Euang. In 3. c. Luc. Homil. 24. in Lucam. In 3. c. Matt.

Ibidem.

Pœnitentia non referri debet ad peccatum originale.

Act. 2. Hiere. 3. In 3. c. Matt.

Commiscentur fructus pœnitentiæ & Baptismi à Centuriatoribus.

Cent. 1 lib. 1. ca. 4. col. 123 In 3. c. Matt.

Quid sentiendum de adferendis tàm variè & absurdè tractanti bus pœnitentiæ fructus.

Eníque quantáque varietas & confusio istorum interpretum, qui tamen in eo conspirant hactenus, quòd præsentem Euangelij locum non illustrare, sed studio quodam obscurare velle videãtur. Alius

A pœnitentiæ nomen ad fidem, alius ad charitatem, alius ad humilitatem, alius ad spiritum, alius ad obedientiam, alius ad virtutes omnes & quæuis officia pietatis trahit, & quod multò est stultius, ad fiduciæ vel operum vel sanctitatis depositionem hanc ipsam vocem detorquet Sarcerius. Breuiter, ne quod res est, fateri cogantur, & cum Ecclesia idẽ faciant, de fructibus pœnitentiæ nihil non vani & absurdi cõminiscuntur. Quid autem hoc est aliud obsecro, quàm simplicis & apertæ veritatis defugere lucem, & amare tenebras, merásque in DEI verbo nugas agere? Quàm verè istiusmodi pœnitentiæ doctoribus conuenit, quòd insignis pœnitẽtiæ concionator Cyprianus iam olim questus est: Contra Deum sacrilegi, contra Sacerdotes Dei impio furore temerarij, de Ecclesia recedentes, & B contra Ecclesiam parricidialia arma tollentes elaborant, vt opus suum cõsumment, ne vulneratos diuina clementia in Ecclesia sua curet: miserorum pœnitentiam mendaciorum suorum fraude corrũpunt, ne Deo indignanti satisfiat.] Et rursum: velut digitum in istos protendens, qui lapsos blandiloquentia sua perpetuò ferè consolantur, & terrẽt nunquam: Datur opera, inquit, ne satisfactionibus & lamentationibus iustis delicta redimantur, ne vulnera lachrymis abluantur. Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur: salutaris sinus matris, nouerca intercedente, præcluditur, ne de pectore atque ore lapsorũ fletus & gemitus audiatur.] Aeque iusta, Serm. 5. de & nostris quoque temporibus accommodata eiusdem querela est: Qui pœnitentiam criminis tollũt, satisfactioni viam præcludunt: ità fit, vt dùm temeC ritate quorundam promittitur salus falsa, vel creditur, spes veræ salutis adimatur.] Ego verò sic censeo, aut cœcos esse prorsus, aut certè cœcutire, qui in media Scripturæ luce non vident, aliud pœnitentiam, aliud fidem, charitatem, obedientiam & reliquas virtutes, earúmque officia propriè dici & accipi oportere. Confundendæ non sunt profectò virtutes, quarum fines & effectus plurimùm inter se differunt: non earum opera sic permiscenda, sicut isti turpiter faciunt, idcircò nimirùm vt veras & receptas pœnitẽtiæ partes, seu actiones commodius effugere, quas & [a] Chrysostomus, & [b] Augustinus & [c] Gregorius Magnus differè tradiderunt, suásque nouas pœnitentiæ partes, contritionem & fidem, inducere possint. Certè si secundum Euangelium iudicamus, fides pœnitentiæ non subiicitur, sed ab ea necessariò separatur, Christo ipso ita docente: pœnitemini & credite Euangelio. Ac rursus: publicani, inquit, & meretrices crediderunt Ioãni: vos autem videntes nec pœnitentiam habuistis postea, vt credaretis ei. Exigit & pœnitentiã à Iudæis Petrus, sed ab his qui primæ concioni eius crediderant, adeóque compuncti iam corde dixerant, quid faciemus viri fratres? Quin & Caluinus istos, qui fidem sub pœnitentia complectuntur verberat, idque pugnare docet cum eo, quod Paulus in Actis dicit, se Iudæis ac gentibus testificari in Deum pœnitentiam ac fidem in Iesum Christum. Nunquam ita delirarunt patres, vt ex fide facerent pœnitentriã, cùm è Scripturis optimè perspectum haberent, fidẽ initium esse substantiæ, vt paulum [d] Chrysostomus, [e] Oecumenius, Theophylactus & Anselmus interpretantur: nec ignorarẽt, sine fide ad Deum Deiq; timorem, vel ad pœnitentiam neminem posse per-

Agnoscere nolunt noua tores alios esse fructus pœnitentiæ quã aliarum virtutum proprios.

a Hom. 1. de pœnitentia. b Lib. 50. homil. hom. 9 li ma. c In 1. Reg. lib. ca. 1. Marc. 1. Matth. 21. Aclet. 2. Lib. 3. Institut. cap. 3.

Quas Pœnitentiæ partes faciant nouatores.

Cur Patres non agnoscãt fidem partem pœnitentiæ.

Hebr. 3. d Hem. 6. epi. ad Heb. e In 3. cap. eiusdẽ epist. Hebr. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epitheta fidei.
a Hom. 1. de symbolo.
b Ser. de fide, spe & charitate.
Homil. 10. in Matt.

uenire. Quare ab [a]Eusebio Emisseno fides dicitur lumen animæ, ostium vitæ, fundamentum salutis æternæ: sicut & [b] Chrysostomus fidem vocat originem iustitiæ, sanctitatis caput, deuotionis principium, religionis fundamentum. Quòd autem Ioânes de poenitentia concionatur, Patres cum Chrysostomo non solùm ad catechumenos, sed ad relapsos etiam à Baptismo referunt, à quibus non modo fidem & contritionem, sed plura etiam, sicuti docuimus, exigunt. Aliter enim Catechumeni, quales ad Baptismi Sacramentum adspirant, aliter post Baptismum relapsi, qui Christum quodammodo iterum crucifixerunt, in doctrina poenitentiæ sunt instituendi. Nimirùm ad baptizandos pertinet, quòd Petrus de poenitentia primum Hierosolymis est concionatus, Baptizatis autem qui vestem candidam acceptam crimine conspurcarunt, vox diuina competit, quę terribiliter ex Apocalypsi intonat. MEMOR esto vnde excideris, & age poenitentiam, & prima opera fac: sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris.

Aliter docēdi Cathecumeni quam relapsi de pœnitentia.
Actor. 2.
Apocal. 2.

VBI nec fraude caret, quòd aduersarij vt fallant incautos & simplices, tum fidei, tum contritionis nomine libenter abutuntur. Fidem etenim sic orthodoxa fide homines, pro mera fiducia illa sumũt, qua Sectarij omnes, vt sæpè dictum est, certò statuunt, propter Christum apprehensum culpam & poenam omnem sibi remitti, etiam si nullum interioris poenitentiæ symbolum edant, nullam faciãt Sacerdoti exomologesin, fructus poenitentiæ dignos nullos proferant, nullúmque absolutionis beneficium in vera Ecclesia vel petant vnquam, vel impetrent. Contritionem verò nescio ad quos pauores & terrores intolerabiles cõscientiis incussos referunt, timorem verò seruilem intelligunt, eósque terrores tàm piis optimè sibi cõsciis, quàm impiis immani peccatorum mole grauatis tribuũt, & æqualem propemodum poenitẽtiæ rationem ab vtrisque postulant, nec Euangelicam poenitentiã ab ea, quæ fuit olim in veteri Synagoga, distinguũt.

Fidei & cõtritionis nomine in pœnitentia hodie perpetram accipi.

De triu exteriorꝭ pœnitentiæ apud Sectarios.

Alicubi retinent vmbram veteris quidem exomologesis, aut potius cuiusdam catechesis imaginem repræsentant, & simulant poenitentiam, cùm noui ministri per quæstiunculas aliquot explorant accedentes, eósque duntaxat simpliciores, quibus manus imponunt, & nescio quibus verbis absolutionem, siue vt vocant, euangelij annunciationem impertiunt. Mirum verò, quantoperè hoc absolutionis genus isti iactent, quantúmque pacis & tráquillitatis exactione illa promittant conscientiis, cùm credunt scilicet homines, vocem Euangelij & gratię promissionem ad se pertinere, certóque statuũt se à peccatis omnibus coram Deo absolutos esse. At humana hæc est cogitatio sine verbo Dei, vt rectè iudicauit Bucerus: nec fieri potest, vt potestas clauium Ecclesiæ, quàm in hunc modum nunquã adhibuit antiquitas, illis opituletur, qui nec agnoscũt quidem vel ordinis, vel poenitentię Sacramentum.

Fallax est eõsolatio, quam nouatores ex absolutione sibi & suis pollicentur.
In 3. c. Matt.

Aduersũ absolutionẽ obtinendam necessaria.
Lib. 1. ep. 2. ad Cornel.
Lib. 3. ep. 16. & 17.
Lib. 4. ep. 9.

Grauiter sanè monet Cyprianus, & obseruat etiam Ecclesia, vt pax illis detur vel absolutio, qui de Ecclesia Domini non recesserunt, ac poenitentiã non solùm interiorem, sed etiam exteriorem agere non detrectant. Tùm idem alibi docet, ad communionem admittendos nõ esse nisi poenitentes, qui fecerint exomologesin, illísque manus à Sacerdotibus imposita fuerit: id quod etiam circa morientes iubet obseruari: eos verò dicit frustra sibi blandiri, qui pacem cum Sacerdotibus non habentes, ad sacram communionem irrumpunt. Verùm de his plura dicere vt longum sanè foret, ita hoc loco minus esse necessarium arbitramur.

Iudex non solum bonus fructus nitoris: sed & ingenuꝰ pœnitentiæ fructus exigit.

IAM verò sicut arbor differt à fructibus, sic poenitentiam à fructibus eius bonis & dignis differre necesse est. Ioannes quia non contentus est arbore sola, certóque intelligit, in horto Ecclesiæ arbores pleraſque steriles inueniri, idcirco fructus arbore dignos & cælesti agricolæ gratos exigit, exteriorémque poenitentiam cum interiore, hoc est, fructus bonos & integros cum arbore non mala, coniunctim reddi iubet ab his, qui Deum grauiter offenderunt. Quare nõ sat habet monuisse, vt omnis arbor bona, si ab igne gehennæ se velit liberam cõseruare, fructum bonum faciat: quod satis quidem videri poterat, si fructus Spiritus, & virtutum quarundam officia, seu præcepta duntaxat moralia iniungere voluisset. Hoc verò prudenter adiunxit, & necessariò quidem: Poenitentiam agite, & quod maioris adhuc est ponderis, Facite fructus dignos poenitentiæ. Vt enim nõdum regeneratis ad remissionem peccatorum Deique gratiam cõsequendam Baptismus est necessarius, sic post Baptismum lapsi egent prorsus poenitentia, frustráque virtutibus aliis vacant, nisi primùm per poenitentiam, veluti secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam, vt [a] Tertullianus, [b] Pacianus, & [c] Hieronymus vocant, Deo & Ecclesiæ reconcilientur. Sunt fructus quidam Spiritus, quos Paulus recenset, sed hi nihil ad fructus poenitentiæ, quos idem Paulus à Corinthiis, & Petrus à Simone Mago postulabant. Fructus Spiritus, qui Galatis traduntur, mirabiliter in illis apparent, qui post Christũ ad cælos assumptum primitias Spiritus acceperant, & nascentem primùm Ecclesiam suæ virtutis & inculpatæ conuersationis odore suauissimo reficiebant. His opus non erat concione Ioãnis: Facite fructus dignos poenitentiæ, cùm ex illorum iustorum essent numero, de quibus dixit Manasses, quòd illis non posuerit poenitentiam Deus, & quos Christus ipse nominat iustos poenitentia non indigentes. His necessarium non est corda scindere, ad poenitentiã contristari, & opera poenitentiæ digna facere, sicut Ioel & Paulus postulant: sufficit autem illis hæc adhortatio generalis: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. Tùm illa: Bonum facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus. Et quod ab eodem Paulo alibi dictũ est: Veritatem facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. Falluntur ergo & fallunt isti, quòd loquentes de poenitentiæ fructibus, contra Scripturæ morem patrúmque sententiam, misceant cum illis fructus iustitiæ ac operùm, quæ tàm iustis quàm iniquis sunt necessaria, quódque inter poenitentes fructus, & vitæ nouitatem, quæ virtutes omnes continet, siue nouam, vt illi vocant, obedientiam, nihil omninò discriminis ponant.

Matth. 3.

Virtutes sacramentum Baptismi, pœnitentiæ necessarium.

Pœnitentia est altera post Baptismum tabula.
Alij fructus pœnitentiæ. Quæ Spiritus.
a Lib. de pœnitent.
b Epist. 3. ad Sympron.
c In cap. 3. Esaiæ.
Galat. 5.
2. Cor. 7.
Act. 2.
Rom. 8.
In oration. Luc. 15.
Ioel. 2.
2. Cor. 7.
Act. 26.
Ephes. 5.
Galat. 6.
Ephes. 4. Tolli mala, ponenda pœnitentia.

NIMIRVM si reuocamus in mentẽ, quod semper tradidit Ecclesia, hoc sibi proprium habent poenitentię fructus, vt initium sumant ex grauioris peccati iam antè commissi odio ac detestatione, quoniam summum illud ac sempiternum bonum Deus

Quid pœnitẽtiæ ad pœnitentiam requisitum sit, usque eius perfectionem.

Deus fuit offensus, quem offendisse summa hominis iactura, summum periculum, ipsáque damnatio est: quamobrem summus dolor in peccantis animo iure concipitur & retinetur. In eum verò respiciunt finem hi fructus, vt qui peccauit, ad conciliãdam sibi Dei offensi gratiam seipsum iudicet, & pœnas de seipso sumat, tantò seipsum castigans seueriùs, quo maiore & sæpiùs repetito crimine maiestatem illam diuinam offendit, seque damnatione digniorem reddidit. Meminit enim Paulinæ sententiæ: Si nos ipsos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur. Tùm Augustini dictum sequitur: Maiorem quisque in se seueritatem debet exercere, vt à se ipso iudicatus non iudicetur à Deo.] A quo non est alienum, quod Chrysologus dixit: Pro modo vulneris, modus est adhibendus medicinæ.] Quódque ante illum docuit Tertullianus: In quãtum nõ peperceris tibi, in tantum tibi Deus, crede, parcet.] Aut si quis mauult audire Ambrosium: Grandi plagę alta & prolixa opus est medicina: grãde scelus grandem habet necessariam satisfactionẽ. Peccator si sibi non pepercit, à Deo illi parcitur.] Cæterùm aliæ virtutes, vt fides, charitas, obedientia, neque hoc initium, neque similem exitum sortiuntur: non sicut pœnitentia, circa peccati detestationem ac excisionem abolitionémque versantur, non tàm acerbos dolores exprimunt, nec eiusmodi carnis castigationes requirunt, & fines longè alios habent sibi præfixos atque circumscriptos. Quis ergo non videat, huc proprie non posse referri nouam obedientiam, quam Centuriatores per dignos pœnitentiæ fructus explicant, vt accepta nimirum libertate (sic enim loquuntur) postea opera Deo grata facere incipiamus. Fortasse quod Ioannes peccatoribus dixit, etiam ad sanctos angelos referri volunt, vt qui opera semper Deo grata faciunt, etiã pœnitentiam agere, & fructus pœnitentiæ dignos producere simul videantur. An verò Ioannes ipse, quantumuis innocens, & Spiritu sancto inde à matris vtero plenus, idémque in gratia confirmatus, vt Theologi docent, an inquam, cùm nulla esset peccati labe contaminatus, vt anteà probauimus, ad agendam pœnitentiam astringebatur? Quid porrò de Apostolis dicam? ridiculum erit planè, si illos, postquàm in Spiritu sancto baptizati, vocationi suę pro dignitate respondere cœperunt, & suaue Domini iugum alacritate magna portandum suscepe-
D runt, ad pœnitentiæ laborem reuocandos fuisse putemus. Quis demùm peritus vnquã in Scripturis legit, vel à Patribus accepit, vel rationi ac veritati consentaneum esse duxit, iustis & sanctis qui ambulant in via Domini immaculati, sintque bonus Dei odor in omni loco, coram Deo & hominibus bona prouidentes, pœnitentiæ legem imponẽdam, & eius opera à talibus exigenda esse? Piorum quidẽ hoc omnium est, & semper esse debet proprium, vt spiritu mentis magis magisque renouentur, vt in vitæ nouitate ambulent, vt de virtute in virtutem progrediantur, vt in anteriora seipsos extendant, vt excellentiora charismata petant, quærant, æmulentur. Hic illorum quotidianus est cursus, hic assiduus perpetuúsque labor, hæc summa contentio: nec possunt hic modum vel finem facere, sed sine modo, sine fine amant, petunt, quærunt, pulsant, quo ad Christum sponsum, qui ipsis est omnia in omnibus, integrè tandem cõprehendant. Quis verò

I. Cor. 11. *Hom. 50.*

Quomodo Patres de satisfactione loquantur.

Lib. de pœnit. Ad vir. lapsum ca. 8. Serm. 176.

Pœnitentiæ fructus nouæ obedientię fructibus non recte explicãtur.
Cent. 1. lib. 1. pag. 123.

Non confundenda officia iustorũ & pœnitentium.

Apostoli & vere iusti ad opera pœnitentię non adstringuntur.

Matt. 17.
Psal. 129.
2. Cor. 2.

Spiritualis profectus à piis requiritur non pœnitentia.
Ephes. 4.
Rom. 6.
Psal. 83.
Philip. 3.
1. Cor. 12.
Matth. 7. Luc. 11.

A sic desipiat, vt hæc piorum & sanctorum studia, desideriáque cum illis cõferat laboribus & doloribus, quos meritò ferre debent flagitiosi, superbi, inobedientes, & quos Paulus [a] voluntariè peccãtes nominat, quorum sortem miserabilem & ipse [b] deplorat, & quibus alius Apostolus dixit: [c] Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Vt enim Deo & Ecclesiæ reconcilientur, qui Deum & Ecclesiam enormiter publicéque offenderunt, certa quædam pœnitentiæ disciplina sanctáque seueritas necessariò cõstituenda est. Igitur longè aliud est pœnitentia, quæ pro admissis criminibus non solum à Ioãne sed ab Ecclesia quoque docetur & exigitur, vt fructibus dignis comprobetur: aliud autem noua vita
B & obedientia, quam iusti etiam sine crimine & sine querela viuentes, quotidie meditantur, & præstare vtrò studeant, vt suæ nimirũ vocationi satisfaciant, & acceptam gratiam augeant, ac demùm ex iustis iustiores Deoque gratiores fiant.

Durior causa est relapsorum pœnitentiã quam iustorum proficientium.
a Hebr. 10.
b Philip. 3.
c Iacob. 4.

NEQVE aliter sanè patres hoc Ioannis dictum intellexerunt, vt verbis illorum adductis planum facere non est operosum. Gregorius Magnus, [d] quẽ sequitur [e] Beda, Ioannis dictum sic explicat: Notandum est, inquit, quod amicus sponsi non solum fructus pœnitentiæ faciẽdos admonet. Aliud namque est fructum facere pœnitentiæ, aliud dignum pœnitentiæ fructum facere. Vt enim de pœnitentię dignis fructibus loquamur, sciendum est, quod quisquis illicita non commisit, huic iure cõceditur, vt licitis vtatur, sicque opera pietatis faciat, vt tamen si voluerit, ea quæ mundi sunt, non relinquat.
C At si quis in fornicationis culpã, vel fortassis quod grauius est, in adulterium lapsus est, tantò à se licita debet abscindere, quantò se meminit & illicita perpetrasse. Neque enim par fructus boni operis esse debet eius qui minus, & eius qui amplius deliquit: aut eius qui in nullis, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur: Facite fructus dignos pœnitentiæ, vniuscuiusque conscientia conuenitur, vt tantò maiora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quantò grauiora sibi intulit damna per culpam.] Ac idem Gregorius alibi docet, tria esse in homine pœnitente consideranda, mentis cõuersionem, oris cõfessionem & peccati vindictã. Hanc verò tertiam pœnitentiæ partem, quasi medicinam necessariam esse dicit, vt apostema reatus, quod conuersione compungitur, & cõfitendo purD gatur, afflictionis medicina sanetur: signúmque veræ conuersionis non esse in ore confessionis solum, sed etiam in afflictione pœnitentiæ. Tunc namque inquit, benè conuersum peccatorem cernimus, cũ digna afflictionis austeritate delere nititur, quod loquendo confitetur.] Atque huc applicat superiorem Ioannis sententiam, eámque pluribus explicat docens nimirum cõfessionem peccatorum sine dignis pœnitẽtiæ fructibus homini pœnitẽti ad salutem haud satis esse posse. Nec aliter sanè Ioannis verba intelligit Augustinus, cum in hunc modum scribit: Sunt digni fructus virtutum, qui non sufficiunt pœnitentibus: pœnitentia enim grauiores postulat.] Vbi affirmat, pœnitentem à multis licitis abstinere oportere, qui per arbitrij libertatem pleraque commisit illicita. In quam sententiam dixit etiam ANGELOMVS: Cogitandum summopere est,

d Ho. 20. in Euangelia.
e In Lucam li. 1. ca. 2.

Patrũ interpretatio de dicto: Facite fructus dignos pœnit. Aliud est facere fructum aliud dignum pœnitentiæ fructum facere.

Pœnitentię modus antecactis peccatis debet respondere.

In 1. Reg. lib. 6.

In homine pœnitẽte tria consideranda iuxta Gregorium.

Satisfactio quale habeat officium in pœniten.

De vera & falsa poenitent. ca. 13.

Pœnitentiæ fructus grauiores quàm aliarum virtutum.

In 2. Reg. ca. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In cap.6. Epist. ad Hebraeos.
In Psal.77. circa initium.
In cap. Matth.
Lib.4.epist. 2.ad Antonianum, & de lapsis.
a Epist.1.ad Symprosianū.
b Lib.in Lucit.c.5.& lib. 2.ca.16.
c Lib. de obitu Theodosij Imperat.
d In Epitaphio Fabiolæ.
e Lib.de lapsis.
f Li. de pœnitentia & confess.
g In canonibus.
h In Epist. canonica.
i Hist.trip. li.9.c.35.
k Li. de pœnitentia.
l In Psal 38. hom. 12.& in Lazar. homil.3.
m Epist.57 ad Episcopos Campaniæ.et 80. ad Theodorum.
Theodoret. li. de fabulis hæret.cap. Audiant.

vt qui se illicita meminit commisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat: vt qui commisit prohibita, sibimetipsi abscindere debeat et iam commissa: & se reprehendat in minimis, qui se meminit in maximis deliquisse.] Tractat & Ambrosius, quale sit medicamentum pœnitentiæ, & qualiter conficiatur: peccatum videlicet exculpando, vt ille loquitur, per confessionem, ac deinde multa humilitate plangendo peccata, fructusque dignos faciendo pœnitentiæ. Tùm alibi pronunciat: Qui pœnitentiam agit, offerre se debet ad pœnam, vt hic puniatur à Domino, nō ad supplicia futura seruetur: nec expectare tempus, sed occurrere diuinæ indignationi.] Suffragatur Christianus Druthmarus, non ita recens autor, præsentem locum sic explicās: Fructum dignum pœnitentiæ facere, est præterita mala fletibus punire, & bona è contrario agere, & malè commissa eleemosynis redimere.] Eodem spectat quod Cyprianus affirmat, pœnitentiam nō peragi, si suis fructibus spolietur. Eiusmodi fructus esse dicit impensius rogare, diem luctu transigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare, stratos solo adhærere cineri, in cilicio & sordibus volutari, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur. His [a] Pacianus & [b] Hesychius planè consonant.

Novatores deteriores Audianis in oppugnando pœnitentiæ Sacramento.

Doctrina de satisfactione illustrat, non obscurat Christi beneficium si recte accipiatur.
a Esa.43.

Prvdens interim omitto, quæ huc spectant exempla publicè pœnitentium, vt [c] Theodosij apud Ambrosium, [d] Fabiolæ apud Hieronymum, & eorum qui veram fidei confessionē deseruerant apud [c] Cyprianum & [f] Pacianum. De modo huius pœnitentiæ, quam vetus Ecclesia seuere postulabat, & magno multorum commodo in vsu frequenti habebat, passim meminerunt Canones Conciliorum: admonent etiam præter alios [g] Petrus Alexandrinus, [h] Gregorius Neocæsariensis & [i] Sozomenus. Eodémque pertinet exomologesis illa Ecclesiæ per quàm visitata, cui luculentum testimonium præbent cùm alij veteres, tùm [k] Tertullianus, [l] Origenes & [m] Leo: aperteque docent, vt pœnitentes ingenuè seipsos accusent, & peccati virus confitendo euomant, suósque morbos Sacerdoti medico fidenter exponant, si satisfactionem & peccatorum remissionem sibi cupiant esse salutarem. Vnde illud etiā intelligi potest, nouatores à vero Euangelij sensu, veráque & salutari pœnitentiæ doctrina plurimū aberrare, qui non solùm publicæ, sed & priuatæ, vt sic dicam, pœnitentiæ vsum & fructum è medio tollunt. Nec sunt isti dissimiles quidem, quinimò deteriores Audianis, qui confessionem peccatorū exigebant à pœnitentibus, & confessis remissionē peccatorū donabant, sed sinebant tamen in cōfessione præcipua peccata celari, & minora tantùm recitari, nec leges Ecclesiasticas in satisfactione obseruabant, quæ confitentibus solent iniungi, sicut indicat Theodoretus.

Vbi nec cuiquam tergiuersandi vel calumniadi pateat locus, ita nos de satisfactione cum Patribus loquimur, ità intelligi volumus, certum vt semper firmúmque maneat, commissam culpam, & sicuti vocāt, æternæ damnationis reatum, operibus nostris, vel qualicunque hominū etiam sanctissimorum satisfactione neutiquam aboleri. Tantū enim gratiæ non nisi Dei misericordiæ, qui [a] propter se humanas delet iniquitates, & Christi meritis, qui [b] est pro peccatis nostris ac totius mundi propitiatio, semper & vnicè fert acceptum Ecclesia, nec sustinet vllis operum nostrorum meritis remissionē peccatorum adscribi, aut vt culpa & mors æterna his redimi censeat ir. Igitur quod Ioannes dixit: Sanguis Iesu filij eius mundat nos ab omni peccato, tàm in confessione Baptismatis, quàm in clementia pœnitudinis, id est, in pœnitentiæ Sacramento, accipiendum esse, quotquot gratia Dei sumus Catholici, cum Hieronymo constanter asseueramus. Verùm Dei gratiam, qui iustificat, & Christi sangui nem, qui mundi est precium, sic illustrari dicimus, cùm grauioris peccati sibi cōscius homo, Christi amore & peccati odio adductus, illatam Deo iniuriam in seipso vindicat, cùm Christi ieiunantis, & multiplicem crucem vltrò subeūtis sectatur exemplum, cùm Sacramentorum ministris secundum disciplinam Ecclesiasticam se iudicandum subiicit, cùm priorem superbiam interiore simul & exteriore humilitate castigat, cùm intermissum Dei cultum zelo quodam iustitiæ sibi velut iratus instaurat, cum neglectum pietatis officium contrario seriòque studio pensat, cum amissas animi dotes noua sedulitate recuperare contēdit, cum inflicta cōscientiæ vulnera medico etiam actioribus quibusdam pharmacis curanda permittit, cum meritas peccatorum poenas (de temporariis loquimur) seipsum indicando & puniendo deuitat ac amolitur, cum denique diuino spiritu & duce & impulsore sibi, & carni, & mundo, & cupiditatibus omnibus acre bellum indicit, corpusque & animum simul ad omnem patientiam & humilitatem componit atque assuefacit. Vtique satisfecit pro nobis Christus, cuius sanguine sacrosancto conscientię labes omnes ablui & expiari necesse sit: estque solus ille agnus immaculatus, qui mundū Deo reconciliat. Cæterùm vt huius tum satisfactionis, tum reconciliationis fructum necessarium assequamur, non modò fidem, sed & pœnitentiam ille nostram & Sacramentorū vsum debitum exigit, nec citra ordinem in Ecclesia institutum suam gratiam solet elargiti. De qua pœnitentia siue satisfactione, (nam pro eodem sæpè accipiuntur) tàm disertè loquitur Ioannes, quum eos proponit, qui neque de operibus manuū suarum, neque ab homicidiis, neque veneficiis, neque furtis suis, neque de fornicatione commissa pœnitentiā egerunt, nimirum vt sua crimina expiarent. Vanus igitur istorum timor, falsáque querela est, doctrinam de satisfactione sic vrgeri in Ecclesia, vt inde Christi beneficium immortali memoria celebrandum obscuretur ac extenuetur. Vt enim non obscuratur, sed ornatur potius atque commendatur Christi crux, cū membra Christi suam carnem crucifigunt, & passio, cum Christiani capiti suo compatiuntur, & mors, cum homines peccatis mortui iustitiæ viuunt: sic de Christi quoque satisfactione statuendum est per illam non obscurari, sed illustrari potius hanc qualemcunque fidelium satisfactionem, vindicatoriam scilicet atque emendatoriam, qua pœnitentes, Christi merito, virtute ac spiritu semper præeunte, ad fructus pœnitentiæ dignos exhibendos vtuntur, sempérque vsi leguntur in ecclesia Dei. Id verò illi faciunt partim gratitudinis ergò, vt sublata cruce, se Christi Domini tum

b 1.Ioan.2.

Solius Christi est meritis remissionem culpę & pœnę perpetuę.
1.Ioan.1.
Li.2. adu. Pelagianos. Rom.8. 1.Cor.6.&7.

Quibus operibus Christi fidelis satisfactio non applicetur.
Ion.3.

Communes Philippi & aliorum errores de pœnitentia.

Nomen satisfactionis inuitum sectatis.
Rom.5. Tit.2. Galat.3. Apocal.1. 1.Pet.2. 2.Cor.5. Apoc.3.

a Ezech.18. Hier.22. Mich.6.

Gregorius & Basilius docent pœnitentiā crucem nobis post Christum esse frendam.
In ca.9.primi Regum. 2.Tim.2.

1.Pet.2. Coloss.1.

Quæst.12.in regulis breuior. Psal.100.

Philippum de pœnitentia sentire eōmodiùs quam cæteros nouatores.
In apologia confess. Aug. Matt.3. Rom.6. Rom.12.

Improbat male Philippus, quod pœnitentes vltrò sibi cruciatus accersiant.

Lib. de poen & confess. Lib. 1. in Leuit. cap.9.

Qui olim fructus & quæ opera fuerint pœnitentium.
Ioel. 1. & 2.

Iudith.4. 3.Reg.21. 1.Esdræ.8.

tùm verbo, tùm exemplo conforment: partim iustitiæ causa, vt quas merentur pœnas, de seipsis aliqua ex parte sumant, quod est facere iudicium [a] & iustitiam: partim ad morem gerendum Ecclesiæ, quæ de peccati lepra sibi suisque ministris iudiciū meritò seruat: partim ob virtutis & pietatis exercitationem, vel ad maiorem demùm Christi gratiam promerendam. Quamobrem é Scripturis Gregorius Magnus scitè docet: Christus per crucem quidem suam omnes redemit, sed remansit, vt qui redimi & regnare cum eo nititur, crucifigatur. Hoc profectò residuum viderat, qui dicebat: Si compatimur, & conregnabimus: quasi dicat, quod expleuit Christus, non valet nisi ei, qui id quod remansit, adimplet. Hinc beatus Petrus Apostolus dicit: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Hinc paulus ait: Adimpleo ea quæ desunt passioni Christi in corpore meo.] Et Basilius ante Gregorium Magnū grauiter ita scripsit: Deus pro remissione peccatorū nostrorum demisso vnigenito filio suo, quantum in ipso est, ea antè iam omnibus condonauit. Quoniam autem misericordiam & iudicium sanctus vir canit, & testatur Deum misericordem esse & iustū, necesse est, vt quæ & à Prophetis, & ab Apostolis suis locis de pœnitentia dicta sunt, ea à nobis præstentur, vt appareant iudicia iustitiæ Dei, & misericordia eius consummetur ad condonationem peccatorum.] Quibus de rebus plura nunc dicere, præsertim cùm tàm multa sint ab aliis in eandem sententiam disputata, præsenti non conuenit instituto.

Cætervm vt ad nouatores redeam, tolerabilior inter hos videri potest Melāchthon, quoniā aliquantò propiùs ad veritatem accedit, & in hunc modum scribit: *Nulla est interior pœnitentia, nisi fiant etiam pariat castigationes carnis. Et hanc dicimus esse sententiam Ioannis, cùm ait: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Item Paulus: Exhibete membra vestra seruire iustitiæ: sicut alibi dixit, Exhibete corpora vestra hostiam viuā, sanctam.* Tùm in locis communibus: *Sciendum est,* inquit, *pœnas mitigari nostra pœnitentia, aut prorsus remitti, vt testatur historia Ionæ:* idque multis aliis exēplis è Scriptura productis astruit. Viderint autem discipuli Melanchthoniani, an has præceptoris sui sententias probent, præsertim cùm Flacciani tàm multa improbent, eaque palam cum authore ipso insectentur ac damnent. Fallitur tamen Philippus, & neque paucos, neque leues vnà cum sociis de doctrina pœnitentiæ defendit errores. Error est, quod Patres de satisfactione loquentes, tantùm de ritibus pœnitentiæ publicæ, & externæ disciplinæ, vel satisfactionis canonicæ, quæ illis temporibus erat vsitata, velit intelligi. Nam qui Patrum loca iam antè citata discusserit, planè cognoscet, veteres de illa etiam satisfactione docuisse, quæ ad pœnitētiæ Sacramentum spectat, & non solùm Ecclesiastici, sed diuini quoque iuris esse censetur, & ab ipsa exomologesi non est disiungenda. Quid verò mirum, cùm alios nouatores omnes, tùm Philippum & rem & nomen satisfactionis odisse, quod præceptor istorum Lutherus adeò inuisum habuit, vt sublatum etiam prorsus optaret? Totius Ecclesiæ vsus hoc trinit vocabulum, agnouit antiquitas, retinuerunt scholæ, res nomini cōuenit, soli Ecclesię hostes obstrepunt. Ergòne de iure nostro & huius

Instit. li.3. cap.4.

vocabuli tùm veteri, tum legitima possessione detrudi nos patiemur? Error est, quòd doctrinam de satisfactione rem esse commēritiam, & sine authoritate Scripturæ, veterúmque Scriptorum Ecclesiasticorum recens omninò confictam affirmat. Secus verò sentit Caluinus, qui veteres de satisfactione, hanc autem Euangelicam intelligit, scripsisse fatetur quidem, sed cēsuram omnium impudentissimā assuit, veteres eos vniuersos, quorum libri extant, aut hac in parte lapsos esse, aut nimis asperè ac durè locutos. Error est certo præcepto pios ad omne opus bonum, quod orando, ieiunando ac eleemosynas erogando faciunt, alligatos esse oportere: vera porrò ieiunia, veras eleemosynas hic nō posse tribui, qui vel sponte, vel ex maiorū præscripto ea subeunt opera: quæ si faciant, non solùm traditiones eas humanas, sed & satisfactiones hypocriticas, homo lepidus audet appellare.

Iam verò vt intelligas, Philippum etiā à seipso dissidere, vide quid inter alia scribat: *Cruciatus*, inquit, *vltro accersiti pertinent ad regulam: Frustra me colunt mandatis hominum. Item pugnant cum his præceptis: Non occides: Item: Habeto bonam conscientiam.* Addit & illud: *Sufficit diei malitia sua: id est, non accersite vobis maiores calamitates.* Et hæc illa suauis minimèque dura Philippi doctrina est, quam nō in Christi vel Ioannis, sed in Epicuri schola esse natam meritò dixeris. Ea nos à cruce carnisque molestia vltrò subeunda prorsus liberat: ea continentiæ, abstinentiæ & vitæ asperioris disciplinam certamque legem quibusuis non solum arbitrariam, sed etiam per se illicitam esse contingit: ea demum nullum non pœnitentiæ studiū cultúmque bonis & malis reddit exosum. Quo docendi genere quid aliud quæso facit Philippus, quàm quòd pro suo scilicet cādore, tanquam hypocritas damnat vniuersos, quos à cruciatibus vltrò sibi accersitis & inflictis cum Ecclesiastica historia, tum diuina quoq; Scriptura persæpè commendat? Non enim ignorabant sapientissimi viri, quantum præsidij & vtilitatis caperent ad purioris vitę profectum, ad maiorem sui ipsorū despicientiam, ad sanctiorem diuini numinis venerationem, atque ad virtutum commodiorem exercitationem, si ieiunia, vigilias, chameunias peregrinationes aliósq; id genus corporis cruciatus vltro accerserent, durámque & asperam potius, quàm suauem ac mollem vitam piè amplecterētur. Quibus de rebus multa & sæpè scribit Tertullianus, eúmque sequitur planè Pacianus, qui huiusmodi confitentium actus & pœnitentium remedia commemorat: flere nimirum in conspectu Ecclesiæ, perditam vitam sordida veste lugere, tenere paupertum manus, viduas obsecrare, presbyteris aduolui, cineri incubare, deiicere mœroribus animū, sacco corpus inuoluere, & ieiunio macerari. Hesychius breuiter dixit: pœnitentia saccum, & ieiunium, & lachrymas, & orationem continuam, & vigilias exigit, aliáque similia.] Nec dubitari sanè potest, quin hæc pœnitentium officia, & piorum institutа vt testimonium habent in Scriptura diuina, quæ toties ad ieiunia, cineres, fletum & planctum hortatur, in eisque rebus homines valde religiosos libenter esse versatos tradit, sic multis etiam seculis viguerint in Ecclesia Christiana, quemadmodum ex Patrum lectione liquidò constat, & aduersarij nisi prorsus amentes & impudentes non

Universidad de Deusto
Biblioteca

De serua pœnitentia Niniuitarum.

possunt differiri. [Quinetiam in eo secum pugnat Philippus, quod cùm cruciatus à pœnitentibus vltro accersitos improbet, laudat tamen pœnitentiã Niniuitarum, & inde confirmat pœnas peccatis debitas nostra pœnitentia mitigari. An enim spontanei non erant cruciatus, quos Niniuitæ triduanum celebrantes ieiunium, & sibi, & pueris infantibus, adeóque bestiis indicebant? idcirco etiam à Christo laudati, quòd veram egerint pœnitentiam ex Ionæ prædicatione. De his ita Chrysostomus: Vbique saccus, vbique cinis, vbique lachrymæ, vbique gemitus. Nam & ipse qui tenebat imperij potestatem, excelsâ sede derelictâ, regali pompa renunciata, indutus cilicio & sacco cinerem capiti imposuit, & sic valuit ciuitas liberari.] Tùm alio in loco: Quod prætexta non valebat, hoc poterat saccus: quod diadema nõ est assecutũ, hoc cinis obtinuit.]

Matth.12. Luc.11. Ad popul. Antioch. hom.80.

Super Ionã.

Quomodo deprauent nonatores christi dictũ: Frustra me colunt mãdatis hominũ.

Verum nos de Niniuitis alibi quoque disseruimus.

Qvam verò ineptè Philippus huc Christi verbum applicat: Frustra me colunt mandatis hominum: quod cum isti toties repetunt, nihil aliud mihi facere videntur, quàm ex vna fidelia multos parietes dealbare, ac vno collyrio multorum oculis mederi velle, sicut vulgò dictitant. Quò etenim hoc Christi dictum non abripiunt ac detorquent? quod [a] Victorino seruit ad legem cœlibatus damnandam in Ecclesia, [b] Chrysæo satis est ad traditionem de ieiunio delectúque ciborum euertendam: [c] Vrbano Regio valet ad totum vitæ monasticæ statum abrogandum: [d] Illyrico sufficit ad Purgatorium, Missæ sacrificium, Eucharistiæ adorationem cultúmque sanctorum simul exterminandum: gratum est & [e] Brentio ad confessionem secretam in Ecclesia dissipandam: commodum etiam videtur [f] Kemnicio ad potestatem omnem præpositis Ecclesiæ, quo minus leges ferre possint, eripiendam: placet demum [g] philippo & Centuriatoribus ad quælibet opera in verbo Dei non præcepta reiiciẽda atque conuellenda. Ex hoc ipso velut communi Sectariorum armamentario, quæ illi arma non capiunt? ex hoc propugnaculo quæ non bella mouẽt ad Ecclesiasticas constitutiones, ad sacras cæremonias, ad receptas consuetudines, imò ad Apostolicas etiam traditiones oppugnandas, funditúsque si modò possint, subruendas? Adeò sibi blandiuntur isti præsenti Christi sententia, quæ vt breuiter dicã, paratum illis velut telum est, quod in omnem partem & aduersus omnes hostes pro suo arbitrio eiaculentur. Quid verò coactius & violentius, quàm dictum hoc propheticum in sensus tàm remotos & alienos conuertere, quod Christus illis hypocritis rectè propriéque obiicit, qui clarissimum Dei præceptum, quo suis parentibus honos asseritur, per suas tùm impias, tùm pernicioſas traditiones rescindebant, irritúmque prorsus faciebant? quid malitiosius, quàm ad magistratum Christianũ proscindendum, ciúsque decreta simul eludenda his diuinis verbis abuti? Quid petulantius, quàm hac vna sententia totius Ecclesiæ sensum atque consensum in aliquo doctrinæ vel institutionis capite tàm leuiter insectari, adeóque atrociter vanitatis atque impietatis damnare? Quid pernicioſius, quàm hoc prætextu cuiuis arbitrarium facere, vt Ecclesiæ rectores pro Pharisæis iudicet, eorũ verò sanctiones, si quicquam præter Dei verbũ præscribant vel exigant, suspectas habeat atque floccipendat, imò hinc etiam suæ rebellionis & contumaciæ, quoddam operculum & patrocinium per summam licentiam petat? quid denique tum imperitius, tum impudẽtius cõtra Christi mentem hoc loco potest adferri, quàm quod is velit, opus bonum ex viua fide profectum, & in Scripturis tamen non expresse mandatum, pro vano impióque cultu existimari, vel traditionem aut superstitionem pharisaicam appellari? quis obsecro hos ferat Criticos, & non cum Christo contra illos exclamet? Hypocritæ primum de vestris oculis eiicite trabem, & tum pericietis, quæ ad matris morbos curandos, atque ad festucas è fratrum oculis eximendas faciunt. Sed quas ego festucas dico? [a] De nocte surgat quispiam ad precationes, & siue doloris, siue amoris sancti lachrymis suum riget lectulum: [b] gratis in verbo ministret Ecclesiæ, [c] quotidianis ieiuniis vacet, [d] veste cilicina corpus castiget atque domet, [e] dimidiam suorum bonorũ partem, imò [f] facultates omnes simul pauperibus eroget, [g] vitam denique pauperem, cœlibẽ & seueram exigat. Hæ sunt scilicet, quæ istos offendunt festucæ, hi vani cultus, hæc opera electitia, hę quas vocant, humanæ traditiunculæ, propter quas irascitur homini Christus, & Dei verbum irritum redditur, & Christiana libertas violatur, & pij fermento Pharisaico vitiantur. Sed enim si hæc opera, quoniam in Dei verbo præcepta non sunt, improbamus, eos etiam qui olim ita fecerunt, nimirum Dauidem, paulũ, Zachæum, Annam, Iudith, Ioannem, Apostolos ac innumerabiles alios coarguere oportebit. Quòd si rectè ab illis hæc ipsa gesta sunt, vt impium sit dubitare, cur eadem nobis facere non liceat, deceat, expediat? Nemo sanæ mentis vnquã existimabit, quod illis laudẽ immortalem peperit, id vlli Christiano probro vnquam esse vertendum. Quàm fortiter istos retundit, ac vno velut fulmine prosternit doctor ille gentium Paulus, qui [h] tàm multa non iussus & fecit, & scripsit, & suasit: qui [i] traditiones non scriptas ab omnibus teneri postulauit: qui [k] Apostolorum & seniorum præcepta docuit custodiri: qui præterea [l] iussit omnem animam potestatibus sublimioribus, tãquam Dei ministris, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam obtemperare, illorúmque iussis parere: qui demum inter [m] Dei mandata nominauit ea, quę rectores Ecclesiæ obseruanda decernunt, nec in his sustinuit vllam contentiosi hominis tergiuersationem. Vides igitur, quisquis non omninò cæcutis, quàm reuerenter Scripturas tractent isti doctores, quàm legitimè illas interpretentur: imò vero quàm accuratè Ariano contra nos more argumententur. Fuit enim ex Arianis non ignobilis pugil Maximinus, idémque Catholicis vehementer infestus, qui cum Augustino congressurus, hanc ei disputandi legem præscripsit: *Si quid*, inquit, *de diuinis Scripturis protuleris, quod commune est cum omnibus, necesse est vt audiamus. Hæ vero voces, quæ extra Scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur, cum ipse Dominus moneat nos & dicat: Sine causa colunt me, docentes mandata & præcepta hominum.* Ita pulchrè istis conuenit cum Maximino, cum Pascentio, Ario denique ipso, & impietatis eius asseclis omnibus: vna est vtrinque religio, præter Scripturas expressas nihil admittere: cætera verò quantumuis præclara & probata instituta, quæ scripto Dei verbo expressa non sunt, ad traditiones & doctrinas hominũ relegare, omnique ratione

Matth.15. a In 15. cap. Matth. b Ibidem. c Lib. contra votariũ monasticen. d In apolog. confess. Anuerp. e In 15. cap. Matth. f In examine concil. Trid. de Baptis. g In 15. Matth Cent. 1. ca. 4. pag. 124. & 298.

Esaiæ 29.

Nouatorum interpretationem de traditionibus humanis prohibitis à christo, non posse consistere.

a Psal. 118. & 6. b 1. Cor. 9. c Luc. 1. d Luc. 2. e Luc. 3. f Matth. 19. Luc. 21. g Luc. 3. 1. Cor. 7. Hebr. 11.

Non posse damnari opera, quæ sine Dei mandato à pijs fiunt.

De quibus traditionibus loquatur Christus quæ item recipiendæ, quæ reiiciendæ sint.

a Aduers. hæres. li. 4. cap. 26. b Li. contra Iudæos. c Li. 1. epist. 8. Ad plebem.

Prouerb. 8 Matth. 23. Locis supra citatis

1. Thess. 4.

Matth. 18. Rom 13.

De opinione cultus, quam Catholicis affingunt.

ratione aduersari, id quidem proprium istorum, ac plusquàm Arianicum dogma est.

Quid multa? reiicit hoc loco Christus traditiones non quaslibet, sed meré humanas, hoc est, sine Dei spiritu institutas, & cum Dei lege pugnantes, neque per se tantùm inutiles, sed etiam Ecclesiæ pernicioſas, quemadmodum [a] Irenæus, [b] Tertullianus, & [c] Cyprianus locum hunc Euangelicum interpretantur. Perspicua Cypriani vox est: Qui mandatum Dei reiiciunt, & traditionem suam statuere conantur, fortiter à nobis & firmiter respuãtur.] Non reiicit autem Dominus quaslibet doctrinas, per quem & legum conditores iusta decernũt: neque traditiones hominum quaslibet damnat, qui iubet in Moysi cathedra sedentes audire, & illorũ obseruare præcepta siue constitutiones. Multóque minus hic improbat Christus: imò verò per paulũ approbat atque confirmat genus hoc traditionum, quod autore Spiritu sancto per Apostolicos viros & Ecclesiæ præpositos inducendum simul & retinẽdum esse haud dubiè prospiciebat. Has enim siue traditiones, siue constitutiones, siue doctrinas qui contemnit, non hominem, sed Ecclesiam vniuersam, sed Christum ipsum in suis Vicariis loquentem contemnit, sibique damnationem acquirit, & hostis publicus Ecclesiæ, adeóque pro Ethnico & impio haberi meretur, vt Christus simul & Paulus pronunciarunt. Hic verò isti ad suum vetus asylum confugiunt, atque vt in Satanico persistant artificio, Catholicis opinionem cultus obiectant. Sed quæ sermonis prophani nouitas, quæ iudicij temerarij peruersitas in istis hæret Euangelicis, qui propter suas persuasiones de aliis malè conceptas, nullum locum traditionibus & operibus à Deo non mandatis reliquum esse fingunt? Nimirum Ecclesiæ desertores, vt defectionis suæ prætextum aliquem habeant, de sanctissimæ matris institutis benè loqui non possunt, sed quæ sancti patres Ecclesiæ Catholicæ principes ne per somnium quidem cogitarunt, ei ipsi frequenter affingunt. Tùm peruertunt piorum animos, & institutos denigrant, iniqui iudices conscientiarum: qui ad suam doctrinam insolentem tegendam & ornandam, cùm aliis artibus tùm Christianis libertatis titulo nequiter abutuntur. Quantò minus autem obedientiæ magistratibus & decretis Ecclesiasticis debitæ largiuntur, tãtò magis vulgari licentiæ laxant habenas, & ad omnẽ viuidæ fidei & pietatis exercitationem segniores reddunt plurimos. Quàm verò præposterè metuũt, ne labores immodicos suscipiamus, neue cultus inutiles exhibeamus, si hoc illúdue factu necessãrium esse tùm religionis, tùm voti, tum obediẽtiæ, tùm pœnitentiæ causa nobis persuaserimus. Quid autem vel immodicum, vel inutile potest existimari, quod pius animus ad æternam illam maiestatem, quæ nunquam satis honorari ac diligi potest, colendam, vel ad salutem animæ, qua nihil est in mũdo præstantius, comparandam instituit atque molitur? Habent suum quoque cultum & sacrificium Deo gratum, quæcunque fiunt ex fide & charitate opera bona, quoniam sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius non obliuiscetur Dominus, vt sapiens dixit: Certè scriptor Euangelij Lucas, vt Annam viduam prædicaret, hoc prætermittendum non putauit, quod illa ieiuniis & obsecrationibus nocte ac die seruiret, hoc est, quod cultum & la-

Frustrà timet labore immodicum, & cultum inutilem Catholicorum.

Ecclesiast. 35. Luc. 2.

triam opere ipso præstaret. Sic enim Græce loquitur, πρόσκλισις δὲ δέησιν λατρεύουσα: Paulus verò vt hospitalitatis & beneficentiæ opera nobis gratiora redderet, hostias illas esse dixit, quibus promereatur, vel vt alij vertunt, placetur, propitietur ac oblectetur Deus: τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός. Alibi Paulus ita scribit: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra Deo hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem: rationabile obsequium vestrum, siue vt est in Græco significãtius, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. Quod plerique cultum rationalem vestrum, interpretantur. Nam & Sedulius monet, obsequium hic pro cultu accipi, qui in corpore rationalis hominis Deo debeat offerri, sicut etiã Origenes annotauit. Vult planè paulus, vt præstent Christiani corpora sua viuẽtem hostiam, quod fieri docet Chrysostomus, si veterem hominem sustulerimus, si membra nostra quæ sunt super terrã mortificauerimus, si mundum nobis ipsis crucifixerimus. Hostia viuens, vt Gregorius Magnus explanat, est corpus Domino afflictum, & mundo à prauis actibus mortuum, quod cuncta quæ præualet, bona operatur. Tertullianus insuper sacrificia Deo grata esse dicit constãtiationes animę, ieiunia, feras, aridásque escas, tùm virginitatem & viduitatem: quæ sacrificia de bonis carnis, vt ille sapienter inquit, Deo adolentur. Hieronymus [a] holocausta vera nominat ieiunare, dare eleemosynas & pudicitiam: [b] Eunuchos autem, qui totos se consecrant Deo, offerre holocausta testatur. Sacrificate sacrificium iustitiæ, inquit Prophetа: Id verò per pœnitẽtiam fieri monet Augustinus. quid enim iustius, inquit, quàm vt suis vnusquisque peccatis, quàm alienis potiùs irascatur, seque ipsum puniens macter Deo?] Et ne multis: verum sacrificiũ est omne opus quod agitur, vt sancta societate inhæreamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possimus.] Vt præclarè ac eruditè admodum scripsit idem Augustinus. Quare nihil absurdi est, imò Apostolorum patrúmque sententiis congruit, quod dicimus, opus bonum, qualecunque facit fidelis, ad Dei cultum & spirituale sacrificium pertinere, & cum opinione cultus posse consistere, dum is qui vel corporale, vel spirituale opus agit, ad Deum ipsum refert quod agit, & propter illum agit omnia. Prohiber autem instituti nostri ratio, quo minus de corruptelis aliis plura dicamus, quas isti quidem eo consilio adhibere solent, vt quacũque ratione partim bonorum operum, quæ in verbo Dei non exprimuntur, exercitationem, & pœnitentiæ fructus, partim obedientiam traditionibus & legibus Ecclesiasticis tribuendam, labefactent atque tollant. Perpetuò autem retinendum est illud: Pietas ad omnia vtilis est: vel sicut Augustinus dixit: Verus veri Dei cultus ad omnia prodest.] Hæc porrò pietas, hícque cultus Dei amore omnium maximè continetur, ac tàm latè patet, vt omnia piorum omnium benefacta comprehendat, quę illi vnquam ad maiorem Dei gratiam promerẽdam exercent, vel ad dignos pœnitentię fructus edendos assumunt. Hoc demum qui negant aut improbant, næ illi primum & præcipuum religionis nostræ caput petere & conquassare videntur, vt nempe non credant homines, Deum existere, & inquirentibus se remuneratorem esse velle. Sed pluri-

Cultus in Scriptura tribuitur etiam operibus bonis.

Hebr. 13. Roman. 12.

In 12. cap. epist. ad Roman. Ibidem.

Quomodo corpus hostia viua Deo præstetur.

Lib. 2. super Ezechielem hom. 22. De resurrect. carnis. a In Amos cap. 5. b In cap. 56. Esaiæ Psalm. 4. Et ibidem August.

De ciuitate Dei lib. 10. cap. 6.

Sacrificium vel cultus est omne opus bonum ad Deum rectè relatum.

1. Timot. 4. Epist. 52. ad Macedoniũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus hæc ego fortasse, quàm sit opus, persequor, ac A vnum idémque iterum repeto, quando me aduersariorum improbitas ita cogit, vt vbi vanæ victoriæ fiduciam illi maximam sibi defixerunt, illic à nobis maiora veritatis præsidia constituantur atque stabiliantur.

QVANTAM ergo Philippi petulantiam esse dicemus: ad hunc enim redit oratio, qui totum veteris Ecclesiæ rigorem oratione tàm vana dissoluit, ac hypocrisis nota dedecorat, quíque præ se contẽnit, & suggillat sanctissimos viros, quantalibet illi tùm vitæ seueritate, tùm abstinentiæ & pœnitentiæ vltrò susceptæ gloria inclaruerint. Nunquam ille sanè probabit, Sanctorum exempla, & probata pœnitentium institutа non alio numero & loco, quàm Pharisæorum δευτερώσεις & impias traditiones, haberi oportere. Quæ porrò vel inscitia est, B vel insania, quod legis præceptum: Non occides, ad hanc suam detorquet opinionem, qua voluntarios pœnitentium cruciatus reiicit ac prohibet? Interdicitur non minus naturali, quàm diuina lege cædes: nihil eo quidem apertius: ergóne prohibitum esse dicemus, ne animam quis oderit suam, néue corpus vi quadam subigat, & impositis ei laboribus ac illatis cruciatibus domet? Quasi verò Paulus contra hoc præceptum agat, & seipsum occidat, qui legem cœlibatus obseruat, quique castigat, siue vt paulinus crebrò legit, liuidum reddit corpus suum, & in seruitutem per vim redigit, séque multis tùm vigiliis, tùm ieiuniis macerat & affligit, ne fortè si secus faciat, reprobus inueniatur. Nec est isthoc occidere, vel animam perdere, sed vt Christus loquitur, eam seruare, propter Christum C scilicet, Christíque regnum, & propriam sui abnegationem vim sibi facere, veterem mactare hominem, hostiam de carne viuam offerre Deo, quæuis corporis vitæque ferre incommoda, labores & dolores omnes contemnere, anguſtam calcare viam, siue vt Propheta loquitur, vias duras custodire, & mundo sibique crucifigi, ac mori penitus: sed ita tamen, vt secundum paulinam regulam, rationabile non desit obsequium, & finis, imò & plenitudo legis perfectionisque vinculum charitas, exercitationibus omnibus corporeis anteponatur, sicut & Cassianus præclarè docet. Illud planè ridiculum, quod Philippus idem aduersus hypocriticas, quas vocat, satisfactiones disputans, præceptum Dei nouum & inauditum nobis condit: Habete honorem corpori. Epicuræum sanè præceptum, quod non Christi Ioannísque discipulis, sed omnibus carnis libertatem & voluptatem amantibus nõ potest non iucundissimum videri. Et libet tamẽ Centuriatoribus, ex hoc Philippico etiam diuinũ præceptum facere, quo monasticæ vitæ rigórem, & quorundam sanctorum in vita seueritatem impudenter oppugnant.

SCIMVS quidem à Paulo scriptum esse Colossensibus: Non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Verùm si reliquam Paulinæ orationis seriem inspiciamus, Apostolus his verbis Iudæos ac plerosque alios suo seculo Iudaizantes percutit, qui legem cum Euangelio studiosè miscebant, & varios gentis Iudaicæ ritus ac Pharisaicas δευτερώσεις superstitionis plenas, & ad ostentationem comparatas, nulla verò ex parte vel corpori vel animo vtiles non solũ retinebant mordicus, sed à Christianis etiam aliis veluti magnoperè conducibiles exigebant. Ac inter cætera quidem tùm præcepta, tùm instituta, quæ Christus etiam in Pharisæis reprehendit, hoc erat inductum, multísque persuasum, vt miserè corpus multi afflictarent, inedia miscerent, luctum atque tristitiam præ se ferrent, facies exterminarent, & singulari quadã vitæ austeritate alij alios præire contenderent. Paulus igitur vt Christianam vindicet libertatem, huiusmodi fictam & simul Ecclesiæ illius tẽporis perniciosam religionem improbat, istorúmque humilitatem suiue demissionem cum hypocrisi planè coniunctam, & Christi spiritu destitutam meritò improbat. Etenim præterquàm quod offendebant infirmos, oleum & operam in hac vitæ ratione perdebant, vt Paulus ostendit, quoniam susceptus ab illis austerioris vitæ rigor non modò nihil ad animi profectum adferebat, sed etiam corpus offendebat, quod dum necessaria sustentatione fraudabatur, suas functiones honestas & debitas explere nó poterat. Cæterùm honoris nomen, quod noster interpres posuit, cùm alias sæpè, tùm hoc etiam loco ex Hebræorum more dictum est, pro rerum scilicet necessariarum subministratione. Basilius hinc Manichæorum & aliorum, qui in sua sæuirẽt corpora, superstitiosam immanitatem coarguit. Quis vero, nisi vesanus, hinc colligat, Apostolicum esse præceptum: Habeto honorem corpori, ac tale quidem præceptum, quo laxior viuendi ratio confirmetur, statæ autem ieiunationes Ecclesiæ, ciborúmque delectus, vel abstinẽtia Christiana, & omnis vitæ austeritas, à piis religiosè suscepta labefactetur atque improbetur? Nisi fortè paulus tàm fuit ineptus improuidúsque magister, qui aliter scriberet Colossensibus, quàm ipse faceret, aliósque doceret. Sic nimirum honorauit suũ ille corpus, vt vigiliis, ieiuniis, laboribus idem seuere domuerit atque castigarit, vtque se ipse aliis in hoc exemplum statuerit, quò carnem & ipsi suam castigarent atque crucifigerent. Hoc enim illorum, qui Christianum nomen gerunt, proprium institutum esse testatur, vt carnem suam cum vitiis & concupiscentiis vltrò crucifigant. An pauli non est sententia, & Apostolicus verè Canon: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram? Atqui mẽbra sua quæ sunt super terram, mortificant, sicut prosper interpretatur, qui corpus insolens ieiuniorum continuatione castigant, qui nec solum se à D delicatioribus cibis moderata districtione suspendunt, sed etiam in ipsis communibus nihil carni suæ pro desiderio, sed pro sustentandæ vitæ necessitate permittunt. Si enim ea quæ prohibita non sunt, desideranti carni vsquequàque præstamus, periculum est, ne cum liberiùs illi licita concedere cœperimus, illa etiam poscat illicita, & sibi obsequentes in minimis, in flagitia punienda compellat, vt eiusdem prosperi verbis vtamur. paulus haud dubiè Christum sequi voluit præceptorem, qui ieiunium spiritu destitutum & hypocrisi plenum publice reprehendit, sed interea verum etiam & salutarem homini Deóque gratum ieiunandi modum verbo & exemplo tradidit, nobísque commendauit. Facessat autem rigidioris vitæ disciplina, quam pharisaicum fermentum hypocrisis vitiat, quámue ambitio stulta introducit atque confirmat. Nos in piis veram abstinentiæ

Matth. 15. *Exod. 20* Præceptum: Non occides à nouatoribus deprauatum. *1. Cor. 7. & 11* Exẽplo Pauli & Sanctorũ licet ac expedit corpus affligere. *1. Cor. 9.* *Luc. 9.* *Ioan. 12.* *Rom. 12.* *Matt. 7.* *Psal. 16.* *Gal. 5. & 6.* *Roman. 12.* *Collat. 2. de discretione.* Nouum Dei præceptum à Philippo cõditum. De loco Pauli Coloss. 2. quem Sectarij ad præceptum Apostolicum trahunt. *Matth.* *1. Cor. 9.* *Galat. 5.* Paulus non fuit ineptus magister. *Hebr. 11.* *Coloss. 3.* *Lib. 2. de vita cõtemplat. cap. 22.*

nentiæ virtutem carnísque macerationem cum spiritu coniunctam moderatéque susceptam defendimus, illam nimirùm, quam fides commendat charitásque consummat, vt caro velut stimulis quibusdam & frenis adacta, spiritui & virtuti promptiùs ancilletur, ac internus homo ad verum cultũ Deo præstandum vegetior fiat.

In loc. communib. cap. de mortificat. carnis. *In Catechis. mo.* Errores Philippi, Brentij & Centuriatorum detecti.

ERRAT ergo philippus grauiter, qui carnis mortificationem in Apostolicis literis commendatam nihil aliud significare docet, quàm patientiam in cruce siue temperantiam, & hanc vtramque à Deo mandatam. Fallit etiam ac fallitur Brentius cum in hunc modum scribit: *Alij cùm luceret ipsis agere vitam politicam, eligunt sibi vitam eremiticam, in qua sectantur χαμευνίας ἀγρυπνίας triduana & quatriduana ieiunia & multa alia, quibus se carnem suam crucifigere affirmant. Quid ergo dicemus? Num hæ sunt cruces, quas accipere debemus, & quibus care vere crucifigitur, & quæ Deo vere placent? Nihil minus. Hæ enim cruces, quas nobis ipsis nostro arbitrio sine verbo, siue mandato Dei imponimus, non placent Deo, nec vere crucifigunt carnem nostram.* Ita demùm Brentio libet, totum eremitarum seu monachorum institutum oratione vana conuellere, & venerandos eius authores atque professores tot modis in Ecclesia celebratos, tantùm non despicabiles reddere, ac vanissimæ cuiusdam superstitionis incusare. Non intelligebant illi scilicet, varias esse vocationes credentium, multósque ad meliorem & perfectiorem vitam quàm sit politica, cum Ioanne à Deo destinari. Tàm erãt hebetes fortasse, vt non discernerent inter cruces, quas extrinsecus pij subire coguntur, & alias ab ipsis ad Christi & Apostolorum imitationem sponte susceptas, præsertim ad conseruandam disciplinam, ad testandam obedientiam, ad coercendam libidinem, ad corpus edomandum, ad abstinentiam & pœnitentiam exercitandam, & ad alios multiplicis pietatis fructus colligendos. At istuc non Christianum, sed Brentianum, sed Epicuræum verè præceptum est: Nullus vt propter Christum ac virtutis salutísque gratia crucem sibi vllam imponat ac eligat, sed quocunque modo carnem quis suam crucifigat, maceret ac subigat volens ac prudens, id verbo & mandato Dei contrariũ, id Christo ingratum, ac planè frustraneum esse censeatur. Sed nos Basilium grauissimè differẽtem audiamus. In summa, inquit, totum corpus contemnendum est ei, qui nolit in voluptatibus ipsius, ac in sterquilinio quodam volutari: aut vsque eò duntaxat ei seruiendum, quatenus, vt inquit Plato, ministrum se nobis ad Philosophiam præbet, haud dissimile dicens Paulo, qui monet nos, ne aliquam curam corporis habeamus ad concupiscentiarum occasionem.] Ac alibi rursus docet, corpori non esse seruiendum, nisi quatenus summa nos cogat necessitas.

Corpus non tam honorandum, quã contemnendum. *Orat. 3. de temperant.* *Roman. 13.* *Orat. 12. de animæ.*

COEGVTVNT ergo & Centuriatores, qui præposterè iudicant & morosè contemnunt sanctissimos homines, vt ostendimus, offensi nimirũ inusitato vitæ veterum illorum Patrum rigore & seueriſſimo instituto. Damnent igitur & Eliã Prophetam & Ioannem Baptistam, horúmque Sectatores alios, quorum incredibilis penè in cibis fuit abstinentia, & in vita cælestis potiùs, quàm terrestris conuersatio. Non decet profectò, nec licet diuinos illos homines humanis legibus astringere,

Non iudicare conuenit de sanctis sicut de communi ordine credẽ-

A carnísque iudicio facta illorum stupenda metiri, ne si sublimiora illa, quæ nostrum captum excedũt, arroganter reprehendimus, habitantem & operantem in suis templis Spiritum sanctum simul reprehendere, ac Deum ipsum in suis sanctis mirabilem accusare velle videamur. Firmũ igitur manet, quod semper docuit antiquitas, multa in sanctis proponi non imitanda quidem posteris, sed admiranda venerandáque, vt sanctus ille sanctorum, cuius sapientiæ non est numerus, & cuius potentia nullis potest finibus circumscribi, super omnia, & in electis suis maximè glorificetur.

tium, in his quæ admiranda sunt.

QVAM verò petulans est Vermilius, qui se Petrum Martyrem vocat, dum è Catholicis Sacerdotes Baalitas in eo facit, quòd minimè curent corpus, nec eius rationem habeant, sed χαμευνίας & ξηροφαγίας vtantur. Accusat & Basilium Magnum, & Gregoriũ Nazianzenum, nunquam satis laudata Ecclesiæ lumina, quòd corpora sua durè tractarint, & fortasse valetudinem offenderint. Est ita quidem, virtutem omnem in medio consistere, illud in primis obseruari oportere, quod iam tritũ est vulgi sermone prouerbium: Ne quid nimis. Verùm in eam partem magnoperè peccant nouatores, quòd sibi aliísque viam & disciplinam laxiorẽ semper eligant atque commendent, quòd nemini ad seueritatem, ad edomandam carnem, & ad maiorem pietatem duces, vel hortatores sese præbeãt, quòd demum veterum abstinentiam & vitæ austeritatem adeò non æmulentur, vt etiam suspectam, imò & nostro huic seculo, quod omni luxu diffluit, atque in omnem intemperantiã præceps ruit, inuisam prorsusque contemptibilẽ reddant. Optãdum erat sane, multos ita peccare, sicut Timotheus pauli discipulus, qui se longa abstinentiæ districtione iam fregerat, & stomachum suum aquæ perceptione corruperat, vti prosper annotauit. Optandum inquam erat, multos ita peccare, quemadmodum Basilius, Gregorius, Hieronymus, Antonius istorum opinione peccauerunt: & longe rectius, quàm in hac summa vitæ dissolutione, haberet Ecclesia, si veterum hominum tum pietatem, tũ seueritatem, de qua tàm multa & præclara scripsit Epiphanius, & nos antea meminimus, multi hodie aliqua ex parte imitarentur. Quid verò piis commune est cum impiis illis Baaliris, vt pseudomartyr hoc loco calumniatur? qui cum putarent suos Deos cultrorum pasci vulneribus, & humano cruore delectari, lacerabant corpora, & sicut Sacerdotes Cybeles in sacris suis, ita cultris & lanceolis se vulnerabant, carnésque incidebant, vt sanguine vndique perfunderentur, velut hac ratione sui Baalis misericordiam elicere possẽnt. Belle autem huic Martyri cum philippo conuenit hactenus, quod vterque moneat, pro sua scilicet Euangelica libertate, corpus in honore habendum esse, hoc est, ne quis carnem suam aut crucifigat, aut paulo seuerius tractet, aut iuxta veterum exemplum affligat, vt isti quidem & volunt, & scribunt, & faciunt. Profecto si verum fatendum est, vetus Adam nec istis suauiores Euangelistas, nec gratiores Sirenum cantus, nec magis blandiloquos concionatores vnquam audiuit.

Petrus Martyr quos Basilius conferat. *In cap. 16. tertij libri Regum.* *1. Timot. 5.* *Lib. de vita contemp. cap. 22.*

PARI vero licentia philippus Christi corrũpit sententiam: Sufficit diei malitia sua, quæ tamen

Qui vltro corpus affligunt pietate is ergò nihil habent cõmune cum Baalitis.

Inter Philippum & Petrum Martyrẽ quatenus conueniat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alius Euangelij locus à Philippo vitiatus. *Matth.6.*

clarior est, quàm vt Philippico artificio depraua- A
obscurarique possit, cùm Christus seipsum his verbis explicet: Nolite ergo solliciti esse in crastinum, de victu scilicet: crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi. Sufficit diei malitia sua, hoc est, qui de crastino sollicitè & anxiè cogitatis, vt corporis sustentationi nihil desit, ne vestros angores vano studio conduplicetis. Habet sibi quisque dies destinatas propriasque curas & afflictiones, sine quibus vita mortalis non degitur. Atque ita ferè Hieronymus: Vtinam verò rectius obseruasset Philippus, quod sapientissimè monuit Augustinus, Satanæ auscultandum non esse, cùm hæc sua consilia homini suggerit: Quid facis quia ieiunas? defraudas animam tuam, non ei das quod delectat: tibi ipse ingeris pœnam, tuus ipse tortor & cruciator existis. Deo ergo placet, quia te crucias? ergo crudelis est, qui delectatur pœnis tuis.] Nunc audi porrò, quid his consiliis Satanicis respondeat, ac responderi velit idem Augustinus. Excrucio me plane, vt ille parcat: do de me pœnas, vt ille subueniat, vt placeam oculis eius, vt delectem suauitatem eius. Nam & victima excruciatur, vt in aram imponatur: minus premet mentem meam caro mea.] Et iterum: Si iumento fortè insideres, si equo vtereris, qui te gestiendo possit præcipitare, nónne vt securus iter ageres, cibaria ferocienti subtraheres, & fame domares, quem freno non posses? Caro mea iumentum est: iter ago in Hierusalem, quæ plerunque me rapit, & de via conatur excludere: via autem mea Christus est.] Proinde non modò falsa, sed & pestilens Deique verbo repugnans hæc Philippi doctrina est, qua præterquàm quod Scripturas deprauat, credentes etiam à ieiuniis retrahit, & in omnibus pœnitentiæ operibus sponte susciendis tardiores reddit, cùm illos quidē cultus vanos & mere hypocriticos faciat. Præterimus alias Philippi hallucinationes, quas sicut ille de pœnitentia suis scriptis passim immiscuit, ita eas inter alios probe satisque confutauit, felicis memoriæ vir D. Ruardus Enchusianus, inter primarios quidē sui æui Theologos meritò numerādus, cui & gratiam debet hoc nomine posteritas, quod aduersus communes eásque pestilentes nouatorum cauillationes, veterem & orthodoxam doctrinam disputando fortissime vindicarit. Ex quibus omnibus illud etiam facile sit iudicare, vanam ac falsam Philippi esse iactationem, cum ita de sua Secta gloriatur: *In Ecclesijs nostris Dei beneficio præcipue exstat illustris explicatio doctrinæ de pœnitentia.*

Incap.6. Matth. Trast. de vtilit. ieiunij.

Non relinquendū ieiunium ob mundi, carnis aut Satanæ tentationem.

D Ruardus Tapperus.

Libello de pœnitentia.

in cap.4. Lucæ.

Sarcerius inimicus erucis quam à nullo vult eligi & vitro assumi.

ÆQVE insulsus Sarcerius, ne à præceptore Philippo discedat, hoc nobis paradoxon effutit: *Damnatur hic crux impiorum & electorum.* Quis verò sic vnquam est in schola Christiana locutus? quis talia verborum monstra peperit? Crucem nominat crucis inimicus, qui certè verbum crucis non intelligit, aut ne vult quidem intelligere, & veteri Adā, qui à cruce semper abhorret, tàm blandè patrocinatur. Si damnanda crux est atque molestia, quam sibi quis vltrò vel imponit, vel eligit, vt carnales isti doctores fieri postulant, & Epicuræi omnes facile assentiuntur, etiam Euangelica promissio his facta damnetur, qui contemptis & relictis omnibus, pauperrimam (onus plerisque Æthna grauius) vltrò amplectuntur: quiue, vt spadones seu Eunuchi Euangelici efficiantur, quæ res perpetuum inter

Luc. 13.

Matt. 19

carnem spiritúmque certamen excitat, propter Dei regnum se ipsi castrant: & qui præterea religiosum asperúmque illud vitę genus deligunt, in quo Ioannes, Antonius aliique complures duriter & austere viuentes, laudem apud Deum & Ecclesiam sibi maximam pepererunt. Augustinus hoc perspicue dixit: Castiget quisque corpus suum pœnitentia & ieiuniis, vt ipsum sic suspendens, seruituti animi subiiciat.] Vtri ergo assentiendum, Augustino ne cunctos ad electitiam crucem hortanti, an Sarcerio ab illa nos reuocanti? Iubet Christus ipse, vt seipsum quisque abneget, suámque crucem tollat. Tollitur autem crux, vt Gregorius docet, cùm aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Ad quam rem Pauli adducit exemplum, qui in afflictione corporis tulerit crucem carnis, eóque dixerit: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Quòd si Theophylactum sequimur, seipsum abnegat, qui nullam cum corpore communionem habet ac amicitiam, sicut Paulus quum diceret: Viuo autem iam non ego, viuit autem in me Christus. Tollit autem crucem, qui mortificauit & crucifixit seipsum mūdo.] Næ igitur isti verbum crucis, & virtutem eius non intelligunt, quam illi potissimùm experiūtur, quibus est mūdus per Christum crucifixus, quique in corpore suo Christi portant stigmata, dum carnem suam cum viciis & concupiscentiis crucifigūt, & mortificationem Christi circumferunt in corpore suo. Sic enim Paulus crucem non modò prædicauit, sed etiam in ea gloriatus, Christóque confixus fuit, quòd sedulus esset crucis amator, Christique crucifixi vestigiis cum perfecto sui carnisque contemptu fortiter inhæreret. Vbi de Antonio tantùm obiter meminero, cuius vitam ab Athanasio conscriptam, etiam si hoc inficientur Centuriatores, [a] Gregorius Nazianzenus, [b] Hieronymus, [c] Chrysostomus & [d] Augustinus nobis commendant, quique apud Christianos summa semper existimatione floruit, & Magni cognomine tot iam seculis est condecoratus. An hūc quoque damnabit Sarcerius, quòd vitam ille suam sic instituerit, vt crucem sibi nec vnam, nec leuem imponeret, adeóque ad decrepitam vsque sustineret ætatem? Annum enim centesimum fere quintum exegit, non monachus tantùm, sed & monachorum sui temporis princeps. Is verò inediæ & vigiliarum in tantum patiens erat, vt credulitatem viribus superaret: pernoctabat in oratione sæpissime: edebat semel in die post solis occasum, nonnunquam biduo triduòque sic permanens, quarto demùm die reficiebatur: Sumebat verò panem & sal, potúmque aquæ perparum: quieti autem membra concedens, iunco contexto atque cilicio vtebatur: nonnunquam etiam super nudam humum iacebat, ieiuniis vigiliisque haud rarò acrioribus sese conficiebat, vestimento etiam cilino intrinsecus, desuper autem pelliceo vtebatur.] An vero Antonij doctrina cum eius vita non egregie consentiebat? pulchre prorsus, vt hinc diceret, oportere asperos carni labores imperare, secundum Apostoli præceptum dicentis: Quando infirmor, tunc fortior sum. Asserebat etiam, sensum sic animi posse reuiuiscere, si corporis fuisset impetus fatigatus siue repressus. Magna, inquit, dilectissimi aduersum dæmones arma sunt, vita sincera &

Crucem Christi commendant habere decus Christianū. *Sent. 2.dist. Castrō. Matth.16.*

Hom.2. in Euangelia.

1.Cor.9. Ita cap.16. Matth. Quid faciēs cum alimento? &c. crucem tollere. Galata. Gal.5.6.

2.Cor.4.

1.Petri.2. Antonium Magnum, qui lem Ecclesiæ cem eligit.

Cent.4.c.13. pag.1197. a Orosius dibus Ath. b Hieronym. c Homil. 2 d Lib.3. cap. 4. Augustin. vita eius Magni.

1.Cor.12.

& intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto: pertimescit Satanas rectè viuentium vigilias, orationes, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemptum, humilitatem, misericordiam, iræ dominatum, & præcipuè purum cor erga Christi amorem.] Hæc Antonij simul & Athanasij verba, vt cætera studio breuitatis omittam, an non Christianum verè spiritum redolent, ac istorum simul retundunt stultitiam, qui libertatis amantes, crucem, vt vocant, electitiam, tanta cum nausea fastidióque & ipsi auersantur, & ab eadem cæteros abducere ac deterrere summis conatibus laborant? Sed parum esset sanctissimorū hominum exempla ab illis negligi, nisi Euangelica quoque verba deprauarent, quibus Christus ipse suos de ferenda cruce, de anima odio habenda, de sui abnegatione, & vt seruus Dominum suum crucifixum sequatur, tàm seriò commonefacit. Hæc aliáque id genus Scripturæ loca vel in iocum isti vertunt, vel ad crucem ab aliis duntaxat illatam, non autem sponte susceptam tàm peruersè, quàm inscité detorquent. Nec animaduertunt interim, spontanea etiam seruitia Deo gratiora esse, quàm quæ aut vi obtruduntur, aut necessitate imponuntur: & maioris esse gratiæ offerre quod non debeas, quàm reddere, quod exigaris, Hieronymo teste.

Matt.16. Luc.9.& 14. Ioan.12.

Spontanea seruitia cum primis Deo placent.

QVANTA igitur est petulantia & in iudicando temeritas Centuriatorum, qui candoris & æquitatis omnis obliti, sanctissimos homines ab antiquis rerum scriptoribus aprimè laudatos, & in monastica, dicam & Euangelica vita perfectos, partim fœdæ, in sacris literis ignorantiæ, partim nefariæ superstitionis & damnandę impietatis reos perage- C
re studeant? Errat illis Malchus à Hieronymo tantoperè commendatus, quòd secedens à parentibus, in vita monastica coluerit Deum, & cum fœmina contrahere matrimonium recusarit. Istorum enim iudicio obedientiam ille parentibus contra Dei præceptum non detulit, quia summo parenti colendo se totum vnicè tradidit: & quoniam oblatas nuptias refutauit, dęmoniorum scilicet doctrinam, vt Paulus vocat, amplexus est. Quis verò tàm est hebes, vt non videat, ab istis censoribus hoc in homine sancto damnari, quod in Ioanne nostro, & in vtroque Zebedei filio pij omnes prædicant, quandoquidem relictis & illi parentibus, castè semper & supra vulgi morem religiosè vixerunt? Omitto viros penè innumerabiles & conspicua sanctitate præditos, qui vel ad tempus, vel D
in multos annos ab hominum conspectu atque cōsortio sese disiunxerunt, & in optata solitudine suas posuere sedes, diuinis vt rebus perfectam operam darent. Errat illis Acepsemas à Theodoreto laudatus, qui monasticēn in solitudine Cyri vrbis exercuit, atque annos penè sexaginta in conclaui abditus latuit, cum nemine colloquens, neque alicui se conspiciendum offerens. Hoc pugnare dicunt cum Paulino præcepto: Adiuuemus nos mutuò ad prouocandam charitatem & bona opera, non deserentes collectionem nostri, sicut consuetudo est quibusdam. Atqui hoc non est citare, sed deprauare Pauli sententiam, qua Hebræi ad præstandum Christianæ vnitatis atque charitatis officium reuocātur, propterea quòd essent illi plus æquo cæremoniis & legibus patriis addicti, & cum aliis ex ethnicismo conuersis tàm ægrè coalescerēt,

Lib.1.contra Iouinianum.

Malchus ad nefas Centuriatores defensus.

Centur.4. cap.10. pag. 1297.

1.Tim.4.

Lib.4. cap. 23.

Acepsemas excusatus.

Hebr.10.

quàm nunc cum Catholicis Sectarij, quibus difficillimum videri solet, vno eodémque societatis Ecclesiasticæ vinculo colligari. Quomodo enim illi olim, sic etiamnum nouatores in vno cum Ecclesia corpore, spiritu & dogmate manere nō possunt, & hinc cœtus nouos instituunt, nouam doctrinam disseminant, nouósque ritus passim inducunt. Tales Ecclesiæ perturbatores atque dissectores hîc Paulus verberat, quales & alibi cupit abscindi: nihil verò contra veteris & noui Testamenti monachos, aut pios solitudinis habitatores differit. Errat illis Hallas Syrus monachus, tantæ quidem abstinentiæ vir, sicut Sozomenus & Nicephorus docēt, vt per annos totos septuaginta panem nō attigerit. Eum igitur fuisse dicunt ignarum verbi Apostolici: Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione accipiatur. Cur autem eandem ignorantię notam Baptistæ nostro, qui à pane prorsus abstinuit, vt diximus, non eodem iure tentant inurere? Quod ad Pauli sententiam attinet, iam sæpè responsum est, impiam Simonis Magi familiam, vt Encratitas, Manichæos aliósque veræ pietatis hostes, ab illo confutari, quod pernicioſè docerent, carnes ipsas natura immundas, & propterea fugiendas esse, sicut & Origenes annotauit. Præclarè autem à Prospero dictum est, quod veraciter abstinentes escarum non naturas, sed cōcupiscentias damnent.

Hallæ monachi abstinentia propugnata.

Sozom. lib.6. cap.34. Niceph. li. 11. cap.40. 1.Tim.4.

Li.2.de vita cont. cap. 22.

ERRAT illis Pior in eremo Schetica Ægypti monachus, quòd adolescens paternas ædes deseruerit, atque ad professionem monastices sese contulerit, adeóque vouerit se ad suos nunquam rediturum. Qui post annos quinquaginta cùm à sorore sua videndi eius cupida sollicitaretur, atque à monachorum præfecto in patriam reuerti iuberetur, venit eò quidem, sed astans clausis oculis ad fores, & cùm se paululùm sorori contemplandum obtulisset, & oratiunculam recitasset, rursus in solitudinem properauit, sicut Sozomenus affirmat. Oblatrant autem hîc Centuriatores, & hanc censuram attexunt: *Examinanda & iudicanda est hæc monstrositas iuxta præceptum: Honora patrem tuum & matrem tuā. Et 1. Tim. 5. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.*

Pior non peccauit in parentes, quos propter monasticem deseruit.

Lib.6.cap. 29.

Matt.10. Luc.14. Matth.8. Luc.9. Matth.4.9. Genes.12.

O acutos examinatores, qui si Euangelicæ doctrinæ normam sequerentur, ad veram perfectámque pietatem referrent, quòd aliquando filij parentes negligant, imò & odio prosequantur, & patri mortuo extremum etiam sepulturæ officium negent. Euangelicum est, insaluratis amicis, & relictis retibus, rebúsque charissimis repudiatis, euestigio diuinam sequi vocationem. Igitur magnus patriarcha ille Abraham, quamuis opulentus esset, tamen domum, patriam, cognatos & facultates omnes deseruit, ac regionem prorsus incognitam adiit, vt diuinis iussis obtemperaret. Quàm multi verò & eximiæ pietatis viri, præclaris Euangelij promissis illecti, non solùm affectu, sed reipsa etiam cum Petro reliquerunt omnia, vt Christum pauperem, cœlibē simul & obedientem rectius imitarentur? Accusent factum Sectarij, suis nimirū opibus, sæpè & abreptis Ecclesiæ facultatib⁹ suauiter incubātes: sed ideóne illorum incredulitas & iuncta simul cupiditas fidem Dei & promissionem Euangelij euacuabit? Est igitur distinguendum inter officia pietatis, quæ à filiis Deo parentibúsque debentur:

Matth.19.

Monasticem adire filijs licet inuitis etiam parentibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec dubium, quin sine parentum iniuria, sine illorum voluntate atque consensu filij summo parenti Deo diuinóque seruitio rectè se mancipent. Probat hoc multis [a] Augustinus, confirmat [b] Basilius, defendit quoque [c] Bernardus: nos vnam tantùm Augustini sententiam, secundùm quam iudicauit semper Ecclesia, proferemus. Manifestum est, [d] inquit, & honorem parentum in gradu suo esse seruandũ, & eos tamen in diuini amoris comparatione, præsertim si impedimento sint, absque vlla dubitatione oportere contemni.] Fugit in desertum quoque Ioannes noster, & se puer patriæ amicísque subduxit, vt multis probauimus: ideóne fidem negauit, ac infideli deterior haberi meretur? Paulus de cura suorum habenda viduas monet, eas videlicet, quæ viuentes in deliciis, nullam vel suorum, vel pauperum curam gerebant, charitatis nimirum & hospitalitatis omnis expertes. Quare sic præsentem locũ alij vertunt. Si qua suorum, & maximè domesticorum, &c. quemadmodum & Ambrosius, & Theophylactus interpretantur. Atque vt maximè sit generalis hæc Pauli sententia, de communi hominum genere, qui rem familiarem administrant, loquitur, nec adstringit æquè singulos, vt Apostolos, Ioannem, Antonium, ad propinquos & domesticos nutriendos, neque auocat quemquam à sua vocatione. Errat illis Hilarion magnum sui seculi decus & lumen monachorum, qui senex cùm videret se corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à sexagesimo quarto anno vsque ad septuagesimum pane abstinuit, incredibili feruore mentis, vt eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutem Domini, quo cæteri solent remissius viuere. Hanc seruitutem, vt Hieronymus vocat, rident isti delicatuli, ac stultam superstitiosámque videri volunt. Repetunt igitur Pauli sententiam: Honorem corpori non habentes, velut sancti viri austeritas præceptum Apostolicum violarit: imò totam Hieronymi & Sozomeni de dicto Hilarione narrationem suspectam nobis & fabulosam reddere moliuntur. Ac de Pauli quidem dicto iã antè respondimus: reliquam verò censuram, illorum impudentiæ tribuimus, qui summis etiam certissimísque rebus & probatissimis historiis fidem adimunt, quoties adlubescit, pro sua videlicet incredibili arrogantia impudentiáque. Errat illis Paulus in Ægypto monachus, qui nihil operis præter preces faceret, nihil ab aliquo nisi quod ad victum diurnum satis esset, acciperet, & quali pro dimenso suo exercitio per dies singulos trecẽtas precationes recitaret, teste Sozomeno. *Hæc iudicanda sunt*, inquunt, *secundum Christi mandatum, Matthæi 6. Orantes nolite multum loqui sicut Ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Sic Euangelici homines contra Euangelium iudicant fratrem, & virum religiosissimum, tantùm non ethnicum facere velle videntur, quod Christi fortasse secutus exemplum, oret prolixius, quódque non dissimilis Euãgelicæ viduæ, multum ac diu precationibus vacet. Valeant autem cum sua βαττολογία Ethnici, & si qui sunt illis comparandi, propterea quòd sine fide, sine spiritu sacras demurmurent preces, fructúmque orationis non cordis affectu, sed diuturnitate temporis metiantur. A quo vitio paulus quem diximus, aliique pij procul absunt, cùm in spiritu & veritate Deum adorant, multúmque tem-

a *Epist.* 83. *ad Lathan.*
b *In regulis disput. c.* 15.
c *Epist.* 107. 108. 109.
d *Contra Admant cap.* 6.

Hilarion liberatus calumnia Centuriatorum.

Paulus monachus ob precandi studiũ reprehensus defenditur.

Luce 22. & 2.

A poris ardenti precatione consumunt, siue in oratione cum Christo ipso pernoctent, siue cum Dauide septies, multóque sæpius in die preces ordinarias continuando persoluant. Errat illis Alexius Romanus tot seculis in Ecclesia celebratus, qui relictis domi parentibus nobilibus ac opulentis, vitam obscuram ac pauperem peregrinus elegit, ac tota ferè vita miser mundo videri, quàm beatus domi florere maluit. Cui sanctissimo viro multiplicem isti & atrocem accusationem intendunt, velut offenderit scilicet in primum, quartum, sextum & septimum Decalogi præceptum. O seueros actionum iudices, qui tantum sui similes mirantur & probant: & quia spirituales non sunt, animales non audeo dicere, de spiritualibus æquum ferre iudicium neutiquam possunt. quæ autem ista in iudicando æquitas, vt quę ipsi non intelligunt, aut B suæ sectæ placitis repugnare cernunt, cuiusmodi in Hilarione, Malcho, Alexio, Euphrasia plurima sunt, mox atro quod aiunt, carbone notent atque contaminent, historiásque Sanctorum monstrositatis & impietatis plenas, imò & fabulas esse pronuncient? quidnam veteris Ecclesiæ odio obcæcati, & nouæ doctrinæ præstigiis fascinati homines, quid inquam, nobis integrum tandem relinquunt? quid in historia tum Græca, tum Latina in dubium non reuocant? soli vt ipsi post omnes historicos sapere, & vera iamprimùm orbi commemorare videantur. Errant illis demum, vt cæteros omnes præteream, superiorum præceptores, ac totius vel monasticæ, vel eremiticæ vitæ institutores primariique custodes, adeóque præstantes C illi doctores quarti seculi, de quibus hoc palàm affirmare non verentur, quòd eiusmodi genera vitæ, quę à Deo non sunt instituta, non modo approbarint, sed etiam ipsi instituerint. quę ipsorum confessio multum præ se fert impudentiæ & improbitatis, quòd Antonium, Macharium, Basilium, Hieronymum & eiusdem ordinis alios probatissimos viros tàm petulanter impetant, publicéque proscindant. Superstitiosi scilicet hi, & de Ecclesia malè meriti fuerunt, quòd non modò scriptis, sed & factis sese ad benè beatéque viuendum duces optimos plurimis præbuerunt, quod præclaras piarum institutionum & actionum formulas è diuinis Scripturis sibi & aliis collegerunt, quòd multos religiosorum hominum cœtus ad perfectiorem vitam Euangelicis literis & exemplis con- D sentaneam traduxerunt, quòd demùm verbo simul & opere, prophetarum & Apostolorum, potissimum verò Christi & Ioannis imitatores esse voluerunt. qui pro sua nimirum in Deum charitate & in Ecclesiam studio singulari rectè approbarunt, adeóque instituerunt varia huiusmodi vitæ instituta, quæ licet in exteriore disciplina & ritibus quibusdam religiosos alios ab aliis differentes ostendant, tamen hactenus inter se pulchrè congruunt, quod eandem fidei regulam, & consentientem doctrinæ confessionem ab omnibus exigant, neque solum in vna Ecclesiæ Catholicæ domo cunctos includant, sed etiam eiusdem Christi Domini vitam & doctrinam sibi maximè propositam habeant, & ad eundem sacræ Scripturæ scopum & præceptorum omnium finem charitaté nihil non referant, dirigántque. Fuit enim hoc illis omnino curæ, qui varias religiosæ vitæ formulas præscripserunt,

Luce 6. *Psal.* 118.

S. Alexius atrocitur accusatus a Centuriatoribus.

Centur. 4. *pag.* 1459.

1. Cor. 2.

Cur Centuriatorum in iudicandis veterum monachorum moribus supercilio sit spernendum.

Sanctorum imperatores secundo dei iudicio reseruari.

Sap. 5.

Ioannes Baptista & apostoli non omnes eos qui Centuriatoribus probantur, approbarunt.

præscripserunt, non vt quenquam à præceptore A Christo abstraherent, sed vt multos & diligentes illi discipulos adiungerent, velut magno Apostolo se cõformarent, suísque discipulis dicerent: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laborarunt illi sane, non vt à Dei verbo, quod summus charissimúsque thesaurus illis perpetuo fuit, vel vnguem latum discederent, sed vt multos eius obseruatores & Euangelicæ Philosophiæ cultores perfectos redderent. Non sua ipsi inuenta fastuosè iactarunt, quod solent hæretici, sed quæ diuinitus in Scripturis extant tradita, sapienter illi ac pie ad certam commodámque methodum reuocarunt, ac hominum profectui accommodarunt. Neque laqueos conscientiis iniicere voluerunt, sed infirmis multorum animis parandę salutaris rationem vt expeditiorem, ita securiorem vtiliter de- B mõstrarunt: & qui verę pietatis essent amantes, hos conuenientibus militiæ spiritualis armis instruere studuerunt. Quis igitur illis vitio vertat, ac non laudi potius tribuendum putet, quòd diuino haud dubie spiritu afflati, & longo rerum spiritualium vsu edocti, quasdam religiosæ sanctæque disciplinæ formulas præscripserint, aut præscriptas cõfirmarint? Vnde factũ esse cernimus, quod passim historiæ produnt, vt ex omnibus ferè hominũ ordinibus nõ pauci christiani, ad diuinæ scripturę Christianæq; perfectionis normã propius accesserint, & ex bonis meliores atq; sicut sæpenumerò res ipsa docuit, optimi simul & religiosissimi doctissimiq; viri euaserint: vt prætereà multos habuerit Ecclesia Ioãnis in deserto similes, hoc est, sedulos perfectio- C nis Euãgelicæ sectatores. At propè infinitũ esset singula persequi, quibus nostri Centuriatores, nescio qua immanitate efferati, sanctissimos & innocẽtissimos viros dirè flagellant & conspuunt, partim vt suam ni fallor, in carpendo libidinem expleant, partim vt vetus aduersum monasticen conceptum odium exáturent. Habẽt autem hi quos diximus, præclari nominis & admirandæ virtutis monachi cum Ioanne nostro multa sibi communia, vt illius profectò sectatores & discipuli possint meritò existimari: Qui si adhuc in mortali vita manerent, equidem dubitare non possum, eos hoc nomine sibi gratulaturos esse, quòd digni forent tàm procacium aduersariorum sannis excipi, quódque viderent suum vitæ institutum illorum patere calũniis, quorum in maledicendo petulantem audaciam nullus fere Patrum, quantalibet is doctrina, virtute & authoritate vnquam horuerit, subterfugere queat. Verùm enimuerò erit aliquando tempus, & breui fortásse, quo isti Hagiomastiges suo magno incommodo sentiant, quale quantúmque sit crimen, Spiritum sanctum in suis electis organis cõtristãsse, & inuictis Ecclesiæ athletis, qui Christo ducẽ mundum, carnem, Satanam fortissimè subegerunt, procaciter insultãsse, illorumque magnitudinem & præstantiam canino velut more allatrasse. Quam vereor, ne ferò sapiant Phryges, quãdo conspecta demum incredibili sanctorum gloria, inuidi hostes isti timore terribili turbabuntur, & præ angustia Spiritus gementes, in tristes voces erumpent, vt mutatis rerum vicibus non solum à maledicendo supersedeant, sed admirabundi etiam ac attoniti clamitent, publice confessuri: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum: nos insensati vitam illorũ æstimabamus insaniam: Ecce quo- D modo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Hæc satis fuerit de operibus bonorum, vt vocant, electitiis attigisse, quæ hostes Ecclesiæ nunc maximè infectantur, & quod multo est indignius, diuinæ Scripturæ testimoniis sine iudicio & fraudulenter a ductis, sic eleuant & obscurant, vt rude vulgus è sanctis non sanctos faciat, ac probatas illorum historias partim in dubium, partim in ludibrium vertat. Summum Deũ ego precor, vt rectè secum reputent aduersarij, quàm non temerè scriptum sit illud: Noli prohibere bene facere eum, qui potest: si vales, & ipse benefac. Abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. *Prouer.* 3.

ET HACTENVS quidem probatum sit, Ioannem de operibus bonis docuisse, neque tantum proposuisse moralia, sicut visum est Centuriatoribus affirmare. Fuit ille proculdubio, quemadmodum Christus ipse testatur, lucerna vere ardens & lucens non solũ quidẽ sermone, verum etiam vita & in omni actione, quam in illo electo & præstanti Dei organo maiorem in modum fulgere decebat, vbi communes hominum animi, densis velut tenebris & infinitis fere corruptelis occupabantur. Docet itaque Chrysologus, Dei prouidentia factũ esse, vt Ioannes genitoribus, & ipsi naturæ, & vniuersitati, & seculis populísque delegaretur atque donaretur, qui esset vox Christi, & præco iudicis. Nec alij sane longa & seria oratione suadere possent efficacius, quàm suo Ioannes exemplo commendabat, & plerisque citra controuersiã ea persuadebat, quæ ad bene beatéque viuendum pertinerent. Quem verò nisi salutis suæ prorsus negligentem, illius tam diuine philosophantis non moueret exemplum: qui etiam si nihil concionaretur, tamen reipsa iam excitabat homines ad spontaneã corporis afflictationem, ad singularem vitæ austeritatem, ad simplicitatis, & paupertatis amorem atque cultum, ad voluptatis demum omnis præcisionem. Cernebat homines illo tam nobili viro hæc aliáque id genus siue corporalia, siue spiritualia exercitia, & intelligebant etiam, quòd Ioannes non sine diuini spiritus impulsu, vt est iam ante probatum, hoc vitæ genus vltrò susceepisset, ac tota fere vita excoluisset, sibíque valde familiare, nec minus quoque, vt opinor, iucundũ reddidisset. Quæ sic à nobis dicuntur, nihil vt summo numini & eius honori detrahamus: quin Christi gratiam, de cuius plenitudine sancti omnes acceperunt, hoc pacto in Ioanne laudamus, tantámque fuisse dicimus, vt quicquid ille ageret, quascunque virtutes exerceret, quodlibet pietatis & sanctitatis exhiberet specimen, id spectantibus & audientibus mirifice prodesset, & ad comprobãdum eius de Christo testimonium ingens pondus adferret. Sic enim visum est munificentiæ Spiritus, qui in illo velut sancto templo, ample & tranquille quiescebat, talem tantúmque Messiæ præconem, postremúmque Prophetam illustrare, & per vnum multis opitulari, nec solum illius ore, sed & opere, totóque habitu exteriore cùm in admirationẽ, tùm ad imitationem viri rapere intuentes. Fulgentissima lux Christus otiebatur, sed mundus ita suis immersus tenebris iacebat, vt lucerna longè latéque splendẽte, quæ tanti regis ortum præcederet, haud parum indiguerit. Talis autem Ioannes præ omnibus Prophetis & Messiæ prænunciis fuit, de quo Patris

Ioãnem non solum voce sed & opere multa docuisse. *Ioan.* 5.

Ioannes Ecclesiæ datus ad ædificationem & virtutis exemplar. *Ioan.* 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.131. Serm. de excell. Ioan. Baptistæ.

æterni decretum hac voce multò ante dicta confirmabatur: Paraui lucernam Christo meo. Breuiter sicut Bernardus de illo testatur, sic ab ortu vitæ suæ vsque ad occasum conuersatus est cum hominibus, vt forma vitæ, informatio morum habeatur.] Vocat eum igitur virginitatis insigne speculum, martyrum lumen, anachoretarum principium, orbis exemplum, iustitiæ principatum. Hinc Cyrillus Hierosolymitanus rectè dixit, Ioannem exercitationis typum in seipso monstrasse. Hinc Basilij Magni frater Gregorius Nissenus prodidit: Nulla in re Ioannes diuina minus præstitit, quàm cæteri, qui in exercitio virtutis ante illum extitere.] Quid quod Christus ipse cum Iudæis disserens, Ioannis in deserto domicilium horridum, eiúsque vestitũ minimè delicatum illis considerandum proponit? vt nimirum hinc homines molles à luxu & voluptatum studio ad seueriorem vitæ disciplinam reuocarentur. Cur ergo istis credamus, qui fingunt, Ioánem nihil aliud quàm opera moralia docuisse?

Catech.3. ad illuminatos Orat. in laudem Basilij fratris. Matth.11. Luc.7.

Ser. de natiuit. Ioan. Baptistæ. Falsò iudicat Lutherus, doctrinam Ioannis tantum, & non vitam obseruandam esse.

Ex quibvs non sit difficile iudicare, quantopere suos fallat Lutherus, priorum Sectariorum, quos indicauimus, antesignanus, dum affirmat, Ioannem tanquam doctorem considerare, vitam verò eius & mores minus curare oportere. Deum ait, non adeò magni facere, quomodo viuant homines, sed potius eorum spectare doctrinam: vitam quippe omnium mortalium, & opera ipso peccato vitiari, æternæque mortis ac gehennæ supplicio digna esse. Ita verò declarat orbi Lutherus, quàm sit non solum in Ioannem, sed in vniuersam simul Ecclesiam, imò etiam in Deum ac Dei verbũ contumeliosus. Errant Luthero scilicet, sacri Euangelistæ, qui Ioannis vitam & opera non minus quàm doctrinam eius sedulò perscripserunt, & à nobis non solum ad fidem ab eo discendam, sed ad vitam quoque corrigendam considerari maxime voluerunt. Errat Luthero itidem Paulus, qui omnes memores esse vult præpositorũ & fidorum interpretum verbi Dei, vt non solum illorum fidem imitentur, sed & conuersationis exitum intueantur. Qualem verò doctoré nobis ex Ioanne conflabit Lutherus: An magnũ, & Euangelicũ, & perfectũ fuisse inficiabitur? Huiusmodi vero iubet Christus ea nota internosci, si faciat & doceat, hoc est, si vitam cum doctrina consentientem ostendat, vt certe Ioannes ostẽdit, non minus opere quàm sermone perfectæ iustitiæ viam clarissimè docẽs. Vnde hoc à Christo testimonium tulit: Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ. Et illud: Ille erat lucerna ardens & lucens. Cur igitur, quem Christus tantopere laudat, & Iudæis alibi etiam à vitæ austeritate atque sanctitate commendat, vt iam diximus, nobis etiam perinde ac viuum quoddam virtutis speculum & exemplar, ob oculos positum esse non existimemus? Est ita quidem, vt sincera fidei doctrina, tanquàm basis & fundamentum humanæ salutis, ædificari & construi primum in animis hominum debeat: sed fides ac doctrina non iustificat, imò grauius etiam damnat eum, qui quòd recte credit & docet, vita & moribus non exprimit, aut salutari doctrinæ factis contradicit, eorum nempè socius, qui vt Paulus asserit, confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Ac sane qui recte docet, maléque viuit, inter eos habendus est meritò, de quibus à Petro dicitur, melius illis esse viam iustitiæ non cognouisse. Præterea hic Scripturæ mos est familiaris, vt sanctos à vita innocenter sanctéque gesta commendet, eorúmque opera nobis cõsideranda imitandáque proponat. Sic Iacobus tolerantiam Iob, Petrus iustitiam Loth, & Paulus Moysi zelum, Patrúmque veterum exempla, qui per fidem operati sunt iustitiam, in medium protulerunt. Cur igitur quod aliis concedimus, Ioanni sanctissimo adimamus? præsertim qui non solum Ioannis & Pauli, sed & quod longè est difficilius atque sublimius, Christi & Dei Patris imitatores esse iubemur. Hinc Apostolicus ille Canon: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. An non serium Christi præceptum est: Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est? Nõ igitur otiosa, paruúque momenti est narratio, quã de Ioannis vita & operibus repetunt Euangelistæ, sed ad nos etiam totámque posteritatem pertinet: etsi multa illic admiranda potius, quàm pro dignitate imitanda nobis esse videãtur. Verum enimuero antiquum Lutherus obtinet, qui quo magis vulgi aures animósque ad se conuertat, blandissimum hoc sequitur doctrinæ genus, vt credant homines, quòd ille cupit videri quàm verissimũ, Deum non magno perè de Christiani hominis vita & operibus bonis curare, vt qui fidẽ fideique doctrinã vel solum, vel maximè exigat & requirat. Qui demũ eò etiam dementiæ prolabitur, vt quæ à Ioanne aliisque sanctis præclarè sanctéque peracta, atque à piis omnibus perpetuò & prædicanda & imitanda sunt, ea in peccatis numeret, támque impura & sordida faciat, & pœna potius, quàm præmio digna velit haberi. Verum de his tetris erroribus alibi diximus, & ante nos etiam viri sapientes & docti monuerunt.

Iacob.5. 2. Pet.2. Hebr.11.

Philip.3. Matth.5.

Hom.5. ad popul. Antiochen.

Quomodo Ioannis vita inferatur nostræ vitæ sectatoribus.

Matth.3. Marc.1. Luc.3.

Hebr.13.

Matth.5.

Matth.21.

Ioan.5.

Matt.11. Luc.7.

Ad Titum.1. 2.Pet.2.

Postremo non erit absre, vt mihi sane persuadeo, paucis commonstrare, quam vtilitatem Ioannis vita nobis adferat, si præclaram tanti viri historiã ad nos nostráq; tempora sincere accõmodemus. Habẽt imprimis monachi & religiosæ vitæ professores cur de Ioanne duce suo glorientur, quẽ & iure prædicent, suúmque principẽ vocent. Duxit enim ille vitã eremiticam, imò & anachoreticam, quod & Rupertus Tuitiensis admonet: adeóque sicut Sacerdotum principes Apostoli extitere, sic Monachorum Principem se Ioannes ostendit, vt Chrysostomus luculenter affirmat, & nos antea confirmauimus. Habent præterea monachi, quod in Ioanne non modò suspiciant, sed & imitentur, vtpote secessum ab hominum turba, à mundi negotiis vacationem cultum silentij, curam edomandæ carnis, & exercitandæ die ac nocte pœnitentiæ, studium sacra meditandi & contemplandi, piè precandi contentionem, demùm flagrantem in Deum Deique regnum pietatis affectum. Habent quoque in Ioanne pastores, doctores & ministri omnes Ecclesiæ, quod velut in clarissimo speculo intueantur & sequantur exemplum, nimirum vt bene præparati & legitime missi, sua munia sincere obeant, ac in his accuratè versentur: vtque non solùm clamãtes Dei voces in deserto esse laborent, sed etiam cœlibatum integre castéque colant, & moribus sint inculpatis, vt suo tùm verbo, tùm exemplo & zelo singulari plebem Domino perfectam parent, neque bonis tãtùm amabiles, quin improbis quoque acres

Ioannes in exemplum Ecclesiæ pastoribus & ministris proponitur.

acres ac formidabiles se præbeant, ac demum illorum quisque pro suo gradu & ordine, quem tenet in Ecclesia, coram Deo & hominibus fidelem ac idoneum se ministrum esse declaret, suúmque ornet ministerium.

Christianis omnibus Ioãnis prodest exemplum.

Nec solum Ecclesiastici, sed & Christiani omnes cuiuscunque sint ordinis, habent in Ioãne quod probent ac sequantur sedulò, modò velint, sicut velle omnes debent, verè & Christiane philosophari. Igitur Origenes & Chrysostomus cum sui temporis hominibus concionantur, Ioannis vrgẽt exemplum, & proposito vitæ eius rigore, vulgi delicias vanásque hominum cupiditates reprehendunt atque castigant. Nec dubium, quin Ioannes hoc quod Paulus faciebat, meritò sibi sumere possit, vt nunc etiam oscitantibus, & secundum carnẽ viuentibus Christianis occinat illud: Imitatores mei estote. Item: Quæ didicistis & accepistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscũ. Vidistis autem Christiani, dicat suo iure Ioannes, & ex Euangelio sæpè didicistis opera in lege præcepta, itemque non præcepta, quibus me Deus voluit mundo prælucere, & Euangelium cohonestare. Tenetis ciborum abstinentiam, pœnitentiæ studium, lautioris vitæ contemptum, animi submissionem, fidei & doctrinæ constantiam, iustitiæ zelum, charitatis ardorem, omnísque virtutis sedulã exercitationẽ. Audistis præterea meam de Christo & vera Christi fide confessionem: accepistis & doctrinam à me publicanis, militibus, populo traditam quæ pœnitentiæ, charitatis & iustitiæ opera contineret. Hæc opera, vt alia prætermittam, vobis commẽdo, quos ad opera bona creauit Deus, vt in illis ambuletis: quæ quidem ego non probanda solùm, sed & imitanda vobis relinquo, si Euangelio Christi dignè viuere, & viam Domino parare, fructusque pœnitentiæ dignos facere, vti sanè par est, decretum & constitutum habetis. Alioquin frustrà, mihi credite, frustrà fidem & fidei confessionem iactatis: frustrà vos Abrahę filios facitis, frustrà Dei promissis & misericordiæ fiditis, quamdiu dignis Pœnitentiæ fructibus vacui, & operibus bonis estis destituti. Iustum & horrendũ Dei iudicium, quod peccantibus & ingratis omnibus impendet, est sane cunctis extimescendum. Quod si cælestis agricola, qui suam securim & falcem ad manum habet, & citò experiri statuit, vos velut steriles & infrugiferas arbores, aut tanquàm noxias herbas in agro suo inuenerit, manus iudiciúmque eius seueriſſimum non poteritis vllo modo declinare. Aut igitur triticum in area Domini estote, vt in cælestẽ horreum colligamini: aut si manetis velut inutiles paleæ, eundem vestrum exitum fore ne dubitate, quin est omnium fructus bonos in hac vita nõ proferentium, ignem videlicet inextinguibilẽ ac sempiternum. Hæc præcipua doctrina & philosophia est, vt mihi videtur, quam de viuendi ratione Ioãnes omnibus in huius mundi deserto viuentibus tradit: hæc salutis illa scientia, de qua illum cõcionaturum Zacharias pater est vaticinatus: hæc Christiana solidáque sapientia, Iudæis, gentibus, omnibúsque in Christum credentibus & crediturís inprimis necessaria, nec solum ore, sed & omni vita Ioannis maxime confirmata. Fuit enim ille non solum redemptoris præcursor, sed & alter Elias, ac præco iudicis, qui (velit nolit Herodes ac Herodias cum nefario impióque sodalitio) munus suum ad mundi vsque finem obire perget, vt præcedat ante faciem Domini parare vias eius, vtque & praua in directa, & aspera in vias planas conuertat.

Hom.25. in Lucam. Hom.10. in Matth.

1. Cor.11. Philip.4.

Ioãnis doctrina cõpẽdio explicatur. Matth.3. & 11. Luc.3. Marc.1.

Ioan.1. & 3.

Luc.3.

Ephes.2.

Matth.3.

Luc.1.

Mat.11. Marc.6. Luc.1. & 3. Ioan.1.

Qui veri & felices Baptistæ discipuli.

Oter felices, qui suum Ioanni munus integrum relinquũt, eiúsque doctrina & exemplo conuenienter vtuntur, vt se dignos tanto magistro discipulos præbeant. Quàm libenter quámque suauiter illos Christus inuisit, quanta illos prosequitur liberalitate, quanta gratia locupletat, qui se in Ioãnis disciplinam ex animo tradiderunt, vt positis sub illo timoris diuini fundamẽtis, & arreptis pœnitentiæ armis, viã Domino parent, amicique spõsi fideles efficiantur. Nullus verò ex his, qui mũdum amant, in Ioannis schola rite versabitur: nullus per illum Christo poterit commendari, nisi seipsum plane cognouerit atque despexerit. Quam ad rem haud parum iuuabit eius admonitionis sedulò meminisse, quam Chrysostomus, velut alter Ioannes, grauissime scriptam reliquit in hunc modum: Si Ioannes in omni vitæ ratione mundissimus, cæloque ipso clarior, & Prophetis celsior, quo nullus hominũ maior fuit, quique tanta apud Deum familiaritate gaudebat, ad omnem tamen patientiã durabat laborum, satis alte deliciarum fluxa despiciens, atque ad omnem se vitæ rigorem coarctans: quam nos satisfactionem adferre poterimus, quibus post tot Christi beneficia, póstque mille nostrorum onera peccatorum, ne minimam quidem partem illius castigationis imitamur: sed comessationibus & potationibus dediti, ac peregrino odore fragrãtes, vel potius fœtẽtes, nihilque à theatralibus fœminis discrepãtes, ac nosmetipsos enectuãtes vndique, ac vndique relaxãtes, in prædã diaboli præparamur?] Tum paulo post: Absistamus, inquit, ab hac fluida dissolutáque vitã. Nequeunt enim omninò, nequeunt aliquando in vnum, & confessionis lachrymæ & corporis conuenire voluptates. Et hæc vos doceat beatus Ioãnes & cibo suo, & habitu, & habitaculo. Quid igitur? inquies: ad huius tu vitæ asperitatem nos imperas coarctari? Nõ impero plane, sed suadeo: quod si faciris, etiam laudo. Sin verò istud vobis impossibile iudicatis, saltem in vrbibus constituti, pœnitentiæ opera monstremus. Etenim iam iudicium assistit in ianuis: quod si adhuc esset procul, nec sic quidẽ oportebat agere securiús: siquidem generalem illum mundi finem vniuscuiusque nostrum vitæ finis imitatur.] Sed quoniam satis non est aduersariis, Ioannem conuitiis suis insectari, nisi religiosissimos eius parentes male quoque accipiant, non grauabimur illatam iniuriam ab illis propulsare, & sanctis coniugibus suam restituere dignitatem conabimur.

Chrysostomi adhortatio ad Ioannem rectè imitandum. Hom.10. in Matth.

Iacob.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT DVODECIMVM.

Erant autem iusti ambo (Zacharias & Elizabeth) ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Luc. 1.
Qui credit in filium, habet vitam æternam. Ioan. 3.

MAGDEBVRGENSES.

PArentes Ioannis iusti ante Deum, hoc est, vera notitia DEI ac luce fidei in Messiam præditi fuerunt, nec aluerum falsas persuasiones de operum iustitia, quales tum in Pharisæis, & in reliquo vulgo grassatæ sunt. Cent. 1. li. 1. c. 10. col. 355. Et li. eodem ca. 4. col. 95. *Erant ambo iusti ante DEVM, hoc est, ab accusatione legis pronunciati liberi, imputata iustitia propter Messiam habebant propitium Deum. Deinde & effectum exprimit Lucas, quod Deo in cultibus ordinatis obsequium præstiterunt.*

CENSVRA.

Ioannes iustorum parétum iustus dignusque filius.

PRIMA EST Ioannis laus & commendatio, à qua suũ Euangelium orditur Lucas, quod parentes habuerit non solùm generis nobilitate claros, & ex tribu sacerdotali, sed & virtute, & pietate coram DEO & hominibus in primis illustres. Iustis quippe parentibus erat genitus, vt eò confidentius iustitiæ præcepta populis daret, quo hæc ipse non nouitia didicisset, sed velut hæreditario iure à progenitoribus accepta seruaret.] vt rectè monuit Beda. Excussit hunc locum egregie Paulinus, vt verba eius subiicere, non sit præter institutum, quæ parentum Ioannis nobilitatem maiorem in modum illustrant: Doctissimus Lucas, inquit, Baptistæ beati meritum ab originis claritate detexuit: & ne tãtum historiæ gratiam eum commemorasse existimes, nobilem Dominici præcursoris parentem, veneranda priscæ nobilitatis insignia, & suum cuique stemma connectit, dicens sacerdotem Zachariam de vice Abia. Credo, vt eo ipso dignitatem meriti eius ostenderet, adiiciens nomen ex infibulis, quod procul dubio in Hebræis esset insigne, de cuius vice honoratum sortitus sacerdotium fungeretur. Denique addidit: Et vxor eius de filiabus Aaron. Vides Euangelistam de commemoratione natalium Sancti, dictionem feciſſe meritorum, vt iis quos erat de propriis meritis prædicaturus, nomina auita præferret? Et vxor, inquit, illi erat de filiabus Aaron: auxit meritũ Sacerdotis cõmemorata nobilitate coniugij: & laudaturus vitã, genus ante laudauit, vt venerabilior existeret, qui sanctis parentibus respõderet sanctitate ingenita, quasi quadam iustitiæ hæreditate, qui illud principale in Sacerdotibus nomen Aaron & honoris in munere, & generis in vxore successor referret, atque illa quæ concors in itinere iugum veritatis cum marito trahebat, ad pariendum eligenda angelum, de quo scriptum est: Ecce mittam angelum ante faciem tuã, dignior & viro Sacerdote & filio Prophetis præferendo existeret, quàm diuinis idoneã dotibus, non solum vitæ iustitia, sed & familiæ prærogatiua feciſſet.] Sed vt propositis Euangelistæ verbis, quæ parentes Ioannis à iustitia summè prædicant, inhæreamus: rectè notauit Origenes, perfectam hîc eorum laudem describi, & propterea Lucam non sine certa causa tàm multa coniungere, vt sciamus, non solum illos fuisse laudabiles, sed vt nos etiam horum exemplo laude vera dignos efficiamus. Primùm enim fieri potest, sæpe solet, vt aliquis reuera totus coram Deo iniquus atque peruersus, in conspectu tamen hominum iustus habeatur. Deinde vt quis maximè diuinis mandatis pareat, & in illis inoffenso cursu progrediatur, tamen fit sæpenumerò, vt in aliorum factis iudicandis aberret. Aut si probum de aliis iudicium homini vere pio contingat, vix tamen publicam reprehensionem euitabit, aut certe quorundam querelas & accusationes audire cogetur. Eóque magis Zachariæ & Elizabetæ virtus elucet, in quibus ne ad sanctimonię laudẽ deesset quicquã, tàm industrie & exactè Lucas, sicut Origenes, Ambrosius & Beda annotarunt, ordine quodã hæc cõmemorauit: Erant iusti ambo ante Deum, vel in conspectu Dei, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.

habent quærunt. Iudæi de Baptista parentibus.

In 1. c. Luc.

Epist. 10. ad Seuer.

Ioannis parentes quomodo à Luca commendentur.

A generis nobilitate bonos fieri cõmendatiores.

Parentes Ioannis præcipuè à iustitia commendati.

In Lucam hom. 3.

Emphasis.

ILLVD autem potissimum ac præcipuum est, quod ante Deum iusti fuisse dicuntur. Difficilis res est, inquit Origenes, in conspectu Dei iustum esse, vt non ad aliam causam quid boni facias, nisi propter ipsum bonum, & Deum tantum quæras boni operis retributorem. Tale quid & Apostolus loquitur: Cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est: beatus qui in conspectu Dei iustus est atque laudabilis.] Origenem sequitur Ambrosius, pariqueſtudio cum illo refellit eorum errorem, qui docent, Christianum absque peccato, mortali scilicet, non posse viuere, vt sit, sicut Scriptura loquitur, immaculatus, vel sine crimine, quèadmodum Paulus requirit. Cuius rei luculentum exemplum Zacharias & vxor eius præbent, qui sunt irreprehensibiles, obedientes, iusti & sancti, atque sicut Paulus loquitur, coram Deo & hominibus bona prouidentes. Ambrosius hîc ita loquitur: Perfecta laus est, ante Deum iustum esse. Beatus planè ille, qui in conspectu Dei iustus est. Beatus ille, de quo Dominus dignatur dicere: Ecce vere Israëlita, in quo dolus nõ est. Solus perfectior, qui ab eo probatur, qui non potest falli.] Augustinus de his ipsis (Zacharia & Elizabeth) scribens, beatos illos appellat, velut quos in seculo isto aliqua culpa non percusserit, nullúmque vulnerauerit crimen, nec querela vlla tetigerit, quoniã in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela incesserunt.] Tùm de consilio & scopo Lucæ istos egregie commendantis hoc admonet: Euangelista virtutes patris matrisque describit, vt generantium meritis dignitas germinis noscereturr.] Cum verò sit duplex iustitia, specialis & generalis, à qua iustus homo rectè dicitur, obseruauit Chrysostomus, hoc quidem loco iustos generatim accipi, & secũdum eam Scripturæ phrasin, quæ iustitiæ nomine virtutes

Grande quid dam est iustũ deo iudicari. *Hom. 2. in Lec.*

Iustitia mentis fidelium accipi. *Hom. 4. in Matth.*

Matth. 1.

Iustitia genetalis est virtus quæ iustis in Scriptura tribuitur.

Hom. 12. in Matth.

Li. de Parad. c. 3.

Lib. de beatitudin. Matth. 5.

In Psa. 100.

Iusti ab operibus in Scriptura dicuntur.

1. Ioã. 2. & 3. Ezec. 18.

Prouer. 15. Eccl. 12. Rom. 2. Matt. 25.

virtutes omnes complectitur. Sic igitur Zacharias & Elizabeth, sicut Ioseph Mariæ sponsus, in Euangelio iusti celebrantur, quandoquidem in omni virtute perfecti, & excellenti quadam iustitia, eodẽ Chrysostomo teste, prædditi extitere. Hinc idem alibi quoque docet: Iustitia est omnium mandatorum plena custodia.] Cui consonat Ambrosius: Vbi iustitia, inquit, ibi concordia virtutum est cæterarum. Non enim pars est iustitia, sed quasi mater est omniũ.] Et luculentius adhuc Gregorius Nissenus, cum Christi sententiam: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, explicat, omnem virtutis speciem hîc nomine iustitiæ designari testatur. Demum sicut Augustinus præclare notat vniuersa iustitiæ ratio vnico innocentiæ vocabulo continetur. An vero in Scripturis est inusitatum, ab operibus ipsis iustum definiri atque describi? Ioannes Apostolus disserte pronunciat: Omnis qui facit iustitiam, iustus est. Et apud Ezechielem extat operum descriptio, à quibus iustum oporteat æstimare, nimirum, si in præceptis Dei ambulauerit, & iudicia eius custodierit, veritatémque fecerit: & additur demum in epilogo: Hîc iustus est, vita viuet, ait Dominus Deus. Tum alibi legimus: Qui sequitur iustitiam, diligitur à Domino. Et rursum: Ante iudicium para iustitiam tibi. Paulus verò in hunc modum: Factores legis iustificabuntur. Demum iustos Christus pronunciat eos, qui habebunt opera in iudicio celebranda, & æternis præmiis afficienda.

QVAE omnia præfari, & vtcunque stabilire voluimus, non solum vt iustitiæ nomen rectius pro vero & germano Scripturæ sensu accipiatur, verum etiam ob nouos istos Euangelij non tam interpretes, quàm deprauatores, quibus visum non est, vel in Ioannis gratiam, vel propter veritatis confessionem tantum Zachariæ & vxori eius tribuere, quantum perspicua Lucæ verba illis tribui postulant, & Patres tribuendum esse censuerunt. Ioanni certe detrahunt, qui singulari parentũ eius virtuti detrahunt, cùm etiam, Hieronymo teste, constet, hunc filium suis parentibus iustiorem ac meliorem extitisse. Quàm vero exiguam partem tùm iustitiæ, tùm sanctitatis illius parentibus relinquunt, qui iustos duntaxat eatenus agnoscunt, quatenus illis à patre æterno Christi iustitia imputetur, & quatenus veram Dei notitiam & fidei lucem habeant, sicut suis verbis, quæ proposuimus, Magdeburgici Scriptores exponunt. Eôdem concedunt reliqui nouæ religionis assertores, inter quos Losius: *Erant*, inquit, *iusti ambo coram Deo, id est, placentes Deo per fidem, quia crediderunt in promissum & venturum semen Abrahæ, statuentes se propter ipsum, id est, Iesum Christum habere remissionem peccatorum, & reputari iustos coram Deo, etiamsi legem non perfectè impleant, propter reliquias peccati hærentis in natura corrupta.* Strigelius rem vno verbo expedit: *Erant iusti fide*, inquit, *non operibus.* Ità verò Sarcerius: *Hic loquitur de iustitia fidei per imputationem nam hæc iustitia sola ante Deum sumus vere ac proprie iusti.* De hac disputat & Brentius, solámque iustitiam eam esse dicit, qua iusti reputati sunt Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, adeóque quotquot vnquam pij fuerunt. *Proinde cum Scriptura testetur, Zachariam & vxorem eius iustos fuisse coram Deo, manifestè significat credidisse eos, quod habebant benedictionem per semen Abrahæ promissum: hoc est quod habeãt remissionẽ peccatorũ per Iesum Christum, & quod propter hunc reputentur coram Deo iusti.* Nullus verò ex nouis istis Theologis, quod quidẽ sciã, vno Beza vel est procacior, vel arrogantior, qui ne parum sapere videatur, indoctos & blasphemos omnes esse pronunciat, qui ex hoc loco & similibus conantur iustitiã operum stabilire, quorum meritis salus nostra vel in solidum, vel ex aliqua parte nitatur.

Li. 1. Aduersus Pelag.

Qualem iustitiã parentibus Ioannis tribuant nouatores.

Annotat. in 1. cap. Luc.

In 1. c. Luc. Scol. in Lucam. Hom. 3. in Lucam.

Confutatur Bezæ calúnia.

EN QVANTVM istorum est supercilium, vt non solùm Zachariæ & Elizabethæ laudem obscurant, sed etiam in Lucæ verba impetum quendam faciant, ac vel inuitum eum cogant, non aliter quàm de imputatiua, vt ipsi vocant, iustitia loqui. Secus verò qui sentiunt, vt adducti modò Patres sentiunt, & iustitiam operum hinc astruunt, partim indoctos partim blasphemos eos habet Beza, cùm in eo ipso, in quo alios tanto conuitio insectatur, se indoctũ esse atq; blasphemũ ostendit, & magistrum suum Caluinum eãdem censura verberat. Sic enim Caluinus loquitur: *Qui simpliciter exponunt, Zachariam & Elizabeth fide iustos fuisse, quia gratis Deo propter mediatorem placuerunt, in alienum sensum torquent Lucæ verba.* Deinde subiicit, Dominum quia illis peccata non imputauit, sanctam illorum vitam licet imperfectam iustitiæ titulo dignatum esse. Quare si Caluinum sequimur nõ modo Beza, sed & alij quos produximus, aduersarij coarguendi sunt, velut qui sensum alienum inducant, cùm locum præsentem ad solam fidei iustitiã audent detorquere. Præterea licet ac decet per Caluinum sic Lucam interpretari, vt iustitiæ titulus ob vitam pie & sanctè gestam his duobus coniugibus donetur præ cæteris, qui tametsi communem de Messia fidem in Synagoga retinerent, tamen minus Dei præceptis obedientes, minusque iusti coram Deo extitere. Quod verò Caluinus admiscet de imputatione & imperfectione, quam in vita & iustitia illorum coniugum contemplatur, de illo posteà viderimus. Neque solùm Caluinus, verum & Zvvinglius istos, qui solam fidei iustitiam hic agnoscunt & statuunt, palam oppugnat. Adducit enim Hebraicæ locutionis formulam, *quæ Liphne Adonai, id est, coram Domino, eos iustos dicit, qui metu Dei & amore iustitiæ, innocentiæ & sanctitati student, qui bona conscientia & sincera quasi in conspectu Dei omnia videntis versantur. Sic Deus Abrahæ dicit: Ambula coram me & esto perfectus seu integer: Sic Enoch dicitur ambulasse, & Noë iustus fuisse coram Domino: hoc est metuentes & reuerentes Dei fuerunt. Coram Deo ergo iustum esse, est timorem Dei habere. Erant ambo iusti coram Domino, id est, omnibus quæ Deus in lege sua præceperat, diligenter & magnopere studebant, horrebant quicquid Deus vetuerat, componebant vitam & mores ad normam diuinæ voluntatis, idque à teneris iam annis.* Hæc propterea repeto, nõ vt testimoniũ veritatis à Caluino & Zvvinglio vel petendum, vel accipiendum existimem: sed vt doceam, nouatores non solum cum Ecclesia, sed inter se quoque ipsos haud leuiter dissidere, sibique repugnantes tueri sententias, vt neque cum Patribus, neque cum Catholicis, neque cũ suis in doctrina sociis & satellitibus conuenire possint, sed noua semper bella meditari videantur. Mirum verò, quàm turpiter idem Zvvinglius eôdem loco iustitiam humanam & Christianam misceat atque confundat, posteà nihil non fi-

In Harmonia Euangel. Caluinus & Zvvinglius ab aliis differunt nouatoribus in nomine iustitiæ.

Zvvinglij sententia de iustitia parentum Ioannis

In 1. c. Luce.

Gen. 17. 5. & 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei tribuens, adeò vt fidere DEO per Christum, A quod se in primis facere Sectarij omnes videri volunt, religionis nostræ summam esse testetur.

Qui nominẽtur & habeantur verè iusti in Scriptura. *Matth.23. Gen.6. & 7. In orat. Manass. Iob.13. 2.Pet.1. Heb.11. Matth.21. Luc.1. a Matth.1. b Luc.2. c Luc.23.*

CAETERVM quàm vane isti tum de Ioannis parentibus, tum de iustis omnibus sentiant, facile apparebit, si paulò diligentius, qui vere iusti in verbo Dei nominentur atque describantur, cõsideremus. Iusti prædicantur Abel, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Loth, quibus annumerare licet Prophetas, vtpotè sanctos Dei homines, vt eos Petrus vocat, multósque alios à Paulo enumeratos, qui vt ipse inquit, per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam & adepti repromissiones. Ad horum prætereà numerum pertinent, quos in nouo testamento iustos legimus appellari, vt sunt cum Ioanne Baptista eius parentes, [a] Mariæ sponsus Ioseph, [b] Simeon, [c] Ioseph ab Arimathia, & præsertim Apostoli omnes, de quorum eximia quidé iustitia & sanctitate, postquàm Spiritu sancto repleti fuerunt, nefas sit subdubitare. De his omnibus ita sentiendũ est, nõ modò iustos eos rectè propriéq, dici, sed etiam se hoc nomine dignos præstitisse, quandoquidem propositas à Deo iustitiæ leges obseruarint, Deúmque suæ iustitiæ & testem habuerint simul & remuneratorem. Sũt enim de quibus ipse Deus per Prophetam dixit: Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo viuet in eis. Fecit ea citra controuersiam Noë, qui propterea quòd voluntati diuinæ per omnia conformis esset, cum Deo ambulasse dicitur, virique iusti & perfecti ac præconis iustitiæ nomen est cõsecutus. Fecit magnus credentium pater Abraham, quem idcircò Deus ipse commendat, quòd præcepta & mandata sua custodiuit. Fecit Iob vir ille simplex, & rectus ac timens Deum, & recedens à malo, diuina & ipse voce laudatus. Fecit Propheta regius, qui custodiuit mandata Dei, & secutus est eum in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu eius. Et de quo rursum hoc affirmauit Deus: Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Fecit Ezechias, qui coram Deo se in veritate & perfecto corde ambulasse non falsò testatur: imò etiam cui hanc Scriptura laudé tribuit, quòd fecerit bonum coram Domino, quódque placitum erat in conspectu Domini iuxta omnia quæ Dauid pater eius fecerat. Fecit Iosias, qui hoc præclarum retulit elogium: Similis non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moysi, neque post eum, surrexit similis illi. Et ne multis agam, diuina etiam præcepta cũ Ioãne nostro eiusque parentibus religiosè seruarunt, quoscunque Spiritus sanctus siue iustos, siue sanctos, perfectos, vel immaculatos, aut rectos corde in Scripturis voluit appellari. Neque nunc de illo agitur, an iusti absque vllo peccato suam iustitiam retineant semper, quod nemo prudens affirmauerit, præsertim cùm scriptum habeamus, In multis offendimus omnes. Et, Septies in die cadet iustus & resurget, quemadmodum pluribus etiam testimoniis hoc ipsum Synodus Mileuitana cõfirmat. At scite dixit Hieronymus, Iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit.] Vnde Augustinus de rege Dauide hoc præclarè scripsit: Cum præsciret Deus illũ peccaturum, & peccata sua pia humilitate & pœnitentia deleturum, cur non diceret: Inueni Dauid secundum cor meũ? cui non erat imputaturus peccatum tàm multa bona facienti, & cum tanta pietate viuenti, & ipsa pietate pro peccatis suis sacrificium contriti spiritus offerenti. Propter hæc omnia verissime dictum est: Inueni Dauid secundum cor meum, quia licet secundum cor Dei non esset quod ille peccauit: tamen secundum cor Dei fuit, quòd pro peccatis suis congrua pœnitentia satisfecit.] Sic & Hieronymus cùm de peccato Ezechiæ tractasset: Non, inquit, ex eo quòd prauè peccauit, iustitiæ nomen amisit, sed ex eo quòd multa bona fecit, iusti vocabulum possidet.] Vbi hoc etiam subiungit, Scripturarum sanctarum testimoniis comprobari, non eo peccatores esse iustos, quòd aliquando peccauerunt, sed ex eo iustos permanere, quòd multis virtutibus floreant, quemadmodum exemplo regis Iosiæ cõmonstrat. Proinde nihil impedit, sicut & Augustinus sæpe docet, eximiè iustos in Scripturis prædicari eos, qui absque peccato non vixerunt, vtpotè quo neque Prophetas, neque Apostolos caruisse Hieronymus docet. Quare hoc eleganter ab eodem dictum est: Absque vitio quod græce χαρίς dicitur, hominem posse esse aio: ἀναμάρτητος id est, sine peccato esse nego.] Quid multis? Est iustitia quædam perfecta, quæ virtute sua omne peccatum excludit, & ad vitam hanc minime pertinet. Est iustitia huic vitæ competens, quæ lethale peccatum non admittit, & sine qua nemo seruatur.

Exech.20.

Gen.6. Eccles.44. 2.Pet.2.

Gen.26.

Iob.1.

4.Reg.14.

Act.13. Esai.38.

4.Reg.18. 2.Paral.19.

4.Reg.23.

Iusti censentur, licet peccato non careant. *Iacob.3. Prouer.24. Can.6.7.&8. Ad Rusticũ. De ossa Dulcitij q. 2. nib.q.5*

De Dauide iustitiæ huius non fuisse peccatum.

Li.2. aduers. Pelagian.

DIVINIS ergo Scripturis est consentaneum, & in illis perspicuè legitur, iustitiæ titulum hisce hominibus competere, qui quod iustorum est proprium, pro sua virili præstare curant, hoc est, qui iustitiam & iudicium faciunt, & in via regia iustiæ, vt neque ad dexteram, neque ad sinistram declinent, recta progrediuntur. Nam & ratio ipsa conuincit & postulat, vt de homine, qui iustus legitur, idem intelligamus, quod de sapiente, forti, mansueto ac zeloso, Scriptura ipsa duce, intelligi par est. An non Salomonem sapientem dicimus à sapientia, Samsonẽ fortem à fortitudine, Moysen mansuetum à mansuetudine, zelosum Eliam à zelo suo peculiari, quemadmodum è diuina Scriptura dicimus? Vnde fatentur omnes, qui iudicio pollent, veram & excellentem in his, quos diximus, virtutem inhæsisse, illisque tùm laudem, tùm rem ipsam sapientiæ, fortitudinis, mansuetudinis atque zeli sancti merito tributam esse. Cur igitur eodem modo non censeamus de his, qui vel simpliciter iusti, vel quod est expressius, apud Deum, vel in Dei conspectu iusti in Scriptura dicuntur? Vtique non illi fide tantum, quæ omnis iustitiæ fundamentum est, claruerunt, sed cum vera fide multas & præclaras in sua vocatione virtutes coniunxerunt, ac diuinæ gratiæ cooperatores effecti, veræ sanctimoniæ fructus amplissimos, suæque iustitiæ præmia maxima sunt consecuti. Non illis iustitiæ nomen ac professio satis fuit, rem ipsam factis & moribus expresserunt, digni etiam à Deo habiti, quorum fidis laboribus promissa & decreta iustitiæ corona redderetur. Hinc illæ sententiæ & dulcissimæ consolationes, quibus pij omnes in summis etiam laboribus & periculis meritò se recreant atque cõsolantur. Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinuentionem suarum comedet.

Re Sã iustus à iustitia sua.

Iustitia

Esa.3

Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum erit. Iusti in perpetuũ viuent, & apud Dominum est merces eorum. Seminanti iustitiã merces fidelis. Reddet Deus iustis mercedem laborum suorum. Dominus retribuet vnicuique secundum

Exe.18

Scriptura inter fidem & iustitiam aperte distinguit. *Sapient.5. Tyt.11 Sap.10. 1.Reg.26. Psa.4. & 17 Exe.18 Tyt.11 Osee 10 Psa.14. Luc.1 Rom.6 1.Pet.3 Apoc.22 Ioel 2 Mat.5.6.7*

iustitiam suam & fidem. Ita verò sæpius legas, ne dubium esse possit, inter fidem & iustitiam rectè distingui, & plures quidem fideles quam iustos esse, eos verò qui sunt fide præditi, semper egere cõmonitione Scripturę. Vt sacrificent sacrificium iustitiæ, vt iudicium & iustitiam faciant, vt seminent in iustitia, vt ingrediantur sine macula & iustitiam operentur, vt in iustitia & sanctitate omnibus vitæ suæ diebus Deo seruiant, demum vt peccatis mortui, iustitiæ viuant, magisque indies iustificentur.

Quomodo Christus doceat de iustitia Christian. Christianam iustitiam refert. Christus ad tria capita. Quæ præmia iustis & Christo proponanter. *Mat.5.6.7*

QVID porro de Christo dicam, qui se iustitiæ B doctorem, sicut à Ioële dicitur, in monte præbuit, & credẽtes omnes de Christiana iustitia, à qua iusti rectè dicerentur & essent, instruxit? Eam verò à suo populo, quam à Iudaico perfectiorem, & in obseruandis decalogi præceptis exactiorem postulauit, eandemque coram hominibus ad ostẽtationem fieri vetuit, & demum tria illa bonorũ operũ genera, de quibus ex instituto tractat, eleemosynam, ieiunium & orationem ad illam ipsam reuocauit. Promittit iusti quoque mercedem iis, qui iustum, hoc est, bonum, probatum, religiosum Dei cultorem, nomine iusti accepissent. Prætereà cum futuri iudicij velut imaginem depingit, ab operibus misericordiæ præstitis iustos vocat, eosque coram omnibus in iudicio suo prædicat, & secũdum enumerata illorum opera mercedem illis iam antè promissam reddit æternam. Rursus beatos pronunciat eos, qui paupertatis, mansuetudinis, luctus, misericordiæ & patiẽtiæ operibus incumbũt, & illorum gratia beatitudinem æternam pollicetur, si in bonis illis operibus perseuerent. An non iustos eosdem agnoscit, quos pro beatis prædicat? cum sine iustitia beatus esse nullus possit. Proinde si Christi verba sententiasque accuratè perpendimus, fatendum est prorsus, iustitiæ nomen ab eo non ad fidem ac imputationem, sed ad bonorum operum exercitationem, probatosque credentium mores, ac vitam verè iustam solere transferri. Hæc ego è Scripturis tantum repeto (Patrum enim sententias, quæ sunt infinitæ, studio breuitatis omitto) vt nouatorum fallaciam hoc loco refutem ac dissipem, quando sic illi Christianam iustitiam tractant, vt cum fidei omnia largiantur, ei iustitiæ, quam à iustitiæ & virtutum exercitatione Scriptura commendat, nullum ferè, aut exiguum sanè locum relinquere videantur. Huc enim confugere solent, vt iustos, quamlibet in Scriptura celebratos, vera & vnicuique propria, seu vt vocant, inhærente iustitia exuant, eosq; aliena & externa Christi iustitia sic induant, vt eosdem tamẽ coram Deo semper iniustos, immundos ac sordidos apparere ac remanere confingant.

Matt.3

Quomodo Christus iustitiæ nomen soleat accipere.

Quomodo Cẽturiatores male intellexerint Baptistã, & quatenus eorum iustitiam.

HINC iam perspici & iudicari potest, quam sit vanum & coactum planè commentũ Centuriatorum, qui Zachariam & Elizabeth iustos ante Deũ sic faciũt, quoniam ab accusatione legis liberi fuerint pronunciati, & quòd imputata iustitia propter Messiam propitium habuerint Deũ. Eodẽ reliqui ferè cõcedunt, quos supra commemorauimus, hoc vnum suis contortis interpretationibus assequentes, vt Lucæ verba non obscurè peruertant. Is verà iustitiæ rationem non ignorabat, quam ne soli fidei, vel imputatæ iustitiæ tribueret, non sine diuini spiritus afflatu hanc sanctorum coniugum iustitiam tam multis verbis est prosecutus. Cùm enim dicere tantum potuisset, iustos eos fuisse, hoc etiã prudenter adiunxit, quòd iusti fuerint ante Deũ, & incesserint in omnibus mandatis & iustificationibus Domini, & prætereà quòd coràm hominibus inculpati, siue sine querela vixerint, ne quicquam omitteret, quod ad perfectam iustitiæ commẽdationem pertineret. An fortasse isti sentiũt, duriusculum in scribendo Lucam videri, quod subinde sic loquatur, quasi iustitia ex operibus veniat, sicut Lutherus [a] alicubi sed nimium impudenter sanè, significauit? Quocirca nugantur Cẽturiatores, qui vt manifestam Scripturæ vim inferant, nouam audent fallaciam comminisci, iustum nimirum hoc loco & alibi frequenter passiue accipi, pro eo, cui legis impletio per Christum facta imputatur, qui absolutus est coram Deo gratis, & acceptus in gratiam. Hoc vt probent, exempla proferunt, ex Euãgelio petita quidem, sed perperam ab illis intellecta: Qui recipit iustum, inquit Christus, in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Ornatis monumẽta iustorum. Iusti ibũt in vitam æternam. Et homo ille iustus, sicut de Simeone dictum est. Quibus omnibus iustos Baptistę parentes adiungunt, sed quibus passiue eam solum quam proxime diximus, iustitiam & legis obedientiam tribui volunt. Quis verò nisi sit obesæ naris, vt vulgo inquiunt, fraudem istorum non sentiat, qui vt Euangelica verba corrumpant, ad tropum confugiunt, & Augustini regulam obseruatu necessariam negligunt, Scripturã scilicet per tropum nunquã esse intelligendã, nisi sermonis proprietas sensum absurdũ inducat? Nihil verò hic absurdi est, nihil incõmodi metui potest, imò Scripturis Patrumq; sentẽtiis quas adduximus, pulchrè congruit, si verè iustum statuamus eũ, qui iustitiæ titulum in Scripturis cõsecutus est. Illud verò absurdum atq; ridiculũ merito videatur, ea quæ de iustitiæ nomine vel Christus, vel Scriptura dixit, ad iustitiã solũ imputatam, & propter Messiam credentibus applicatam velle accõmodare. Vt enim abunde probauimus, & Christus integris cõcionibus testatum fecit, in Scripturis nõ de passiua, vt isti loquuntur, sed de vera inhærenteque iustitia sermo est semper, vt obtineat illud Apostolicum dictum, quod vnicũ ad opinionẽ istorum confutandã sufficeret. QVI FACIT iustitiam iustus est. An non seipsum Christus explicat satis, de quibus agat iustis in eo dicto, Iusti ibunt in vitã æternã, cum apud Ioannẽ disertè testatur: Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionẽ vitæ, cùm prætereà suos electos & eorum opera nõ solũ iustitiæ nomine, sed etiã æterna mercede dignatur: Gaudete inquit, & exultate, in persecutionibus scilicet, quoniã merces vestra copiosa est in cælis. Nõ enim est iniustus, vt obliuiscatur operis, quodcũq; sui faciũt, sed ita iustus: vt reddat vnicuiq; secũdũ opera eius. Sic illũ quoq; locũ, Fulgebũt iusti sicut sol, apertè corrũpunt: vbi iusti non dicũtur à Christo alij, quam qui bona fecerunt, suorũque operum retributionem habebunt in resurrectione iustorũ, sicut Christus de suis electis alibi loquitur.

Lucas diligẽs in laudanda iustitia.

a Serm. de Pharisæo & publicano.

Nouatorum vox sunt iustitiam passiue accipi

Mat.10. Matth.13 Matth. 23. Mat.25. Luc.2

De doctrina Christia. li.3 c.10. & 16.

1.Ioan.3 Matt.25. Ioan.5.

Qui iusti salutabuntur. *Matt.5 Hebr.10 Matt.16 Serm. 38. de sanctis, & de verbis Apostoli serm. 35 Matt.13. Luc.14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De alio loco depravato.

ABVTVNTVR etiam illa sententia: Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet. Non enim hic iustum accipit Dominus pro credēte tantum, vt Iossius contra propriam Scripturæ phrasim interpretatur, neq; pro illo cui à Deo iustitia imputatur. Id enim Scripturæ cōsentaneum non est, quæ distinguit inter fidem & iustitiā: nec cum pro iusto habet, qui verè non sit. Is enim qui iustitias diligit & vindex iniquitatum est, non putatæ seu putatiuæ, sed veræ & sinceræ iustitiæ mercedem, eāque vberrimam reddit. Ego sum inquit, scrutans renes & corda: & dabo vnicuique vestrū secundū opera sua. Non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis: imò verò gloria & honor & pax omni operāti bonum, Apostolo teste. Habet igitur mercedem sibi propriam iustus, vt suorum operū fructus comedat. Quæ enim seminauerit, hæc & metet. Tum quisquis iustū eo nomine quòd sit iustus, tractat humaniter, suāque in illum beneficentiam confert, parem cum iusto mercedem recipit, à Deo remunerante, sitque iustus ex honore iustitiæ, quando in recipiendo iusto ipse reuerentiæ affectus, iusti honorem accipiat, vt Hilarius dixit. Eiusce modi hospitalitatem & in egenos liberalitatem Paulus sæpè cōmendat, adeoque ad iustitiam transfert, huc citans Propheticum dictum: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Sed & Esaias cum de operibus misericordiæ præstandis mandata dedisset, has mox adiecit & ad iustitiam retulit insignes promissiones. Tunc erūpet quasi mane lumen tuū, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuā iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Paulus verò in hunc modum: Augebit incrementa frugū iustitiæ vestræ, vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem. Atque ita sæpè Scriptura suam iustitiæ mercedē assignat, planeque docet, iustitiam nostram dici, sicut & Christus appellat, quia nobis nimirum inhæret, ac à nobis exercetur, cùm sit tamen & Dei iustitia, quod eius nobis largitate donetur, vt ei inhærendo iustè viuamus, & tanto magis iusti simus, quanto magis illi cohæremus, quemadmodū [a] Augustinus & [b] Gregorius tradunt. Quæ quidem iustitia non solum nostra in Scripturis dicitur, sed etiam ab operibus ita commendatur, vt cum illa fiunt à iustificato, maiora etiam bona sibi habeant à Deo promissa, & homini cōferant, sicut [c] Cyprianus, [d] Naziāzenus, [e] Ambrosius & [f] Augustinus luculentissime declararūt.

IAM verò de Simeone quid attinet dicere? quē Lucas tot ornauit encomiis, vt illum hominem iustum & timoratum, & à Spiritu sancto gubernatū, vtilitatis publicæ studiosum, Christique præconē & amatorem ardentissimum fuisse declaret. Merito is quoque censetur inter illos, qui legis factores à Paulo dicuntur, & quorum operibus ex fide manantibus idem Apostolus iustificationem asscribit. Non enim auditores legis, inquit, iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Ita iusti Noë, Daniel & Iob, vt potè quorum iustitiā Scripturarum vocibus prædicari confirmat Hieronymus, ac Deus ipse tā diserte testatur: Si fuerint tres viri isti in medio eius Noë, Daniel & Iob: ipsi iustitia sua liberabūt animas suas, ait Dominus exercituum. At vanissimus est Oecolampadius, qui spectatam illorum iustitiam in solam fidem transfor-

Matth. 10. In eundem locum Matt.

Psalm. 74. 1. Thess. 4.

Apoc. 2. Hebr. 6. Rom. 2. Esai. 3. Galat. 6.

Cap. 10. in Matth. 2. Cor. 9. Psal. 111. Esai. 58.

2. Cor. 9.

Matt. 5. & 6.

a De Spiritu & litera c. 9. b Li. 24. moralium c. 5. c Li. de opere & eleemos. d Orat. de pauperum amore. e Serm. 30. & 50. homiliar. hom. 18. Luce 2. Rom. 2. In cap. 14. Ezechiel. Ezech. 14.

Qualis iustus Simeon.

De iustitia Noe Danielis & Iob.

De iustitia Ezechiæ.

A mare conatur. Et iustus haud dubiè fuit Ezechias, qui legē factis expresserat, sicut & Scripturæ verba declarant: Fecit Ezechias vniuersa, quæ diximus, in omni Iuda, operatusque est bonū & rectū & verum coram Domino Deo suo in vniuersa cultura ministerij domus Domini iuxta legem & cæremonias, volēs requirere Deū suum in toto corde suo. Vt hinc nemo non videat, in veteri quoque lege iustos fuisse, qui veræ fidei spiritu præditi, obedientiam legi debitam persoluerent, ac sese iustos Deo cultores exhiberēt, sicut ex loco etiam sequēti potest animaduerti. Proximi pauperis pignus (sic enim lex diuina præcipit) nō pernoctabit apud te, sed statim reddes ei ante solis occasum, vt dormiēs in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiā coram Domino Deo tuo. Hic iusti officiū simul & præmium est traditū: officiū quidē in eo, vt cuiuis pauperi pignus aut vestimentum bona fide ac mature restituatur: præmium verò, Deum hoc officiū, vel opus charitatis tam gratū habiturū, vt facienti augeat iustitiam, nec sua illū mercede defraudet.

NEQVE dissimilem iustitiā ab ea, quæ in Ezechia fuit, rex Iosias præstitit, cui Scriptura summā, vt antè diximus, tribuit commendationem, quòd nempe ad Dominum reuersus fuerit in omni corde suo, & in tota anima, & in vniuersa virtute sua iuxta omnē legē Moysi. Quid ad hæc porro Brentius? ferre non potest tam illustre testimoniū de iustitia regis. *Hoc*, inquit, *intelligendum est, qualis Iosias fuerit coram humano iudicio in administratione regni sui, non qualis fuerit coram diuino iudicio.* O calumniatorē qui non solum laudatissimo regi debitam laudem adimit, verum etiam diuinam Scripturā hoc schōlio lacerat atque corrumpit. Qua fronte ad humanum iudiciū audet hic homo ea referre, quæ secūdū legem Dei Iosias ex animo fecisse, & tam sedulo perfecisse scribitur, vt cæteros etiam reges vera iustitia & obediētia superaret? Reuersus est ad Dominū in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnē legē Moysi. Quid hoc est aliud quæso, quā sicut Paulus loquitur, legis esse factorē, Spiritu interim gratiæ cooperātē? Quis igitur nisi stolidus, affirmet cum Brētio, tam præclaris Scripturæ verbis hoc solum astrui, Iosiā corā humano iudicio in regni sui administratione duntaxat probū & integrum, siue vt ita dicā, ciuiliter iustum fuisse? Adeò non verentur isti, cum suæ causæ id cōmodum putāt, Scripturæ verba inuertere, & quod in suo verbo approbat Deus, id humano iudicio metiendū esse cōtendunt. Sed enim cur Iosiæ parceret Brentius, quē eodē ferè in loco adeò nihil pudet in Christū ipsum Dominū palā esse blasphemum? cùm de illo ita loquitur: *Videmus Christum sic respondisse* (cùm Legisperito scilicet diceret: Hoc fac & vives,) *vt potius indicauerit ei viam ad æternā damnationem.* Quis obsecro Christianus non horreat, cum hoc tātum de summo redēptore suo probrū audire cogitur? quis credat, eundē clementissimū Dominū, qui venit peccatores omnes saluos facere, viā ad æternā damnationē vlli hominū indicauisse? Quis demū non succenseat Brētio, Christi verba tā nefarie peruertēti, vt quod ille ad salutē legisperiti respōdit, viā esse dicat ad dānationē? Quid obsecro vel rectius, vel compendiosius, vel absolutius, quā de præcepto charitatis obseruando ei adferre potuisset, qui hoc pacto rogabat: Magister, quid

Psal. 118.

Rom. 8.

Iosias fuerit vetera, atque ceremonias legis custodierit.

Deut. 24.

Habere iustitiā coram Deo iustificari.

De iustitia regis Iosiæ.

4. Reg. 22. In 4. Reg. 23. similia de pietate Iosiæ.

Brentius Christianos blasphemat.

Luc. 10.

Luc. 10.

ster, quid faciendo vitam æternam possidebo? Igitur cùm idem ipse qui rogauerat, primum & præcipuum legis mandatum protulisset, ita subintulit Christus: Hoc fac & vives. Vbi censet Brentius, id quod Christus exigit, à nullo hominum fieri posse, vt fingat scilicet in præcepto non dicam laborem, sed etiam impossibilitatem, & Ioanni penitus aduersetur, ita pronuncianti: Hæc est charitas DEI, vt mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt. Plurimùm verò fallitur Brētius, qui charitatis opera non alia constituit, quàm quæ legis opera Paulo dicūtur, simulque à ratione iustificandi hominis remouentur. Pugnat enim Apostolus aduersus præposteros legis assertores, qui Christum Christique gratiam ignorantes, imò etiam apertè repudiantes, ex legis operibus, quæ solis naturæ vel arbitrij nostri viribus peraguntur, coram Deo iustificari posse hominē existimabant. Hęc igitur legis opera, & quę ex illis accipi potest, iustitiam improbat Paulus, planeque submouet, vt par est, ab hominis iustificatione. Nusquam verò vel fidei vel charitatis opera cum lege commiscet, quinimo perspicuè docet, iustificationem legis in illis impleri, qui non secundum carnem, sed secundum spiritū ambulant, ita vt iustificati per dilectionem & gratiam rectè operentur. Quare neque nos vrgemus iustitiam operum, quæ absq; spiritu gratiæ vel fidei à quibuslibet fiunt, sed palam asserimus, ex illis neminē iustificari. Illa verò prædicamus opera, quæ iubente Deo, & Christi adiuuante spiritu fideles renatique faciūt, cum dilatāte illorum corda spiritu, viam mandatorum cum Dauide percurrunt, eaq; in toto corde custodiūt, & acceptam primam in Christo iustitiam benè factis promouent atque confirmāt, vt ita legem pro huius quidem vitæ ratione impleant. Id verò vel maximè charitas facit, quæ legis est plenitudo siue perfectio, atque consummatio præceptorum, Ambrosio teste. Docet igitur Augustinus legis iustitiam sic opere factorum impleri, si dilectio & gratia coniungantur.

Psal. 93.

1. Ioan. 4.

In 1. ca. prioris ad Tim. Li. 19. contra Faustū c. 18.

NIHIL igitur Paulus nobis obsistit, vbi vel de legis imperfectione, vel de fidei iustitia disserit; imò si rectè idem accipiatur, istorum etiam opinionem retundit, qui hominem iustificari docent vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione. Etenim vt eximia, nec satis vnquam æstimanda Christi beneficia, quæ per iustificationem homini contingunt, rectius cognoscamus, ac sæpius in mentem reuocemus, pulchrè Paulus hæc distinguit, nec pro eodem accipi vult, peccatorum remissionem, renouationem, & vitæ æternæ hæreditatem. Quippe res ipsa postulat discrimen admitti in his, quæ diuersam habent significationē, sicut & in statibus illis est distinguendū, qui circa iustificationem à doctis vtiliter, adeoque necessario considerantur. Alius enim status est iustitiæ inchoatæ, paruulis in Christo congruēs, quādo impius vt iustus fiat, offenso Deo reconciliatur, & primùm veniam accipit omnium peccatorum. Alius proficientis iustitiæ status, grandescentibus illis conueniens, qui post acceptam peccatorū veniam, in Dei gratia crescere & augere sibi iustitiam ex animo studeant. Obseruant enim præceptum illud: qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Item: Non verearis iustifi-

Iustificationem constitat sola imputatione iustitiæ Christi, vel remissione peccatorum.

Rom. 5. & 6. 1. Cor. 6. Tit. 3.

Triplex iustitiæ status in homine considerandus.

1. Cor. 3.

Ephes. 4.

1. Tim. 6. Luce 18.

Apoc. 22. Eccli. 18.

cari vsque ad mortem, quoniam merces Domini manet in æternū. Est & tertius idemque supremus iustitiæ gradus, vel status perfectorū, & spiritualiū proprius, qui sensus habēt exercitatos ad boni maliq; discretionem, vt de his loquitur Paulus. In his patiētia & perseuerātia boni operis diuturna quæritur, suntq; illi homines Dei perfecti in omni iustitia, & ad omne opus bonum instructi & assuefacti. Vnde sapienter & secundum Scripturas Maximus in Cēturiis docet, de triplici statu Christianorum: quotū infimos φοβῷ μόνῳ, hoc est, timentes: medios verò ἐφ' ὁπότερα, hoc est, proficientes: supremos autē τελείους, hoc est, perfectos appellat. Hæc obiter inferere visum est, vt ad Christianæ iustitiæ gradus & profectus, qui magni sūt certè momenti, tum in diuina Scriptura, tū in omni vita sedulo animos aduertamus. Et cauendū est in primis commune vitium aduersariorū, qui loca Scripturæ, iam de prima, iam de secunda & perfectiore iustitia nos cōmonefacientia fœde cōmiscent. Quasi verò non multum intersit, siue agas cum homine impio, veluti Saulo & Cornelio, qui nondū iustus & amicus Dei factus est, aut vixdum esse cœpit, & cū alio Dei amico fideli, vt Anania & Paulo iā cōuerso, qui acceptā iustitiam Deique gratiā integrā seruat, nec eget grauiorum peccatorū remissione, sed spiritus tātum renouatione, & sancta perseuerantia. Huc enim Pauli vox illa pertinet: Quę quidē retro sunt obliuiscēs, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauiū supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Quicunq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Cēterū idem Paulus iustus & perfectus erat, cùm hāc demum vocem, velut cygneam cantionem, edidit: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius.

Iustitiæ gradus à nouatoribus confundantur.

Act. 8. & 10.

Act. 9. Philip. 3. Ibidem.

2. Tim. 4.

PERGAMVS autem id planius reddere, quod dixeramus, iustificationē nō tantū remissione peccatorum, sed etiā interioris hominis renouatione cōstare. Apostolus Paulus post longā enumerationem peccatorum, quæ ante Baptismum ab impiis perpetrantur, sic eosdē baptizatos cōpellat: Et hæc aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, sed & in spiritu Dei nostri. En quantū his renatis tribuit Paulus, multo sanè amplius, quā condonationē, agnoscens in illis ac prædicans admirādam vereque salutarem mutationē, per quam nō solum sint peccatorū sordibus abluti & expurgati, sed ex impiis etiā & immundis facti puri, sancti & iusti, sic Christo nimirū Christique Spiritu in illis per Baptismum operante. Tū alibi baptizatos dicit renouatos, ac nouas omnino creaturas, quoniā per Baptismum non modò veterem hominem crucifixerint & exuerint, verum etiā induerint nouū. Hinc Christus Dominus, & post illum Ioānes & Iacobus de iustificatione, quæ in Baptismo confertur, ita differunt, vt generationē illā, sicut & Paulus, regenerationem appellent. Nō potest autem abesse renouatio vitæque sanctitas & iustitia vera, vbi diuina illa peragitur regeneratio, per quam homines diuinæ naturæ consortes, vt Petrus inquit, efficiūtur. Quare Paulus hoc rursus

Iustificationem non tantum remissione peccatorū, sed etiam interioris hominis renouatione constare.

1. Cor. 6.

Hebr. 6. Rom. 6. 2. Cor. 5. Ephes. 4. Ioan. 3. 1. Ioan. 5. Iacob. 1. Tit. 3. 2. Pet. 1. Rom. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

docet, quotquot lauacro illo regenerationis & renouationis donantur, non solum à peccato liberari, sed & fructum habere in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Ac iterum: Quicunque in Christo baptizati estis, inquit, Christum induistis. Quis verò nesciat, Christum induere, Christum inhabitare, Christum in suis viuere, vt Paulus de renatis loquitur, multò esse maius, multóque præstantius, quàm à peccatis & eorum pœnis absolui: Nempe per Baptismum Christo commorimur & consepelimur, imò & illi capiti tanquam membra copulamur atque cõnectimur. Quemadmodum igitur à capite vis manat, qua singulæ corporis partes ac proprias functiones aprè exequendas mouentur, & in officio continentur: ita etiam ex Christi Domini plenitudine in omnes, qui iustificantur, diuina virtus & gratia diffunditur, quæ nos ad omnia Christianæ pietatis officia habiles reddit & ac commodatos. Eoque maior & illustrior erga nos Christi apparet beneficentia, qui non solum in aqua vitæ nos mundat ab omni inquinaméto, sed & cordis tribuit nouitatem, adeoque Spiritum sanctum impertit, quem in nobis habitantem quoque relinquit, sicut loqui diuina Scriptura consueuit. Atque hoc confirmans Apostolus dixit: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quê effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorẽ nostrum. Effudit autem tum ad remissionem peccatorum, tum ad copiam virtutum, vt cùm baptizamur, eximiis gratiæ muneribus aucti, non solum iusti & filij Dei nominemur & simus, verùm etiam æternæ salutis hæredes instituamur: Atq; huc pertinet, quod ex Apostolo Paulo Patres omnes repetunt atque confirmant, charitatem in cordibus nostris siue renatorum esse diffusam, quæ verè iustos faciat, eamque non solum per legis præscriptum doceri, sed & per donum Spiritus dari atque conferri. Qua de re Augustinus ita testatur: Deus illuminationem iustificationemque nostram intrinsecus operatur.] Et rursus: Dat sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis.] Tum sequenti capite: Legimus iustificari in Christo qui credunt in eum, propter occultam communicationem & inspiratione gratiæ spiritualis, qua quisquis hæret Domino, vnus spiritus est.]

Galat. 1. 2. Cor. 12. Galat. 2.

2. Tim. 2. Rom. 12. Coloss. 2.

Ioan. 1.

1. Cor. 7. Ezech. 36. Tit. 3.

Rom. 5.

Li. 1. de pecat. mer. & remiss. c. 9. Cap. 10.

Nouatores errant in formali causa iustificationis.

ERRANT igitur Scripturas non intelligẽtes, & suas opiniones nimium amantes, qui cum Centuriatoribus putant, formalem iustificationis causam esse iustitiam imputatiuam & gratuitam, quæ sola fide credentibus in Christũ donetur, seu peccatorum remissionem solam, quæ credẽtibus propter Christum applicetur. Rectè autem & orthodoxè sentiunt, qui tum Scripturarum, tum Patrum authoritate commoti, formalẽ iustificationis causam faciunt iustitiam Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mẽtis nostræ, & nõ modò reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus, iustitiã in nobis recipientes, vnusquisq; suam secundum mensuram, quã Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionẽ & cooperationem. Neque solum ita docet Concilium Tridentinũ, sed & iustũ Anathema in eos omnes pronunciat, qui docẽt homines

Aug. de spir. & lit. ca. 9. 11. & 27. Et conferi. 2. epist. Pelag. cap. 7. Greg. lib. 24. moral. c. 5. Sess 7. cap. 7. & can. 11.

A iustificari vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorũ remissione, exclusa gratia & charitate, quę in cordibus eorũ per Spiritum sanctũ diffunditur, atq; illis inhæret. Cur enim non damnẽtur cum suo pestilenti dogmate, qui in sacrum Baptismum, eiusq; vim admirabilẽ sunt palã iniuriosi? dum Christianũ pectus illo Spiritus sancti maximo pignore spoliant, quo renati diuine signãtur, vt vera sint tẽpla Dei inhabitantis, qui quoniã sanctus & iustus est, sanctos etiam ac iustos eos facit. Qui prætereà cum hunc suum tuentur errorẽ, doctrinam deprauãt Apostolicam, in qua diserte traditur, per Christi obedientiã iustos constitui multos, & vbi abundauit delictum, etiam gratiã superabundasse: primumq; & terrestrem Adam nõ plus nobis incommodasse & ademisse, quã secundus & B cælestis Adam ille Christus profuerit atque restituerit. Demum hęc istorum sententia, vt alia incõmoda plurima grauissimaq; prætermittã, amplissimum Christi beneficiũ, & sacrosanctæ passionis mortisque illius virtutem obscurat & extenuat vehementer. Negatur enim apertè, per Christũ eiusque gratiam nos verè iustificari, verè sanctificari, verè ablui, & filios Dei effici: affirmatur verò, peccatũ in renatis manere, sed credentibus tantum nõ imputari: tollitur etiã inhærẽs iustitia, & duntaxat imputatiua substituitur & retinetur. Vbi verò Scriptura proponit? quis docuit orthodoxus? quando probauit vnquam Ecclesia, Christi iustitiam ad iustitiã nobis reputari, ac si nostra foret propria, nec vllam aliam inhærẽtem nobis reliquam esse? Quæ docendi loquendique forma de iustitia imputati- C ua, vel inchoata, cui haud leues alij errores connectuntur, nostris quidem maioribus inaudita fuit, & ab ætatis nostræ Sectariis primũ est introducta, planeque ad prophanas illas vocum nouitates pertinet, quas Paulus iubet deuitari, quasque sinceritas orthodoxa respuit, dãnat, execratur. Illud verò quod Scriptura docet, libenter agnoscunt Catholici omnes, reuerenterque accipiunt, beatũ esse cui non imputauit Dominus peccatum, & propter Christũ nobis Deum nostra delicta non reputare.

Recte quidam illorum errorem qui iustificari nos minime vel imputatam, vel tantum, vel la peccatorum remissione 1. Cor. 5. 2. Cor. 5.

ATQVE hæc omnia nobis eò dicuntur, vt istorũ & detegatur error, & vanitas profligetur, qui imputatiua iustitia confisi, nec in se, nec in aliis, quos etiam Scriptura iustos & sanctos celebrat, verũ & proprium iustitiæ donum agnoscunt: qui prætereà se aliosque omnes iustos eo vno statuunt, certoque credi volunt, quod Christi iustitiam fide apprehẽdant, etsi nihil interim iustitiæ & sanctitatis interioris habeant, vel adipisci conentur.

Act. 4.

Matth. 1.

Rom. 5.

VBI nobis prætereunda non est sentẽtia: QVI CREDIT in filiũ Dei, habet vitam æternam. Et simile dictũ apud eũdem extat Euangelistã: Vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternã. Vtrumque verbũ, vt putant, ad Ioãnis nostri conciones pertinet, & singularem fidei virtutẽ ostendit, dum credẽti saluté promittit æternã. Mirũ autem, quantoperè hic sibi placeant nouatores, qui magno supercilio nobis vtrũq; dictũ obiicere, & ad sua impura dogmata cõfirmãda torquere cõsueuerũt. *Imprudenter igitur agũt*, inquit Pellicanus, *qui filiũ negligentes vel relinquentes, alios sibi saluatores perquirũt, profitentur tmelares, in tenebris ambulãt: Christi præconia relinquẽtes sanctorũ laudibus occupãtur, & intercessionibus falso se iuuari credũt, cẽtra verbũ Dei & ratio-*

Nouum commentum de iustificatione putatiua.

1. Ioan. 2.

nem rectam. Quisquis fiduciam suam ponit in filio, iam habet filium: quisquis habet filium, habet vitam æternam.

Confutatio Pellicani interpretationis.

Imò verò impudenter agit Pellicanus, qui genuinũ huius loci sensum relinquens vel negligens, ad calumniãdum excurrit, & alienam prorsus tractationẽ admiscet. Nullus profecto Catholicus adeò desipit, vt saluatorẽ vllum aut perquirat, aut agnoscat, præter Iesum Christum Dominum nostrũ, in quo saluos fieri omnes oportet, & qui solus est Iesus, hoc est, saluator, quoniam vt angelus dixit: Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Sãctorum verò cultus, & quæ illis tribuitur inuocatio, si ritè & Catholicè fiat, haudquaquam prohibet, sed adiuuat potius, vt vtriusque militãtis ac triũphantis Ecclesiæ caput Christus à nobis legitimè honoretur, quum in diuino illo cultu lectissimos eius amicos nobis adiungimus, horumque fida intercessione & amica societate nostras preces cõmunimus, Christo gratiores reddere conamur. Quod quum facimus, nostram in Christum fidem testamur, qui per se largiri possit, quod per Sanctos ipsius nobiliora membra precamur, nosque accepturos esse speramus, ipsius quidem Christi meritis & gratiæ in primis innitentes. Quanquam in eo fallitur etiam ac fallit Pellicanus, quod, vti solent noui Doctores, fidem hoc loco ac fiduciã inscite misceat. Petrus verò Martyr ex præsenti loco colligit, à fide tantum pendere iustificationem: sicut & alibi monet Philippus, simpliciter idem significare: Fide iustificamur, & sola fide iustificamur quia necesse sit doceri, quòd sola fide iusti pronũciemur. Tam audacter, tam temere isti quod Scriptura nusquam expressit, imò verò cõtra Scripturam contrarium apertè testantem, de sola fide iustificante audent pronunciare. Nam Iacobi Apostolica epistola ex professo id conuincit atq; concludit: Videtis igitur quòd ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum: Tum rursus: Vis autem scire ô homo inanis, quòd fides sine operibus mortua est? Quàm sunt igitur inanes isti, qui sursum deorsum voluunt omnia, tantum vt non modo suum, sed etiam Eunomianum dogma tueantur: sola nimirum fide apprehendi, comparari atq; conseruari iustitiam, sola fide impium iustificari, & salutem à Christo promeritam ac promissam obtineri. Quòd si Brentio [a] credimus: *Omnia merita politicorum & moralium operum hoc dicto abrogantur, & omnes hic exæquantur homines in vita æterna consequẽda.* Quid autem hoc est aliud, quàm peregrina prorsus inducere, & Euangelica verba studio quodam obscurare atque peruertere? præsertim cùm neque fides bonorũ operum merita tollat, sed quatenus Dei promissionibus nititur, confirmet potius atq; stabiliat: nec vlla hîc fiat mentio de beatorum in æternis cælestibusque præmiis æqualitate, quã nos alibi satis refutauimus. Denique Marloratus ne omnino nihil dicat, hoc modo nugatur: *Qui nec quibusuis Patribus credit, nec Romano Pontifici, sententię isti non est obnoxius, modo credat filio Dei.* Quasi verò vtrumque credenti non competat, vt & filio Dei fidem habeat, & eundem non solùm in Apostolis, sed etiam in suis Vicariis & Patribus electis organis loquẽtem audiat, illorumque authoritati propter Dei præceptum legitime pareat. Fruſtrãne Paulus præcepit: Obedite præpositis vestris? Fruſtrãne suo, & illorum nomine testatur: Pro Chri-

Sanctorum cultus Christi cultum promouet non minuit.

Virtus & gloria Christi non accedit obscuratio.

In 11. cap. ad Romanos. In disputat. de ecclesiast. fola, sect. 9. & 20.

Non sola fides iustificat, nisi iuxta Scripturã iudicandum est.

Iacob. 2.

Eunomiani error.

Aug. hæres. 54. ad Quod vult Deum. & Hom. 33. in Ioan.

Interpretationes alienę loci pegdisi.

In 3. c. Ioan.

1. Cor. 13. Matt. 10. Rom. 11. Hebr. 13. 2. Cor. 5. 2. Cor. 2. 1. Ioan. 10.

Chrysostomus negat solam fidem ad salutem esse satis.

Sto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos? Ac rursus apertè pronunciat, se in persona Christi donare peccata. Quin Christus ipse de præpositis Ecclesiæ dixit: Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit.

SED Missas facio has aliasque similes nouatorum interpretationes, quas risu potius quàm recitatione dignas intelligunt sapientes. Ego verò non video, quid aduersus istos fortius, & pro Catholicis commodius dici possit, quàm quod Chrysostomus hunc locum tractans pronunciauit. Asscribam eius verba, quibus ille nos quodammodo respondendi labore leuauit. Nunquid ergo satis est ad vitam æternam (sic enim loquitur) in filium credere? minimè. Non enim omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum. Et peccatum in Spiritum vel solum est satis, quod in gehennam detrudat. Et quid de Patre loquor? nam si in Patrem & Filium & Spiritum sanctum rectè credideris, non autem rectè vixeris, nulla tibi ad salutem vtilitas. Cùm ergo dicit: Ipsa est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum: nolimus hoc nobis ad salutem satis arbitrari. Opus namque nobis est & vitæ & morum puritate pollere.] Et paulò post: Dicimus satis non esse solam fidem ad salutem, quod quæ de vita sæpè in Euangeliis dicuntur ostendunt.] Chrysostomum sequitur Theophylactus, qui negat in filium credere vitam immundam agẽtes. Nam vt Euthymius quoque docet: In filium credunt, qui non solum eius doctrinam amplectuntur atque profitentur, sed etiam illius voluntati obtemperant, eiusque præcepta seruant. Igitur in Dei filium ait, eos nõ credere, qui, vt Paulus inquit, confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Tùm Augustinus perspicuè dixit: Hoc est credere in Christum, diligere Christum. Qui sic credunt, tanquam lapides sunt viui, de quibus templum Dei ædificatum est, & tanquam ligna imputribilia, quibus arca illa compacta est, quæ in diluuio mergi non potuit.] Sed & alibi: Quid est credere in eum? credendo amare, credendo diligere, & credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa est fides, quàm de nobis exigit Deus, non qualiscunque fides, sed fides quæ per dilectionem operatur.]

Hom. 30. in Ioan.

Matt. 7.

Ioan. 17.

Credere in Filium quid Theophilo & Augustinus.

Quę fides exigatur & saluet

Tr. 11. in Ps. 130. 1. Pet. 2.

Genes. 8

Ioannis corrupti sententiam, velut solam fidem ad exigat.

Tract. 29. in Ioannem.

ERRANT igitur vehementer nouatores, qui propositam Ioannis nostri sententiam sic explicant, velut nihil ille aliud præter fidem exigat, & eam quidem fidem intelligat, de qua ipsi contra veterum doctrinam absurdè philosophantur. Errorum verò quos hic plurimos maximosq; commiscent, fons & principium illud est, quod fidei nomine, sicut mox ostendemus, abutantur, neque propriam Scripturæ phrasin obseruent, qua fieri sæpè solet, vt quod multarum virtutum commune est, vni tribuatur, sed sine alterius exclusione. Scripturæ vox est, exempli gratia. Quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Et illa: Spe salui facti sumus. Et alia: Qui perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit. Sed & illa: Si confitearis in ore tuo Dominũ Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illũ suscitauit à mortuis, saluus eris. En tibi humanæ salutis effectũ variis modis accipi, & nõ solũ ex fide, sed etiã è spe & inuocatione perseuerantiaq; nostra pẽdere, licet aliquãdo Scriptura de vna duntaxat virtute faciat mentionem,

Scriptura vni virtuti tribuit quod etiam pluribus debetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ more suo,quod vno in loco prætermittit,alibi pluribus explicat,apertiusque tradit. Neque tamen inficiamur sic aliquando Patres docere, sola fide hominem iustificari, quos interim secundum sanam & constantem Ecclesiæ doctrinam intelligi par est, quando illi se & sua scripta omnia nullius magis quàm Ecclesiæ iudicio subiecerunt. Verè sola fides iustificat & saluat,id est, non aliâ quàm Christiana atque Catholica,non autem illa,quam ab Ecclesia separati seiunctique homines profitentur. Nihil enim fidei aut Euangelij titulus illis patrocinatur, qui vt Iudæ verbis vtar, segregant semetipsos,animales, spiritum non habentes. Sola item fides Euangelica iustificat, id est, sine operibus, quæ fiunt vel à Iudæis per legem Mosaycam, vel à Philosophis per naturam sine gratia. Rursum iustificat sola fides sine bonis operibus, id est, sine meritis operum,quæ nulla sunt impiis ante iustificationem. Adhæc sola fides iustificat,id est,absque Sacramenti susceptione, quando tempus & necessitas ad Sacramentum accedere prohibet. Augustinus vt Paulum de fide iustificante docentem nobis interpretetur, perquàm eruditè dixit: Ex fide ideo dicit iustificari hominem, non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetrantur cætera, quæ propriè opera nuncupantur, in quibus iustè viuitur.] Verùm ea mens Patrum nunquam fuit, vt cùm fidem solam iustificare scriberent, intelligerent impium iustificari,Christianam conseruari iustitiam, & vitam comparari,æternam huiusmodi fide tantum, qua Deo promittenti credimus, vel Christi meritis fidimus. Statuebant illi aliam fidem cõmunem Catholicam, fidem specialé mediatoris & propiciatoris:sed ex vtraque,fide nimirum Catholica & vniuersali,& simul ex spe veniæ, quam fides propitiationis generat, opera ipsa prodeuntia exigebant. Quod si aliquando fidem solã prædicant,nunquam hoc illis venit in mentem,vt aliqua ex parte vel reiicerent, vel excluderent,aut etiam non necessaria putarent opera,quæ credentibus à Deo vel ab Ecclesia præcipiuntur. Sciebãt enim vtiq;,quàm sanctè,quàm vtiliter, quàm necessario Apostoli tradidissent,regeneratos ad opera bona in Christo creari,vt in illis ambulent,suãque vocationem & electionem per illa certam faciant,& iisdem fidem suam consumment,sanctificationemque in timore Dei perficiant. Legerant etiam haud dubie Christum de cælo venientẽ apparuisse mortalibus, vt hi omnem impietatem & secularia desideria abnegantes, simul sobriè, iustè ac piè in hoc seculo viuerent, vtque ab omni iniquitate redemti,bona opera indefessõ studio confectarentur. Tribuit interim Paulus fidei iustificationem,tribuimus & nos: negat ille quenquã operibus legis iustificari, negamus & nos:sed secundũ Pauli spiritum & Ecclesiæ interpretationem. Etenim homo per fidem iustificatur gratis,id est, nullis suorum operũ præcedentibus meritis, alioquin gratia iam non esset gratia, quandoquidem ideo datur,non quia opera fecimus,sed vt ea facere valeamus,id est,non quia legẽ impleuimus,sed vt legẽ implere possimus,] quemadmodum fidissimus ille Pauli interpres Augustinus [a] explicat. Præclarè igitur dixit Ignatius: [b] Principium vitæ est fides,finis verò eius dilectio:ambo verò simul iunctæ, & in vnitate factæ,hominem Dei perficiunt.] Ignatio pulchrè consonat Origenes:Puto,inquit,quod prima salutis initia & ipsa fundamenta fides est, profectus verò & augmenta ædificij spes: perfectio autem & culmen totius operis charitas.] Quã Origenis doctrinam secutus planè videtur Maximus,cùm in hunc modum scribit : ἡ πίστις γάρ βάσις ἐστὶ τῆ μετ' αὐτὴν, ἐλπίδος λέγω καὶ ἀγάπης, βεβαιοῖ τὸ ἀληθὲς ὑφεστῶσα. ἡ δὲ ἐλπὶς τῆ ἄκρῳ ἔστι ἰσχὺς, ἀγάπης λέγω καὶ πίστεως, ἡ δὲ ἀγάπη τέλειον δὴ συμπλήρωσις. Hoc est? Fides fundamentum est eorum, quæ ipsam consequuntur, spei dico & charitatis, solide sustentans veritatem. Spes verò vtriusque extremi,charitatis scilicet & fidei robur est: charitas verò harum est consummatio.]

CAETERVM aduersarij nostri sæpè multumque in eo peccant,quòd Scripturæ de fide loca cõfundant, & quæ de iustificandis dicta sunt, ad iustificatos indiscrete transferant, idemque iudiciũ de operibus legis & fidei siue charitatis interponant. Diligenter quidem illi Paulum de fide concionantem obseruant, sed intelligunt male,perpetua fiduciæ, nescio qua, vana & superba præsumtione impediti. Parum verò eundem Paulum obseruant, vbi de charitate, quæ legis perfectio est, deque operibus cum fide coniungendis docet, & mandatorũ Dei obseruationem, quæ valeat apud Deum,inculcat: nec sincere fidem illam victricem ac triumphatricẽ inculcant, per quam Sancti operati sunt iustitiam, & adepti repromissiones,Apostolo teste. Ad hæc quantumuis multa & speciosa de fide iactent,ne in ipso quidem fidei nomine sibi constant, sed adeò sunt lubrici,versatiles ac varij,nihil vt certi tradere videantur. Etenim aliquãdo fidem rem adeò facilem omnibus & parabilem obuiamque faciunt,vt quisquis Christum profitetur,secundum eos fidem habeat. *Fides enim*, vt inquit Lutherus,*nihil aliud est,quàm quod Deus dicit aut promittit,credere*. Contra verò sic fidem nonnunquã attollunt, & quasi remotissimè positam adituque difficillimam fingunt,vt si Brentio credimus, credentes pauciſſimi reperiantur. Hinc Marloratus: *Soli electi credunt Euangelio,& soli apprehendunt vitam æternam*. In qua opinione versatur & VVolfgãgus Musculus, qui fidem duntaxat electis assignat. Galuinus verò fidem illam irridet,quæ etiamsi secundum præsentem iustitiæ statum de gratia Dei iudicium sumere præsumat,manere tamen vult in suspenso finalis perseuerantiæ notitiam. *Egregia vero*, inquit, *salutis fiducia nobis relinquitur,si ad præsens momentum nos esse in gratia coniectura modi æstimamus,quid in crastinum sit futurum nescimus*. Plerique porro negant in peccatoribus fidem inesse: quasi verò quoties per mortale peccatum amittitur gratia, toties fidem amitti necesse sit,quod nouum & inauditum istorum dogma est. Vnde cum fide spẽ, charitatem & opera bona sæpè coniungunt, eamque coniunctionem etsi in se nunquam reperiant, tamen inseparabilem esse somniant. Alibi verò fidem à Charitate disiungunt, nihil ad iustitiam & salutem amplius exigentes, quàm vt verbo Dei credant homines, & confidant se gratiam Dei & iustitiam esse adeptos, certoque statuant, se porro Dei gloriam consecuturos.

QVID istorum fide promtius,quid expeditius esse queat, si recte Culmannus Lutherum secutus affirmat:

Quo sensu Patres aliquãdo sola fide hominem dixerint iustificari.

Iudæ. 6.

Roman.3. De prædestinat. sanctor. cap.7.

Sola fides Patribus incognita,quemadmodum cã intelligant nouatores.

Rom.6.8. & 12. Ephes. 2. 1.Pet 2. Iacob.2. 2.Corinth.7. Ad Tit.2.

Quomodo Catholici in docenda fide eum Paulo conueniant.

Quid sit Paulo gratis iustificari.

Rom.5.

a De Spirit. & li.ca.10.

b Epistola ad Philippenses.

Iustificatio non tribuitur obsolutæ *Iacob.2. ad Romanos Cent.1.cap. Theolog. 21.*

De fiducia nouatorum impudenter tradita hodie doctrina.

In Locis communibus.

Serm. de assump. B. virginis.

Vnum est necessarij, quomodo interpretentur nouatores.

In 10. cap. Luc.

Matth.7.

In Luc. homil.96. & in ho. Domini 17. post Trinit.

In scripto ad Illyricum & Gallum.

Hebræ.

Verus sensus historiæ de Martha & Magdalena. *Luc.10.*

Quomodo vnum sit homini necessarium.

Vna charitas hominiui maximè necessaria.

affirmat: *Nihil saluat niſi fides in Christum,nihil cõdemnat niſi infidelitas*? Lutherus autem libenter suos ita docet: *Vnum necessarium est,nimirum fides & verbum. Nihil enim coram Deo operibus subsistere potest, Christianæ vitæ ratio in nullo opere consistit*. Et rursus: *Ego nullum opus quamlibet magnificum agnoscam, quam illud Mariæ* (Magdalenæ) *opus hoc est, fidem, vt verbo credatur*. Et paulo post: *Diligentissime igitur hoc notate, ad vitam æternam consequendam vnam tantum rem necessariam esse,videlicet verbum Dei & fidem*. Vnum, inquit, super terram est necessarium, mere nuda seu sola fides. A qua Lutheri sententia nouatores, alij fere non discedunt, qui vnum illud necessarium pro auditu fideque sermonis Christi solent interpretari. Lossius in hunc modum docet : *Vnum est necessarium ad consequendam veram salutem, videlicet audire verbum Dei, & discere doctrinam religionis*. O viã minimè angustam,ô viam latam, spaciosam & placidam, quam errones isti nobis demonstrãt. Bullingerus eandem tuetur opinionem, sic explicans illud ἑνὸς ἐστὶ χρεία id est, vno est opus, auscultationem nimirum verbi & fidem requiri. Nec aliter quidem Brentius vnum hoc necessarium, quã ad auditum verbi Dei retulit. His consonant ministri Lubecenses,qui tam crasse pronunciant:*Vnũ est necessarium ad salutem, Luc. 10. sola fides in Christo, audire & credere Euangelio Christi, hoc illud vnum est necessarium,de quo loquitur Christus. Vnum opponit multis,ac quidem omnibus operibus*. Sic isti nouæ falsæque fidei doctores hoc loco conspirant, vt solius fidei iustificantis idolum, quocunque tandem possunt modo cõfirment, præclara Euãgelij historia prorsus abutentes. Magdalenam Martha soror accusauerat,ac Christum sibi velut patronum delegerat: ita sperans fore,vt soror ad rei familiaris curam ex otio summo reuocaretur. Vbi Christus in suo responso se fidum Magdalenæ defensorem declarauit, satisque monstrauit, quod sancto illius otio delectaretur,minusque probaret sollicitum nimis & anxium hospitæ Marthæ animum,quæ tractandis hospitibus & curanda re domestica immodicè distineretur. Docet interim varias esse vocationes nec omnia virtutum officia omnibus conuenire, & bono quidem operi melius aliud præferendum: illa verò quæ meliora stabiliora, magisque perpetua sunt,rectius eligi,quàm quæ minus ad salutem conferunt, & ad huius vitæ functiones temporarias propriè spectant,assumi atque geri. Vnum inquit esse necessarium, vt primum omnium scilicet,si veram vitam & salutem quærimus, non corpori & corporalibus rebus etiam cum virtute vacemus, sed vt animum sanctæque vitæ officia ritè & trãquille curemus,iisque ad vitam proficiamus æternam. Opponit igitur variis honestæ vitę operibus quibus Martha se totam dediderat, vnius Magdalenæ otium sanctissimum, quæ humanarũ rerum adeò fuit oblita,vt ne sorori quidem expostulanti responderet,seque excusaret, diuinæ autẽ contemplationis studio & incenso Christi amori penitus incũberet. Hæc igitur vna omnium maximè necessaria optimaque pars est, quæ nec homini verè pio potest auferri,nec modo initiũ, sed & gustũ quendã habet æternæ felicitatis. Istã omnibus optabilem vnitatẽ,aut potius intimã cũ Christo vnionem præcedit fides, & conciliat charitas, quæ Magdalenæ pectus diuino amore incensum mirabiliter occuparat, charitas inquam corrumpi nescia,nulli vitio mutabilitatis obnoxia, finis cælestium præceptorum, mors criminum,vita virtutum,palma victorum,quam fides concipit, ad quã spes currit,& cui profectus omnis seruit,& ex qua quicquid est boni operis viuit.] Vt Prosper apposititiſſimè dixit. Qui verò fidem hic solam statuunt, vtique sorori Magdalenæ & Marthæ iniuriam videntur inferre, ac ambas de fide suspectas perperam reddere, cum illæ non solum iam crederent, sed & Dominum impensè diligerent, ac Euangelium suis facultatibus aliisque fortasse officiis fideliter promouerent. Verùm liquidò perspicit lector,quò isti demum tendant,qui sola nos fide iubent esse contentos, quantumque vulgi augeant licentiam. A ętianorum nempè dogma confirmant, de quibus hoc scripsit Epiphanius, quòd peccata credentium excusarent, hancque rationẽ adferrent,Deum præter fidem ab ipsis prædicatam nihil requirere. Quod si plura quæ ad superiorem de Magdalena & Martha locũ spectant forrè desiderentur, ea nos libro sequenti, quum eadem historia vindicanda erit,in medium adducemus.

DEPRAVANT & illum clarissimum Scripturæ locum:Intrate per angustam portam, siue vt in Luca legimus : Contendite intrate per angustam portam,quia multi,dico vobis,quærent intrare,& non poterunt: idque respondit Dominus interroganti:Domine an pauci sunt qui saluantur?An hęc verba non satis produnt, rem valde operosam ac homini etiam credenti difficilem esse, salutem in Christo cõsequi, ideoque omni excusso torpore, & singulari adhibita contentione huc singulis incumbendum, vt viam sibi angustam deligãt ad felicitatem æternam cum paucis illis electis comparandam? Atque hinc Petrus dixisse videtur : Si iustus quidem vix saluabitur,impius & peccator vbi parebunt?Theophylactus ita docet: Quemadmodum corpulentum vel sarcinis onustum per angustam portam ingredi nequit:ita neque delicatus neque diues per latam tales vadunt.] Basilius ad hunc modum:Oportet eum,qui per arctam & angustam viam ingredi ad vitam proposuit, seruare seipsum ab omni digressione ac præuaricatione mandatorum Domini,implentem id quod scriptũ est:Ne declines ad dexteram,vel ad sinistram.] Et euidẽtius adhuc Cyprianus : Propter verba labiorum Dei religiosus quisque vias duras ingreditur, & iugulator voluptatum stantem ex aduerso hostẽ aggreditur. Arcta via est castitas, trames strictus humilitas:ieiunio affligi, & carnem in seruitutem redigere,scopulosæ sunt semitæ,sed ad patriam superiorem non nisi per meatus difficiles armati milites reuertuntur.] At impudens est Sarcerius, qui per angustam portam intrare idem ait esse, quod Euangelium suscipere. Vbi quis manifestam non videat impostura, simulque istorum hominum stultitiam non rideat?qui cùm nouum hoc Euangelium susceperint, tales se nobis ostentare velle videntur,quod viam etiam arctam teneant, & per angustam portam vel soli, vel maxime contendãt ad felicitatem. Væ nobis & Ecclesiæ,si meliores ad beatitudinem duces non reperiamus, quàm istos nouæ doctrinæ sectatores,qui nihil sanè angusti & seueri sustinent, sed latum, planum, blandum & placitum iter tota vita terunt, aliisque common-

Matth.7. Luc.13.

De angusta porta & arcta via salutis.

Matth.20. 1.Petr.4.

In cap.7. Matth. In quæst.compendio explicat.q. 241.

Prouer.4. Sermo.de stella & Magis.

Arctam esse viam salutis.

In cap.7. Matth.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esai.3. Luc.6. Deprauatio loci: Quid vocatis me domine domine.

stră, ac propterea tot populorum examina secum trahunt. Surdis interim auribus vulgus hominum præterit, quod per Prophetam admonet Deus: Populе meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Nota est & illa Christi sentẽtia: Quid vocatis me Domine Domine, & non facitis quę dico? Quo vno velut ariete satis dirutũ & euersum videri potest, quicquid isti de sola fide solent afferre, parum interim aut nihil solliciti de præceptis Dominicis obseruandis, & de præstanda obedientia, quàm & renatis impossibilem esse fingunt. Hic iterum accedit deprauator Sarcerius, & falsum hoc intrudit scholion: *Non facitis ea quæ dico, id est, non creditis illis corde, quæ dico. Requirit Christus cor credulum & consentiens. Nota verbum, facere, ponit pro credere.* O præclarum notatorem, qui perspicua Christi verba tam tetris notis inuoluit, ac sensum illis repugnantem inducit, vt lector scilicet ab operibus bonis ad fidem solam abducatur. Quę huius hominis est peruersitas? qui certè non ignorat, cor non modò credulum & consentiens, sed & morigerum & obediens à Christo requiri, vt nempè verbum auditum fideque conceptum bonis operibus commẽdetur, ac homo credens velut arbor bona, nisi velit excindi & comburi, fructum multum adferat in patientia. Rursus abutitur illa Christi sententia: Discedite à me omnes operarij iniquitatis, atque illam more suo ad fidem detorquent, quòd Christus hoc dicto neget iustitiarijs operum gratiam. Sed enim non hoc loco de iustitiarijs quos vocat Sarcerius, suamque iustitiam iactantibus, sed solum de malè agentibus, iisque omnibus disseritur, quos regno consortioque suo Christus indignos esse iudicabit, quantumuis illi credant, ac licet veram fidei doctrinam aliquando miraculis comprobarint. Etenim à Christo iudice reiicientur nõ modò qui mala fecerunt, sed & qui bona fide dicturi venient. Domine Domine, nõnne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Quare sic à Chrysostomo scriptum est: Non modò ille qui habet fidem conuersatione neglecta, regnum non poterit introire cælorum, sed & ille qui in fide multa etiam splenduit claritate signorũ, nec tamen in vita aliquid boni operis exercuit, à cælestibus similiter ianuis repelletur.] Neq; rectius quod in monte docuit Christus: Beati pauperes spiritu, ieterpretatur Lossius, cùm & illud de credentibus siue fidem habentibus explicet. Sic nouum rursus monstrum pariunt, quod nostri Patres ignorauerunt, & à Christi mente prorsus alienum est. Is postulat à discipulis & Euangelij sui auditoribus, vt si benè beateque viuere cupiant, post fidem acceptam spiritu se pauperes præbeant, hoc est, qui non alia causa, nisi propter doctrinam Domini, sint pauperes, vt [a] Basilius, vel qui contemnant secularia, & omnem mundi cupiditatem abiiciant, vt [b] Ambrosius, quique humiles & timentes Deum instantem spiritum non habeant, vt [c] Augustinus interpretatur. Sed enim quis omnino pius ob insignem istorum improbitatem non stomachetur, & insanas tot locorum Euãgelij depratiationes non penitus auersetur? cùm hoc sibi propositum habere videantur, vt non quid Christus dicat, sed quid Lutherus sentiat, id verò mundus

Matth.3. 7.13. Luc.11. Matth.7.

Matth.7.

In eundem locum.

Deprauatio loci: Beati pauperes spiritu. Matth.5.

a In reg. mon. cap.65. b In cap.6. Luce. c In Psal.93.

A pro Euangelio habeat atque profitèatur. Nullus orthodoxorum aut docuit vnquam, aut existimauit, tam multa, tam diuersa, tam ardua virtutũ officia quæ diximus, vno fidei nomine contineri, & ab aliis quã à credentibus exigi. Quantumuis autẽ credant homines, & de Christo eiusque doctrina præclarè sentiant, ac ei maximè fidant, tamen hũc ne sistant, ad maiorem assurgere iustitiam iubẽtur, vt iam fide iustificati, & Dei spiritu acti, quæcunq; Christus mandauit obseruent, magistri vestigiis continenter insistant, regno cælorum vim sanctam inferant, per viam angustã contendant ad immortalitatem, seipsos quotidie abnegẽt, & quæ Dominus de beatitudinibus docuit, reipsa præstare conẽtur. Quid multis? Verbum hoc Domini manet in æternum: Qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.

Matth.7.

B

Vbi nobis Brentius non est prætereundus, insignis ille quidem fidei iactator, sed prauus interpres diuini necessariique præcepti, quod Christus omnium ætatum credentibus proposuit in hunc modum: Tollite iugum meum super vos, & è vestigio sequitur: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Nunc mihi Brentium audi: *Tollere iugũ Christi*, inquit, *est credere in Christum, quod propter ipsum habeamus remissionem peccatorum, placatum patrem & vitã æternam. Non solum autem dicit: Tollite iugum meũ super vos, sed addit etiam. Et discite à me quod mitis sum & humilis corde. Hoc loco non proponit Christus exempli imitationis, sed proponit doctrinam fidei.* Nec minus hallucinatur Philippus, cùm ex iugo, doctrinæ confessionẽ extruit. Equidẽ propemodũ exhorresco, cũ istã nouatorũ non dico incogitantiã, sed impudentem malitiã & malitiosam impudentiã in sanctissimis Christi verbis corrũpendis cogito atque perpẽdo. Quid enim æquè coactum, & à Christi mente Patrumq; interpretatione magis alienum potest adduci? Hilarius apertè testatur, quòd præcipiat Christus, vt iugum eius tollamus, hoc est, vt mandatorum eius præcepta suscipiamus, eumq; sacramẽto crucis adeamus.] Eodem modo [a] Euthymius iugũ exponit, quo præcepta Euangelica significentur, quoniã accedentibus ad ea in iugi modũ superponantur. Sic etiam [b] Ambrosius, [c] Chrysostomus, [d] Hieronymus, [e] Gregorius hunc locũ explicant: de fide autẽ hic & in sequenti sententia nemo ne per somnium quidem cogitauit. [f] Augustinus etsi de charitate hoc dictũ accipiat, tamẽ fatetur hic Domini iugum, & sarcinã ab illis ferri, qui piè viuunt in Christo, & propterea persecutionẽ patiũtur: iugũ autem hoc illis esse suaue & onus leue, quãdoquidem laborãtibus adsit Spiritus sanctus, & præsentia quæ aspera vidẽtur mitiget, omniaq; gratia illis releuet consolatione spirituali, & spe futuræ mercedis. Nihil verò miror, ab hoc vero Christi iugo istos & intelligẽdo aberrare, & moribus abhorrere, qui non obscurè præ se ferunt, iugũ Christi ipsis nõ modo durum atq; graue, sed etiã prorsus importabile, & ad impetrandam impossibile videri. Quid verò ineptius atq; indignius, quã quòd alteram, eamq; pulcherrimam Christi sententiam deprauat porro Brentius, neq; fert ad imitandam Christi Domini humilitatẽ & mansuetudinẽ maximũ incitamentum & calcar nobis illud extare: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: Igitur contra verborũ vim & proprietatẽ, contra sanctorum Patrũ intellectionem, contra communẽ omnium explicationem affirmat, hæc verba nunquã sat is laudata, omnibusq; semper necessaria, nõ ad exẽplum & mores, sed ad doctrinã fidei pertinere. Quin fatetur etiam Caluinus, hoc dicto eos argui, qui ad carnis indulgentiam Christi conuertunt gratiam, eosq; moneri, vt Dei gratia erecti, simul iugũ suscipiant, ac liberi secundum spiritum, constringant carnis suæ lasciuiam. Prætereà docet, nos ad imitationem Christi hoc loco formari: sic enim libenter & placidè collum quemque iugo Christi submissurum, vbi mansuetudinem & humilitatem indutus, Christo se conformauerit.

Matth.28. Marc.16.

a In 11. cap. Matth. b Lib. de Spir. & anima. c Hom. 50. in Matth. d Lib. 2. aduersus Pelag. e Lib. 2. contra Faustum. f Serm. 9. de verbis Domini.

Hom.3. in Lucam. 2. Cor.6.

C

Iam verò si fidem non adeò laxè, sed contractè velint accipi, vt à charitate non dirimatur, sed & cætera omnia, quæ credentem facere oportet, includat, cur tantoperè pro fide sola cõtendunt, maximasque tragœdias mouent, præsertim cùm neutiquam ignorent, ac res ipsa nimiũ doceat, hoc loquendi genere non modo pios maiorem in modũ offendi, sed & vulgi animos ad laxanda frena cupiditatibus, & ad omne virtutis studium eneruandũ impelli? Omitto factam hac de re transactionem publicè, in qua moniti protestãtes Catholicis promiserunt, se ab hoc nouo & periculoso dicẽdi docendiq; more in posterum abstinere velle. Nec dicam, quantoperè sibi suæque causæ obsint, cùm solam fidem iustificantem pergunt vrgere, quandoquidem inde consequi necesse est, vt homines perpetuo dubij, & de acceptæ fidei dono tantum non desperantes maneant. Nã quotusquisque obsecro, fidem sibi vendicare, aut de illa Deo lætus gratias agere, & propter illã tranquillo animo esse potest, si verè docetur, illos fide carere, qui bona non præstãt opera, & ex fide bona cætera necessario sequi, indiuiduamque eius sociam charitatem atque iustitiam esse, vt nulla sit, sicut volunt, fides Euangelica, quæ velut arbor bona, fructus bonos nõ proferat & ostendat. Sic isti certè gladium ad se iugulandos præbent, mundus vt totus & videat & iudicet, nouos Euangelicos fide carere, ac tãtum non inter infideles numerari posse, quando fidem, cui fructus bonorum operum veræque pietatis adhærent, adeò nõ exhibent, vt illa se plurimum destitutos ostendant, vtroque fateantur. Qui neq; iusti quidem esse possunt, si vt fatentur, in omni opere bono peccant, & sicut Brentius affirmat, etiam bonis operibus contra primum Dei præceptũ delinquunt, semperque manent iniusti. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? vt Paulus pronunciauit.

In harmonia Euang.

Fides aliquãdo cum charitate, aliquãdo sine illa & operibus accipi solet à nouatoribus.

De sola fide non docere promiserunt nouatores.

Sed enim quoniam aduersarij cum sua fide, fideique iustitia tãtas nobis turbas & perpetuas disputationes excitant, in quibus eandem ferè cantilenam in morem cuculi occinunt, nõ grauabimur aliquid in medium adferre, quod vt arbitramur, ad pestilentem istorum tum cauendam, tum profligandam de fide doctrinam scire & obseruare sit operæ precium. Summa verò & caput tractationis in excutienda fidei definitione versabitur, quam ita nunc illi solent tradere, vt multorum errorum in ea velut fons & scaturigo inesse videatur. Vt igitur à Luthero rem ordiar: [a] *Fides est*, inquit, *certa, altissimeque animo insidens, diuinæ bonitatis & gratiæ per verbum Dei cognitæ atque manifestæ fiducia.* Caluino [b] hæc placet definitiõ. *Fides est diuinæ erga nos benevolentiæ firma certaque cognitio, quæ gratuitè in Christo promissionis veritate fundata, per Spiritum sanctum & reuelatur mentibus nostris, & cordibus obsignatur.* [c] Philippus in hunc modum: *Fides est fiducia misericordiæ propter Christum promissæ. Est enim fides quæ certò statuit de voluntate Dei, Deo nos curæ esse, Deum nobis ignoscere.* Brentius [d] ita docet: *Vt credere sit firmam fiduciam in Iesu Christo iuxta Euangelij prædicationem collocare, videlicet vt certo & indubitate confidamus, nos habere peccatorum remissionem propter mortem Christi, & adoptatos esse in filios Dei ac hæredes æternæ vitæ propter resurrectionem Christi, adeoque nos habere propter Christum ius cælestis regni.* Ac alibi [e] succinctius: *Credere*, inquit, *est certam & firmam fiduciam habere in Christum.* Culmanni sunt hæ definitiones: [f] *Fides est ingens fiducia cordis nostri erga Christum, qua credimus ipsum esse Saluatorem & auxiliatorem. Fides est firma & certa fiducia, quod propter Christum accipis remissionem & vitam æternam.* Sarcerius autem [g] hoc pacto: *Veram fidem habent qui certam fiduciam habent in promissionibus de Christo, quæ iustificat omnes coram Deo imputatiue sine operibus aut meritis.* His demũ accedunt VVigandus & Centuriatores, [h] qui fidem definiunt, vt sit *fiducia inniten promissionibus gratiæ propter Christum.*

a In Comitiis Augustanis.

a In disputat. de exclusiua sola. b In explicat. cat. Cæsarean. c Hom. 98. in Luc. d In locis communibus. e De consensu veræ Ecclesiæ tit. 14. f In corpore doct. de iustific. par. 1. Cent. 1. lib. 1. cap. 4. pag. 113.

Quomodo fides à nouatoribus definiatur.

Summa est quæstionis tractationis. a In Domitium 2. quæst. 6. b Lib. 3. institut. cap. 2.

Quomodo deprauatum dictum Christi de iugo.

Quæ omnia si quis accurate perpendat, facilè iudicabit, credo, hos nouæ doctrinæ magistros in fide definienda verbis quidẽ discrepare, reipsa verò conuenire, simulque in tetros & communes errores incidere, vt verè fidei peruersores potius, quã sinceros definitores sese præbeant & ostendant. Primum enim vix leuiter eam fidem attingũt, quã Christus Dominus vniuerso mũdo per Apostolos voluit prædicari, & ad quã recipiendã omnes vbique gentiũ homines, nisi se vellẽt ire perditũ, obligauit. Definiunt enim fidem ab ea quidem actione, quæ vel nullo modo in homine alioquin fideli ineſt, vel si ineſt, ad naturam tamen fidei Catholicæ & Christianæ, quæ definienda erat, nequaquã pertinet. Deinde vitio non caret, quòd non solum à communi scriptorum sententia & loquentium consuetudine discedunt, cùm hãc nouam & inauditam fidei rationem inducunt, verum etiam pestifera miscent hîc dogmata: hominem nimirum sola fide iustificari, & eum qui fidem habet, de sua salute certum esse oportere: eam verò certitudinẽ non solum ad tempus, sed etiam in æternitatẽ durare. Quem postremum erroré vt Bucerus & Caluinus confirment (in multis enim reliquis dissentiunt) fidem in eo esse posse negant, qui ad tempus tantum credit. Quasi donum fidei nunquã à Domino, quicquã ablq; dono finalis, vt vocant, perseuerãtiæ tribuatur. Quid autẽ hoc aliud, quã stolidæ mentis phantasma est, quod non modò cũ diuina Scriptura, quæ in fide stantibus, ne cadant, timere & cauere præcipit, sed etiam cum quotidiana pugnat experientia, quæ tot nobis temporales ostendit. Sic enim Christus eos vocat, qui ad tempus cum Galatis credunt, & in tempore tentationis à fide discedunt.

Matth.28. Marc.16.

Quibus de causis fides à nouatoribus male definiatur.

Quam certitudinem fidei doceant nouatores.

1 Cor.10. Roman.11. Matth.13. Luce.8. Gal.1. & 5.

Talis fides à nouatoribus definitur, qualis nusquam experitur.

Nec mediocris istorum lapsus est, quod in suis definitionibus circa fidem illam versentur, quam neque Catholici agnoscunt, nec hæretici ostendunt, sed nec illi quidem, quibus fidem Scriptura tribuit, præ se ferunt. Vt enim de Catholicis primum dicam, habent illi hoc sibi planè persuasum, solideque probant, sine diuina & peculiari quã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

De certitudine fidei constare, piis posse, per reuelationem.

dam reuelatione hominem certa fide, cui falsum subesse non possit, secum statuere non debere, quòd iustorum ac prædestinatorum numero comprehendatur. Sunt quidem è Catholicis sanè pij, qui Dei mandata pro viribus obseruare conãtur: sunt viri verè spirituales, qui præter Deũ & quod propter Deum amandum est nihil amant, quibus viuere tantum Christus est, qui prouident Deũ in cõspectu suo semper, & sollicitè ambulant cũ Domino Deo suo, vt pluribus Bernardus explicat. Hi non rarò suas cõscientias in placida quiete collocatas habẽt, & paternum erga se diuinæ bonitatis experiuntur affectum: quicquid autem interioris pacis, libertatis ac fecutitatis obtinẽt, id nullo modo ad certitudinẽ fidei, doctorum omniũ iudicio est referẽdum. Diuina quidem illi promissione nitentes, in spem omnino firmam & certam veniunt, fore nimirum aliquando, vt iustitiæ coronam per opera sua in Deo facta consequantur, & supernæ vocationis brauium, agone iustitiæ rite confecto, certò sibi promittunt & fidẽter expectãt. Alia verò fidei certitudo est, quã Catholici omnes in his, quæ credenda sunt, maximam habent, quæq; omnem illis dubitationem ex animo tollit, nihil vt ea certitudine in his rebus, quæ vel experientia, vel sensu vllo percipiũtur, illis ipsis esse certius queat. Et spei quidem certitudo, non ex fide tantum, quæ circa symboli articulos maximè versatur, sed etiã ex illis pendet cõditionibus, quas diuinæ promissiones passim in Dei verbo habẽt annexas. De qua certitudine cõparanda nemo rectius docuerit, quã per suos Apostolos Spiritus sanctus, qui bonorum operum exercitationem, charitatem non fictã, cõscientiæ bonæ testimonium, & mandatorum Dei obseruationem hic maximè postulat. Vndè sic Petrus credentes omnes hortatur: Satagite, vt per bona opetã certam vestram vocationem & electionẽ faciatis. Tum Ioannes nõ solum charitatem nobis passim inculcat, verum etiam de vera fiducia, spei-ue certitudine sic admonet: Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus. Cùm igitur Catholici eiusmodi cõditiones, quæ cum diuinis promissionibus coniunguntur, sibi arrogare nõ ausint, scriptumque sciant: Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? certa & indubitata fide citra reuelationem statuere non possunt, se nũc Dei amicos & iustos esse, aut quod ex gratia & iustitia nequeant excidere. Quod verò ad necessariæ fidei & orthodoxæ religionis certitudinẽ spectat, eã ipsam nulla ex parte vacillantẽ, vt quæ reuelato Dei verbo nitatur, integrè profitentur. Mõstremus autem exemplo, vt fiat planius, quomodo de vtraque tum fidei, tũ spei certitudine Catholici sentiant. Iob fide plenus simulque spe longanimis, confidit prorsus ad futurũ sibi Deũ, quãtumuis in suis afflictionibus vitam amitteret, atq; idcircò testatur: Etiamsi me occiderit, in eum sperabo. Idem certò credit & statuit, se post mortẽ aliquando rediuiuum fore, vt hinc seipsum consolando dixerit: Scio quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Atq; ita quidẽ res se habet apud Catholicos, qui aliam spei, aliã fidei certitudinem statuunt, & propter illã quidẽ de bonitate Dei immensa diffidunt nunquam, sed præclarè cõfidunt: ob hanc verò in nullo fidei articulo aliqua ex parte vacillant. Hinc illa confessio verè docti simul & pij Idiotæ, certò quidẽ sibi cõstare, quod fide sit prædituς, per quã credat: sed nec sibi, nec alij certitudinẽ inesse de viua & formata charitate ad vitæ finem obtinenda. Hic enim hominẽ speciali quadam reuelatione indigere; alioquin signa duntaxat & coniecturas probabiles de virtute ac integritate hominis posse constitui.

Spei certitudo non sine cõditionibus obtinetur.

2. Pet. 1.

1. Ioan. 3.

Hierem. 17.

Iob in fide & spe certus quomodo.

Iob. 13.

Iob. 19.

Catholici quomodo aliter de fide, aliter de spe certi fiant.

Tract. de morte cap. 12.

Certitudo fidei apud nouatores non repetitur, sed magna potius dubitatio de vera iustitia & salute.

IAM verò quòd ad Sectarios & horũ præcipuos quosque doctores attinet, quãcunq; illi tandẽ fidẽ profiteantur ac iactent, rarò certè vel nunquam id assequuntur, vt quod de iustitia & salute sua certò atque infallibiliter statuẽdum prædicant, in seipsis experiantur: quin potius circa multos & graues fidei articulos, ex quorum certa & indubitata fide salus animæ, hominisque iustitia in primis pẽdet, dubitationes & fluctuationes animique tentationes tum maximas, tũ frequentissimas persentiunt. Quare fatetur Caluinus, vbi de suis loquitur fidelibus, eos in recognoscenda erga se Dei gratia non modò inquietudine tentari, sed grauissimis etiam terroribus quatefieri, quin etiam perpetuũ illis esse certamen cum sua ipsorum diffidentia. Affirmat & Brẽtius, difficillimum esse, vt homines se habere certam fiduciam in Christum agnoscant. Quòd si nouatorum fides tantis tentationibus perturbatur, vt ea semper sit cum dubitatione & diffidentia quadam coniuncta, sicut in seipsis agnoscunt: si notitia certæ in Christum fiduciæ summã habet difficultatem annexam, quæ constans obsecro, quæ solida consolatio, imò verò quæ de iustitia & salute securitas & certitudo in ipsis possit inesse? quicquid tandem de sua fide vel scribant, vel definiant, vel exigant? An non orbi patet, quas quantasq; inter se foueant in doctrina dissentiones, nõ dico de rebus minutis aut leuibus, sed de grauissimis ac necessariis fidei nostræ capitibus, dum alij quidem aliter sentiunt de hominis iustificatione, de sacrosancta Eucharistia, de vbiquitate corporis Christi, de Cãone Scripturarum, de numero effectuq; Sacramẽtorum, de Ecclesiæ authoritate? In his enim aliisque pluribus rebus, de quibus Christianũ dubitare sit nefas, vt illi totius Ecclesiæ consensionẽ ac fidem deserunt, sic etiam inter se ipsi variis modis dissecti, pugnantes tuentur sententias, seq; mutuò tanquã hæreticos dãnant. In vno certè fidei articulo Thomas olim hærebat, & quoniã de Christi resurrectione dubitabat, sic arguitur, vt etiã pro infideli à Christo iudicetur, haud dubiè nullam in Christi regno partẽ habiturus, nisi fidei correxisset errorem. Quid verò de hisce hominibus censeas? quam illis in Dei regno partem assignes? quámue iustitiæ laudem tribuas, salutisque & certitudinis spẽ habere credas, qui tot falsarũ opinionũ fluctibus intercluſi, & contrariis velut ventorum tẽpestatibus circumacti, anchoras figere nusquam possunt, vt in fide stabiles immobilesque consistant, quando quid ipsi demùm suiq; magistri credant, frequẽter incerti sint? Quid igitur nisi seipsos turpissimè miserrimeque fallunt, qui summa quæque & certissima sibi pollicentur, & in illa nescio qua fide siue perfidia, in illisq; moribus, & diuinæ gratiæ, & Christianæ iustitiæ, & salutis perpetuæ certitudinẽ sibi audacissimè vendicant? Quid hoc demùm est

Matth. 13. Luc. 8.

Serm. 4. de nativitate Domini. Ephes. 4. Heb. 11. Abac. 2.

Quàm miserè agatur cum nouæ fidei Sectatoribus. 1. Tim. 3.

In Antithe. 10.

Hom. 38. in Lucam.

Cum apud nouatores nulla sit certa fides, nulla salus, nulla iustificatio, nulla vera Ecclesia, quo se reponet pectus?

Ioan. 20.

Conditio Catholicorum potior quam nouatorum, quia veram fidem animi vires habituales, & transigibiles conciliant.

mùm est aliud, nisi quod solius est Dei proprium, id sibi in iudicando sumere, & velut cœcis oculis nota Scripturæ exempla præterire, quibusque admonemur, ex gratia Dei cõplures excidere, miserque perire, sicuti Saul, Iudã, Nicolaũ, & eos omnes, qui vt Christus loquitur, sunt temporales, nec radices habent, verbũque auditũ non custodiunt? Quanto demum rectius & felicius cũ Catholicis agitur, qui certò & indubitato sciunt, quã fidei rationem, doctrinã & normam sibi proponant, semperque sequi debeant: quique non sine magna voluptate in matris Ecclesiæ fide & authoritate penitus conquiescunt. Nec enim ignorant, quam verè dixerit Leo Magnus, nisi vna sit fides, verã & integram fidem esse non posse, in qua nec augeri ab vllo quicquã, nec minui queat, & idcircò scripsisse Apostolũ: Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma. Huic vnitati incõcussis mẽtibus inhærent Catholici, in hac præceptis Domini deseruiendũ esse sciũt, sine hac fide impossibile putãt placere Deo, ex hac demum fide iustum viuere cum eodẽ ipso Leone confitẽtur. Cæteri verò, quibus hic portus, hoc asylum & perfugium, siue vt Paulus loquitur, columna & firmamentũ veritatis Ecclesia non cõtigit, de fide quidẽ disputare, suasq; de verbo Dei sentẽtias subinde mutare possunt, nihil verò in religione firmi cõstituere ac perpetuo retinere possunt. Etenim qui vnitatis, ac perinde veritatis cathedram deseruerũt, postquam nouæ fidei ac falsæ doctrinæ vino velut ebrij facti sunt, peculiari quodam spiritu vertiginis ferè agitãtur. Eo fit, vt quãcunque fidem siue sectariam opinionem arripiãt, non secus ac monetam subinde commutent. Quo deinde lõgius de fide disceptant, & sibi plus sumũt supercilij, eo maiorem veræ fidei iacturam faciũt, & grauioribus pestilentium errorum fluctibus intercluſi misere circumaguntur, indeque non sine præpotentis Dei dextera possunt emergere. Nec sanè mirum discipulis accidere, quod magistri noui toties experiuntur, vt suas de fide sententias ac opiniones varient sæpè, neque modò contra veterem Ecclesiam eiusque Doctores excipiant, verùm etiam discordibus inter se animis ac vocibus tumultuentur. Hoc enim ad Babylonicam istorum confusionem pertinet, vt inuicem se non intelligant, imò & se mutuò hæreseos damnent in tanta linguarũ fidei, doctrinæq; dissonantia & varietate.

Vnum Euangelium, & vna fides.

Act. 2. & 4.

PROINDE quam isti definiunt fidem, & nunquam reipsa sentiunt, si verum fateri velint, non fides Euangelica, sed potius præsumptio vana dicẽda est. Et quæ in illis fides inesse possit, qui tot variis dissonantis doctrinæ partibus opinionibusque distracti, vno & eodem Christi Spiritu, & necessario vnitatis Sacramento destituuntur? Hinc isti nõ habent quod profiteantur Euangelium nisi secundum Lutherum, alij secundum Zuinglium, quidam secundum Schuencfeldium. At verò præclarè Barlaam apud Damascenum: Non est, inquit, aliud Euangelium, alia fides præter illam, quæ ab Apostolis fuit prædicata, & per sanctos Patres in diuersis Synodis extitit confirmata, & Ecclesiæ Catholicæ tradita.] Nũc ad illos porrò veniamus, quibus diuina Scriptura fidem tribuit, quorum tamen fides in horum definitionibus locum nullum habet. Noti sunt sanè primi Christiani, quorum aliquot milia Petrus Apostolus, cùm primum Hierosolymis cõcionaretur, Christo lucrifecit. Agnouerunt illi & receperunt fidem, neque multò post præclarum & multiplex fidei suæ specimen ediderunt, vt in illis credentibus nomen Iesu plurimum glorificaretur. Quis verò arbitretur, in hos competere superiores fidei definitiones? quę si veræ sunt, impromiscuè omnes illi, qui tunc crediderunt, de iustitia & salute sua certo statuerunt, vt ab illa nunquam excidere possent. Hoc sibi persuaserunt scilicet Ananias, Sapphyra, Simon Magus, Nicolaus Diaconus, horumque similes alij non optimi, quos probabile est Petri concionibus interfuisse. Eiusmodi verò vt sibi maximè hanc certitudinem promisissent, falsum haud dubiè credidissent, atque vt falsum crederent, si his authoribus assentiamur, quodam modo cogerentur. Eã verò Ecclesiæ primæ constitutionem nobis tradidit Lucas, quòd in ea homines corde compuncti fuerint, quòd crediderint, Baptismum acceperint, in doctrina Apostolorum & frequenti vsu Eucharistiæ sumendæ orationibusque perseuerauerint, quod præterea nõ vulgari timore affecti fuerint, cum infelices coniuges Ananias & Sapphyra ob peccatum occultum Apostolica seueritate castigarentur. At nusquam Lucas prodidit, aliquid apud illos fideles de fide vel dictum vel factum esse, quod ad præsentem iustitiæ & salutis certitudinem spectet: imò verò non solum Ananiæ, sed etiam Simonis Magi & similium exempla nos admonent, aperteque probant, etiam credentem & baptizatum è Christi gratia excidere, & à vera iustitia omnique salute prorsus alienari posse, quicquid is demum sibi de gratia Dei, meritisq; Christi polliceatur. Sed in historia Euangelica constamus, in qua Christus fidem à multis postulat, vt nimirum credant ipsum, quod alius nemo faceret, in curatione morborum & miraculorum perpetratione ex diuina sua virtute posse præstare. Quocirca cùm duobus cœcis lumen esset redditurus, ex illis hoc primum percunctabatur: Creditis quia hoc possum facere vobis? fidem vtique præsentem non de sua beneuolentia, sed de potentia postulans. Cùm ergo illi respondissent, Vtique Domine: retigit eorum oculos & dixit: Secundum fidem vestram fiat vobis. Alibi Dominus sacræ manus attactu, leprosum curat, cum ille supplex ita dixisset: Domine si vis, potes me mundare, nimirum hoc ipso satis indicãs, quod de Christi potentia crederet, de illius autem voluntate dubitaret ac incertus esset. Quis verò neget, veram in hoc leproso fidem extitisse, quam adiuncta eius obedientia, felixque successus miraculi reddidit illustriorem? Igitur Euangelicis exemplis inscite abutuntur, qui Centurionis, Hæmorrhoissæ, ac similium fidem nobis obiectant, velut illi de peccatis condonatis certo statuerint, ac non potius de Christi beneficio & omnipotentia, deque sanitate quam optabant, futura præclarè sperarint. Nam & quidam fide propria, multoque magis fidei certitudine destituebantur, quibus tamen Christus aliena fide contentus, diuinam opem suam legitur impertiuisse. Illustris planè, & à Christo ipso prædicata fides erat Petri, Centurionis atque Cananeæ: nihil verò adiectum videas de noua ista certitudine, quam isti ne sint parum audaces, iubent sine timore statui, atque in corde ipso sentiri de

Fidei certitudo non agnita & reperta fuit in primis fidelibus, sicut isti eam docent.

De statu Ecclesiæ primitiuæ.

Act. 2. & 5.

Act. 5.

Qualem fidẽ Christus in Euãgelio à curandis exigat. De fide duorũ cæcorum. Matth. 9.

Matth. 8. De fide leprosi Luc. 7.

De fide Centurionis & Hæmorrhoissæ. Matth. 8. & 9.

Christus non sæpe propriã, sed & alienam fidem respicit. Matth. 9. 15. 17. 99.

Matth. 14. 8. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fides cũ notitia certitudine in Euangelio non docetur.

facta cum Deo reconciliatione postulant. Breuiter, quam isti definiunt fidem, eam Christus à nullo vnquam exegit, nec indicarunt Euangelistæ, nec Patres agnouerunt. Imò verò vbi Christus de filio prodigo pœnitente, & Publicano in templo precante disseruit, hanc nouitiam fidem ab illis procul abfuisse, liquido satis apparet.

Lucæ 15. & 18. Male cõfunduntur voces fidei & fiduciæ, quas etiam Scriptura distinguit.

PRÆTER hæc omnia in adductis definitionibus comprobari à nemine potest, quod nouatores nomen fidei fiduciæque confundant, ac pro eodẽ prorsus velint haberi. Aliter sanè Paulus docet, qui inter hæc duo distinguit, vbi sic de Christo scribit: In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Vbi rectè notat Hieronymus, fiduciæ principium & originem esse fidem in Christo. Tum alibi sic loquitur idem Apostolus: Acquiret sibi multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. Nec modò Latinus interpres hanc fidei & fiduciæ differẽtiam obseruauit, sed & Paulus Græcè tradidit, à quo fides πίστις dicitur: fiducia verò siue confidentia, tum παῤῥησία tum πεποίθησις nuncupatur. Verum vt nouatores nihil nobis relinquant integrum, mirum, quantopere has voces fidei & fiduciæ, credendi & confidendi cõturbent, & in sensus peregrinos torqueãt. Quomodo autem à fide spes siue fiducia differat, quarum hæc ad voluntatem, illa ad intellectum eiusque certitudinem spectat, Augustinus his verbis ostendit: Quid sperari potest, quod non creditur? Porrò etiam aliquid quod nõ speratur, credi potest: Quis namque fidelium pœnas non credit impiorum, nec sperat tamen: Est itaque fides & malarum rerum & bonarum: quia & bona creditur & mala. Est etiam fides & præteritarum rerũ, & præsentium, & futurarũ. Credimus enim (Christum) mortuum, quod iam præteriit. Credimus sedere ad dexteram Patris, quod nunc est. Credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Item fides & suarum rerum est & alienarum. Nam & se quisque credit aliquando esse cœpisse, nec fuisse vtique sempiternum, & alia atque alia: nec solum de aliis hominibus multa, quæ ad religionem pertinent, verum etiam de Angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, & ad eum pertinentium, qui earum spem gerere perhibetur. Quæ cum ita sint, propter has causas distinguenda erit fides à spe, sicut vocabulo, ita & rationabili differentia.] Itaquelicet fides in nõnullis Scripturæ locis pro fiducia commodè accipi queat, vbi tamen propriè loquendum est, vt in definitionibus maximè conuenit, & Paulus frequenter obseruat, certè inter has duas virtutes, sicut etiam inter vitia illis opposita, infidelitatem & desperationẽ, ritè necessarioque distinguere oportebit, sicut eruditè monuit Augustinus.

Ephes. 3. In eandem epist. 1. Tim. 3. 3.

Quomodo spes vel fiducia differat à fide. *In Enchiri. cap. 8.*

Fidẽ à charitate separari apud Paulum. *1. Tim. 1. 1. Timot. 2. Ephes. 6. 2. Timot. 6. 1. Cor. 13. In Enchirid. ca. 2. & 3. & li. 3. retract. cap. 3 & de doct. Christ.*

NEQVE solum fidem Paulus à fiducia, sed etiã à bona conscientia, ac sæpius à charitate siue dilectione disiunxit, vt è sequentibus eius verbis intelligi potest. Si permanserit in fide & dilectione. Pax fratribus & charitas cum fide à Deo Patre nostro. Sectare iustitiam, pietatem, fidem, charitatem. Clarissimum verò illud est: Nunc manent, Fides, Spes, Charitas: tria hæc, quibus nimirum perfectus Dei cultus absoluitur, & vera hominus sapiẽtia continetur, omnisque prophetia militat, vt ait Augustinus. Est enim ordo quidam in hisce virtutibus, vt fides quidem præcedat, primumque subiuget animã Deo: nascitur porro ex fide spes bona fidelium, & benè beateque viuẽdi præceptis obseruatis confirmatur: accedit demum operosa charitas, quæ quanto in quocunque fideli & sperante maior est, tanto illum in quo est, meliorem reddit, vt ab eodem [a] Augustino traditũ accepimus. Atq; hæc ipsa tria reperiuntur à Paulo, cũ ad Timotheũ scribit: Finis præcepti charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, vt rursus explicat [b] Augustinus. Hinc à [c] Chrysostomo illud quoque scriptum est: Fides quod verum est indicat: & ex sincera fide charitas gignitur. Richardus Victorinus egregiè dixit: [d] Vbi nõ est fides, nõ potest esse spes: vbi non est spes, charitas esse non potest. Quis enim amet, de quo nihil boni speret? Per fidem igitur promouemur ad spem, & per spem proficimus ad charitatẽ.] Iam verò ne quisquam dubitaret, fidem à charitate separabilẽ esse, nihil à Paulo dici poterat expressius quã illud: Si habuero omnẽ fidẽ ita vt montes transferam, charitatẽ autem non habuero, nihil sum. Fabulẽtur de fide miraculorũ, qui prophanis vocũ nouitatibus delectãtur: Pauli verba quæ diximus, obscura non sunt, & sic à Patribus explicantur, vt ad perfectam, solidam & integram fidem, quæ ad montes etiã transferendos sufficiat, omnino pertineant, quemadmodũ hunc locum Origenes, [b] Basilius, [c] Theophylactus & [d] Gennadius, interpretãtur. Talis illorum quoque fides est de quibus Christus futurum affirmat, quod etiamsi electi non sint, tamen in suo nomine prophetẽt, & dæmonia eiiciant, multasque virtutes faciant. Atque vt maximè Paulus de miraculorum fide, vt vocant, isthæc dixerit, tamẽ ea fine fide Catholica, cui etiam excellentiam quandam adiungit, esse nõ potest, & secundum Paulũ à charitate aliquando separatur, vt insit quidem, sed non prosit, cum fidem homini salutarẽ non faciat nisi charitas, vt admonet Augustinus. Quare Paulus charitatem fidei & spei anteponit, & superioribus verbis: Nunc manent Fides, Spes & Charitas, tria hæc, statim hoc adiicit: Maior autem horum est Charitas. Hanc omnium virtutum maximam & velut arcem Paulus facit, hanc excellentiorem viam, omnisque præcepti finem siue consummationem, & vinculum perfectionis, ac legis plenitudinem dicit. nec aliã fidem, ex qua viuat iustus, & quæ valeat apud Deũ, agnoscit, quàm quæ per dilectionẽ operatur. Hinc Abrahã credentium patrem nominat, qui cũ ex fide, & non ex operibus gratiam præcedentibus esset iustificatus, fidem eandẽ operibus in charitate vera factis consummauit, Iacobo Apostolo teste: Ex fide iustificatus est Abraham, inquit Augustinus, sed si fidem operã non præcesserunt, tamen secuta sunt.] Et rursus: Nemo iactet bona opera sua ante fidem, nemo sit piger in bonis operibus accepta fide.] De hac ipsa charitate præclarè idem Augustinus in hunc modum: Quicquid vis habe, hoc solum (de charitate autem loquitur) non habeas, nihil tibi prodest: alia si non habeas, hoc habe, & implesti legem. Qui enim diligit alterum, legẽ impleuit, ait Apostolus, & plenitudo legis charitas.] Et rursus: Sine charitate fides potest quidem esse, sed non prodesse.] Eandem pulchrè vocat margaritam illam Euangelicam & pretiosam, quã qui inuenit prudẽs negociator, ad emendã illã sua vendidit

Lib. 1. ca. 3. & 4.
[a] *De agone Christ. ca. 3. & in enchirid. cap. 110. & 117.*
1. Tim. 1.
[b] *Lib. 2. de doctrina Christ. ca. 7.*
[c] *In epist. 1. Tim. 1. & in epist. ad Titum 3.*
[d] *De spiritu & litera ca. 26.*

Matth. 13. De verbis Domini, serm. 23. Matth. 25.

De vera fidei definitione apud Paulum. *Hebr. 11.*

De peccat. mer. & remiss. lib. 2. cap. 32. Hom. 26. in Euangel.

Paulus exẽplis illustrat fidei definitionem

Quomodo Clemens & Basilius fidem definiant.

Lib. 4. orthodo. fidei ca. 11. 2. 2. Sirom. Ser. de fidei confessione.

[a] Pythica fidei apud Patres.

a Serm. 38. de tempore.
b De vita contemplat. lib. 3. cap. 21. & Serm. de fide, spe & charitate. & Caterches. 5. ad illum. & Homil. 2. de Symbolo. & 2. Sirmond. Ioseph. 1.

Historica fides non recte dicitur.

Fides dæmonibus non est fides ad homines pertinens.

1. Cor. 13. Fides charitate separata nihil est.

Lib. 1. de fide & operibus cap. 14. Ioan. 15. Tract. 3. epistola Ioannis commentatio 10. Rom. 13. Lib. 15. de Trinitate cap. 18. Tract. 3. epistola Ioannis

Matth. 13. De verbis Domini, serm. 23. vendidit omnia. Vocat & oleum, quod sapientes virgines in suis lampadibus ad sponsum detulerũt.

ATQVE vt seipsum Paulus de fide loquens explicet, nullus enim Apostolorum de fide pluribus disseruit, veram ac propriam eius naturam explanans, hãc definitionẽ assignat: Fides est sperandarũ substantia rerum, argumentum non apparentium. substantia, inquam, siue vt Græce significantius dicitur, ὑπόστασις rerum, quæ sperantur, nõ autem, vt scite Bernardus dixit inanium phantasia coniecturarum, quibus hæretici delectantur, argumentũ verò seu demonstratio (nam Græcis ἔλεγχος dicitur) vel sicut Augustinus legit, conuictio rerũ quæ non videntur, nec possunt quidem videri. Quæ enim videntur vel apparent, fidem non habent, sed agnitionẽ ex Gregorij sententia. Et prudenter quidem Paulus hanc fidei definitionem illustrat, cùm exempla subiungit, in quibus etiam fides à fiducia necessario separatur. Fide, inquit, intelligimus aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Hic enim fides pro fiducia nullo modo accipi potest, sicut neque ad fiduciã spectat, quicquid de inferis aut dæmonibus fide percipimus. Addit Paulus & illud: Fide Noë responso accepto de iis quæ adhuc non videbantur, metuẽs aptauit arcam in salutem domus suæ. Vbi Noë tribuit fidem, hoc est, assensionem, quam ille Deo minanti habuit, & ex qua metum concepit, per quam demùm hæres est iustitiæ institutus. Quam fidei definitionem sequitur etiam Damascenus, & ante illum Clemens Alexandrinus, cum ita docet: Fides est voluntaria anticipatio, pietatis assensio, rerum quæ sperantur substantia, argumentum earum, quæ nõ videntur.] Rectè igitur etiam Basilius: Fides est eorũ, quæ dicta sunt assentiens approbatio sine vlla hæsitatione, cum animi persuasione de eorum veritate, quæ Dei munere sunt prædicata.] Rectè & illi, qui fidẽ vocant certam notitiam & assensum eorum, quæcunque nobis à Deo reuelantur, & per Scripturam Ecclesiãmque proponuntur, siue demùm ille sint promissiones, siue cõminationes, siue præcepta vel prohibitiones. Recte illi præterea, qui fidem tanquam principium faciunt, ex quo spes, fiducia, precatio & persuasio de beneuola & misericordi erga nos Dei voluntate concipiatur: cum hæc omnia vt ex fide tanquam ex principio manant, sic etiam per fidem fulciantur atque sustententur. Vnde [a] Augustinus fidem humanę salutis initium, [b] Prosper virtutum omnium fundamentum, [c] Chrysostomus originẽ iustitiæ, [d] Cyrillus Hierosolymitanus oculum, qui omnem illuminat conscientiam, & magnã lampadem ad viam inueniendam, [e] Eusebius verò Emissenus lumẽ animæ & ostium vitæ, & ante hos omnes [f] Clemens Alexandrinus primam ad salutẽ inclinationem nuncupauit. A quo postremò citatur hoc antiquissimi Pastoris elegans dictum: Præcedit quidem fides, timor autem ædificat, perficit autem dilectio.] Habeant verò sibi nouatores, quam præter veterum omnium authoritatem appellare cœperunt, fidem historicam humanis potiùs narrationibus, quàm diuinis oraculis congruentem. Valeat & diabolica fides, qua credunt dæmones & contremiscunt, indigna prorsus hoc augusto nomine, cum sit fides coacta quædam & inuita, non libera & voluntaria persuasio, quæ ex pio voluntatis affectu proficis-

Lib. 4. orthodo. fidei ca. 11. 2. 2. Sirom. Ser. de fidei confessione.

Iacob. 2.

Fides mortua perperam à nouatoribus vsurpatur.

2. Reg. 12.

Fidei donũ esse magni faciendum. *Rom. 12.*

Cur admitti non debeat fidei nouæ definitio.

Vera Fides quamtumuis oppugnata nunquam expugnatur.

Fideles à qua fide dicti.

De sola fide certo iustificante falsum dogma.

Iob. 9. Nouæ fidei & eius certitudinis nec lob curauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuocantem exaudierit me, non credo, quod audierit vocem meam. Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et rursum: Verebar omnia opera mea, scitens quòd non parceres delinquenti. Sed neque Paulus hanc sibi fidem arrogauit, qui se coram Deo iustificatum ausus non est pronunciare, & quadantenus timuit, ne reprobus inueniretur, ideóque corpus suum pœnis affecit, quantumuis malè sibi non esset conscius, sed bonæ conscientiæ testimonio lætaretur. Est ille quidem, si vllus alius, fidei maximus prædicator, sed qui vanam fidei præsumptionem ac falsam credentium securitatem omnino reiicit, cum timorem Domini tot modis inculcat, disertéque monet, vt suam quisque salutem cum timore & tremore operetur: vt præterea seipsum quisque iudicet, probet ac emundet: tempus enim aliquando fore, vt nos omnes ante Christi tribunal manifestari, & vnúquemque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum, referre oporteat. Scientes ergo, inquit, timorem Domini hominibus suademus. Ac ne vllũ dubitandi relinqueret locum, fiduciam diuinæ misericordiæ propter Christum esse fallacem, si reliqua non responderent, conditiones pleraſque cum fide coniungendas præscripsit, atque ex illis veram Christianorum iustitiam & electorum proprietates voluit æstimari. Hæredes quidem Dei, inquit, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, vt & cõglorificemur. Si cõmortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & cõregnabimus. Si permanetis in fide fundati & stabiles & immobiles. Si fiduciã & gloriam spei vsque in finem firmã retineamus. Si permanseritis in bonitate. Si non secundum carnẽ vixeritis, sed secũdùm spiritũ facta carnis mortificaueritis. Si tamẽ vestiti, & non nudi inueniemur. Omitto id genus alia, quæ Paulus Christi Domini secutus exẽplum, præter fidẽ exigit, atque ad bene beatéque viuendũ præstari vult, ne quis vana confidẽtia seu fidei præsumptione deceptus, remissionem peccatorum & Dei gratiam sibi frustra polliceatur. Procul igitur à Pauli doctrina veráque fide discedunt, qui tàm facilem & expeditam salutis viam cunctis ostendunt, & fiducia, nescio qua, iubent illos esse contentos, pacem falsam præpostere pollicentes, cùm interim mendacium in hypocrisi loquantur, vt de quibusdam Apostolus dixit.

1.Cor.4. 9. In Paulo fidei certitudinem non fuisse, vt sentiunt nouatores.

Philip.2. 1.Cor.11. 2.Tim.2. 2.Cor.5.

NEQVE tamen cum gratiæ certitudinem hoc loco reiicimus, Christianos de salute sua perpetuò dubitare iubemus, sicut isti, egregij scilicet consolatores, nobis nunquam non obiicere, & calumniando dicere solent. Quin iubemus Catholici, Christianos omnes de Dei bonitate Christique meritis bene semper optimẽque sperare: remissionem verò peccatorum & iustificationis gratiam non sibi confidenter arrogare, sed eos ante & post remissionem peccatorum acceptam non esse sine metu, suámque salutem cum timore & tremore operari, sicut Scriptura ipsa prædicat. Iubemus, inquam, cum Paulo eos ad thronũ gratiæ DEI fidenter accedere, vt misericordiam consequãtur, simúlque monemus accedentes, vt Dei benignitate ad pœnitentiã eos alliciente ne abutantur, vtque meminerint, Christum non credentibus tantùm, sed simul obedientibus sibi factum esse causam salutis æternæ. Iubemus, fideles omnes in cruce Domini [a]gloriari, qui factus sit [b]nobis sapientia, iustitia,

1.Tim.4. An Catholici iubeant homines de salute sua perpetuo dubitare?

Paulus proponit non modo fidem, sed & certas conditiones ad bene beateque viuẽdum.

Rom.8. 2.Tim.2. Coloss.1. Hebr.13. Rom.11. Rom.8. 1.Cor.5.

Eccli.5. Philip.2. Hebr.4. Rom.2. Hebr.11.

a Galat.6. b 1.Cor.1.

A sanctificatio, [c]via, veritas & vita: neque tamẽ cessamus illud adiungere, vt qui stat, solicite videat ne cadat, néue quisquam in vacuum Dei gratiam accipiat, sed vt omnes fideles DEI ministros sese præstent, & gratiæ DEI cooperentur, nec deserant sanctimoniam, sine qua nemo Deũ videbit. Iubemus postremo, vt Christi promissionibus mœsti & afflicti animi sese cõsolentur, & ex DEI gratia & misericordia in vita & morte vel maxime pendeant: cũ sit ipse qui propitiatur omnibus iniquitatibus, qui sanat omnes infirmitates, qui redimit de interitu vitam, qui coronat in misericordia & miserationibus, qui denique replet in bonis desiderium timentium eum, & humiles spiritu saluat. Cæterũ non conuersis & voluntarie peccantibus pro meritis pœnis veniã, pro ira Dei gratiam, pro terroribus pacem & libertatem polliceri, non id Catholicorum, sed veterũ Pseudoprophetarum, sed nouorum Doctorũ est proprium, qui vt verbis vtar Propheticis, curant contritionem filiæ populi cũ ignominia, dicentes. Pax, pax, & non erat pax. Nec sane possumus aut debemus meliore loco nunc habere fideles, quàm Christus olim habuit suos lõge charissimos Apostolos, quibus gratiam & saluté non promisit, nisi ea facerent, quæ ipse iussisset. Quid vocatis, inquit, me Domine Domine, & non facitis quæ dico? Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis. Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Quid multis? iubemus, ne cũ fatuis virginibus se ipsi homines miserè fallant, fide tantum & inuocatione contenti, quin potius vt à CHRISTO curandi atque iustificãdi, pœnitentiã tum interiorẽ, tùm si possunt, exteriorem cũ fide coniungant, & remissionẽ peccatorum per Ecclesiæ claues accipiãt, ac porrò peccatis mortui, iustitiæ viuant, & demum in Dei Ecclesiæque obedientia felicitatem omnem se certò confidant assecuturos per Iesum Christum Dominum nostrum.

c Iohn.14. 1.Cor.10. 2.Cor.6 Hebr.12.

Quomodo bene & male cõsolari alios liceat.

Psal.102. & 33.

EGO VERO ne simul & decori & instituti mei oblitus esse videar, modum cogor facere, præsertim quando complures in hac arena ante nos præclare decertarunt, & de hostibus glorioſè triumpharũt. Loquor autẽ de Scriptoribus Catholicis, quos fidus Ecclesiæ suæ propugnator & custos Israëlis Christus in variis Europæ prouinciis, nostro etiam seculo excitauit, & in hunc vsque diem prospere conseruauit. Etenim lupis in dominicum ouile vi summa nunc irrũpentibus, & omnis impietatis administris aduersus sacra religionis iura grassantibus, operæ preciũ erat adesse nõnullos, qui se velut murũ pro domo Dei Israël opponere, cõmunésq; Christi & Ecclesiæ hostes arcere vellẽt & possent. Ex his fuere Patres, qui superioribus ætatibus cum variis hæreticorũ mõstris acerrime iuxta ac felicissime cõflixerunt: Quos tãquam duces pulcherrimè secuti sunt, qui hoc seculo tùm disputando, tũ scribendo tantũ Christi gratia profecerunt, vt per illos orthodoxæ fidei & veritatis lumen mirabiliter elucescat, vtque nouarũ opinionũ densæ velut nebulæ imperitorum oculis offusæ, magis magisque dispellantur, & detectis nouatorum, imò dæmonum, fraudibus, necessaria religionis vnitas atque sinceritas certius cognoscatur, firmiúsque retineatur. In quorum

Transitio ad Scriptores Catholicos huius operis.

Christus ecclesiã suam vltra omnia tempora conseruauit.

Psal.118.

Ezech.13

quorum numero Germaniæ Theologis principem locum tribuo, qui cum primis & præcipuis Sectarũ architectis & antesignanis aperto marte fortiter dimicauerunt. Tales fuere Eckius, Faber, Scatzgerus, Pelargus, Cochlæus, Nausea, Dietembergius, Bilichius, Hofmaisterus, Eiseingreinius, vt cæteros, præsertim recentiores Theologos, prætermittam. His adiungo ex Belgio nobis diuinitus oblatos Latomum, Driedonem, Pighium, Ruardum, Hesselium, Sonnium, Tiletanum. Non dicam de Theologis Anglis, inter quos Ioannes Roffensis sacri martyrij quoque laurea coronatus effulsit: non de Gallis, è quibus Clichthoueus & Arboriceñsis sunt haudquaquam postremi: nõ de Polonis, inter quos Concilij Tridentini aliquando præses & Cardinalis Stanislaus Hosius laudatissimus emicuit: nõ de Hispanis, qui Alfonsos & Sotos egregie pro religione pugnantes exhibuerunt: nec demum de Italis, inter quos præclarum sui specimen Catharinus & Lipomanus palàm ediderunt. Nam de viuis hodie Scriptoribus, qui contra hæreticos in generoso adhuc sudant certamine, præstat me omnino tacere, quàm debitas illis laudes parce attingere: quos ego tanto maiore bonorum omnium commendatione dignos duco, quò virulentius illi ac amarulentius ab insanis hæreticis religionis ergò exagitantur atque proscinduntur.

De primis Germaniæ Theologis Sectariorum oppugnatoribus.

Theologi variarum nationum Catholici Sectis resistentes.

Agendæ Christographiæ pro confutatis & peritis Theologorũ Sectas oppugnantium.

ATQVE hos omnes ego honoris gratia nominatos esse volui, eorúmque causa Christo Domino gratias maximas ago, cuius illi spiritu afflati, & zelo impulsi, cum horum temporum Sectariis cõgredi, ac potissimũ primos aduersariorum impetus & furores magno difficilique bello comprimere studuerunt. Extant illorum scripta, ex quibus tanquam ex vnguibus, vt dicunt, leones facile cognoscantur, & quæ nõ modò grata leget posteritas, sed ex quibus etiam eorum in obeundis certaminibus dexteritatem atque constantiam meritò admiretur. Digni sunt certè illi, quorum memoriam cũ benevolentia vsurpemus, quorúque tùm nomina, tùm monumenta eò pluris faciamus, quò minùs hæreticis placent, & quò illi gloriosiùs pro religione certarunt, quóque plura & grauiora bella Domini sunt præliati, vt Scriptura dicere solet. Illud verò non solum diuinæ erga nos bonitatis, sed etiã Catholicæ veritatis præclarũ est testimonium, quod ij qui sunt tàm multi, támque longis terrarum interuallis atque spaciis separati, tàm variis modis contra perditos hæreticorum mores atque libros sese obiiciant: interim vero tàm consentientem de religione doctrinam, & nulla in re discrepantem veritatis confessionem edant, scribendóque testentur. Quòd si fortasse alicubi discrepent, id tamen citra fidei periculum, & salua semper Ecclesiæ authoritate fieri satis constat. Quid simile apud Sectarios: qui nihil non in contemptum Ecclesiæ faciunt & facere docent, qui sua scripta & dogmata nullius vel Episcopi, vel Concilij iudicio submittunt, qui præpositos Ecclesiæ blasphemare malunt quàm agnoscere, qui donum interpretãdi Scripturas sibi vel solis, vel maxime arrogant, qui vt lucem fugiant, suámque doctrinam Ecclesiæ iudicio subtrahant, diuinæ veritatis patefactionem in priuatis personis ac ædibus locant: qui denique numquam non disceptant, scribunt, edunt atque commentantur, sed adeò infeliciter, vt neque in vna prouincia, nec in ciuitate, neque schola, neq; mensa diu possint concordes permanere, atque vt inter se frequẽter, sic secum ipsi haud rarò pugnent, contrariáque doceant ac sentiãt. Hinc tàm multæ támque variæ ipsorum Confessiones, & Ecclesiarum, quos vocãt, ordinationes: hinc tot apud illos ritus & Catechismi, vt hæc magistrorum inconstãtia, & in religionis doctrina dissensio atque varietas non leue fastidium vulgò adferat, & magnas pariat magistratibus offensiones, & demum excitatis animorum perturbationib⁹, omnẽ fere Sectis detrahat authoritatem. Sed ad finem capitis properandum est.

Noui Scriptores Catholici valde diffimiles.

Superiorum capitum epilogus.

HAGENVS in Ioannis Baptistæ historia, nec parua, nec leuia persecuti sumus, vt omnẽ tùm prophanæ nouitatis, tùm insulsæ temeritatis, vanæque commentationis sordes, pro nostra quidem virili, abstergeremus. Dignus est enim ille, si quis alius cuius laudem & gloriam post præcones eius Prophetas & Euangelistas, pij omnes illustrent & vindicent: Ioannes, inquã, ille maior inter Prophetas habitus, ille diuina gaatia adhuc in vtero matris impletus, ille Eliæ spiritu & virtute subnixus, qui non aduersariùs Domini, sed præcursor & prædicator fuit, qui Dominum non tantùm verbis prænunciauit, sed & oculis ostendit, qui ipsum Christum, per quem baptizantur cæteri, baptizauit,] vt Cypriani verbis vtamur. Sed libuit Centuriatoribus, aliisque multis, qui è Sectis nouis prodeuntes, ad Euangelium interpretandum irrumpũt: libuit, inquam, ne Ioanni quidẽ parcere, cuius historiam, vt ostendimus, tot modis deformarunt atque conspurcarunt. Inuidi homines, vt nihil acerbius dicã, non illi sanctissimo viro & Prophetæ maximo suã in vasta solitudine habitationem, non victum, non vestitum integrum intactúmque reliquerunt, non laudem à vita sanctissime & seuerissimè acta, quæ vera laus censenda est, inuiolatã esse passi sunt, sed illum prorsus in ordinem redegerũt, adeóque non dissimilem vulgari pædagogo, & Mosayco Sacerdoti, imò & seditioso concionatori, & authori chiſmatis, & Ecclesiastici magistratus contemptori parem effecerunt.

Ioannes à Cypriano laudatus. Matth.11. Luc.1.

Epist. ad Iubaianum.

Centuriatores Ioãnis historiam mala fide contexunt.

IVDICENT igitur sapientes & boni omnes, qua fide isti Magdeburgici contexant historias, qui historiam Euangelicã tot modis in vno Ioãne depraũt, suisque nugis cõtaminant. Neque boni Theologi, nec fidi esse historici possunt, quos adeò iuuat ad vanos tegẽdos errores, & ad impuros explendos affectus, in historia etiam sacra sibi nihil nõ indulgere & sumere. De aliis non repetam nouatoribus: cùm res ipsa declaret, & è superioribus intelligi facile possit, quàm illi & circa Ioannis historiã inscite prauéque multa notauerint, dũ aut nimis oscitãter Scripturam sacram explicant, aut noui tuendis opinionibus addicti, non tàm quod licet, quã quod libet euomũt atq; profundunt. Nunc ad postremã huius libri partẽ nos cõuertemus, eáq; in medium proferemus, quæ tanquã flosculos parùm quidem odoriferos, ac min⁹ etiã salutares, isti agrestes hortulani, præsertim verò Magdeburgici, suorũ Scriptorum impuris hortulis inseruerunt, & quibus ad Ioannẽ non orandũ, sed potius dedecorãdum, turpissime sunt abusi. His flosculis, imò verò sentibus & sordibus, in vnum velut aceruum ex tractatione superiore comportatis atque congestis, Censuram nos aliquam, velut falcem, breuiter & succincte

Nouatores de Ioanne per peram & licẽter tradant.

Transitio ad postremã huius operis tractationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

admodum apponemus, vt rudiores præsertim & veritatem amantes rectius iudicent, quantum sibi sumpserit circa vnum Ioannem, eiúsque historiam licentia nouatorum. Sunt autem infiniti pene libri Sectariorum, ex quibus innumera propemodum talium flosculorum genera possint excerpi, & opus aliud longe maius ab eruditis confici. Ac fortásse erit aliquando, vt sane desideramus, qui nostrum exemplum secutus, ex variis huiusmodi nouatoribus, nouæque religionis doctoribus similes excerpet, & ad rudiorum cautionem in medium adferet corruptelas.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Farrago & index corruptelarum, figmentorum & ineptiarum, quibus Ioannis Baptistæ historiam in suis scriptis Sectarij asperserunt.

Vod Ioannis parentes Zacharias & Elizabeth iusti fuerint ante Deum, hoc est, fide, non operibus: quia crediderunt in Messiam, propter quam fidem illis imputata sint iustitia, vt Deum haberent propitium. Sic Strigelius, Brentius, Lossius, præter Centuriatores & alios.

De parentũ Ioannis iustitia.

PROBATVM EST, Ioannis Parentes, aliósque id genus iustos in Scriptura celebratos, non minus ob vitã pie sanctéq; gestã, quàm propter fidẽ, iustitiæ nomẽ ac laudem obtinere. Monstratum est etiã, graues ac pernicioſos hodie Sectariorũ errores grassari, quibus vera fidei & iustitiæ doctrina publice & pernicioſe deprauatur. De his capite statim præcedẽte & vndecimo ex instituto disputatur.

De Ioannis exultatione in vtero matris.

II. *Sicut Ioannes in matris vtero fidem habuit & ostẽdit, ad Deiparæ virginis aduentum & salutationem exultans: sic etiam suos fidei motus esse paruulis cum baptizantur.* Bucerus, Kemnitius, Æpinus & alij.

ETSI concedatur, Ioannem ex vera fide in matris vtero subsiliisse, & sui Redemptoris aduentum cognouisse, non tamen continuò sequitur, infantibus aliis fidem propriam, fideique motus peculiares ineſſe: quibus nihil aut boni aut mali intelligẽtibus ad hoc vt baptizẽtur atq; sanctificentur, fides sufficit aliena. Id probatum est capite primo.

De sanctificatione Ioannis in vtero matris.

III. *Quod Ioannes in matris vtero sanctificatus indicio sit, infantes Christianorum non perire, sed sanctos etiam ac saluos esse posse, licet sine Baptismo ex hac vita migrent,* Caluinus, Petrus Martyr, Bullingerus, Beza, Brentius, Schmidelinus, Chytræus.

QVOD Ioannes sanctus prius quàm natus fuerit, vt Euangelium probat, ad singulare quoddam priuilegium, quod pauciſſimis contingit, referendũ est minimèque ad paruulos alios indiſcriminatim applicari debet. Hi quippe neque sancti, Christiani & fideles, neque regni cælestis participes esse possunt, nisi ex aqua & Spiritu sancto regenerentur. Qua de re caput primum itidem docet.

De familiaritate Ioannis & Christi in pueritia.

IIII. *Quod dubium non sit, Mariam crebro ad Elizabetham excurriſſe, & Iesum etiam in pueritia sanctam atque pulcherrimã cũ Ioanne adhuc puero, & postea etiam in reliquis ætatũ gradibus amicitiã coluiſſe.* Cẽturiatores.

FICTITIVM ac falsum esse ducimus, quod aduersarij sine Scriptura, sine fundamento & testimonio vllo indubitatum videri volunt, Mariam domini matrem ad cognatam Elizabetham crebrò excurriſſe; tùm Christum & Ioannem in pueritia & adoleſcentia, nescio quam singularem familiaritatem, & familiarem consuetudinem inter se cõtraxiſſe mutuò, atque coluiſſe. Etenim Ioannes Chryſostomus, Theophylactus, Euthymius, Rupertus aliique Patres, Christum antequam ad Batum fuiſſe, nihilque cum illo familiaritatis habuiſſe. Vixerat enim in deserto Ioannes inde à puericia, vt ostẽdimus, & vsque ad tempus publicæ prædicationis occultus in deserto mansit. Tùm vtilitas exigebat publica, Ioannem primis annis Christo minimè familiarem esse, præsertim ad amoliẽdam hominum suspicionem, ne videretur idem postea tam præclara de Christo dicere, vt affinitatis, vel familiaritatis gratia, quam puer cum eo contraxiſſet, sicut & Theophylactus monet. Quin etiã Beza, Bullingerus, Bucerus, Marloratus, Christum Ioanni facie ignotum fuiſſe aperte fatentur.

Ioan. 1.

V. *Ioannẽ in primis annis fideliter in sacris literis institutũ, & feliciter progreſsũ, fuiſſe.* Et hoc Cẽturiatores.

De Ioannis institutione & vtero sacro.

CONTRA probatum est, de Ioannis pueritia & prima institutione longe sublimius iudicandum esse, quàm isti faciunt, & puerum illum diuinitus edoctum, non eguiſſe communi discendi ratione & disciplina, quæ pueris aliis vulgari more natis necessaria esse consueuit. Lege caput primum.

VI. Esse vero simile, Ioannem in honorum viuorum scholis literarum semina percepiſſe. Ex eodem fonte.

Ioannes in scholis literas discit.

NOS EX Chryſostomo & Bernardo confirmauimus, Ioannem puerum sine præceptoribus & schola non tam humanitus, quam diuinitus institutum, ea, quæ ad Spiritus doctrinam faciunt, mature percepiſſe. Qui & ipse Præceptorem indicat suum quãdo de Spiritu sancto testatur: Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit.

Ioan. 1.

VII. Quod procul dubio Doctores & enarratores sacrarum literarum, annis atque iudicio confirmatus, attente audierit: quod forte & ipse priuatim & modeſte docuerit. Et hoc ex officina Centuriatorum.

De Ioannis præceptoribus & studiorum ratione.

PROCVL dubio imbecilles sunt & parum probabiles huiusmodi coniecturæ, quibus nullum à Patribus vel Scriptoribus aliis accedit suffragium: & in quibus excogitandis nimium hi sibi indulgent autores. Nihil enim nisi de scholis & scholasticis exercitationibus Ioãni puero affingunt, cúmque perinde ac vulgarem quemuis alium studioſum ac magiſtrum (vt vocamus) artium tractant. Hoc vero quid ad hiſtoriam Euangelicam?

De Ioannis educatione apud parentes.

VIII. Ioannem puerũ & adoleſcentem in Oeconomia parentũ suorum educatũ fuiſſe. Sic rursus Cẽturiatores.

ID VERO non conuenit cum his, qui scribunt Patres, & innuit Euangelium, sempérque creditũ antiquitas, Ioannẽ scilicet puerũ à parentibus diſcediſſe, & diuino spiritu concitatũ, mature desertũ adiiſſe, sicut & primum & septimum caput ostẽdit.

De Ioannis educatione in deserto.

IX. Ioannem non in deserto vel vasta solitudine, sed in locis prope Iordanẽ vixiſſe, nec procul à montibus, pagis & oppidis habitaſſe. Bullingerus, Bucerus, Cẽturiatores.

CIRCA desertum Ioannis mire nugantur Sectarij, quod vt nobis plane tollant, vel in loco montoſo, aut ad regionem montosam sito, vel propè desertum, vel non procul à pagis & oppidis, vel solum in vita & educatione priuata collocare mirisque artibus eludere nituntur. At è Scripturis & Patribus, vt opinor, conuicimus, Ioannem, vt verum eremi cultorem, non sine diuino spiritu in vasta & intima solitudine, vitam austeram transegiſſe, sibique soli & Deo multos annos vacaſſe. Qua de re caput secundum proprie tractat.

De Ioannis vestitu minimè aspero.

X. Quod vsitato genere vestitus indueretur, quo alij vicinius in locis habitantes. Caluinus, Bucerus, Strigelius, Centuriatores.

CVM blandè doceant omnia Sectarij, in Ioannis quoque vestitu spontaneum rigorem, & inusitatam seueritatem nolunt agnoſcere, sed illum moderate potius, & iuxta morem aliorum vestitum fuiſſe audent effingere. Quasi verò tunc vsitatum fuerit, Sacerdotis filium vestiri pilis camelorum, & pellicea zona cingi. Aliter de Ioannis vestitu iudicare docet Christus, Euangeliſtæ, Patres, quemadmodum capite tertio confirmatur.

De veste vndulata Ioannis.

XI. Vestis Ioannis erat contexta ex pilis cameli, similis ei quam vulgo à camelis vocamus Kamlot, vel Schamlot, Latine vndulatam. Chytræus.

ET HOC nouum ac ridiculum plane figmentum est, falso Grammaticæ tantum fundamento nitens, & mundi Spiritum redolens, Patrúmque sententiis minime consentaneum, qui post Christum tantopere Ioannem à vestium asperitate laudant, aliisque imitandum proponunt. Vide rursus caput tertium.

De Ioannis vestitu vulgari, non peculiari & insueto.

XII. Cibi genus Ioanni fuiſſe non peregrinum & inſolens, sed assuetum his, cum quibus agebat. Bucerus.

RETINENDA est studioſe veterum sententia, qui ex Euangelicis literis colligunt ac probant, Ioanni à victus & vestitus minimè vsitati austeritate laudẽ deberi peculiarem: quod & caput quartum pluribus astruit.

Ioannem edidiſſe locusta id est pisces siue cancros.

XIII. Quod locustæ (Ioannis esca) *ad genus marinorum piscium magis, quam ad terreſtre animal sint referendæ, & speciem eam fuiſſe cancrorum.* Melanchthon, Strigelius, Loſsius, Centuriatores.

PROBAVIMVS, locustarum nomen à Patribus potiſsimum ad volucre animal, rarius verò ad herbæ genus accommodari. Ridiculum autem est & inauditum, locustas Ioannis in cancros velle transformare, & quod Ioannes pisces illos à piscatoribus vel abiectos, vel donatos ederit, tàm vane quàm & pueriliter cõmuniſci. Vide caput quartũ.

De libertate Ioannis in edendo euangelica.

XXIIII. Quod Ioannes locustas edendo exemplum dederit Euangelicæ libertatis, quia eibus hic Iudæis in Leuitico prohibitus erat. Philippus, Strigelius, Loſsius, Centuriatores.

INIQVE & falso vir sanctiſsimus de violata lege accusatur, cum lex non vetuerit huiusmodi locuſtis vesci, quas omnis antiquitas Ioanni in vsu fuiſſe testatur: & peruerse iudicant, qui hoc Ioãnis exemplo ad suæ carnalis potius, quàm euangelicæ libertatis defensionem abutuntur. Meminit de eo etiam caput quartum.

De piris Ioannis.

XV. Pro locustis pira syluestria posse accipi, vt ἀκρίδες pro ἀγρίδες legatur. Beza.

NOVA prorsus commentatio, quæ nihil etiam probabilitatis ostendit, cur constans Græcorũ codicũ lectio mutari, & locuſtæ Ioannis in pira syluestria conuerti debeãt. Nullus veterũ aut scripsit aut

Ioannes eo medit mel syluestre, id est manna.

sensit, cibum Ioannis ad fructus arborũ pertinere.

XVI. Quod mel syluestre à Ioanne sumptum sit idem plane, quod manna in pharmacopoliis vocant, & in mediterraneis locis vsum habet. Loſsius, Strigelius.

MVLTO aliter de hoc melle scribunt Patres: nec est quidem verisimile, manna vel medicamenti genus vllum in vsu viro continentiſsimo fuiſſe. Atque vt maxime fuiſſet, maneret tamen Ioanni sua integra perfectáque abstinentiæ virtus, quàm frustra Sectarij tot suis figmẽtis labefactare & obscurare conantur. Plura de eo extant quarto capite.

Ioannes in patria sua Celicleis, patri suo succeſsit: & cum laude vixit.

XVII. Quod Ioannes in parentis sui senio confecti & emortui locum succeſsiſſe, sed & in Sacerdotis functione summa cum laude vixiſſe videri possit. Centuriatores.

FALLACES ac friuolæ sunt istiusmodi coniecturæ, neque videntur Scripturis cõsentaneæ, ex quibus colligunt & conuincunt Patres, Ioannem inde à pueritia, se à parentibus subduxiſſe, & studioſe caruiſſe publico, neque functionibus politicis se vllis immiſceuiſſe, vt qui mundo plane mortuus videretur, neque tàm humana, quàm diuina curaret. Nec decebat quidem futurũ Christi præconem his rebus occupari, quæ ad Sacerdotes legis pertinebant. Sed enim si Superis placet, Ioannem, & politicum hominem, & Sacerdotẽ Mosaycum, & nescio quem antistitem, nominatúmque in vrbe ciuem videri volunt Sectarij. Quid igitur obstet, quo minus porro eadem fingãt licentia, Ioannem in suo Sacerdotio vxorem duxiſse, & bonum fuiſse patrem familias, & liberos educaſſe? quemladmodum noui quidem isti doctores facere soent, tàm pulchre scilicet, Ioannis vitæ & moribus sese conformantes.

Ioannes instituit Baptismi Sacramentum.

XVIII. Ioannem primum esse authorem & instauratorem eius Baptiſmi, quo adhuc vtitur Eccleſia, & quo vtetur vsque ad consummationem seculi. Brẽtius, Philippus.

ET IOANNI minime competit, & in Christum est contumelioſum, & veritati Patrúmque sententiæ prorsus repugnat, ex Ioãne facere Christiani Baptiſmi vel authorem, vel instauratorem. Vide caput septimum.

Quid Ioannes tradiderit de Baptismo.

XIX. Quod Ioannes priuſquam Baptiſmi cæremoniam conferret, prolixè auditoribus, quid sit Baptiſmus explicuerit. vnde sit, cur expetendus omnibus, quomodo & quibus prosit. Centuriatores.

HIC DE Ioannis Baptiſmo nimium præclare sentiunt, & maiorem ad illum præparationẽ, exactiorémque catechiſmum excogitant, quàm vel Ioannes à populo exigebat, vel res ipsa fieri postulabat. Quod si Scriptura sacra essent isti contenti, ab huiusmodi rebus Ioanni & eius Baptiſmo indecóre stulteque affingendis facile superſederent. Hûc septimum & octauum caput referatur.

Quis effectus fuerit Baptismi Ioannis, & an sit æqualis Baptiſmo Apoſtolorum.

XX. Ioannem de suo docuiſſe Baptiſmo, quod sit à Deo, quod adferat remiſsionem peccatorum. Item, Ioannis & Apoſtolorum Baptiſmum ministerio & efficacia prorsus conuenire: actioni Ioannis in baptizando annexam fuiſſe remiſsionem peccatorum. Caluinus, Bucerus, Kemnitius, Centuriatores & alij.

VETVS & damnatum est hoc dogma Donatiſtarum, Ioannis & Christi Baptiſmum eundem facere, parémque dignitatem, virtutem & efficaciam in Baptiſmo seruì & Domini constituere. Confutatur hoc dogma tùm eiusdem Baptiſtæ verbis, tùm variis diuinæ Scripturæ locis, tùm communi veterum sensu atque consensu, quemadmodum

Universidad de Deusto
Biblioteca

caput septimum fusè declarat.

Qualem præparationem Ioannes exegerit à baptizandis.

XXI. *Quod Ioannes ad Baptismum non admiserit quenquam, nisi prius peccata fuisset confessus, hoc est, egisset pœnitentiam, & Iudaismo valedixisset, & in Messiam credidisset, & priores errores & peccata damnasset, ac etiam promisisset in fide & operibus bonis perseuerantiam.* Centuriatores.

ABVTVNTVR hic nomine Cõfessionis, quod non tàm multa, quàm hic enumerantur, includit. Nec est aut Scripturæ, aut veritati consentaneum, à baptizandis tàm multa postulasse Ioannem, præsertim vt eo tempore valedicerent Iudaismo, certóque crederent & statuerent, se post Baptismum acceptum, in fide & operibus bonis tota vita perseuraturos. Reliqua dabit caput octauum.

De Ephesiis à Paulo rebaptizatis. *Actor.19.*

XXII. *Quod Ephesii à Paulo rebaptizati, de quibus Lucas refert, à Ioanne vere non fuerint baptizati.* Bucerus, Bullingerus, Lossius, Centuriatores.

MIRVM, quantoperè isti circa hoc exemplum Ephesiorum se torqueant dissentiántque. Sed Lucæ verba sunt luculenta, & à Patribus tã solide cõfirmantur, nullus vt dubitare debeat, Christiano Baptismo in Ephesiis hoc suppleuisse Paulũ, quod illis ad gratiam spiritualem deerat ex imperfecto Ioannis Baptismo, quo verè fuerunt baptizati, sicut capite septimo declaratur

Idem esse baptizari à Ioanne & doceri.

XXIII. *Quod à Ioanne baptizari sit idem, quod eruditi & docti Euangelium.* Zvvinglius, Lossius, Bullingerus.

PVDENDVS hic error est, atque vt videtur, ex summa vel ignorantia, vel peruersitate profectus, dum aduersus propriam Scripturæ phrasin, magnúmque consensum Doctorum omnium, Baptismi & doctrinæ nomina confunduntur. Hoc si admittamus, consequi necesse est, Christum in Iordane non vere baptizatum, sed in doctrina solùm à Ioanne institutum fuisse, quod sic longe absurdissimum. Qua de re ad finem septimi capitis est annotatum.

Peccásse Ioannem, cum baptisare Christum recusaret.

XXIIII. *Quod Ioannes imprudenter & stulte agat, cum detrectat Iesum baptizare, & manult carnali suæ prudentiæ, quam spirituali mandato Christi Baptismum postulantis obsequi. Vnde magna Christum adsicit contumelia asperinde ac si diceret: Ego sapiens, tu stultus ego prudens, tu inprus.* Sic Brentius.

HOC verò est non modò imprudenter & stultè agere, sed etiam contumeliosè in Ioannem debachari, qui non reprehensionem, sed laudé potiùs meretur ob insignem illam sui submissionem, & singularem erga Christum reuerentiam. Fuit ille ab omni carnali prudentia, quæ in Sectariis plurimum regnat, semper alienus, suámque sanctam simplicitatem & promptam erga Christum obedientiam vel hoc ipso declarat, quòd iussus è vestigio pareat: ac posito metu, Domino gloriæ seruiat, postulatúmque illi Baptismum impendat. De hoc plura in fine sexti capitis annotata.

Ioannes à templo & Synagoga fecit secessionem.

XXV. *Quod Ioannes à templo Hierosolymitano & Synagogis Iudæorum, & à potestate ordinaria, siue Sacerdotibus, palam & publice discesserit.* Philippus, Centuriatores, Crucifer, Maior.

AB ECCLESIA & eius magistratibus legitimis secessionem faciunt, & facere docent Sectarij. Nihil tale vnquam in animum suum induxit Ioannes, qui magistratus Iudaicos, præsertim in cathedra Moysi sedentes, tum verbo, tum exemplo suo haud dubie docuit honorare. Sed neque tempestiuum quidem erat, neque recip. tranquillitati conueniebat, vt ab illo Synagogæ magistratu & recepto cultu diuino Ioannes faceret secessionem. Atque vt maximè concedatur, Ioannem ab illius temporis Ecclesia discessisse, non haberent tamen Ecclesiæ desertores, cur tanti viri exẽplo suam schismaticam à vera Christi Ecclesia secessionem & publicam rebellionem meritò excusare ac defendere possent. Fient hæc planiora, caput nonum si legeris.

Ioannes eo tempore nouos baptismos non instituit, qui sine vllo fructu ab ipsis celebrabantur.

XXVI. *Sicut Ioannes & Prophetæ à Deo immediate vocati peculiare habuerunt mandatum docendi Ecclesiam: sic etiam hodie à Deo excitantur & vocantur extra ordinem & vocationem ordinariæ potestatis repurgatores doctrinæ & Doctores Ecclesiæ.* Philippus, Georgius Maior, Lossius.

ET SI Ioannes & Prophetæ à Deo immediate vocati & missi, verbum Deo legitime prædicarunt, & vocatione ordinariæ potestatis non indiguerunt, tamen se sui temporis Ecclesiæ non opposuerunt, & ab ordinaria potestate discessionem nullam aut ipsi fecerunt, aut in aliis probarunt, genúsque doctrinę & ritus in Moysi cathedra probatos & receptos confirmarunt potius, quàm aut labefactarunt aut immutarunt. Male igitur Ioannis & Prophetarum exemplum sequuntur, qui cum vel immediatæ à Deo, vel mediatæ ab Ecclesia vocationis ac missionis suæ testimonium nullum proferre possint, tamen potestati ordinariæ & Ecclesiæ propositis palam resistunt, doctrinámque & ritus Ecclesiæ prorsus immutant, totúmque statum religionis ita perturbant, vt se aduersus Catholicos magistratus rebellare, atque à Deo quidem nec vocatos nec missos esse orbi re ipsa declarent. Qua de re caput nonum plura proponit.

Quales & quantus Ioannes fuerit efficax.

XXVII. *Quod Ioannis acerrimi persecutores fuerint Pharisæi, & qui ad clauum Ecclesiæ Hierosolymitanæ sedebant, eumque cæco furore perrexerint in suis conciliabulis, tanquam hæreticum, & totius patriæ atque antiæ religionis turbatorem damnare: qui & voluerint tum, veluti pestiferum clamatorem, è medio tollere.* Centuriatores.

EN TIBI licentiam plusquam poëticam in historia Euangelica contexẽda. Præclara fuit de Ioãne omnium existimatio, quem & Synagogæ maiores pro Messia sibi contingere cupierunt, in cuius etiam inculpatissimos mores, ne suspicio quidem eorum criminum, quæ hîc illi obiecta dicuntur, cadere potuisse videatur. Plura de his diximus eodẽ nono capite, & reiecimus istorum fictiones & opiniones friuolas, quibus Iudæos contra Ioannem concitatos fuisse fabulantur.

Absentes ex cathedra Ioannis docentis non sunt excommunicati.

XXVIII. *Quod Ioannes Pharisæorum & Sadducæorum peccata ligauerit, nihilque curauerit illorum indignationem aut bruta fulmina.* Centuriatores.

MAGNA istorum est petulãtia, quòd Ioannem accusare nõ vereantur velut seditiosum, qui Christo audacior, se palàm opposuerit legitimis Synagoga magistratibus, eorumque cõtempserit authoritatem à Deo ipso institutam atque confirmatam. Quomodo vero peccata quorundam ligaret, qui nec ad soluendum, nec ad ligandum clauium aceperat potestatem? Quem autem ad finem illi hæc viro sanctissimo tribuant, & quomodo Ioãnis personam sibi imponentes causam Catholicorum per odiosam

odiosam collationem grauẽt, ex eodem capite nono perspicietur.

Quàm multa & magna pertineant ad Ioannis ministerium.

XXIX. *Ioannes nouam inchoauit Ecclesiam, quæ vsque ad finem mundi duratura est, instituit nouam cæremoniam Baptismi, recepit gentes ad societatem Ecclesiæ Dei. Abrogauit legem Mosaycam & cultus Leuitices, aboleuit circumcisionem, & inchoauit vniuersalem vocationem gentiũ. Fuit ministerium eius destinatum non solum inchoationi noui testamenti, verùm etiam manifestæ receptioni gentium ad societatem Ecclesiæ, & repurgationi vniuersæ doctrinæ.* Georgius Maior, Chytræus, Philippus, Lossius & alij.

PLVRA id genus de Ioanne ac eius ministerio temerè ac ridiculè fingi possunt, sed è Scripturis & Patribus probari nunquam possunt. quin pugnãt etiam cum Christi officio & dignitate, quam tantò magis obscurant & deprimunt, quantò Ioannis ministerium amplius illustrare & altiùs attollere student. Solus est Christus, qui filios Dei dispersos in vnum congregat, & nouam ex Iudæis & gẽtibus colligit inchoátque Ecclesiam ad mundi finem vsque duraturam. Solus ipse Baptismum & omnia Ecclesiæ Sacramenta instituit. Solus ad Euangelij consortium per Apostolos recipit gentes, & corpus vniuersæ doctrinæ ad credentium salutẽ repurgat. Solus ipse finis & abrogator legis est Mosaycæ, qui noua facit omnia, sicut partim sexto, partim nono capite pluribus declaratur.

Ioan.11.

XXX. Ioannes terminauit vetus, & orsus est nouum testamentum, de facto & iure abrogans cæremonias Mosaycas, & immutans totius religionis Mosaycę formam, non solum destructor veteris, sed & inchoator noui testamenti. Centuriatores, Georgius Maior, Crucifer.

HIC rursus Ioanni attribuunt, quæ ministerio eius non congruunt, & Christi derogant maiestati, vt qui solus venit veterem legem implere, & nouã condere. Nec in Scripturis vllum apparet vestigiũ, vnde probari possit, Ioannem sibi vendicasse munus Mosaycæ religionis formam vel mutandi, vel abrogandi, quæ nec debebat ante Christi mortem mutari, vel à quoquam aboleri, sicut caput sextum explicat.

De Ioanne seditionem excitante.

XXXI. *Non est dubium, quin Ioannes hac vna voce Ecce agnus Dei, quasi bellicum van inter Pontifices & sacrificulos tantum, sed etiam inter sapientes quosque Iudæos, adeóque in vulgo ipso cecinerit. Quæ concio visa est sapientibus non solum abrogatio ciuilis honestatis, sed etiã detestatio totius Iudaicæ religionis, ac idcirco vox illa Ioanni constitit magno vitæ suæ periculo.* Brentius.

NON isthæc ad historiam Euangelicam, sed ad meram potiùs fabulam spectant, & nec speciẽ quidem veritatis præ se ferunt. Vt enim maximè concedatur, Ioannem hæc pauca verba dixisse palàm in frequenti hominũ cœtu, eáque perfectè ab omnibus intellecta fuisse: tamen prudens nemo dixerit, hinc tantas turbas, quantas Brentio fingere libet, excitatas videri, vt quem omnes velut virum sanctissimum reuerebantur: tantum abest, vt huius etiam vitæ insidiarentur, vtque propter vnam sentẽtiolam adeò sibi de suæ legis ac totius religionis, imò & ciuilis honestatis abrogatione timerent. Vide plura nono capite.

Vtcà Ioanne docerí de agnitione, vt ad remissionem peccatorum nõ sint opera necessaria.

XXXII. *Hoc dicto: Ecce agnus Dei, testatur Ioannes, abrogari satisfactiones, merita bonorum operum, & sine adiumento operum humanorum, peccatorum remissionem parari ac donari victimæ Christi immolatione.* Centuriatores, Caluinus, Marloratus, Brentius.

FALLVNTVR prorsus & fallunt in Ioannis dicto interpretando, qui Christum Dei agnum, & pro peccatis nostris hostiam sic accipi volunt, vt hac ratione fidei opera piorúmque merita & digni pœnitentię fructus excludantur. cùm hæc omnia non aliter nobis in Ecclesia commendentur, & homini salutaria esse credantur, nisi Christi meritis, & cruento eius in cruce sacrificio innitantur. Nec fieri sanè potest, vt idem Christus cum suis meritis nobis causa sit salutis æternæ, nisi volentes, credentes & pœnitentes illũ ipsum nobis applicemus, illius gratiæ cooperemur, & secundum illius spiritum ambulemus, sicut Ioannes & Apostoli tradiderunt.

De Ioanne coniecturalẽ Christi cognitionem habente.

XXXIII. *Quod in Ioanne aliquando fuerit opinio, neque certa, sed infirma, seu coniectura alis cognitio, Iesum verum esse Messiam.* Brentius, Lossius.

ATROCEM Ioanni eiúsque ministerio iniuriã adferunt, qui de tanto viro tàm indignè sentiunt, támque insulsè garriunt. Est enim ille testis omni exceptione maior, habens vtique certam & perfectam, ab omnique dubitatione remotam Christi fidem & cognitionem, quam & aliis fidelissimè tradidit. Est idem Propheta & plusquam Propheta, vt præstantem & absolutam diuinæ veritatis Christiq; maiestatis intelligentiam præ cæteris assecutus videatur, præsertim cum etiam in matris aluo clausus, singularem tùm gratiæ, tum scientię acceperit prærogatiuam. Plura vide ad calcem sexti capitis.

Ioannem de sola fide docuisse.

XXXIIII. *Ioannes docet: Qui credit in filium Dei, habet vitam æternam. Vult igitur homini satis esse, si christo fidat, & illi credat, non Patribus, non Pontifici.* Pellicanus, Melanchthon, Brentius, Marloratus.

DEPRAVANTVR hic penitus verba Ioannis, qui fidem pro fiducia sola nunquam intellexit, & tàm sedulo non solum de fide, sed etiam de pœnitentia & operibus bonis ad salutem necessariis docuit. Decet verò credentes, velut oues morigeras, vocem Christi pastoris audire, siue is per seipsum, siue in Apostolis, patribus & præpositis Ecclesiæ nobis loquatur, suámque voluntatem declaret. Reliqua vide duodecimo capite.

Quales pœnitentiæ fructus Ioannes exigat.

XXXV. *Quod Ioannes docet ac præcepit: Facite fructus dignos pœnitentiæ, id vel ad fidem, vel ad charitatem, vel ad humilitatem, vel ad fructus spiritus, vel ad nouam obedientiam, vel ad opera secundæ tabulæ pertinere, & in hæc fructus pœnitentiæ dignos fieri esse.* Zvvinglius, Pellicanus, Caluinus, Brentius, Philippus, Sarcerius, Centuriatores.

QVI veram de pœnitentia doctrinam desérunt & oppugnant, sicut ostendimus, eos mirum non est de propriis dignisque pœnitentiæ fructibus vel operibus hallucinari. Imperitè verò fructus iustitiæ ac bonorum operum cum veris pœnitẽtiæ fructibus miscent, quos Ioannes perfectæ pœnitentiæ Doctor exegit, quósque paulus cum sollicito timore, cum ira & indignatione contra peccatum, cum æmulatione itidem & vindicta coniunxit. Præterea inter iustorum, vt Ioannis & Pauli, aliorúmque pœnitentium, vt Dauidis post adulterium, & Magdalenæ post integram ad Deum cõuersionem opera non distinguunt, nec intelligunt causam relapsorum, pœnitentiam tamen agentium duriorem esse, quàm iustorum in nouitate vitæ proficientiũ. Atque huc caput vndecimum spectat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannem de operibus moralibus tantū docuisse.

XXXVI. Quod Ioannes de bonis operibus docens, opera moralia tantum proposuerit. Centuriatores.

SVNT opera quædam ad decalogum propriè nō spectantia, in quibus Ioannes seipsum exercuit, atque vt se exercerent alij, tùm verbo, tum opere totáque vita proculdubio commonefecit, sicut eodē capite vndecimo multis confirmatur.

De Ioannis operibus nobis non curandum.

XXXVII. *Quod Ioannis doctrina sit nobis considerāda, de vita vero eius & moribus non adeo curandū.* Lutherus, Schmidelinus.

CONEVTATVS etiam hic error est, qui Euangelistarum proposito aduersatur, quando illi Ioannis vitam & exemplum tàm accuratè describunt, non solùm vt eius doctrinam intelligamus, sed vt eiusdem mores etiam atque virtutes, veluti lucernam quandam ardentem longéque splendentem in Dei domo intueamur, sedulóque imitemur: neque minus operibus, quàm fide, tùm patris Abrahæ filij, tum Ioannis perfecti in fide & veritate doctoris discipuli pro nostra virili esse studeamus. Qua de re caput vndecimum in fine pluribus disserit.

Ioannis exēplum non fecit monachis.

XXXVIII. *Ioannes vt personali vocationi obsequeretur, secessit in desertum, & ibi in desertis vbibus habitauit, vitamque non solum à ciuili consuetudine alienam, sed & longe omnium asperrimam transegit. Sed hoc exemplum trahendum non est ad monasticam vitam.* Brentius, Bucerus, Centuriatores.

Quemadmodum Ioannis victus ac vestitus, totiúsque vitæ eius disciplina in eremo peculiaris, licet mandatum Dei non haberet, tamen ob personalem, vt vocant, vocationem ac diuini spiritus afflatum, qui huc illum impellebat, laudari ac defendi meretur: ita certè ob eandem causam reprehendi non debet, sed commendatione dignum est institutum Antonij Hilarionis, Benedicti ac aliorū piorum, qui vitam sibi asperiorem siue insolitudine, siue in monasteriis Spiritu sancto authore delegerunt, & adhuc deligunt. Constat enim eiusmodi Ioannis velut discipulos esse, qui post illum omnibus ferè seculis vitā vel eremiticam, vel monasticam consectantur, ritéque transigere studeant. Vnde patres Ioannem, sicut diximus, monachorū ducem ac principē, eremitarúmque principium vocant. Ea de re plura secundo capite ac iterum vndecimo leguntur.

De schola & discipulis Ioannis.

XXXIX. *Quod Ioannes more Prophetarum penes se aluerit scholam, tanquam seminarium Doctorum veræ Ecclesiæ, quódque discipuli eius iuuerint Euangelij propagationem.* Centuriatores.

DE schola Ioannis & prophetarum longè alia est ratio, quàm somniant nouatores, qui suas scholas, non dicam quales, monasteriis etiam optimè constitutis, superbè anteponunt. Habuit Ioannes vtique discipulos, non ad tractandas quidem artes & literas, sed ad ieiunationes & precationes sæpè multúmque exercitandas. Neque constat, prædicationem Euangelij ab his discipulis propagatam esse: imò ex Euangelicis literis probant Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, eos ipsos pharisæorum potius, quàm Christi fauisse partibus, rei autē Euangelicæ successum molestè tulisse, & contra Christum eiúsque discipulos murmurasse, demùm ex liuore quodam atque ambitiosè itidem contendisse, vt hinc eos Christus hac sententia percuteret: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Nec obscure Scriptura prodit, eos de Messia dubitasse, & Spiritum sanctum ignorasse. Matth. 11. Luc. 7. Ioan. 3. Act. 19.

Ioannem docendi modestiæ dantem alijs maiorē esse.

XL. *Quod Christi testimonio inter natos mulierū maior Ioanne Baptista non fuerit, id propter officium seu ministerium Euangelicum, vel ob prophetandi eundemiam dici, nec ad vitæ sanctimoniam pertinere.* Bullingerus, Bucerus, Caluinus, Centuriatores.

Proposita Christi sententia non solum prophetiæ dignitatem, & in docendo præstantiam summā Ioanni astruit, verùm etiam illius personæ sanctitatem & virtutum amplitudinem, qua reliquis præstabat, secundum patrum interpretationem ostendit. Vnde Ioannem vitæ innocentia & virtutis perfectione nemine minorem rectè censeri, decimo capite probauimus.

De imperfectione vitæ Ioannis.

XLI. *Imperfectio vitæ Ioannis indicatur, cumipse de Christo ita testatur: Cuius ego non sum dignus, vt soluam corrigiam calceamenti.* Centuriatores.

HIS verbis maior quidem perfectio, quàm imperfectio viri sanctissimi designatur, qui cùm talis ac tantus esset, sese infimum statuit, séque maiorē in modum deiecit, velut ad ministerium Christo vilissimum exhibendum esset indignus. Quin & Angeli se ad Deo ministrandum indignos, quantúuis interim perfecti maneant, possunt pronūciare, si suæ quidem naturæ sine gratia cōsideratæ statum intueantur, séque cum illo æterno bono & inexplicabili maiestate conferant, in cuius comparatione cuncta velut pro nihilo reputantur. Excussum etiam hoc est capite decimo.

Ioannem in carcere Dei & peccatorum iudicium ignorasse.

XLII. *In afflictionibus Ioannis (dum in carcere constitutus est) ostendi seriam iram Dei aduersus peccatum, adhuc necesse habuit, crucem sustollere & affligi, atque sic cogitare: O Domine Deus, si tu velles de me secundum iustitiam legis tuæ iudicare, nō sufficeret hic carcer & squalor eius, sed necesse haberem conuici in perpetuum carcere inferni.* Brentius.

HOC verò nihil est aliud, quàm innocentissimi sanctissimíque viri, quem à peccatis purum patres affirmant, vitam suspectam, & nescio quibus peccatis obnoxiam reddere. Is verò quum optime sibi conscius esset, Herodis persecutionem, & carceris incōmoda, cæterásque afflictiones forti hauddubiè & constanti animo pertulit, atque ita vixit, vt moriturus opus non haberet vel Dei iram, vel meritas peccatorum pœnas extimescere. Multis autem expositum, quomodo Ioānes in carcere & sub mortem fuerit affectus, & quibus de causis viri sancti in hac vita citra noxam vexentur & affligantur.

Ioannes nihil plus habuit in carcere quàm quæ piis cantiuis plerique.

XLIII. *Ioannem, quod ad cæleste præmium attinet, nihilo plus accipere, quàm Zacheum, mulierem peccatricem, aut Lazarum.* Georgius Maior, Sarcerius, & alij.

Iniqua prorsus, & à verbo Dei aliena est isthæc comparatio: nec dubitare fas est, quin vir tantopere à Christo ipso commendatus, alios minus innocētes ac iustos non solùm in terris, sed etiam in cælis antecellat. Quòd autem sanctorum & merita & præmia sint prorsus inæqualia, quódque Ioannes singularem obtineat gratiæ gloriæque prærogatiuā, decimum caput satis explanat.

Sed iam finis sit flosculorum, quos ex amplissimo campo, & immenso aceruo à nouatoribus congesto decerpsimus, multa interim alia prætermittentes, quæ illi de nostro Ioanne vt pessime confinxerunt.

xerunt, sic etiam vanissimè simul & impudentissime literis prodiderunt. Nunc summatim indicabimus, quid Centuriatores, Euangelicæ scilicet historiæ fidi Scriptores, præter pleraque iam antè citata, de hoc tam celebri viro, sanctissimóque Propheta sparsim fabulentur. Vtar autem propriis illorum verbis, ne quid de meo videar assumere, vel rem mala fide narrare, aut, vt illi solent, in amplificando & extenuando modum excedere. Sic igitur de illo narrant.

Quid præterea Centuriatores de Ioanne fabulentur.

XLIIII. Ioannis parentes summa pietate ac diligentia tenellum etiam puerum erudierunt & exercuerunt, neque mediocriter eius ingenio & profectu delectati sunt. Postea paulatim ad intelligenda vaticinia Prophetarum eum instruxerunt. Facile autem tantum ingenium, gubernatorem habens Spiritum sanctum, omnes alios coætaneos in studiis suis superauit, & admirationem sui peperit. Ritus Mosaycos amauit, atque doctiores enarratores sacrarum literarū proculdubio annis atque iudicio confirmatus, attente audiuit, ac genuinam verbi diuini sententiam scrutatus est. Familiaritatem habuit cum sanctissimis hominibus præter parentes suos, Iosepho, Maria, ipsoque Christo. Didicerat ex piis parentibus, ex Maria & alijs pietati sinceriori deditis, sese precursorem fore Messiæ. Deinde vbi in Prophetarum libris versari ipsemet potuit, sedulo plura est scrutatus: ac Spiritu sancto lucem præbente, res maximas solerti ingenio considerauit. Reuelationes diuinas plures habuit, quàm proditæ sint. Opinionem de iustitia operum acriter taxauit, iram Dei ac pœnas æternas Pharisæis propterea certo denuncians. Arduas quæstiones, quales tum temporis plurimæ mouebantur, maxima dexteritate iudicij discernebat. Certamina sustinuit maxima & acerrima. Sæpè enim cum Pharisæis & Sadducæis luctatus est, præsertim cum doctrinæ genus, quod profitebatur, videretur esse nouum & horridum: & nouam religionis formam extrueret, cùm tamen Moysi non putaretur esse par. Offendebantur magnopere omnes, decorem atque splendorem veteris status ac tranquillitatem amantes, quod omnia videretur demoliri, idque sine expressa, vt putabant, vocatione. Non exiguos habuit labores in aula Herodis, vbi regis tetrum factum acriter taxauit, & iram Dei annunciauit, nisi ageret pœnitentiam. Id vero videbatur crimen læsæ maiestatis, labefactatio existimationis regiæ, conatus seditiosi. Proculdubio & alia peccata, quæ in aulis plerunque vagantur, reprehendit: quæ res, sicut alias semper, ita hic quoque admodum ingrata fuit. Erat egregius doctrinæ repurgator, quæ à Doctoribus Hierosolymitanis horribiliter obscurabatur & corrumpebatur. Deinde à templo Hierosolymitano & Synagogis Iudæorum palàm & publice discedebat, & in regionibus prope Iordanem positis, nouos congressus, non quidem alligatos loco faciebat, reipsa abrogans totum religionis statum à Moyse institutum: finiens vmbras omnes in lege propositas, & inchoans nouam religionis formam temporis Messiæ conuenientem. Persecutores Ioannis acerrimi primi erant Pharisæi, & qui ad clauum ecclesiæ Hierosolymitanæ sedebant. Colligebant aduersus illum hæc crimina tanquam atrocissima, quod ministerium docendi priuata temeritate, sine voluntate eorum, quibus Ecclesia Dei erat commissa, vsurparet: doctrinam nouam & alienam ab vsitata atque recepta in Synagogis traderet: moestraret Messiam talem, qui nihil regij præ se ferret, humilem tantum, pauperem & morituram: argueret summos Ecclesiæ gubernatores, quod cælestem doctrinam ac veros Dei cultus fœde corrupissent, populúmque non rectè erudirent: adhiberet summam verborum acerbitatem, & quasi excommunicationis fulmina in ipsos coniceret. Ita cæco furore pergebant in suis conciliabulis Ioannem Baptistam tanquam hereticū, & totius patriæ atque auitæ religionis a Deo præscriptę & confirmatæ turbatorem damnare. Nec deerat ipsis voluntas, sed facultas Ioannem trucidandi. Tantum igitur odio, criminatione & damnatione apud suos eum infectabantur, intenti tamen interea in alias suas occasiones, quibus & vitam eius inuadere, & tam pestiferum clamatorem, vt ipsi sibi persuaserant, e medio tollere possent. Congredimur igitur sæpe cum eo, atrociter expostulantes, cum sine peculiari mandato in hanc vocationem irrupisse. Verum talibus responsis à Ioanne dimittantur, vt audita veritate, & patefactis suis propriis erroribus, cum summo dedecore & cōscientia læsa domum redire cogerentur.

Præceptores Ioannis & studia.

Familiaritas Ioannis cum Iosepho, Maria & Christo puero.

Habuit Ioannes reuelationes.

Quid Ioanni rei fuerit cum magistratibus Synagogæ.

Quam infensos hostes Ioannes habuerit apud Iudæos.

HAEC sit satis è multis, quæ missa nunc facimus, ex prima Centuria transcripsisse. Et quò plura huius generis commenta eodem in opere conglomerantur, eò certiùs vident ac deprehendunt omnes, bis peccare grauiter Centuriatores. primū quidem, quòd quam ipsi legem cunctis præscribūt, eam vix minimo quidem digito attingere studeant, nequid videlicet verbo Dei temerè adiungatur: ipsi autem historiis Euangelicis, quicquid libuerit, sine vllo timore apponunt atque indecore commiscēt. Deinde verò, quod cōtra officium historiographorū de Ioanne pleraque narrent, quæ nec vera sunt, nec verisimilia prudentibus videri possunt, & solum ex fallacibus merisque cōiecturis frigide hauriuntur, sed & studioſe in hunc finem confinguntur, si libere dicendum est, vt Ioannes cum suo ministerio male Catholicus, & quasi semi hæreticus, aut falsò Euangelicus esse Doctor imperitis saltem lectoribus videatur. Æquum autem erat sane, meliore fide, maioréque religione historiam non dico sacram, sed & Euāgelicam tractari ab his, qui summam in hoc opere sinceritatem pollicentur, quíque in iudicandis aliis authoribus, quantumuis vetustis & receptis, supra modum rigidi & nasuti iniquíque solent esse censores. Quàm sunt demum vana, quæ isti colligunt crimina, & à Iudaicis magistratibus tanquam atrocissima fingunt obiecta esse Ioanni? Quando autem obiecta? opinor græcis, vt aiunt, calendis. Iam quæ de Ioannis pueritia & Herodis aula memorant, ex fabulis & nugis, vt alia pleraque, conflata sunt. Profectò tantum isti licentiæ sibi sumunt & vsurpant in sacra historia proponēda, quantum boni Poëtæ in scribendis huius argumenti Comœdiis & Tragœdiis vix sibi permitterent, aliisque permittendum putarent. Cur nos igitur in istis fabellis & fictis narrationibus reiiciendis diutius immoremur, & oleum, vt aiunt, operámque perdamus? Breuiter, tàm facilè isthæc commenta refutantur à Catholicis, quàm temere ac leuiter ab istis verbi diuini prophanatoribus ac ludificatoribus asseruntur.

Centuriatores à verbo dei licenter discedere, & in historia Euangelica scribenda fide mala versari.

Quid Ioāni obtigerit in aula Herodis.

Palam & publicè discedit a Synagoga.

Quid Ioannes egerit in suo ministerio.

Ioannis persecutores

Quæ Ioanni obiecta sint crimina.

CAPVT XIIII.

Refutatio illorum, quæ de sepultura, reliquiis, miraculis & inuocatione Ioannis Baptistæ à Magdeburgensibus obiiciuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBVIT Centuriatoribus, Sacratissimum prophetam Ioãnem non solùm in his, quæ de illo diuina Scriptura prodidit, verùm etiam in aliis, quæ ad illius laudem & gloriam in Ecclesiasticis exant historiis, indignè tractare, ac velut atro vt inquiunt, carbone notare. Potissimum verò illis desipiunt & sordent omnia, quæ de Ioanne post mortem præclare gesta, adeóque miraculis quibusdam diuinitus, ad illius honorem edita, vel à piis obseruata veteres annotarunt. Sed antequàm istorum cauillationibus respondeamus, hoc obiter ex [a] Iosepho, [b] Eusebio [c] Hieronymo & [d] Beda repetemus, Ioannem in arce Macherunte ab Herode Rege captum, & suasu Hierodiadis capite obtruncatum fuisse. Tum ex [c] Marco constat, discipulos Ioannis post auditam crudelem magistri necem, illuc ad sepeliendum eius corpus accessisse. [f] Nicephorus corpus hoc sacrum ab illis cumveneratione solenni furtim sublatum, & in celebri quodã loco tertæ mandatum esse confirmat. Et magno certè miraculo tribuendum est, quòd huius nefariæ cædis autores Herodes & Herodias adultera, incestáque huius filia diuina vltione exagitati, sceleris pœnas graues iustásque persoluerint, quemadmodum idé Nicephorus ex Iosepho & aliis antiquioribus recitat. Sed & illud miraculi loco æstimari potest, quod sacra Ioannis ossa mirabiliter semper custodierit Deus, primùm quidem apud Sebasten Palestinæ ciuitatem, vt etiam meminit Hieronymus, deinde apud Hierosolymam: vnde porrò Alexandriam per Iulianum Diaconum magno Athanasio missa, & apud Theophilum eiusdem postea successorem asseruata fuerunt, sicut & Rufinus Theophili familiaris affirmat. Rursus quis non miraculo tribuat, quod sub apostata Iuliano, sæuientibus in sacras ædes paganis, cum ossa veneranda igni tradi, & cineres Ioannis dispergi iuberentur, per quosdam pios viros reliquiæ sanctæ conseruatæ, & in Alexandrinæ Ecclesiæ sacrario reconditæ manserint? Accessit postea senior Theodosius, cui hoc præclarum depositum videtur diuinitus reseruatum fuisse, vt qui peculiari honore Ioannẽ semper est prosecutus, & ad eius memoriã laudémque templum in loco qui Hebdomum dicitur, & amplissimum, & pulcherrimum, vt Zozomenus notauit, iuxta Constantinopolim ædificauit. Cui rei causam præbuit caput Ioannis Baptistæ, omne precium superans, vt Nicephorus inquit, quod à Hierosolymis in Ciliciam translatum, & à Macedonianis ad tempus sub Valente asseruatum, Theodosio tandem felicissimè cessit. Hinc testatur Prosper, quem sequitur & Sigebertus: Theodosius venerabile Ioannis Baptistæ caput ex vico Coslai Constãtinopolim deportans, septimo ab vrbe lapide, in basilica quam magno sumptu in eius honorem erexerat, recondidit.] Prætermitto miraculum, quod à Sozomeno narratur accidisse Valéti, qui Arianus Imperator fuit, & sacrum hoc caput Constantinopolim transferre, diuino nutu impeditus, minimè potuit. Nec dicam de Palladio, qui fuit æqualis Hieronymi, palámque testatur, ad Ioãnis reliquias paralyticum, & eum energumenum, sanitati pristinæ restitutum fuisse. Omitto id genus reliqua, quæ apud [g] Theodoretum, [h] Gregorium Turonensem, [i] Adonem Treuirensem, [k] Simonem Metaphrastẽ & alios non contemnendos authores legimus miracula, quibus præcursorem suum post mortem Christus voluit cohonestare, & Ecclesiæ suę passim illustriorem reddere.

a Lib. 18. antiquitatum Iudaic. capit. 10.
b Eccles. histor. lib. 1. cap. 11.
c In 14. cap. Matth.
d Homil. de decollat. Ioannis & in Matth.
e Marc. 6.
f. Eccles. hist. lib. 1. cap. 19.
Miracula notatu digna circa corpus Ioannis Baptistæ mortuũ.
Ibid. cap. 20.
In Epitaphio Paulæ.
Lib. 2. sue histor. cap. 28
Theodosius Ioannem singulari est honore prosecutus.
Lib. 7 hist. Ecclesiast. cap. 21.
Lib. 12. cap. 43.
In Chronicis.
Vbi supra.
In Lausiaco historia.

CAETERVM hanc Ioanni gloriam inuident Centuriatores, qui tàm illustria veterum testimonia, cæteráque miracula, quibus Ioannem nobis commendat Deus, vel dissimulant prorsus, vt ne attingant quidem, vel de illis ita contemptim loquuntur, vt nonnunquam ea penitus damnent, ac pro superstitiosis quibusdam nugis velint existimari. Quod vt illorum verbis fiat euidẽtius, è Centuriis quædam huc repetemus, simúlque in lectoris gratiam expendemus, vt rectius de istorum ingenio & fraude iudicetur. Scribunt igitur in hunc modum: *Hieronymus in Epitaphio Paulæ matris ait, Sepulchrum Baptistæ Sebastæ, quæ olim Samariæ dicta fuit, extitisse. An verò discipulis tam procul, nempe Macherunte Samariam vsque vbi & Iordanis fruit transeundus, & aliquot porro miliaria, licuerit exuuias Ioannis portare, Herodiade adhuc fremente, & Herode populum metuente, oh recens interemptum tam præstantem Prophẽtam prudens lector iudicet.* Vbi rectè quidem ex Hieronymo confirmant, Baptistæ sepulchrum Sebastæ fuisse, sed fraudem subolet, quod statim in dubium reuocare conantur, an vera sit isthæc Hieronymi sententia. Adferunt enim suam coniecturam, eámque frigidã satis, qua lectori persuadere student, probabilius esse, contra id quod scripsit Hieronymus, Ioannis beatum corpus à discipulis tam procul non deportatum, ac neque Sebastæ quidem conditum videri. Qua ratione an isti quæso totam narrationem de Ioannis apud Sebasten sepultura suspectam non faciunt? cui tamen tàm præclara miracula, quæ posteà recensebimus, Hieronymus annectit. Neque possunt interim diffiteri, non solùm Hieronymum, verùm etiam [a] Theodoretum, [b] Rufinum, [c] Bedã, [d] Isidorum, [e] Adonem, [f] Theophylactum aliósque plures authores de hac Baptistæ sepultura diserte testari. Quàm verò sit vanum ac friuolum istorum studium in Hieronymo oppugnando, vel inde perspici potest, quòd is non dixerit, Ioannis corpus à discipulis Sebasten deportatum, primúmque sepultum fuisse (etsi hoc fieri potuisse non sit improbabile, præsertim si corpus furtim sublatum, vt autor est [g] Nicephorus, in celebri loco recondendum curarunt:) sed hoc solum affirmat, apud Sebasten, quę in honorem Augusti ab Herode Græco sermone Σεβαστὴ, hoc est, Augusta est nominata, sitos esse Prophetas Elizæum, Abdiam & quo maior inter natos mulierum non fuit, Ioannem Baptistam. Atque vt de hoc Hieronymi testimonio minus dubitemus, pluribus aliis in locis eandem de Ioannis sepulchro veritatem idem ipse comprobat euidenter. Nam in Michæam scribens: Erat, inquit, Samaria in montibus sita, vbi nunc Sebaste est, in qua & Ioannis Baptistæ ossa sunt condita.] Et Abdiam explanans: Sepulchrum eius, inquit, vsque hodie cum mausolæo Elisæi Prophetæ & Baptistæ Ioannis in Sebaste venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur.] Tùm in epistola, quæ Marcellã ad petendam Palestinam inuitat, Ioannis Baptistæ cineres non solùm eo tempore in Samaria conseruatos, sed etiam à fidelibus adoratos fuisse cõmonstrat.

g In historia sanctorum Patrum.
h Lib. septimam mart. cap. 2.
i In Chronic.
k De exposit. prophetiæ manass.
Centuriatores quamuis tradicus Ioannis miracula detrectent.
Cent. 1. lib. 2. ca. 3. pag. 33.
Cent. 1. lib. 3. cap. 3. pag. 28.
Quid sentiãt Centuriatores de Ioãnis reliquiis.
Centuriatores in dubium vocant, quæ contra hanc fidem.
a Ecclesiast. hist. lib. 5. cap. 5.
b Lib. 2. de Mirac. Ioannis Apost. cap. 25.
c De mort. Apost. cap. 39.
d Lib. 2. de locis sanctis.
e Lib. 2. de Mirac. Ioannis Apost. cap. 25.
f In Matth. 14.
g Eccles. hist. lib. 11. cap. 20.
Hieronymus, Rufinus, Beda, Isidorus, Adon, Theophylactus, Nicephorus.

strat. Vt hinc etiam liquidò pateat, locum qui sacra Ioannis ossa tenebat, apud Sebasten ætate Hieronymi celebrem, & Christianis eò aduentantibus venerationi fuisse. Quæ causa fortasse Paulã Romanam impulit, vt libentius illuc accederet, simúlque miracula, quæ illic Deus maxima ostendebat, vt posteà dicemus, oculis intueretur. Pergunt autem prioribus hæc quoque subiicere: *Narrat Socrates libro secundo capite vigesimo octauo* (vbi pro Socrate Rufinum citare debebant) *& Theodoretus libro tertio capite sexto: Paganos tempore Iuliani, Ioannis sepulchrum furiose aperuisse, ossaque disperssa, posteà recollecta cremasse, ac cinerem late dispersisse: quædam tamen a nonnullis lecta, & Alexandriam Athanasio transmissa esse. Addit & Sozomenus libro septimo, capite vigesimo primo, quædam prodigiosa de capitis Ioannis inuentione, & trãslatione per Imperatorem Valentem Constantinopolim. Habetur & in Cypriani operibus quidam de inuentione capitis liber, sed quem nemo sanus Cypriano tribuerit. Cum autem istæ omnia superstitionem sapiant, relinquamus ea, præsertim cum Euangelistæ Spiritu sancto procul dubio gubernati ne locum quidem indicare voluerint vbi Baptista terræ sit mandatus, quasi obuiam ituri superstitioni, quæ posteæ in Ecclesiam Christi irrupit.*

Centuriatores fidem abrogare. Rudes historiis de Baptistæ reliquiis facetis.

HAEC illi ad omnem venerandæ antiquitatis fidem & authoritatem eleuandam, planéque opprimendam audent deprimere, huc maximè contendentes, nihil vt præclari de sepultura, reliquiis, miraculisque Ioannis totus orbis aut credat, aut cogitet. Quare tàm petulanter illis obtrectant authoribus, qui de his rebus præclara testantur, & ingrati homines non verentur eos vanitatis insimulare, quos vident & vetustiores, & probatiores rerum in Ecclesia gestarum esse scriptores: quorum præterea fide ac opera in suis Centuriis ipsi frequenter vtuntur, ac velint nolint, vti sæpè coguntur. Multò autem est id impudentius, quòd ad horrendum superstitionis crimen ea torquent loca, quæ graues piique scriptores de rebus Ioãnis post mortem gestis bona fide, nec minus vtiliter ac piè tradiderunt, & de quibus nullam illis tot seculis controuersiam mouit quisquam, cum apud omnes bonos in confesso semper fuerit, hæc aliáque id genus miranda, quę per Sanctos suos Deus plurimis in locis operatur, ad ædificationem Ecclesiæ, multorúmque consolationem pertinere. Verùm enimuerò, quoniam isti cum Sanctorum hostibus apertè conspirant, & totius Ecclesiæ calculo damnatum hæresiarcham Vigilantium non modò laudare, sed etiam ab inferis quodammodo in vitam reuocare contendunt, cultúmque omnem, qui Sanctis in Ecclesia solet exhiberi, abrogatum cupiunt, non possunt non respuere nauseabundi, quicquid apud veteres de nostro Baptista legunt, quod ad illum quidem piè colendum honorandúmque momenti aliquid adferre videatur. Nam Ecclesiæ odio impediti aut nequeunt, aut nolunt intelligere, ad diuini nominis gloriam illustrandam, & ad Christianæ vocationis gratiam in nobis augendam illud quoque conferre, cùm Deus in Sanctis suis peculiariter honoratur à nobis, ac gloriosus & mirabilis in amicis illis lectissimis vbique gentium prędicatur. Sed ad ipsam rem propiùs.

Cent. 4. cap. 3. pag. 602.
Fides historię de Ioãnis reliquiis non pendet ex actatis qui tribuitur Cypriano.
De translatione capitis Ioannis miraculosa.
Eccles. hist. lib. 7. cap. 21.
De nativit. 7. Machab. homil. 7.
Falso Centuriatores referunt ad superstitionem, quę de Ioãnis reliquiis scribuntur & leguntur.
Seymo. de Nazario & Celso.
Quomodo reliquię Sanctorum in ecclesia honorentur veteris sententia.
Veteres apertè confirmant vsum ecclesiæ Sanctos & eorum reliquias honorandi.

NIHIL hic digladiabimur de tractatu, qui inter opera Cypriani de inuentione capitis Ioannis Baptistæ passim circumfertur. Cuiuscunque tandé sit authoris ille liber, minimè quidem nouus est, & cum aliis indubitatæ fidei authoribus in eo consentit, tanti Prophetæ reliquias, quæ semper in Ecclesia summo in honore habitæ sunt, ex Sebaste Alexandriã translatas fuisse, sicut ex Rufino & Theodoreto ipsi quoque aduersarij probari posse animaduerterunt. Nihil autem prodigiosum in eo est, vt ipsi volunt, quod Sozomenus retulit de capitis Ioannis inuentione simul & translatione, quæ vel inuitis istis miraculum exhibuit sæpé. Illud planè falsum est, quod subiungunt, apud Sozomenum legi de huius capitis translatione, quæ per Imperatorem Valentem Constantinopolim facta sit. Memorat ille quidem, Valentem iussisse, vt repertum hoc caput, quod Herodias ab Herode tetrarcha petierat, Constantinopolim transferretur: adiungit autem eum mutasse posteà sententiam, & caput idé in Cosilai pago depositum fuisse, cum agnosceret rem nõ sine miraculo ac numine diuino geri, vt muli vehiculum trahentes, quantumuis flagris incitarentur, ita illic substiterint, vt impelli mouerique non potuerint ad progressionẽ. Igitur, vt & antè diximus, quòd Valens efficere non potuit, seniori Theodosio concessit Deus, vt is thecam, in qua venerandũ iacebat caput, purpura inuolutam acciperet, ac reuersus ante vrbem Constantinopolitanam condere in loco, quem Hebdomon vocant, vbi templum amplissimum pulcherrimúmque ædificauit, de quo postea locus erit iterum differendi.

NVNQVAM verò isti, quamuis arguti & solertes sibi videantur, prudentibus persuadebunt, superstitionis notam in eos cadere, qui de Ioannis reliquiis & miraculis aliquid memoriæ prodiderunt, vel nunc etiam præclarè sentiunt. Oblatrent hic Ecclesiæ veteres nouique Vigilantiani, quantum libuerit: expedita est & præclara hæc Ambrosij responsio: Si dicas mihi, quid honoras in carne iam resolutæ atque consumpta, de qua nulla iam Deo cura est? honoro in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices: honoro viuentis memoriam perennitate virtutis: honoro in cineribus semina æternitatis: honoro corpus, quod mihi Dominum meum ostendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerẽtur & dæmones, quod & afflixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro? honoro itaque corpus, quod Christus honorauit in gladio, quod cũ Christo regnabit in cælo.] An verò idem sensus, eadémque doctrina non fuit Chrysostomi, cũ tàm disertè diceret: Non attendas cinerem Sanctorum corporum, nec fauillam reliquiarum earnis, omniáque ossa consumpta temporibus: sed aperi oculos fidei, & vide hos diuina virtute & gratia Spiritus sancti amictos, & diuini numinis claritate radiantes.] Eadem planè & nostra, imò & Ecclesiæ, est confessio, quæ rite perpensa, summam istorum arguit impudentiam. Etenim non secus quàm si Christiana fide nunquam initiati essent, de Sanctorũ reliquiis nihil prælari credunt, impiéque loquuntur, & omnem earum venerationem superstitionem interpretantur: cùm alioquin partim fides nostra in vnũ Deum, partim spes nostræ in carne resuscitationis hinc plurimùm corroboretur. Facessat igitur terra & Christianis hominibus semper indigna superstitio, quam isti frustra metuunt adductis modò

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptoribus, & non sine summa iniuria in Christi sponsam Ecclesiam audent transfundere. Verùm non est huius loci, de Sanctorum reliquiis & cultu ex instituto tractare, quod multi quidem cum laude præstiterunt, illúdque conuicerunt, citrà omnẽ diuini cultus & honoris iniuriam, Sanctos ab Ecclesia conuenienter coli atque honorari. Qua de re docent [a] Basilius, [b] Chrysostomus & [c] Augustinus: meminerunt etiam [d] Cyrillus Hierosolymitanus & [e] Gregorius Nazianzenus: præcipuè verò in hoc conflictus genere decertauit & de hoste Vigilátio, istorum omnium principe atque patrono triumphauit [f] Hieronymus. Quid verò aduersarij sua tergiuersatione aliud demum efficiunt & assequuntur, nisi quod non solùm Vigilantianis, sed & Arianis impiis egregiè sese conformen, quos olim in odiũ Catholicorum constat de Sanctorum honoribus palàm detraxisse, & eorum quoque miraculis nequiter inuidisse? Ac de Arianis quidem sic ab [g] Ambrosio traditur: Ariani, inquit, negant Martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitẽtur. Sed hoc non mirum: siquidem tanta est incredulorum perfidia, vt tolerabilior sit diaboli confessio.] Et paulò pòst: Ariani dicunt: Non sunt isti Martyres, nec torquere diabolum possunt, nec aliquem liberare: cum tormenta dæmonum ipsorum voce probentur, & beneficia Martyrum, remediis cœcorum & absolutorum iudiciis declarentur.] Alibi verò idem Catholicos ita compellat: Cognouistis, imò vidistis ipsi multos à dæmoniis purgatos, plurimos etiam, vbi vestem Sanctorum manibus contigerunt, quibus laborabant, debilitatibus absolutos: reparata vetusti temporis miracula, quo se per aduentum Domini Iesu gratia in terris maior infuderat, vmbra quadam Sanctorum corporum plerosque sanatos cernitis.] Et paulò post: Gratias tibi Domine Iesu, quòd tales nobis sanctorum Martyrum spiritus excitasti, hoc potissimum tempore, quo Ecclesia tua præsidia maiora desiderat.]

An vero frigida & ridicula coniectura non est, quod postremò adferunt, Euangelistas de loco sepulturæ Ioannis propterea nihil indicasse, vt obuiã irent superstitioni, quàm postea dicũt in Ecclesiam irrupisse? Abutuntur hic etiam nomine superstitionis, quod ad Sanctorum cultum tot seculis receptum & probatum in Ecclesia sceleratè detorquent: ac se propemodum solos cum Vigilantianis videri postulant religiosos. Certè quod ad Euangelistas attinet, qui multa breuiter attingunt magis quàm explicant, ab eorum consilio & mente fuit hoc prorsus alienum, vt suo silentio Ecclesiã coarguerent, & Vigilantianos defenderent: vtque communem Patrum sententiam, atque Christiani populi pietatem, quæ in Sanctorum cultu tot seculis exercetur, tanquam superstitiosam condemnarent. Nam de priuatis hominum vitiis, & prauis quorũdam affectibus, qui non solum in Sanctorum, sed in diuino etiam cultu facilè peccant, nullus nunc sermo est: adeóque stultum sit eos vel excusare, vel defendere, qui re bona contra Ecclesiæ institutum vtuntur malè, quiue ad Dei iniuriã, vel ad sui perniciem Catholicæ pietatis studium ritúsque conuertunt. Aliud est nimirum quod docet, aliud quod inuita sustinet Ecclesia: quemadmodum aliud disciplina Christianorum, aliud verò infirmorum error est.

[a] Homilia in Sanctos 40. Martyres & in Mamantem. [b] Homil in Babylam. mar. Item in Inuentionem S. Maximi, & ad popul. Antiochen. Hom. 66. & alias passim. [c] De ciuit. Dei lib. 22. cap. 8. circa. Item, de cura pro mortuis cap. 15. 16. & 17. & contra Faust. li. 20. ca. 21. Epist. 89.

Ariani quoque Sanctis & eorum miraculis olim contradixerunt. [d] Catechesi mystag. 5. [e] Orat. 19. que est in Cyprianum, & 25. in Athanasium. Item monodia in Basilium.

[f] Lib. aduers. Vigilãtium, & Epist. ad Riparium.

[g] Ser. 91. de inuentione Gerualsij & Protha sij.

De Martyrũ reliquiis & Miraculis.

Cur Euangelistæ tacuerint de sepultura Ioannis.

Abusus quorundam non debet esse tãi vt verus Sanctorum cultus damnetur vel aboleatur.

A SED malè istos habet, cùm de Sanctis aliis, tùm de Ioanne Baptista, quædam miracula prædicari. At iustè quidem hinc offendi nemo queat, qui rectè cogitat secum, ita summo Deo visum esse, vt Sanctos suos non solùm in hac vita, sed post mortem etiam sæpè cohonestet, miraculísque eosdem sibi gratos ac mortalibus vtiles esse commonstret: miraculis, inquam, quæ per illos ad nostram vtilitatem efficit, etsi mundus nulla vel ratione, vel sapientia, tàm stupenda Dei opera perfectè cõsequi possit. Manet interim immotum & fixum, quod ab Augustino præclarè scriptum est: Faciunt ista miracula Martyres, vel potius Deus, vel orantibus, vel cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, qua eos non Deos esse nostros, sed vnum Deum nobiscum habere credamus.] An verò huiusmodi miraculorum in sacris literis nulla prorsus sit mentio? Nota est de propheta Eliæo historia, qui verè, vt Syrach testatur, in morte mirabilia est operatus. Vbi quippè corpus eius in terra conditum iacebat, alius quidam defunctus in eodem sepulchro positus, ex sacri corporis eius contactu vim tantam persensit, vt è vestigio mortem cum vita commutarit, & è sepulchro viuus sanúsque prodierit. Qua de re sic etiam scribit Cyrillus Hierosolymitanus: Eliæus excitat post mortem in sepulchro mortuum corpus, vt demonstretur, quòd absente etiam anima, ineft virtus quædam corporibus Sanctorum.] Et Epiphanius refert de Propheta Hieremia, quòd per illum, quamuis defunctum, iuuerit Deus Ægyptiacos, idque multis & præclaris experimentis ad suam vsque ætatem esse compertum. Memorat & Ezechielem Prophetam, in edendis miraculis post mortem in terra Spyriorum, vbi sepulcus iacet, claruisse. Multique, inquit, ad monumentum eius confluunt ad precationem & obsequium.] Testatur etiam de sepulchro Esaiæ prophetæ, quòd insigni miraculo Deus cohonestarit, illúdque ad suum vsque tẽpus durasse confirmat.

Solus igitur non modò Propheta, sed plus quàm Propheta Ioannes inglorius erit? Mors eius in conspectu Domini non preciosa: sepultura eius nõ memorabilis, sed neglecta & semper abiecta iacebit? Et corpus illud, cum viueret, spiritui expedite subiectum, virtuti semper deditum, nullo dignum honore apparebit? Denique ossa tàm electi organi, in quo Christi gratia inde ab vtero matris cumulatè regnabat, ad nullorum mortalium commodum diuina virtute cohonestata fuisse credemus? Ex Scriptura diuina [a] probat Chrysostomus, [b] prophetam Dauidem secundum carnem mortuum, in spiritu vere vixisse, adeóque merita eius viguisse, vt regi Ezechiæ & ciuitati regiæ opem præsentem attulerit, id quod sine miraculo fieri certe non potuit. Omitto quod de Propheta Hieremia [c] legimus, & Origenes [d] annotauit, post mortem eum pro ciuitate sancta, próque Dei populo multum intercessisse, cuius preces quis arbitretur inanes prorsus fuisse? Quod si pleríque aliis in veteri Testamento mirabiliter adfuit, & propter illos libenter multis pepercit, neque pauca beneficia tribuit Deus, an soli forte Ioanni hanc gratiam negatam esse putabimus? Quis verò prudens & pius de summa illa Dei bonitate non meliora cogitet, neque plura & potiora Ecclesiæ, quàm olim Synagogæ per Sanctos collata fuisse interpretetur? Permultum apud Deũ valuerunt

Obiectum nullius momenti.

Sanctorum præsidium Ecclesiæ.

[a] Epist. 2. ad Fabiolam. [b] Hom. 3. de Lazaro. [c] Epist. 28. [d] Lib. 10. in Matth. cap. 27.

Miracula Ioannis ab Hieronymo prædicata.

Catechesi ad illuminandos.

In epitaphio Paulæ.

Lib. de vita & obitu Prophetarum.

[a] Epist. 2. ad Fabiolam. [b] Hom. 3. de Lazaro. [c] Epist. 28. [d] Hom. 10. in Matth. cap. 27.

[a] Eccli. 44. [b] Genes. 19. & 26. [c] Exod. 23. Num. 12. [d] 1. Reg. 8. [e] 2. Machab. 15.

A valuerunt olim sanctissimi viri [a] Noe, [b] Abrahã, [c] Moyses, [d] Samuel, [e] Hieremias, vt diuinis testimoniis est traditum. Quantum igitur ille modo valebit, ille inquam, Prophetarũ maximus, Martyrum innocentissimus, inter virgines castissimus, doctorum nulli secundus, in quo vno laudando Angelicæ, Propheticæ & Apostolicę voces cum ipsa Christi Domini prædicatione diuina tàm mirificè accuratèque consentiunt? Quod si quisquam alius, certè Ioannes, vt credere par est, tum in vita, tum post mortem corporis, amplissima Dei benedictione cumulatus, & voluit, & potuit de mortalibus benè mereri. Et sane diuinam bonitatem decebat, vt tàm puræ animæ, tàm sacri corporis, tàm fidi & singularis amici, & ministri primarij, qui velut lucifer solem anteceſſit, rationem duceret singularem. Per illum profecto vim gratiamque suam libenter exerit Deus, per illum ad consolationem opemque multis liberaliter impartiendam est propẽsissimus: per illum plura & maiora dona quàm cogitatione assequi possumus, tribuit semper, tribuétque in Ecclesia sua piè flagitantibus. Negent hoc quamdiu velint, impij: veritatem autem ipsam boni non solum affirmant, sed & variis in locis atque temporibus reipsa sentiunt, quin & dæmones vel inuiti coactique confitentur, & Ecclesia non vulgaribus edocta miraculis, per homines fide dignos ad Christi ac ipsorum gloriam prædicat.

Miracula Ioannis ab Hieronymo prædicata.

ATQVE huc pertinent, quæ scribit Hieronymus, non alia quàm suo tempore comperta, & orbi nota proponens exempla, quæ Paula illa Romana, nobilissima simulque sanctissima vidua, cuius & antea meminimus, suis ipsa conspexit oculis, piisque lachrymis prosecuta est in illa Sebaste Palestinæ ciuitate, cuius toties fecimus mentionem. Extabat illic monumentum, in quo vnà cum Ioãne Baptista sancti Prophetæ Eliæus & Abdias conditi asseruabantur, cui cum Paula coram adesset, intremuit tot consternata mirabilibus, quæ per Sanctos illos diuina virtus potenter indies operabatur. Cernebat enim, vt Hieronymi verbis vtar, variis dæmones mugire cruciatibus, & ante sepulchra Sanctorum, vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpẽtum, mugire taurorum, alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensísque pede fœminis vestes defluere in faciem. Quocirca (Paula) omnium miserebatur & per singulos effusis lachrymis Christi clementiam deprecabatur.] Nec ferre possunt adhuc aduersarij, eum qui terrori est dæmonibus, torque miseris profuit sæpè, à nobis & suspici, & coli, & glorificari, quantumuis absint impij cultus, vt isti vocant, & abusus superstitiosi, omnísque rerum huiusmodi benè gestarum gloria summo Deo, qui facit mirabilia solus, potissimùm tribuatur.

Psalm. 135. Quomodo Theodosius mirabiliter à Ioanne fuerit adiutus, vt hostes vinceret.

ADFEREMVS verò miraculum aliud, quod Ioannes non tàm habet cum aliis commune, quàm sibi proprium vendicat, in illa videlicet insigni victoria, quam illo iuuante in Alpibus Theodosius Imperator ab hostibus reportauit. Hic optimus Princeps, qua erat in Deum & Sanctos pietate maxima præditus, cùm aduersus Eugenium tyrannum coactus arma cœpisset, ac grauissimum bellum iam iam imminere cerneret, in Italiam proficisci noluit, nisi cælestem in primis opem sedulò implorasset. Cùm verò inter Sanctos Ioannem Bapti-

B stam præcipuè honoraret, in templum eius quod eximium construxerat, ingressus, simul & precationem ad Deum faciebat, quemadmodum Nicephorus narrat, & Baptistam ad ferendum sibi auxilium inuocabat, quo futura pugna & sibi optatum, & Romanis copiis felicem exitum sortiretur. Quid multis? Post grauem difficilemque conflictũ præclara stetit penes Theodosium victoria, qui fide certus, vt Augustinus loquitur, contra Eugenij robustissimum exercitum magis orando quàm feriẽdo pugnauit. Eugenius enim à suis captus, & Theodosio supplex factus, gladio periit, milites eius cæsi fugatique: tum malorum omnium autor Arbogastes post biduum in fuga consumtum, mortem sibi ipse conscíuit. Milites qui aderant in eo prælio, retulerunt nobis, inquit Augustinus, exorta sibi esse de manibus quæcumque iaculabãtur, cùm à Theodosij partibus in aduersarios vehemens ventus iret, & non solum quæcunque in eos iaciebantur, concitatissimè raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret.] Quo autem tempore hæc in Occidente victoria parta est, dæmon quidam Eugenij cædem in Oriente nunciauit: in eodem nempe Ioannis Baptistæ templo, quod antè memorauimus, haud procul a Constantinopoli dissito, & in quo Theodosius Ioannis auxilium antea implorauerat. Nam illic homo quidam, qui dæmonis furore agitabatur, sublime raptus, velut cũ præsente Ioanne contenderet, conuitiis illum ob capitis obtruncationem protcidit, & his verbis in illum exclamauit: Tu me vincis, & exercitui meo insidiaris? Notatus est à multis dies, quo hæc diceret dæmoniacus, & euentus postea declarauit, eadem hora in Alpibus Italicis habitum fuisse conflictum, & fauente Ioanne Imperatorem de hostibus triumphasse.

Ecclesiast. hist. li. 12. ca. 39.

De ciuit. Dei lib. 5. cap. 26.

De singulari victoria Theodosij.

Ibidem.

Dæmoniacus miraculum de victoria Theodosij per Ioannem obtenta confitetur.

Quomodo Cẽturiatores opponant se dictæ historiæ, sine fundamẽto.

ATQVE hanc tam celebrem, vetustam & probabilem sanè historiam, de qua nemo hactenus dubitauit, morosi & lucifugi Magdeburgici adeo sustinere non possunt, vt eam etiam hostiliter insectentur. Quarè vt Ioannis virtutem & gloriam, quæ in hoc emicat miraculo, supprimant ac depraueut, excipiunt primùm aduersus huius historiæ testes atque scriptores, Sozomenum & Nicephorum, quos dicunt præ aliis fabulosos vulgi rumusculos suæ narrationi libenter intertexere. Eadem verò censura perstringunt sæpè alios, qui Sanctorũ cultum & honorem suis scriptis illustrant & comprobant, tantùm vt belli actores propositæ fabulæ seruiant, & bellum quod gigantæa quadam audacia sanctis indixerunt, nefariè persequãtur. Quomodo autem pro fabulosis vulgi rumusculis haberi ea postulant, quę tam sedulò & explicatè narrantur, quæque non modo nihil absurdi cõtinent, verum etiam præpotentis Dei, à quo imperia gubernantur, prouidentiam, & singularem huius religiosi Imperatoris in Deum sanctosque pietatem commendant? quæ præterea Ioannis inuocati fauorem & opem ad grauissimum bellum prosperè conficiẽdum clarissimè arguunt? Frustra sperant Cẽturiatores, quod quidem velle videntur, suis cauillis & artibus hoc effectum reddere, vt nouis ipsorum narrationibus, velut fide dignis historiis omnes credant: Sozomeno autem & Nicephoro aliisque antiquioribus rerum in Ecclesia gestarum scriptoribus fidem nullam habeãt, sed eos ob huiusmodi calumnias & caninos latratus aut reiiciãt, aut parũ fidos opinẽtur.

Ecclesiast. hist. li. 7. ca. 24. lib. 12. ca. 39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Excipiunt cõtinuatores cõtra Socratem & Theodoretum.

AVDIAMVS porrò cætera, quibus isti artifices dictam historiam pergunt cõuellere, & abolere nituntur. *Cum hæc*, inquiunt, *à Socrate & Theodoreto, & Rufino, qui propiùs ad hanc ætatem accesserunt, ignoruntur, quis non suspicetur, inferioribus seculis conficta esse?* At nihil tale homo doctus & sapiens rectè suspicabitur, cum ex veterum lectione sit haud quaquam obscurum, consimilia miracula, quæ apud [a] Basilium, [b] Epiphanium, [c] Augustinum, [d] Theodoretum, [e] Paulinum, [f] Victorem permulta proferuntur, per sanctos inuocatos sæpè in Ecclesia contigisse. Nam quod præ se ferũt Magdeburgici, se reperire non potuisse miraculum, quod quingentis post Christum annis à sancto aliquo post mortem eius in Ecclesia gestum fuerit, impudens est planè mendacium, & sic ab [g] Alano Copo accuratè detectum, fortitérque dissipatum, vt res noua non egeat refutatione. Fatendum est autem, in tanta librorum iactura, qui tot seculis interciderunt, etiam historias quasdam desiderari: & fieri sæpè cernimus, vt authores vetustiores nonnulla prætermittãt, quæ posteriores diligentiùs vndique perueſtigẽt, & copiosiùs explicent. Quamobrem ineptè isti colligunt, quod à Sozomeno & Nicephoro scribitur, idcircò ad nugas vel fabulas pertinere, quoniã de illo nullam fecerint mentionem antiquiores, vt potè quorum monumẽta bona ex parte vel vetustatis vitio, vel hominum peruersitate interciderunt, & qui soli omnia non expresserint. Miror verò, cur hic nobis opponant Rufinum, qui opinionem ipsorũ vel maximè labefactat, & duorum qui oppugnantur, authorum narrationem longè reddit probabiliorem. Testatur enim Rufinus, Theodosium non solùm preces ad Deum fudisse, sed & nocte quæ bellum antecedebat, cum Sacerdotibus & populo circumiisse omnia orationum loca, quin etiam ante Martyrum & Apostolorum thecas, non in purpura sed cilicio prostratum iacuisse, & auxilia sibi fida Sanctorum intercessione poposcisse. An igitur suo se gladio non feriunt, qui ex Rufino contendunt, Ioannem à Theodosio non inuocatũ, neque eius victorię causam aliqu ãextitisse? Is multis in locis sanctos & coluit, & inuocauit, si Rufino credimus, idq; palã fecit, vt nullus sit tergiuersandi locus, præsente populo, Sacerdotibus comitantib. & certis indiciis tũ fidei, tũ humilitatis, tũ pœnitentiæ publicè apparentibus, quando ipse suam indignitatem agnoscẽs, ante Apostolorum & Martyrũ thecas siue reliquias supplex orauit. De quo Theodosio dictum & illud videtur, quod Augustinus eius coętaneus refert, Imperij nobilissimi eminentissimum culmen, ad sepulchrum piscatoris Petri submisso diademate supplicare.] Neque id adeò de Theodosio mirandum est, cum receptum olim ac vsitatum omnibus fuerit, sanctos palàm honorare, & suo modo in templis adorare, vt hinc etiã dixerit idem Augustinus: Beatissimum Petrum piscatorem modò genibus protolutis adorat gentium multitudo credentium. [Et rursus: In Petro quis honoratur, nisi Christus defunctus pro nobis?] Cur igitur accusant isti Sozomenum & Nicephorum, quòd scribant Ioannem Baptistam inuocatum ab eo, qui pro sua pietate tot sanctos, vt ex Rufino monstrauimus, in conspectu totius Ecclesiæ studiosè coluit & inuocauit? Sit autem ita, vt Rufinus interim victoriam hanc Theodosij precibus ad Deum fusis ascribat: an idcircò negat Ioannem Baptistam ab eodem inuocatum, huic victoriæ opem & causam aliquam attulisse? Sciebat vtique Theodosius, verè dictum esse illud: Gratiam & gloriam dabit Dominus, à quo veluti fonte manat, quicquid bonorum etiam per sanctos nobis aliquando confertur. Confidebat autem DEO diuinæque gratiæ, ad quam sibi conciliandam preces cum humilitate & pœnitentia maxima coniunxerat, simulque non modo Sacerdotum & populi, verum etiam regnãtium cum Christo Sanctorum suppetias implorabat, multos vt apud Deum intercessores haberet in hac difficillima belli expeditione, & totius Reipub. perturbatione. Quocirca luculenter hoc dixit Nicephorus, vt & antea meminimus, Theodosium simul ad DEVM preces in templo fecisse, & Baptistam ad ferendum sibi auxilium inuocasse. Intelligebat enim sapiens Imperator, Deum qui perennis bonorum fons est, haud sine mediis quibusdam ferè sua dona distribuere, neque suauiter minus quàm fortiter omnia disponere, eaque delectari humilitate, qua credentes plus aliorum quàm suis precibus & meritis se consecuturos esse confidunt: deum, vt re ipsa compertum est, per sanctos sæpè immerentibus parcere, multaque largiri beneficia mortalibus, quemadmodum [h] Chrisostomus & Theophylactus apertè commonstrant. Quare sic monuit [k] Ambrosius: Obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt: Martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddã corporis pignore patrocinium vendicare. Possunt pro peccatis nostris rogare, qui proprio sanguine, etiãsi quæ habuerunt peccata, lauerunt. Isti enim sunt sancti Dei Martyres, nostri præsules & speculatores vitæ actuumque nostrorum. Non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere.

Theodosius Imp. quàm se dulo sanctos & eorum reliquias honorauerit.

Epist. 42. ad Medauren.

Serm. 25. de sanctis

Apostoli Petri sepulchrũ olim honoratum.

In Psal. 44.

Theodosius exitũ belli & uico & Ioanni pie commendauit.

ADDVNT porrò isti calumniatores, si quid tale accidit, quale nimirũ superiores historici de Theodosio & Ioanne narrant, peruersè huiusmodi prærogãtiam ad confirmandam mortuorum inuocationem & venerationem, oculis hominum à diabolo esse offusas. Quàm porrò istos nihil pudet, de re grauì non modo leuiter, sed & impiè loqui, qui cum probationibus firmis destituuntur, nunquàm non ad calumnias sese conuertunt, adeoque ad totam Dei Ecclesiam atrociter accusandam atque damnandam prosiliunt, tantum vt qualicunque ratione veritatem eludere, ac nouo dogmati fidem apud suos astruere possint. Verùm cordatus & prudens lector facilè intelliget, non ob dæmonũ præstigias totam antiquitatem in Sanctorum cultum & inuocationem mirabiliter conspirare, sed dæmonum potius stimulis & facibus istos agitari ministros, qui sanctos tantùm mortuos Ethnico more vocant, eosque non secus ac olim fecit sceleratus apostata Iulianus, à tota Ecclesia superstitiosè coli & inuocari, petulantissimè calumniantur. Quod si Scripturæ phrasim & veritatis doctrinam sequimur, iusti etsi coram oculis insipientium mori videantur, in perpetuum viuunt: & non est mortuorum nomine censendi sunt, qui mortalis nostræ conditionis expertes, & omni huius vitæ miseria prorsus liberati, secundum animam vitam beatissimam viuunt, & vnus planè idemque cum Deo spiritus effecti, in illa perfecta cœlestique vita nos

Contra Faustum Manic. Cur sancti venerandi.

nos de sublimi spectant, amoréque perpetuo prosequuntur, pro nobis etiam communem Dominũ deprecantur, multáque Dei dona precando nobis impetrant? vt re ipsa demonstrent, se fidos mortalium apud Deum agere intercessores? Hos igitur fidenter colimus, & cum tota Ecclesia inuocamus, vt sicuti Augustinus docet, meritis eorum consociemur atque orationibus adiuuemur. Quos idcirco singularibus honoribus prosequimur, quoniam totius humani generis patroni sunt, ac Deo causa nostra supplicant: ideóque in illorum nomine templa extruimus, dona offerimus, eorum memoriam colimus, atque in ea spiritualiter oblectamur, statuas etiam eis ac visibiles imagines erigimus, ac demum virtutibus eorum imitandis consequimur, vt vinæ ipsorum statuæ ac imagines efficiamur. Ita enim nos docuit grauis & probatus Theologus Damascenus, qui præterea inter Sanctos primas quidem, vti par est, Deiparæ, sed huic proximum locum Ioanni nostro tribuit.] Is enim Propheta & plusquam Propheta, quo maior & præstantior inter natos mulierum nemo surrexit.] Is vnus præcursor simul & Baptista Christi sanctissimus: homo verè missus à Deo, verè Martyr inuictus ob iustitiam gladio cæsus Herodiano, primúsque præco regni cælorum, & perfectus magister pœnitentiæ, toti orbi præluxit.

Lib. 4. de fide Orthod. c. 16

Ioannẽ Bapt. præ sanctis alios honorari.

VALEANT igitur stolidi subsannatores, qui ad eliminandam Sanctorum inuocationem, ac venerationem has præstigias vulgi oculis offundunt, quas malus ille Spiritus sine dubio primus excogitauit. Proprium enim hoc dæmonum esse solet, quomodo cum Christo capite, sic etiam cum potioribus eius membris depugnare, eorúmque reliquias odio persequi & aduersari, neque rarò apud sepulchra Sanctorum sua tormenta confiteri. At enim qui aut negant, aut spernunt Sanctorum miracula, nihil certè noui faciunt, sed cum prophanis Ethnicis, & horrendæ impietatis ducibus Porphyrio & Eunomio nefariè conspirant. Etenim confingebant quondam & illi, quæ circa sanctos admiranda visebantur, dæmonum esse præstigias, & non verè clamare dæmones, sed sua simulare tormenta, vt Hieronymus [a] docet. Tum scribit peruetustus ille [b] Iustinus, à sanctorum Martyrum corporibus & sepulchris abhorrere gentiles, cùm ea tamen, vt adiungit, tueantur homines ab insidiis dæmonum, morbósque incurabiles curent. Quare contemnẽdum est magis quàm refutandum, quod Magdeburgici tandem concluduntur, idololatricum, & tam pio imperatore indignissimum esse, si credamus, ad celebrãdam Ioannis baptistæ memoriam templum ab illo ædificatum esse, & tanquam sanctum Martyrem inuocatum, ad victoriam à Deo impetrandam profuisse. Etenim ab omni suspicione idololatriæ immunis est Theodosius, verè pius idémque Catholicus Imperator: qui etiam si fecisset, vt haud dubiè fecit, quod Sozomenus & Nicephorus de honorato & inuocato Ioanne illi tribuunt, nulla tamen idcirco reprehensione, sed eximia potius laude dignus videretur. Cur verò magis ille, quàm cæteri eiusdem ordinis, parísque pietatis Imperatores hac in parte proscinditur atque laceratur? Quod si cum præsenti Theodosio Constantinum Magnum conferre libeat, vter quæso antiquior? multis haud dubiè annis Constantinus præcessit,

Proprium dæmonum est pugnare contra sanctos, & eorum honorem atque miracu

Lib. contra Vigilantium

Hieron. tom. 2. ad Oceanũ.

Centuriatores Theodosium facium idololatricũ.

Defenditur Theodosius à nota idolola-

Lib. 2. cap. 30.

Lib. 2. cap. 28.

Lib. 5. cap. 36

qui & colendæ, & propagandæ religionis studio Reges & Principes Christianos ferè omnes superauit. Is verò sanctis Apostolis tum Romæ, tum Cõstantinopoli magnifica templa construxit, ornauit, dotauit pro sua summa in sanctos reuerentia. Inter alia verò, Ioanni Baptistæ præstantem Basilicam, quæ Constantiniana dicta est, eo loco, vbi sacrum Baptismum adeptus esse dicitur, & aliam in ciuitate Albensi, & tertiam Hostiæ iuxta portum vrbis Romæ eidem posuit & dedicauit, quemadmodum Beda testatur. Neque hoc fidei suæ argumento officióque contentus honore tanto sanctos prosecutus est, vt scribat Chrysostomus, cum de aliis Græcis, tum de hoc maxime Imperatore, vt rectè quidam interpretantur, quòd purpura indutus peregrè proficisceretur ad Apostolorum sepulcha complectenda, quódque sine omni fastu sanctos rogauerit, & patrocinium eorum apud Deum quæsierit. Cuius Constantini laudandum exemplum siquis omnino alius, certè Theodosius sibi imitãdum putauit, tanto religionis zelo flagrans, vt omnia gentium simulachra iusserit dissipari, vtque deletis antiquæ idololatrię vestigiis, profanas Deorum ædes, in aurea Christianorum templa verterit, sicut Rufinus notauit. Hinc factum est etiam, vt Serapis templum, quod apud Alexandriam toti orbi percelebre habebatur, non modo antiquæ spurcitiæ sordibus expurgandum, verumetiam in Ioannis Baptistæ Basilicam vertendum atque consecrandum curarit, hùc etiam tanti Prophetæ ossibus illatis, quem ille per omnem vitam summopere venerabatur. Paternam verò hãc pietatem secutus est Arbadius eiusdem Theodosij filius, qui Petrum & Paulum Apostolos, vt meminit Antoninus Constantiensis, tanquam patronos rogare consueuerat, quíque beati Samuelis ossa de Iudæa in Thraciam transtulit, vt Hieronymus docet: Huic Arcadio non cessit iunior Theodosius, quin eum pietatis laude vicit, nõ indignus profectò qui magni Theodosii nepos esset. Is cum Ioannis Chrysostomi sacrum corpus ab exilio relatum Constantinopolim inferebatur, magna illud religione & solenni pompa prosecutus est, vultúque & oculis in sancti loculum defixis non se tantùm, sed suos etiam parentes viri sancti precibus sollicitè commendauit, ac deinceps eundem suum patronum laudib. & hymnis celebrare non destitit, vti author est Theodoretus. Possem id genus clarissimos Principes, vtpotè Iustinianum, Martianum, Carolum Magnum, Ludouicos, Orthones, Henricos commemorare, tantísque Heroibus dignum prorsus hæredem adiungere Carolum quintum, nostræ quidem ætatis & potentissimum Principem, & religiosissimum Imperatorem. Nam & ipse vt in sanctis honorandis fuit perquam diligens, sic pietatis & gratitudinis ergo præclarum templum ad Baptistæ Ioannis honorem patriæ suæ (fuit quippè Gandauus) extruxit atque locupletauit. Quæro igitur ex aduersariis, an cum his laudatissimis Imperii Princip. Theodosius vel sua dignitate, vel Christiana religione quicquã egit indignum, quod sanctos colere, & templum illis ædificare, illósque intercessores apud Deum agnoscere, sibique adhibere studeret? imò verò, vt semel dicam, immortalem illi vna cum Theodosio sibi gloriam pepererunt, quòd hæc aliáque plura Catholicæ pietatis indicia dederint, & circa San-

Lib. de sex ætatib. mundi. Hom. 26. in 2. ad Cor.

Quantus fidei zelus fuerit Theodosio Imp.

Ecclesiast. lib. 2. cap. 28.

Theodosiana pietatem sequitur filius & nepos.

Epist. ad Arcadium.

Aduersus Vigilantium.

Ecclesiast. lib. 5. cap. 36

Carolus V. Imp. Ioannẽ Baptistam sanctus est honorare.

Cur laudanda sit pietas veterum principum in cultu sanctorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctorum cultum orbi testatum fecerint, se magno consensu profiteri ac retinere firmiter id, quod piũ & Orthodoxum semper est habitum, quod à Patribus acceptum Ecclesiæ sanciuit authoritas, quod piorum consuetudo confirmauit, quod Christianæ fidei sinceritatem, præstantiam virtutémque comprobat, quod Deum ipsum in sanctis suis mirabilem & glorioſum ostendit, quod singulare præbet testimonium laudandæ humilitatis ac reuerentiæ tantis Christi amicis merito deferendæ, quod multis mortalibus vtilitati, consolationi & præsidio tot ætatibus fuit, quod contra insanos Hæreticos pietatem Catholicam magis magisque confirmat, quod postremo vt piis commodat, sic impios terret adeoq; tetros dæmones torquet atque fugat. Quid igitur? totúsne orbis tot desipuit seculis, & Nouatores tandem vel sapiunt soli, vel maximè pij ac religioſi censendi sunt? Vnde autem huiusmodi religionem didicerunt? nimirum à suis illis præclaris maioribus, Luthero, Vigilantio, Eustachio, Eunomio. Etenim vt illis olim, sic istis hodie libet in sanctis insectandis, eorúmque cultu abrogando turbas ciere, seditioſè vociferari, totúmque Christianum orbem superstitionis crimine infamare, ac omnes tandem, qui secus sentiunt, & suum sanctis cultum, & probatos honores cum Ecclesia deferunt, ac deferri posse contendunt, velut idololatras aspernari. Quanta verò istorum & cœcitas & impudentia, qui nihil omnino referre putant, fuerintne in eadem fide, doctrina, consuetudine optimi Principes, grauissimi, Patres, œcumenicæ Synody variæ nationes, penes quas hactenus Catholicum nomen fuit, quíque legitimâ Ecclesiæ possessionẽ tam multis seculis obtinuerunt? Ne verò pergant hîc nobis obstrepere, & ob quorundá abusus, qui etiam à rebus optimis sanctissimísque vix vnquam solent abesse, Catholicam pietatem more suo calumnientur, cum Augustino iterum hoc testatum volumus, nos ita de sanctorum cultu agere, cultus vt ille, qui Græcè λατρεία dicitur, & est quædam propriè diuinitati debita seruitus, integrè maneat Deo, nec ad sanctos vllo vnquam tempore transferatur: cùm nec sancti, nec Angeli vnquam qui velint exhiberi, quod vni Deo deberi nôrunt, nimirum, vt illi latriæ cultu ab omnibus inseruiatur. Alius igitur & inferior cultus est, quo sanctos non in hac misera & corruptibili vita pugnantes, sed in vita felici & æterna victores colimus & honoramus, quóſque non largitores, sed intercessores agnoscimus & veneramur. Verùm haud licet nobis, nec libet longius exspaciari præsertim quòd plena sit exemplorum antiquitas, quib. causam hanc toties agitatam, & certis quæ hodiéque per sanctos eduntur miraculis, illustratam confirmare possemus.

Cur suspectũ esse nobis debeat Nouatoram studium in cultu Sanctorum reiiciendo.

Catholici sanctos ita colũt, vt soli Deo latriæ cultum impendant.

Contra Faustum lib. 20 cap. 21 Et super Gen. cap. 61

Deut. 6

Ad Ioannem nostrum redeo, quem hactenus à Theodosio rectè piéque honoratum esse monstrauimus, ac præterea Sozomenum atque Nicephorum à Magdeburgensium criminatione vindicauimus. Supereſt vt de Theodelinda Regina dicamus, quando illam quoque Magdeburgici ob singularem eius in Ioannem pietatem accusant, & his verbis apertè verberant: *In Modicia*, inquiunt, *Theodelinda Regina templum Ioannis Baptistæ pro se & omnibus Longobardis construxit, vt pro se apud Christum intercederet. Exinde Longobardi cœperunt Ioannem inuocare, vt vi-*

Vindicata fides historiæ de Theodelinda Regina contra Centutiatores.

Cent. 6. ca. 6 & Pag. 325.

deas stolidam mulierem, superstitiosam Baptistæ cultum excogitasse. His paucis verbis partim ineptè, partim malignè depraua nt ea Centuriatores, quæ apud Paulum Diaconum (hunc enim se ducem sequi fatentur) ad verbum ita leguntur: Per idem quoque tempus Theodelinda Regina Basilicam Ioanni Baptistæ, quam in Modicia construxerat, qui locus supra Mediolanum tredecim milib. abest, dedicauit, multísque ornamentis auri argentíque decorauit, præsidiísque sufficienter dotauit.

De gestis Longobard. cap. 22

Hinc iam depromunt suam, quam dixi, narrationem Magdeburgici: atque vt habeãt, quod mordeant, Reginam eandem audent dicere stolidã mulierem, quæ Longobardis nouæ superstitionis in Ioanne Baptista inuocando dux fuerit & origo. Vtrumque vero falsum est, ô vos Euangelici, qui Dei præceptum Non dices falsum testimoniũ contra proximum tuum, toties támq; superbè violatis. Nam à stultitiæ ac superstitionis nota prorsus immunis est Theodelinda, & Longobardi propter illam ad superstitiosam Baptistæ culturam non sunt inducti. Habent sanè Germani, & in primis Bauari, cur dictam Theodelindam studioſè ament ac prædicent, cùm Germana ipsa fuerit, regis Boiariæ, quam nunc Bauariam dicimus, & Catholicam esse gaudemus, Garibald. filia, vxor Antharij regis Longobardorum sanè opulenti, qui primus in Italiam Longobardos induxit. Accedit, quòd illa non modò Germano Principum Bauarorum sanguine nobilis, sed & pietate Christiana illustris atque præstans cum Gregorio Magno per id tempus Pontifice Romano, singularem sanctámque coluit amicitiam, quæ multis eiusdem literis & munerib. fuit cohoneſtata. Laudat illam idẽ Gregorius, vt Christianæ fidei deditam, vt in bonis actibus excellentem, vt reconciliandæ pacis fidam procuratricem. Per hanc Reginam, inquit Paulus Diaconus, multum vtilitatis Dei Ecclesia consecuta est. Nam penè omnes Ecclesiarum substantias Longobardi, cũ adhuc gentilitatis errore tenerentur, inuaserãt. Sed huius Theodelindæ salubri supplicatione Agilulfus Rex permotus, & Catholicam fidem tenuit, & multas possessiones Ecclesiæ Christi largitus est: ac Episcopos qui in depressione ac abiectione erant, ad dignitatis solitæ honorem induxit.] Et posteà: Rege suggerente Theodelinda Regina sua coniuge, cum sanctissimo Papa Gregorio atque Romanis pacem firmissimã pepigit. Ex his Pauli verbis, qui & ipse Longobardus fuit, fortissime coarguuntur Magdeburgici, qui vt pergant proterui falsíque narratores, tam contemtim & impudenter de hac tam sapiente, graui & religioſa Regina loquuntur: eámque damnare non verétur, quam historici omnes cùm multis nominibus, tum à singulari Christianæ fidei & pietatis propagatę studio insigniter commendauere. Hinc scribit & Platina, matronam hanc insignem, & fidei Christianę studioſissimam extitisse: commendat illam & vetustior Abbas Vrspergensis. Auentinus illam appellat singularis prudentię & rarę pietatis in Christum, vltra captum muliebrem fœminam, quæ gentis ferocissimæ, Lõgobardorum scilicet, animos bonis artibus inflexerit, atque armorum dissuetudine mitigarit, quæque omnium gentium annalibus sit notissima. Cur igitur hi noui historici, vt in aliis multum, hîc parum adeò tribuunt Auentino?

Theodelinda commeruit, nõ peruerit Lõgobardos in religione.

Æque friuolũ, adeóque crimiosum est, quod addunt, quoniam templum Ioanni extruxerit, superstitiosam Baptistæ culturam ab illa excogitatã, & ad Longobardos translatam esse. Atqui non superstitionis, sed Christianæ pietatis studio impulsa Ioannem ipsa coluit, & exemplo suo ad idem faciendum alios excitauit. De religione vera vel falsa nihil docuit, sed quemadmodum par erat, Catholicis fidei magistris ac præpositis omnem docendi curam reliquit, atque vt optimam decebat Principem, sua opera & industria rem Catholicam iuuit, magnámque occasionem Longobardis à superstitione ad veram pietatem reuocandis præbuit. Diximus autem suprà, de Imperatorum & Patrũ exemplis, qui hoc sextum à Christo seculũ præcesserunt: satisque probauimus, receptum etiam in veteri Ecclesia probatúmque fuisse morem, ad Baptistæ aliorúmque Sanctorum honorem templa ędificandi, & eosdem inuocandi. Nam qui tertio etiam seculo vixerunt [a] Cyprianus & [b] Origenes, non obscurè docent, vsitatum fuisse suo seculo, vt crederent & docerent Christiani, sanctos defunctos orare pro viuentibus mortalibus, eósque illorum auxiliis apud Deum adiuuari. Quò spectat etiam exemplũ Potamienæ clarissimæ martyris, quæ post martyriũ carnifici suo Basilidi per quietem, vt [c] Eusebius tradit, apparuit, simulque monuit, quòd pro ipso Dominum interpellasset, ac petita impetrasset, vt ipse nimirum corona martyrij, quemadmodum probauit euentus, donaretur. Nisi fortè quis ita sit malè sanus, vt non credat sanctis Patribus, ac impudenti tamen Beza [d] credat, cuius hæc futilis censura est: *Minime neg; audum, totum illud Hieronymi scriptum* (contra Vigilantium scilicet) *quo Sanctorum inuocationem, id est, manifestam idololatriam defendit, nos nihil morari.* Certè apud Gaudentium Brixiensem, qui quarto vixit seculo, hæc verba leguntur: Vt venerandas Sanctorum reliquias haberemus, Deus noster tribuit: deinde vt hanc eorum honori fundare basilicã valeremus.] Loquitur autem de basilica, quæ ad Ioannis Baptistæ honorem fuerat instituta. Meminit & Metaphrastes [e] alterius templi, quod Ioanni Baptistæ apud Emessam fuit extructum, idque sub Valentiano & Martiano Imperatoribus. Scribit de templo insuper Antiocheno, quod nominant χρυσομαχὸν, hoc est, suspensum quoniam tanta fuerit altitudine super terram eleuatum, vt propè spectãtibus, in aere pendere videretur: eam verò sublimẽ ædem ad Ioannis honorem fuisse conditam, vbi ex manu eiusdem dextera digitus religioſe demõstraretur, quæ manus ex Antiochia Constantinopolim honorificè translata fuerit, cum Constantinus & Romanus regnarent, à quibus aliud adhuc templum Baptistæ sit Constantinopoli positum. Certè in Sebaste templum Ioannis extitit maximum, & propterea quæ in ipso fiebant miracula, & ob mirificam ædificij magnificentiam incomparabile: vt omittam templum in Hebdomo supra commemoratum, quod authorem habuit Theodosium, & Chalcedonense, quod Ioanni quoque ante Leonis imperium fuit extructum, Euagrio teste.

[a] *Lib. 1. epist. 2. ad Cornelium, & tract. de fide & martyr.*
[b] *super Numer. cap. 31 & in Iesum Naue cap. 13 Item homel. 3. in Cantica & lib. 8. contra Celsum.*
[c] *Eccles. hist. lib. 6. ca. 5 & in responsione ad argumenta Brentij de Sect. de decalogi templi in Lippomano.*
[d] *De exportat. preciosæ manus, & de natal. eiusdem.*

Eccles. hist. lib. 5.

Templa Sanctorum quæ dicuntur Deo in primis dedicari.

Cùm verò de templis Ioanni Baptistæ vel cuiuis sancto constructis loquimur, quomodo vetereſ fanè solent, nihil honori diuino detractum volumus, ad quẽ templa & altaria sacrificiáque propriè spectare scimus, sicut disertè admonet Augustinus. Ita verò sanctis constituti templa dicuntur, vt ad latriæ cultum in primis, quia Deo dedicantur, ac deinde ad Sanctorum memorias, constituentium & Ecclesiæ intẽtio referatur. Quas quidem Sanctorum memorias cum Augustinus nominat, vt sæpè, iam quidem eorum sepulchra reliquiásque sacras, quæ sub altaribus maximè recondebantur, iam verò oratoria & templa illis consecrata, quæ idem ipse Martyrum loca, & basilicas Apostolorum, nonnunquam & martyria solet nuncupare, hoc nomine comprehendit. Quoniam verò Manichæi, & horum antesignanus Faustus, calumniabantur, sicut & Maximũ idololatram Medaurensem, aliósque impios fecisse legimus, quòd Catholici de more idola in Martyres verterent, & his templa fabricarent, altaria erigerent, sacrificiáque offerrent, breuiter hoc illis Augustinus [a] respondit, quod nunc etiam aduersariis responsum volumus: Nos Martyribus siue Sãctis nostris non templa sicut Diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus: nec ibi (in templis) erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus, sed vni Deo & Martyrum & nostro sacrificiũ immolamus.] Tùm alibi: [b] Honoramus sanè memorias eorum, tãquam sanctorum hominum Dei, qui vsque ad mortem suorum corporum pro veritate certarunt.] Eodem ferè modo Cyrillus Catholicos quoque defendit. Quin fatetur etiam Chemnitius, [c] ac rectè quidem, Ambrosij & Augustini ætate Sãctorum memoriam in actione cœnæ Dominicæ celebratam esse: tùm Hieronymum Basilium ac Nazianzenum de Sanctorum patrociniis, qui pro suis cultoribus intercedant, non obscure testari. Ac luculenta profectò sunt antiquitatis testimonia, quibus multi confirmarunt, Sanctorum memorias iam olim in templis habitas esse non solum vt isti putãt, propter eorum honorem seu veneration em & Ecclesiæ ædificationem, sed etiam propter inuocationem, vt eorum nempe patrocinium & intercessio implorarẽtur, velut quorum preces & merita per Christum comparata, plurimùm apud Deũ valeant obtineántque. Id quod vetustæ patrum liturgiæ satis indicant, & Augustinus his verbis perspicue tradit: Ideò quippe ad ipsam mẽsam, hoc est, ad ipsum altare non sic eos commemoramus, quemadmodũ alios, qui in pace requiescunt, vt etiam pro iis oremus, sed magis vt orent ipsi pro nobis, vt eorum vestigiis adhæreamus.] Atque huc demum pertinet vetus dictum, siue demum Augustinum, siue Gennadium authorem habeat, quod non solum communem Ecclesiæ consuetudinem, sed constantem quoque doctrinã veritatis declarat, sacrísque Conciliis est plane consentaneum. Eo manifestè docetur, non Christianos, sed Eunomianos & Vigilantianos eos rite censeri, qui negant Sanctorum corpora, eorúmque reliquias, perinde ac Christi membra sincere honoranda, quiue non admittunt basilicas eorum nominibus appellatas, velut loca sancta diuino cultui mancipata, pio affectu & deuotione fideli adeundas esse.

Ergone quod cum tãm multis Theodelinda fecit in templo ad Ioannis honorem ædificando, quódque illius quidem ac superioris ætatis Principibus perquam vsitatum ac laude dignum

Lib. 8 de ciui. Dei. c. 27.

Memoriæ Sãctorum quid apud Augustinum significent.

Aug. lib. 20 contra Faustum cap. 4 & Epist. 43

[a] *De ciuit. Dei lib. 22 cap. 10.*

Catholici olim etiam idololatriæ accusati obcultum Sanctorum in templis vsitatum.

[b] *Lib. 8. de ciuit. Dei cap. 27*
[c] *Lib. 6. contra Iulianum. In ex amine Concil. Trid.*

Sanctorũ habetur memoria, vt ipsi eũ pro nobis orent.

Tract. 84 in Euan. Ioan.

Li. de Eccles. dogmat. ca. 73.

Sectarii magis efficiãt ac probant, destruere quam ædificare templa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pietatis officium fuit, id isti boni censores referent ad stoliditatem? & laudatissimæ Reginæ crimini vertent, eámque superstitionis materiam ac segetẽ præbuisse insani calumniabuntur? Quid? eam veteris & Catholicæ pietatis laudẽ, quam optimis maioribus, in templis extruendis & ornandis, tribuere par est, istis fortasse authoribus ad illos transferemus, qui præclatam se rem facere putant, in tẽplis immanitate plusquàm barbarica, & furioso impetu demoliendis prophanandísque. Nam & tales cultores hoc nouum quintúmque peperit Euangeliũ, quibus tantum non ludus & voluptas est, domos Dei spoliare, orationis loca euertere, aras in haras, templa in stabulà commutare, parique furore diuinos & Sanctorum cultus absque vllo discrimine abolere. Quod si veterum Orthodoxorum laudãda est diligentia, qui sacris ædibus constituendis, & Christianæ pietatis, vt sic dicam, officinis passim instituendis operam sedulam dabant, quia demùm reprehensione illos dignos esse dicemus, qui nouo afflati spiritu, in diruendis templis studiosè versantur, quique sic in sacra inuolant, sic ea dissipant & proculcant, vt Antiochum, Heliodorum, Iulianũ, & siquid est impiis Turcis immanius, id sacrilegi homines palã aut æquare, aut superare contendant?

Præstat sequi veteres in tẽplis extruendis, quam Nouatores in illis diruendis.

Verum enimuero si ab aduersariis obtineri non potest, vt toties admoniti, veterúmque scriptis & Ecclesiæ authoritate conuicti, de Sanctis & eorum cultu, reliquiisque & miraculis præclarius sentiant, feramus id quoque moderatè, quod de Ioánis corpore, atque miraculis, déque illius cultu & veneratione veterum monumenta pro nihilo pendant, ac more suo petulanter illudant. Hæc omnia si sapiũt superstitionem, vt illi blaterant, admodum vereor, ne quæ ipsi adferunt, singularem improbitatem & sceleratam impudentiam sapiant, præsertim cum legem præscribunt, & fidem exigunt in his, quæ nuper nati & informes ipsi historici, relicta veterum authoritate, solis freti coniecturis, & prauis impediti affectibus, nunc primùm Ioanni Baptistæ tribuunt affingúntque. Nos verò non odiosę contentionis, sed sinceræ veritatis & venerandæ antiquitatis amantes, magnam inde consolationem capimus, quòd Christum Dominum propitiũ, & Ioannem eius præcursorem fauentem in vera Ecclesia nobis adesse certò intelligamus, quódque prætermissis istorum ineptiis & spretis contumeliis antiquitati suum locum integrum relinquamus, ac authoritatem debitam ex animo tribuamus. Quòd si hoc studium aduersariis omninò adlubescit, vt nouandis in Ecclesia rebus porrò se totos impendant, agè quod malè cœperunt, persequantur. diruant, ædificent, mutent quadrata rotundis, sed nullam certè gratiam ab iis, qui iudicio doctrináque pollẽt, vnquam inituri. Concedemus illis quidem hanc laudem, quòd infimi & pessimi non sint Babyloniæ turris architecti, quódque multo labore perfecerint, vt quam authoritatem veteribus derogant, sibi demùm arrogare velle videantur. Cæterũ quod ad nos attinet, puram & incorruptam Euangelicæ veritatis lucẽ totis animi viribus tuebimur ac prosequemur, ex cóque limpidissimo fonte, & non ex putidis nouorum authorum lacunis petemus, quæ de hoc summo Dei viro Ioanne, aliísque præstantibus Ecclesiæ principibus sincere & luculenter sunt tradita, quæque citra imputi dogmatis admixtionẽ Patres literis consignarunt, & nos velut per manus ab illis tradita, in hunc vsque diem bona fide in Ecclesia constantissime retinemus. Quòd si historicos quærimus, vetustos recentioribus, Catholicos Hæreticis, probatos obscuris longe semper anteponemus. Atque hæc quidem nobis de Ioanne disputata sint hactenus, minus fortasse conuenienter, quàm personæ illius ac rei propositæ dignitas postularet, sed tamen quãtum per occupationes nostra tenuitas tulit, & diuina bonitas est elargita. Quomodocunque autem hic labor, ab aliis æstimetur, suum cuique iudicium integrum permittimus, recte quidem nobiscum agi putabimus, si duce Christo non solùm Prophetę sanctissimi laudatores, verum etiá quales ipse instituit discipuli, & veri Messiæ cultores aliqua ex parte esse possimus. Immortali Deo, quem in Sanctis eius laudare par est, summa, perfecta & sempiterna gloria.

Quomodo de Centuriatoribus in Ioãnis historia versantibus iudicandum.

Quid concedendum Centuriatoribus.

Quid obijciendum Centuriatoribus in Ecclesiastica historia Nouatorum.

EPILOGVS Libri.

FINIS LIBRI PRIMI.

INDEX

INDEX LOCORVM SCRIPTVRÆ SACRAE, QVAE POTISSIMVM HOC IN LIBRO TRACTANTVR. PRIOR NVMERVS CAPITA Biblica, posterior libri folia designat.

EX VETERI TESTAMENTO.

Genesis. — Fol.

De Noe iusto & perfecto 173.d. 239.a
De ieiunio Agar 54.b
Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit 17.b
Eo quod obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea 174.a. 239.c

Exodus.

Non occides 219.b

Deuteronomium.

Quæres ab eis, & indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint 142.d
Proximi pauperis pignus non pernoctabit apud te, vt habeas iustitiam coram Domino Deo tuo 244.a.b

Lib. 2. Regum.

Et ieiunauit Dauid ieiunio & ingressus seorsum iacuit super terram 53.b. 203.d
De Danidis iustitia 240.a

Lib. 4. Regum.

Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus 44.a. 48.a
Cum cadauer tetigisset ossa Elisæi, reuixit homo, & stetit super pedes suos 288.b
Protegam vrbem istam propter me & propter seruum meum Dauid 288.b
Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi 69.a. 239.d. 244.b

2. Paralipom.

Et prædicauit ieiunium vniuerso Iuda 78.c
Operatusque est Ezechias bonum, & rectum & verum coram Domino 244.a

Iob.

Etiamsi habuero quidpiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Etiãsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti 267.a
Etiamsi me occiderit in eum sperabo 259.d
Scio quod redemtor meus viuit ibid.

Psalmi.

Sacrificate sacrificium iustitiæ 218.b
Deus fundauit eam in æternum 142.c
Effuderunt sanguinem innocentem 14.c
Dispersit Deus pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi 243.b
Viam mandatorum tuorum cucurri 245.b
Paraui lucernam Christo meo 2.c

Prouerbia.

Iusti in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum 241.a
Qui sequitur iustitiam, diligitur à Domino 237.b
Septies in die cadit iustus 239.d

Ecclesiastes.

Nescit homo, vtrum amore an odio dignus sit. 116.c

Sapientia.

Iustitia iusti super eum erit 241.a
Seminanti iustitiam merces fidelis ibid. x.

Ecclesiasticus.

Ante iudicium para iustitiam tibi 237.b xviii.
Sacrificium iusti acceptum, & memoriam eius non obliuiscetur Dominus xxxv. 217.d

Esaias.

Dicite iusto, quoniam bene, &c. 241.a iii.
Vox clamantis in deserto 24.c.27.d.124.b xl.
Dabo Eunuchis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus lvi. 175.b
Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanctitas tua citius orietur: & antecibit faciem tuam iustitia tua lviii. 243.b

Ieremias.

Antequàm exires de vulua, sanctificaui te 2.a.8.a i.
Non peribit lex à Sacerdote 142.b xviii.
Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam xxxi. 183.b

Ezechiel.

Si fuerint tres viri isti in medio eius 243.d xiiii.
Hic iustus est, vita viuet, ait Dominus 237.b xviii.
Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo viuet in eis xx. 239.b
Mundamini ab omnibus iniquitatibus vestris, & dabo vobis cor nouum xxxvi. 97.b

Daniel.

Panem desiderabilem non comedi 44.b x.
De eiusdem abstinentia 62.d

Ioel.

Quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit 250.d ii.
Sanctificate ieiunium 78.a

Micheas.

Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium vi. 200.c

Ionas.

De ieiunio Niniuitarum 53.c. 79.a. 215.a iii.

Abacuc.

Iustus ex fide viuit 19.a ii.

Malachias.

In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda i. 133.b. 138.c.

2. Machab.

Hic est, qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta Dei. xv. 289.a

EX NOVO TESTAMENTO.

Matthæus.

Ioseph autem vir eius cùm esset iustus 237.a. 239.b i.
Nisi quis renatus fuerit ex spiritu & aqua 107.c iii.
Ipse autem Ioannès habebat vestimentum de pilis camelorum 37.38. & deinceps.
Habebat zonam pelliceam circa lumbos suos 48.c
Escæ autem eius erant locustæ 48.d. 49.d. 57.a. 61.b.c
Et mel syluestre 57.c
Baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua 109.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facite fructum dignum pœnitentiæ 151.b.152.b.201.b. & deinceps.
Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à vētura ira? 151.a
Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abrahā 151.b
Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur 180.b.& deinceps
Ego quidem baptizo vos aqua in pœnitentiam 96.b. & deinceps
Qui post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare 167.a.231.b.c. & deinceps
Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni 95.c.d.109. 110.& deinceps
Venit Ioannes non manducans nec bibens 45.d
Ego à te debeo baptizari: & tu venis ad me? 88.d.& deinceps
Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam 101.a.114.d
iiii. Ductus est Iesus in desertum 24.c.25.a
Qui fecerit & docuerit sic, magnus vocabitur 231.b.c
v. De sermone Domini in monte 241.b
De beatitudinibus ibidem
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam 237.a
Beati pauperes spiritu 255.d
Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis 242.d
vi. Orantes nolite multum loqui 227.d
Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ 52.b.c
Nolite sollicitè esse in crastinum 223.a
Sufficit diei malitia sua ibid.
vii. Attendite à falsis Prophetis 146.c.d
Intrate per angustam portam 254.d
Discedite à me omnes operarij iniquitatis 255.b
viii. De fide leprosi 262.c
ix. Creditis quia hoc possum facere vobis? 262.c
Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? 51.d.186.c
Venient dies, in quibus auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt 51.d.52.53.
x. Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet 243.a
xi. Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista 156.a
Quid existis videre? Prophetam? etiam dico vobis & plus quàm Prophetam 93.d.169.d
A diebus Ioannis vsquè nunc regnum cœlorum vim patitur 81.a
Omnes Prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt 86.a.& deinceps
Ipse est Elias 44.a
Tollite iugum meum super vos 256.b
Discite à me, quia mitis sum & humilis corde ibid.
xiii. Omni habenti dabitur, & abundabit 173.a
Et facit aliud quidem centesimū, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum ibid.
Quis ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt 258.d
Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum 242.d
xiiii. Herodes tenuit Ioannem & alligauit eum, & posuit in carcerem 161.a.b
Desertus est locus hic 25.d
xv. De fide Chananæa 17.a
Sine causa colunt me docentes doctrinas & mandata hominum 184.a.215.b.216.b.& deinceps
xvi. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam 141.d
Tollat crucem suam & sequatur me 192.a.223.d.224.a
Hoc genus non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium 51.d. xvii. 53.d
Tunc oblati sunt ei parvuli, vt manus eis imponeret & orare. xix. ret 18.d
Talium est regnum cœlorum 17.d.18.a
Si vis ad vitam ingredi, serua mandata 183.d.192.c
Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te 175.d
De parabola vineæ 122.d.175.c.176.b.c xx.
Acceperunt singulos denarios 181.d
Baptismus Ioānis è cœlo erat, an ex hominibus? 95.b.126.b xxi.
Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ 231.d
De veste nuptiali 194.d xxii.
Erratis nescientes Scripturas 153.d
Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Phariſæi omnia ergo quæcunque dixerint seruate 122.a.131.b xxiii. 242.b
Ornatis monumenta iustorum 242.b
De iudicandis in vltimo iudicio 190.& deinceps 241.b xxv. 242.b
Iusti ibunt in vitam æternam
Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti xxviii. 95.d

Marcus.

Fuit Ioannes in deserto baptizans 93.a.106.a.b i.
Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū cœlorū 81.c
Prædicans Baptismum in remissionem peccatorum 104.a. & deinceps
Baptizabantur ab illo in Iordanis flumine 106.a.b.109.b ibid.
Confitentes peccata sua 37.c
Et erat Ioannes vestitus pilis camelorum 47.d
Et zona pellicea circa lumbos eius 47.d
Et locustas & mel syluestre edebat 49.b.57.a.60.d
Spiritus expulit eum in desertum 25.a.35.b
Erant discipuli Ioannis ieiunantes 56.d ii.
Fides tua te saluum fecit 198.b v.
Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum vi & sanctum 124.c.127.a
Abiit in montem orare 25.d
Relinquentes mandatum Dei, tenetis traditiones hominum vii. 76.d
Et à foro venientes, nisi baptizati non comedunt 127.b
Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio ix. 51.d
Talium enim est regnum Dei 218.a x.
Prædicauerunt vbique Domino cooperante 123.b xvi.

Lucas.

Qui putas puer iste erit? 1.d i.
Manus Domini erat cum illo 2.b
Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron 235.d
Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela 235. 236.
Erit magnus coram Domino 4.a.42.b.156.c
Vinum & siceram non bibet 42.b
Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ 2.a. & deinceps
Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ 44.a
Exultauit infans in vtero eius 4.c.8.d.20.c
In sanctitate & iustitia coram ipso 171.d
Tu puer Propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius 6.b.100.a.112.b.c
Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu 3.d.
Erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israël 23.b 36.d.37.a.
Et homo iste iustus & timoratus 243.d ii.
Non discedebat Anna de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die 217.d.218.a

iii. Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto 37.a
Genimina viperarum quis ostendit vobis, &c. 165.b
iiii. Facite fructus dignos pœnitentiæ 205.b
Ne cœperitis dicere, Patrē habemus Abraham 152.d.153.a
Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. 167.a. & deinceps
Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni 9.d.100.c.d. & deinceps.
Multa quidem & alia exhortās euangelizabat populo 185.d
Herodes adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem 161.b.c
Prædicare annū Domini acceptum & diem retribut. 190.b
Facta autem die ibat in desertum locum 25.d
v. Ipse autem secedebat in desertum & orabat ibid.
vi. Hypocrita eiice primum de oculo tuo trabem 216.a
Quid vocatis me Domine Domine, & non facitis quæ dico? 255.a
vii. Quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum? 43.a.231.a.b
Maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista neuo est 157.b
Venit Ioannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum 41.d
viii. Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt illud 194.a
x. In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt 128.b
Recte respondisti: hoc fac & vines 244.d
Porrò vnum est necessarium 253.a.b
xi. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud 194.a
xv. Iusti qui non indigent pœnitentia 208.c
xviii. Adferebant ad illum infantes, vt eos tangeret 22.b.c
xix. Eris potestatem habens supra decem ciuitates 173.b

Ioannes.

i. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes 124.a.b
Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent: Tu quis es? 117. & deinceps
Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem 37.a
Et ego nesciebam eum 93.a.b.& deinceps
Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit 124.b
Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi 132.c.& deinceps
iii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei 9.c.10.c.100.d.101.a.107.a. & deinceps
Qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam 248.d. 249.& deinceps
Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Ergo gaudium meum impletum est 159.b.c
v. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij 242.d
Ille erat lucerna ardens & lucens 118.c.231.d
Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius 118
viii. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ 191.d
Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum 192.b
Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite 152.d
x. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio 192.d
xi. Si quis mihi ministrat, me sequatur 192.a
xiiii. In domo Patris mei mansiones multæ sunt 173.b
Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. 194.a
xv. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque voluerit petetis 191.c
Manete in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta seruaui ibid.
Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum Pater 152.a
Noli esse incredulus, sed fidelis 260.d xx.
Domine tu omnia nosti 192.b xxi.

Acta Apostolorum.

Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto 96.d i.
Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia ii. 175.d
De fide & statu Ecclesiæ primitiuæ 262.a.b
Oportet Deo magis obedire, quam hominibus 36.d.& deinc. v.
Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum viii. 98.& deinceps
De Eunucho reginæ Candaces 246.b
De Saulo & Ananiæ ibidem ix.
Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiā, acceptus est illi 173.c.d x.
Inueni Dauid filium Iesse virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas 239.c xiii.
De primo Concilio Apostolorum 112.d xv.
Vt abstineant se à contaminationibus simulachrorum & seruicatione & suffocatis & sanguine 197.b.c
Ioannes dixit, in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent 97.d. 98.a xix.
His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu ibid.
Multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus suos 110.c
Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se. His assumptis sanctifica te cum illis, &c. xxi. 196.c.d
Nescieb. an fratres, quia princeps est Sacerdotum 138.b.c xxiii.
Ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum 97.a.b xxvii.

Epistola ad Romanos.

Iustus ex fide viuit 18.d i.
Factores legis iustificabuntur 237.b ii.
Qui reddet vnicuique secundum opera eius 190.a
Iustificati gratis per gratiam ipsius 251.d iii.
Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis 190.b.c.251.a.b.245.c.d
Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum iiii. 264.d
Exhibete membra vestra seruire iustitiæ 213.c vi.
Cohæredes Christi, si tamen compatimur 267.b vii.
Spe salui facti sumus 250.d
Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? 123.a.138.d x.
Si confiteris in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, &c. 250.d
Obsecro vos, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora xii. vestra Deo hostiam viuentē, sanctam, &c. 213.a.b.218.a
Plenitudo autem legis charitas 182.d xiii.

1.ad Corinthios.

Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis 246.d vi.
Filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt 10.c.d vii.
Castigo corpus meū, & in seruitutem redigo 77.b.219.b.c ix.
Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur 201. b.209.a xi.
Cætera cum venero, disponam 195.a
Imitatores mei estote, sicut & ego Christi 208.c.233.b
Omnes nos in vnum corpus baptizati sumus 108.a xii.
Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum 263.c.d.264.& deinc. xiii.
Nunc manent, fides, spes, charitas, tria hæc. Maior autem horum est charitas ibid.
Stella enim à stella differt in claritate, sic erit & resurrectio mortuorum xv. 173.b

2.ad Corinthios.

Exhibeam⁹ nosmetipsos in vigiliis, in ieiunijs, in castit. 53.d vi.
Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem vii. bilem operatur 203.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

vi. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, sanctificationem in timore Dei perficientes 201.b
In fame & siti, in ieiuniis multis 53.c.d

Ad Galatas.

iii. Quotquot baptizati estis, Christum induistis 101.a.239.b
v. Fides quæ per charitatem operatur 113.c
Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis 75.c
Fructus autem spiritus, charitas, gaudium pax, &c. 208.b.c

Ad Ephesios.

ii. Eramus enim natura filij iræ 10.c.12.a
iii. In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius 263.a
iiii. Veritatem facientes in charitate crescamus illo per omnia, &c. 208.d
v. Vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ 12.a.107.d
vi. Pax fratribus & charitas cũ fide à Deo Patre nostro 263.d

Ad Philippenses.

ii. Cum metu & tremore vestram salutem operamini 201.b
iii. Imitatores mei estote fratres 232.a.b
iiii. Quæ & didicistis, & accepistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum 233.b

Ad Colossenses.

i. Adimpleo ea, quæ desunt passioni Christi in corpore meo 213.b
ii. Non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis 219.d
Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu 63.d.76.d
iii. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terrã 201.b.220.c

2. ad Thessalon.

ii. State & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram 77.a.216.c

1. Ad Timotheum.

i. Finis præcepti charitas 264.c
vi. Si permanserit in fide & dilectione 263.d
Si commortui sumus, & conuiuemus 213.a
iii. Acquiret sibi multam fiduciam in fide 263.a.b
Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis 141.d.142.c
Prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos Deus creauit 78.d
Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur 226.b
Ineptas & aniles fabulas deuita 194.d.248.c
Corporalis exercitatio ad modicum utilis est 77.c.d
Pietas autem ad omnia utilis est 218.d
Noli negligere gratiam quæ data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum Presbyterij 123.d
Bonum certamen certaui, cursum consummaui 246.c
v Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, &c. 226.b.c
Senorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem 122.b
Depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates vi. 113.d.248.c
Sectare institiam, pietatem, fidem, charitatem 263.d

Ad Titum.

Constituas per ciuitates Presbyteros 123.d ii.
Omnia munda mundis 63.d
Confitentur se nosse Deum, factis autem negant 250.c.251.d
Vt sobrie, iuste & pie viuamus in hoc seculo 251.d ii.
Spiritum sanctum, quem effudit in nos abunde 247.b iii.
Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, &c. ibid.

Ad Hebræos.

Adiuuemus nos mutuo ad prouocandã charitatẽ, &c. 225.d x.
Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium 265.a.& deinceps xi.
In melotis & pellibus captinis 44.c.d
Talibus enim hostiis promeretur Deus 218.a xiii.

Iacobus.

Credunt dæmones & contremiscunt 266.a i.
Si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides saluare eum? 264.d ii.
Videtis quod ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? 249.c.264.265
Fides sine operibus mortua est 266.a
Ostende mihi fidem tuam sine operibus 190.a
Confitemini alterutrum peccata vestra 110.c.111.a v.

1. Petri.

Perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam 194.a i.
Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius 213.a ii.
Libertatem promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis 76.c
Et vos nunc similis formæ saluos facit Baptisma 107.d iii.

2. Petri.

Magis satagite, vt per bona opera vestra certam vestram vocationem & electionem faciatis 189.d.259.c

1. Ioannis.

Sanguis filij eius emundat nos ab omni peccato 212.a i.
Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare 193.b ii.
Qui est propitiatio pro peccatis nostris 212.a
In hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruemus 193.d
Qui facit iustitiam, iustus est 237.b.242.d iii.
Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt 193.d.245.a iiii.

2. Ioannis.

Qui seruat mandata eius, in illo manet 193.d ii.

Iudas.

Qui potest vos conseruare sine peccato 190.a

Apocalypsis.

Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac 207.b ii.
Qui iustus est iustificetur adhuc, & qui sanctus est, sanctificetur adhuc 114.c.246.a xxii.

FINIS.

INDEX

COPIOSVS RERVM PRAECIPVARVM, QVÆ HOC PRIMO TOMO CONTINENTVR.

A.

ABRAHAM patrem habere quid Sacerdo 153.a
Abrahæ filij qui sint appellandi 154.b
Absolutio vera, quæ necessario requirat 207.d
Absolutio qualis detur a Nouatoribus. ib.
Abnegare semetipsum, & tollere crucem quid 224.b
Abstinentia veteris Ecclesiæ 65.b
Abstinentia Iudæorum olim abrogata, in quo differat ab abstinentia Christianorum 76.d.77.a
Abstinentiam & ieiunia Paulus laudat 220.c
Abstinentiæ & austeræ vitæ exempla 44.45.226.227
Abstinentia & Sobrietas: ieiunium & temperantia differunt 51.c
Abstinentia homini spirituali necessaria 80.b
Acephali noui 146.a
Acepsemas Monachus, cur ab Hæreticis accusatus 225.d
Ἀχριδῶς vnde dictæ 65.a
Ariani statos ab Ecclesia ieiuniorum dies oppugnant 60.a.b
Afflictio voluntaria prodest 58.a
Alexius ab Hæreticis accusatus 228.a
Altemburgense colloquium quam horrenda de bonis operibus asserverit 188.c
Ambrosij morituri sententia 163.a
Ambrosius sibi confitentes ad fletum suo fletu permouere solebat 205.a
Anabaptismo occasionem dedit Lutherus 22.c
Anachoretæ & Cœnobitæ quomodo differant, & qui 33.a.b
Antonius Magnus quid de cruce docuerit: 224.d
Antonius Magnus θεοδίδακτος 4.d
Antonij Magni austera vita 224.c
Apostoli cur post Paulum diligenter scripserint de bonis operibus 197.a
Apostoli baptizati 97.d
Apostoli legem ad tempus obseruarunt 138.c
Apostoli a Centuriatoribus reprehensi 196.b
Apostolorum doctrina excellentior quam Ioannis 100.a.b
Apostolorum ministerium præstantius quam Ioannis 157.a.b
Aquæ sanctificatæ per baptismum Christi 97.c
Arbor infrugifera exisa quid minetur & doceat 180.b
Arbitrio hominis quantum Caluinus detrahat 188.a
Arcadij Imperatoris pietas 294.c
Arriani Sanctis & eorum miraculis etiam olim contradixerunt 287.b
Arrianorum esse morem ad solam Scripturam appellare 216.c.d
Audiani Pœnitentibus nullam satisfactionem imponebant 211.d
Augustini testimonium contra fidem infantium propriam 20.a.b.c
Austeritas vitæ Ioannis Patrum testimoniis confirmatur 46.b
Austeritas vitæ quanta fuerit in veteri Ecclesia 66.b. 69.a.b
Authoritas Pontificum & Conciliorum 144.b.c
Ἀχρόδρυς pro ἀκρίδες ineptè legi vult Beza 57.a

B.

Baptistæ nomen & ministerium 93.d
Baptizandi olim ieiunabant 65.b
Baptismus multiplex in Scripturis 95.c
Baptismi in nouo Testamento necessitas 9.b.c
Baptismus vinus & vera regeneratio 12.d
Baptismus paruulorum 13.a.17.a.b
Baptismus Christi a Baptismo Ioannis in quo differat 96.b. 97.a.b.100.d
Baptismi Ioannis efficacia iuxta Nouatores 98.b
Baptismus Ioannis præparatio tantum ad Baptismum Christi 100.d.101.a.103.d
Baptismus Ioannis quomodo dicatur esse in remissionem peccatorum 104.a
Baptismus ignis 100.c.d
Baptizari in igne quid 101.b
Baptizati a Ioanne rebaptizantur ab Apostolis 98.b.c
Baptizati quam olim vitæ disciplinam obseruarint 65.c
Baptizari in Spiritu qui dicantur 102.a
Baptismi Ioannis cum Christi Baptismo collatio 104.a.b
Baptismus Ioannis cur Christi Baptismo non possit exæquari 97.a
Baptismus Ioannis cum suo authore fletit, & cecidit 97.b
Baptismus Ioan. quomodo differat à Baptismo Apostolorum, & sequentium Ministrorum Euangelij 98.b.c
Baptizatos per impositionem manuum accipere Spiritum sanctum 102.c
Baptismum Sectarij pro doctrina accipiunt: & baptizari pro erudiri 106.c.d
Bene beateque viuendi conditiones à Paulo propositæ 267.b
Biblia a Luthero depravata 189.d
Brentius negat secundum opera nos iudicandos 190.b
Brentius in Ioannem contumeliosus 88.a.161.a.b. 163.b
Brentius in Christum blasphemus 244.d
Buceri doctrina de operibus 200.b.c

C.

Caluini & aliorum temeritas in peruertendis verbis Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, &c. 106.d
Caluini blasphema doctrina de bonis operibus 188.a
Carnis mortificatio quid Melanchthoni 221.a
Carnem expugnandam esse, præceptum Apostoli Matthiæ 75.c
Caro affligenda & edomanda 222.c.d
Charitas vna homini vel maxime necessaria 253.d
Charitas, Fidem & Spem antecellit, & eius commendatio 264.c
Charitas impletio Legis 252.a.264.c
Caroli Quinti pietas 294.d
Castigare corpus expedit & licet 219.b
Castitatis virginalis & vidualis diuersa corona 175.a
Catholici quomodo Sanctos colant 295.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Catholicis quid obseruandum in Eccleſiaſticis hiſtoriis Nouatorum 300.a.b
Centuriatorum de Ioannis deſerto ſententia 23. Eiuſdem ſententiæ refutatio 26
Centuriat. ſententia de pilis camelorum, & zona pellicea Ioan. 37.38.39.
Centuriat. ſententia de locuſtis, & melle ſyluestri Ioannis 49
Centuriat. vnde colligant imperfectionem Ioan. 166.d
Centuriat. in Ioannem contumelioſi 119.b.c.122.c.d
Centuriat. ſæpè falſum teſtimoniũ in proximũ dicunt 296.b
Centuriat. cenſura de reliquiis & miraculis Ioannis 284.a. & deinceps.
Centuriat. Patres omnes accuſant, quod non recte docuerint de operibus 197.d.198.a
Centuriat. qualia Apoſtolis aſſingant 196.b
Centuriat. Scripturæ loca de bonis operibus depraua̅t 191.b
Certitudo fidei qualis prædicetur à Nouatoribus. 157.b
Certitudo fides qualis in Paulo 267.a
Certitudo fidei Catholicæ 260.a
Chriſtiani quomodo docendi 268.b
Chriſtianorum veterum victus 66.b
Chriſtianorũ vita hodie luxu & voluptatib. plena. 69.70.
Chriſtiani multi ſimiles Iudæis 152.c
Chriſtus cur Agnus Dei vocetur à Ioanne 134.c.d
Chriſtus ſe ſolum cum Ioanne confert, ſeque illo maiorem facit 156.d
In Chriſto eſſe & manere quid 193.c
Chriſti mortis fructus ad quos pertineat 133.c
Chryſoſtomi adhortatio, ad Ioannem imitandum 234.b
Chryſoſtomi corporis per Theodoſium iuniorem tranſlatio 294.
Cilicium ex pilis camelorum Ioanni fuiſſe 47.a
Circumciſionis in Teſtamento veteri neceſſitas 9
Cœnobitæ qui 33.a.b
Cognitio Ioannis de Chriſto certa 92.d
Colloquium Chriſti cum Ioanne ante Baptiſmum 87.c.d
Concilij Hieroſolymitani primi decreta 197.b
Confeſſio peccatorum qualis Ioanni facta ſit 109
Confeſſio peccatorum in Eccleſia 110.111.
Confeſſio Catheciumenorum alia, quam relapſorum ibid.
Confeſſio populi apud Ioannem quid doceat ibid.
Conſolari bene vel male alios quomodo liceat 268.a
Conſtantinus Magnus Ioanni & Apoſtolis templa conſtruxit 294.a
Conſilia & præcepta differunt 184.d
Conſuetudines Eccleſiarum temerè contemnendas non eſſe, ſed ſeruandas 185.a
Contritionis nomen depranatum à Nouatoribus 207.b
Corporalis exercitatio admodũ vtilis 77.c
Corpori quomodo ſeruiendum. 221.c.d
Corpus quomodo hoſtia viua Deo exhibeatur 218.b
Corpus non tam honorandum quam contemnendum 221.c.d
Credere aliud eſt quam Chriſtum ſequi, vel eius ſermonem ſernare 191.d
Credere in Deum Filium quid 248.d.250.b.c
Crucem damnat crucis inimicus Sacerius 223.d
Crucem ſibi commendatam habere debent Chriſtiani 224.a
Crux electitia 223.d
Crucem tollere quid ſit 224.b
Cultus opimenem neſcio quam Catholicis aſſingunt Hereticí 217.d
Cultu Sanctorum cultum Chriſti potius perfici ac prouehi, quam minui 249.b
Cultus nomen in Scripturis tribuitur bonis operibus 218.a
Cultus Sanctorum approbatur 249.b.& deinceps
Cythræus veſtem è pilis camelorum, vndulatam interpretatur, Schamlot 39.d

D.

Dauid iuſtus 240.a
Dauidis pœnitentia 203.d
Delectus ciborum in veteri Eccleſia 66.b.78.b
Denarius diurnus quid ſignificet 174.d.175.a
Deſertum ſeu eremus duplex 37.a
Deſerti nomen quomodo in Scripturis accipiatur 25.d
Deſertum Ioannis quale ex ſententia Buceri & aliorum 23.d.36.c
Deſertum in quo vixit Ioannis, interiorem eremum fuiſſe, ſententia Patrum 27.a.b
Deſertum Chriſti, & cur ad illud ſeceſſerit 24.c
Dies natalitius Ioannis 1.d
Dies conſecrati ieiuniis 78.d
Diligere Centuriatoribus ſignificat credere 191.c.d.192.
Doctrina Ioannis & Apoſtolorum diuerſa 100.a
Doctrina & Sacramenti nomina non confundenda 106.c.d
Deum non eſſe exceptorem perſonarum 173.b

E.

Eccleſiam non eſſe deſerendam, nec ab Ordinaria poteſtate diſcedendum 141.142
Eccleſiæ primitiuæ ſtatus 262.b
Eccleſiæ fidem & doctrinam infallibilem eſſe, nec eam errare poſſe 141.d.142
Eliæ pueri miracula 2.b
Elizæus & diſcipuli eius veteris Teſtamenti Monachi 44.d
γνησίους pro ἀγνησίους ſuppoſuerunt Ebionæi 58.c
Epheſij 12. an ſint rebaptizati à Paulo 97.d
Epiſcopi Catholici quid à nouis miniſtris exigant 138.a.b
Epicuri plures quam Ioannis diſcipuli 70.a
Epiſtolam Iacobi, Iudæ & ad Hebræos reſpuunt Centuriatores 189.d.196.c.d
Eremiticæ & ſolitariæ vitæ laus 33.a.b
Euangelium ad nudum & inane nomen Euangelici contrahunt 109.a
Euangelij nomine infinitas hæreſes a Nouatoribus comprehendi 138.d.139.a
Euangelium quid habeat ſupra legem 185.a
Euangelium vnum & vna fides 261.d
Euangelici deteriores Catholicis 72.c.d.73
Euangelicorum teſtimonia de propriis ipſorum inter ſe grauiſſimis diſſenſionibus 109.110
Euangelicorum noſtri temporis ſummus luxus & corruptiſſimi mores 72.73
Euchariſtia non niſi ieiunis etiam olim data 55.a
Euſebij Cæſarien. de Ioannis eremo teſtimonium 28.d
Exultatio Ioannis in materno vtero 4.b.c.8.b

F.

Facere & ſeruare ſæpe idem in Scripturis ſignificant 192.d
Facere & ſeruare differunt à credere in Scripturis 192.b
Farrago corruptelarum in hiſtoria Io. 271.272.& deinceps
Fides ſpecialis Nouatorum 133.b
Fidei, ſpei & charitatis officia diuerſa ex ſententiis Patrum 250.251
Fidei certitudo 258.259
Fides hiſtorica & diabolica nõ eſt Chriſtianorũ fides 265.d
Fidem infantium propriam non eſſe 17.a.19.b
Fideles aqua fide dicti 266.c.d
Fiducia vana Euangelicorum reprehenditur 151.d
Fidem ſpecialem de Meſsia nec à Ioanne exactam, nec a Iudæis adhibitam fuiſſe in Baptiſmo 133.a.b
Fidem veram amittunt Hæretici dum fidem ſuam ſpecialem vrgent 133.b
Fides ſpecialis non confirmatur a Ioanne 135.a.b
Fidem non eſſe partem pœnitentiæ 206.d
Fidei

Fidei epitheta 207.a.265.d
Fides quæ & qualis exigatur ad ſalutem 250.c
Fidem & fiduciam male confundi 265.a
Fides mortua Nouatoribus quæ 266.a
Fides vera nunquam expugnatur 266.c
Fidem nouitiam in Euangelio non doceri 263.a
Fidei firma exempla Euangelica 261.d.262.a
Fide ſola quomodo vel nõ iuſtificari dici poſſumus 249.b.c
Fidem non tantum propriam, ſed etiam alienam Chriſtus reſpicit 262.d
Fides quid 257.d.265.a.278.b
Fides ſeparatur à ſpe, à iuſtitia, ab operibus, & charitate 191.a.241.a.257.d 258.a.263.d.264.a.b
Fidem qualem exegerit à curandis Chriſtus 262.c
Fides ſola reprehenditur 250.a.b.257.a.b.266.d
Fructus ſpiritus diuerſi à fructibus pœnitentiæ 208.b.c

G.

Gratia quid ſupra legem habeat 183.a

H.

Habete honorem corpori, nouum Melanchthonis præceptum 219.c.d
Hallæ Monachi abſtinentia ab Hæreticis reprehenſa 226.a
Hæreticos puniendos eſſe, ſententia Leonis Magni & Auguſtini, atque adeo ipſorum quoque Euangeliorũ 149.b.c
Hæreticorum ſumma licentia & audacia in depranandis hiſtoriis & Scripturis ſacris 281.a.b
Hæretici miſerrimi 261.a.b
Hæretici cur bona opera tollant 181.d
Hæretici veſtitum victumque Ioannis iudicio carnis, mundaque prudentia metiuntur 39.d
Hæretici qua in parte obſeruent ſedulo verbum Dei 74.c
Hæretici quomodo abutãtur Euangelij nomine 138.d.139.a
Hæreticis & doctrinæ eorum minime adhærendum 144.b
Hæreticorum eſt ſemper Catholicis obtrectare 148.b
Hæreticis obſiſtere actus, vtrique conuenit Magiſtratui 149.b
Hæretici Iudæis ſimiles 151.c.d
Hilarion Monachus cur ab Hæreticis accuſatus 227.b
Hiſtoriæ fidem non ex vno atque altero ſcriptore dependere 291.b
Hoſtia viuens quæ 218.b

I.

Iacobi Apoſtoli in victu auſteritas 45.b.c
Idololatriæ crimen in Sectarios potius, quam in Catholicos competere 73.b
Ieiunium Euangelicum 51.52
Ieiunium quomodo accipiatur in Scripturis 51.c
Ieiuniorũ laus, vſus, meritũ, & efficacia 52.b.70.b.79.c.d
Ieiunij exercitatio ſpiritualis, non corporalis tantum 77.c.d
Ieiunantium in Scripturis exempla 52.53.54.60.b
Ieiunium ſanctificare quid ſit 78.a
Ieiunia Iudæorum 52.b
Ieiunia veteris Eccleſiæ ex teſtimoniis Patrum 66.b
Ieiunia olim non fuiſſe libera 68.a.b
Ieiunium vſque ad ſolis occaſum 55.a
Ieiunia conſtituendi poteſtas penes rectores Eccleſiæ 78.b.c
Ieiunantes olim a vino & carnibus abſtinebant 42.d
Ieiunium quale Chriſtus & Eccleſia requirant 52.d.78.a
Ieiunia olim crebra & prolixa 68.b.c
Ieiunia hodie negligi & contemni 70.b
Ieiunij hoſtis Satanas 80.
Ieiunium ob tentationes non relinquendum 223.a
Ieiunium Euangelici ad Mendicos relegant, & ſumme exoſum habent 55.a.70.c.d
Impoſitione manuũ dari Spiritum ſanctũ in Eccleſia 102.b.c
Imperator ad ſepulchrum Petri piſcatoris ſupplicat 291.c
Innocentes Martyres ſine fide propria 15.b
Intrare per anguſtiam portam Sacerio quid 254.c
Infantes alienafide baptizari 15.c
Infantes non credere, nec habere actualem fidem, nec motus ſpirituales 14.& deinceps
Infantes ſine Sacramento fidei ſeu Baptiſmi non ſanctificari 9.a.b
Infantes ex Apoſtolica traditione Baptizari 12.d
Infantium fidem refutat Muſculus 15.d
Inquiſitorum officium 148.c
Inquiſitores cur Sectariis exoſi ibid d
Iob quomodo in fide & ſpe certus 259.d
Iob nona fide & eius certitudine caruit 266.d
Ioannis parui ad orationem attentio 172.b
Ioannes Abbatis memorabile exemplum 59.b
Ioannis Baptiſtæ natiuitas, puericia, & ſanctitas 158.159. 165.168.171.172
Ioannis & Eliæ comparatio 2.b.44.a
Ioannes θεοδίδακτος 4.d
Ioannis dona & prærogatiuæ 2.5.6.13
Ioannes quando venerit in deſertum 35.b.c
Ioan. cur vitam eremiticam elegerit 30.a.b
Ioan. a Chriſto laudatus ob veſtitus & victus auſteritatem 43.c
Ioan. triplicem de Chriſto cognitionem habuit 91.c.d
Ioan. miniſterium multis ſaluare 109.c
Ioan. cur in deſerto ſuggeſtum habuerit 27.d.28
Ioan. de fide prædicans, non de pœnitentia 134.b
Ioan. quomodo maior & minor Apoſtolis 137.c
Ioan. tres primariæ virtutes 168.b.178.a.b
Ioan. non minus vitam quam doctrinam obſeruandam eſſe 230.231.
Ioan. qui veri diſcipuli 234.a.b
Ioan. typus continentium ac virginum 48.b
Ioan. cum aliis Eremitis collatio 59.a
Ioan. rigidiſſime ieiunauit 60.b
Ioan. vita quomodo Monachis & omnibus Chriſtianis inſeruiat 232.c
Ioan. fuiſſe perfectum virum 168.c.d
Ioan. etiam Turcis eſt venerationi 128.a
Ioan. non eguiſſe humana tinctione vel ordinatione 130.c
Ioan. non baptizaſſe in nomine S. Trinitatis 132.a
Ioan. Eccleſiæ datum eſſe ad ædificationem & virtutis exempla 230.d.232.d
Ioan. gloriam ſingularem in cœlo obtinere 176.d
Ioan. cur Nouatores laudent tantum ob miniſterium 170.d
Ioan. a carnibus & piſcibus abſtinuit 62.d
Ioan. non eſſe veteris Legis abrogatorem, vt nouæ inchoatorem 85.b.c
Ioan. Chriſto antepõnunt Centuriatores 86.c
Ioan. quomodo ſe Chriſtum neſciuiſſe dicat 93.a
Ioan. de ſuo Baptiſmo quid credi velit 96.a
Ioan. doctrinam ſuam rudi populo accommodauit 112.b
Ioan. contra Legem nihil aut docuit aut fecit 112.d
Ioan. non eſſe natum in peccatis, nec timuiſſe mortem ob peccata, ſed optaſſe potius 161. & deinceps
Ioan. non excommunicaſſe præcipuos Iudæos 150.d
Ioan. cur magnus coram domino dictus 4.a.156.c
Ioan. a baptizandis non exegiſſe vt valedicerent Iudaiſmo 137.138
Ioan. non examinaſſe baptizandos 115.a
Ioan. apud Iudæos gratior celebriorque quam Chriſtus 118.a.128.a
Ioan. miniſter Eccleſiæ ex paterna ſucceſſione 125.a.b
Ioan. miniſterium a Iudæis potius confirmatum, quam oppugnatum 125.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. se comparant Nouatores 150.a
Ioan. maior inter natos mulierum 155.d. & deinceps
Ioan. maior omnibus & sanctitate & munere Prophetico 156
Ioan. lucerna ardens & lucens 2.c
Ioan. prædicatio singularis 179.b
Ioan. victus & vestitus 37.41.c.47.a.b.48.49.57
Ioannis vita dura & mutanda 47.a.48.a.232.c.d.234.b
Ioan. vocatio & doctrina 124.a.151.b.179.b.c.234
Ioan. non restitisse potestati & officio Principum Synagogæ, nec eorum authoritatem neglexisse 121.d.124.c.d.126
Ioan. sepulturam & reliquias obscurant Hæretici 285.b.c
Ioan. Prophetica gratia in parentes redundat 4.b.c
Ioan. adhuc infantis de Christo scientia 4.a.91.c
Ioannis educatio in eremo 26.b.30.a.b
Ioan. Virgo 176.d
Ioan. epitheta & eulogia 5.b.159.160
Ioan. contra legem non fecisse comedendo locustas 64.a
Ioan. Monachorum princeps, & principium Anachoretarum 31.32
Ioan. cum Luthero comparatio 147.
Ioan. Baptismus 104.c.d.127.a
Ioan. a Synagoga secessionem nullam fecisse 131.139.d
Ioan. non inchoasse vniuersalem vocationem gentium 121.b
Ioan. non abrogasse legem 85.b.c.86.d
Ioan. de Christo cognitionem nunquam fuisse dubiam 90. & deinceps
Ioan. in carcere seiunctii affectus 161.a.162.164.d
Ioan. reliquiæ à fidelibus tempore S. Hieronimi su Sebaste adoratæ 184.b.c
Iudicium Christi non futurum secundum opera nostra Breuitius asserit 190.b
Iudæorum Legati qui & quo animo ad Ioan. accesserint 118
Iudaicorum Scriptorum de Ioan. existimatio 127.c.d
Iulianus Apostata Sanctorum cultum oppugnauit 292.d
Iustificationis partem esse interiorem hominis renouationem 246.c.d
Iustificari ex fide quid 251.a
Iustitia Christiana 241.a.b
Iustitia in Scripturis quid ibid.
Iustitia legis quomodo impleatur 245.b
Iustitia imputatiua reprehenditur 172. 245.c.248
Iustitia parentum Ioannis 235.d
Iustitiam habere coram Deo 244.a.b
Iustitiæ triplex status in homine 245.d
Iustos cur affligat Deus, iniustos non æquè 165.b.c
Iustos recte a iustitia dici 240.c
Iustitiæ inhærenti nihil concedunt Hæretici 171.c
Iustitia Christiana tribus capitibus continetur 241.b
Iustitiam & fidem aperte distinguit Scriptura ibid.
Iustitiæ nomen bifariam accipi 236.d.240.b.c
Iustitiæ gradus a Nouatoribus confunduntur 246.b
Iustificari gratis quid 251.d
Iustificatio quibus rebus contineatur 245.c.246.c.d.251.d
Iustos in hac etiam vita esse inæquales 173.d
Iusti quales saluandi 242.d
Iustorum varia exempla benedictiones & præmia 173.d. 239.240.d.241.244
Iusti non indigent pœnitentia 208.c
Iustum sine graui peccato viuere posse 236.c
Iusti qui vere nominentur & habeantur in Scriptura 239.a
Iustitiam Nouatores quomodo accipiant 238.b.242.b
Iusti in Scripturis ab operibus dicuntur 237.a.b.239.d
Iustus ex fide viuere quomodo dicatur 19.a
Iustus non omni semper peccato caret 240.a
Iustum esse coram Deo quid significet 236.b.239.c

I.

Legatio Iudæorum ad Ioannem 117.119.b.c
Legis & Euangelij differentia 182.c.d
Legis opera quæ Paulo dicantur 245.a.b
Lex vsque ad Ioannem, sententia Nouatorum 83.b
Libertas Euangelica 60.a.76.c
Ligandi potestas a Christo 150.d
Locustæ animalia quales 57.a.61.c.64
Locustæ pro herbis 63.a
Locustæ species cancrorum, genus scilicet piscis in lege prohibitum, sententia Nouatorum 57.a.b
Locustæ animalia munda ad esum in lege permissa 61.b.c
Locustas Ioan. non fuisse cancros 58.c.d.62.b.c
Lucas male tractatur a Centuriatoribus 197.c
Lucæ historia bonis operibus fauet, Lutheri sententiæ ibid.
Lutheri impia vox, de beata Virgine 170.d
Lutheri paradoxa de sola fide 152.d.252.b.c
Lutheri impia doctrina de operibus 163.c.187.a
Lutheri sententia de vocatione nouorum ministrorum 129.b
Lutherum oppugnant ipsi Sectari 147.a.b
Lutheranorum summa dissensio 188.c
Lutherus cum Ioan. & Elia comparatur 147.c
Luxum & intemperantiam grauissime a Deo puniri 74.d. 75.a

M.

Magistratibus vbi & quando sit repugnandum 136.d
Magistratus vterque quam impune & impunè tractetur vteturque a Nouatoribus 195.d
Magnus in Scriptura quis dicatur 156.c.d
Malchus Eremita cur ab Hæreticis reprehensus 225.c
Manere in Christo & charitate plus esse quàm credere 191.c.d
Manere in Christo quid ibid.
Manere in charitate quid sit Centuriatoribus 193.c
Manus impositio 18.d
Melanchthonis errores de ieiunio 52.a
Melanchthonis testimonia de corruptis suorum moribus 73.d
Mel syluestre Ioannis quale fuerit 57.c
Melanchthonis præceptum Epicureum 219.d
Memoriæ Sanctorũ quid apud Augustinũ significet 298.b.c
Merita Dauid olim defuncti 290.c.d
Meritorum & præmiorum differentiam cum Iouiniano tollent Nouatores 174.175
Mereri remissionem culpæ & pœnæ perpetuæ esse solius Christi 212.a
Μετάνοια quid in Scriptura 203.a
Ministerium Ioannis 85.d.86.a
Miracula circa caput & reliquias S. Ioannis 283.b.290.c
Miracula Sanctorum Scriptura prædicat 288.a.b
Monachorum institutum a temporibus Apostolorum 40.d
Monachorum incunabula 46.b
Monachorum duo genera 32
Monasticæ Authores & instituores laudandi 228.b.c
Monachorum princeps Ioannes 31.a.32.a
Monachorum institutum probatum in Ecclesia 32.c.d
Monachorum nomen vnde ortum 41.b
Montanistarum ieiunia 78.d
Mortificatio carnis quid sit Hæreticis 210.c.d
Musculus infantum fidem refutat 15.d

N.

Nazarei 35.d
Niniuitarum ieiunium & pœnitentia 53.b.c.215.a

O.

Obedientiam solum inchoatam iustis non competere 114.b
Obedientiam nouam qualem docent Nouatores 113.d.114.a
Obediendum Magistratibus 136.c.d
Officia iustorum & pœnitentium non confundenda 209.c

Operum bonorum necessitas 180.b.182.b
Opera bona non esse necessaria ad salutem volunt Nouatores ibid.
Opera bona qualia recenseant Centuriat. 194.b.c
De operibus impia Lutheranorum, & Caluinistarum atque Alienburgensis Colloquij doctrina 164.187.188.189
Opera bona non omnia ad proximum pertinere. 200.d
Opera bona non omnia in Lege vel Decalogo esse præcepta 184.a.b.194.d
Opera tertij præcepti secundum Centuriatores 195.b
Operum bonorum triplex genus à Christo traditum 200.d
de Operibus bonis Patrum sententiæ à Centuriatoribus reprehensæ 198.a.b
Opera bona esse posse sine certo Dei mandato, nec ea damnanda 184.b.216.b
Opera bona omnia ad Deum rectè relata, esse sacrificium 218.c
Opera Legis quæ 245.a.b
Opera bona omnia verbo Dei contineri quomodo Catholice dici possit 185.c
Opera moralia non solum Ioannem exegisse, aut docuisse 183.c.d.185.d
Opera bona omnia quomodo ad Decalogum reuocari possint 195.c.d
Opera bona primæ tabulæ meliora iis, quæ sunt secundæ 201.a
Orationis attentæ exempla 172.c.226.c.d
Ordinaria potestas apud Iudæos ob prærogatiuam eorum Synagogæ à Deo concessam in fide errare non potuit 142.c.d
Ordinatio per impositionem manuum fieri solita 123.c.d
ab Ordinaria potestate non discedendum 140.b.c.143.c
Ordinaria potestas à Pontificibus Iudæorum in Apostolos translata 138.b
Ordinaria vocatio ministrorum Ecclesiæ 123.124

P.

Paruuli fidelium qua ratione sancti ab Apostolo appellentur 10.c
Paruuli Christianorum differunt à paruulis infidelium 10.c.d
Paruulos alios Ioanni dissimillimos esse 21.d
Parentum Ioannis laudes 235.b
Parentes Ioannis iusti 235.d. 237.c.d. 239.a.241.d
Passionis Christi virtutem obscurari à Nouatoribus 248.b
Patres antiqui cur grauiter arguantur a Centuriatoribus, & qui 198.a
Paulæ Romanæ pœnitentia 204.c
Paulus Monachus cur ab Hæreticis reprehensus. 227.c.d
Paulus Pontificem etiam impium reuereretur 141.b
Pauperum causa melior, quam diuitum 176.a
Peccatorem se facere aliud quam peccata confiteri 111.b
Perfectio hominis duplex 114.d
Perseuerantiam in bonis operibus neminem sibi certo polliceri posse 115.d.116.b. 259.a
Petrus Aretinus publice in Ioannem contumelioſus 82.a
Philosophari apud veteres quid 34.b.c
Philonem de Christianis Monachis scripsisse 40.d
Pili Camelorum vestitus Ioannis 47.a
Pior Monachus cur accusatus ab Hæreticis 226.b.c
Pœnitentia quid, & eam plus esse quam resipiscentiam 203.b.207.d
Pœnitentiam & opera bona cur potius vrgeat Ioannes quam fidem 135.c.d
Pœnitentiæ fructus alij quam Spiritus 208.b.c
Pœnitentiæ quanta vis apud Deum 202.c.d
Pœnitentiæ crux nobis post Christum ferenda 213.a
ad Pœnitentiam eiusque fructus quid proprie requiratur & pertineat 208.d. 209.a
Pœnitentiæ partes sententia Nouatorum 206.c.d
Pœnitentia qualis proprie a relapsis requiratur 201.d
Pœnitentia laboriosus baptismus 202.a
Pœnitentiæ opera non omnibus necessaria 208.c.d
Pœnitentiæ fructus 205.d.206.a.210.d.214.d
Pœnitentia Niniuitarum 215.a
Pœnitentium actus in veteri Ecclesia ex testimoniis Patrum 214.c.d
Pœnitentiæ publicæ & priuatæ in Ecclesia vsus 214.d. 215.a
Pœnitentiæ partes tres 210.d
ad Pœnitentiam quo paulatim perducatur homo ex doctrina S. Ioannis 202.c.204.a.b
Pœnitentiæ fructus graniores, quam aliarum virtutum 210.d.211.a
Pœnitentium exempla nonnulla 204.205
de Pœnitentiæ fructibus quam varie sentiant Nouatores 205.b.c
Pœnitentiam non referri ad Originale peccatum 205.c
Pœnitentia Cathecumenorum alia quam relapsorum 207.a
Pœnitentiæ exterioris ritus apud Sectarios 207.c
Pœnitentiæ quis modus 210.a
Populus quomodo apud Ioan. sit peccata confessus 109.c
Potestas constituendi de certis seiuniis est penes Ecclesiæ Rectores 78.b.c
Præmia Sanctorum essentialia esse æqualia: accidentalia vero diuersa 176.c.d
Præmiorum inæqualitas aduersus Nouatores asseritur 172.d.174.a.b.175.176
Præcepta nouæ Legis 183.a.b
Promissa Dei in quibus efficacia 151.d
Prophetæ vrgent Pœnitentiam, non Sectarij 55.b.c
Prophetæ nomen quam late pateat 157.d
Prophetarum miracula post mortem 287.c.d
Prophetas ab ordinaria potestate nusquam discessisse 140.b.c.141.a.b

Q.

Quadragesima ex Apostolorum traditione 67
Quadragesimæ diligens obseruatio in veteri Ecclesia ibid.
Quadragesimas tres Montanistæ celebrabant 79.b

R.

Reliquiæ Sanctorum quare & quomodo honorandæ 286.c. 287
Religionem ac Monasticen adire filiis licet etiam inuitis parentibus 227.a
Roman. Ecclesiæ quàta semper fuerit authoritas 146.d.147
Ruardi Tapperi laus 223.c

S.

Sacerdotum in veteri lege ingens dignitas ac potestas 143.a
Sacerdotes Catholicos serpses propter Deum affligentes Baalitis comparat Petrus Martyr 221.a.b
Sadducæorum errores 153.b
Salutis portam ac viam arctam esse 254.b.c
Salutis certitudo apud Hæreticos nulla 260.c
Sanctificatio infantium 9.b
Sanctorum merita post mortem 287
Sanctorum preces hominibus prodesse 292.a.b
Sancti de hoc mundo læti emigrant 164.d.165.a
Sancti cur venerandi 298.c
Sanctorum afflictiones non esse signa iræ Dei, sed potius virtutum exercitia 164.b
Sanctorum vituperatores contemptoresque seuerè puniendi 229.d
Sanctos non esse mortuos appellandos 292.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctorum merita & præmia inæqualia 173.d.174.a.b
Satisfactionis nomen Sectariis inuisum 213.d
Satisfactionis officium 210.d
Satisfactio nostra, illustrat Christi beneficium, non obscurat 211.d
Satisfactio qualis à pœnitentibus requiratur, sententia Patrum 209.a.b
Satisfactio Christi quibus modis nobis applicetur 212.c
Schmidelini testimonium de corruptis moribus Euangelicorum 72.b
Scripturæ varia loca à variis depravata 189.d.192.c.d. 255.256
Scriptura sæpe vni virtuti tribuit, quod etiam pluribus debetur 250.d
Scripta Theologorum cur magni facienda 269.c
Sedere in cathedra Moysis quid 122.a.b
Sepultura Ioannis, & cur de ea taceant Euangelistæ 284.d.287.c
Sequi Christum quid 193.a
Serapis templum in D. Ioannis basilicam mutatum tempore Theodosij 294.b
Sermonem Christi seruare 192.c.d
Seruitia spontanea cumprimis placent Deo 225.b
Simonis Magi doctrina de libertate 82.d
Solitudinis laus 32.a.34.b.45.c
Solitudinis virus amor in Ioanne 30.a.b
Spes & fiducia quomodo differant à fide 263.b
Spei certitudo quibus conditionibus obtineatur 259.b.c
Spei & fidei diuersa certitudo ibid.
Spiritualis profectus a pijs & iustis requiritur, non pœnitentia 209.d
Spiritus S. proprium est ad durierem vitam permouere & ducere homines 45.c.d
Synagogæ Pontifices ante Christũ in fide non errasse 142.c.d

T.

Templa in Ioannis memoriam & honorem cõstructa 294.d
Templa destruere magis probant Hæretici, quam extruere 299.a
Θεοδίδακτοι seu a Deo eruditi quinam fuerint 4.d.5.a
Theodelindæ Reginæ Bauariæ laus 296
Theodelindæ defensio contra Centuriat. ibid
Theodosius ab idololatriæ nota defensus 292.c
Theodosij vehemens fidei zelus 294.a.b
Theodosij pietas in honorandis reliquiis Ioannis 283.284
Theodosius Ioannem Baptistam & Sanctos alios inuocat 290
Theodosij contra Eugenium victoria, Ioanne auxiliante ibi.
Theologorum Catalogus & laus qui in Hæreticos scripserunt 268.d
Tollere iugum Christi, quid 256.b
Traditiones humanæ quales a Christo reprehendantur 216.c.d.217.a
Traditiones commendari à Paulo ibid.
Traditiones quæ recipiendæ, quæ reiiciendæ ibid.
Traditiones Apostolicas non reiiciendas, sed obseruandas 194.c.d

V

Vigilantius à Centuriatoribus laudatus 285.d
Vini certam abstinentiam improbat Caluinus 42.c
Virginum & Doctorum ingens dignitas 277.a.b
Vita ἀσκητικὴ qualis 34.c
Vitam contemplatiuam & actiuam differre inter se 34.d
Vitæ austeræ exempla 44.45.227
Vnum est necessarium, quomodo intelligendum 253.d
Vocatio Generalis & specialis, seu mediata & immediata 122.d.128.b.c
Vocationis mediatæ & immediatæ signa 123.b
Vocatio Ioannis & nouorum ministrorum diuersissima 129.130
Vocatio extraordinaria nouorum ministrorum ibid.
Votum Nazaræorum 36.a

Z.

Zona Ioannis pellicea 47.d
Zona Ioannis mortificationis symbolum 48.a

FINIS.

TOMVS SECVNDVS

COMMENTARIORVM DE VERBI DEI CORRVPTELIS ADVERSVS NOVOS, ET veteres Sectariorum errores.

IN EO LIBRIS QVINQVE DISSERITVR DE MARIA VIRGINE INCOMPARABILI, ET DEI GENITRICE SACROSANCTA.

AVTHORE

D. PETRO CANISIO SOCIETATIS, IESV THEOLOGO.

APOCALYP. XIII.

Et aperuit BESTIA os suum in blasphemias ad DEVM, blasphemare nomen eius & TABERNACVLVM eius, & eos qui in cœlo habitant.



PARISIIS,
Apud Nicolaum Niuellium via Iacobæa, ad insigne Columnarum.
M.D.LXXXIIII.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆ LIBRIS QVINQVE HVIVS
OPERIS CONTINEANTVR.

PRÆFATIO duplex, ad Bauariæ Principem ALBERTVM vna, & ad Lectorem altera.

PRIMVS Liber, de MARIÆ ortu, pueritia, moribus & vita in omni virtutum genere perfecta.

SECVNDVS, de illius admirabili & perpetua virginitate, aliisque rebus annexis.

TERTIVS, de MARIA Virgine per Gabrielem Angelum salutata, eademque Dei & hominis Matre sacrosancta.

QVARTVS, de variis Euangelij locis in MARIÆ iniuriam hoc æuo malitiosè detortis, & Catholicè vindicatis.

QVINTVS & postremus, de eiusdem virginis in cœlos transitu, déque cultu & honore, quo Deiparam Ecclesia in hunc vsque diem prosequitur.

Accedit copiosus INDEX tùm locorum sacræ Scripturæ, tùm rerum principalium, quæ in hoc Opere passim tractantur & explicantur.

SERENISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. ALBERTO COMITI PALATINO RHENI, SVPERIORIS ET INferioris Bauariæ Duci, Petrus Canisius Theologus in Christo Iesu S. P. D.

EQVIDEM ita censeo, serenissime Princeps, quàm diu in orbe viguit religio Christiana, tam copiosè ac elaboratè nihil esse dictum & scriptum, quantumuis id multi tentauerint, quod sacrosanctæ Virginis Mariæ laudibus, honori ac meritis vlla ex parte satisfaceret. Nam etsi prætermissis aliis, hoc vnum duntaxat quod Euangelica prodit historia, de Maria cognosceremus, mox tantæ illius virtutes ac dotes apparerent, quantæ nec verbis exprimi, neque calamo describi, nec humanæ quidem mentis acumine comprehendi possunt. Et tamen magnoperè confert, omniumque in Christum credentium interest, suos Mariæ non deesse laudatores, eósque non solum optimos ac peritissimos, quorum ingens paucitas esse solet, verum etiam mediocriter saltem hac facultate præditos, vt suam de illa fidem apertè testentur, aliósque moneant ac doceant, cum in Sanctis aliis, tum in hac sanctissima, & præstantissimis donis exornata Virgine matre, fontem ipsum bonorum omnium Deum rectè suspicere, palàm prædicare, & cum fructu venerari. Sed quemadmodum illi, qui debitam & iustam Mariæ laudem tribuunt, sunt plurimum commendandi: sic contra vix nomine quidem Christiano digni videntur, qui propter Christum Dominum benedictam verè matrem eius nec amant, nec colunt, nec magnifaciunt, quùm hoc ipso declarent, se in Iudæis impiis potius quàm Christianis esse recensendos. Etenim illi secundum suum & nostrum Messiam, nullius beatorum sanctitati ac gloriæ, præterquàm laudatissimæ Virginis, sunt magis infensi: hi verò diuino parentes oraculo, matrem Domini nullo non seculo beatam dicunt, publicéque celebrant per omnes credentium Ecclesias & generationes. Cuius laudationis ne probata deessent exempla, quæ futuris ætatibus ecclesiæ, perpetuò quasi prælucerent, ecce tibi primos velut euangelij testes, magnum illum dico Archãgelum Gabrielem, & sanctam Ioannis Baptistæ matrem Elizabetham. Ambo enim cœlesti Spiritu afflati ac venerabundi, singularem Mariæ dignitatem atque præstantiam clarissimis verbis initio prædicauerunt. Quod si antehac vnquam, nunc sanè potissimum incredibilis Mariæ virtus & dignitas agnoscenda simul & profitenda est, quum noua impietas & impia nouitas (pro pudor) permultos Mariomastigas in orbem extrusit, qui virgini matri, quemadmodum posteà monstrabimus, miris modis clàm palàm inuident, obtrectant, adeóque impudenter insultant. Sed hoc totum Satanæ, antiquo nimirum serpenti, tribuendum est, qui ad suum acerbissimum odium, quod in alteram hãc Euam iampridem collegit effundendum, nihil prorsus intentatum relinquit, eóque contẽdit maxime, vt primum optimę matri, deinde paulatim & prepotenti eius Filio cultus debitus, si vsquàm alibi, potissimùm certè in Prouinciis Septentrioni subiectis imminuatur, ac prorsus labefactetur. Quocirca huius deprauati, ne dicam furiosi seculi improbitate permotus, committere non potui, quin maledictis benedicta quędam opponerem, & pro mea erga hanc talem tantamque matrem obseruantia, scriberem aliquid, quod si placare non posset aduersarios, at certè quidem doctrinam ecclesiæ firmiorem, ac fortassis etiam aliquantò illustriorem fratribus redderet. Quod opus vt latè admodum patet (plenum est enim contentionum) sic etiam in recessu plus habere videtur, quàm prima fronte promittat: ideoque nobis, si verum fatendum est, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

mediocri labore constitit, præsertim quia bellum, vt sic dicam, marianum conficiendum fuit, in quo cum hostibus insidiosis, versipellibus, peruicacibus confligeremus, qui nulla se ratione vinci patiuntur, sed & victi manus dare nolunt, & more anguillarum lubrici, quoquo illos modo apprehenderis, arte & fraude quadam elabuntur.

Quicquid autem hoc erit certaminis ac operis nostri, quod non gloriolæ captandæ, sed veritatis tuendæ studio susceptum, & nunc tandem aliquando Duce Christo cõfectum in lucem proferimus, id nulli alij quàm Amplitudini tuæ Illustriss. Princeps nominatim volui dedicare. Primùm enim, præclaram in spem venio, fore vt Mariæ Orthodoxa defensio põdus apud te habeat, qui summo iudicio omnium opinione polles, quique de sacris libenter & sæpè audis & intelligis, ac prætereà Joannem nostrum Baptistam à Sectariorum iniuria nuper vindicatum legisti sedulò, & lectum tuo etiam calculo dignum existimasti. Deinde nobilissima & illustrissima virgo ad verè nobilem illustremque Principem meritò mittitur, eum præcipuè, qui sui peruetusti stemmatis dignitatem ac gloriam heroicarum quoque virtutum splendore summopere ornat atque commendat. Sed & illud, me ad hoc opus tibi nuncupandum adduxit, quod existimarem, quæ de Maria nunquam satis laudata virgine scriberentur, religioso Principi non posse non probari, qui iam inde à prima ætate Mariam in summo precio habuisset, & eiusdem honori semper studuisset, memoriàque fuisset plurimum delectatus. Quare non ita pridem contigisse nouimus, sicut & illi qui coram adfuere magnates testantur, vt Oetingensem ædem religionis ergo inuiseres, & eximiis quibusdam oblatis ad altare muneribus publicè cohonestares. Loquor autem de peruetusta apud Oetingenses æde, quam sanctus Antistes, idemque Bauarorum olim Apostolus Rupertus suis venerandis manibus primùm in ditione tua consecrauit, quámque gloriosis in Sanctis Deus magnis persæpè miraculis in hunc vsque diem illustrat, quam demùm nec Bauari solum, sed etiam exteri complures reuerenter ac frequenter adeunt, ingentique cum fructu, quantumcunque noui calumnientur Vigilantiani, in honorem Mariæ virginis celebriorem indies efficere non desistunt. Idem ego de lectissimo Filio tuo & Illustriss. Principe Guilielmo possem dicere, qui eodem pietatis ardore incensus, & paternæ virtutis æmulator studiosissimus, non solùm Oetingensem, quam dixi, verum etiam Dontenhausianam ædem Deiparæ sacram superioribus annis haud semel inuisit. Sed qua ille pompa, quo apparatu quasi sliam in Dontenhausen profectionem sanctè susceptam absoluit? Vltrò in viam se dedit egregius Heros, simplici vestitu contentus abiit, vt à prætereuntibus ne agnosceretur quidem, suum equũ Sacerdoti profectionis comiti vtendum tradidit, ipse longum iter pedibus confecit, paucis etiam qui comitarentur assumptis, nec aliis adhibitis armis, quàm quod baculum peregrinatorium, qui fortasse vix triobularis esset, manu teneret, etiamsi calores æstiui hanc illi peregrinationem difficiliorem redderent. Qui quum ad sacram ædem peruenisset, non sat habuit precari Dominum supplex, sed Sacerdoti etiam sua peccata confessus est, & sacrosanctam sumpsit Eucharistiam, nihilque demùm prætermisit, quod ad pia vota Deo summo, & sacratissimæ virgini religiosè persoluenda spectaret. Ego verò rara hæc & memoranda vestræ pietatis exempla tanto libentius repeto, magisque probo, quo certius mihi persuasum est, singulare istiusmodi religionis auitæ studium atque testimonium clementissimo Deo, eiusque venerandæ semper matri admodum placuisse, neque solum apud præsentes, sed absentes etiam pondus & momentum ingens obtinere. Talium enim exempla Principum, qui Constantinos, Theodosios, Carolos, Ottones, Henricos vt per se religiosissimos, ita de Repub. Christiana optimè meritos proceres imitantur, hoc maximè seculo desiderantur. Seculo, inquam, quo vetus illa sæpèque laudata sanctæ peregrinationis forma tàm fœdè neglecta, quàm impiè contempta iacet, ac si vsquam alibi, tùm apud Bauaros maximè in vsum publicum reuocatur.

Quo-

Quocirca si legitimus Mariæ honos, quem tot ætatibus optimi & excellentissimi homines comprobarunt, hoc opere vtcunque vindicatur, id profectò iure quodam Domui Bauaricæ vestræ debetur, quæ nimirum purissimam & dignissimam Dei genitrici peculiariter hucusque coluit, ac summopere obseruauit. Cui rei argumento esse possunt templa illa quemadmodum Ingolstadij & Monachij, sic alibi quoque per totam Bauariam passim in Mariæ honorem magnificè & eleganter exædificata, à vestris verò maioribus piissimisque Ducibus vel sumptuosè posita, vel liberaliter dotata, variisque muneribus, ornamentis, priuilegiis tam præclarè cohonestata, vt exteri sanè hanc Bauaricorum templorum, simul & monasteriorum & sacellorum copiam, stabilitatem atque splendorem non iniuria demirentur. Commendent alij generis vestri, vt parentique sic etiam admodum illustris Regiique decus, quo alias Germanorum Principum familias complures præcellitis & obscuratis. Illud longè præstantius & memorabilius Dei donum est, vestræque familiæ immortalem parit gloriam, quod in summa temporum difficultate, & fœdissima grassantium hæreseon colluuione catholicæ doctrinæ puritatem non solùm sincerè amatis & colitis, verum etiam inter medios & coniuratos ecclesiæ hostes singulari studio & ardenti zelo vindicatis. Cui ergo labor hic noster, qui pro veteris religionis officio certat, omninò rectius, quàm inuicto illi Ecclesiæ Catholicæ Propugnatori inscriberetur, per quem inclyta Bauaria inter tot lapsas miserque iacentes Germaniæ Prouincias alias pulchrè constitit, ac velut excelsa domus super firmam petram siue rupem fundata perdurat immobilis, totque iam Annis in vna & veteri religione constans, iucundissima tranquillitate perfruitur? Sic enim Bauari & nomine & officio catholici perseueram (immortales Deo gratiæ) nulla vt humana vel Satanica vis tanta sit, quæ illorum animos ab Euangelio semel acceptò (in hoc enim stant atque florent) possit dimouere. Jactent alij purioris, vt vocant, religionis ac Ecclesiæ nouæ dogmata, quæ sine tot tamisque contentionibus digladiationibus turbis, seditionibus rapinis atque scelegis nec inuehi possunt, nec retineri atque defendi. Quæ prætereà vt nobiles plerasque prouincias, sic florentissimum imperij Germanici statum ex pristina illa dignitate deiectum omni impietatis genere dedæduarunt, perniciosissimè distraxerunt, grauissimèque dilacerarunt. Quantò autem rectius Bauari sapiunt, quos vicinorum vel ipsus, vel stultitia, vel cæcitas, vel detrimentum prudentiores effecit, vt iam specioso Euangelij noui prætextu, & blandientis Verbi fuco se non patiantur illudi, vtque religionis doctrinam non varient, vtpotè qui se ad immutabilem Christianæ fidei vnitatem semel adscitos & admissos esse lætantur? Proinde vt se germanos & legitimos ecclesiæ ciues præstare pergant, Apostolicum illud depositum mordicus retinent, quod primi eorum in Christo Patres & Apostolici viri iam inde ab initio Germanis concrediderunt, ipsisque veluti per manus traditum reliquerunt. Iis ducibus, iis pastoribus doctoribusque contenti, Euangelij nouos ministros nec requirunt, nec probant, sed in illa puri puti Euangelij prædicatione acquiescunt, quam post Apostolos tradiderunt Lucius, Rupertus, Virgilius, Erardus, Wolffgangus, Willibaldus, Corbinianus aliique id genus euangelicæ simul & Catholicæ pietatis assertores omni exceptione maiores, qui, vt tota prædicat ecclesia, vitæ sanctimonia non minus quàm Euangelij sincerè prædicati successu, frequẽter & miraculorum gloria commendati, iam olim apud Bauaros insigniter claruerunt. Errant sanè qui putant, Bauaros in Apostolicis literis tam infeliciter esse versatos, vt nesciant ad se quoque pertinere, quod gentium Doctor in fide & veritate Paulus tam seriò quãnecessariò sanxit, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, Anathema sit. Qui Apostolicus canon quantumuis varie à multis hodie arripiatur, atque dilaceretur, tamen si Athanasio Magno & Vincentio Lirinensi fidem habemus, ab illis quidem propriè obseruatur, qui Apostolicæ tùm doctrinæ, tùm traditionis lineæ diligenter

Universidad de Deusto
Biblioteca

insistunt, & nec religionis & doctrinæ nouæ magistris, nec sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ contemptoribus locum vllum reliquum faciunt, quinimo his omnibus cum Paulo perpetuum dicũt Anathema, & in preclara illa Tertulliani sententia conquiescunt: Regula fidei omninò vna est, sola immobilis & irreformabilis. Conseruet in illis hanc gratiam perpetuò Deus, vt auream Antonij magni sententiam suis infixam animis tenere pergant, qui quum Annos centum & quinque perquàm sanctè vixisset, iamque moriturus velut testamentum vellet condere, hoc memorabile dictum inter vltima mandata suis commendauit: Custodiẽda est pia fides in Christum, & Patrum religiosa traditio, quemadmodum Athanasius de hoc viro celeberrimo testatum reliquit. Tu verò Alberte Princeps, præterquam quod piæ in christum fidei, & religiosæ Patrum traditionis fidissimus ac tenacissimus es custos, quo nomine plurimùm ab exteris quoque commendaris, tanto etiam catholicæ pietatis tuendę studio flagras, vt Josiam aliquem aut Theodosium nobis referre videaris. Ingenti enim cura prudentiaque singulari prospicis, vt profligatis lupis, pastores idonei passim constituantur, suaque Ecclesię iura bona fide reddantur. Non te sumptus deterrent, non minæ Principum, variaque obiecta pericula remorantur, quo minùs templis catholicis consulas, vt diuinus in illis cultus aut instauretur, aut confirmetur, promoueaturque. Vident ac dolent aduersarij tuos sæpè conatus tuis impediri consiliis, & quod ad catholicum institutum pertinet, authoritate tua prouehi atque defendi queruntur. Sic demum res Prouinciæ tuę moderaris, vt quamuis inuideant, frendeant ac obsistant plurimi, tamen Bauariam cùm aliis præsidiis & ornamentis mirum in modum instruas, tum in catholicæ religionis instituto ita confirmes, nulla vt ferè sit Germaniæ ditio alia in Orthodoxę fidei professione constantior, & quę à nouę istius doctrinæ fermento atque toxico magis abhorrens & alicna esse videatur.

Postremo ad præsentem nuncupationem me illud inuitat ac permouet, quod palam extare cupiam hoc qualecunque testimonium veteris obseruantiæ ac debitæ gratitudinis erga te mę. Humanissime idem & Benignissime Princeps. Memini enim Annum nunc agi vigesimum septimum, quùm ex vrbe Romana missus, in Bauariam ego primùm accessi, & Ingolstadij cæpi sacras literas profiteri. Ex quo tempore nostri ordinis homines tuam Patroni singularis non exiguam beneuolentiam, paremque liberalitatem, Monachij præsertim & Ingolstadij, sępenumerò sunt experti. Quare illorum & meo nomine testatum velim publicè, Societatem hãc omnem amplitudini tuæ, ac eius vniuersę ditioni sic esse deuinctam, vt etiamsi in Bauarica vinea plurimùm laboremus, quod quidem facere christo Duce conamur, tamen pro summis in nos beneficiis tuis iustam dignamque gratiam referre nunquàm posse videamur. Precamur autem christum Jesum Dei Patris & Mariæ Virginis Filium Opt. Max. velit vt ipse vestrę beneficentię amplissimus esse remunerator, & collatã in nos gratiam solidis illis compensare bonis, quę immortales animos verè locupletant ac beant. Ille idem tuam celsitudinem diù nobis ac Ecclesiæ sospitem præclaram verò ipsius familiam, omnemque Bauariam in officio catholicæ religionis constantem perpetuò tueatur atque conseruet. Ingolstadij anno post salutiferum partum Virginis supra Sesquimillesimum Septuagesimo septimo

VNVS DEVS, VNA CHRISTI MARIÆ FILII FIDES, IN VNA TANTVM PETRI ECCLESIA RECTE OPERANTES IVSTIFICAT ET SALVAT.



PER MVLIEREM PECCATVM: PER MVLIEREM SALVS INTRAVIT IN MVNDVM. REDEMPTOREM DEVM ET HOMINEM VIRGO MATER HOMINI PEPERISTI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN COMMENDATIONEM MARIANI HVIVS OPERIS, CARMEN PHILIPPI MENZELII, MED. DOCTORIS, ET IN ACADEMIA INGOLSTADIANA Professoris, ac P. L. &c.

HEV fraudes, priſcique odium fatale colubri!
Quam non ille ſuas vafer obliuiſcitur artes,
Huc, atque huc ſæuo pellſum data colla rotatu
Contorquens! vanisque ferox inſibilat iris
Reginam contra ſuperum, Matremque Tonantis:
At (recolo) Pater ipſe, nouum dum conderet orbem,
Multa minans, inimicitias ſine fine gerendas
Cum Serpente tibi poſuit, docuitque futurum,
O Mulier, damnatus homo, & protritus vt idem
Ille tuæ inſidias calci meditetur inanes.
Hæc ea nimirum rabies, qua perfurit vſque
Aſſultans, & membra ſui ciet omnia regni,
Si Marianus honos, ſi fulgens clarior aſtris
Gloria, fors aliquam poſſet trahere obruta labem.
Et vetus hoc illi ſumma cum Virgine bellum
Eſt equidem, ducibus variis ac milite multo
Pugnatum: ſua cuique duci prouincia ceſſit
Debellanda, inter Marianæ illuſtria famæ
Tot monumenta. Fuit, ſumptis temerarius armis
Illæſum partu qui Virginitatis honorem
Appeteret: fuit & materno ſanguine cretum
Qui nollet ſentire Deum, contraque prophanæ,
Ah demens, hebetem rationis ſtringeret enſem.
Alter, vt vnigenam Matre hac de Virgine Chriſtum
Non daret eſſe ſatum, velis pugnauit, equiſque.
Quid reliquos mundi Dominæ tot perſequar hoſtes?
Ecce Gygantæum facinus: quam myſtica Legis
Moſaicæ tranſenna olim, ſub imagine rerum
Multiplici, oſtendit terris placitamque Tonanti
Antè homines natos, antè aſtra recentia Matrem
Edocuit: quæque ipſa, Deo dictante, beatam
Per gentes ſeſe cecinit fore: quamque piorum
Omnis vbique cohors, ſeclis ſic omnibus vltrò
Cœlicolas ſupra reliquos à Numine primam
Ritè ſacris coluit precibus, votisque vocauit:
Ecce illam (Stygij virus cognoſce Draconis)
Inuoluit probris hodie gens impia noſtris,
Deiectamque alto priſcarum culmine laudum
In numerum redigens, miſeris mortalibus æquat,
Et ſolio immenſi deturbare ardet Olympi.
O genus infelix, nam quis te faſcinat error?
Quæ nouitas maleſuada? Animum depone rebellem
In cœli Dominam meliora monentibus aures
Tandem aperi: clangente tuba canit ecce receptu
Nunc iterum Præco ille Dei, quo vindice nuper
Vidiſti Agniferum ripa in Iordanide Vatem
Syluarum aſſertum latebris, vitæque ſeueræ.
Ille inter medias acies, inſtructaque Patrum
Agmina Sanctorum cœleſtis robore Verbi,
Fulminat ore ſacro, & Marianos impiger hoſtes

Futilibus

Futilibus reuocans nullam ſpem ponere in armis
Hortatur. Videas illius ab ore loquentis
Diuinas exire faces, mox plumbea tela
Ad terram fluere, & cinerem conſidere in atrum,
Solis vt à facie nix irradiata liqueſcit.
Viuat honos igitur Mariæ: Mariam arduus æther
Ingeminet: Mariam tellus pelagique, profunda
Dempto fine ſonent: Mariam matrémque Salutis
Patronamque cliens, animi nunc æquior, Orbis
Antiqua virtute colat, ſolennibus aris
Imponens meritas gratanti pectore laudes.

DEO OPT. MAGNÆQVE MATRI
VIRGINI LAVS ET GRATIARVM
actio infinita.



AD MARIAM DEIPARAM
ἐξάπτυχον Magni Theologi GREGORII NAZIANZENI
in Tragœdia de Chriſto patiente ante Annos
mille & ducentos editum.

Χαῖρ' ὦ κόρη πάγχαρτε, μήτηρ παρθένε,
Κάλλιστα πασῶν παρθένων ὑπερτάτη,
Ουρανιώνων ταγμάτων ὑπερτέρα,
Δέσποινα, παντάνασσα, χάρμα τῆς γένους,
Αἰεί ποτ' εὐφρονοῦσα τυγχάνοις γένει,
Κἀμοὶ μεγίστη πανταχῆ σωτηρία.

Hoc eſt:

AVE parens, Virgoque plena gratiæ,
Tu virginum longe omnium pulcherrima,
Exercituque cœlitum potentior,
Domina, omnium Regina, Mundi gaudium,
Noſtrum genus benigna ſemper aſpicis,
Mihique opem Tu fers vbique maximam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN LIBRVM SECVNDVM DE CORRVPTELIS VERBI DEI, QVI CIRCA VIRGINEM DEIPARAM VERSATVR, AD Lectorem Præfatio.

SVPERIORE libro exposuimus, Christiane lector, quo non consilio permoti, nouum hoc latéque patens, & arduum sanè de corruptelis verbi Dei argumentum aggredi voluerimus, & simul indicauimus, quo demùm progressa sit multorum verbum Dei nunc corrumpentium effrænata quædam audacia: eò certè, vt primum & summum sacrosanctæ fidei nostræ de Deo, diuinisque personis mysterium, quod adorandum magis quàm discutiendum erat, apertè conuellatur, ac sacrilegè oppugnetur. Sed & vana illorum studia, multiplicésque fraudes deteximus, qui specioso verbi Dei prætextu falsas tegunt opiniones, tetras fouent hæreses, ac exitiales planè Sectas, si antehac vnquam, nunc summa quidem contentione in Europa excitant, propagant, tuentúrque. Semper autem id vsitatum fuisse constat, vt malè sani & superbi homines magnas in Ecclesia turbas hac de causa concitarent, quod ex diuinis literis vtcunque detortis noua sensa elicerent atque conflarent, falsa inde dogmata nouis ornarent coloribus, Dominicum semen pro sua libidine vitiarent, fanaticis erroribus Dei verbum impudenter prætexerent, ad diuina oracula omnes audacter prouocarent, in Dei verbo scripto disputandi fiduciam extremam ponerent, illius denique tractandi & interpretandi summam sibi sumerent, & aliis adimerent authoritatem. Proinde quod iam olim vir verè Apostolicus dixit Ignatius, id nos etiam iure ob vigentes hodie, latéque grassantes corruptorum verbi Dei familias vsurpare posse videmur: Fugite vt filij lucis & veritatis, diuisionem vnitatis, & prauam doctrinam Hæreticorum, à quibus pollutio in omnem terram egressa est. Multi enim lupi pellibus ouium induti, in Dei stadio currentes, eosque perniciosis voluptatibus illectos captiuos comprehendunt.) Neque dissimilis, sed ardentis quoque zeli plena est illa Hieronymi commonitio: Caue Lector ne legas, fuge viperã: aut si legere volueris, scito à malis hominibus, & hæreticis esse corrupta. Atque hæc ego de illis maximè corruptelis dixerim, quas libri Nouatorum, præsertim in regionibus Septentrionalibus, passim habent insperssas, quásque vulgus nunc hominum nouandæ religionis studio vehementer incensum, propensissimè consectatur. Etenim vt aduersarij quoque fatentur, & inprimis Oecolãpidius pronunciat: *Nullæ persecutiones tam sunt damnosæ, sicut Scripturarũ adulteratio.* Tùm Sectariorum caput Lutherus affirmat, Scripturam sanctam Hæreticorum esse librum, quo illi maximè quidem nituntur, imò & abutuntur: *Nulla enim vnquam, inquit, hæresis tam mala aut rudis fuit, quæ se Scripturæ iuuare, aut defendere noluerit.* Valeant igitur Gnostici nostri adeò impudentes, vt cùm in verbo Dei maximè inter se ipsi dissentiant, ac Andabitarum more cœcis ictibus in ipsis congressibus digladientur, tamen eius possessionem sibi solis propemodùm arrogent, ac de sensu illius Germano, nunc primum sibi suisque patefacto, vanissimè glorientur. At qui némque atheismum inuehendum præsentius, & ad perniciem publicam alendam vehementius, quam Dei verbum adulterare, & è suo priuatóque hominum sensu magis quam ex Ecclesiæ iudicio libros Propheticos & Apostolicos interpretari. Quod qui hoc seculo maximè factitant, nouarum falsarúmque doctrinarum vino velut ebrij, admirando spiritu vertigenis agitantur, omnes verecundiæ & Christianæ modestiæ limites excedunt, in religionis negotio sæpè minus quàm talpa vident, summos Magistratus, summósque Patres quasi per latus petunt, ac demum instar Gigantum cum Diis cœlestibus, hoc est, cum triumphante simul & militante Ecclesia, non minus furiosè quàm seditiosè bellum immanissimum sustinere videntur.

Circa Dei verbum maximi semper abusus exercere.

Vitandæ nũc maximè corruptelæ verbi Dei.

Nulla pestis nocentior Dei verbo corrupto.

Scriptura est Luthero liber Hæreticorum.

Verbo Dei deprauato pestilentius venenum nullũ est.

Quoniam verò à Ioãne Baptista Domini præcursore, nostrique operis veluti prodromo, rem omnem sumus exorsi, & Euangelicam de illo historiam, in qua mirificè nostri falluntur & fallunt Sectarij, vtcunque vindicauimus, consequens esse putamus, vt à Ioanne porrò ad Mariam, id est, à probatissimo viro ad sanctissimam Virginem, Lucæ ordinem insequentes, stylum animúmque Christo propitio, conuertamus. Etenim his duabus Euangelij personis inter sanctos Dei omnes (Christum Iesum, qui etiam Dei sanctus & sanctus Sanctorum dictus est, semper excipimus) nihil omninò sublimius, nihil illustrius atque venerabilius habet ac obseruat religio Christiana. Sed & Maria est, ad cuius vocẽ Ioannes in matris adhuc vtero conclu-

Tractationem de Maria & Ioanne non perperam colligere.

concluſus diuinam ſenſit virtutem, vt hinc exiliat geſtiátque lætitia, ſicut ex Lucæ verbis [a] Origenes Chriſtianorum Philoſophiæ ſuo quidem tempore princeps (ſic enim à [b] Gregorio Nyſſeno dicitur) & Nazianzeni frater [c] Cæſarius comprobant. Ac Mariæ quidem adſcribit [d] Ambroſius, quod non ſolùm incomparabilem virginitatis gratiam in ſe reſeruarit, ſed etiam his, quos inuiſeret, integritatis inſigne contulerit, idque ſtatim duplici declarat exemplo: Viſitauit Ioannem Baptiſtam, inquit, & in vtero matris priuſquàm naſceretur exultauit infantulus, obſecutus antequàm genitus. Nec immeritò integer corpore, quem in tribus menſibus oleo quodam ſuæ præſentiæ & integritatis vnguento Domini mater exercuit: eadémque poſteà Ioanni Euangeliſtæ eſt tradita, coniugium neſcienti. Vnde non miror, præ cæteris locutum myſteria diuina, cui præſtò erat Aula cœleſtium Sacramentorum.] Vbi non obſcurè docet Ambroſius, vtrique Ioanni, Baptiſtæ nimirùm & Euangeliſtæ, quorum multiplex in Euangelio laus eſt, Mariam plurimùm profuiſſe: illi quidem, vt & corporis caſtimoniam & mentis innocentiam perpetuam conſequeretur: huic verò, vt prę cæteris diuina myſteria diſceret ac doceret. Adiungit hoc etiã de Ioanne Baptiſta: Nã ſi primo ingreſſu tantus profectus extitit, vt ad ſalutationem Mariæ exultaret infans in vtero, & repleretur Spiritu ſancto mater infantis, & quantũ putamus, vſu tanti temporis (quum tribus nempè menſibus apud Ioannis parentes diuerſaretur) ſanctæ Marię addidiſſe præſentiam?] Quæ Ambroſij ſententia, ni planè fallor, ex [e] Origene deſumpta eſt, ad hunc modum ratiocinante: Si mater Domini cùm primùm Zacharię domum acceſſit, ſuámque cognatam ſalutauit, tantam infanti Ioanni & eius parenti gratiam attulit, vt & ille in matris vtero lætus exiliret, & hęc Spiritu ſancto repleta, Prophetię donum conſequeretur, quanto maior & copioſior vtrique profectus acceſſit, Deipara tribus adhuc menſibus in eiſdem ædibus perſeuerante? Sed & alij Patres in eundem ſenſum ſæpè loquuntur: Ioannes adhuc troitum Mariæ exultauit & luſit, vt [f] Hieronymus. Salutatio ſanctæ Virginis Mariæ Ieſum ferentis in vtero Ioannem mouit ad Prophetiam, ſicut [g] Cyrillus. Nondum natus Ioannes in vtero Elizabeth ad Mariæ ſalutationem eſt prophetica exultatione commotus, quemadmodùm [h] Leo magnus affirmat. Tùm [i] Bernardus Mariam eſſe dicit, cuius ſalutationis vox & ipſos exultare facit in gaudio, quos materna adhuc viſcera claudunt: quùm Ioannis paruuli nec dum nati anima liquefacta ſit, vt Maria locuta eſt. Ac plura quidem id genus de Mariæ virtute à Patrib. decantata poſſent adferri, ne quis nouum & abſurdum eſſe putet, quod ſingularem eximiámque Mariæ virtutem ac beneficentiam, quæ ad mortales iuuãdos diuinitus illi communicata, multíſque ſæpè comperta eſt, etiam nunc Orthodoxi libenter agnoſcunt, & gratis animis prædicant, ſicuti nos plurib. alibi comprobamus.

Maria quanta vtrique Ioãni Baptiſtæ & Euangeliſtę contulerit.

Ioannẽ nondum natũ ob Mariã in matris vtero exultaſſe.

Sed enim quo maior veterum conſenſus, quo conſtantior piorum vſus ad hanc ſacroſanctam Virginem celebrandam conſpirat, quæ nec ſatis quidem vnquàm extolli, & pro dignitate honorari queat, eo minus plerique (non de Iudæis & Turcis, ſed de quibuſdã Chriſtiano nomine inſignitis loquor) eidem nunc tribuunt, imò verò eius laudib. & excellentiæ plùs in dies adimere moliuntur. Hinc illæ ſiue ſententiæ, ſiue voces impuræ, quas nouus Sectariorum ſpiritus eructare, nec ſine multorum offenſione clàm & palàm pergit effundere: Quid eſt Maria? Chriſti mater, inquiunt. Nam Dei matrem ſiue Deiparam appellare hodie non paucis, ſicut olim Neſtorianis, minus lubet. Et virginem hanc eſſe fatentur, ſed perpetuam virginem ægrè cum Orthodoxis agnoſcunt. Eſt illis virgo deſponſata viro, ſed eadem à religione voti de integro cœlibatu ſeruando aliena. Eſt gratioſa & gratificata, nam gratia plenam, vt nobiſcum vetus legit Eccleſia, piget, adeóque pudet eos dicere. Eſt benedicta inter omnes mulieres, non autem coram Deo, vt ipſi ſomniant. Eſt ſancta, ſed interim, vt adiiciunt, non perfecta, neque ſic à peccato libera, quin ſuas etiam retineat imbecillitates. Beata illa quidem quæ credidit: ſed ſola fide, non operib. ac meritis, ſicut ipſi contendunt, iuſtitiæ ac beatitudinis aliquam laudem adepta. Quanquàm nec fidem illi permittunt integram, quia in verbo Dei hæſitantem, in fide infirmam, & humana potius quàm diuina ſapientia nitentem: ac ſeuerè quidem à Chriſto aliquoties obiurgatam, & publica reprehenſione dignam audent fingere: quam præterea in peccato cum prima peccatrice Eua comparare non verentur. Eſt illis ancilla humilis, hoc eſt, vt interpretantur, vilis, obſcura, contempta, miſera & apud vulgus abiecta. Eſt virgo magnificè ab Angelo ſalutata, à nullis autem, vt putant, nunc iterum ſalutanda mortalibus, niſi fruſtra illi laborare contendant. Ad hæc quoniam Maria illis creatura eſt Chriſti egens gratia, eiúſque redempta ſanguine (id quod nemo pius ignorat) eandem poſt Chriſtum inuocare nefarium & idololatri-

Mariæ dignitatẽ & excellẽtiam Sectarii hodie malis modis obſcurant & deprauant.

a Homel. 7. in Luc. & Tom. 9. in Ioan.

b In ord. de vita Gregorij miraculorum epiſtit. cti. 3. Diad. lib. de inſtit. virginis cap. 9.

c Homel. 9. in Luc.

d In epiſt. ad Latam de inſtit. filiæ.

e De reſta fide ad reginas.

f Serm. 5. de Epiphania.

g Serm. 1. de aſſumpt. Mariæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum censent. Diuinitus quidem ornata & honorata Virgo, sed iuxta horum opinionem aliis in cœlo beatis æquanda, non præferenda, vtpote cui præcellens gloria & prærogatiua inter cœlites nulla conueniat: imò quæ aliis etiam in hac vita credentibus exæquanda sit. Demùm quæ mirifica fecerit in Maria Deus, iubent illi quidem considerare: personam verò ipsam Deiparæ sic honorate docent, vt vilitatem eius & abiectionem intueamur. Prætermitto alios id genus complures cauillos, imò & execrabiles vel nugas, vel hæreses ab Ecclesiæ Spiritu atque consensu tàm alienas, quam hodie Sectariis vsitatas atque familiares, huc imprimis contendente Satana, vt virgo incomparabilis ipsisque angelis admirabilis, vel inuito Christo, & Ecclesia vniuersa contradicente, in ordinem redigatur, suáque præstantia & amplitudine, quæ cæteris præstat iustis ac beatis, omnib. immaniter spolietur.

Nouatorum verba & sententiæ aduersus Deiparam virginem.

Verùm hæc paulò luculentiora reddentur, si testimonia quædam ex nouis petita scriptoribus repetamus, quorum de Maria iudicandi docendique supercilium, petulantia & impudentia tanta est, vt eam pij, sapientes & docti siue legant, siue audiant, non possint non horrere, simul & cum stomacho detestari. Caluinus quidem non magnoperè laborandum censet, vt Mariam ab omni purgemus vitio non solùm originali, verùm etiam, vt in scholis vocant, actuali, quod ab hominis voluntate procedit, quicquid demùm Augustinus & alij veteres in contrarium tradant. Notat & Lossius, in hac Virgine reliquias mansisse peccati: Sicut Brentius quoque confirmat, humani nihil à Maria fuisse alienum, sed eam publico humani generis iudicio contineri, quo peccato & iniustitiæ omnes subiiciuntur. Sic ergò peccatricem Domini matrem facit Brentius, imò etiam ad marginem luculenter adscribit, ne Lector scilicet hoc tantum ignoret mysterium, quod spiritus non bonus nouis istiusmodi doctoribus patefecit. Nisi fortassis adeò delirauit Brentius, vt censuerit, Maria peccatricẽ dici ad illius exemplũ mulieris, de qua scripsit Lucas, *χαὶ ἰδοὺ γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλός* id est: Et ecce mulier in ciuitate, quæ erat peccatrix, siue quæ fuerat peccatrix, ob notã videlicet vitæ turpitudinem, quæ personam vulgo infamem ac bonis inuisam reddiderat. Quid porrò magister Sectariorum Lutherus? non se continet homo mirabiliter stomachosus, quin animi sui impietatem insignem hac etiam blasphema voce testetur: *Tamnos sanctis sumus atque Maria, & alij dim quantumuis magni, si modo in Christum credamus.* O insanum caput, cuius opinione citra exceptionem tàm sancti sunt noui Euangelici, quamlibet Sectam amplectantur, modò in Christum credant, quàm Dei spiritu pleni, amplissimisque virtutibus exornati Apostoli, & in his Virgo purissima beatissimaque. Quibus hoc etiam Lutherus adiungit, maiore quidem gratia exuperasse Mariam, quòd Deipara fuerit, quandoquidem non omnes Dei parentes esse possimus: cæterùm in aliis illam à nobis nihil discrepare. Quid verò indignius quid abiectius de Virgine tanta iactaret os impudens, & Spiritui sancto reclamans, qui toto veteris ac noui testamenti præconiis Mariam ornauit ac defendit, sanctisque aliis, cuiuscunque illi sint ordinis, longe præstantiorem ostendit, sicut & Patres, vt posteà conuincemus, magno consensu clarissime docent. Ac iterum Lutherus credentes omnes cum Maria conferre, & præsertim quantum ad precandi iuuandique vim attinet, parem illis omnibus facultatem & potestatem assignat: *Si credis*, inquit, *Christũ æque in te ac Maria habitare, non minus tibi quam illi prodesse est, vt me adiuues.* Quæ autem paradoxa dici & cẽseri vnquàm possunt, si hæc nõ sunt, quæ sectissimam Dei matrem ex sublimi & præcellenti loco detrudunt, ac tantùm non in extremam classem, quam vel infimi Christiani tenent, coniicient, omnémque gratiæ ac gloriæ in cœlis prærogatiuam illi adimunt, quæ nec primam similem visa est, nec habere sequentem? Estque tam vehemens nonnunquàm & acerbus idem Lutherus, vt si quiscum Ecclesia Virginem sacratissimam inuocet, hunc ille pro impiò aperte damnet, talémque ducat, qui Mariam contumeliis afficiat, & ex illa idolum extruat, dignus etiam, cui execrandum idololatriæ crimen inuratur. Nos autem, qui per Dei gratiam Catholici sumus, neque cum cœcis Ethnicis Deos impios colentibus, neque cum fanaticis Hæreticis idola sua, id est, falsa dogmata nouásque opiniones mordicus tuentibus, commune quicquam habemus, quin potiùs, vt omnem idololatriæ notam & speciem effugiamus, nullius hominis verbum, etiáli tertius vel quartus Elias habeatur, pro Dei Verbo recipimus & adoramus: in illius autẽ Ecclesiæ iudicio acquiescimus, cui nõ obedire, sit reuera se idololatriæ scelere obstringere, si ex Dei verbo iudicandũ est. Eodẽ furore percitus[a] Lutherus, vt probra probris cumulet, Mariã errasse & ignorasse Christũ fingit, quæ præterea in fide nutarit, præsertim quando tribus diebus filiũ amiserat, ac minorẽ quoque fidem habuerit, atque Cẽturio à Christo laudatus.

Et Maria Epipha-

Lutherus quã sit iniquus & impius virgini matri.

Qui hodie è Christianissimè cẽsendi idololatræ.

In tom. 1. c. 1. Luc.

In expli. 12. c. Matth.

In tractat. 2. c. Euang. Ioan.

Luce 7.

[a] *In cap. 4. ad Galat.*

Et Maria Virgo Deipara, inquit, *eo vsque erauit, vt nesciret, vbi Christus quærendus.* Sed & [a] Paulo Apostolo audet attribuere, quod hanc Virginem & filij Dei matrem mulierem per contumeliam vocet. Quæ mihi sanè tam arroganter ac superbè dicta videntur, vt suspicer hunc hominem plura & maiora fortasse de seipso, quam de matre Domini sentire, aliosque iudicare voluisse, præsertim quum in laudandæ fidei parte officioque ponat, si quisquam se Sãctis vel maximis exæquare conetur. At quis demùm pius ob has aliasque plures istorũ contumelias tam impurè putideque profusas non merito stomachetur? quis non tantæ maledicentiæ pertæsus, cum Ambrosio simul exclamet: Claudat ora sua perfidia, & obmutescat, ne matrem Domini aliquo audeat maculare conuitio.] Sed præterhæc omnia pulchrè scilicet monet Lutherus, haud ita multũ referre, licet nihil prorsus honoris Virgini matri deferamus, adeoque, si eius nobis ne in mentem quidem veniat vnquam. Vbi certè infernalis bestiæ aperta se produnt cornua, ne amplius dubitemus, quid mille artifex & infensus ille Satanas in suis electis organis moliatur. Huc enim planè contẽdit versutissimus insidiator, vt sacrosanctæ Virgini, quæ maximam ipsius regno cladem inuexit, nec honos neque memoria in Ecclesia celebretur, sed perpetuæ potius obliuionis tenebris inuoluatur, vtque si fieri possit, gratiosum Mariæ nomen tùm in Apostolico Symbolo, tùm in sacro Euangelio penitus tandem expungatur. Sed enim nullis aut artibus, aut viribus Satanicis, nedũ humanis, diuinũ decretum potest euerti, quo firmissimè sancitum est, vt quãdiu vox Euangelij sonabit, celebris etiam Mariæ vigeat in orbe memoria, tantique Messiæ mater incensis piorum animis vbique Gentium prædicetur.

In Postilla circa Euang. Dominicæ prima Aduentus.

In Epist. ad Ephes.

Per Sectarios laborat Satan Mariæ nomen & honorem omnem obliterare.

Iam verò qui ex Lutheri schola prodierunt, vt in aliis plerisque dissentientes, ita hîc nimium sibi similes atque concordes, nec minus in exprimendo magistri spiritu, fideles esse cõsueuerunt. Etenim singularem quandam contra Virginem matrem amarulentiam & mirabilem acerbitatem sic animis ineluctam gerunt, vt suum liuorem & latens odium haud obscurè declarent. Scribit inprimis Bucerus, Euangelistas Christi, non Mariæ præcones esse, quum tamen res ipsa comprobet, amplissimas Mariæ laudes verbis Euangelicis contineri. Tùm Catholicis idem tribuit, quod Christi parentem propter opus carnis, vel solum, vel potissimum magnificent: nimirùm, vt hoc saltem fuco, imo & splendido mendacio, imperitis imponat. Præterea summos Mariæ Virginis veneratores, summos eius blasphematores, qui & Christum ipsum blasphement, audet contra suam conscientiam nuncupare. Tanta enim huius quoque Martini est virulentia: tàm præceps mordendi carpendique libido, nihil vt pensi habeat, quid non solum huius, sed & superioris ætatis Orthodoxis ad Mariæ cultum sanctæ conspirantibus imputet, quos idcircò grauissimi sceleris arguit, quòniam Eunomiani & Vigilantiani esse recusent. Quàm verò durus & iniquus Lossius? qui Mariæ amissum in itinere illo triduano filium requirenti multiplicem culpam, vt ignorantiæ, negligentiæ, incuriæ palàm adscribit, ac eidem tàm sapienti, quàm innocenti matri carnalem, nescio quam, de corporali regno Christi imaginationem affingit. Potrò autem [a] Ioannes Pomeranus & [b] Georgius Maior, vt omittam alios eiusdem farinæ assentientes, matrem Domini sic affectam fuisse fabulantur, quòd non solum de damno filii duodennis amissi, verùm etiam ob peccatum coram Deo in conscientia tunc perpetratum extremis fracta fuerit doloribus, ac tantùm non desperarit, seque ipsam Eua, quæ peccati & mortis fuit propagatrix, infeliciorem, id est, omnium miserrimam, reputarit. Sed & Antonius Coruinus Mariam non solum filio, sed etiam fide erga Deum, quum amissum filium mœsta quæreret, priuatam fuisse, dicere non veretur. Et si verò fatetur Sarcerius, quod ob perspicuam Euangelii lucem negare non potuit, benedictam illam esse inter mulieres, tamen hoc dictum sic exponit, vt eo ipso negetur prærogatiua, quod præ reliquis mulieribus Mariam coram Deo sit benedicta. Quomodò autem benedicta, si verum dixit idem Sarcerius, eam veluti non credentem ab Angelo esse reprehensam, & huc Gabrielis verba spectare, vt Virgo à rationis argumentis, ab infirmitate, à dubitatione, ignorantia, imo etiam ab infidelitate ad fidem reuocetur? Quibus adhuc alia fœdiora, & auditu magis horrenda subiungit, dum vult Mariam sic à Luca describi, vt typus sit omnium hominum, qui natura se opponunt Verbo Dei, quique rationis, sapientiæ humanæ argumentis nituntur, nec in Dei verbo acquiescunt. Tàm isti modestè, tàm dextrè & humaniter tuam, ô Christe, matrem tractant, vt nihil propemodum veræ eximiæque laudis illi relinquant, sed probris potius & maledictis purissimam & beatissimam, quam tu prædicandam & honorandam omnibus proposuisti, per licentiam summam incessant. Nec minus effrænis est Iacobi Schenckii petulantia, cuius pudendo testimonio Maria non solum corruptam & vitiatam naturam habuit, sed in suis etiam cogitationibus, verbis,

In explicat. cap. Luc.

[a] *In cap. 44. Prophetiæ Hieremiæ.*

[b] *In Euang. Dominicæ 1. post Epiphan.*

In tractat. eiusdem Euang.

In compos. cap. Luc.

Lutheri Sectatores quã indigna de Domini matre scribant & iactent publicè.

Maria Sarcerio typus est impiorum, & Dei verbo cõtradicentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vita & conuersatione damnabilis persona mansit, mortis & inferni terroribus obnoxia, Deique iram & damnationem æternam in animo suo sentiens, vt propterea verbis Angeli fulcienda fuerit & confirmanda, ne in suis angoribus misera desperaret. Vt omittam alios id genus Mariomastigas, à nobis alibi proponendos simulque confutandos, vt potè qui non inepte solùm ac improbè, verum etiam maledicè impieque in Deiparam complura profundât, vt Christianæ mentes illa ne audire quidem sustineant, quæ suis isti libris infarciunt, vulgque mentibus & auribus pestilenter infundunt. Hos ego non dissimiles dixerim suibus, quæ vt natura sunt immundæ, sic etiam gemma preciosa inuenta gruniunt, & lutosis eam & rostris & pedibus, sæpè & stercore contaminant: tùm quoniam stolidum simul & stupidum est hoc animal, sordibus & volutabro magis, quàm auro & margaritis delectatur.

In epistola Euangelium de Christi resurrectione.

Mariam à Sectariis, sicut margaritum à porcis tractari.

Centuriatores Mariæ imprimis infesti & repugnatores.

Addam solum de Centuriatoribus, vt vulgato nomine illos appellem, qui non tantùm in Ioannis Baptistæ, sed etiam in Mariæ nostræ historia non tam contexenda, quàm contaminanda sibi certè nimium permiserunt, vti suis quidem locis planum faciemus. Et passim ij censoriam velut virgulam arrogant sibi, ac nulli ferè Patrum ac veterum parcunt, qui Mariæ commendationem, innocentiam, perfectionem, excellentiam, inuocationem, cultum, imagines, templa, dies festos, miracula suis monimentis prodiderunt, ac ratione vlla confirmarunt. Tergiuersantur in dicto Irenæi, vbi Mariam Euæ statuit aduocatam: sicut & Gregorium Nazianzenum fugillant, quod Mariam à Virgine quadam ipsa Cypriani, hoc est, Martyrum ætate, inuocatam ostendat. Ob eandem Deiparæ inuocationem virulentè proscindunt Athanasium, Ambrosium, Ephrem, Damascenum, Germanum, Bedam, Nicenæ Synodi secundæ Patres, pluresque alios graues ac probatos Doctores & historiographos Ecclesiæ, quos isti tantum non pro idololatris damnant, quoniam sanctissimam Dei matrem aut inuocarunt, aut piam eius inuocationem rectè ab aliis factam significarunt. Non dicam de Camerario, Chytræo, Chemnicio: sunt enim in eadem naui cum Centuriatoribus, nihil non molientes, vt & Patrum eleuent authoritatem, & Ecclesiæ inuidiam conflent, vbi de Mariæ cultu & decretis illi iam olim honoribus disputatur. Verum difficile non est veteres excusare, quorum laudandam in hac parte pietatem posteà tuebimur, quicquid isti demum tanquam Catharis puriores, & Diuorum irrisores potius quàm cultores canino more oblatrent ac mordeant.

Ioannis vaticinium de blasphemis in Ecclesis sub mundi finem orturis hodie magis ac magis impletur.

Ex quibus Lector oculatus facilè perspicit, hoc nostro quidem vt extremo, sic etiam infelicissimo seculo verè compleri, quod Ioannes non Propheta minus, quàm Apostolus & Euangelista de Antichristo, eiusque sodalitio futurum iam olim in Pathmo prædixit: Datum est, ait, ei os loquens magna & blasphemias. Nec multò pòst: Aperuit os suum in blasphemias ad Deum: blasphemare nomen eius & tabernaculum eius, & eos, qui in cælis habitant. Dignus planè locus solerti animaduersione, quoniam præsentis seculi mũdique senescentis miserãdum statum exponit, in quo Pseudoprophetę valdéque impii homines, vt anteà nunquã, impunè & publicè in summum blasphemiæ crimen incurrent. Quod autem Satan mendacii pater eiusque socii dæmones dicti, in Deum & sanctos blasphement, horum enim odio ardentissimo flagrant, quodque ad blasphemandum miseros mortales sollicitent, etiam à Clemacho legimus annotatum. Neque dubitare fas est, quin sicut de Christo multa in sacris literis dicta, non solũm ad ipsum caput, verum ad corpus etiam eius mysticum necessariò referuntur: ita Ioannes de Antichristo sub nomine Bestiæ disserens, simul totum eius sodalitium complectatur, nobisque considerandum aptè proponat. Tres ergo blasphemantium ordines facit, qui cum suo capite Antichristo sub mundi finem in maximam blasphemandi licentiam ac rabiem se totos petulanter effundent. Alii quippe summum Deum diuinamque maiestatem, alii diuinum illud in terris tabernaculum Deiparam virginem: alii beatos & cælites cum Christo regnantes blasphemiis afficere minimè verebuntur. Hoc est, quod Petrus & Iudas Apostoli, quum extremi seculi Hæreticos & ipsi depingunt atque perstringunt, verbis illis insinuãt. κυριότητα δὲ ἀθετοῦσιν, δόξας δὲ βλασφημοῦσιν id est Dominationẽ spernũt, & maiestatem siue glorias blasphemant. Ac nos quidem priore libro demonstrauimus, quę ad nostri temporis blasphemos valdeque contumelioſos in Deũ & Christum eius Doctores cognoscendos pertinent, quos paucis abhinc annis in Polonia, Pãnonia Germania, Gallia nimis multos vidimus, ac pii merito detestantur. An verò vlla persona diuina, vlla Symboli Apostolici pars, vllus sacræ Scripturæ liber nobis supereſt, in quã noui Gigantes impetũ non faciant, suaque nefanda commenta blasphemos errores non congerãnt? tanta quidem audacia, ira, odio, impudentia inflammati, vt cum cælo iam ipso atrox bellum gerere, & quidã ex illis ne cælum

Declaratio prædicti vaticinii.

Triplex genus blasphemantium.

Qui hac ætate in Deum blasphemi maxime.

cælum quidem agnoscere, sed omnino negare videantur. Mentior profectò, si mille ab hinc annis vlla præter nostram fuit ætas, quæ Ioannem hic verum fuisse vatem certius comperetit, pluresque blasphemos in diuinam maiestatem aduersarios magis habuerit exploratos.

Prædixit Ioannes blasphemias in Dei tabernaculo.

Nunc ad eos porrò veniamus, qui ex Ioannis testimonio se in Dei Tabernaculum planè blasphemos ostendent, vt ne matri parcat Bestia, quæ siue per se, siue per suos satellites contra Dei Filiũ, omnesque sanctissimæ Trinitatis personas plenis blasphemiæ velis nauigat, adeoque furiosè decertat. Mariam verò Dei tabernaculum dici, præter veteres alios [a] Methodius & [b] Athanasius annotarunt, illóque Dauidis dicto confirmarunt, [c] Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Nullus enim vnquam aut fuit, aut erit mortalium, qui nomen hoc rectius mereatur, præterquam illa benedicta & electa præ omnibus Virgo, in qua verbum illud æternum nostro omnium nomine caro factum est, ac velut in lectissimo tabernaculo, multis mensibus lætissimè habitauit, & ex quo demum, velut sponsus, matris diademate, id est, carne virginea coronatus, ad filias Sion, non sine cordis lætitia, processit in orbem. Ac superior quidem ætas multos Mariomastigas tulit, qui in hoc Dei viui tabernaculũ inuadere, illudque blasphemiæ cœno, ac sordibus conspurcare non reformidarunt. Fecit hoc Cherintus, fecit Ebion, Mannes, Valentinus, Heluidius, Iouinianus, Nestorius, vt reliquos id genus Antidicomarianitas posteà nobis refellẽdos silentio prætereamus. At hi blasphemis linguis, impiisque calamis nihil aliud profecerunt, nisi quod Mariæ laudẽ & gloriam nullis temporibus delendã hac sua insectatione vti ampliorẽ atque illustriorem, ita veritatis causam lõgè quam antea confirmatiorem in Ecclesia reddiderint, ac sibi demum suisque nominibus turpiorem, adeoque ineluibilem infamiæ notam conflarint. Cæterum Ioannes de blasphemis tabernaculi hostibus loquens, in nostrã, & vltimam, fœdissimamque mundi ætatem, vel maximè respicit, quæ complures Mariomastigas, ac sacrorũ omnium impios tùm contẽptores, tum irrisores, tùm insectatores, velut turmatim irrumpentes, ac impunè grassantes tulit, ac in posterũ sine dubio latura est. Ex his fuit non ita pridem Lucas Sternbergerus, tanto Mariæ odio flagrans, vt eam virginitatis gloria, omnique honore spoliandam putaret, vt potè quam ex Iosepho coniuge multos filios peperisse, & à reliquis non differre fœminis flagitiosissimè finxit ac tradidit. Deinde Martinus Bucerus, Petrus Martyr, aliique plures Sectarij, vt blasphemiæ laxent habenas, in hoc irruunt tabernaculum, multisque illud modis debellare conantur, ac ideò perpetuã Virginem aperto vtero peperisse contendunt. Quid porrò furiosi Anabaptistæ? Summum tabernaculo decus tollunt, quum Mariam Dei matrem esse, ex qua suam carnem, suumque sanguinem Christus assumpserit, veteri Nestorianorum, imò & Valentinianorum, & Manichæorum blasphemia turgidi, nequissimè inficiantur. His bonã Sectariorum partem adiungo, qui ex Maria, nullius pretij puellam, vereque contemtam, & cõtemptibilem ancillulam faciunt, ac vulgo spectandam pro suo scilicet candore proponunt: qui præterea illã credentibus aliis admiscent atque aggregant, si non exæquãt, nullas vt propemodũ prærogatiuas tantæ Virgini atque matri largiri dignentur, quã Patrum authoritas & Ecclesiæ consensus summo semper in pretio habendam, & præ Sanctis in cælo reliquis colendã esse, certissimè pronunciauit. Et dubitamus adhuc, quod Ioãnes de diuini tabernaculi blasphemis insectatoribus est vaticinatus, quodque postea subiecit, draco persecutus est mulierem, quę peperit masculũ, id nostro blasphemiæ omnis feraci seculo vsu venisse? quum certatim hoc ipsum tabernaculum variis & horrendis Hæreticorum blasphemiis, quas maiores nostri pro suo sancto zelo flammis vltricibus expiassent, itentidem afficiatur, quumque hoc mulierum & matrum decus præcipuum, petulantius ac furiosius quàm antea vnquam, à Satana & Satanici seminis copiis passim oppugnetur

Mariã esse ac dici Dei tabernaculum.

a In hypapãte Domini, b in Euãgel. de Deipara. c Psal. 45.

Ioan. 1.

Cantic. 3.

Qui olim in Mariam blasphemi.

Ioannes de vltimis Mariæ hostibus hoc loco vaticinatur.

Blasphemus in Mariã nostro tempore Lucas Sternbergerus.

In Mariã qui nunc blasphemi maximè.

Anabaptistarum in Mariã blasphemiæ.

Apocal. 12.

Quid blasphemiæ spiritus in sanctos Dei, contra Ioannis vaticinia exigitentur.

Longum porrò esset de aliis referre sanctissimis viris, vtpotè Patriarchis, Prophetis, Apostolis, quos in verbo Dei apprimè laudatos, & ad regnum Christi cæleste trãslatos, mater Ecclesia merito veneratur, quosque Sectarij tàm odiosè, tã acerbe perstringunt ac lacerant, totque criminibus & conuitiis grauant, vt sicuti Ioannes fore prædixit, in cælo habitantes illi, multis etiã & nefandis Bestiæ blasphemiis imperantur publicéque traducantur. Habet enim suos vel satellites, vel vt Iudas Apostolus dixit, illusores Bestiæ, per quos suã in blasphemando libidinẽ expleat, & quorũ opera inprimis ad maledicendũ & blasphemandum gaudet ac solet abuti. Quare Caluinum subornauit, qui haud semel in amicum Deo clarissimum, & percelebrem illũ credentium Patrem Abrahã inuehitur, huiusque filium Isaac & nepotẽ Iacob, probatissimos nempè Patriarchas, oppidò quam impudenter incusat. Sed ne Moysi quidem parcitur, licet inter Prophetas spectatissimo, qui vt Caluinus audet effutire, legem Dei im-

Iudæ 1. Pet. 2. in epist.

Quem maledicis Caluine, ille seruator est & Moysen.

In epistol. ad Rom. 9.

In commentã super Genesin. & in exod. c. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

periosè præscribit,& præcipiti impetu, quantum in se est, externum eius consilium labefactat,ac inconsideratè sua ipsum iustitia exuit. Quid verò Brentius de Iob & Hieremia Prophetis eximiè sanctis in Ecclesia Dei? Hos ille pro blasphemis inducit & haberi postulat, quasi non secus ac impij & damnati apud inferos, planas impatientiæ & blasphemiæ voces euomuerint. Tum de Iona[a] Propheta censet Pomeranus,quod gratiam inuiderit Niniuitis, quodque contra Deum & proximum,id est,contra omnia Dei præcepta contumaciter peccarit,quum iam saluus,vt ait,ex inferis rediisset.Opera verè Niniuitarũ,quæ Christus publicè commendanda putauit,ac Deus ipse respexit grataque habuit,stulta opera Pomerano dicuntur,quoniam illa Deus sua lege non requisiuerit. Ac de Patribus quidem vniuersis, audi quæso, quid arrogantissimus idem simulet & petulantissimus homo audeat pronunciare: *Nostri Patres,*inquit,*siue sancti,siue non sancti,nihil moror,excæcati sunt Montanico spiritu per traditiones humanas & doctrinas dæmoniorum in hypocrisi loquentium.* Quid obsecro isthuc est aliud, nisi Dei Spiritum in electis suis organis Ecclesiæque magistris habitantem ac lõquentem vel extinguere, vel blasphemare,eiusque possessionem venerandis Patribus ademptam,sibi suæque Sectæ ministris arrogare,qui præ omnibus quamlibet sanctis & probatis Theologis in orbe duntaxat & videant & sapiant?

In loca. Iob. Ephrem. 65. in Lmeam part. 2.
[a] *In exposit. Prophetæ Ionæ. Ibidem. Matth. 12.*
Iob & Hieremia blasphemi facit.
Pomerani pro Ninuitarũ gratulatio.
Iudicium de Patribus temerarium tribus adhuc.

Nunc ad sacrosanctos Apostolos veniamus,quos primos & præcipuos Ecclesiæ suæ Pastores & Doctores,quos illius cælestis Hierusalem architectos ac fundamenta, quos populorũ Principes elegit Deus,ac mirificè cohonestauit. Sed neque ab horum insectatione profana & blasphema nouatorũ procacitas se potuit ac voluit continere. Brẽtius de Petro Apostolorum Principe audet pronunciare,quod natura carnis superstitiosulæ in eo describatur, quod ipse nulla religionis reuerentia moueatur,quod Christi officium excludat, ac eo in loco reiiciat,vbi Christum affatur: Exi à me,quia homo peccator sum. Iam verò quam multa, quam turpiter de hoc ipso Apostolo Centuriatores cum suo Illyrico fabulantur, vt lapsus eius grauissimos scilicet,orbi contemplandos proponant? Ægeranus Paulum Apostolum, vas illud electionis, Gentiumque Doctorem sæpe reprehendit,velut indoctum illum hominem censens,qui verbis declamatoriis ad rem non congruentibus perperam vtatur, quique sententias mutilas in medium afferat,sicut Ioannes Manlius de hoc homine blasphemo testatum reliquit. Anabaptistarum in Gallia Coriphæus fuit Quintinus, tam furiosus atque maledicus,vt sanctissimos Christi Apostolos per ludibrium appellaret, ac vnumquemque illorum aliquo notaret scommate. Paulũ igitur Picardico suo sermone vas fractum , Ioannẽ iuuenem stolidulum, Petrum abnegatorẽ Dei, Matthæũ fœneratorem ausus est homo impius appellare,id quod Caluinus etiam ab illo factum esse confirmat. O linguã præscindendam, ô monstrum in extremas insulas deportandum. Nemo præter Centuriatores , Paulum Apostolum suggillauit,quod in Asia supra modum grauatus de vita desperarit, quod ob dissensionem de Marco incidentem sese à Barnaba collega seiungi sustinuerit, quodque vt Iacobo & aliis fratribus gratificaretur, Iudaicas cæremonias non contempserit, sed eas in templo Hierosolymis voluerit obseruare. Rursus eundem Iacobum,nescio cuius incusant criminis, quando quidem Paulo suasit, vt propter Iudæos offensos in templo sese purificaret. En tibi profanos , ne dicam insanos & blasphemos magistros , qui quum in Sanctos alios de Ecclesia optimè meritos, tum in Apostolos Christi Spiritu plenos virgam sibi censoriam sumant,ac præclarè ab illis facta tam maligne,quam sycophanticè calumniantur atque peruertunt.

Ephes. 4. 1. Cor. 3. Apocal. 21. Psalm 46. In cap. 1. Ioannis.
Eun. 5. Cen. 1. lib. 2. cap. 10.
In locis communibus.
In instit. contra libertines. Centur. 1. lib. 2. c. 10. 2. Cor. 1. Actor. 15.
Actor. 21.
Brẽtius Christũ Apostolos cõmelicit.
Quã indecẽter Petrus Apostolus allegat.
Ægeranus seruire Paulum fœneratorem & crabonem.
Quæ vana Quintini & Apostolum.
Quomodo Paulus Apostolum Iacobum & Apostolos circũcidit.
Pomerani dicta.

Verum enimuerò me ipse comprimam , ne longius in hoc amplo dicendi campo præter institutum excurram,néue infinita Sectariorum maledicta , quibus cælestis illius patriæ , ac totius Ecclesiæ lumina horrendis modis obscurant,eleuant,atque subsannant,pergam congerere. Sic enim ipsis lubet os in cælum (vt dicunt) ponere,cælitesque in summa illa & beatissima quiete constitutos lacessere. Qui quidẽ si priscis Gigantibus non sunt immaniores,ac certè Momos & Aristarchos omnes superare videtur,modò blasphemã illorũ impudentiam & impudentẽ blasphemiã æqua lance perpẽderimus. Ex quo fonte manat & illa impuritas, quod isti Hagiomachi,vt nouos intrudant atque substituãt,veteres plerosque Sanctos in suo expũgunt Calẽdario. Non enim agnoscũt laudatissimos homines,quos tot seculis veneratur Ecclesia, Christophorũ, Georgium, Blasium, Vrsulã, Margaretam , Barbaram, Catharinam, ac plures id genus catalogo Sanctorũ iampridem adscriptos, magnoque populorũ consensu & more receptos

Vide Luther. in Matth.
Plerosque dicit.

receptos ac probatos,nunc isti primùm, quasi in rerum natura nũquam homines extiterint, nequiter abnegant exibilantque. Visum est autem propositum Ioannis locum pluribus explicare,quod ad nostri seculi mores , imò furores rectius & cognoscendos, & detestandos non parum valeat,si ritè consideretur.

Igitur veniam à Lectore precatus,in viam demum redeo, haud sine animi mœrore cogitans,quo demum Sectarum colluuies, velut ingens cataclismus ab irato Deo nobis immissus euaserit ac exundarit. Eò sanè,vt qui in Mariam benedictam non peccet , qui scandalum in illa non patiatur,qui fidem de illa non parte saltem ex aliqua nutantem habeat , raro aliquis in multis Prouinciis,præsertim Aquilonaribus,inueniatur. Christum quidem & Euangelium iactant omnes,sed de illa quæ Christum nobis edidit , & Euangelij testimonio locupletissimo communita est,exigua cura,celebris vix mentio,feriæ raræ solemnes supereſſe videntur:sed nec amor,nec honor,nec reuerentia huic matri debita , nisi fortè apud paucissimos,viget. Arbitrantur autẽ nonnulli,nec omninò falluntur,Catholicos à Sectariis hoc etiã argumento internosci,quod illi quidem Mariæ memoria,veneratione & cultu haud parum afficiantur:hi verò ab isto pietatis & officij genere sint abhorrentes , vt si commendationem & honorem singularem Virginis non apertè contemnunt,ac nequiter supprimunt, at certè quidem ægrè sustineant,ac fermè respuant nauseabundi. Qua in re noui Mariomastiges,vbicunque demùm versentur,suum ingenium produnt satis,talesque videri possint , vt non solùm Turcis immanibus & Iudæis perfidis conferantur, verum etiam eosdem apertos & rabidos Christiani nominis hostes,ne dicam canes,quodammodò superare videantur. Etsi enim Christianæ professionis titulo gaudeant , & se Deiparæ fingant amantes , tamen plusquam Barbarico studio decretos,ac iam olim solẽni ritu firmatos honores,qui Mariæ tribuerẽtur,è Christianis templis aliquot ab hinc annis exturbant:dies præterea festos Virgini matri dicatos abrogant,nec solum in cõtentionem , sed in risum etiam & calumniam ea cupidè rapiũt, quæcunque ad Deiparam cohonestandã maiorum pietas introduxit, & Ecclesiæ sanctæ authoritas cõstabiliuit. Video interim ac miror, haud sine singulari diuini numinis prouidentia iustoque iudicio fieri, vt hodie Sectarij vna cum Iudæis ac Ethnicis pari propemodũ stupiditate plectantur,expertesque maneant sanctæ illius consolationis, voluptatis,virtutis,omnisque sensus spiritualis,quem diuini homines Ephrem, Damascenus, Hildephõsus, Anselmus, Bernardus, Bernardinus, alique complures,tum doctrinæ celebritate,tum vitę sanctimonia illustres in Maria & per Mariam experti sunt,neque pauci adhuc pij , qui in vera Sanctorum communione persistunt,duce diuina gratia mirabiliter experiuntur.

Maria etiã in peeram scandali multis hodie posita videtur.
Catholicos à Sectariis etiã in Mariæ veneratione dignosci.
Multi ex Nouatoribus pessimi, quam Iudæi & Turcæ de Maria nicentur.
Sectarios nonnatorem ferè fractũ , quam Iudæos ex ista re referre.

Quanquam non ignoro dolensque fateor,hic à Catholicis quoque peccari , qui tamẽsi de matre Domini præclarè sentiant,loquantur & cantent,nihilque concedant Mariomastigis:tamen aut raro,aut præposterè frigideque curant , quæ ad laudabilem Deiparæ venerationem faciunt:tantum abest, vt quod verentur & fingunt aduersarij,hic sint immodici stultéque superstitiosi. Multi ne intelligũt quidem,quo pacto & quo fructu Virginem sacratissimam domi publicéque colant simul & imitentur. Alij vix perpendunt , sibique proponunt vnquam,quæ & quanta sit Mariæ nobilitas,præstantia,pulchritudo,sanctitas,bonitas, amabilitas,vt reliquas id genus dotes maximè in illa lucentes,& frequenti seriaque consideratione dignas vltro missas faciamus. Complures torpor quidam atque socordia, & nescio quæ falsa securitas impedit,quo minus per Mariã ad Christum cõmunem Dominum bonorumque omnium Largitorẽ assurgant. Nec enim satis expendunt,quãti referat mortalium,si Matris adiuti precibus,& exẽplis incitati,summũ Deum ac Dominũ familiarius adeant,ardentius ament,perfectius colant,studiosius prædicent,ac firmiùs amplectantur. Quotumquemque modo reperire licet,quæso , qui cũ eximiè pio adolescente Bernardino ex animo dicat: Captus sum amore beatissimæ Virginis & Matris Dei Mariæ,quã semper amaui,in qua post Deum omnes meæ spes collocatę sunt? Illam vnicè diligo,illã inquiro,illam videre concupisco:hæc est amica illa mea & spes mea,piissima Virgo Maria. Quid verò illorum sanctã simplicitatẽ,aut potius prudentiã commemorem,quibus olim tanta cũ nostra Virgine familiaritas intercessit,vt in suis meditationibus,perinde ac si corpore simul & animo præsentes adessent,cũ lactante illa lactarent Iesum,cũ gestante gestarent,cum exultante exultarent , cum dolente dolerent,quærerent cum quærente, starent demũ cum stante sub Dominica cruce? Bone Deus quãtoperè ab hisce piis affectibus sanctisque meditãdi studiis, in quibus veteres excelluerũt,hæc ætas nostra degenerauit? in Mariæ quidẽ amore & cultu frigidissima. Igitur

Citra proprũ Matris cultum à Catholicis quoque peccari.
Vide historiã in 7. tomo Surij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt Sectarios minimè probamus, vt potè à spiritu & disciplina Ecclesiæ sanctæ alienos, ita neque Catholicos, qui re bona non benè vtuntur, aut excusamus, aut defendimus: sed partim in illis errores, impiumque contemptum, partim in his præsentes abusus corrigi veramque pietatem torpentibus restitui ex animo desideramus. Nihil autem tantæ Matri gratius, aut nobis vtilius contingere posse duco, præterquam vt qui ad commune Christi regnum, in quo Maria fulget pulcherrimè, sumus adsciti, cum eadem Dei verbum & audiamus, & custodiamus, eique verbo constanter puro & simplici pectore adhęreamus, ac propter hoc ipsum verbum Dei legatis ministrisque promptè obtęperemus, & pro nostro etiam modulo iuxta sensum mysticum, si magnis parua componere fas est, nos Christi matres quadantenus exibeamus. Dulcissima enim & planissima Christi vox est: Mater mea & fratres hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt, Fac voluntatem Patris, vt Christi mater sis, ait [a] Ambrosius. [b] Petrus vero Damianus in hunc modum: Concepit Maria Christum in matrice carnis: deferimus & nos in visceribus mentis. Reficiebat Maria Christum, quùm teneris labris lac exprimeret verbum: reficimus & nos variis bonorum delitiis operum.] At quoniam latè patet hic locus, alibi rectius excutietur, ne in hac præfatione longius excurramus, & septa, quod aiunt, cum Lectoris aut tædio, aut offensione transiliamus.

Quomodo Maria præcipuè colęda ab Orthodoxis.

Etiã Dei matres esse nos possumus & debemus.

[a] Lib. 2. in cap. 1. Luc. [b] Petrus Damianus Serm. de Natiuit. Virg.

Quæ tractãdi ratio in præsenti opere obseruetur.

Ad extremum vt nostri consilij ac instituti rationem aperiamus, atque hinc rectius de præsenti opere iudicari possit, primo quidem libro ea complectimur, quæ primam Marianæ historiæ partem necessariò tangunt: nimirum de tantæ Virginis nomine, genere, parentibus, conceptu, ortu, annis puellaribus, primisque studiis ac totius vitæ moribus, quantum nos quidem ex veterum scriptis potuimus inuestigare. Secundum librum dedimus Mariæ virginitati, quod ea longam magnique momenti tractationem exigat, si præsertim, quæ illi adhærent alia, cum iudicio excutiãtur. Tertius liber Angelicam salutationem defendit, ac multos refellit errores, qui in Mariam Dei & hominis matrem incurrunt. In quarto libro certos Euangelij locos, quibus in eiusdem Virginis iniuriam Nouatores nunc maximè abutuntur, expendimus atque vindicamus. Quintus demùm liber de Dominæ nostræ in cælos translitu, siue vt nunc loquimur, assumptione disserit, eumque cultum religiosum & legitimum asserit, quo Deiparam in cælis modò regnantem prosequitur, & vsque per ætates omnes prosequuta est Ecclesia Dei. Atque hæc de præsentis operis distributione, ac singulorum librorum argumento indicasse sat sit.

Argumentum primi libri.

Argumentum secundi.

Argumentum tertij.

Argumentum quarti.

Argumentum quinti.

Excusatio pro lixitatis, præsertim ob citata veterum testimonia in hoc opere.

Fatemur interim, multa, & fortasse non necessaria, veterum testimonia sæpè nobis cumulari, nostrumque calamum in Mariæ laudem aliquando ita procurrere, vt Lectori properanti, præsertim erudito, nimium seduli ac ingrati esse possimus. Verum enimuerò hac qualicunque copia & diligentia nulli obesse, ac bonis quibusdam etiam prodesse voluimus, maximè vt veritas in Ecclesia retinenda hoc nostro studio illustraretur, magisque confirmaretur. Neque abs re fore putabamus, si nos velut infusis aquis illatum ab hostibus incendiũ restingueremus, ac Sectariorum Virgini matri libenter obtrectantium, maledicentiam si non benè, at verè tamen dicendo pro nostra quidem tenuitate retunderemus. Etenim vt Psaltes Regius docet, ad pij iustique viri partes proprias pertinet, Sanctos Deumque timentes glorificare, & in Sanctis ipsis Deum bonorum authorem agnoscere & prædicare. Quod si de sancta vlla & illustri muliere, de Maria certè dictum & scriptum videri debet, Mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Nusquam enim tam glorioſum ac mirabilem in suis Sanctis se prodidit Deus, quemadmodum in lectissima & augustissima illa Virgine, in qua, velut ornatissima domo, summus artifex summum incepit & absoluit opificium, illudque mysterium sacrosanctum, vnde salus humana dependet, expleuit. Atque vt maximè noster hic conatus paucos laudatores habeat, extabit tamen in eo aliqua nostri amoris ac studij reuerentiæque in Virginem sacrosanctam testificatio: & quicquid supercilioſi aduersarij iudicent, erit hoc qualecũque nostri officij symbolum, quo Ecclesiæ matri, fratribusque nostris & ciuibus Ecclesiæ voluimus gratificari. Sic autem in Maria laudanda versamur, vt à Patrum vestigiis volentes nusquam discedamus, vtque vnà cum illis ducibus testatum semper esse velimus, quicquid in laudem matris à nobis adfertur, ad filium quoque referri ac dirigi. Tenemus enim Hildefonsi regulam, rati quod seruit ancillæ, ad Dominum pertinere quod matri impenditur, ad filium redundare: ac demùm in Regis honorem transire, quod in famulatum Reginæ transfertur. Cæterum sunt quædam in hoc opere, vt sic dicam, excursiones siue digressiones, dum ob argumenti affinitatem quosdam errores aduersariorum obuios arripimus, coarguimus, refutamus, quasi nonnihil à via deflectentes. Id vero liberius idcircò facimus, quoniam de verbi Dei corruptelis, ita scribere cœpimus, vt cum Ecclesiæ hostibus congrederemur quorum

Deus in Maria vel maximè laudari se postulat.

Quid maximè spectatũ sit in hoc opere scribendo.

Cur quædã in hoc opere digressiones subinde fiant.

Lib. de Assumpt. cap. 2.

quorum artes, insidias & fraudes qualicunque ratione detegere, ac pro nostra virili labefactare, vt in superiore, sic etiam in præsenti opere laboramus.

Excusatio de mutata ordinis ratione, quæ in priore opere obseruabatur.

Postremo nos veniam ab omnibus facile impetraturos confidimus, quod in hisce libris ab illa tractandi ratione, quam de Ioanne Baptista scribentes obseruauimus, planè discedamus. Etenim bonorum & sapientum hominum consilio parendum esse putauimus, qui laborem nostrum in hac editione Lectori commodiorem, & ad docendum gratiorem fore monuerunt, si opus hoc longum in varios libros & crebriores sectiones, quæ ab aliis capita vocantur, distribueretur. Porrò quod ad nouos Centuriatores attinet, horum verba non cuique capiti præfigenda, sed sensum potius alicubi repetendum, nec istorum magis, quam reliquorum aduersariorum rationem habendam esse iudicarunt. Supereſt hoc vnum à Christo Iesu Dei & Mariæ filio enixè precari, nostrum vt conatum pro summa benignitate sua fortunet, hoc est, vt præsentis operis initium faustum, successum optatum, & euentum prosperum ac felicem ad sui sacrosancti nominis gloriam conferre dignetur.

Precatio ad Deum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LAVDATISSIMAE VIRGINIS MAGNÆ MATRIS ENCOMIVM. EX VENANTIO FORTVNATO IN CARMINE de Partu Virginis.

O Virgo excellens, vincens super omnia matres
Quam genus erexit, cui Deus alta dedit.
Cuius fructus adest, & flos non perdit honores,
Quæ nato es genitrix, & tibi virgo manes.
Felix quæ generi humano sub tartara lapso,
Ad cælos facta es sors, via, porta, rota,
Aula Dei ornatus paradisi, gloria regni,
Hospitium vitæ, pons penetrando polos.
Arca nitens, & theca potens gladij bis acuti,
Ara Dei assurgens, luminis alta Pharos.
Celsa super cedros, & vasta cacumina montis,
Subque tuis plantis & rota solis adest.
Virgineo cœtu dux, sexu prima secundo,
Prælata astrigeris sola puella choris.
Figmentum figuli super omnia vasa decorum
Atque creatura fulgida massa nouæ.
Candelabrum pulchrum verbi capiendo lucernam,
Quam formam sculpsit tàm super astra faber.
Ornans Hierusalem sanctam, speciosa venustas,
A facie templi vas in honore Dei.
Exuperans portas Sion splendore coruſco,
Stans merito fidei gemma superba throni.
Ore diem iaculans, radios à fronte, sagittas
Luminibus rutilis, lumen honore rotans.
Sidereum speculum, illustris domus omnipotentis,
Vultibus ex illis fulgura clara ferens.
Nomen honoratum, benedicta Maria per æuum,
Ad laudem artificis nobilis artis opus.
Dulcis & Angelico preciosa puella relatu,
Omnes vltra homines dona decoris habens,
Inde rubore rosas, candore hinc lilia vincens,
Flos nouus è terra, quem polus arce colat.
Cryſtallum, electrum, aurum, ostrum, concha alba, smaragdus

Quo

Quo tua forma nitet, cuncta metalla iacent.
Nix premitur candore tuo, sol crinis honore,
Palleſcunt radij virgo decore tui.
Lychnites hebes est, cedit tibi lucifer ardens,
Omnibus officiis lampade maior ades.
Occulti in terris Sacramenti conscia summi,
Et secreta poli sunt patefacta tibi.
Dignus ager Domini, generans sine semine frugem,
Ignara amplexus mater opima sinu.
Virgo intacta manens, fidei vbertate marita,
Inscia coniugio fœta negante viro.
Accipis vt nescis: sic reddis, vt integra conſtes,
Nec violata paris, nec pariendo doles.
Et tamen est genitus Deus atque homo verus & vnus
Spiritus atque caro Christus, vtrumque genus,
In deitate patri æqualis, sed corpore matri,
Et sine peccato de genitrice caro.
Factor dans legem, factus sub lege minister,
Ipse pater mundi, filius ipse tibi.
Vnde tuum mater generas natum, atque parentem
Hinc prolem, inde patrem: hoc Deus, illud humus.
A patre perpetuò, certo tibi tempore natus
Est mihi spes veniæ, causa salutis Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEQVENTIVM IN LIBRO PRIMO CAPITUM cum suis argumentis Index.

i. De Mariæ Deiparæ typo, nomine & ætiologia, déque Mariis Euangelicis aliis
ii. De Mariæ præstantia & singulari dignitate, quam non modo Patres, sed etiam ex aduersariis quidam agnoscant.
iii. De nobili ac Regia Mariæ genealogia, & quomodo circa illam Ecclesiæ hostes multis modis impingant. Christum per Mariam Regem & Sacerdotem in Ecclesia perpetuum esse.
iiii. De spectatissimis Mariæ parentibus Ioachim & Anna.
v. De triplici genere quæstionum, déque discrimine peccatorum, ad quæstionem difficilem de immaculata conceptione Mariæ rectius intelligendam.
vi. Disputatio contra eos, qui salua Ecclesiæ fide, immaculatam Virginis Mariæ conceptionem oppugnant.
vii. Responsio ad Patrum, & præcip rnardi sententias, quę cum illibata Virginis conceptione pugnare videntur. ue Be
viii. Puram Mariæ conceptionem à Sectariis indigne conuelli, à Luthero autem & Erasmo defendi.
ix. Mariam sanctificatam fuisse antequam nasceretur, nec solum ipsi, sed & Hieremiæ in matris vtero sanctificationis contigisse donum, multisque modis Mariam sanctificatam censeri.
x. Mariam ob commissum actuale peccatum falsò accusari, quam Patres & scholastici Doctores, Augustinus vero præsertim, ab omni vitio immunem fuisse declarant.
xi. De Marię Deiparæ natiuitate, quæ meritò in Ecclesia, die festo cohonestetur, & à piis magno in precio habeatur.
xii. De Mariæ pueritia, & eiusdem præsentatione seu oblatione à parentibus facta in templo Hierosolymitano.
xiii. De Mariæ studiis, moribus & vita perfecta, præsertim antequam ab Angelo salutaretur.

IN AR-

IN ARBOREM IESSAE,

SEQVENTI PAGINA DELINEATAM

PHILIPPI MENZELII, D. ET IN ACADEMIA INGOLstadiana Professoris Medici, ac P. L. Carmen.

Surgit Iessæa radice exibit ab alta
Virga, nouis visenda modis: & pulchricolor flos
Efferet indè caput: Domini Sabaothis ibi ipse
Spiritus omnipotens æterna in sede quiescet.
Inclitus hæc cecinit non vana oracula vates,
Ora mouente Deo. Quis enim sub imagine Virgæ
Te, Mater Virgo: specie sub floris tegumen,
Prætexi vnigenam, tua dulcia pignora, natum
Nesciat? Hæc illa est sanctis radicibus arbos,
Depacta antiqui generoso in pectore tessæ:
Quæ genus omne tuum, proauosque ab origine Reges
Explicat educens, duodenis ardua ramis.
Et par quippè fuit, regum Rex maximus ipse,
Progenies summi Superum ter maxima Regis,
Vt regale genus, materno etiam inclitus ortu,
Duceret, humanos dum se demittit in artus.
Nec latet, has quondam spes, atque ea fata manere
Sceptrigerum vatem, funda, citharáque potentem
Hymnisona: ipsius tandem vt de sanguine surgat,
Qui pollens virtute noua, venientibus annis
Victor auos, longa mœstos in nocte sedentes,
Vindicet: & solium ascendens potiatur auitum:
imperióque regat populos, quod mobile nunquàm
Nec metæ rerum, nec temporis orbita claudat.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca



LIBRI PRIMI, MARIAE ORTVM, PVERITIAM, MORES AC VITAM EXPLICANTIS,

CAPVT PRIMVM.

De Mariæ Deiparæ typo, nomine & ætiologia, déque Mariis Euangelicis aliis.

Primus in totius operis tractationem ingressus.

ANTEQVAM ad Scripturæ sacræ loca descendam in quibus Mariæ causa potissimum nobis defendenda est, operæ precium facturus videor, si quædam prolegomena expediuero, vt sic etiam nonnullis contentiosis occurram, & sequéti tractationi lucem maioré adferam, viámque Lectoribus planiorē sternam. Nam & ipsa natura rei postulat, quum de Maria dicendum sit, huius nomen, familiam, parentes, ortum, pueritiam, educationem, quoad eius fieri potest, primùm ostendi, ac posteà de rebus grauioribus ad illam ipsam pertinētibus, è sanctis diuinæ scripturę fontibus Patrúmque monumentis disputari. Igitur vt rem paulò altiùs ordiar: Maria nomen Hebreū est, & sanè peruetustū, illi mulieri quondā inditū, quę multò ante vrbem conditā, & primā Olympiadē, adeóque ante Troiam captā ex Hebræis parentibus Amram & Iochabed nata, puellares tunc annos excesit, quū Hebręa gēs ab Ægyptiacis immaniter diuexata, per mare rubrū Deo iubente ac Moyse duce profugit. Quo tēpore mulier eadé percelebris apud suos extitit, summorum hominum Moysi & Aaronis germana soror, ac nobilis eadé prophetissa, tùm in cantandis Deo laudibus probè exercitata. Quamobrem quū penes Israelitas præclara staret victoria, & hostes Ægyptiaci cū suo rege Pharaone maris fluctibus obruti oppressique iacerent, illa tympanū arreptū pulsauit, Deóque victori gratias dixit publicè, qui sua potentia crudeles aduersariorum copias deleuisset: simúlque genti est suę gratulata, quòd mare rubrum sicco pede incolumis transiisset, ac ex misera seruitute ad nouam hanc libertatē feliciter peruenisset. Vbi non solùm ipsa Deo se gratā præbere voluit, sed fœminis etiam omnibus præcinuit, & sequasi ducem & antesignanam ad laudes Deo summo decantandas egregiè præstitit, princeps omnium mulierū, quæ apud Hebræos erant, insignis sapientia, vt Clemens inquit Alexandrinus.

Exod. 6. & 15. Maria nomen Hebræum & vetustū. Soror Moysi primum inditum. Vide Eusebiū lib. 9. de præparat. Euang.

Qualis Maria Moysi soror fuerit apud Hebræos.

Quomodo Moysi soror Maria figura fuerit nostræ Mariæ, & in quibus ambæ conueniant. Exod. Stromatum.

HAEC imagine iam tùm præluſit, & pulchrè adumbrauit Deus, venturā aliquando esse Mariam alteram virtute præstantem, & nulli secundam, sed inter mulieres omnes benedictam, adeóque incomparabilem, quę prioris huius Mariæ typo satisfaceret. Illa Moysi soror, hæc Christi summi verè Sacerdotis & Legislatoris soror simul & mater est, sicut [a] Ambrosius annotauit. Illa propheticum accepit Spiritum in veteri lege: hæc noui Testamēti primā egit prophetissam, quæ antè Ioannem etiā, vt [b] Augustinus comprobat, diuino afflata Spiritu vaticinatur. Sed & prophetissam dici Mariā Esaias docet, probat & [d] Basilius, ac [e] Hieronymus quoque confirmat: imò hanc prophetissam prophetarum, & magistram magistrorum, id est, Apostolorum [f] Rupertus, & vaticinium Prophetarum, [g] Hieronymus non ineleganter appellat. Illa tympano vsa, hymnum piè cantauit, & alias cantare docuit ad prædicandam Dei gratiam, qui suum populum in libertatem asseruisset. Sed quæ vnquam peritior, & in modulandis Dei laudibus absolutior hac vna nostra fuit tympanistria? (sic enim & Augustinus illam vocat) præsertim quando post inchoatam humani generis liberationem, quum promissus Emanuel ad Satanæ regnum euertendum iam coràm adesset, illa in Spiritu sancto exultauit, & gratulabunda suauissimum Deo canticum in ædibus Zacharię persoluit, ac piis demū omnibus vbique gentium ad finē vsque mundi decantandū reliquit: Illa demū sine viro, sine liberis, hoc est virgo, vt Ambrosius censet, describitur, quæ inter fœminas exercitū quoque fœmineū post se duxit, illā vtique vnā designans, ac veteri populo Dei præmōstrans, quæ mulierū, & maximè virginū omniū princeps esse debebat. Ambrosij verba si quis requirat, hęc sunt. Multas fœminas Scriptura diuina in lucē euexit, palmā tamen publicæ salutis, solis virginibus dedit. In veteri Testamento terra ac mari clausum Hebræorū populū Virgo per maria pedes duxit. In Euangelio authorē mundi & redemtorē Virgo generauit.] Sed & Apponius has duas in virginitate cōponit, adeóq; virginū in veteri ac nouo Testamento principes facit, quæ primæ, inquit, cœperūt sponsæ Ecclesiæ genas mirandas efficere, integritatē seruando.] Neque dissentit ab Apponio Gregorius Nyssenus, vetustior sanè ac celebrior Theologus, qui hāc ipsam Moysis sororē cœlibem, adeóque primam virginitate perfunctam videri, & à quibusdam doctis probari asserit, quòd in sacra historia matrimonij eius, ac liberorum procreationis nulla fiat mentio, quódque non à marito, sed à fratre Aarone agnominetur, quando fœminæ caput non frater, sed vir appellari solet. Igitur Deiparam Mariā per eam ipsam & virginem & vatem præsignari colligit. Nunc porrò de ipso nomine aliquid enucleatiùs disseramus.

[f] Lib. 1. de gloria & honore filij hominis. [g] In cap. 6. Michææ. Serm. 17. de nati. Domini. Maria singularis tympanistria.

Luc. 1.

In exhort. ad virgines. Publicę salutis palma virginibus data.

Libr. 6. comm. in Cantica. Lib. de virgin. cap. 6. Duæ Mariæ principes virginum Veteris & noui Testamenti. Prima virgo Maria Moysi soror.

SVNT hac ætate, qui pro Maria Miriàh, & Miriā per disyllabon scribūt, ac dici ab omnibus postulāt. Tū Laurentius Valla notauit, Μαριάμ esse legendū in casu nominatiuo, vt in m, non in a dictio exeat, & eūdem sicut Abrahā, in fine accentū habeat, sitque nomen indeclinabile, quod Hebraico sono efferatur. Teneāt verò suā elocutionē Hebræi: quis enim verātur Latini certè nō temerè voces Hebraicas molliunt, neque tùm asperē, sicut illi Miriam, Ieosua, Pesa pronunciant, sat habentes Mariam, Iesus, Pascha dicere. Nā & suo iure, & pronuntiatione certa linguæ omnes vtuntur, quā eo firmiùs retinere conuenit, quo turpiùs est sempérque fuit, receptū Latinè loquentium, præsertim doctorum hominū vsum ac

De nomine Mariæ ætiologia. In 1. c. Matt.

Cauēdam esse licēriam nonatorum in receptis Ecclesiæ vocabulis immutandis, insolitóque modo pronunciādis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

morem,qui vim legis obtinet,variare atque defere- A
re. Deinde non ferunt piæ aures ac mentes, vt voca-
bula in Templis & Scholis trita, veterúmque lon-
gæuo vsu corroborata,ob paucos sciolos & Gram-
maticos nescio quos, aboleantur vel immutentur.
Omitto quantum sit vitij atque periculi in hac per-
egrinitate situm, quum prophanæ & horridæ vocũ
nouitates,quicquid Paulus contra dixerit,in Eccle-
siam inuehuntur, & vsus loquendi Iudaicus potiùs
1. Tim. 6. Retinendum esse Mariæ nomen citra vllã mutationem. renouatur,quàm Christianus confirmatur. Cæterũ
quòd ad præsens vocabulum attinet, non hoc nu-
per apud Latinos natum & inuentum, sed à Græcis
iam olim acceptũ est,vt ab omnibus gentibus Ma-
ria dicatur atque scribatur. Nam & peritissimi lin-
guarum Septuaginta interpretes, qui annis aliquot
non paucis Mariæ & Christi filij præcesserunt ætã-
tem,Mariæ nomen amplexi sunt, ac veteris instru-
mẽti libris inseruerũt. Quod nomen Græca deinde B
Ecclesia vsurpauit,& ad Latinos traduxit,quodque
tùm Græci, tùm Latini Patres magno consensu &
religiosè semper vsurpant. Quarè iustiusmodi inter-
pretibus,qui nouis sæpè gaudent inuentis,ac Eccle-
siæ dare legem malunt,quàm accipere, non tantùm
est sanè concedendum,quantum ipsi postulant,præ-
sertim vt in illorum gratiam à sapientissimi Regis
Prou. 22. edicto discedamus. Ne transgrediaris,inquit,termi-
nos antiquos,quos posuerunt Patres tui. Quid mul-
tis? Prohibet ratio, dissuadet æquitas, monet peri-
culum,ne veneranda antiquitate vel contemta, vel
neglecta,profanam potiùs quàm necessariam vocũ
nouationem amplectamur, nouóque loquendi vsu
& piorum aures offendamus, & populares animos
in Ecclesia perturbemus.

Non credendũ esse Victorino in nominis Mariæ ætiologia. *In scholio cir-ca 1. ca. Luc.* C IAM verò,vt ad nominis etymon veniamus,quid
in mentem Victorino Strigelio venerit,ignoro: &
mirandum certè puto,quòd is Mariæ dictionẽ gra-
tiosam & insignem ex Hebræa voce miseriam signi-
ficante deducat. Nam tractans idem verba illa in
Mariæ cantico: Respexit humilitatem ancillæ suæ,
hoc adiicit scholion: *Alludit ad nomen suum, nam Miriah significat miseram, id est, Iamer.* Vbi Victorinus, vt
breuiter dicam, haud bonum & fidum agit Scho-
liasten, nec se in Hebræa lingua probè versatũ ostẽ-
dit. Etenim si Hebræos vel testes vel iudices consu-
lamus,quod illi Miriam vocãt, etiamsi radices omnes huius vocis Grammatico studio peruestigemus,
Vnde Mariæ nomẽ Hebraicũ deducatur. cum miseria nihil prorsus commune habet. Deduc-
itur autem vel à verbo Maràh, quod rebellionem
designat,vel à Marar & Iam, quod amarum mare D
interpretantur,vel à Mon & Iam, Myrrham maris
licet appellare, vel à verbo Iarah, quod significat
docere vel proijcere,vel à Morehiam, quod perin-
de est,ac si dicas pluuiam maris temporaneam, vel
partim à Mare, quod est Syriacum, partim à Iam
quod est Hebraicum: vnde Domina maris confici
potest. vel demùm à verbo Seir & Iam, quod illu-
minatricem maris,aut sicut alij vertũt, stellam ma-
ris denotat. Proinde vel mediocriter in Hebræis
versatus,inane Victorini figmẽtum meritò respuet,
qui primus vt opinor, huius author est fabulæ, vt
etymon Mariæ ad miseriam alludere vel pertinere
In Postil. circa Euang. in fe-sto annunc. Mariæ. dicatur. Sed neque Luthero fides habenda est,qui
Mariam Hebraicam vocem id Hebræis sonare do-
cet, quod apud nos valet aquæ guttula, quæ situlæ
Vt Lutherus Mariæ nomen interpretetur. aut hydriæ adhæret: *Quæ quidem guttula,* inquit, *si ma-ri, aut magno fluuio comparetur, nihil quicquam est.* Atque

hinc nouam ille confingit allegoriam,pusillum Iu- A
dæorum credentiũ gregẽ per Mariam adumbrari.
Verùm hæc fictitia prorsúsque coacta sibi habeat
atque seruet, qui se publicum Ecclesiæ hostẽ profi-
tetur. Omitto etiã disputationẽ alibi proponẽdam,
de nomine humilitatis, an hoc, sicut apud Græcos
ταπείνωσις pro miseria tantũ præsenti loco accipi- *Euseb.*
tur,quasi Maria de se dicere voluerit: Respexit mi-
seriam ancillæ suę,sicut Victorinus aliique nouato-
res contendunt. Nunc de Mariæ nomine certamus,
de quo Hieronymus, aut potiùs quem ille Latinè
conuertit Philo, Hebraicarum quidem literarum *De vera nomi-nis Mariæ etymologia.*
peritissimus,ita scribit; Mariam plerique æstimant
interpretari illuminant me isti, illuminatrix, vel *Lib. de nomi-nibus Hebr.*
Zmyrna maris: sed mihi nequaquã videtur. Melius
autem est,vt dicamus sonare eam stellam maris,si-
ue amarũ mare: sciendúmque quod Maria sermo- *In prologo Mariam ip-sa dominã dicit.*
ne Syro domina nuncupatur.] Qui alibi quoque B
monet, Mariam perinde sonare,ac si illuminantem
aut illuminatam vocemus. Alij sic vertunt,vt exal-
tatã,doctrícem populi ac magistram, interpreten-
tur. Præclara hæc quidem nomina, quæ in matrem
Domini pulchrè cõpetunt, nullíque rectiùs tribui
possunt,sed in quibus explicandis, ne sim longior,
nolò immorari. Illud negari non potest,quo tem-
pore Maria nata & educata est, Syriaci sermonis
vsum,quẽ crebrò in Euangelio cernimus,apud Iu-
dæos valdè receptũ & frequentem extitisse. Quare
nihil mirũ,nec improbabile videri debet,quòd nõ-
nulli ex lingua Syriaca nomen Mariæ deducant,ac
libentius interpretentur,vt pro domina scilicet ac-
cipiatur. Nam hæc interpretãdi ratio,tùm ab Hie- *Mariam dominã ipsi appellat.*
ronymo,vt diximus,demonstrata,tùm ab [a] Epipha- *a Ser. de laudib. Deip.*
nio, [b] Chrysologo, [c] Eucherio & [d] Damasceno con- *b Ser. 142. c Lib. 2. de Spec. d Lib. de assumpt.*
firmata est,eò quod verè Maria dicatur & sit domi-
na,vt alia mulier nulla fuit,nec in perpetuũ esse po-
test. Damasceni verba, si propriè reddantur, hæc
sunt: Parit itaque gratia (id enim Anna Latinè so-
nat) dominã. Nam hoc Mariæ nomen denotat. Me- *e De vocat. gent. lib. 2. cap. 17.*
ritò enim creaturarũ omnium declarata est domi-
na: quæ illum enixa est,per quem condita sunt vni-
uersa.] Tùm docet [e] Anselmus, Mariæ iure quodam *f In Specul. Mariæ lib. 2. cap. 2.*
competere, vt illam omnis creatura summam do-
minam & dominatricem agnoscat, suspiciat & ho-
noret. Vbi nõ abs re fuerit,si [f] Epiphanij verba sub-
ijciamus: Mariam interpretari solemus dominam
atque etiam spem: peperit enim Dominum, qui est
spes totius mũdi, nẽpè Christũ.] Et paulò pòst: Rur-
sum præclaræ puellæ Mariæ beatum nomen inter-
pretatur, illustrata, vtpotè quæ illustrata sit à filio
Dei,& cunctos vsque ad terminos terræ credentes
Trinitati illuminauerit. Sancta enim puella virgo
Maria est sponsa Trinitatis,& Thesaurus dispensa-
tionis planè arcanus, cui Gabriel inquit: Gratia ple-
na.] Sed & Rabbinus Haccados grauissimus apud
Iudæos doctor antè Christum natũ, scripsit: Melsiæ
matrẽ absolutè dominã, ac rursus omniũ Prophe-
tarũ dominã & magistrã fore. Neque falluntur qui
ex vtraque lingua Syriaca & Hebræa hãc nominis
interpretationem adferunt, vt sicut indicauimus,
Mariam maris dominam dici putent. Beda in hunc
modum: Maria Hebraicè stella maris, Syriacè verò
domina vocatur: & meritò, quia & totius mundi
Dominum,& lucem sæculis meruit generare per-
ennem] Ego verò laudandos veteres dixerim, qui
Domini matrem hoc præclaro epitheto libenter
orna-

ornárunt,vt eam honoris gratia Dominam nostrã A
subinde salutarent. Et apud Germanos quidem hic
loquendi mos perseuerat,vt vulgo etiam cognomẽ
hoc tritum sit, *Vnser liebe frawv*, quod perinde est, ac
si nostram dilectam Dominam dicas. Visum est
enim nostris maioribus,quam fidem corde conce-
ptam tenebant,eam & lingua publicè testari,suám-
que simul gratitudinem in honoranda Virgine ma-
tre ingenuè profiteri. Facit idem Ecclesia in solen-
nibus precationibus,vbi Deiparam gloriosam Do-
minam super sidera excelsam, & rursus Angelorũ
Genes. 21. Genes. 17. Genes. 2. Dominam, nec non cæli Reginam constanter ap-
pellat. Etenim verè hæc Sara, id est, Domina seu
princeps ac mater multarum gentium extitit, quã-
doquidem verè Isaac, hoc est, risum nostrum in
summo communique mortalium luctu, vt antea B
Deus promiserat, generauit. Prior Eua mater vi-
uentium appellatur, ex qua secundum carnem in-
feliciter nascimur, qui altera indigemus Eua ma-
Perperam offendi adnersa-rios, quòd ex Maria nostram dominã & ma-trem faciamus tre viuentium, vt feliciter in Christo secundo Adã,
iuxta spiritum regeneremur.

ETSI verò hæc Dominæ & mattis nostræ nun-
cupatio,quæ apud Damascenum & Patres frequen-
ter sese offert, longa piorum consuetudine corro-
borata est,sæpéque multis consolationem sanctam
excitat,tamen morosos Ecclesiæ hostes non parùm
offendit,vtpotè qui suis & collegarum,ne dicam &
amicarum laudibus magis,quàm piis Mariæ & Sã-
ctorum titulis, præconiis, honoribúsque delectan-
tur. Quid autem impedit quæso, si positis affecti-
bus ex æquo iudicandum est, communem & Do-
minam & matrem illam agnosci atque prædicari, C
quæ omni nobilitatis natiuique splendoris genere
progenitores,heros,heras,principes & reges omnes
facilè superauit, summóque beneficio vniuersum
genus humanum sibi deuinxit, quum mundi Sal-
uatorem edidit atque donauit? Non alius Christus
quàm ex Maria,inquit Tertullianus. Mariæ Filius
nemo fuit nisi Iesus,& omnis verè Christianus Ma-
riæ filius,quod Origenes perspicuè dixit. Tùm Au-
gustinus adstruit,Mariam corporalem simul & spi-
ritualem Christi matrem esse: quia non modò ca-
put ipsum & Saluatorem totius mystici corporis
enixa est, sed & spiritu matrem se membrorum
Christi præbuit, eò quòd charitate sit maxima co-
operata,vt fideles in Ecclesia nascerẽtur. Quare fi-
denter cum Athanasio magno dicimus orthodoxi:
Quandoquidem Christus rex est, qui natus est ex D
Virgine,idémque & Dominus & Deus,ea propter
& mater,quæ eum genuit, & regina, & domina, &
Deipara proprie & verè censetur, licebítque nobis
ita congruenter dicere, dum ad ipsum & ad eum,
qui ex ea genitus est, carniferum filiũ respicimus.]
Qua ratione ductus Petrus Damianus,vt pi-
uerenter hanc communem Dominam matrémque
compellat. Scio,inquit, Domina,quia benignissima
es,& amas nos amore inuincibili, quos in te & per
te filius tuus & Deus tuus summa dilectione dile-
xit.] Et rursus: Meritò beata Maria dicitur parens
parentis,fons fontis viui, origo principij: quia ille
ex ea prodit per materiam carnis, qui caput est &
initium omnium rerum per essentiam Deitatis.]
Quid quod Lutherus manifestè docet, Euam pri-
mam illam matrem mortalium, ex qua in peccatis
nascuntur omnes, cum matre Maria componẽdam
esse, ita vt singuli Deiparam hoc pacto alloqui pos-

sint: *En puer ille, quem tu Maria peperisti, meus est: tua caro & sanguis, mea caro & sanguis sunt, atque ideo etiam mater mea es, & pro tuo filio à te habebor.* Postremò an singu- *Hæres. 78. contra Antidicomarian.*
lare matris & Dominæ nostræ nomen illi non cõ-
gruit, quæ si cum aliis conferatur electis, secundùm
æternam summi patris electionem, quasi primoge-
nita,& præ omnibus benedicta: Christi verò sicuti
parens,sic etiam socia,vel vt Epiphanij vertit inter-
pres,affectatrix coniunctissima,& demùm humanę
salutis cupidissima fidissimáque semper procura-
trix extitit,ac multò de nobis melius, quàm parens
vlla de suis liberis est merita: ac in cælis porrò
mereri pergit, vt alibi duce Christo euincemus.
Proinde turpiter hallucinantur,nimiúmque secun-
dum carnem iudicant,qui Mariam perinde ac Adæ
filiam,naturæ & communibus gratiæ donis prædi-
tam duntaxat intuentur,ac aliis ita intuendam pro-
ponunt,vt iustis & Sanctis reliquis illam exæquẽt.
Tantùm abest, vt gratis animis eandem pro matre
& domina incomparabiliter à Deo exornatam sus-
piciant,prædicent atque venerentur.

CÆTERVM vt ad Mariæ nomen redeam,etiam
atque etiam affirmo, hoc nequaquam nouum esse
atque vulgare, sed antiquitatis, & gratiæ,& maie- *In Cantico de Mariæ nati-uitate.*
statis refertum, quod legis antiquæ mysterio ele-
ganter respondeat,simúlque coruscantis Euangelij
splendorem aptè commendet: nomen inquam,tali
personæ congruens, quæ summi Dei & regis æter-
ni digna mater effecta,nõ potest etiam domina no-
stra & omnium credentium mater non meritò exi-
stimari. In quem sensum Anatholius author Græ-
cus dixit: Quæ ab æterno prædestinata fuerat, vt C
Dei domicilium diuinúmque sempiternæ naturæ
templum foret,hæc vniuersorum Regina iure salu-
tatur.] Quare si vllum aliud venustum,præclarum
& gratiosum nomen vlli contigit mortalium,quod
scribi,legi,decantari, pingi sculpíque mereatur, id
Mariæ nomen videri potest, dignum sanè quod in
omnium oculos,aures & mentes incurrat, magnã-
que cum reuerentia & priuatim & publicè nomi-
netur. Nam & cum ipso Euangelio natum est,si ve-
ram Mariam spectemus, nec abolebitur vnquam,
quamdiu vox Euangelica in mundo sonabit, sed
vbique gentium, & ab omni credentium ordine,
clàm,palàm,celebrabitur,quod vt pios mirificè re-
creat & oblectat, sic etiam impiis profuit sæpè,
quódque nec ab alio,quàm ab Angelo in terras de-
missо sanctis parentibus primùm denunciatum est: D
quod demùm inter alios omnes, quorum nomina
in libro vitæ scribuntur, & excellentius & venera-
bilius iudicatur, sicut doctus [a] Idiota notauit. Ac
multò quidem vetustior [b] Chrysologus, ne huius
dignitatem nominis ignoremus,sequens ille tribuit
eulogium: Nomen hoc prophetiæ germanum est,
hoc renascentibus salutare, hoc virginitatis insig-
ne, hoc pudicitiæ decus, hoc indicium castitatis,
hoc Dei sacrificium, hoc hospitalitatis virtus, hoc
collegium sanctitatis. Meritò ergo matris Christi
nomen est hoc maternum.] Non quod tanta vis si- *Quatenus Ma-riæ nomen sit efficax & pre-tiosum.*
ue ex nuda triũ syllabarũ compositione, siue ex no-
minis huius prolatione pẽdeat,quãdo & Maria di-
cta est ciuis Hierosolymitana, mulier tàm scelesta, *Maria Hieroso-lymitana fi-lium necat. Vide Iosephum lib. 7. cap. 8. de bello Iudaico.*
vt suũ ipsa filiũ iugularet,igneq; coctũ vellet edere:
sed quod propriũ hoc Deiparę nomen ad tantę ma-
tris honorem & sanctitatem relatum, ac piè reue-
rentérque prolatũ multis sæpè prosit, & singularẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quandam energiâ diuinámque virtutem contineat.

Mariâ recte stellam maris vocari.

VVLGARIS autem interpretatio, quam sæpè Bernardus, & ante illum Eucherius & Beda sunt amplexi, sed & Hieronymus præter Hebræos comprobat, in eo versatur, vt Maria idem quod stella maris significare dicatur. Ipsa enim quasi sidus eximium inter fluctus seculi labentis, gratia priuilegij specialis refulsit, vt [a]Bedæ verbis vtamur. Ipsa est stella, imò stella stellarum, cuius ductu & interuentu ad patriam transfretamus, si [b]Giselbertum audimus. Tolle Mariam hanc maris stellam, inquit, [c] Bernardus, maris vtique magni & spacioſi, quid nisi caligo inuoluens & vmbra mortis ac densissimæ tenebræ relinquuntur? Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam.]

a Hom. in festo Annunc.
b De altere. Synagogæ & Ecclesiæ.
c Ser. de nati. Mariæ.
Hom. 2. super Euang. Missus est.

B

QVOD si plura de hoc nomine cupis audire, sic idem Bernardus tantoperè à Luthero laudatus alibi disserit: Ipsa namque aptissimè sideri comparatur: quia sicut sine sui corruptione, sidus suum emittit radium: sic absque sui læsione Virgo parturit filium. Nec sideri radius suam minuit claritatē: nec Virgini filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella, ex Iacob orta, cuius radius vniuersum orbem illuminat, cuius splendor & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes quàm corpora: fouet virtutes, excoquit vitia. Ipsa inquam, est præclara & eximia stella super mare magnum & spacioſum subleuata, micās meritis, illustrans exēplis.] Scitum est igitur quod Poëta Christianus ad nomen hoc sacrum alludens Mariæ decantat:

Quantoperè Bernardus probet Mariam pro stella existimari.

Num. 24.

Vide in hymno Magnæ matri Virgini.

Nunc ô stella maris nostri nos aspice præsens,
Eripe tot pelagi penè hauſtos fluctibus atris.
Nunc lucem, luciſque tuæ inhærere, & orbi
Exorere, ac radiis nigrantem discute nubem.

C

A c fortaſsis hûc pertinet, quod Hebræi inter arcana ſua celeberrimum ducunt, vnam inter creaturas omnes longè perfectiſsimam esse, ipſi Mitatron, hoc est, principem facierum appellant, quia ſemper ſtet ante faciem ſummi Imperatoris, & ius habeat ad ipſius præſentiam benè meritos introducendi. Animaduerſum est autem ab eruditis, Mariæ nomen cum illo (Mitatron) haud perperam cōuenire, quum & numerus ex literis collectis reſpondeat, & ſupputanti ſummatim efficiat 999. nouem videlicet centenarios, nouem denarios ac nouem vnitates. Quid quòd antiqui Hebræi Mariæ nomen, longè antequàm in lucem esset edita, prædixerunt, & ex quodam Esaiæ loco Miriam Sara, id est, Mariam dominam nuncupandam esse diuinārunt? Etenim quemadmodum Abrahæ vxor Sarai, hoc est, Domina mea, non ſine iuſſu Dei Sara, Iod litera nimirùm detracta, abſolutè Domina vocata est, vt in cuius ſemine gentes omnes benedicerentur, quod quidem ſemen ad Chriſtum ex hac Virgine procreatum Apoſtolus refert: ita multò magis hæc Domina nuncupari digna fuit, in cuius ſemine gentes omnes, vt reipſa compertum est, benedictionem Abrahæ promiſſam adipiſcuntur. Illud verò admirabiliùs, Ethnicos olim in ſumma rerum diuinarum ignoratione verſantes, etiam è ſins Sibyllis de Mariæ nomine didiciſſe. Nam Sibylla Erythræa, quum de Meſsia noſtro multa prædicit, hoc de Maria eius matre luculenter adiūgit:

De nomine (Mitatron) ad Mariam relato.

Mariæ nomen Hebræis multò ante reuelatum.

Genes. 17.

Genes. 15. & 22.

Galat 3.

Mariæ nomen etiā olim Ethnicis prædictū.

Lib. 8. Oraculorum.

Καὶ βρέφος ἐλθὼν παρθένου ἐκ Μαείας λαγόνων
Ἐφανεται νέον φῶς.
Et breuis, inquit, egreſſus Mariæ de virginis aluo
Exortus est nouus lux.

ACCEDIT quod Magnus ille Conſtantinus Imperator, quum ad Sanctorum cœtum diſſerit, Virgilij verſus è Cumea Sibylla depromtos repetit, vt inde Chriſti aduentum, eiúſque è Virgine natiuitatem comprobet. Verùm nos alibi de hoc Virgiliano carmine plura dicemus. An non priſco ſeculo Gedeon & Orpheus & Argonautæ vixerūt? quorum ætate poſt captum Cyzicum vt antiquiſſimam, ita & celeberrimam vrbem templum inprimis magnificum, quod & Plinius accuratè deſcripſit, ab eiſdem Argonautis extructū fuit. Qui deinde quum Apollinis oraculum conſuluiſſent, cui hanc ſuam ædem conditam dedicare conueniret, hoc tulere reſponſum:

Lib. 2. cap. 7. Templum Argonautarum Cyzicenum, quod ex Sacrorum ritu Apollini esse videbatur.

B

Aſsidua ſublime decus virtute parate,
Atque vnum (ſic mando) Deum, qui cuncta gubernat
Cæleſti reſidens ſolio, colite atque timete.
Illius æternum Verbum, antéque ſecula Verbum
Neſcia virgo viri quodam partu tenerá edet,
Qui velut igniferis impulſa ſagitta procellis
Edomitum reddet pro munere mundum.
Huius, quam Mariæ nomen nouet, alma
Agnoſcet templum proprium tibi rite dicatum.

Ita enim Guilhelmus Xylander Latinè conuertit carmina, quæ apud Cedrenum Græcè, vt ea recitauit Apollo, legimus. Quod oraculum tanti fecerunt Ethnici, vt illud æreis literis in marmore impreſsis conſcribi, & in ſuperiore portæ limite omnibus proponi curauerint: quare multò etiam tempore poſteris conſeruatum est. Neque vanum hoc fuit, licet à dæmone profectum, vaticinium. Ædes enim ab Argonautis illis cōſtructa, & Rheæ Deorum, ſeu potiùs dæmonum matri dedicata, tādem quum imperaret Zenon, ad Chriſtianæ pietatis vſum conuerſa, egregium templum Deiparæ Virgini Mariæ ſacrum præbuit, multiſque fuit ſingulari veneration. Illud ſanè maiorem fidem huic hiſtoriæ adſtruit, quod inclytus Chriſti martyr Procopius, antequàm pro Chriſtiana religione ſub Cæſare Diocletiano vitam ſanguinémque profunderet, hoc ipſum oraculum repetat, ac præſenti iudici Flauiano, multiſque aliis Ethnicis obijciat cōfidenter. Sic enim inter alia loquitur: Quum Iaſon princeps eorum, qui dicuntur, Argonautarum, de templo quod Athenis primum conſtructum est in arce, ſciſcitatus esset Delphicum Apollinem, & dixiſſet: Prædic nobis Propheta Phœbe Apollo, cuius nam erit hęc ædes, & ad quid futura ſit in poſterùm? ſic reſpondit: Quæcunque ad virtutem quidem & honeſtatem vos incitant facite. Ego autem tres cupio, Deum vnum regnantem apud Superos, cuius verbum ab interitu alienum, conceptum in ſimplici Virgine, qui tanquàm ignitus arcus percurrens mundi medium omnes capiens, eos addaceat domū Patri: huius erit hęc ædes. Maria autē erit nomen eius.] Et hęc quidem oratio est luculēntior, quàm ſuperior illa Xylandri interpretatio verſibus alligata, neq; parū obſcura. Sed vtrinque ſatis perſpici poteſt admiranda Deiſapiētia, qui ſanctū Marię nomē nō Iudęis modò, vti diximus, verùm etiā cœcis & impiis Ethnicis maturè patefecit, aut ſaltem aliquā de futuri Meſsiæ matre lucem eminus oſtēdit.

Ita Guilhelmus Xylander.

C

D

dit, ſimúlque arcana fidei noſtræ myſteria multò magis quàm plerique putant, nonnullis ſubinde prodidit. Cur ergo qui per Dei gratiam Catholici ſumus, magnum Athanaſium ducem imitandum nobis non proponamus, & vnà cum illo Mariæ ingenuè non accinamus: DECET te matrem, Domina & mater Dei.]

In Euang. de sanct. Deipara.

Digreſſio ad Marias alias Euangelicas.

SED quoniam & alias eiuſdem nominis fœminas, eaſque ſanctas & laudabiles in Euangelio reperimus, de his quædam adijcere, non omninò fuerit intempeſtiuum. Ac habent illæ quidem cum noſtra Maria omnium principe non pauca ſibi cōmunia, potiſsimùm ſi & Chriſti erga illas, & illarum viciſsim erga Chriſtum amorem ſingularem, pietatémque ofnicioſam ritè conſideremus. De hiſce Mariis Theophilus Lebbæus, in Lutheri ſchola educatus ad hunc modū ſcribit: *In hiſtoria Euangelica quatuor Mariæ celebrantur. Prima eſt Maria Mater Ieſu Chriſti, filia Eli, qui alio nomine Ioachim dictus eſt. Matrem eius fuiſſe Annam ſcribit Epiphanius & Ioannes Damaſcenus. Aliqui etiam addunt ſanctam Annam matrem Mariæ, fuiſſe ſororem ſanctæ Eliſabeth matris Baptiſtæ. Secunda fuit Maria Cleophe, ſoror Mariæ virginis. Tertia fuit Maria Magdalena. Quarta ſoror Marthæ & Lazari reſuſcitati.* In quibus verbis multa ſe nobis offerunt paulò preſsiùs excutienda: Primùm & nos cum Lebbæo fatemur, inter quatuor Marias, quarum in Euangelio laus est, matri Domini primas deberi, vtpotè inter mulieres omnes plane benedictæ, atque citra omnem controuerſiam ſanctiſsimæ celebratiſsimæque. Recipimus præterea, quod idem Epiphanium & Damaſcenum ſequens, ſuos Mariæ parentes Ioachim & Annam, de quibus poſteà dicemus, aſsignat. An verò eadem Anna ſoror fuerit Elizabethæ, non ſatis cōſtat: probabilius videtur, quod magnus ille Patriarcha Germanus affirmat, cognatam illam potiùs fuiſſe, quàm ſororem huius Elizabethæ, quæ Ioannem Baptiſtā procreauit. Porrò quod ad numerum harum fœminarū attinet, quem fortáſſe Lebbæus ex [a] Theophilacto tranſcripſit, maximi Doctoris [b] Hieronymi verba ſubiiciam, à quo facilè diſcedendum non eſt, ſi opinionem vt probatiorem, ita & ſecuriorem amamus. Quatuor, inquit, fuiſſe Marias in Euangelio legimus: Vnam matrem Domini Saluatoris: Alteram materteram eius, quæ appellata eſt Maria Cleophe: Tertiam Mariam, matrem Iacobi & Ioſæ: Quartam Mariam Magdalenam.] Quæ ſi vera ſunt & Euangelio conſonant, vt certè conſonant, hallucinatur planè Lutherus, qui præter Deiparam & Magdalenam non niſi vnam adhuc Mariā agnoſcit, eámque ſimul Mariam Cleophæ vxorem, nec non Iacobi, ſed & Simonis & Iudæ & Ioſæ ſiue Ioſetis matrem conſtituit. Certè Matthæus diuerſas recenſet, præter Domini matrem, Mariam Magdalenam, & Mariam Iacobi (minoris videlicet) & Ioſe, & tertiam Salome filiā, quam & ipſam Mariam appellant, Zebedei nempe coniugem, quæ à ſuis filiis Iacobo & Ioanne ſubornata, & materno amore decepta, ob ambitionis vitium à Chriſto repulſam tulit. Eadem matris Domini ſoror, hoc eſt, cognata Ioanni vocatur, quum Deipara, vt [c] Gregorius & Theophylactus affirmant, vnica fuerit Annæ paterni filia. Atque vt maximè dubitant nonnulli, ſime Salome propriè Maria dicta, vulgò tamen receptum est, vno & gratioſo Mariæ nomine tres illas matronas appellare, quæ ſummo mane cum aromatibus ad corpus Dominicum vngendum ſimul acceſſerunt. Hinc præterea liquet, Mariā Magdalenam à Lazari Marthæque ſorore non diſtinguendam, ſed vnam & eandem illam vnctricem Domini apud Euangeliſtas intelligendam eſſe. Qua in re [d] Auguſtinus, [e] Gregorius, [f] Beda, [g] Chriſtianus Druthmarus, [h] Rabanus, aliique plures Theologi Hieronymo aſtipulantur: Quorum ſententiam eò maioris facere debemus, quò propiùs ad illam accedit authoritas Eccleſiæ, non niſi vnam Magdalenam Domini vnctricē tot ſeculis & agnoſcentis, & publicè celebrantis. Natu Græci Theologi hic ſibi ipſis fidem derogant, inter ſe tantoperè variantes, vt modò tres, modò duas Marias Magdalenas ſiue mulieres, quæ Chriſtum vnxerint, in Euangelio ſtatuere non vereantur. Aduerſus hos Ioannes Epiſcopus Roſſenſis, ſanctimonia æquè ac doctrina præſtans, toto libro decertat: ac propterea de præſenti controuerſia nos pluribus hoc loco non digládiabimur.

In Euangelio quatuor Marias repertiri iuxta Theophilum Lebbæum.

Excuſſio verborum dictorum Lebbæi, quid in illis prorsus damnandum vel improbandum videatur.

Maria Deipara inter omnes Marias euangelicas principe.

In ſerm. de virg. oblata in templo.

Maria mater cognata potiùs quā ſoror Elizabethæ cenſenda.

Vetus numerus harum Mariarum ex Hieronymo petendus maximè.

a In 19. quæſt. ad Gentiles.
b In quæſt. 4. ad Fabiolā.

Lutherus ex dubius Marijs vnam facere conatur.

In com. epiſt. ad Galat. c. 1.

Matth. 27.

Matth. 20.

Ioan. 19.

Ex aliud Theophil. Chron. de Maria natiuit.

Nouatores de Mariis Euangelicis perperā docere ac scribere.

Inexplicas. Euangelij de paſchate.

In poſtillā circa Euang. paſchalia.

In tractat. Marci Euāg. ca. 16.

In poſt. circa Euang feſt. Paſch.

Sarcerius in haſce Marias grauat & infamat, vt cœcas, ſtultas, ridiculas, carnales, infideles non ſemel appellet. Cur ita rogas? quandoquidem ſine Dei verbo emerunt aromata, ſummo diluculo exierunt, ad monumentum Domini ſe contulerunt, de lapide reuoluendo inter ſe contulerunt, ac demùm in monumentum ingreſſæ ſunt. O atrocia crimina, & digna ſcilicet, quæ diſtinctè Sarcerius numeraret atque publicè perſtringeret, ob quæ Marias infidelitatis ab Angelo conuictas eſſe fingeret, & ex quarum exemplo colligeret, omnem bonam hominis intentionem & actionem, etiamſi ſanctiſsima videtur, ſine verbo Dei meram eſſe infidelitatem. Hoccine ſit Euangelium illuſtrare? imò peruertere, inſignes Euangelij perſonas malitioſe denigrare, laudāda illarum benefacta Diabolico ſtudio cōuellere, Deique verbū non ſolùm ad ſenſum omninò peregrinum, de quo nunquā cogitauit antiquitas, ſed etiā ad fœdi erroris patrocinium impie detorquere. Totius autē deprauationis caput in eo verſatur, quod iſti pro ſua libidine hoc idolū iam antea

Ex qua præcipuè cauſa Sarcerium cum aliis hus Marias accuſet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sępè protritum extruunt atque defendunt, pro inutili ac damnabili cultu habẽdum esse, quicquid sine Dei verbo vel instituitur, vel agitur à mortalibus. Atqui nullum Dei verbum scriptum (de Apostolicis literis loquor) tunc extabat, & ne Apostoli quidem Euangelium de Christi Resurrectione adhuc intelligebant. Tùm hæ mulieres eodem negotio excusari possunt, quo Christus ipse vnam illarum aduersus [a] Simonis Pharisæi, [b] Marthę sororis & [c] Iudæ Apostoli siue querelas siue sugillationes falsas iam antè purgauerat defenderatqúe. Hinc illa Domini verba: Quid molesti estis huic mulieri? bonum opus operata est: licet aliòquin ea suæ pietatis testimonia ederet, quæ nec Dei verbum, nec Christus ipse flagitaret atque præciperet.

a *Luc.7.* b *Luc.10.* c *Mar.14.& Ioan.12. Matth.26.*

Mariæ licet in fide nondũ perfectæ nõ tamen dignæ reprehensione, vt volunt aduersarij.

Angelus non obiurgat Marias, sed consolatur & instruit. *Marc. 16.*

EST ita quidem, in hisce Mariis aliquam fidei imbecillitatem apparere, ad quam curandam instructione quadam & opera spiritualis medici indigebant, nimirum vt de nouo & nondum patefacto veréque sublimi Resurrectionis Domini mysterio informarentur. Verùm hæc qualiscunque ignorãtia vel hallucinatio eo quidem tẽpore nulli culpæ fuit affinis, & si qua culpa fuisset, præclaris illis officiosæ pietatis studiis facilè potuit compensari atque sarciri. Quòd verò Mariis ab Angelo dicitur: Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum, & quæ sequuntur, non obiurgatoria, vt isti fingunt, sed consolatoria est oratio, qua illarum animi pauidi (ob aspectum enim & alloquium Angelicum non poterant non timore affici) statim erigantur atque confirmentur. Vt enim [d] Gregorius, [e] & Beda locum interpretantur, tantumdem illis Angelus dixisse videtur: Paueant illi, qui non amant aduentum supernorum ciuium, inter quos erant vtique milites sepulchri custodes, omnésque Christi hostes sanguinarij. Vos autem cur pertimescitis, quæ vestros cõcives videtis?] Vnde Chrysologus eundem locum sic interpretatur: Vos gaudere conuenit, non timere, quia resurrexit, quem quærebatis mortuum: Viuit, quem lugebatis occisum.] Certè non magis hîc obiurgat Marias Angelus, quàm Gabriel nostram Virginem illo dicto corripit: Ne timeas Maria: vel quum rursus pastores Bethleemiticos Angelus affatur: Nolite timere. Quæ loquendi formulæ bonis Angelis valdè sunt vsitatæ, vt passim Scriptura declarat, & præsentem consolationem adferunt mortalibus, & vsum ferè necessarium habent ad metum depellendum, qui ex rerum magnarum, præsertim spirituum apparitione insolitóque conspectu, piis etiam & sanctis oboriri consueuit. Qua de re apud Athanasium, videre licet, quæ Antonius magnus, vt spirituum apparitiones ritè discernantur, sapienter exponit.

d *Hom. 21. circa Euang. festi Paschę in expositi. 36. c. Marc. Serm. 80. de Christi Resur. Luc. 1. Luc. 24*

In vita Antonij magni per Euagr. versa.

QVOCIRCA relictis nouatorum næniis, quid veteres de hisce Mariis ac piis earum operibus indicârint, ex vno atque altero Patrum, adscribemus. [f] Gregorij Magni, & venerabilis [g] Bedę verba sunt: Sanctæ mulieres, quæ Dominum fuerant secutæ, cum aromatibus ad monumentum venérunt, & ei, quem viuentem dilexerant, etiam mortuo, studio humanitatis obsequuntur.] Tùm Eusebius Emisenus: Considera modo, inquit, quo dilectionis igne interius ardebant, quæ fœminei timoris & fragilitatis oblitæ, non solùm in nocte veniunt, verùm etiam confidenter in monumentum ingrediuntur. Vnde & consolationis (non reprehensionis) verba audire meruerunt, dicente Angelo: Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, non est hîc.] Qui verò Emissenum non audiunt, suum saltem ducem & Sarcerij Magistrũ [h] Lutherum audiant: ita certè his matronis erunt æquiores, multáque in ipsis laudanda reperient, vt potè quòd solę itineri sese accinxerint, quòd sęuam Pilati & Iudæorũ iram contemserint, quòd vitæ & salutis periculo sese obiecerint, quando sub auroram ad monumentũ Dominicum sponte profectæ fuerunt. *Hæc illas nihil aliud vrgebat*, inquit, *præterquàm fauor & amor, quo in dominum rapiebantur. Iam altè enim in corda earum dilectio Christi illapsa erat, vt vel mille ceruices ipsius causa incertæ fortunæ commisissent.* Adiungit etiam, Resurrectionis Christi virtutem in illis tunc emicuisse, quę fœmineos animos pluscquàm viriles reddiderit, rursúsque illas animârit. Hæc Euãgelio certè magis congruunt, quàm quævani & inepti nouatores, præsertim Sarcerius, vt à suo præceptore Luthero desciscant, optimis Mariis insolenter affingunt. Atque vt mutus hîc esset Lutherus, si Euangelicam historiam propiùs inspiciamus, tàm præclara & multiplex harum mulierum laus est, vt vix aliæ magis Euangelicæ vel dici, vel censeri posse videantur. Hæ Christum Dominum in illis coruscantis Euangelij primordiis, si vllæ aliæ, familiarius agnouerunt, tantáque sacri Euangelij audiendi cupiditate fuerunt incensæ, vt ex Galilæa proficiscentes, longis itinerum spaciis talem Doctorem vltrò prosequerẽtur, quem suis etiam sumtibus in hoc munere liberaliter aluerunt atque sustentârunt. Quid: quod Apostolis cordatiores, Dominum ab amicis omnibus desertum, ab ipsis magistratibus sæuissimè tractatum, & in crucem denique cum latronibus suffixum, vel solæ, vel præcipuæ non deserunt, Christi passionibus, vt Petrus loquitur, haud dubiè fideliter communicantes. Quarum pietas in Christi funere honestè curando mirabiliter eluxit, dum nullis curis, laboribus, sumtibus, vigiliis parcunt, dum publicam contemnũt inuidiam, dum ingens fortunarum ac vitæ periculum subeunt, suo vt in Christum mortuum amori faciant satis: adeò charitas vel morte fortior in illis perseuerabat. Quæ ob Domini crucem & mortem plenæ doloribus, vnguenta sumtuosè parant, tota nocte peruigilant, solicitè lucem expectant, ante Solis exortũ excurrũt, sanguinariam vrbem, media castra perrumpũt, non hostiũ sęuitia, nõ periculorũ metu, non sexus & cõditionis imbecillitate abstrẽtur, quominus ad sepulchrũ Dominicũ penetrẽt. Nihil aliud erat in votis, nisi magistri dulces tractare manus, & sacris eius vulneribus amica infigere oscula, corpus verò non modò vnguentis perfundere, sed & rigare lachrymis, totúmque locum complêre lamentis. An verò amantes illas Christus non redamat? piis harum officiis adeò delectatus, vt non modò perfulgentem Angelum illis destinatum, sed per seipsum etiam eadem ante alios discipulos à morte imprimis inuisat, ac verbis amicis consolatus sit. Has primùm augustæ Resurrectionis suæ conscias, testes, concionatrices, & quasi Apostolorum Apostolas fecit: his pedes suos in reduiuio & glorioso illo corpore contrectandos dedit: has sibi præcipuas velut amicas in terris delegit, ac proculdubio variis illustribúsque donis, plus quàm à nobis posit intelligi, eximiè cohonestauit.

f *Hom. 21. circa Euange. festi Paschę. g In exposit. 16. cap. Mar.*

In explicat. Euang. in festo Paschę.

Has Marias à Patribus commendari.

Lib. 8. in Luc. Has Marias aquilas esse circa corpus dominici congregatas.

a *Lib. de duabus in effic.* b *In cap. 23. Luc.* c *In serm. de festo paschę. & in oratio de Paschate.*

Rursũ Marias pręcedere Christi reditum in Iob deliguari. *Iob 19.*

1. *Cor. 1.* Mariam Deipara inter & suę aliàs Marias meritò commendari.

Cur de Maria Deipara taceat Euangelium, quum de aliis mulieribus circa Dominici sepulturã tractet. Quomodo Bernardus Mariã reliquis Mariis anteponat. *Hier. 28. contra Antidicomarian.*

Cap. 1. in vrsa. post de passio. Mariæ Ioannis siue Mariæ matter, & alta.

Act. 12.

Rom. 16.

In epist. ad Heronem & Mariam Cassobolit.

Contra Antidicomarianitas. Maria viuentium mater, nõ minus verè, quàm Eua dicitur.

Gen. 2.

Mariæ typum primam Euam esse.

A la mater, quæ plus habuit pietatis, cum aliis ad vngendum non venit corpus Christi sepultum: quia frustrà putabat eum vngi, quem resurrecturum sciebat. Verè fortis hæc mulier, & præ cunctis post filium honoranda. Verè & virago dici potest, quæ à viro Christo per animi fortitudinem separata non est: sed eum, quem morientem & mortuum vidit, credidit immortalitatis gloria sublimatum.) Est & illa percelebris Maria, Ioãnis qui & Marcus à Luca dicitur, mater, vtpotè in primos credentes tàm officiosa, vt hi cœtus pios in illius ædibus celebrasse legantur. Ad huius ergo domum statim Petrus sese contulit, quum ob Patrum comprecantium vota per Angelum adiutus, & Herodiano carcere liberatus fuisset. Neq; vulgaris alterius Mariæ laus est, de qua scribit Apostolus, Salutate Mariam, quę multum laborauit in nobis, quòd ea Euangelij fideique succrescentis negotium egregiè sua cura & opera promoueret. Neque dissimilis fuit Maria Cossobolita, quam tantoperè magnus ille Ignatius prædicat, pudicissimã, sacratissimã, doctissimã, sapiẽtissimã, in omni opere & verbo bono perfectã, adeóque piissimarum mulierum normam & exemplum appellans. At quantò rectius hæ aliæque id genus commendationes in Mariam Domini nostri matrem, & inter mulieres omnes benedictam, omníque virtute & gratia præ aliis cumulatam comperunt? Si enim tanti vitrum, vt Tertulianum ac Hieronymum sequamur, quanti verum margaritum? Sed enim satis sit hactenus tanquam è via deflexisse: ad quod diuerticulum aduersarij nos vel inuitos abripuerunt, dum Marias Euangelicas indignè proscindunt, quarum honorem & officiosam in Christum pietatem cum propter earumdem meritum, tùm ob Mariani nominis reuerẽtiam aliquo studio vindicare decebat.

CAPVT II.

De Mariæ præstantia & singulari dignitate, quam non modò Patres, sed etiam ex aduersariis quidam agnoscunt.

MIRVM HAC tempestate complures reperiri, qui ad præclaras Mariæ laudes nauseant: adeò illis inuisum, suspectum & immodicum videri solet, quicquid de insigni Mariæ virtute, sanctitate & gloria vel scriptum legunt, vel dictum fortàsis audiunt. Horum nos imbecillitati consulere, aut turpi potiùs errori occurrere cum primis desideramus, vt eodem velut pharmaco & ægri hac in parte curentur, & sani in sua incolumitate corroborentur: sibíque certius persuadeant omnes, nobilissimum hoc excellentissimúmque Dei organum, electis & beatis quibuslibet anteponendum esse. Principiò negari neutiquam potest, Mariæ typum primam mulierem Euam extitisse, & quicquid de hac ipsa cum laude dicitur, in illam longè magis competere, quæ alteram nobis & mundo Euam diuino consilio præstare debebat. Quemadmodum igitur haud sine miraculo contigit, vt in rudis adhùc mundi primordiis primo Adam grauiter obdormiẽte, de lateribus eius portionem vnam tolleret Deus, & ad formandam pręclaram verèque formosum fœminam Euam accõmodaret: ita de Maria sentire fas est, quod à secundo Adam, qui certè cruci affixus, & in profundum mortis somnum coniectus fuit, præcellentem illam virtutem acceperit, vt instar Euæ & ipsa omnium fœminarum, imò & mentium humanarum pulcherrima simul & purissima in orbem prodiret, ipsíque Adæ & charissima & coniunctissima foret. Eua nomen accepit, vt mater viuentium appellaretur. Eandem appellationem Mariæ largitur Epiphanius, quandoquidem vt omnis hominum generatio ex prima illa, quæ primæuam nobilitatem inobedientia vitiauit infœliciter exorta est, sic vera vita, qua Deo secundùm spiritum viuimus, per alteram matrem Mariam verè obediẽtem nobis perditis quasi restituitur, dum hæc ipsum vitæ fontem & authorem Christum nobis exhibet. Vetus Eua fœtus suos priusquàm pareret extinxit, nouerca potiùs, quàm mater appellanda. Sed noua hæc Eua non morientium, sed reuiuiscentium mater existit

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ incogitabili mysterio, de cuius osse fuerat genita, eum ipsum de sua carne vicissim genuit, nec ab alio fœcundata, quàm quem peperit. Vnde Chrysologus quoque dixit: In quibus Eua maledicta puniebat viscera, nunc in illis gaudet, honoratur, suscipitur Maria benedicta. Et facta est verè nunc mater viuentium per gratiam, quę mater antè extitit morientium per naturam.] Tùm Petrus Damianus affirmat: Per hanc beatissimam Virginem non solùm amissa olim vita hominibus redditur, sed etiam beatitudo Angelicæ sublimitatis augetur: quia dum homo ad superna reducitur, illorum numerus, qui diminutus fuerat, reparatur. Verùm de Mariæ & Euæ iusta collatione, quæ latissimè patet, alius erit locus posteà disputandi.

Serm. 142.

Serm. 3. de Mariæ nati.

Genes. 3. Maria in paradiso promissa & descripta, quę Virgo pareret Redemptorem.

HÆc illa in paradiso mulier promissa, tótque seculis expectata, de qua serpenti primorum hominũ nequissimo seductori tàm grauiter dixit Deus: Inimicitias ponam inter te & mulierem, inter semẽ tuum & semen illius. Qui sermo diuinus nec Euæ, neque vlli alteri mulieri, sed soli Mariæ congruit, quæ diuinitùs electa est, vt inter ipsam & Serpentem, & inter vtriusque semen non qualiscunque contentio, sed acre & perpetuum bellum intercederet, tàm diu nempè duraturum, quoad eadem mulier ac benedictum eiusdem semen maledicti serpentis caput potestatémque summam contereret, vt amissa dignitas & salus humano generi tandem restitueretur. Nec temerè monent Hebraicæ linguæ periti, non simpliciter, sed cum articulo peculiari hoc loco de muliere pronunciari, perinde ac si dicatur: Inimicitias ponam inter te & illam mulierem: sic admonente nos diuino Spiritu, selectam prorsus & eximiam mulierem ad beatum illud semen procreandum certo Dei consilio prædestinatam esse. Et mulier quidem appellatur, quando & virgines propter sexum, mulierum nomine solent contineri, sed non mulier passa virum, quum Deus non viri & mulieris, sed mulieris duntaxat, ac idcirco Virginis semen polliceatur. Quo enim de semine hæc dicuntur, vt Rupertus inquit, nisi de vno, qui est Christus? Ipse namque solus ita semen mulieris est, vt non etiam viri semen sit. Eodem ferè modo Epiphanius admonet, semen non ex viri coniugio, sed à Maria duntaxat acceptum hîc intelligi oportêre.

Lib. de Trinit. & oper. eius c. 19. contra Antidicomarianit. hæres. 58.

Rebecca typus Mariæ. Genes. 24.

Maria per Iudith adumbrata. Iud. 13. & 15.

HÆc illa Rebecca verè alma, hoc est, adolescentula abscondita, viro incognita, eximiè speciosa, inter plurimas electa, à magno Patre conquisita, preciosis donata monilibus, & singulari pudore cohonestata virgo, solâque digna reperta, cuiverus Isaac, omnipotentis nempe Patris risus, idemque omnis veræ lætitiæ nostræ fons beatissimo spiritualium nuptiarum vinculo coniungeretur. Hæc sancta & seculis omnibus celebranda Iudith, eleganti sanè aspectu prædita & decora nimis, quæ superbissimum caput amputat Holoferni, mulier Hebræa, quæ populo Dei pro certa desperatione præsentem salutem ac triumphum adfert, de qua rectè propriéque dixeris, quod de illa miranda victrice gratus Dei populus prædicabat: Benedicta tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram: tu gloria Hierusalẽ, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Hæc illustris illa

Hester Mariæ figura. Hest. 2. & 7.

Hester delitiæ Regis æterni abscondita & custodita, incredibilisque pulchritudinis fœmina, præ aliis omnibus electa regina, & summo Regi summè grata, quæ toti populo ad depellendum triste mortis decretum singularem gratiam impetrat atque conseruat. Hæc templum & sanctuarium Dei, aut sicut in Ezechiele Septuaginta transtulerũt, Sanctorum via, quòd per hanc virginem & viuentium, id est, Sanctorum matrem, sanctitas ingressa fuerit in orbem terrarũ, quódque sanctus ille sanctorum, qui Sanctos omnes efficit ac perficit, per hanc fœlicem portam siue viam primùm apparuerit mortalibus. Hæc præcipua lectissimáque Dei sponsa & amica, quam in mystico epithalamio haud sine diuino spiritu Salomon celebrat, & dulcissimis vocibus affatur, quod nempè sit sponsa Domini & amica, sponsaque prorsus immaculata, pulcherrima, coronanda, sed & columba perfecta, talisque mulier, quæ suo miro decore non sit absimilis Hierusalem ciuitatum omnium elegantissimæ amplissimæque: mulier dico, quam filiæ Sion vident & laudant, imò quam reginæ beatissimam prædicant. Neque sat erat diuino huic encomiastæ, illâ plerisque rebus, quæ ob gratiam, pulchritudinem, speciem & venustatem singularem amantur & appetuntur, conferre, quemadmodum fonti mundissimo, horto amœnissimo, puteo aquarum scaturientium lectissimo, paradiso & horto deliciarum vndique concluso maximéque munito, & aciei castrorum decenter instructæ, ac idcirco etiam hostibus formidabili. Sed quum idem animaduerteret, se tantę personę maiestatem nullius quidem verbis, aut symbolis, autpręconiis posse consequi, in hanc demùm vocem admirabundus erupit: Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol? Et rursus: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Iterum verò: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Et ii enim hæc mysticè dicuntur, & ab aliis aliter, præsertim verò de Ecclesia explicantur, tamen vt interpretes doctissimi fatentur, ad Mariam quoque spectant, eoque magis, quòd sicut apud Aponium legimus, qui non credit Deum per Ecclesiam facere, quod *In Apoc.* fecit per Mariam, infœlix est. Ac probabiliter affirmat Rupertus, totum Canticorum librum sic esse conscriptum, vt præcipua Dei sponsa Maria, qua præ illo nihil habet charius sibíque coniunctius, in eo vel maximè ab amatore diuino Deóque ipso depingatur, imò quædam illic eius esse generis, vt ad Ecclesiam & personam aliam nisi Mariam, vix possint accommodari. Iudicat & Andreas Cretensis non vulgaris author, Mariam in hoc ipso libro depingi, variisque modis mysticè adumbrari.

Cant. 4.

Cant. 6.

Lib. 1. de laud. Deip.

HÆc est, vt paucis multa complectar, quæ [illegible] Moysi in rubo & igne, [b] Aaroni in virga & flore, [c] Israëlitis in arca testimonij de lignis Sethim fabricata, [d] Iesse in virga nunquam curua & semper erecti, [e] Ezechieli in porta orientali perpetuò clausa & lucida, [f] Gedeoni in vellere & rore depicta & [illegible] multò ante diuinitùs præmonstrabatur. Hæc stella e illa orta ex Iacob, ex qua processit radius totum orbem illustrans. Hæc arca illa mystica testamenti, quæ cæleste manna, hoc est, Angelorum & hominum panem continuit. Hoc aureum illud propitiatorium, per quod infensum sceleribus nostris diuinum numẽ placatur. Hic veri Salomonis thronus, hæc aula

a Num. 17.

b Exod. 28.

c 1. Reg. 4. & 5.

d Esa. 11.

e Ezech. 44.

f Iudic. 6.

Num. 24.

hæc aula regia, hic thalamus, in quo cælorum rex & Dominus suauissimè requieuit. Hæc schala illa mystica, quam Iacob in somnis mirabiliter est contemplatus. Vt omittam interim alias id genus figuras ac singulares typos veteris Testamenti, quibus Messiæ matrem significari & exprimi, ne Hebræi quidem Rabbini diffitentur, qui præclara de illa solent commemorare. Hanc enim petram primariam vocant, ex qua Messiam velut excindendum esse prędixerit Zacharias: hanc primam creaturam in humano genere, primúmque hominem à peccato prorsus immunem faciunt: hanc Prophetissam, quæ cuncta præ cęteris nôrit, omniúmque Prophetarum Dominam & magistram appellant, sicut & [a] Galatinus ipsis Rabbinorum verbis repetitis comprobat. Ego verò sat habeo, vnam Rabbini Haccados proferre sententiam, qui Messię matrem [b] his verbis illustrat: Sicut abacus est armarium, quod Principes conficiunt, vt auri & argenti vascula in eo recondant, suámque gloriam & opes cunctis ostendant: ita Regis Messiæ mater erit armarium, quod Deus ipse construxit, vt Messias in ea sedeat ad maiestatis suę gloriam mortalibus omnibus demonstrandam. Atque hæc magister ille noster sanctus (sic enim à Iudæis honoris gratia nuncupatur) ad Romanum tunc scripsit Consulem, quum ne Mariæ parentes quidem in lucem essent editi. Ceterùm ad eiusdem Virginis Matris commendationem, si Iudaicos libros quærimus, nihil vehementius facit, quàm quod illa in Propheticis literis [c] prægnans Virgo, & pariens itidem Virgo, quę Deum inter homines generet, ac rursus [d] Prophetissa, nec non [e] fœmina virum circundans eximiè appellatur.

a Li. 7. de arcanis Catholicæ veritatis.

b In responsis ad 7. petitis Antonini Consulis.

Maria in Prophetici literis commendata maximè.

c Esa. 7.

d Esa. 8.

e Hier. 31.

QVID ergo mirum, credentes omnes, qui inde ab orbe condito Messiæ & Saluatoris sui desiderio tenebantur, de ipsius Messiæ matre præclarè sensisse, & eius aduentum exoptâsse? nimirum vt in suis tenebris præsentem veluti Luciferum & rutilantem auroram, veri nempè Solis prænunciam, cernerent exoriri. Cæterum noui Testamenti locos alibi proponendos, eósque apud Lucam clarissimos prætermitto, in quibus de hac sacrata Virgine ac eius admirabili sanctitate & excellentia singulari supra quam verbis explicari potest, Spiritus sanctus abũdè nos commonefecit. Ingens profectò pondus tenent, & in Ecclesia tenuere semper huiusmodi Euãgelicæ voces: Aue gratia plena, Dominus tecum. Inuenisti gratiam apud Deum. Fecit mihi magna, qui potens est. Beatam me dicent omnes generationes. Beatus venter qui te portauit. Beata vbera, quæ suxisti. Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini ad me? Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, vt reliqua id genus testimonia, quæ ad Mariæ dignitatem astruendam maximè faciunt, & in Euangelio siue ab illa ipsa dicta, siue de illa scripta, piis dulcissimè sonant, si lentio committamus. Hæc sola est, quæ mater Dei ac viuentium dici mereatur: sola de qua mundus lætè profiteatur: Quòd in ea natum est, de Spiritu sancto est. Sola cui promittat Angelus: Quòd ex te nascetur sanctũ, vocabitur filius Dei. Sola, cui & Archãgelus de cælo missus, & Elizabeth sancta laudes maximas clarissimè tribuant. Sola mulier, quam Sole amictã vidit & descripsit Ioanes. Sola demùm, quæ vt nouũ Dominus faceret super terrã, Virũ circundedit.

In Euangelio Mariæ mirificè commendatæ. Mariam noui testamenti extollit. Luc. 1. 2. & 11.

Apoc. 12. Hieron. 1.

IGITVR à Scripturis ad Patres Ecclesiæque Doctores transeo, copiosos illos quidem & liberales Mariæ præcones, quemadmodum hoc opus vniuersum luce clarius demonstrabit, sed ex quorum monumentis nunc pauca duntaxat, & veluti carptim ad commendandam huius Virginis gloriam attingemus. Si de peccatis agitur, nullam de Maria quæstionem vel disputationem sustinet Augustinus, quod plus gratiæ illi, quàm Sanctis reliquis ad vincendum omni ex parte peccatum collatum fuerit, quæ concipere ac párere meruit Saluatorem. Sicut etiam à Bernardo dictum est: Decuit nimirum Reginam virginum singulari priuilegio sanctitatis, absque omni peccato ducere vitam, quæ dum peccati mortisque páreret peremtorem, munus vitæ & iustitiæ omnibus obtinêret.] Si puritatem eximiam quærimus: Maria est inter tot hominum, qui saluantur, animas velut electa columba, non solùm pulchra penitùs & immaculata, sed etiam quæ puritate Cherubin & Seraphin antecellit, vna omniũ sanctissima & innocentissima & beatissima, quam omnes omnium hominum generationes omnibus vocibus nunquam cessantibus meritò prædicent, teste Theodoreto. Si gratiæ sublimitatem, & virtutũ siue multitudinem, siue magnitudinẽ consideramus, sic de illa quidẽ Chrysostomus cõcinatur: Μέγα γὰρ ὄντως τῆς παρθένου τὸ θαῦμα. Τί γὰρ μεῖζον, τῶν ὄντων εὑρεθήσεταί ποτε τῆς γὰρ γῆς καὶ τὸ οὐρανὸν πλατύτερον αὐτὴ μόνη ἔφανε. Τίς γὰρ παύτης ἀγιωτέρα γέγονεν; ἢ θεοφῆται, ἢ ἀπόστολοι, ἢ μάρτυρες, ἢ πατριάρχαι, ἢ πατέρες, ἢ ἄγγελοι, ἢ θρόνοι, ἢ κυριότητες, ἢ τὰ σεραφεῖμ, ἢ τὰ χερουβεῖμ, ἢ ἄλλό τι πωτε ὁρατῶν ἢ ἀοράτων ἐν τοιήμασι μεῖζον παύτης εὑρίσκεται. Quæ latinè versa hũc sensum exprimũt: Magnum reuera Virgo hæc mundi miraculum est. Ecquid enim in rerum vniuersitate queat hac maius ac sublimius inueniri? Sola hæc cælum & terram amplitudine superauit. Quidnamilla sanctius? non Prophetæ, non Apostoli, non Martyres, non Patriarchæ, non Patres, non Angeli, non Throni, non dominationes, non Cherubin, non Seraphin, non aliud denique quippiam inter creatas res visibiles, aut inuisibiles vna hac maius aut excellentius inueniri potest.] In eundem sensum alibi quoque docet, vbi Virginem eandem reuerenter affatur: Vt verè dignum & iustum est glorificare te Deiparam & semper beatissimam & penitùs incontaminatam matrem Dei nostri, honoratiorem Cherubin, & gloriosiorem incomprehensibiliter Seraphin, quæ citra corruptionem Deum peperisti: verè Deiparam te magnificamus: Aue gratia plena, &c. Cũ qua oris aurei sententia non malè congruit, quod Gregorius Nazianzenus, ille qui ab excellenti rerum sacrarum doctrina Theologi cognomentum inuenit, suauissimè modulatur

Χαῖρ᾽ ἄζυγον πάνσεμνε μῆτερ παρθένε
Κάλλιστα πασῶν παρθένων ὑπερτάτη
Οὐρανιώτων τ᾽ αγμάτων ὑπερτέρα.
Δέσποινα παντὸς σθένος, γάλημα τῦ γένους.

Hoc est (vt vertit Cl. Roissetus, Belnensis.

Siue puella gratia
Æquanda nullis, mater & virgo supra
Omnes decora virgines, & maxima
Quæ vincis omnes ordines Cælestium
Regina, domina, generis humani bonum.

In liturgia.

In fine Tragœdiæ de Christo patiente.

A peccato immunis Mariæ vita.

Epist. 174.

Mariæ puritas incõparabilis.

Li. 3. in cant. canticorum.

Hom in hypapant. domin.

Chrysostomi & Græcorum Patrum testimonia pro Mariæ dignitate & excellentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ser. de dormit. Deipa. & l. lib. 4 de fide orthodoxa. cap. 15.

VBI Gregorium & Chrysostomum sequitur Damascenus, cuius testimonio Maria res creatas omnes excellit, ac omnibus præest, vt potè rerum omnium dominatrix ac domina censenda, postquàm eius, qui condidit omnia mater effecta est. Suffragatur his Germanus Patriarcha Cõstantinopolitanus, qui velut Chrysostomum præcipuè imitaretur, ad Ioannem Synadon Episcopum hoc modo scribit: Verè ac propriè veri Dei matrem veneramur & magnificamus, & quauis visibili & inuisibili creatura superiorem reputamus.]

Lib. de cœna Christi. Quàm præclarè Patres Latini de Maria loquatur, vt Tertullianus, Irenæus, Cyprianus.

HIS Græcis Theologis Latinos addamus, ex quibus peruetustus ille Tertullianus Mariam, quia Christi matrem, & beatissimam & gloriosissimam vocat, & de qua dicere non veretur: Quod Eua credendo deliquit, cùm nempè serpentem audiret, Maria credẽdo Gabrieli deleuit.] In quam sententiam qui adhûc vetustior fuit Christi Martyr Irenæus, hoc Mariæ attribuit, quod per eius obedientiam Euæ inobedientiæ nodus acceperit solutionẽ. Quin apertè & in vniuersum de illa testatur: Sicut Eua inobaudiens facta est & sibi, & vniuerso generi humano causa mortis: sic & Maria habens prædestinatum virum, tamen Virgo obaudiens, & sibi & vniuerso generi humano causa facta est salutis.] Ad quem ferè modum Hieronymus quoque scripsit: Mors per Euam, vita per Mariam.] Iamverò Africę lumẽ Cyprianus tanti Mariã habuit, vt pronũciare audeat: Nõ æquãda est mulieribus cunctis, quæ genuit Maiestatẽ. Plurimũ à cæteris differens, natura communicabat, non culpa. Erat ei proprium priuilegium, quod nulla mulierũ nec antè, nec deincepsmeruit obtinere, quod erat simul mater & virgo singulis titulis insignita. Vnde & matri plenitudo debebatur, & virgini abundãtior gloria, quæ carnis & mentis integritate insignis, spirituali & corporali intùs & extrà Christi præsentia fruebatur.] Tùm qui doctoribus Ecclesiæ Latinæ primariis annumeratur Gregorius Magnus, vt Mariam cunctis Sanctorum ord. nibus eminentiorem, ac Esaiam Prophetam sequatur, eam ipsam sublimem montem, & in omnium montium vertice situm appellat. Sic enim sanctus ille Pontifex loquitur: Potest huius montis nomine beatissima semper virgo Maria Dei genitrix designari. Mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis Maria, quæ vt ad Conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorum choros vsque ad solium Deitatis erexit? Huius enim montis præcellentissimam dignitatem Esaias vaticinans, ait: Erit in nouissimis præparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes Sanctos refulsit. Nam sicut mons altitudinem, ita domus designat habitationem. Mons quippe & domus aptè dicitur, quæ dum incomparabilibus est illustrata meritis Dei Vnigenito, in quo recumberet, sacrum præparauit vterum.] Cum his non male cõuenit, quod insignis author Petrus Damianus non tàm suo, quàm totius Ecclesiæ nomine testatum reliquit. Ecquid mirum, inquit, si hæc ineffabilis Virgo in suis laudibus modum humanæ vocis exuberat, quum & ipsam humani generis naturam excellentium meritorum dignitate transcendat? Non denique excellentissimus ille Patriarcharum chorus, non prouidus Prophetarum numerus, non iudex Apostolorum senatus, non Martyrum victor exercitus, non aliquis antiquorum, non quisquam sequentium Patrum huic beatissimæ Virgini poterit comparari. Quid enim sanctitatis, quid iustitiæ, quid religionis, quid perfectionis singulari huic Virgini deesse potuit, quæ totius diuinæ gratiæ charismate plena fuit?] Neque solùm [a] Bernardus, verùm & [b] Augustinus agnoscit, Mariam esse mulierem illam in [c] Apocalypsi descriptam, quæ & amictum solaribus fulgoribus radiantem, & caput duodecim stellarum corona redimitum habuit. Lunã interim suis subiectam pedibus tenens. Iure autem Sole perhibetur amicta, vt Bernardi verbis vtamur, quæ profundissimam Diuinæ sapientiæ vltra quam credi valeat, penetrauit abyssum: vt quantum sine personali vnione creaturæ conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa. Quis verò stellas Mariæ caput cingentes, & è quibus regium ei diadema compactum est, dignè satis explicet? Notauit de his aliquid quoque Bernardus, duodecim prærogatiuas gratiarum, velut stellas lucidissimas, indicans, quibus hęc Virgo singulariter adornatur. Adiungit porrò: Sed & defectus omnis sub ea, & quicquid fragilitatis seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit, & supergreditur creaturis, vt meritò sub pedibus eius Luna esse dicatur.] Eôdem pertinet, quod Rupertus docet, Mariam in Canticis velut Solem iure vocari, quæ licet natura non sit idem, quod Sol vetus & æternus, ex ipsa nimirum prodiens, tamen ab hoc ipso Sole honoretur, quemadmodum parentes à filiis decet honorari. Qui enim dixit: Honora patrem tuum & matrem, non dubium, quin & ipse honoret, & ab omnibus amicis suis suam velit honorari matrem. Hæc vna & perfecta illa columba electa genitrici suæ, antiqui videlicet Ecclesiæ, ac matri etiam Hierusalem, quæ sursum est. Quia nec inter Angelos, inquit, nec inter homines similem vel primam habet, vel sequentem habitura est.] Vnde alibi hoc etiam Mariæ eulogium defert: Qua fui corporis parte altius post ipsum caput suum Christum Ecclesiæ sublimitas eminuit, quàm singularibus huius Reginæ Angelorum meritis, cuius ex carne sine viro Christus, vt lapis de monte sine manibus, est editus? Et quo in vertice montium tantum myrrhæ, id est, mortificationis, cum thuris, id est, piæ orationis odoribus, inueniri potuit, quantum in huius beatæ Virginis anima, quam singulariter dominicæ passionis gladius pertransierat?] Hos omnes Marianæ dignitatis & testes & præcones non possum missos facere, nisi Petrum Damianum, grauem sanè Theologum, ac dignum illis socium adiecero, qui Mariam pulchram vt Lunam, & electam vt Solem præclarè depingit. Virgo, inquit, inter animas Sanctorum & Angelorum choros supereminens & euecta, merita singulorum & omnium titulos antecedit. Quantumlibet aliæ stellæ reluceant, Luna tamen & magnitudine præeminet & splendore: sic vtramque naturam Virgo singularis exuperat, & immensitate gratiæ, & fulgore virtutũ. Virga Iesse, veri præuia luminis, in illa inaccessibili luce perlucens, sic vtrorumque spirituum hebetat dignitatem, vt in cõparatione Virginis nec possint, nec debeant apparêre. Sicut Sol solus orbem illuminat,

Esa. 2.

1 Reg. cap 1.

Mariam quanti fecerit Gregorius magnus

Ser de Mariæ natiuit.

illuminat, sic hæc sola solidiori lumine & Angelos & homines illustrat. Terribilis vt castrorum acies ordinata: terribilis dæmonibus, ordinata virtutibus, singularis timor malignorum spirituum, specialis amor ciuiũ beatorum.] Ac alibi rursus: Quid grandius Virgine Maria? quæ magnitudinem summæ diuinitatis intra sui ventris concluſit arcanum? Attende Seraphin, & in illius superioris naturæ supẽruola dignitatem: & videbis quicquid maius est, minus Virgine, solumque opificem opus istud supergredi.] Quare Mariam confert throno Salomonis excellentissimè pulcherrimèque fabricato, ita vt in vniuersis regnis opus præstantius non reperiretur. Reginam cæli & Sanctam Sanctorum esse docet, quam ipsi etiam Apostoli non sine maximo stupore demirentur, & dicant: Quæ est ista, quæ ascendit sicut Aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?] Tandem ad eandem Virginem sermone conuerso. Summa gloria est, inquit, post Deum te videre, adhærêre tibi, & in tuæ protectionis munimine demorari.]

Sym. 2. de natiuit. Mariæ. Nil post Deum Beata Virgine grandius.

3. Reg. 8.

Cant. 6

VERVM enimuerò ne in citandis hoc loco Patribus modum excedã, vnum & peruetustum illum duntaxat adiungam, qui præstantem Mariæ dignitatem asserat, solúsque Sectariis omnibus opponi mereatur. Methodius is est ab Hieronymo [a] celebratus, nec solùm Olympi, & postea Tyri, Episcopus, sed & clarissimus Christi martyr in Ecclesia, qui Deiparæ laudes longa & diserta oratione prosequitur, ex qua nos quidem pauca mutuabimur, & in Lectoris gratiam Græcè adscribemus:

a In catalogo scriptorum ecclesiasticorum. In oratione habita ab hypapante Domini Methodij mar. & Episcopi de Maria testimoniam insigne.

Εὐλογημένη σὺ παντευλόγητε καὶ πασιπόθητε ἐπ' εὐλογίας κυείᾳ. τὸ θεοχαρίτωτον σὲ ὄνομα, θεογεννήτορ καὶ δάδυχε τῆς πίστεως. ἡ πεπηγασφὴν ἵν' ὅπως εἴπω, τὸ ἀπερίγραπτον. ἡ ῥίζα τῆς ὡρεοτάτης ἀνθυς. ἡ μήτηρ τοῦ πλασάντος, καὶ πτθὴ τῆς τρέφοντος. ἡ περιοχὴ τοῦ περιέχοντος καὶ φέρουσα τὸν φέροντα ῥήματι πάντα. ἡ πύλη τῆς ἐν σαρκὶ ἀναπολήσεως τοῦ Θεοῦ. ἡ λαβὶς τοῦ χαρακτῆρος ἀνθρακος. ὁ βραχὺς κόλπος τοῦ πάντων κολπός. ὁ πόκος τῆς ἀκαταλήπτου δρόσου. ὁ τῆς ὑπερυμνίας Δαβὶδ ζωοδόχος λάκκος τῆς Βηθλεὲμ, ἀφ' ἧς πόμα ἀθανασίας ἐξέβλυσεν, τὸ ἰλαστήριον ἐξ οὗ Θεὸς ἐγνώσθη ἀνθρώποις ἀνθρωπομορφος. τὸ ἄσπιλον ἔνδυμα τοῦ ἀναβαλλομένου φῶς ὡς ἱμάτιον. ἡ δαπεισασα Θεὸν τῷ ἀνενδεῖ σάρκι, ἵνα μὴ ὁ παντοδύναμος ὅσῳ εὐδόκησεν πῆ τότε θεοφανίστερον: ἢ τότε ὑψηλότερον: ὁ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς πλήρων τὰ σύμπαντα κτήματα. σὺ γεγένησαι ἐπήβολος: σὺ γὰρ ἐδάπεισας Θεὸν θείαν σάρκωσιν, ἣν οὐκ εἶχεν. σὺ ἐθαράκισας τὸ δυνατὸν τὴν εὕρεσιν τοῦ σώματος παντευχίαν, δι' ἧς αὐτὸς μὴ ὀφθῆναι χωρητὸς ἐμοὶ δεδύνηται, ἐγὼ δὲ εὐπροσίπος ἀντωπίσαι αὐτῷ εἰσχυσα. δι' ἧς πάντα τὰ πονηρὰ τὰ πεπυρωμένα. βέλη σβεσθήσεται. εὖγε εὖγε μῆτερ Θεοῦ καὶ δάλη εὖγε εὖγε ἡ ὑπόχρεον ἔχουσα τὸν πάντων δανειστήν, πάντες μὲν Θεὸν ἐπορείλομεν σοί δὲ ἐπορείλεται ὁ γὰρ εἶπων, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς ἐντρέπεται ἐξεπαγγελόμενος ἐλόμενος, φειλάξειε τὴν χάριν καὶ τὸ ἴδιον δύγμα τῆ διακονησαμένῃ τὴν καθαίρετον γέννησιν. καὶ δοξάσειε θεοφιλέστατος, ἣν ἐπεραίλατο ἀπάτωρ ὡς ἄνανδρον μητέρα.

Hæc si Latinè reddantur, in hunc modum sonant: Benedicta tu celeberrima & desideratissima: tuum Dei genitrix nomen diuinis benedictionibus & gratiis omni est ex parte refertum. Tu fidelium fax, tu incircumscripti (si ita quidem loqui fas est) circumscriptio, tu speciosissimi floris radix, tu Creatoris mater, tu nutrix omnia nutrientis, tu cuncta continentis & comprehendentis comprehensio, tu illius gestatrix, qui verbo suo portat vniuersa, tu Porta, per quam in carnem ingressus est Deus, tu purificantis carbonis forceps. Tu præangustus illius sinus, qui sinu suo omnia complectitur. Tu incomprehensibilis illius roris Vellus. Tu Bethleëmitica illa Cisterna, quam velut vitæ refocillatricem Dauid desiderauit, & ex qua immortalitatis poculum immortalibus emanauit. Tu propitiatorium, per quod Deus humanam naturam indutus, mortalibus innotuit. Tu impollutum illius indumentum, qui luce vti vestimento circumfunditur. Tu Deo, nullius aliòquin rei indigo, carnem, quam non habebat, mutuata es, quo nimirum hac ratione Omnipotens, id, quod esse dignatus est, homo videlicet, verè apparêret. Quid hoc illustrius? quidue sublimius? Qui cælum & terram implet, cuius prætereà sunt omnia quæcunque moueantur atque subsistunt, is tui factus est indigus. Tu enim admirabilem incarnationem, quam aliquando non habuit, Deo mutuò dedisti. Tu potentem illum corpore, tanquam decenti quadam panoplia induisti, per quam quidem ipse facilè à me caperetur & cerneretur, ego verò tutum & commodum ad illum accessum haberem, per quam etiam ignita omnia maligni tela extinguntur. Euge, euge, mater Dei & ancilla: Euge, euge quæ debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur. Deo namque vniuersi debemus: tibi vero etiã ille debet. Proinde qui dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam, vt is decretum à se promulgatũ obseruaret, atque adeò hac in parte alios excelleret, omnem matri & gratiam, & honorem impendit, quæ certam secundæ natiuitatis ministram illi se præbuit, quamquè ipse patrem (hominem) nesciens, secundam hanc ipsam natiuitatem in matrem viro expertem vltrò sibi cooptauit. Quæ verba tàm eruditè, grauiter & ingeniosè ab illo martyre proferuntur, qui sub Valeriano & Decio suum pro Christi Euangelio sanguinẽ fudit, vt pios animos nõ possint non admodum delectare, præsertim si sensus in his reconditi sedulò excutiantur. Totam demùm orationem his verbis absoluit: Quapropter ego cum celebri Prophetа de immensa excellentia tua nos admonente, concludens dixerim: Quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius? Magnus est, & non habet finem excelsus & immensus.] Nec dubium, quin eadem ratione velit intelligi, quæ passim apud Prophetas de domo, de ciuitate, de monte, de templo Dei, cum laude dicuntur, vt sciamus his veluti typis Mariam adumbrari, nobisque commendari. Idem Methodius Mariam alibi vocat γνητὸν θρόνον καὶ θεῦ ἐπάξιον, hoc est, glorificatam Deóque dignam sedem, quæ solis mentis oculis conspici possit. Appellat itidem verè animatam arcam nostri legislatoris Dei, & eius, qui loco non potest comprehendi cælum verè comprehensibile. Tùm pulchrè ista hæc subiicit: χαῖρε ἀγάπης

Quibus epithetis Methodius Mariã exornet.

3. Reg. 23.

Exod. 20.

Baruc. 3.

In Threno. Θεοτόκε παρθένε.

Universidad de Deusto
Biblioteca

θεὸς θησαυρὸς χαῖρε ἀκτῖς φαεσφόρος. χαῖρε πηγὴ χαῖρε πνεύματος ἁγίου κατάσκιον. Salue, inquit, dilectionis Dei theſaure: Salue humanitatis Filij fons: Salue Spiritusſancti vmbraculum.] Nec ſunt diſſimilia, quæ apud [a] Cyrillum Alexandrinum leguntur, ſed à nobis alibi repetenda.

[a] Hes. Epheſi. dicta contr. Neſt.

Mariæ honos in Eccleſia Orientali & Occidentali adhuc viget, quem ſoli notatores eleuſt. In oratione de ſtatu Eccleſiarum.

AN verò quiſquam Sectariorum Deiparam ita commendat, totque diuinas in illa dotes tantoperè ſuſpicit atque veneratur, quẽ admodũ cũ Methodio ſancta fecit antiquitas, & in hunc vſque diẽ Eccleſia tùm Græca, tùm Latina profitetur? Enimverò ita eſſe res habet, quemadmodum ex aduerſariis Chytræus vel inuitus fatetur, noſtro etiã ſeculo Eccleſias in Græcia, Aſia & Africa in eum modũ eſſe conſtitutas, vt in illis Deiparæ Virginis cultus non minùs quàm apud nos Catholicos in Europa vigeat, B ac ſolẽnibus tùm ritibus, tùm precibus publicè cohoneſtetur, in quibus & Æthiopes & Indi Mariæ plurimum tribuere conſueuerunt. Quid autem noui Mariomaſtiges, primique pſeudoeuangelicæ doctrinæ profeſſores? Sacroſanctam virginem aut criminibus onerare, aut in ordinem redigere ſtudent, multaque illi indecenter affingunt, & præeminentem dignitatem adimunt, ad obſcurãdam eius gloriam omnia comminiſcentes. Ancillam Domini eſſe Mariam paſſim inculcant: de matre Domini honoranda, totque nominibus prædicanda vix vlla mentio: quùm tamen Chriſtus ſe matri adeò accommodârit, vt eius miniſterio egêre, vti & potiri voluerit, nullique alteri plus gratiæ & honoris cõmunicârit. Nec eſt interim, quòd quiſquam hac minùs vſitata verborum forma offendatur, qua teſtatur Methodius, vt auditum eſt, Deum Mariæ quo-

[2] Quomodo Chriſtus Mariæ indigus, & illi obnoxius fuiſſe dicatur.

dammodò indigum, aut illi obnoxium eſſe factum Abſit vt idcircò diuinæ virtuti & gratiæ quicquam voluerit derogatum, vtúe Creatori creaturam anteponat, ſed ſummam potiùs ſummi Dei ad Virginem matrem ſeſe demittentis deiectionem, & inexplicabilem exinanitionem aliqua ex parte nobis inſinuauit. Sciebat ille vtique Chriſtum [b] Mariæ ſubditum appellari, & poſtea in cruce [c] oblatum eſſe, quãdoquidem ipſe ita vellet, ac nullius opera vel præſidio indigeret, quum etiam mortuus ſeipſum ad vitam potuerit excitare. Cæterùm ne quiſquam hæc aliaqúe Græcorum Patrum teſtimonia in dubium reuocet, quæ in hoc opere ſubinde recurrunt, & in vulgaribus codicibus non reperiũtur, ingenuè quòd res eſt, hoc loco fatebor. Agit Romæ præſtantiſſimus ſimulqúe doctiſſimus Cardinalis Guilielmus Sirletus, cui hanc debeo & habeo ſanè gratiam, quòd ſuas opes ex antiquiſſimis optimiſqúe Græcorum Theologorum ſcriptis vndique corroſas nobis perbenignè communicârit. Ex huius locuplete & rara quidem Bibliotheca, quæ multis Cræſi theſauris præferri meretur, complures veterum ſententias veluti lumina quædam proferimus, vt hinc etiam Catholica veritas illuſtretur. Quòd ſi hoc ſtudium nouatores offendit, ac certè piis, vt ſpero, non diſplicebit, qui ſecundùm Euangelicam parabolam vinum vetus muſto anteponent, & ducem ſequentes Apponium, elata voce Mariæ ſimul accinent: Verè digna, quam ſolam beatam omnes generationes dicant, quam glorioſam inter omnes fœminas non ſolùm diuerſarum gentium nationes, ſed etiam cælorum virtutes admirantes collaudent, per quam, vitam paratam, mortem fugatam, mundum

[b] Luc. 2.
[c] Iſai 53.

Ioan. 10. & 2.

De Guilielmo Sirleto illuſtr. Cardinale.

[d] In lib. 4. Cant.

reconciliatum gaudemus, per quam in terra maledictionis, in terra impiorum primùm ſanctę voluntatis tuæ vox conſeruandæ virginitatis audita eſt, de qua prædixerat Dauid: Terra noſtra dabit fructum ſuum. Pſalm 84.

SED enim infinitum penè ſit perſequi, quo ſtudio Patres Mariam prædicârint, quibus illam honoribus affecerint, quam excellentem illi gloriam detulerint, quantumqúe ſemper tribuerint illius meritis & interceſſioni: Ac præter alios quidem Deiparæ amatores atque cultores extitêre, quantum ex illorum ſcriptis coniici poteſt, Ignatius, Methodius, Athanaſius, Baſilius, Chryſoſtomus, Effrem, Ambroſius, Auguſtinus, Cyrillus, Theodoretus, Andreas Hieroſolymitanus, Ioannes Damaſcenus, B Germanus, Hillefonſus, Anſelmus, Damianus, Bernardus, Richardus, Rupertus, Guerricus, Honorius, Idiota, Amadæus, Bonauentura, Dionyſius, vt cæteros ſiue mediæ, ſiue poſterioris antiquitatis Theologos prætermittam. Ac nimium eſt ſanè vetuſtatis omnis ignarus, qui neſcit Deiparam verbis Patrum honorificentiſſimis ſubinde compellari, & his ornari eulogiis: Quod ſit plena gratia, ſanctiſſima, integerrima, puriſſima, beatiſſima, ſuperbenedicta, tota pulchra, intemerata, expers omnis maculæ, Domina, Regina, Mater, Hera & Aduocata noſtra ſuper Angelos exaltata, ac inter Sanctos demùm omnes incomparabilis. Quibus de rebus multa veterum teſtimonia ſuo loco monſtrabimus, vt non ſolùm veteres nouiqúe Antidicomarianitæ perſpicuè coarguantur, ſed & Orthodoxi in vera confirmentur ſententia, Marię autem honos & gloria inconuulſa perſiſtat, nulláque hoſtiũ peruerſitate, aut temporum iniuria vel extinguatur, vel obſcuretur. C

Quibus ex Patrum ſententiis Mariæ honor illuſtretur.

PORRO vt nouus mundus verè immundus non adeò Patribus obtrectet, qui ſeduli & officioſi Mariæ amici prædicatores & cultores tot ſeculis extiterunt, vtqúe Sectarij nobis in veterum authoritate aquieſcentibus magis fiant propitij, dabo illis quos audiant, non aliundè, quàm ex noua ipſorum ſchola profectos, nec eos vulgares, ſed præcellentes, & quaſi Sectarum Anteſignanos, qui tametſi multa ineptè, falsò, petulanter impiéque de Maria garriant, tamen ſiue prudentes, ſiue imprudentes ea nonnunquam in medium adferunt, quæ ſi æquè D à nobis in Mariæ laudem pronunciarentur, aut profectò riſui ipſorum Sardonico exciperentur, aut inter næuos & ſtipulas facilè numerarentur. Luther Eccolampadius
tus noſtri temporis Hæreſiarcha Virgini aliàs vehementer infeſtus, ſui veluti oblitus, hoc Mariæ teſtimonium alicubi præbet: [d] *Dignum & iuſtum erat, Mariæ perſonam ab originali peccato præſeruari, de qua Chriſtus ſumturus erat carnem, quæ omnia peccata ſuperaret.* [e] Fatetur prætereà, illam Spiritus ſummè plenam, & Prophetiſſam eſſe maximam, quę doctrina omnes Apoſtolos & Prophetas excelluerit, quæ nulli aliquando maledictioni fuerit obnoxia, præ cæteris à Deo benedicta, adeoqúe à primo cõceptu ſecundùm animam gratię plena. Id verò ſic alibi declarat, [f] quòd gratia Dei Mariã omnia bona abũdantem fecerit, eámque ab omni malo liberarit, ſed & cum illa Dominum eſſe, vt prędicat Angelus, quoniam omne, quod faceret aut omitteret, non niſi diuinum eſſet, & à Deo in ea perficerẽtur, qui prętereà tutaretur eam atque defenderet ab omni, quod

[e] In ſerm. de laudando in Maria Deo.

Nugæ Paracelſi Mariam Adami eſſe filiam.

[f] Cõfutatio impiæ opinionis. Gen. 3. 12. 22.

quod noxium & incommodũ eſſe poſſet. Eiuſdem A *niſi ſanctiſſima cogitabit.* Confirmat prætereà [g] Bullingerus, Mariam plurimis maximiſque chariſmatib. à Deo eſſe donatam, atque adeò omniũ gratiſſimã, & chariſsimam Deo, mulieribúſq; prælatã omnib.: membrũ Eccleſiæ Catholicæ excellentiſsimum, ab ipſis etiã Angelis omnibuſq; generationibus benedictam vereque beatam prædicatam, cuius memoria per Eccleſiam inter hdeles iugis & celeberrima eſſe debeat, & quæ demùm in communem vulgarium mulierum ſortem iniquiſsimè rapiatur. Neque perperam in hunc modum ratiocinatur: *Si Maria benedicta eſt inter omnes mulieres, & beata ab omnibus prædicanda nationibus, infelices certe ſunt ludei, qui ipſam nunquam cõtritis inceſſere deſinunt infelices ſunt, Pſeudochriſtiani, qui Iudæis nihilo meliores, ſua laude ipſã ſpoliant.* Præclarum & illud: *Excellentiſſima ſunt in Maria omnia, & hoc ſplendidiora, quòd proficiſcebantur ex fide ſinceriore, & flagrantiore Dei dilectione,* Æquè lucu- B lentum eſt illud: *Oportuit ſingulari & perpetua virginitate & puritate omnium ſelectiſſima, illuſtrem & eſſe & permanere, quæ ſingulariter electa à Deo in ſacroſanctum Filij ſui thalamum & templũ, mater erat omnium ſanctiſſimi partus, Filij vtique æterni Dei futura.* Hæc propterea nobis repetuntur è ſcriptis aduerſariorum, non quòd illorum præconiis Deipara egeat, quæ meliores profectò meretur encomiaſtas, ſed vt maior horum appareat turpitudo, qui ex eodem ore, vt inquiunt, calidum efflant & frigidum, ſuáſque operas tàm iniquè partiuntur, vt ad eandem Virginem & ornandam & deformandam ſæpè Proteos agere, & in varias ſe formas mutare videantur. Ego verò immortali Deo ſingulares ago gratias, qui non ſolum ex ore infantium & lactentium, ſed per iugulum etiam aduerſariorum laudem ſuæ Matri perficit, ipſamque veritatem cum Mariæ honore coniunctam nobis in Eccleſia reddit illuſtriorem.

[g] In ſerm. de beata Virgine Maria.

Excellẽtiſſima in Maria omnia.

Cur hoc loco citentur teſtimonia Sectariorũ, ad Mariæ commendationem.

CAPVT III.

De nobili ac regia Mariæ genealogia, & quomodo circa illam Eccleſiæ hoſtes multis modis impingant.

NIHIL penè intentatum relinquit mille Artifex ille Satan, quò minus omni ex parte ter ſanctam Virginem ſceleſtus oppugnet: adeò infenſus & infeſtus eſt huic mulieri, quæ inter cunctas alias clades, regno ipſius grauiſsimam attulit. Quare vltrò citróque ſuos ſubmittit ſatellites, qui non modò Mariæ verba & facta in Euangelio deſcripta mordeãt & depraueant, ſicut poſteà conuincemus, verum etiã qui in genus, parentes & primã ætatẽ eius hoſtilem impetũ faciãt, ſignáq; infeſta moueãt. Ex hiſce fuit Philippus Paracelſus, medicorũ qui arte Chimica gloriãtur, noſtra ætate princeps, neq; in Theologia minus quã in Medica facultate arrogãs hæreticus, quem non puduit inter alios errores effutire, quod Maria Virgo ex Adamo primo parẽte, ac eius ſemine non fuerit procreata. Sic enim ſcripſit: *Ex hoc ſequitur, Virginem ex qua noua creatura prodit, filiam fuiſſe Abrahami iuxta promiſſionẽ, at non ex Adamo, nec ex eius ſemine.* Neq; multò pòſt: *Virgo Maria,* inquit, *mater noſtra pura fuit abſq; carne & ſanguine Adam & Euæ.* Ridiculũ hoc ſanè commentũ; eandẽ Virginẽ Abrahami filiã aſſerere, & Adæ filiã negare, quũ vtrique promiſſio Dei facta ſit de venturo ter beato ſemine. Deinde quis niſi inſanus, ſacroſanctæ Virgini plus quàm Chriſto omniũ Domino largiatur, quẽ ſanè cõſtat ex Adã & Eua ſecundũ carnẽ propagari? Ac præter alios veteres, quorũ ſentẽtias repetere longũ ſit, Athanaſius ad Epictetũ ſcribẽs, Mariã nõ modò Dauidis & Abrahami, verùm Adæ quoq; filiã facit, ſicut & Damaſc. illã Adami filiã luculẽter appellat. Vbi Paracelſus non ſolùm in matrẽ, ſed in Chriſtũ quoque filiũ peccat, vtpotè quẽ ex Virgine quidẽ, non autem de Virgine carnem ſumſiſſe audet fingere, quemadmodũ qui ex vaſe aliquo vinum depromit, ex vaſe quidem, ſed non de vaſe accipit. Nõ enim de ſubſtantia vaſis eſt vinũ, ſed in eo duntaxat cõtinetur. Sed enim ſiue per inſcitiam, ſiue per malitiã Paracelſus hæc euomat, veterũ hæreſum ſordibus ſeſe conſpurcat, cum illis impiè ſentiens, qui Chriſto corpus aut nõ verum, ſed phantaſticũ, aut verũ ſed nõ carneũ, cæleſte tamẽ, aut corp° carneũ, ſed nõ de Mariæ Virgine ſumtũ attribuerunt. Hos fædos & execrãdos errores, qui humanę carnis ſubſtãtia Chriſtũ nefariè ſpoliãt, & Virgini matri maximã auferũt dignitatẽ, nos alibi coarguemus, & Euãgeliſta quidẽ vnico dicto ſatis reiecisſe videtur, quũ grauiſſimè pronunciat: De qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſt°. Tùm Lucas dubiũ hic nobis omne ſubmouet, quũ Chriſtũ ex Adamo eiúſq; progenie ortũ fuiſſe tàm lõga & continua progenitorũ ſerie adducta probat: in quo ſanè fruſtrà laboraret niſi naturalis & propria Chriſti mater extaret, quæ

Quàm nefariè Paracelſus de Chriſto ſcribat.

B

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex Adami ac Euæ carne simul & sanguine seeũdũverã lineã maiorum sibi succedentiũ procreata fuisset.

Mariæ genus ad Leui potius quam Iuda retulit Faustus Manichæus.

SED ab hoc Paracelso, quem in facultate sua præstantes Medici quoq; damnant, ad Faustum nobis transeundum est, qui quum ætate sua princeps esset Manichæorum, tametsi Mariam Adami filiam, & ex Hebræorum parentibus Hebræam natam esse fateretur (nam vtrũq; nemo nisi planè stolidus negare posse videtur) tamen genus Virginis Leui potiùs quàm Iudæ adscribendum esse contendit. Etenim talem Mariæ patrem assignauit, qui Sacerdos fuisset Leuiticæ tribus, ex Aaronis stirpe oriundus: hocq; suum figmentum potiùs quàm dogma nescio quibus libris Apocryphis communiuit. Cuius hominis vanitati vt in aliis, ita hîc etiam restitit fortiter Augustinus, ac impium doctorẽ iure coarguit, qui nõ modò Mariæ, sed & Christi Domini genealogiam, quam in Euangelio clarissimè perscriptam habemus, in vniuersum suspectã reddere voluit, & ad Euangelium haud pertinere tradidit impudẽter. Cæterùm Augustinus vt vno veluti telo nefarium hostem prosternat, hoc grauiter asserit: Nos credimus, etiã Mariam fuisse in cognatione Dauid, quia Scripturis eis credimus, quæ vtrũq; dicunt, & Christũ ex semine Dauid secudũ carnem, & eius matrem Mariã non cum viro concumbendo, sed Virginẽ.] Huic autem Fausto aliũ æquè scelestum & execrãdum, Iulianum nempe apostatam, adiungamus, qui Cyrillo teste, inter multa probra christianis obiecta etiam hoc posuit, Christũ ex Iuda non descendere, sicut ipsi asseuerarent. Ac impiis quidem Iudæis, qui Christianæ genti tàm libẽter obtrectant, familiare est nobis exprobrare, Christum Dauidis non esse filium ac successorem, neque in Dauidis solio resedisse. Vbi præterire non possum illud fragmentum, aut potiùs inane commentum, quod forsitan quidã malè piùs, aut nimium certè imperitus. Suidę operibus agglutinauit. Etenim si cuidam Rabbino apud eum autorẽ fabulanti habẽda est fides, Iesus Mariæ filius, verũ sque ille noster Messias communi Sacerdotũ legalium suffragio cooptatus, & aliorũ Sacerdotum, qui pro veteri more tẽplo Hierosolymitano inseruiebant, albo solenniter adscriptus, adeoq; pro Aaronico Sacerdotio à Iudæis palàm receptus atq; comprobatus fuit. Atque vt hãc nouam & æquè insulsam de Sacerdotio Christi opinionẽ inuehat, ex Hebræorum archiuiis profertur testimoniũ ab Argentario, cui in re tanta credet orbis scilicet. Quæ narratio planè fabulosa videtur, & cum Apostolicis literis pugnat, ac plus absurditatis quàm probabilitatis adfert, quum ex Euangelio satis constet, infensissimos Christo Pontifices nunquam fuisse passuros, vt externum & Iudaicum illud Sacerdotiũ Mariæ filio deferretur, aut ipse in eo publicè ministraret. Certè Apostolus Paulus de Christi Sacerdotio multa exponit Hebræis, & ex professo tradit, eum non Aaronicum, sed secundum ordinem Melchisedech Sacerdotẽ extitisse, sicut sæpè Scriptura diuina confirmat. Quocirca non modò non superuacaneũ sed etiam ad orã impiorum obturanda necessarium fore videtur, vt genealogiam Christi ac Virginis hoc loco aliqua ex parte vindicemus.

Lib. 3. contra Faust cap. 9.

Contra Iulianũ. Iulianus apostata negat ex Iuda Christum ortum esse. Iudæi Christũ Dauid successorem non agnoscunt.

In nomine Iesu Suidæ locus de Christi Sacerdotio corruptus, cauteque legendus.

Hebr. 7. 8. & 9 Quomodo Paulus loquatur de Christi Sacerdotio.

QVOD promissus & demùm orbi exhibitus ille Messias, quemadmodum magni Patris Abrahæ, & pronepotis eius ex Iacob geniti Iuda, sic etiã Dauidis, in quo post Saul regia dignitas primùm effulsit, semen & filius fuerit, non solùm Propheticis, sed Apostolicis etiam literis luculenter expressum habemus: Quid enim apertius hac Dei promissione Abrahæ facta, & in Iacob repetita. [a] Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: [b] Iacob porrò de sceptro Iudę filij, quem catulum leonis & inuictum principem fore promittit, omnibúsque fratribus anteponit, liquidò est vaticinatus: Ipse erit, inquit, Gẽtium expectatio. Multæ autẽ ac illustres in Dauid, sicut in nullum alium, Dei promissiones concurrunt. Semel, inquit, iuraui in Sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut Sol. Ac rursum Dauidi dictum est: De fructu ventris tui ponam super sedẽ tuam: Vt omittam alias id genus promissiones, quæ in Regum historia sæpè commemorantur. Eõdem spectat, quòd apud Hieremiã loquitur Deus. Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo: pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt nõ sit ex eo filius, qui regnet in throno eius. Esaias in hunc modum: Super soliũ Dauid & super regnũ eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodò & vsq; in sempiternum. Quocirca talis venire Mesias debuit, qui non modò Dauidis esset filius, & regnandi ius consequeretur, sed cuius quoq; regnum, aut potiùs monarchia perpetuò vigeret, nullisq; hostium viribus aboleretur. Persuasum hoc quoq; Iudæis erat, quorum gratiam vt sibi magis magísque Matthæus cõciliaret, his enim suum scripsit Euangelium, statim inde ab initio Iesum Christum, quẽ de Maria deinde natum ostendit, Dauidis & Abrahæ filiũ appellauit. Sed & Angelus Gabriel, quum de Christi regno Virginem instruit, & Virginis eiusdem filium describit, clarissimè loquitur: Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Paulus autẽ suo Timotheo, imò Ecclesiæ vniuersæ hanc credendi præscribit regulã: Memor esto dominum nostrum Iesum Christũ resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid secundũ Euãgelium meũ. Ac alibi rursus: Manifestum est, inquit, quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster, in quã tribu nihil de Sacerdotibus Moyses locutus est. Quid, quòd Pharisæi Iudæorũ in Scripturis peritissimi, & à nostro quidem Christo alienissimi, dum rogãtur: Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? expeditè profitentur, Dauidis illum esse filium. Et manet hoc Iudæis infixum penitùs, quantumuis aliòquin fatuum, perfrictæ frontis, & deploratæ sint pertinaciæ, vt Messiam alium, nisi qui è stirpe Dauidis regiam originem ducat, non recipiant neque probent. Qui si pergent de Mariæ filio esse contentiosi (is enim verè illis est petra scandali & lapis offensionis, nulloque illum Messiæ officio & honore dignantur, sed omni potiùs probrorum & blasphemiæ genere insectãtur) licebit suo illos gladio iugulare, fusque armis, id est, Propheticis testimoniis expugnare, imò etiam contra perfidos ingentem domesticorum testium turbam, à quibus fortissimè coarguantur, producere poterimus. Etenim ipsorum pueri, mendici, cœci, pastores, milites, filij, fratres, senitores, probatissimique homines, vt Zacharias, Simeon, Ioannes, sed & complures è ciuibus Hierosolymitanis, ac omnium ferè ordinum Israëlitæ, hunc ipsum Iesum verum & proprium Dauidis esse filium, ipsumque Messiam iam olim publicè proclamárunt, vel certis indiciis ita declarárunt, vt de sincera illorum in Iesum fide non possit addubitari. Quæ satis quidem esse putamus tùm ad cõmunem Patrum sententiam stabiliendam, tùm ad stultam aliorum opinionem refutãdam, qui Mariam ex tribu Leui potius, quàm Iuda genus duxisse fingũt, nulla interim tot Scripturarum authoritate cõmunis, quę Christum, sicut ostendimus, secundum carnem Dauidis filium & promissum & exhibitum esse testantur. Non potest autem filius ex alia, quàm materna prodire tribu, ac talis præsertim filius, quẽ citra viri consortium mater Virgo concepit ac peperit, vt hîc locum maximè habeat, quòd à Iurisperitis dici solet: Ventrem sequitur partus.

[a] Genes. 22. & 26.
[b] Genes. 49.

Esai. 11. Filium de Mariæ genere loquit cum virgã Iesse, & florem eius promittit.

QVANQVAM & alia Scripturæ loca suppetũt, quæ abundè nos doceant, Mariæ prosapiam ad tribum Iuda, cuius Dauid quoque fuit, referri oportere. An enim Esaiæ vaticinium est obscurum, & ad genus Messiæ proprium non pertinet? Egredietur, inquit, Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quod ab aliis ita vertitur: Exiet è stirpe Iesse, & virga de radice eius pullulabit. Quidã hoc pacto transferunt: Egreditur virga de stirpe Isai, & surculus de radicibus eius fructificabit. Non autem alius Iesse seu Isai, nam idem vtroque modo nuncupatur, præterquàm Dauidis pater Bethlehemita, quem de tribu Iuda fuisse constat, omninò intelligi potest. Cæterùm Esaias quum Virgã nominat, Mariam significat, quam antea Virginem parituram & Prophetissam appellauerat: eamque non nisi ex Isai seu Iesse, hoc est, è Dauidis stirpe ac sanguine prodituram ostendit, sicut & florem siue surculum ad Christum retulit eleganter. Hinc illud apud Tertulianum legimus: Habes florem ex virga Iesse, super quem tota diuini Spiritus gratia requieuit, floré incorruptum, immarcessibilem, sempiternum.] Impletum autem est hoc Esaiæ vaticinium post tẽpus Babylonicæ captiuitatis, quãdo nullo de stirpe Dauid antiqui regni gloriã possidente, quasi de trunco Maria, quasi virga cum suo ter beato flore fructuq; Christo, in orbem prodiit. Nam quo tempore virgo nata est, tribus Dauid ob summam Herodis Regis immanitatem ferè interciderat, & non tàm viridi arbori, quàm arido trunco similis videbatur, Deo interim mirabiliter prouidente, vt ex huiusmodi trunco adhùc radicibus adhærẽte, virga & propago insignis succresceret, vnde surculus & fructus benedictus, germenque delectabile, sicut idem Propheta vocat, generaretur. Quam sanè virgam ne vulgarem fuisse putemus, [a] Rubertus gracilem, pulchram, humilem & rectam prudenter appellat. Petrus verò Damianus ita scribit: Germinat virga Iesse de tortuosa radice generis humani, & de Patriarcharum arbore in altitudinem & rectitudinem erumpens, omnem ignorat nodositatem.] Longum sit Patrum interpretationes recensere, qui magno cõsensu Mariam hoc loco virgæ nomine intelligunt, quemadmodum Tertulianus, Ambrosius, Augustinus, Leo & Damascenus. Certè luculenter dixit [b] Hieronymus. Nos virgam de radice Iesse sanctam Mariam Virginem intelligimus, quæ nullum fruticem (alij fructum legunt) sibi habet cohærentem.] Consonat prorsus [c] Beda, inquiens: Egressa est virga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius ascendit: quia intemerata Virgo Maria de stirpe Dauid exorta est.] Eadem [d] Isidori est sententia. Nunc & alia Scripturæ testimonia de proprio Mariæ genere dicta in medium adferamus.

1. Reg. 17.

Cap. 7. & 8.

Lib. de corona militis. Quando & quomodo Filius virginis de virgine Iesse fuerit completum.

[a] In serm. de annunc. Virg. & lib. 11. de victor. verbi, cap. 18. & in Esa. lib. 2. c. 6. & in cap. 11.
[b] Epist. 6. & homil. de natiuit. Domini, & in Epiphan.
[c] Ad seruos Florentinam, cap. 3.

Matt. 1. Luc. 2.

IOSEPH Mariæ coniunx ita nobis in Euangelio depingitur, vt filius Dauid, & de domo Dauid fuisse dicatur. Vnde Bernardus rectissimè colligit, certò statui oportere, non tantùm Ioseph, sed & Mariã de domo Dauid descẽdisse. Alioquin, inquit, non esset desponsata viro de domo Dauid, si non esset & ipsa de domo Dauid. Ambo igitur erant de domo Dauid: sed in altera completa est veritas, quam iurauit Dominus, altero duntaxat cõscio & teste ad impletę promissionis.] Ac idem Ioseph à Luca describitur, quòd cùm esset de domo familiaq; Dauid, vnà cum Maria despõsata sibi vxore prægnante in Bethlehẽ profectus sit, vt ambo censum Cęsari pẽderent. Ex quo loco aptè infert Tertulianus, Christum de patria Bethlehem, & de domo Dauid genus ducere, sicut apud Romanos in censu descripta est Maria, ex qua nascitur Christus.] Iam verò Archangeli Gabrielis non est obscura oratio, qui de Marię filio nascituro verba faciens, perspicuè dixit: dabit illi Dominus Deus sedẽ Dauid patris sui. Certum est igitur, sicut & Ambrosius ratiocinatur, Mariã de Dauid generatione manãsse.] Qui rursus confirmat, Ioseph originem à Matthæo describi, sed in qua simul Mariæ origo demonstretur: quia quum vir ille iustus erat, non poterat contra id quod lege sancitũ erat facere, sed secundum legem ex tribu sua vxorẽ accepit. Ideo autẽ per generationem Ioseph origo significatur, sicut Eucherius notat, quia consuetudo Scripturarum est, virorum potiùs quàm fœminarũ seriem in generationibus contexere.] Quare Hilarius quoq; dixit: Quod Ioseph potiùs quàm Mariæ natiuitas recensetur, nihil refert: eadem enim est totius tribus atque vna cognatio.] Etenim apud Iudæos legitimum erat ac solenne, vt tribus duodecim, quibus tota illorum Resp. continebatur, in coniugiis non permiscerentur, sed contribules tantùm matrimonij fœdere coniungerentur.

Homil. 2. de B. Virgine. Euangelica de genere Mariæ testimonia.

Psal. 131.

Luc.

In 1. ca. Lucæ. Matt. 1.

Lib. adversus Iudæos.

Luc. 1.

In lib. de diffic. quæst. noui Testamenti. In 1. ca. Mat. Cur Ioseph potius quàm Marię genealogia texatur in Euãgelio.

QVÆ omnia quum & Scripturis & Patribus sint consentanea, Erasmi Roterodami consilium mirari magis, quàm probare cogor, qui Mariæ genealogiã nobis tãtùm non incertam reliquit, quum quod ad illam asserendam & stabiliendam maximè pertinebat, id eleuare atque in dubium reuocare conatur. Fingit enim litem adhuc esse sub iudice, an Maria & Ioseph eiusdẽ fuerint tribus. At qui veteres Theologi, vt probent Mariam Dauidis stirpe regia ortam esse, hoc maximè fundamento nituntur, quod eandem cum Iosepho familiam tenuerit: non enim hac in parte adimi posse sponsę, quod sponso eius ambo Matthæus & Lucas attribuerunt, & idcirco Ioseph filium Dauid dici ab Angelo, vt Maria quoque de stirpe Dauid esse mõstretur, Hieronymo teste. Præterea hic nobis obstrepit Hosiander, homo qui nouis Scripturæ sensis effingendis mirificè delectatur, & Christi Domini genealogiam tàm dextre tractat, vt fœdis illam erroribus inuoluat atq; contaminet. Primùm enim veteres sine omni iudicio finxisse contendit, quòd vbi constet de Tribu mariti, consequenter etiam de Tribu constet vxoris: non igitur concedit è Matthæo posse conuinci, quod sicut Iosephus, sic & coniux eius Maria de Tribu Iuda, atque de domo Dauidis suum duxerit genus. Qui verò tùm posteà, si vnus negat Hosiander, quod grauissimi Patres tàm constanter affirmant, sicut ipsorum verbis paulò antè citra-

Matt. 1. Luc. 3.

Contribules tantũ apud Iudæos contrahũt matrimonium.

In annotat. noui Testamenti. Erasmus de Maria tribu ex merè dubitat.

Hosiandrum circa Christi genealogiam multis modis hallucinari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et patribus & Scripturæ cõsonare, quòd coniuges apud Israelitas vnius tribus fuisse dicuntur. *Num. vlt.*

tis demonstrauimus? Quid? quod Scriptura diuina communem ipsorum sensum liquidò comprobat, quum lex Mosayca sic sanciat. Nubat quibus volet: tantùm vt suæ tribus hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri, inquit, ducent vxores de tribu & cognatione sua: & cunctæ fœminæ viros de eadem tribu accipient, vt hæreditas permaneat in familiis, nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant vt à Domino separatæ sunt. Diuinum igitur est præceptum, velit nolit Hosiander, vt Israelitę coniugali fœdere contribulibus consocientur, eáq; de causa, ne bonorum & tribuum fiat confusio, quemadmodum suprà etiam prohibitum fuerat, ne gentiles seu ethnicas vxores ducerent, néue cum impiis sua connubia commiscerent: quemadmodũ & Procopius annotauit. Neque sat habet Hosiander hęc legis verba quamuis luculenta, & certa ratione suffulta eludere, sed veteres etiam omnes superbè contemnit, vt [a] Aphricanum, [b] Iustinum, [c] Eusebium, [d] Ambrosium, [e] Hieronymum, [f] Augustinũ, [g] Damascenum, [h] Bedam, [i] Theophylactum, [k] Nicephorum, & quotquot demùm Marię virum Ioseph secundum naturam Iacob, & iuxta legem Eli filium fuisse testantur, vt hac ratione Matthęus & Lucas in Euangelio ritè concilientur. Quid autem impudentius fingeret Hosiander, nisi quod eximiis Patribus hoc nomine palàm insultet, eósque insanos appellet, qui eiusmodi portenta vt loquitur, primùm somniârunt? Sed enim [l] Canus in hoc ipso campo certauit, & quę Hosiander contra communem veterum opinionem argumenta produxit, ita eneruauit atque contriuit, vt pluribus illum oppugnare superuacaneum arbitremur. Atque vt maximè concedamus, Hosiandri opinionem posse defendi, & quibusdam eruditis probari: tamen reiicere & damnare cogimur supercilioſum venerandę antiquitatis contemtum, quem Hosiander eiúsque similes noui Theologastri ex hęretico spiritu, nec sine intolerabili fastu in censendis Patribus prę se ferunt. Existimârunt veteres cum Aphricano, duos patres, naturalem vnum & legalem alterum Iosepho Marię viro tribui ab Euangelistis, & Matthęũ id sibi propositum habere, vt vniuersam Christi genealogiam ad patrem Iosephi naturalem vsque deducat, Lucam verò in eo versari, vt ad eiusdem Iosephi socerum Eli dictum perueniat.

Ioseph Mariæ vir, duorum filius in Euangelio cur dicatur.

In fine comment. in Num.

a *In epistol. ad Aristidem.*
b *In quæst. ad orthod. 66.*
c *Lib 1. Eccle. hist ca. 7.*
d *In cap. 3. Luc.*
e *In 1. c. Mat.*
f *Lib. 2. de cõs. Euangel. ca. 3. Et 2. retract. li. cap. 5.*
g *Li. 4. de fide orthod. ca. 15.*
h *Lib. 1. in Luc. c. 10.*
i *In c. 3. Luc.*
k *Lib. 1. Eccle. hist. ca. 11.*
l *Lib. 11 de locis Theologicis cap. 5.*

Hoc de Sectariis in vniuersum dixerim, in præsenti causa tantò minùs illos ferendos & audiẽdos esse, quantò audaciùs communi veterum opinioni reclamant, dum vnà cum Erasmo vel Hosiandro scrupulum iniiciunt, an Maria & Ioseph eiusdem fuerint tribús: dumque pro sua mirabili prudentia censent, ad historiæ fidem parum facere illa, quæ in Scholis non solùm de Mariæ, sed de Christi etiam genealogia disputantur. Etenim hoc quæstionum genus à Paulo vetari putant, dum nos arcet à genealogiis & non finiendis quæstionibus, quæ non conducunt ad pietatem, sed contentiones & lites pariunt. Vnde pro vehementia sua solita, Lutherus in hanc vocem erumpit: *Expeditissimam rationem inuenit genealogiarum sanctus Paulus etiam prohibuit, nedum docere voluit, vocans eas interminatas & inutiles.* At nos Apostolica verba, quæ ab istis temerè arripiuntur, inspiciamus, eaque Timotheo ita scribuntur: Vt denunciares quibusdam ne aliter docerent, nec intenderent fabulis & genealogiis interminatis: quæ nedum quæstiones præstant magis, quàm ædificationem Dei, quæ est in fide.

Hæc oratione Timotheus, qui ex matre Iudæa & patre Græco natus, & Christianus Episcopus factus fuerat, admonetur, vt vigentibus tùm Iudæorum, tùm Ethnicorum morbis nôrit rectè mederi. Iudæi quippè vnà cum Pseudoapostolis de veteri more antiquis fabulis nimirùm tribuebant, quas de ratione suarum originũ, déque Abraham, Isaac & cæteris Patriarchis libenter narrare solebant, vt etiam Ambrosius indicauit. His annumerari possũt falsæ Iudæorum traditiones, siue *δευτέρωσεις* quales adhuc in Thalmud & Cabala reperiuntur, in quibus tradunt Deum primo homini duas creâsse mulieres, ex quibus porrò varias texunt genealogias, vt alios ex vna, alios ex alia muliere descendisse contendant. Prætereà istiusmodi genealogiis magis illi quam Euangelicis testimoniis nitebantur, haud sine gentium offendiculo curiosè disputantes, sicut etiam Theodoretus admonet, ac in dubium reuocantes, an secundùm illas Christus ex Abraham & Dauid legitimè natus esset. Quod verò ad Ethnicos attinet, suis & illi fabulis ac Theogoniis gloriabantur, & sicut Iudæi ex auorum & proauorum dinumeratione; sic ipsi ex Deorum genealogia non mediocrem sibi gloriam vendicare studebant, vt Chrisostomus, Theophylactus & Oecumenius hunc locum interpretantur: Iubet ergo Paulus vtrisque, Iudæis nimirùm ac Gentibus, indici silentium, omnemque de huiusmodi genealogiis disceptationem & iactationem præscindit, maximè quum vanum & curiosum hoc studium nascentis Euangelij lucem obscuraret atque labefactaret. Tùm res ipsa loquitur, Paulum hîc loqui de fabulis & genealogiis interminatis *ἀπεράντοις* id est, quæ finem non habent; vnde Ambrosius verè ait infinitis, & quæ non solùm inutiles, sed & pernitiosas pariant contentiones. Ac similis prorsus est eiusdem Pauli locus, cùm velut seipsum magis explicans, Tito Episcopo mandat: Stultas quæstiones & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita: Sunt enim inutiles & vanę. Vbi notat Hieronymus vetari ab Apostolo, ne nos superfluis contentionibus implicemus, quæ in lege de generationibus oriuntur. Eique rei maiorem lucem præbet Ignatius, quum hoc modo scribit: Ne patiamini vos seduci aliis opinionibus, nec fabulis, nec genealogiis nunquam finiendis, nec fastui Iudaico attendatis. Vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia.] Ac rursus alibi eos reprehẽdit, qui dicere non verebantur: Nisi Euangelium inuenero in Archiuiis, non credo] Eosdem igitur hoc loco Paulus petere videtur, sed cui nihil minùs in mentem venit, quum hæc scriberet, quàm Doctorum industriam, qui de sancta Christi genealogia pie & sincerè iam olim disputarunt, aut nunc etiam in Scholis disquirere pergunt, perstringere, vetare ac impedire. Hûc enim labor eorum pertinet, vt Euangelica veritas rectiùs intelligatur ac solidiùs defendatur. Nisi fortasse Augustinum incusabimus, qui propter hanc ipsam genealogiam cũ Fausto & Manichæis aperto Marte certauit: ac veteres alios, vt Aphricanum, Origenem, Eusebium, Hieronymum, Ambrosium, Cyrillum in Pauli præceptum impegisse dicemus, quandoquidẽ Celso, Porphirio, Iuliano & aliis id genus impiis eandem genealogiam insectantibus vi magna restiterunt, multúmque in eo studij posuerunt, vt Matthæum & Lucam in hac genealogia, quæ varios & graues adfert scrupulos, ritè conciliarent.

In eundem epist. Epistũ ad Magnesios Ignatius Pauli locum declarans de genealogiis vitandis.

Lib. 2 contra aduersarium legis cap. 1. Et lib. contra Faust. Manich. 12. Veterum & recentiorũ Theologorũ studiũ in excutienda Christi genealogia, hęc à Paulo improbatur, nec meretur reprehẽsionem.

Quæ in re si nobis fortasse Lutheri amantes non credunt, saltem suæ farinæ Doctorem Brentium audiant, cuius iudicio hæc Christi genealogia non solùm vtilem, sed etiam ad fidem in Christum confirmandam necessarium vsum habet. Quum verò Paulus monet, vt genealogias deuitemus, intelligit superstitiosas, nunquam finiendas, sicut ipse sese interpretatur, inutiles & superuacaneas, quas Iudei magis superstitionis quàm pietatis studio inquirebant: quales ferè etiam illæ ambitiosæ genealogiæ sunt, quales Nobiles mundanæ gloriæ animalia, ad ostentandam suæ familiæ antiquitatem & claritudinem, auos, proauos, abauos, atauos & tritauos suos, à nescio cuius vel Pompeij, vel Æneæ, vel Euandri genere ductos enumerant. Horum & superstitionem & ambitionem Paulus reijcit, sicut ad verbum idem Brétius confitetur. Cæterùm quamuis Catholici Theologi, quum in hoc argumento versantur, varias difficilesque quæstiones inducãt, & inter se varient aliquando sententias, in eo tamẽ consentiunt omnes siue veteres, vt Hilarium, Hieronymum, Chrysostomum, Theophylactum, Bernardum, siue recentiores contemplemur, quòd Maria simul cum Ioseph ex eadem tribu Iuda & stirpe Dauid orti fuerint, suúmque coniugium inchoârint.

Super Luc. homil. 32. & in ca. 1. lib. 1. Samuel. lib. 2. Quomodo dirimenda Pauli loci de genealogiis dicentiadis expositio.

Nobiles de suis genealogiis sæpe ambitiose contendunt.

Catholici Doctores sine vitiositate versantur circa Christi & Mariæ genealogia. Vide illorum commentarios in Matthæum.

Ecclesiæ fides & doctrina de Mariæ genealogia.

Sic ergo citra hæsitationem vllam habendum est, quemadmodum Ecclesia non modò Latina, sed & Græca constanter tot seculis profitetur, Mariam ex semine Abrahæ, & de tribu Iuda stirpéque Dauid illustrem tenêre prosapiam, ac progenitoribus regali principalique dignitate conspicuis refulgere, quos tamen ipsa præcellenti nobilitate facilè superarit. Qua ratione Bernardus non solùm cordis, vt ipse vocat, sed & carnis prærogatiuas Mariæ tribuit, quibus veluti stellis duodecim pulchrè micãtibus Reginæ huius caput coronetur, aliúsque præfulgeat omnibus. Verba tantùm quæ hûc pertinẽt, ex Bernardo transscribam: Quod ergo fidereum micat in generatione Marię? Planè quòd ex regibus orta, quòd ex semine Abrahæ, quòd generosa ex stirpe Dauid. Si id parùm videtur, adde quòd generationi illi ob singulare priuilegium sanctitatis diuinitùs noscitur esse concessa, quòd longè antè eisdem Patribus cælitus repromissa, quòd mysticis præfigurata miraculis, quòd oraculis prænunciata propheticis. Vbi vir sanctus vno veluti fasce non pauca comprehendit, quæ Virginis nostræ tùm ortum, tùm nobilitatem præstantiamque commendãt: nec minùs illorum stultitiam tacitè coarguit, qui hodie de Mariæ natalibus nihil ferè præclari vel cogitant, vel admittunt.

In harmon. Euangel. Mariæ nobilitati detrahunt nouatores, vt Lutherus & Brentius.

Svnt qui Deiparam, prò pudor, puellam obscuro loco natã, aut sicut Calumus loquitur, ignobilem, nec vllius coram mundo precij, contemtam & contemtibilem faciant. Lutherus eam inopem, abiectam, afflictam, despectam, vilem, nullius corã mundo existimationis ac precij puellam, quæ in summa vilitate vixerit & permanserit, imò quæ & inanis & vacua bonorum omnium fuerit, audet appellare. Hæc autem omnia ex vno dicto colligit & concludit vanissimè Lutherus, quoniam in Cantico Mariæ dixit: Respexit humilitatem ancillæ suæ. De qua humilitate nos alibi quantum sat erit, respondebimus. Qualem verò Mariam depingit Brẽtius? Mulierem longè omnium abiectissimam, & cunctorum ludibrio expositam, quæ ante Christũ natum vitam nullo penè loco securam agere potuerit, & durissimam sustinuerit egestatem. Atque hæc fingi ab insanis & impiis calumniatoribus possunt, æquis autem & prudentibus rerum æstimatoribus comprobari non possunt, quoniam nullis aut Scripturæ, aut historiæ, aut veterum testimoniis fulciuntur, cum ipso etiam decoro pugnãtia, & quæ duntaxat ex istorum stolido pendent phantasmate, qui nouo artificio matris despicietiam ad filij Deique gloriam illustrandam referre conantur. Ergò ne Christi honos labascet, nisi Maria in ordinem redigatur, vt omnium illustrissima Virgo tantùm non infimæ sortis hominibus, ac vilissimis ancillulis aggregetur? Vnde quiuis non valdè crassus intolerabilem istorum de Maria sine iudicio iudicãtium petulantiam, paremque stultitiam intelligit, quos nihil pudet in Domini matrem quiduis euomere, pudet autem ac piget, eximij ac præclari ferè quicquam de illa profiteri. Quid obsecro, ad verã plenámque nobilitatem illi deesset, quæ in suo stẽmate quatuordecim Reges atque Duces & heroas Israelis longa serie computabat, nec solùm nobilitate sanguinis, & parentum celebritate, sicuti paulò pòst monstrabimus, sed etiam virtutis excellentia tãm multis antecellebat, ac demùm propter eximias dotes in ea fulgentes plerisque commendatior erat sanè, quàm isti tãm iniqui quàm imperiti censores, ne dicam illusores putant, omnibúsque persuadêre conantur. In humano genere ille nobilis dicitur, qui claris maiorum titulis insignitur: Beata verò Maria, licet generosa sit Patrum stirpe progenita (Damiani verbis vtor) ab illo tamen trahit excellentissimæ nobilitatis genus, qui de illa est nouo nascendi genere procreatus, & per clarissimam sobolem omnem humani stemmatis excedit nobilitatem. Clara proauorum titulis, sed incõparabiliter clarior generositate prolis: filia siquidẽ Regum, sed mater Regis Regum] Nõ moramur interim, paruóq; in precio habendũ scimus, quid mũdus de fucata & vana, crebrò & ementita nobilitate

In Euang. de vita S. Mariæ.

Refutatio aduersariorum.

Mariæ nobilitas partim à progenitoribus, partim à Christo pẽdet. *Serm. 3 de Mariæ natiuit.*

Nobilitatis fructus non aburuntur, qui generis, nõ virtutis claritatem ponderãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanguinis nobilitas virtutis decus auget & ornat. Mariam & genere & virtute prænobilem exstitisse.

sentiat, multis falsò existimãtibus, vera & egregia A nobilitate illos insigniri, qui clara duntaxat progenitorũ stémata recensent, & hinc magnificos iactãt titulos, licet suis ipsi flagitiis cooperti, ad nullã maiorũ suorũ virtutem prælucent ével peruenĩãt, vel adspirent. Habet interim suam quoque laudem nobilitas, & duplex ornamentum adfert, quæ generis claritate simul & virtutis splendore constat, sicut in Maria profectò constitit, quoniam ex inclyto illo Patriarcharum, Prophetarum & Regum sanguine, velut lectissima radice processit, & pulchiores virtutum fructus adiunxit, ad eam demùm gratiæ dignitatisq; sublimitatem progressa, vt huius veluti solis ac lunæ splendor, maiores omnes licet stellis clarissimis illustriores obscuret, nullãq; vel Regum vel Principum tãta sit nobilitas ac celsitudo, quæ Mariano generi non cedere videatur. B

Mariæ nõ admittit laudem nobilitatis, quod fuerit fortuna tenuioris.

Vnde quemadmodùm preciosæ fulgẽtesque gemmæ, quæ annulo aureo inseruntur, magis ac magis eum illuminant & illustrant: sic naturæ & animi dotes in Maria tàm insignes & cumulatæ fuerunt. vt præsentem eius virtutem cum stirpis nobilitate coniunctam cunctis admirabiliorem & gratiosiorem redderent, nihilque de illa vulgare & abiectũ iudicari facilè paterentur. Tanta donorum Dei affluebat copia, tàm diuinus morum ornatus apparebat, tàm accurata vitæ institutio & parentum honestas accedebat. At verò si fortunas & conditionem vitæ spectes, esto, non fuerit illa Virgo tam dives & copiosa, vt magnorum Principum filiabus, aliisque fœminis generis sui splendorem ostentantibus vulgò compararetur. Nihil hoc sanè obstat, quo minùs suum in Regum genealogia teneat locum, quos genere & sanguine vtique contingebat. Nouatores verò parum ab impio & impiorũ olim patrono Celso differre videntur, qui non modò Mariæ humile & simplex vitæ genus, quod Fabri esset coniunx, exprobrare, sed & Christianis hoc nomine insultare veritus non est. Reprehendit ergo Celsum Origenes adeò impudentem, vt Mariæ illudens, puellam eam nec fortunatam, nec regiã, adeóque suæ vix viciniæ notam, sed potiùs exosam fuisse diceret. Qui Epicuræus Philosophus nõ animaduertit, multos ex egenis opulẽtos, & ex obscuris claros atque præstantes, quemadmodum a Saul & b Dauid, effici: tùm vicissim è Regibus & Principibus natos, non æquè florẽre cum parẽtibus, sed maiorum suorum gloriam & claritatem cum plebæa & obscura vita sæpè commutare. Quæ res tantò plus eximiæ virtutis veríque decoris homini adfert, quantò is expressiùs contemti honoris & amatæ submissionis specimen exhibet. Itaque dum Iosaphat, Lotharius, Ludouicus Regium diadema vltrò deponunt, & summum vitæ splendorem piè fugiunt, vt Monasticen profiteantur, tantò illi certè nobiliores extiterunt, quantò se ipsi religionis ergò submissiùs abiectiúsque gesserunt. Ita neque Christus & Dominus & Rex esse desiit, quin potiùs nominis sui gloriam illustriorem reddidit, quum oblatum Regis honorem recusauit, & sicut Paulus inquit, ἐκένωσεν ἑαυτὸν, id est, seipsum exinauit. Verùm nos alibi de Mariæ suam & nobilitatem & gloriam nescientis, adeóque contemnentis humilitate, vita, sanctissimísque moribus disseremus, vt fortiùs istorum retundatur error, qui nobilissimam ornatissimámque Virginem tantùm non ter-

Celsus Philosophus Epicuræus quid in Maria taxarit.

Lib. 1. & 2. contra Celsum. a 1. Regum 9. b 1. Reg. 16. & 2. Reg. 2.

Contemta nobilitas & gloria nobiliorem, & sublimiorem hominem reddit.

Ioan. 6. Philip. 2.

C

D

ræ, vt vocant, filiam efficere, ac pudendo studio deformare conantur.

ACCEDIT quod non solùm in matrem, sed in Christum quoque filium quodammodò, contumelioſi esse videntur, qui parùm, aut nihil tribuunt Mariæ nobilitati, hoc est, illius tàm antiqui, sacri & eximij stemmatis claritati, vnde Iessæa virga & virga Christum suauissimum florem & simul felicissimum fructum orbi adportans prodiit. Nam verissimè dixit Irenæus: Filius Dei Dominus noster existens Verbum Patris & Filius hominis, quoniam ex Maria, quæ ex hominibus habebat genus, quæ & ipsa erat homo, habuit secundum hominem generationem, factus est Filius hominis. Christo igitur eiúsque gloriæ detrahunt, qui matris generi præstantissimo & natalibus laudatissimis detrahunt, quum in illam omnes, vt ita dicam, nobilitates concurrant, quæ splendorem generis ipsi filio poterant conciliare, vt iure nempè dicatur & sit c filius Dauid, b Rex Israël, c Leo de tribu Iuda, d Stella ex Iacob, e Dux & Rector populi Dei, f Dominator in domo Iacob, g super solium Dauid sedens, h & h sedem habens æternam.

Matthæus & Lucas Christũ regem & Sacerdotem notant in eius genealogia.

Zach. 3. Esa. 11. Lib. 3. contra hæres. c. 21.

a Matth. 1. b Luc. 1. c Num. 24. d Num. 24. e Matth. 2. f Luc. 1. g Matth. 2. h Luc. 1. Dan. 7.

Canon 1. in Euang. Matt.

DVPLICI verò in primis nobilitate Christus egebat, quam ab illo propheticæ literæ postulabãt, vt nempè Rex & Sacerdos nasceretur: quod vtrumque nobilitatis genus apud Israëlitas vigebat maximè, & sacra etiam vnctione decorabatur, sicut & Eusebius Cæsariensis annotauit. Iam verò vt hac vtraque nobilitate Christus insigniretur, illam habere matrem debuit, quam & germanam Abrahæ filiam, & ex tribu Iudæ stirpeque Dauidis Regia prognatam esse constaret, & quæ præterea cum tribu Leui aliquam cognationem haberet. Quæ duæ tribus Iuda & Leui, apud Iudæos præcipuè florebant, vt aliæ præillis obscuræ viderentur, neque tã illustribus Dei promissionibus & prærogatiuis ornarentur. Ac Leuitica quidem tribus, quæ & sacerdotalis, Dei, non regum erat seruitio mancipata, vt Augustinus loquitur, & tertia decima numerabatur, multóque magis quàm tribus aliæ, ad regnum Hierosolymitanum pertinebat.

Lib. 2. de cons. Euang. c. 3. 4.

Matth. 1. Luc. 1. Dan. 9.

IGITVR vt Mariæ nobilitati nihil deesset, quã propter Christum absolutam esse congruebat, non modò illa cum tribu Iuda, sed Leui etiam, vt diximus, aliquid habuit affinitatis, eámque nobilitatem in Christum filium, vt propheticis oraculis satisfieret, deriuauit. Hinc factum est, vt satis non fuerit Euangelistis Mariam sponsi Ioseph contribulem ex Dauidico genere prognatam ostendere, sed eam Elizabethæ quoque συγγενῆ, id est, cognatam fiue consanguineam, vt sacerdotalem in ea stirpem cognosceremus, facere voluerunt. Si enim Elizabethæ cognata est, vt ex Luca intelligimus, non potest tribum Leui non attingere sanguinis affinitate: quòd hæc Elizabeth Aaronis esset filia, & Zachariæ Sacerdotis vxor, Euangelio teste. Hoc est, quod i veteres Theologi vt k Gregorius Nazianzenus, l Augustinus, m Eucherius perspicuè docent, Mariæ genealogiam nõ solùm ex Dauidis, sed è Leui quoque stirpe deduci, fortassè quòd Mariæ matrem ex Annam in tribu Leuitica ponant, quum & Hyppolitus Martyr, quem posteà producemus, affirmet, Matthan huius Annæ patrem, Sacerdotem fuisse. Cui rei illud etiam argumento est, quod Matthæus per Salomonem, Lucas verò per Nathan Christi genea-

Mariam & Sarabeth, quum hæc de domo Dauid, illa de filiabus Aaron originem duxerit, animaduertat, proauos earum liberis inuicem nuptum traditis, vtramque tribum potuisse coniungere.] Quare summus Sacerdos Aaron, si exemplis agendum est, non suæ tribus, sed degenere Iuda Elizabetham vxorem accepit, eámque nobilis viri Aminadab filiam, simul & sororem illius Nasson, qui tribui Iuda per desertum proficiscenti ducem se inclytum præbuit. Ad hęc de Ioiada Pontifice maximo legimus, quòd stirpis regalis vxorem duxerit, quæ regis Ioram erat filia, & alterius regis Ozochiæ soror, nomine Iosabetha. Cùm igitur tribus regia cum sacerdotali permixta fuerit, idque salua lege fieri potuerit, admodum conuenienter, vt Cedrenus inquit, Dominus ex Maria Virgine, & suæ carnis matre Rex idem & Sacerdos natus deprehenditur. Quod verò de duabus tribubus, regia & sacerdotali seu Leuitica, concedit Epiphanius, etiam ad alias referunt eruditi, ac probabiliter docent, ex Israëlitis cuiuscunque tribus coniugia cum hac Leuitica contrahi potuisse, modò hæreditates impermixtæ manẽrent, & sua cuique tribui iura & bona integra conseruarentur. Hoc enim est quod lex illa: Omnes viri vxores, omnes fœminæ viros de sua tribu accipiant, potissimum vrget, sicut & verba legis annexa commonstrant, nimirùm vt per nuptias bona in Dei populo non distraherentur, & tribuum hæreditates de vna in aliam non transferrentur: idque ad meliorem illius gentis disciplinam, & firmiorem tranquillitatem procul dubio pertinebat. Excusatur ergo Dauid, qui hoc legis decretum non violarit, etiamsi ex tribu Iuda ortus, vxorem ex tribu Benjamin, Michol nempe, Saul Regis filiam duxerit, quandoquidem nulla hæreditatis portio fœminam vllam, quæ fratres haberet, consequebatur. Cæterùm Sacerdotes cum tribu Iuda veluti digniore, crebriùs quàm cum aliis tribubus inibant coniugia, & cuiuscunque demùm tribus homines cum Leui hæredibus coniungerentur, nulla inde bonorum confusio subsequi poterat, quum lex disertè caueret, vt diximus, ne ad tribum Leui hæreditas vlla peruenire, quòd Leuitarum commodis aliunde prospectum esset. Itaque sine omni vitio, & ex recepta populi consuetudine factum fuit, quod Maria licet in tribu Iuda versaretur, cum Baptistæ matre Elizabeth, quæ de filiabus Aarõ fuisse scribitur, aliquam habuit cognationem: quę res tribuum permixtionem necessariò requirebat. Existimant autem, eandem Elizabeth sic esse natam, vt patrem Aaronitam, matrem verò de tribu Iuda, hoc est, ex ipsius Dauid familia obtineret. Etenim vt veteres tradunt, quum Emerentiana Soloni de tribu Iuda nupsisset, & ex illa filias duas Annam & Ismeriam genuisset, prior Ioachim viro de domo Dauid, qui & ipse Mariæ pater, brigit coniux. Posterior verò, Ismeria scilicet, quum à Sacerdote in vxorem ducta esset, filiam de qua diximus, Elizabetham peperit, quæ porrò Zachariæ coniux, & effœta Ioannem filium Domini præcursorem in lucem edidit. Facit autem hoc ad maiorem Messiæ commendationem, quòd eius mater è stirpe Dauidis orta, fœminæ tàm illustri, & quæ Sacerdotalis esset generis, carnis etiam propinquitate coniungatur. Vnde rursus Iudæi summæ & ingratitudinis & perfidiæ conuincuntur, dum illum recusant-

Ibid. ra. 2. Rom. 1. Luce 1.

Marium saltu legem cum duabus tribubus cognationem contraxisse. Num. 36.

Contra Antidicomarianitas. hær. 78.

i Lib. 2. de cons. Euang. cap. 2. In Luc. Luc.

Exod. 6. Tribus Iuda & Leui in coniugio permiscebantur.

2. Paral. 22.

In compendio historiarum. Israelitas eum quauis tribu aliquando matrimonium cõtrahere potuisse.

Num. vlt.

1. Reg. 18. Dauid licet de tribu Iuda ortus, vxorem de tribu Benjamin habuit.

Num 3. & 8. Exod. 30.

Luce 1.

Quæ ratio fuerit cognationis siue consanguinitatis inter Mariam & Elizabeth.

Luce 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Messiam agnoscere, qui per matrem, & ab ipso ortu se Regem simul & Sacerdotem electum esse mōstrauit: & præter quem ipsi quoque Iudæi nullum alium officio vtroque fungentem aut sibi vendicare, aut nobis tot seculis designare possunt.

Christus figurā implet Sacerdotij, secundū ordinem Aarō & simul Melchisedech.

Matth. 26. Luc. 22. 1. Cor. 11.

CÆTERVM antequàm claudamus hoc caput, quoniam Christum & Sacerdotem & Regem ex Maria ortum esse diximus, pauca quædam de vtráque illius, & præcipua quidem dignitate, nobis subiicienda sunt. Fatentur nobiscum aduersarij, Christum in ara crucis figuram Sacerdotis Leuitici, vel secundum ordinem Aaron expressisse, quando seipsum cruentam victimam immolauit, seque morti verè tradidit. Illud verò pernegant, Christū se Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech declarasse, quando in extrema cœna corpus sanguinémque suum sub panis & vini specie obtulit, & ad altare itidem offerendum Ecclesiæ commendauit, vt cruentum illud sacrificium, quod semel in cruce peregit, in altari perpetuò repræsentaretur. Qua de re lucidiora sunt verba Iustini, Irenæi, Cypriani, Eusebij, Augustini & aliorum diuini verbi interpretum clarissimorum, quàm vt quouis prætextu ac fuco possint eludi ab his, quiverum, proprium ac propitiatorium Eucharistiæ sacrificium, sacrificiorum omnium quæ offeruntur Deo præstantissimum, ex Ecclesia tollere, & Antichristiano studio abolêre contendunt. Est ergo manetque Christus, licet nunc in cælo regnet, verus & legitimus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, quoniam quod in vltima cœna & facere & docere cœpit, per Christianos id Sacerdotes continenter exercet, vt sicut Propheta fore prædixit, oblatio munda non apud Iudæos, sed gentes in omni totius orbis loco publicè offeratur. Iam verò Christum quoque regem Scriptura celebrat sæpè, qui & seipsum talem coram Pilato fatetur, sed ita vt regnum suum de hoc mundo non habere, nec seculari honore in terris regnare voluerit, sicut Ambrosi⁹ loquitur, ideoque regnum à Iudæis oblatum fugiendo contemsit. Ac licet iuri suo in dominando cesserit, quum adeò seipsum humiliauit, vt nobis ministrari venerit, tamen idem summus & Rex & Monarcha totius orbis esse desiit nunquam, vt cui potestas omnis in cælo & in terra demandata est. Mauult ille quidem in mentibus credentium, atque intra nos spirituali modo, quàm temporaliter & pro huius mundi ratione suum regnum administrare: sed nihil hoc impedit, quo minùs in terris etiamnum dominetur, ac suum regnum, id est, Ecclesiæ corpus, veluti caput, tùm interius tùm exterius administret. Vt enim Gabriel significauit, & Prophetæ testati sunt, æternus ille Rex est, ac regnum æternum obtinet, caput super omnem Ecclesiam & hominum & Angelorum, & qui iam inde ab ipso conceptionis suæ articulo hæres vniuersorum à patre instituebatur. Is igitur quem thronum regium à Dauid per Mariam accepit, eum à Iudæis ad Christianos, horúmque Pontifices & Reges transtulit, suúmque regnum penes nouum populum manêre decreuit. Hoc est, quod apud Epiphanium legimus, dignitatem Regiam & Pontificiam à domo carnali Iuda & Israel in Christum Regem atque Pontificem, & ab hoc ipso in Ecclesiæ Catholicæ Pontifices ac reges traductam ac deriuatam esse, ideóque thronum Dauid & sedem regiam nunc etiam penes Christianum Sacerdotium residêre. Sed & Athanasius comprobat, Christū per credentes Reges ac Principes suum gubernare regnum, vti hæc illius verba demonstrant: Capiens Christus thronum Dauidis, transtulit illum, & dedit sanctis Christianorum Regibus, vt conuerterent eos ad domum Iacob: qua tradita in opprobrium & direptionem, regnabit in Christianis in æternum, & regni eius non erit finis.] Neque solùm Athanasius, sed etiam Anastasius Abbas, qui posteà fuit Antiochenus Patriarcha, thronum Dauid Christianis Regibus à summo Rege Christo traditum esse luculenter affirmat. Verùm hæc obiter de Christi Regno & Sacerdotio, vt hinc etiam Mariæ genealogia illustretur. Nam propter Deiparam Christus ex Dauidis semine procreatus, in eiusdem Dauidis throno sedet, sicut notat Epiphanius, atque in cælo quidem per seipsum, in terris verò per Pontifices & Reges suū Regnum, vt diximus, administrat. Illud in primis meminerimus, quod suscepti argumenti caput est, Mariam Abrahæ & Dauidis tàm carne quàm spiritu generosam & incomparabilem esse filiam, quæ omni virtutum genere suos maiores excellut, fóque post se interuallo reliquit. Honorius ita dixit: Ex benedicto Patriarcharum semine, & præclaro Prophetarum germine, atque sacra Sacerdotali stirpe, generosa quoque & Regali progenie, hæc inclyta virtutis Dei virga, insignis Virgo Maria processit, quę omni genere generositatis iure debuit prefulgêre, quoniam ipsum totius generositatis principalissimum & singularissimum Fontem ac Florem meruit germinare.] Tùm Honorio antiquior Isidorus Hispalensis [a] ingenuè profitetur: Maria quæ interpretatur Domina siue illuminatrix, clara ex stirpe Dauid, virga Iesse, hortus conclusus, fons signatus, mater Domini, sacrarium Spiritus sancti.] vt cętera pręteream. Neque solùm hic Isidorus, sed & Damascenus [b] Mariæ genealogiam perfidis Iudęis opponit, vt euincat Christum legitimum Dauidis successorem & hęredem in illius regno sedisse, verúmque de tribu Iuda, esse Messiá, quemadmodum antè illos antiquissimus etiam Irenæus [c] ostendit.

Christus est natus ex stirpe Dauid. Regnat in ęternum in domo Iacob. Christus Dauidis thronum transtulit. Dauid. Cyrill. lib. 12. in Euang. Ioan. Dauidis thronus Christianis Regibus traditus. Leo ser. 1. de Epiph. Tolet. Abrahæ & Dauidis virtutes excellit Maria. Nicephor. lib. 2. hist. cap. 3. Honor. lib. de Assumpt. Virg.

Aduersarii cruentum non inesse cruentum Christi sacrificium probant.

Psalm. 109. Malach. 1. Ioan. 18.

Christi regno partim spirituale, partim externum dominium continetur.

Ioan. 3. Luc. Ioan. 6. Philip. 7. Matth. 20. Matth. 28.

Luc. 1. Esaiæ 9. Daniel. 2. Ephes. 1. Hebr. 1.

CAPVT IIII.

De spectatissimis Mariæ parentibus Ioachim & Anna.

PROCVLDVBIO suos habuit parentes virgo illustrissima, non solū Israelitas ex nobili patris magni Abrahę semine, verùm etiam ex tribu Iuda & regio Dauidis genere, vt iam monstrauimus, procreatos. Sedenim quinam à Pa. hi parentes fuerint ambigit [d] Pomeranus, & quęruntadhūc nouatores, ex quibus [e] Centuriatores quidem planis verbis pronunciant: *Qui fuerint Mariæ parentes certum non est: quia diserè in sacris literis nusquam*

expressum non legimus. En tibi morosos & iniquos Iudices, qui tàm multa sine Scripturis effutiunt, probant, improbant: hic verò Scripturas tanto supercilio exigunt, vt sine illarum authoritate parentes Mariæ nolint agnosci, sed potiùs obscuram eam, ac velut puellam exposititiam, videri cupiant. Æqua scilicet postulatio, vt ipsis solis negantibus adstipulemur, reliquis autem licet vetustioribus & probatioribus testibus (de quibus breui dicemus) affirmātibus, fidem nullam habeamus. Eacessat autem ridiculum, sed isthis tamen familiare argumentandi genus: In sacris literis de Mariæ parentibus expressè non legitur, incertum est igitur qui fuerint. Et quam demum certitudinem quærunt, ac necessariū statui volunt homines contentiosi? E sacris literis, vt prudenter scripsit Epiphanius, peti non possunt omnia, sicut nec illa quidem, quæ ad Christi doctrinam, opera & miracula pertinent, vt Ioannes Euāgelista testatur. Palàm est interim, vt Augustinus monet, quod in re dubia ad fidem & certitudinem valeat authoritas Ecclesiæ Catholicæ. Sedenim iam pridem hæc propria Hæreticorum basis euersa atque protrita est, omnem videlicet sacris de rebus concertantium victoriam in sola Scriptura esse cōstituendam. Quin & ipsi Centuriatores tot volumina non conficerent, nisi è Doctoribus Ecclesiæ multa, & è profanis autoribus quædam mutuarentur, quę nusquam in Scripturis diuinis reperiuntur, præsertim vbi Principum magnorūque hominum nomina, familias, dicta & facta commemorant.

Contra hær. 61. Ioan. 16. & 20. Lib. 11. contra Faust. ca. 2.

CVR igitur adeò se difficiles ac præfractos modò præbent in Marię Parentibus agnoscendis? quorum nomina extant tàm illustria, quæ & antiquis quidē scriptoribus nota, trita, probata fuisse in confesso est. An fortasse vbi Centuriatoribus dubitare libet ac hallucinari, toti est mundo dubitandum & cœcutiendum, totque seculorum fides & traditio contemnenda? Vbi nunc Paulinum illud: Quæ audisti, inquit, à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus? Si duorum hominum testimonium verum & recipiendum est, quantò magis quæ per multos testes confirmata, & veluti per manus tradita, perque omnes propemodùm regiones decantata, ac tot demùm seculis corroborata, nobis commendantur, & in Ecclesia recipiuntur atque comprobantur? Scilicet inepti, vani ac mendaces homines erant [a] Hippolytus, [b] Epiphanius, [c] Damascenus, [d] Anatholius, [e] Sergius Hagiopolita, [f] Georgius Cedrenus, vt alios cum Græcos, tùm Latinos scriptores præteream, qui de hisce sanctis & præclaris Mariæ parentibus meminerunt. Neque scriptorem vllum extare puto tàm impudentem, qui præter Centuriatores, & id genus futiles nouatores ab hac maiorum fide, & constanti bonorum opinione certáque traditione Ecclesiæ nos reuocare conetur. Tantundem verò istorum Antesignano Luthero respōsum volumus, qui quum aliquando de veterum Saxonum more in statis beatæ Annæ feriis cōcionem haberet, has ineptas admisscêre voces veritus non est: *Dicendum etiam aliquid esset de diua Anna, cui hæ feriæ dicatæ sunt: verum de illa ne apicium quidem in Scripturis offendo.* Egregia scilicet, ac tali Doctore, imò & Arrianorum discipulo digna ratiocinatio. Vbi à Luthero duce suo discedit non modò [g] Lebbæus, vt diximus, sed etiam [h] Ioachimus Camerarius, qui Mariæ patrem Ioachimum Mathetæ filium, Zorobabeli nepotem appellat, matrem verò virginis Annam ex Leuitico genere profectam tradit cum hac appendice: *De matre quidem Iesu virgine Maria credamus sane, id quod & Nicephorus tradit, habuisse illam Parentes Ioachimū & Annam.* Nicephori verba, si quis fortasse requirit, valdè sunt luculenta: Ioachim & Anna, inquit, parentum Mariæ erant nomina, ambo accuratiore iuxta præscriptum legis vita præstantes & clari, necnon primis quibusque & splendidissimis nobilissimisque genere connumerati. Ac Brentius quidem, quicquid cum Luthero suo garriant Centuriatores, de Mariæ patre Ioachimo sic liberè profitetur: *Mihi ex maiorum traditione manifestum est, quòd pater Mariæ Ioachim vocatus sit. Apud Syros autem quemadmodum testatur Philo, idem sunt Heli, Eliachim & Ioachim. Quare cùm pater Mariæ vocatur Ioachim, manifestum est ipsum & Heli vocatum: & is est Heli quem Lucas vocat patrem Ioseph.* Eandem sententiam ac Lucæ interpretationem sequitur Iosius, aliique plures nouatores confirmāt. Imò verò, vt Bullingerus inquit, *omnium sententia est, Heli esse eundem, qui & dicitur Ioachim, patrem scilicet Mariæ.* His gloriosus ille Hosiander consonat, qui ne parum & ipse hoc loco tribuat Vetustati, in hunc modum scripsit: *Vbi dubitatur de patre Iosephi, veteris Ecclesiæ traditionem retineamus, quæ docet, Iosephum fuisse filium Iacobi, generum autem ipsius Eli, hoc est, Eli, qui vero nomine Iehoiakin dictus fuit, fuisse Patrem virginis Mariæ, & auum Iesu Christi secundum carnem. Nam huic sententiæ omnes circumstantiæ omnesque coniecturæ accedunt & adstipulantur.* Ac posteà rursus: *Itaque vt dixi, hoc tàm firmiter teneamus, Eli non fuisse patrem Iosephi, sed socerum: Patrem autem virginis Mariæ, & auum Domini nostri Iesu Christi, idque Apostolorum tempore tàm fuisse omnibus notum, vt in genealogia Virginis apud Lucam rectè intelligenda nemo errare potuerit.* En tibi testem Hosiandrum, qui tùm è Scriptura Euangelica, tùm ex veteri & perpetua Ecclesiæ traditione confirmat, adeoq; certissimum haberi vult, Deiparæ patrem fuisse Ioachim, vt vulgò nunc dicitur, quem proprio quidem nomine Iehoiachim dictum esse putant. Cur igitur in aperta veluti luce, quam alij demonstrant, & partim ex Lucæ testimonio, partim ex Ecclesiæ traditione comprobant Euangelici, adeò cœcutiunt Centuriatores, vt soli non videant, suósque Mariæ parentes assignent ac relinquant? Quid quod secum ipsi quoque pugnāt, quandoquidem quod ad Eli personam attinet, Hosiandro alibi adstipulantur, ac simul Lucidum citant ex Iudæorum traditionibus asserentem, Marię patrem Binominem fuisse, qui simul Eli & Ioachim appelletur?

Lib. 1. Eccles. hist. ca. 7.

Super Luc.

In 1. ca. Matt.

Idem Ioachim qui in Euangelio Eli vel Heli dictus pater Mariæ.

Ibidem.

Iehoiachim propriè dicitur, qui vulgò Ioachim.

De emendationibus temporum.

VALEAT interim liber Gnosticorum, qui de Mariæ Prosapia vel Stirpe conscriptus olim extabat, nec solum ab Epiphanio, sed etiam à piis omnibus ob id, quod ex horrendis ac perniciosis constet fabulis, meritò repudiatur. Ac fuit istorum narratio fortasse non dissimilis alij operi, quod magnarum interrogationum volumen ab eisdem impurissimis Gnosticis, sed non sine Mariæ contumelia, circumferebatur. Fingebant enim, reuelationes à Deipara esse profectas de horrendis ritibus, quos ipsi Dominicæ Cœnæ, imò turpissimæ Communioni ex more sacrilego adhibebant. Sed neque Augustinus nobis est obiiciendus, quòd de Ioachim ita scribere videatur, velut pro apocrypho

Hæres. 26. contra Gnosticos.

Spernendum Gnosticorum figmentum de stirpe & reuelationibus Mariæ.

Gnosticorum turpissimi ritus in sacra communione.

Lib. 23. contra Faust. Manich. ca. 9.

August. de partu Mariæ Ioachim, non vult dubitari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeat,eum Mariæ patrem extitisse. Etenim si animum diligenter aduertas,disputat illic Augustinus aduersus Faustum Manichæum de Mariæ generatione Catholicis obiicientem, quod cum illa virgo ex tribu Leui patrem simul & sacerdotem Ioachim habuisset, Dauidicæ cognationis prosapia non cõtineretur, in qua nec patrem, nec matrem vnquam esset consequuta. Respondet igitur Augustinus in hunc modum: Quod de generatione Mariæ Faustus posuit,quod patrem habuerit ex tribu Leui sacerdotem quendam nomine Ioachim,quia canonicum non est, non me constringit.] Non igitur vel dubitat, vel negat Augustinus hoc loco Ioachim Mariæ parentem esse,sed Fausti cõmentum ex apocrypho scripto siue Gnosticorum, siue Seleuci, qui & ipse Manichæus de ortu Mariæ falsa sparserat, desumtum reiicit, ac meritò quidem, ne Ioachim Sacerdotem fuisse credamus,néue propter fictam& incertam historiam Manichæis concedamus, Mariam non ex tribu Dauid, sed Leuitica tantùm, vel maximè prodiisse. Subiungit igitur illic Augustinus: Mariam fuisse de cognatione Dauid, ostendo clarissimo planè ac firmissimo documento, quod Scriptura fundatissimæ authoritatis & Christum dicit ex semine Dauid, & illius matrem sine vllius concubitu virginem Mariam.]Nos verò in historia nulla, sed ne in Iacobi quidem Proteuangelio scriptum legimus, Ioachim Annæ maritum, & Mariæ patrem pro Sacerdote censeri, imò verò qui de his coniugibus scribunt, contrarium adferunt, quòd nempe à sacerdotib⁹ vir ille tulerit repulsam, & in deserto vixerit aliquando velut indignus habitus, qui cum fœcundis maritis locum honestum tenêret, quandoquidem in prouectam ætatem vsque, sine liberis vixisset, donec Anna vxor demùm è sterili non sine miraculo fœcunda esse cœpisset. Nam & Epiphanius,author certè grauis,ipsoq; Augustino ætate non inferior, apertè testatur, Mariæ patrē Ioachim quùm in deserto esset,ab Angelo ad se missō,hoc accepisse vaticiniũ, vxor tua concepit: &hāc sanctā prolē ab Anna genitā,&eidē Ioachim per sacras preces diuinitùs promissā atq; cõcessam fuisse. Ac alio rursus in loco: Anna gratia interpretatur,propterea quod Ioachim & Anna gratiam acceperunt, vt accedentibus precibus talem fructum germinarent,sanctam Virginem adepti. Ioachim siquidem precabatur in mõte,& Anna in horto suo. Anna verò grauida effecta cœlum & thronum Cherubicum peperit, sanctam puellam Mariam.] Fusiùs autem hoc ipsum explicat Constantinopolitanus Patriarcha Germanus, Ioachim nempè quùm solus in monte ageret, ac pias preces Quadragenario ieiunio adiungeret: Annam verò quùm sub dio in horto suo versaretur, opemque diuinam ardentibus votis & lachrymis imploràret, tandem diu exoptatam prolem diuinitùs impetrauisse. Confirmat eandem veritatem Gregorius Nyssenus apud Græcos quidem probatissimus Theologus, qui de Virginis matre Anna disertè meminit, licet Mariæ patrem nominatim non exprimat, satis tamen eum depingens ac prædicans,cùm virum eum vocat insignem in accurata vitæ, quæ ex lege est,institutione, & inter optimos homines apprimè notum, quem sine liberis consenuisse dicit, quòd vxorem ad procreandas proles non satis aptam obtinuisset. Iam verò his tribus, Epiphanio, Gregorio & Germano Nicephorus planè suffragatur, nec solùm Ioachim & Annam Mariæ Virginis parentes recenset, sed eos quoque velut non vulgares homines, accuratiore iuxta præscriptum legis vita præstantes & claros commendat, qui præterea primis quibusque & splendidissimis nobilissimisque genere Israëlitis connumerarentur, vitam verò ad senectutem sine prole edita produxerint. Tùm de Anna Virginis matre peculiariter narrat,aluo illam ad liberorum procreationem insœcundam fuisse, cui ob sterilitatis causam negati fuerint honores,qui secundum legem matronis & matribus aliis ob procreatos liberos tribuebantur: quarè illam de probro sterilitatis dolẽtem ad precandi studium seduló accessisse,& à summo Deo, vt ei Mater esse licêret,tandem impetrâsse. Omiserum ferè Damascenum Theologum Nicephoro vtique tùm vetustiorem, tùm probatiorem, qui & dictos Virginis parentes,vti par beatam castissimorum turturum,quibusomnis creatura ob procreatam talem filiam obstricta sit,eximiè laudat, Ioachim virum diuinum, Annam venerandam, Virginem verò fœtum sterilitatis & factæ precationis fructum appellans. Atq; vt certam diuini consilij rationem agnoscamus, cùm audimus, Virginem matrem ex matre sterili non sine miraculo nasci: Conueniebat inquit,vt is, per quem omnia, & in quo omnia vt potè naturæ dominus,in auiasua nouum miraculum designaret & eam quæ sterilitate laborabat matrem redderet, atque ita deinde in matre leges naturæ immutaret, ac Virginem matrem efficeret, & Virginitatis signacula obsignaret.]

QVID autem obstat, quò minùs & illa superioribus adiungamus, quæ libris Hieronymianis inserta leguntur, & horum quoque parentum historiam efficiunt luculentiorem? Sic autem habent:Pater Mariæ Ioachim, mater verò Anna dicebatur. Domus paterna ex Galilea & ciuitate Nazareth: maternum autem genus ex Bethleem erat. Vita eorum simplex & recta apud Dominum:apud homines irreprehensibilis & pia. Nam omnem substantiam suam trifariam diuiserunt: vnam partem templo & templi seruitoribus impendebant: aliam peregrinis & pauperibus erogabant: tertiam suæ familiæ vsibus & sibi reseruabant. Ita isti Deo chari & hominibus, pij per annos circiter viginti castum domi coniugium sine liberorum procreatione exercebant. Vouerunt tamen, si fortè Deus donaret illis sobolem eam se Domini seruitio mancipaturos;cuius rei gratia & templum Domini singulis per annum diebus frequentare solebant. Omitto cætera, quæ tametsi ab Hieronymo scripta non essent, vt plerique suspicantur, tamen probatiorum aliorum scriptis,quæ diximus, haud malè congruunt,& probabilem certè narrationem faciunt, sed & antiquæ fidei scriptorem redolent, cum ob alia tùm in eo fanè laudandum, quod adulterinam Seleuci Manichæi de ortu Mariæ historiam, quæ olim etiam piis imponebat, hoc suo labore castiget ac dissipet, sicut ipse in operis sui præfatione testatur. Quid ergo mirum, quod è Theologis & Historiographis prodierint multi, quemadmodum Germanus, Damascenus, Nicephorus, Metaphrastes, Cedrenus, qui post veteres illos Patres præsentis historiæ sunt veritatem amplexi atque professi, & præcipuè suos legitimos Mariæ parentes asseruerunt? Ac inter alios Georgius

Recte ab Augustino pro apocrypho duci, quòd Manichæi cõtendunt Mariæ patrem Sacerdotẽ fuisse.

Contra Colyridianos hæ. 70. Veterum testimonia de Mariæ parentibus.

In serm. nuper conuerso à Io. Pico Canonico Parisiensi de Mariæ laudibus.

In serm. habito de Mariæ in templo oblat.

Hom. de hum. Christi gener.

Lib. 1. Eccl. hist. cap. 7.

Orat. 1. de Mariæ nat.

Peccatum Virginem ex matre sterili.

Natiuitas Mariæ prænuntiata ex Leuitico.

Epiph. in Panario.

Confutatio verborum Lutheri, ad Parentelã Mariæ dignitatem violãtium.

Georgius Cedrenus refert, Ioachim octogenariũ, Annam verò ānos natam vndeoctoginta è viuis excessisse. Vtinam verò extaret nobis historia, de qua his verbis meminit Epiphanius: Historia inquit,Mariæ & traditiones habent, quod dictum est patri ipsius Ioachim in deserto, vxor tua concepit. Vbi addit etiam Ioachimum ab Angelo instructũ in suam rediisse domum, vt à Deo acciperet quod per preces patris ac matris petitum erat, nimirum vt ambo,sublato probro insœcunditatis,felici prole gauderent. Tùm Andreas Cretensis, qui Archiepiscopus fuit Hierosolymitanus,sic Mariam à generis claritate commendat,vt eius parentibus insignem tribuat nobilitatem, qui hinc sacerdotalem, illinc regiam dignitatem nacti fuerint, liberorum interim egeni ac steriles, sed quorum pia vota & frequentes preces respexerit Deus,soluto illis vinculo sterilitatis,& complens promissionẽ suam,nimirum vt amota sterilitate, mater fœcunda generosam hanc filiam ederet,pulchrumque munus authori Deo dedicaret. Nec à ratione alienum est, quod inter diuinas Brigittæ factas reuelationes legimus,hos duos coniuges Ioachim & Annam charitate diuina in primis flagrâsse,suumque coniugiũ ita sanctificâsse, vt par coniugium per se castius Deóq; charius nusquam eo tempore inueniretur. Ego vero præclarum & copiosum quoddam gazophylacium Annæ Vterum dixerim, in quo thesaurum pretiosissimum sibi primùm recondidit Deus, & vas ornatissimum effinxit, quale nulla mulier suo vnquam gremio complexa est,suisque manibus contrectauit. An non igitur iure cum Damasceno dicamus? Quàm beata domus Dauid,ex qua prodiisti Anna,& beatus venter, in quo Deus sanctificationis arcam,hoc est,eam, à qua ipse sine semine in lucem editus est,condidit? Verè beata es ac ter beata, quæ beatitudine donatam à Deo infantem, hoc est, Mariam nomine quoque ipso magnoperè venerandam peperisti, ex qua Christus vitæ flos extitit.]

Ex quibus demùm facilè colligas,Bullingerum à veterum discrepare sententiis,quumMariam modicis & tenuibus ortam esse parẽtibus refert. Æquè prudenter alij docent,eosdem parentes obscuro loco natos, ac omnibus ferè Fortunæ bonis destitutos ita vixisse,vt iis caterent præsidiis, quæ ad liberalem & honestam filiæ institutionem educationemque spectabant: vnde vilem magis & abiectam Virginis nostræ conditionem (de qua suprà meminimus) ob vulgi oculos ponunt. Ac ego quidem huius fabulæ primum authorem Lutherum esse puto,cuius verba subiicere visum est, vt insani fabulatoris improbitas rectiùs ab omnib⁹ iudicetur.

Maria puercula,nullius existimationis puellula erat, annos circiter tredecim, quatuor decim aut quindecim nata.

Non credi potest obscuram adeò fuisse apud Nazareth, vt ipsa de se in Ode,quam vulgus Magnificat vocat,testatur: Humilitatem ancillæ suæ respexit. Parentes eius obscurorum nat alium & vilis conditionis erant,priuati scilicet & plebæi,atque adeo quis scit,an parentes eius, tùm superstites fuerint? Credi quidem potest eam fuisse pupillam, nec verum est id quod affirmãt quidam,Ioachimum & Annam parentes eius opibus abundâsse,atque in tres partes disperisse bona sua,vnam dedicâsse templo,alteram egenis, tertiam Mariæ reliquisse. Merum commentum est. Hæc superciliosus,& mirè semper petulans Lutherus, vt habeat nempè

Pro compendio hist. Contra Colyridian.

In Serm. de dormitione Deiparæ.

Bern. Ansel. in 3. Et lib. 1. reuel. c. 9.

Orat. 2. de Mariæ nat.

Lutherí Censura de Mariæ parentibus.

In Postilla circa explicat. Euang. in festo annunciat. Mariæ.

Lutherus Mariæ parentes non tam obscuros & egenos fuisse vult videri volens nouatores.

quod mordeat,tùm Virgini,tùm eius Parentibus,tũ Orthodoxis opponit. Verùm si rectè tecum reputes omnia, nihil in his verbis comperies præterquàm inanes coniecturas, neque Scripturæ, neque rationis pondere, nec veterum authoritate suffultas,sed ex contradicendi duntaxat libidine profectas, Ecclesiæque odio confirmatas. Perinde ac si Lutherus dicat: Fortè apud Nazareth Maria vixit obscura: fortè vilis conditionis & pauperes parentes habuit. Fortè pupilla & suis orbata parentibus, Christi mater esse cœpit. Fortè commentitium est Ioachimum & Annam eius parentes Bona sua, vt referunt,in tres partes distribuisse. Quid verò firmi ex hoc partim diuinationis, partim tergiuersationis genere colligas, nisi quod Lutherus Ecclesiæ summus hostis, quoniam ex propriis loquitur, sicut cæteri, & plusquàm cæteri rerum nouandarum studiosi,quum sæpè aliàs,tùm hoc etiam loco & potuit, & voluit falli ac fallere? Scilicet nouus hic Legislator nobis necessitatem imponet, vt quod ipse tot falsarum opinionum architectus, velut de cathedra pronunciat, totus orbis pro Euangelio amplectatur: quòd verò alij probationis fidei & doctrinæ scriptores à suis maioribus ac veteribus partim scripto, partim viua voce traditum acceperunt, suisque monumentis consignârunt,id nullo in precio à posteris habeatur. Sed vnum tamen Mariæ dictum: Humilitatem ancillæ suæ respexit, in medium profert, vt eiusmodi mirificas coniecturas aliqua ex parte defendat, suisque comprobet. O nugatorem,qui ex hisce paucis verbis tantæ virgini eiusque parentibus obscuritatem natalium, vitæ calamitatem, rerum penuriam aliáque id genus plura ad miseros pertinentia,tàm impudenter quàm insulsè attribuenda esse concludit. Cur non eàdem calumniandi licentia fretus pergit ratiocinari, egenam & ignobilẽ fuisse Rachel,quãdoquidem de se ipsa testetur: Vidit Dominus humilitatem meam? Non vilis profectò conditionis, sed spectabilis & honesta matrona erat Anna, quæ magnum illum genuit Samuelem, & quæ vota sua Deo nuncupans dixit,Si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, quod sanè tantumdem est, ac si pronunciâsset: Si humilitatem ancillæ tuæ respexeris. Quòd si cœcum docem Lutherum sequimur, etiam inclytum Regem Dauidem tantùm non sordidis homuncionibus adnumerabimus, quandoquidem se ipsum ille deiciens appertè loquitur: [a]Vide humilitatem meam& laborem meum: [b]Respexisti humilitatem meam. [c]Ego verò egenus sum & pauper: quod multò est sanè amplius,quàm in regio illo splendore humilem se duntaxat appellare. An fortasse ita delirabimus, vt ad solos egenos & mendicos contrahamus, id, quod apud Esaiam Deus ipse testatur: Ad quem respiciam nisi ad pauperculum? Verùm scriptura sicut paupertatem spiritus,sic & cordis humilitatem,quæ propriam contemnit excellentiam, passim nobis commendat, ac de illa ipsa Virgine loquitur Origenes, Augustinus, Beda, Bernardus, aliique plures affirmant, vt suo quidem loco planum faciemus. Atque vt alium etiam sensum in his Mariæ verbis admittamus, infirma est tamen & futilis Lutheri ratiocinatio, qui tantam vim in sola humilitatis voce collocat,& inde cum suis sæpè confirmat, Mariam non claris natalibus conspicuam,sed humili & obscuro loco na-

Quomodo Lutherus nomine humilitatis abutatur, vt Mariã cum suis parẽtibus omninò miseram & abiectam faciat.

Gen. 29. 1. Reg. 1.

a Psal. 44.
b Psal. 30.
c Psal. 69.

De qua humilitate propriè Scriptura loquatur. Esai. 66.

Luc. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam puellam, quam nemo magnoperè curaret, & quæ nulli nota, infimæque sortis & prorsus abiecta foret, extitisse, cuius insuper parentes priuati duntaxat ac plebæi inter obscuros & pauperes miserè versarentur. Non attingimus cætera, velut minoris momenti sint, quæ Lutherus obiter intermiscet, quoto ætatis anno Maria Christum conceperit, suosque parentes amiserit, vt orphana & pupilla videretur. Vetustus admodum, & ab [a] Ignatio commendatus apud Antiochenses Episcopus fuit Euodius, qui apud Nicephorum [b] clare testatur, sicut & alij comprobant, Mariam annum ætatis suæ decimum quintum egisse, quum mundi lucem generaret.

a *Epistol. ad Antiochenses.*
b *Lib. 2. Eccl. hist. cap. 3.*
Quando Maria conceperit Christum.

Nos verò etsi non negamus, Mariæ vitam cum paupertate aliquando fuisse coniunctam, quemadmodum Christi primùm nascentis conditio, & Iosephi fabrilis opera contestantur, tamen eiusce modi rerum penuriam ac egestatem voluntariam magis quàm coactam fuisse arbitramur, simulq; diuino consilio & moribus noui Messiæ congruentibus hoc dicimus adscribendum, quòd mater & filius vitam minimè lautam & opulentam, sed plebæam potiùs traduxerunt. Eleganter dixit Rupertus: Si parentes Christus diuites elegisset, quis hodie pauperibus in Ecclesia Christi locus esset? Nunc autem & potentes Deus non abiicit, quum & ipse sit potens, & sæpiùs in hoc mundo pauperes eligit, cognoscendo illos in benedictionibus suis, id est, præclara illis dona tribuendo spiritus sui, qualia nimirum diuitibus habentibus consolationem suam rariùs concedit.] Cæterùm de Mariæ fortunis & opibus non temerè tacent Euangelistæ, ob Christum verò ipsum maximè, qui diuitibus maximè blandus esse volebat, sed sanctæ paupertatis Doctorem, imò absolutum exemplar præstare debebat, vnde non habuit vbi caput suum reclinaret, propter nos, quum dives esset, factus egenus, & pauperes quoque discipulos colligens, quibus ob paupertatis amorem & cultum ingentia præmia pollicetur. Igitur quando nascebatur, matrem non locupletè, sed vt Chrysostomus docet, pauperrimam, & fabro desponsatam elegit, quæ illum in tugurio pareret, ac natum in præsepio collocaret. An verò propterea consequi necesse est, parentes Virginis, sicut isti videri volunt, in genere obscuro & vita misera abiectaque conditione, inde ab initio semper fuisse versatos? Quid? quod Eusebius, siue ille sit Emissenus, siue alius, non disputo, manifestè tradit, hos nobilissimos parentes Mariam filiam hæredem instituisse, quæ quum nullos fratres haberet, in bonis parentum vnicè successerit, suamque possederit hæreditatem, præsertim quum lege cautum esset, vt parentum possessiones ad alienos non transferrentur, sed in eadem familia hæredibus proximis obuenirent. Quomodo ergo, inquit, sine hæreditate esse poterat, quæ ex nobilissimis parentibus orta fuerat?] Meminit præterea Nicephorus, Iosepho & Mariæ in Nazareth non domicilium modò, sed & substantiam & possessionem propriam fuisse, & quoniam vtroq; loco apud Bethlæmitas & Nazarenos proauentum aliquem habuerint, vtrobique eos habitasse. Neque tacet Epiphanius quum aduersùs Nazaræos disputat Iosephi Mariæ sponso suam fuisse domum in Nazareth ciuitate, in qua à Bethleem digressus habitarit: in ea domo à Iosepho Christum puerum educatum esse: id quod Euangelicæ historiæ non malè respondet.

Hom. 67. in Matth.
Christi parentes non semper & æquè pauperes fuisse.
Hom. in Euang. de natiu. Mariæ.
Parentes Mariam in bonis hæredem vnicam reliquerunt.
Lib. 1. ca. 13.
Epiphanius hæres. 29.
Matth. 8.
1. Cor. 8.
Matt. 4. 19.
Iob 37.
1. Cor. 3.
Luc. 6.
Lib. 11. de vitis Patrum verbi c. 21.
Christi parentes esse pauperes conueniebat.

Ac de Virginis quidem honesta in templo educatione, dignaq; institutione posteà disserem°, simulq; Centuriatoribus respondebimus, qui nihil non admoliuntur, vt veteris historiæ ac traditionis de his optimis coniugibus, clarissimisque parentibus filiâ suam Deo dicantibus, fidem prorsus aut abrogent, aut labefactét. Quarè non modò Nicephoro litem intédunt, sed Germanũ etiam seuerè perstringunt, quòd ambo Iacobi, nescio cuius, Proteuangelio nimium fidant, ac certa pro incertis venditent. An verò quisquam probabile ducat, si rem sedulò perpéderit, non modo Nicephorum & Germanum, sed & veteres alios tàm multos adeò cæcutiuisse, vt librùm illum Apocryphum vel probarent, vel sequerentur, in quo præter alia indecòra & fabulosa, quæ Mariæ, Ioseph & Elizabethæ affinguntur, non pauca etiam cum Euangelicis literis pugnãtia tàm impudenter quàm ridiculè, talis Iacobus affirmat, qui ob Herodis furorem, vt scribit, fugiens, seipsum in desertum tàm pulchrè subduxit? O præclarum factum tanto dignum Apostolo, qui Frater Domini appellaretur, ac simul Episcopus esset Hierosolymitanus. Sed more suo faciunt Centuriatores, vt lucem veritatis fugiant & auersentur, ac idcirco latebras quærant, vmbrasque sectentur. Quis verò sapiat, non summoperè admiretur, inter veteres etiam Rabbinos vnum extitisse, qui multò ante natos Mariæ parentes præuiderit, & ad Antoninum Romanum Consulem scripserit, venturi Messiæ matrem ex tribu Iuda & stirpe Dauidica oriturum, huius patrem Iehoiakim, nomen autem proprium Mariã fore? His enim de rebus meminit Rabbinus Haccados, vir tantæ apud Iudæos existimationis, vt illum magistrum nostrum sanctum appellent, cuius testimonium crebro repetit Galatinus, qui nec sine Prophetico spiritu de rebus futuris tàm differtè potuit vaticinari. Extant quoque° nonnulla, quæ Rabbinus Haccanas Nehumiæ filius edidit, & inter cætera de Maria testatur, puellam illam in Bethleé Iudæ, filiam Iehoiakim, & de genere Sorobabel natam fuisse, vt cætera, quæ apud Galatinum legũtur, omittam. Quòd si Christianum potiùs, quàm Hebræum Doctorem requiras, en tibi Hippolytum Portuensem Episcopum, ac eundem insignẽ Christi Martyrem, qui de Anna Virginis nostræ matre, ac eius genealogia in hunc modum scripsit: Tres fuêre sorores Bethleemiticæ, filiæ Matthan Sacerdotis, & Mariæ coniugis eius, sub Cleopatræ & Cæsaris Persę regno, ante Herodis Antipatri filij regnum. Primæ Mariæ, secũdæ Sobæ, tertiæ Annæ nomen erat. Nupsit prima in Bethleem Mariæ, & peperit Salomonem obstetricem. Nupsit quoque secunda itidem in Bethleem Sobæ, & genuit Elizabethã. Nupsit postremò & tertia Annæ in terra Galilææ, & protulit Mariam Dei genitricẽ, ex qua nobis exortus est Christus, ipsa veritas.] Quæ Hipolyti verba prudenter Nicephorus repetiuit, vt diuini viri, sicut appellat, testimonio cõtra istos maledicos sese tueretur, simulque monstraret, matrem Domini, licet ratione Patris ex tribu Iuda descenderet, tamen si matrem eius consideremus, cum Sacerdotali etiam genere, sicut suprà diximus, affinitatem contraxisse. Cum hoc Hipolyto Germanus Patriarcha consentit, sic nobis Annam depingens, vt ramus quidem fuerit ex genere Sacerdotali, tribu Aaronica, radice

Quomodo Centuriatores Mariæ parentes nullos fuisse dicant.
Iacobi Proteuangelium reiicitur.
Anna Mariæ mater.
Matthan Sacerdos.
Anna Mariæ mater.
Maria Cleophæ.
Anna Mariæ mater.
Maria Martyris.
Maria Iacobi.
Maria Ioseph.
Anna Domini mater.
Maria Cleophæ.
Maria Salome.
Maria Zebedæi.
Maria Iacobi.
Maria Ioseph.
Maria Simeonis.
Iudæ.
Maria Iacobi.
Iosephi.
Maria Simeonis.
Iudæ.

Prophetica,

Prophetica, simul & regia prodiens, & cognata demum Elizabethæ, quæ Ioannem Domini præcursorem procreauit.

Longvm esset adiicere, quæ in huius Annæ laudem [a] Ioannes Trithemius Abbas Sponhaimensis, quæque Scholæ Haildebergensis quondam lumen [b] Rudolphus Agricola Frisius, ambo non minus Catholici, quam Germani, paulò ante nostram ætatem piè simul & doctè scripserunt. Ille matrem hanc nobilem & nobilioris filiæ parentem inclytam vocat, diuinitus quidem electam & sanctam Saluatoris nostri auiam, quæ Christum Dei filium in terris nepotem haberet, cuius & dignitas & sanctitas variis miraculis à Deo Ecclesiæ commendetur. Rudolphus verò Annam Virginis nostræ matrem carmine celebrat, séque in illa colenda & inuocanda sedulum fuisse declarat, præsertim quòd præsentem inuocationis eius virtutem, quam & Erasmus comprobat, se frequenter expertum esse dicat. Ego pauca duntaxat, quæ ad communem & matris & filiæ commendationem spectant, ex carmine Rudolphi repetere non grauabor:

Salue sancta parens, & tu Nata inclyta salue,
Quas cano, quas pietas, has quoque iungit honor
Natam mater amas, & natæ mater amaris,
Laus capit vna duas vt tenet vnus amor.
Bis tamen Anna potens hoc partu bisque beata,
Et prolis titulis nobilis atque tuis.
Conspicuos præstant alios benefacta parentum,
Tu contrà natæ nobilitate nites.
Magna quidem meritisque tuis, pietate fideque,
Quis neget? at natæ hæc splendidiora facit.

Tùm alius non indoctus, vt breuiter, sic eleganter huic Annæ canit:

Salue parens sanctissima,
Sacro beata coniuge,
Sacratore filia,
Nepote sacratissimo.

Est autem consentaneum, quod eruditi quidẽ affirmant & probant, hanc Annam vniuiram, & non tertiò nuptam fuisse, quæ liberos è singulis viris procrearit. Etenim hoc multiplex Annæ coniugium vulgi opinione magis, quàm veterũ authoritate nititur, ac recentiores dantaxat habet suffragatores, qui Deiparæ marrem nescio quàm prudenter ac solidè, tam malè castam proponunt. Epiphanius quidem cum aliis tradit, quẽadmodum supra meminimus, parentes hanc illustrem filiam procreasse quum grandęui & prouectæ essent ætatis, vt Mariæ ortus maiore Dei miraculo commendaretur. Post quem ortum pater Ioachim duodecim ferè annis, vt etiam Cedrenus ostendit, cum Anna coniuge superuixit. Quocirca probabile nõ est, Annam ferè decrepitam, & viro suo demum orbatam, ad secundas & tertias nuptias porro transisse, præsertim quum nullo præcepto legis ad repetendum connubium vrgeretur, ac proculdubio sciret iteratas sæpè nuptias accusari magis, quàm probari. Quod igitur de Anna illa Euangelica, quæ vnico viro contenta fuit, legimus, de hac Mariæ parente non temere dici posse videtur, eam nimirũ vniuiram viduam, ac idcirco beatiorem fuisse, quæ secundas nuptias ideo libentius recusarit, quia in Spiritu nouerit, Christo ex Virgine proximè venturo melius continendi studio, quàm pariendi officio, & castificandis vidualibus moribus, quàm coniugalibus fœtãdis visceribus seruiẽdũ, vt verbis Ambrosianis vtamur. Igitur quod ad maioré & matris & filiæ laudem pertinet hic retinendum putamus, vt Deipara tum progenita, tum vnica huius matris Annæ filia constituatur. Testatur enim & Theophylactus, quod Ioachim aliam prolem nisi Mariam non habuerit, & Euthymius affirmat, eandem vnigenitam extitisse. Tum his duobus antiquior Gregorius Nyssenus ita de virginis parentibus loquitur, vt qui sine alia prole peruenerint ad senectutem, sicut & antea probauimus. Atque hanc de Annæ vnica filia sententiam tanquam probabiliorem amplecti fas est, quando illam & recentiores Theologi re diligentius excussa comprobant, præsertim Iudocus Clichtoueus, Iacobus Faber, Melchior Canus, vt nihil interim de Cornelio Agrippa dicamus. Neque his aduersatur Euãgelista Ioannes, vbi Mariam Cleophe, matris Domini sororem vocat, quum in sacris literis nomen fratris & sororis, ad cognatos & propinquos referri sit perquam vsitatũ. Sic enim [a] Loth Abrahæ, & [b] Iacob Laban est appellatus frater, tùm [c] Abraham Saram vxorem sororis nomine nuncupauit, quemadmodum & [d] Hieronymus annotauit. [e] Eusebius verò Cæsariensis ex Egesippo confirmat, quòd Cleophas, à quo maritò Maria Cleophæ dicta est, germanus fuerit frater Ioseph viri Deiparæ, eósque hebuerit liberos qui fratres Domini, id est, secundum carnem consobrini, in Euangelio sæpe proponũtur. In quem sensum Beda dixit: Fratres & sorores Domini, Iudęi secum esse testabantur, qui tamen non liberi Ioseph aut Mariæ iuxta Hæreticos putandi sunt: sed potius morem sacræ Scripturę cognati ipsorum sunt intelligendi: quomodo Abraham & Loth fratres appellantur, quum esset Loth filius fratris Abrahæ. Habemus ergo nunc, vt arbitror, Virginis nostræ nomen, idque dulcissimum: & genus, quo nullum aliud in terris illustrius, & parentes apprime laudatos atque percelebres. Quid superest, nisi vt Mariam sicut cæteros omnes ex primo parente procreatos, conceptam demum & natam fuisse fateamur, quum ita Deo visum esset, vt noua hæc diu exoptata lux in densis huius mundi tenebris exoriretur? Cæterum an eadem, quæ tot prærogatiuis abundauit, sine peccato & concepta & nata sit, quæstionem non exiguam, multúmque agitatam continet, quæ nobis deinceps propitio Christo excutietur.

a In precat. ad matrem Deipare.
b In carmine laudatorio Annæ matri dicatæ post fanatasem sibi visum. in carmine Annæ matris Mariæ alias. in Laudẽ Annæ ex Trithemio & Rudolpho Agricolam scripsit.
Carmen Rudolphi Agricolæ in honorẽ D. Annæ.
Annã Mariæ parentem nõ tertio nuptam, sed vniuiram fuisse.
Cæs. Gallo vidua, hæres. 79
In compendio hæres.
Anna Domini mater.
Maria Cleophæ.
Maria Salome.
Maria Zebedæi.
Maria Iacobi.
Maria Ioseph.
Maria Simeonis.
Iudæ.
Maria Iacobi.
Ioseph.
Maria Simeonis.
Iudæ.
Patres & sorores dicuntur in Scriptura sæpe cognati & affines.
Gen. 13.
Epilogus quatuor capitum superiorum.
Transitio ad sequentẽ materiam de Mariæ Conceptione.

CAPVT QVINTVM.

De triplici genere quæstionum, déque discrimine peccatorum, ad Quæstionem difficilem, de immaculata Conceptione Mariæ, rectiùs intelligendam.

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

AGGRESSVRI grauem & arduam tractationem, quæ matrem Domini ab omni peccato liberam & immunem faciat, nonnulla hoc loco præfanda putamus, vt studiosus Lector inoffenso velut pede, ad cætera commodius progrediatur. Triplex quæstionum est genus, quod in Ecclesia proponi, rectéque tractari solet. Primum sacris in canonicis Scripturis liquido expeditur. Vtquum interrogatur, sitne vt omnium rerum author & procurator, sic etiam hominum Rector & Iudex Deus, idémque potens, sapiens, iustus, irreprehensibilis? An Iudæi & Gentes egeant Christo Mediatore? Num ad bene beatéque viuendum opus habeat homo Pœnitentia, Fide, Baptismo, Charitate, Obedientia & aliis in Dei verbo expresse præceptis? Etenim de his dubitare vel contendere, quæ clarissimis Scripturę testimoniis explicata leguntur, non ridiculum modò, sed impiũ etiam meritò videatur. Alterum quæstionum genus vt ritè absoluatur, Ecclesiæ constat & nititur authoritate, quæ certissima est Scripturarum interpres, diuinitus in hoc constituta, vt sicuti de Scripturarum Canonicis libris approbádis, ita etiã de controuersijs & quæstionibus in religione terminandis iudicet, ac modum demũ & finem his, qui de sacris contendunt, imponat. Ad hãc classem pertinet, quum quæritur: Vtrum Christus duas naturas & duas volũtates habuerit in vna duntaxat adoratione adorandus? An Spiritus sanctus à Patre Filióque procedat necessario, vtrique per omnia æqualis, & pari honore colendus? An paruulos baptizandi potestas non solum Catholicis, sed etiam Hæreticis constet? Hic enim quam lucem è Scripturis euidentem capere non possumus, Ecclesiæ nobis definitio subministrat, vtique loquente nobis per illam veritatis columnam Spiritu sancto, qui secundum Christi promissionem docet non vno eodémque seculo, sed ad mundi finem vsque omnem veritatem. Tertium & postremum quæstionum genus quodammodo arbitrariũ dici potest, quoniam vbi neque Scriptura, neque Ecclesia certi quicquam constituit, liberum nobis relinquitur (salua interim & fide & charitate) hoc illóve modo sentire: Et vtramlibet partem defendamus, ab hæreseos nota simus immunes. Tale est, quum in disputationem venit: Num & quando in gratia creati cœlestes spiritus? An qui mortui post Christum rediuiuum è monumentis surrexisse leguntur, sint immortalitate donati, vt cum assumptis corporibus Christum in cælos ascendentem prosequerentur? Verene an simulatè facta sit reprehensio, qua Paulus apud Indæos & Gentes primũ credentes etga Petrum est vsus? An idem Paulus & Moyses, quum in corpore versarentur, diuinam viderint essentiã? Hic enim & in aliis pluribus variant Theologi sententias, & citra reprehensionem licet in vtrãque partem disserere atque concludere, quam diu suum Ecclesia iudiciũ non interponit.

IAM verò ad nostrum institutum redeamus, non dissimilia quæstionum genera sese statim offerunt, si de Maria propriè sedulòque tractandum & disputandum est. Primi sunt generis: An illa Filium Dei cõceperit salua virginitate? An verè Christi mater habenda, ex qua suam ille carnem assumpserit? A Num fœminis aliis præferenda, & orbe toto celebranda sit: Nisi enim quis planè vel stupidus est, vel malignus, qui Scripturæ Diuinæ fontes rabiosè cõspurcet, ex iisdé facilè hauriet, quid propositis quæstionibus oporteat respondere. Ad secundũ porro genus hæ quæstiones referuntur: An Maria sit perpetuo Virgo, quæ in partu, & post partũ, sicut ante partũ semper manserit inuiolata? Nũ eadé θεοτόκος siue Deipara prædicãda? Nunquid sine peccato nata sit, & vitã semper ab omni labe etiã minima solutã & perfectã egerit? Hic Ecclesiæ authoritas nobis patrocinatur: è Scriptura verò peti nõ potest: quãtum ad præfractũ aduersarium conuincẽdum satis est: Sed & tertij generis quæstiones emergunt eiusmodi. Vtrum Virgo in vtero matris ita sit concepta, vt eam abomni labe peccati originalis excusare possimus, & singulari Dei priuilegio ab omni peccato semper præseruatã credere debeamus? Item, an inter Mariam & Ioseph sit Matrimonium constituendum? Rursus, quã diu illa inter mortales vixerit, & fuerit ne post mortem vna cũ corpore in cælos assumpta? Multi enim & præclari Theologi aliter atque aliter his de rebus sentire videntur, nihil certi Ecclesia præscribente. Tametsit quæ sunt huius arbitrarij generis quæstiones, nõ omnes eodé loco censeri debẽt, sed quòd plures & posteriores Theologi re tota pressius excussa probauerint, id magis eligendũ erit atque complectẽdum. Etenim sicut veræ fidei specimen præbet, quisquis in diuina Scriptura, & sanctæ Ecclesiæ authoritate, vbi & quãdo de illa cõstat, firmiter acquiescit: ita se Christianæ charitatis studiosum & candidũ magis, quã contentiosum ostendit, qui à communi & vicumq; recepta doctorũ sentẽtia non discedit, sed pro eorũ, inter quos viuitur societate seruat, id quod neq; cõtra fidẽ, neque cõtra bonos mores traditur ac docetur, sicut faciendum etiam admonet Augustinus.

Quare non possumus plerisque nouatoribus assentiri, qui contentionis atque distractionis potius quam Christianæ pacis & vnitatis amantes, omne hoc quæstionum genus ad solas Scripturas reuocant, & præter illas nihil ferè admittunt, siue de Maria, siue de personis & rebus aliis Euangelicis, adeóque diuinis, in medium adferatur. Quid autem hoc est aliud quæso, quam cum Deo ipso pugnare, & præpotentis Spiritus gratiam, qui vbi & quando vult, spirat ac docet, vel extinguere vel impedire? Quid est inquam, nisi vias illas ad veritatẽ inuestigãdam atque confirmandam, non sine diuino Numine nobis monstratas atque patefactas perturbare, ac pios à laudabili sapiẽtię studio, vt minus petant, quærãt, pulsent atque proficiant, auocare? Atqui propterea misit Paracletũ Dominus (Tertulliani verbis vror) vt quoniam humana mediocritas omnia simul capere nõ poterat, paulatim dirigeretur, & ordinaretur, & ad perfectum perduceretur disciplina ab illo Vicario domini spiritu sancto.] Et paulò pòst: Quę est paracleti administratio, inquit, nisi hęc, quòd disciplina dirigitur, quòd scripturę reuelãtur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur?] Facessant igitur nasuti ac morosi censores, qui statim nauseant & offenduntur, quum ea de Maria audiunt, vel audiunt, quę in verbo Dei non sunt explicata, sed ex veterum vel recentiorũ Theologorum scriptis perita, eáq. talis personę dignitati, sed & rationi in mẽte piorũ lucẽti cõsentanea, vt de matre

De primo genere quæstionũ Theologicarum.

De secundo genere quæstionum.

Ioan. 14. & 16.

De tertio genere.

Matth. 22.

Galat. 2

Priora quæstionum genera circa mariã quoque locũ habere.

Domini rectè, piè ac probabiliter affirmentur. Cæterum non inuiti fatemur, vim in illis quæstionibus esse maiorem, lucémq; apparere certioré, quę ipsis Scripturæ testimoniis possunt dissolui, vel de quibus iudex veritatis Ecclesia pronunciauit, aut suũ sensum nobis vtcunque patefecit, vt dubitandi locus non nisi contentiosis & peruicacibus relictus videatur. Hæc de triplici genere quæstionũ Theologicarum, quantum ad hunc quidem locum satis esse videbatur: nunc eadem breuitate de peccatis ad præparandum, vt dixi Lectoris animum, nonnullas subiiciemus:

Lib. de peccatorũ meritis & remiss. Peccatũ quid sit & quotuplex.

Peccatum cum Ambrosio definimus, vt sit præuaricatio legis diuinæ, & cælestiũ inobedientia præceptorũ: quũ ea peccati natura sit, vt peccantẽ à summo Deo auocet, eiúsque legi repugnantẽ, vel ab ea certè declinãtem faciat. Duplex autẽ peccatũ cum Theologis statuimus, vt aliud sit originis, aliud actionis. Illud velut hæreditaria quædã lues, inde à primo parente mortalium in omnes transfunditur, qui ex viri & fœminæ coniunctione concipiuntur siue procreantur, neque sine Christiano Baptismo nunc tollitur. Iam verò Actuale peccatũ partim mortale, partim veniale est, suo autẽ ambitu omnia cõprehẽdit, quæ humano corde, ore & opere, siue ex ignorantia, siue infirmitate quadam, siue malitia hominis cõmittuntur. Portò quod vulgus mortale peccatũ & [a] Augustinus lethalem culpam appellat, in Scriptura peccatum dicitur [b] regnans & [c] consummatũ, quod mortem generet, & [d] carnis opus, quod à Dei regno tum fideles, tũ infideles excludat, quódque supplicio æterno dignos faciat. Venialis autẽ culpa per [e] ligna, fœnum & stipulam, quæ sunt ignis non adeò diuturni, nedũ æterni pabulum, ex [f] Augustini multorúmque veterũ sententia definatur, quia persordes & maculas velut vesti candidæ inspersas, & tamen eluendas, vel igne purgatorio exurendas, contrahitur, quemadmodũ grauissimi Patres è sacris litteris probant.

Peccatum actuale grauius mortale, paruum veniale.

a Lib. de bono coniugali cap. 6
b Rom. 6
c Iacob. 1
d Galat. 5
e 1. Cor. 3
f In Enchirid. cap. 63
Et li. de fide & operib. 15 & 16.
g Esaiæ.

FONS autẽ & caput vitiorum omnium, quæ in homines cadunt, originis peccatũ est: idque hominem nobilissimè à Deo creatũ, & in summa dignitate pulcherrimáque iustitiæ possessione collocatũ, diuina gratia spoliat, ac in eam calamitatẽ detrudit, vt statim ille ab ipso conceptu fiat immũdus, & natura sit iræ filius, peccati seruus, morti obnoxius, sed & huius mundi principi Satanæ subditus, ac demũ siue corpus eius, siue animũ spectes, à primæuo illo statu, qui Adę adhuc innocenti contigit, in aliũ longè deteriorem cõmutatus. Hoc nimirum est graue iugum, quod idem humani generis princeps Adam, quum Dei pactũ inobedientia sua rescinderet, suis liberis & posteris omnibus imposuit: hæc dura seruitus, ex qua nullus in libertatẽ seipsum asserere possit: hæc tetra & pestilens macula, quæ cuiusque ex patre & matre procreatæ prolis animam obscurat, deturpat, corrumpit, adeóque mortẽ adfert: hæc sæua plaga, quã omnes quidẽ sentire possumus, satis autẽ deplorare nequimus. Hinc ille tyrãnus carnis, lex membrorum fomes peccati, lãguor naturæ, pabulũ mortis, sine quo nemo nascitur, sine quo nullus moritur: qui si quando transit reatu, semper tamen remanet actu, vt ab Innocentio scriptum est. Ac veteres quidẽ Philosophi in aliis acuti, hic stupidi, de hoc summo vitio nihil intellexerunt, atq; ideirco natura veluti Nouercam temere accusarũt.

Vitiorum omnium fons originale peccatum.

Eccles. 40. Peccatum originale quam pestilens.

Aug. de ciuit. mundi lib. 13.

Neque solũ originale, sed etiam actuale, siue (vt [a] Cyprianus vocat) personale, [b] Augustinus actiuũ, sæpè & propriũ peccatũ nominat, in omnibus Adę filiis reperitur, vt etiã Sancti à primo illo & natiuo peccato mundati, deóque recõciliati, cauere tamẽ non possint, quin saltem in peccata venialia, quæ Augustino etiam minuta dicũtur, sæpè prolabatur. Quare Sanctorũ nõ vera minus, quàm humilis est, manétq. semper confessio: [c] Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. [d] In multis offendimus omnes. [e] Dimitte nobis debita nostra. [f] Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me. [g] Pro hac (iniustitia) orabit ad te omnis sanctus in tẽpore oportuno: [h] Peccauimus, iniquitatẽ fecimus. [i] Non est homo, qui non peccet, quemadmodũ & [k] Milcuitana Synodus & [l] Augustinus huiusmodi Scripturæ testimonia interpretantur. Recte igitur [m] Clemens Alexãdrinus admonet, nihil omnino peccare, Dei proprium esse: & apud [n] Hieronymum Orthodoxus affirmat, sacrilegium esse vel cogitare, quòd homo absque Dei gratia peccato carere possit.

a In serm. de resurr. & tert.
b In Enchirid. cap. 64
Serm. 14 de Sanctis.
Omnes peccato, tum originali, tũ actuali obnoxij.
c 1 Ioan. 1.
d Iacob. 3
e Matth. 6
f Psal. 18
g Psal. 31
h Daniel. 9
i 3. Reg. 8
k Cap. 8
l Epist. 29 ad Hieron.
m Lib. 1. pædagogi cap. 2
n Lib. 1. ad aduers. Pelag.

Originale peccatum sufficere ad damnationem, damnabilius autẽ actuali peccato accedente. Lib. de perc. merit. & remiss.

Scio interim quàm latè hæc pateat, quàm copiosè de his Theologi disputent, quámque luculenter superiora tum Scripturæ testimoniis, tum Patrum suffragiis confirmari possint: sedomissis aliis, vnum atque alterum locum de vtroque peccatorum genere, quod diximus, ex Augustino Theologorum principe huc tantum transferemus. Sufficerit, inquit, ad condemnationem, etiam si non esset in hominibus nisi originale peccatum. Quamuis enim condemnatio grauior sit eorum, qui originali delicto etiam propria coniunxerunt (de actualibus loquitur) & tantò singulis grauior, quanto grauius quisque peccauit, tamen etiam illud solum, quod originaliter tractum est, non tantum à regno Dei separat, quo paruuli sine accepta Christi gratia defuncti intrare non possunt, verum & à salute & vita æterna facit alienos.] Tum ad Hilarium scribens, de mortalibus & venialibus peccatis hæc tradidit: Plane qui misericordia Dei adiutus & gratia, se ab eis peccatis abstinuerit, quæ etiã crimina vocantur, atque illa peccata, sine quibus non hic viuitur, mũdare operibus misericordiæ & piis orationibus non neglexerit, merebitur hinc exire sine peccato, quãuis quum hic viueret, habuerit nonnulla peccata: quia sicut isti non defuerũt, ita etiam remedia, quibus purgarentur, adfuerunt.] Valeãt igitur fastuosi Pelagiani, cœci Armeni, stupidi Albanẽses, & quotquot cum his insanis errorum magistris originale peccatum ignorant, aut inficiãtur, illúdque nõ propagatione, sed imitatione transgressionis Adæ metiuntur, aut præterea pœnam eiusdem post mortem hominis reliquã esse non concedunt. Sit & anathema omnibus, qui vna cum Manichęo contendunt, peccatũ originis non esse accidens in homine, sed substãtiã malúmque substantiale. Facessant insuper qui cũ Bucero sentiunt, infantes ob diuinam prædestinationẽ in materno vtero sanctificari, vel qui cum Caluino tradunt inter capitale, & minutum, vt Augustinus loquitur, siue vt nos dicimus inter mortale & veniale peccatum nullum esse discrimen, omnésque præterea credentium filios ob promissionem Abrahamo & semini eius factam in matrũ vtero sanctificari. Sed & illi detestãdi sunt, qui cũ Luthero iustos in omni opere bono peccare

Quomodo Augustinus de peccatis maioribus & leuioribus, eorumque remediis docerat.

Epist. 89

Errores varij de peccatis ex uendi hoc tempore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut solum infidelitatis peccatum Christiano esse damnabile statuunt, quique demùm cum Stoicis peccata omnia tantùm non æqualia reddere conantur, vt nempe non diuinam modò, sed humanam quoque iustitiam è medio tollant.

An Maria originali peccato subiecta.

His ita constitutis, atque in mentem Lectori summatim reuocatis, ad eam nunc quæstionem accedimus, quæ huius loci est propria: Sitne Mariæ, quemadmodum aliis Adæ posteris, tùm originale, tum actuale peccatum imputandum? Quod autem originis vitium, vt de illo primùm agamus, in Virginem quoque cadat, si solam eius naturam spectemus, & Scripturæ testimoniis, & Patrum sententiis facilè probari potest, multique copiosè admodum confirmârunt. Etenim Scripturæ passim ita loquuntur, vt solùm quidem Christum agnum illum, [a] sicut Petrus loquitur, immaculatum & incontaminatum, aut iuxta Paulum, [b] Pontificem sanctum, [c] innocentem, impollutum excipiant, [d] omnes autem alios Adæ posteros peccati huius lege constringant, eósque in primo parente peccasse, & [e] natura iræ filios, ac [f] sub maledicto esse, verbis & sententiis generalibus adstruant, ac frequenter inculcent. Iam verò Patres tùm Græci, tùm Latini eodem modo cum Paulo censent, homines nimirum vniuersos originis peccatum non effugere, sed ab ipso conceptu immundos ac sordidos Christi egere gratia: omnes enim in Adam peccare, & peccâdo mori, eósque perditos non nisi per Christum, [g] qui solus inter mortuos liber esse dicitur, viuificari atque liberari posse, vt quòd regeneratione attractum est, regeneratione detrahatur, vtque ex peccatoribus iusti, & ex iræ filiis Dei amici per fidē & Baptismum efficiantur. Quid multis? [h] Memento, quoniam omnes in corruptione sumus. [i] Non est homo, qui non peccet. [k] Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei? [l] Quod natum est ex carne, caro est, vt Scripturæ verbis vtamur. Præterea veteribus, vt putant, ignota fuit quæstio quando Maria primùm sanctificata, vel ab originali peccato præseruata sit. Quingenti autem propemodum anni fluxisse dicuntur, quòd à Theologis publicè disputari cœptum est de Mariæ Conceptione: & si verū fatendum est, non leues quidem turbas multis in locis hæc disputatio inter doctissimos excitauit. Ac de Romana quidem constat Ecclesia, quòd in hac Petra, si omnium ætatum scriptoribus creditur, firmissima & sinceriſsima fidei confessio vigeat, quodque ab hac Ecclesiarū matre atq. magistra quæstiones fidei plurimæ maximæque definiantur. Verùm in præsenti causa nullum Ecclesiæ Romanæ iudicium certum reperimus, nisi quòd Sixtus quartus Pont. Maximus tulit legem, qua constat, neutrius partis damnandam esse sententiam, siue Mariam sine peccato conceptam affirmantium, siue contrà, illam ab originis peccato non fuisse præseruatam sentientium. Eandem legem & recepit, & confirmauit postrema Synodus [l] Tridenti celebrata, & suum deinde calculum adiecit [m] Pius Quintus Pont. Max.

a 1. Petr. 1
b Hebr. 7
c Rom. 5 & 1. 5.
d Ephes. 2
1. Cor. 15
e Galat. 3. 4.
Omnes excepto Christo in Adam primo peccare.
f Psalm. 97
g Eccles. 7
h 3 Reg. 3
i Rom. 3
k 1 Ioan. 3
Quàdo disputari cœptū sit de Mariæ Conceptione.
l Sess. de peccat. orig. in proprio diplomate de hac edito. In comment. Hieronimi cap. 1. & 44.

Ecclesia Romana nihil certi statuit, quod sit de Mariæ Conceptione credendum.

Quæ nos idcirco præfamur, ne quis putet vel A à nobis, vel ab Orthodoxis aliis asseri, puram & sanctam Virginis Conceptionem pro certo fidei articulo ab omnibus agnosci & defendi oportere. Nimium ergo est impudens Pomeranus, qui Catholicis affingit, quod pro articulo fidei habeant ac B tradant, Mariam sic sanctificatam esse, vt absque peccato ex viri semine, imò è spiritu sancto concepta sit. Nec huic est dissimilis Tilemannus Heshusius, qui sexcētos errores blasphemiis in Deum plenos collegit, ac non ita pridem edidit, quos, vt ipse ait, Romana Ecclesia contra verbum Dei fortenter defendit. Inter hos errores vnus est, Mariam Virginem sine peccato originis conceptam & natam esse: sic enim docere Scotum & Concilium Basilienſe. Sed ô ridiculum censorem, qui sine iudicio de blasphemis, & cū Dei verbo pugnantibus erroribus iudicat; quique nō sine spiritu blasphemiæ sanctā Romanā Ecclesiā tam attrociter accusat, quàm C peruersè eondemnat. Certè Scotus dubitanter, non asseueranter de re proposita loquitur, & sicut docti sæpè solent, verisimiliter ratiocinatur. Romana vero Ecclesia, neque Scotum, neque Synodum Basilienſem tanti facit, vt ob illorum asseuerantium authoritatem credat, credendique certam tradat regulam de Mariæ sancta Conceptione. Nam de illius Natiuitate posteà respondebimus. Nihil ergo firmi præscribit, sed hanc piam & probabilem opinionem sibi non displicere demonstrat, præsertim recepto & confirmato die festo, qui de Mariæ Conceptione ritu solemni celebratur. Vnde fatetur etiam Chemnitius, & recitē quidem, quòd Sixtus Pont. Max. authoritatem suam interposuerit, scriptóque publico declararit, vtrāque opinionem, Mariam sine peccato, & cum peccato esse conceptam, relinqui liberam oportere, ita vt vna pars hoc illóve modo sentiens, alteram hæreſeos accusare ac damnare minime possit. Nihil enim hîc certi Romanam Ecclesiam & Apostolicam Sedem vnquam definiuisse. Verùm cum Heshusio pluribus contendere non attiner, qui certe nisi effrons & maledicus esset calumniator, illi saltem parceret Ecclesiæ, quam tanti semper antiquitas fecit, vt crederet accessum ad illam habere non posse pertidiam, sicut Cyprianus luculenter expressit. Nec pudet hunc hominem tam contumelioſe Catholicos proscindere, & in illis pleráque dogmata reprehendere, quæ iam olim Græci Latinique Patres magno consensu, & vno velut ore tradiderunt, & amplexa est semper Ecclesia. Quod si omnes qui Mariæ Conceptionem illibatam probant, D Heshusio errant atque blasphemi sunt, errauit igitur simúlque blasphemus fuit Heshusij præceptor Lutherus, quando hanc ipsam tuetur sententiā, vt postea conuincemus. Nos verò priusquam nouatoribus, qui turpissimam peccati notā purissimæ inuruntur Virgini, respondeamus, committere non posumus, quin Catholicorum quorundam aduersus sanctam Mariæ Conceptionem disputantium sententiam, sine graui contentione, & saluo Christiano candore, paulisper expendamus.

CAPVT SEXTVM.

Disputatio contra eos, qui salua ecclesiæ fide, immaculatam virginis Mariæ conceptionem oppugnant.

DVPLEX

Catholici & Sectarij, non eodem modo contra puram Mariæ conceptionem disputant.

DVPLEX nobis aduersantium est genus, qui Mariæ Conceptionem à lege peccati nolūt excipi: alterum quidem Catholicorum contra illam, salua Ecclesiæ fide disputātium: alterum verò Sectariorum, qui omni Ecclesiæ authoritate contempta, nihil præclari de Conceptione vel sentiunt, vel admittunt. Priores etsi Virginem aliis omnibus Adæ liberis in peccato cōceptis conferunt, mox tamen illam in vtero materno sanctificatam esse confirmant, mirabiliter speculantes, eodem quasi temporis puncto animam Virgims quum in corpus infunderetur, contraxisse peccatum, & statim ab eo singulari Dei gratia expurgatam fuisse: semperque posteà Virginem prorsus integram, innocentem & culpæ omnis expertem perseuerâsse. Quare si Ioanni Baptistæ, aut Hieremiæ, aliisve vllis in vtero materno contigit sanctificatio, vt nefas est subdubitare, eam longe amplius ac perfectius Mariæ contigisse libentissimè confitentur, fortissimeque defendunt.

De sententia Catholicorū de puritati conceptionis Mariæ minus fauentium.

Luca 1. Hier. 1

SEDENIM, si liberè quod sentio dicendum est, bi se Mariæ simul benignos, simul rigidos censores præbere videntur. Benigni sunt sanè, quando illam aliis in matris vtero sanctificatis anteponunt, & præ cæteris omnibus sanctam priusquam natam prædicant, & præterea vitam eius totam ab omni peccato immunem asserunt ac tuentur nullum vt Mariæ proprium & actiuum fuisse peccatum constanter affirment. Quæ omnia illi sine scripturis affirmant, solo nitentes priuilegio Mariæ concesso, cui multa & magna fecerit Deus, quæ nullis aliis quàm libet eximiæ sanctis vnquam communicârit. Alioquin si secundum Scripturę normam iudicabimus quotquot Adamo secundum carnem in humani generis propagatione succedunt, siue viri sint, siue mulieres, in materno vtero non sanctificantur, sed in peccato ac ira diuina simul concipiūtur & nascūtur, nati verò sine peccato difficilem illā inter [a] carnem spiritúmque luctam nequeunt absoluere, sed [b] omnes in multis offendunt, [c] sæpè in die cadunt, [d] à via sua declinant, nec solùm inutiles, sed & mendaces reperiuntur. Contrà verò, illi se rigidos exhibent, quando sine omni candore, sine reuerentia Virginem matrem aliis Scripturæ dictis, quibus omnes peccato Adæ subiiciuntur & inuoluuntur, adstringunt. Verùm si illic Mariæ priuilegium vltrò tribuunt, cur hîc inclementer adimunt quæso? Si absque peccato illa omnem vitæ suæ decursum perficere potuit, absque peccato etiam concipi non potuit? Qui Virginem in stupendo illo conceptu & partu integram conseruauit, & filij Dei in carne manifestati matrem effecit puritissimam, illéne talem Virginem & matrem in peccati sorte & sorde aliquando reliquit, & prima muliere infeliciorem condidit? quam sanè constat nulla peccati labe inustam, sed prorsus nitidam & integram esse formatam. Vltrò largiuntur primis parentibus, quod originali gratia iustitiáque ornatos eos condiderit Deus, ita vt in originali peccato nunquam concepti fuerint. Hoc ipsum beneficium ac priuilegium cur inuident potius quàm concedunt Virgini matri?

Iusta communis scripturæ regulam à peccatorum nullius immunis.

a Galat. 5
b Iacob. 3
c Prouer. 24
d Psal. 13. 52 & 115.

Sententiæ in scriptura generales ad singulares.

SED ad Scripturas expressis pronocant, vt quod volunt euincāt. Nos illis verba Scripturæ largimur, A sensum negamus, idque cōstanter dicimus, in Scripturis multas propositiones, vt vocant, vniuersales adferri, quæ commodā interpretatione, sæpè & certam exceptionem requirant, sicut Scripturarū periti omnes agnoscūt, & res ipsa fateri cogit. Etenim ad omnes non pertinent, licet de omnibus tradi videantur hæ sententiæ. [a] Omnis caro corruperat viā suam super terram. [b] A minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur. [c] Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus, impetu vadēs ad prælium. [d] Omnes quæ sua sunt, quærūt, non quæ Iesu Christi. [e] Illuminat omnem hominē venientem in hūc mundū. [f] Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones. [g] Bibite ex eo omnes. [h] Omnia traham ad me ipsum. [i] Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt. [k] Omnis homo mēdax. [l] Omnia mihi licent. [m] Omnibus omnia factus sum. [a] Effundam de Spiritu meo super omnē carnem. [b] Concluſit Deus omnia in credulitate, vt omnium misereatur. Adeò vera & certa est [c] Fulgentij regula, diuinis eloquiis esse familiare, vt omnes nonnumquam dicant, nec tamen omne humanū genus in ipsis omnibus semper intelligant. Et sicut Photius Patriarcha Constantinopolitanus annotauit, sæpe in Scripturis figura est vniuersalis, sed non tamē sententia vniuersaliter accipienda. Habet igitur Scriptura leges cōmunes, sed singulis Christi membris non accōmodandas: proponit Canones, sed quibus potentiam suam Deus non alligauit, vtpotè suum sibi ius retinens integrum in legibus relaxandis, ac de illarum rigore, quando & quibus ipse vult, aliquid remittendi. An non contra naturam, & præter communem Dei ordinationē Sara nonagenaria & Rebeca sterilis filios pepererunt? Quomodo Enoch viuus ex hoc mūdo in paradisum trāsfertur? Quid Elias, qui verbo Domini continuit cælum, & à se ignem terræ deiecit, & in turbine ignis & curru equorum igneorum in cælū receptus est? sicut Sirach de illo testatur. Qui præterea Elisæum prædicat, quòd corpus eius mortuum prophetârit, & in vita sua fecerit mōstra, sed & in morte mirabilia fuerit operatus. Quo loco alij legunt: Miracula designauit in vita sua, defunctique facta miranda sunt. An obscura est lex antiquæ Circūcisionis? Seuera illa quidē, & sub graui Dei interminatione omnibus & singulis præcepta masculis, sed multis tamen annis ab Israelitis sine peccato intermissa, & iussu Iosue tandē in vsum reuocata. Quis verò nescit, quam multa & magna fecerit Mariæ matri Deus non secundū legē sanè cōmunem, sed ex mera & effusa in illam liberalissimè gratia? quùm nullos ferè terminos suę bonitati ac prouidentiæ in illa Sponsa tum sanctificāda, tùm exornanda sibi statuisse videatur. Quid ni verò? quum summa illi facultas esset, Matrem quā vellet, ex omnibus deligendi, eam verò vellet ad hoc tantum munus adsciscere, quæ sibi gratissima, necnon puritate & innocentia simillima foret.

Exempla Scripturæ de operibus Dei supernaturalibus & extraordinariis.

a Genes. 6
b Hiere 6.
c Hiere 8
d Philip. 2
e Ioan. 1
f Ioan. 10
g Marc. 14
b Ioan. 11
i Psal. 13
k Psal. 115
l 1. Cor. 6. 10
m 1 Cor. 9
a 1 ad Tim. 2 & Act. 2
b Lib. de incarnat. & gratia Iesu Christi, cap. 12. In responsis ad Amphilochium.

Genes. 21 & 25. Genes. 5 Eccles. 44

Nihil mirum Deum etiam in Conceptione adfuisse magis Mariæ quā reliquis.

4. Reg. 13 Eccles. 48 Genes. 17 Iosue. 5

ATQVI non decet, inquiūt, Mariæ Conceptionem CHRISTI Conceptioni exæquari, qui solus absque peccato conceptus, in hunc debuit prodire mundum, vt ex immundo conceptos semine purificaret. Absit procul, vt cum Christi aliqua iniuria de MARIÆ Conceptione philosophemur, & tanti filij gloriam propter matrem, dicam & ancillam obscuremus. Vni CHRISTO hanc incomparabilem & perpetuam vindicamus

Mariæ pura Conceptio nō præiudicat Christi conceptioni. Christi Conceptio multis modis excellit Mariæ Conceptionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

-prærogatiuam, quod non ex virili semine sed supra omnem naturæ ordinem Spiritus sancti virtute in Virginis vtero conceptus fuerit: quod eodem planè momento, vt alibi docebimus, quo carnem Verbum æternum assumsit, perfectus Deus & perfectus Homo extiterit: quod omni ex parte per se purus, ac natura sanctus, nullo vel mediatoris vel Redemptoris beneficio indiguerit: quod statim ab ipso conceptu tantam charismatum omnium abūdantiam acceperit, nulla vt eis facta fuerit accessio vtque iusti omnes quicquid bonorum habent spiritualium, ab illo fonte mutuentur, & sine illo nihil omnino possint Deo gratum efficere: quòd demum tàm eximio semper fuerit innocentiæ, vt nec peccatum fecerit, nec potuerit quidem peccare, licet pro nobis [a] peccatum, imò & [b] maledictum factus esse dicatur. Nihil autem horum omniū Virgini tribuunt, qui Conceptionem eius illibatam piè tuentur: quinimò aperte fatentur, quòd eadem ex maris & fœminæ coniunctione, & secundum legem naturæ procreata sit, peccato vtique subiiciēda, ac inter iræ filias recēsenda, nisi eximia & singulari quadam Christi filij ac Redemptoris beneficio præseruata fuisset, quò minus natiui peccati sordibus inquinaretur. Per gratiam inquam, non per naturam ab originalis peccati cōtagione exemtam faciunt, quæ tantò magis Christi Redemptoris merito & misericordia eguerit, quantò præstantius est, à peccato ne contrahatur præseruari, quàm à contracto mundari. Nam vtrumque beneficium ad Christum pertinet Redemptorem, & culpam commissam lapsis condonare, & Mariam in perpetua innocentia ne laberetur, conseruare. Certè qui alterius ope, ne hostis mancipium fiat, maturè liberatur, redimi quidem & ille dicitur, suoque Redemtori haud minus debet, quàm si captiuus ex ipsis vinculis erueretur. Hinc nonnulli gemiam statuunt Redemptionem, subleuatiuam nimirum & præseruatiuam, hanc verò illa nobiliorem & perfectiorem esse non leuiter probant. Non ergo Christi gloriam imminuit, sed singularem eius bonitatem atque sapientiam magis commendat, quòd vt sæpè alias, sic etiam in Conceptione, Matris rationem Filius maximam habuit, sanctamque semper radicem & arborem, ex qua fructus ipse sanctior prodiret, peculiari studio sibi præparauit. Vbi nobis Durandus quoque suffragatur, licet alteram interim prepugnet sententiam, & in hunc modum scribit: Puto quòd si beata Virgo peccatum originale non contraxisset, posset tamen verè dici redemta à Deo pro eo, quod in radice sua ex natura suæ Conceptionis obligata erat ad incurrendum peccatum, nisi fuisset à Deo præseruata.] Fatetur idem quoque Caietanus. Si tenetur inquit, beatā Virginem non ex vi Conceptionis, sed ex gratia singularissima in ipso instanti infusionis animę, infusæ illi animæ præseruata ab originali peccato, quod tunc incurrisset, nisi illa gratia adfuisset, nihil contra fidem tenetur: sed specialis modus redimendi ac saluandi à peccato originali Christo attribuitur respectu suæ Matris.]

Age verò parumper expendamus, quibus de causis Mariæ faueant & patrocinentur, qui omnis actualis peccati labe illam liberare contendunt, vt nullum vnquam mortale aut veniale crimē admiserit, ex Dei nempe gratia speciali. Causas eius rei nescio quis doctius & luculentius, præterquā scholasticorum Doctorum facilè princeps Thomas Aquinas exposuerit, & his quidem verbis illas recenser: Illos quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat & disponit, vt ad id, ad quod eliguntur, inueniantur idonei secundum illud 2. Corin. 3. Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti. Beata autem Virgo fuit electa diuinitus, vt esset Mater Dei, & ideo non est dubitandum, quod Deus per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit, secundum quod Angelus ad eam dixit: Inuenisti gratiā apud Deum, Ecce concipies, &cæt. Non autem fuisset idonea Mater Dei, si peccasset aliquando: tum quia honor parentum redundat in prolem, secundum illud Prouerbior. 17. Gloria filiorum patres eorum: vnde & per oppositum ignominia Matris ad filium redundasset. Tum etiā quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit. Dicitur autem 2. ad Cor. 6. Quæ conuentio Christi ad Belial? Tum etiam, quia singulari modo Dei Filius, qui est Dei Sapiētia, in ipsa habitauit, non solum in anima, sed etiā in vtero. Dicitur autem Sap. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et ideo simpliciter fatendū est, quod beata Virgo nullum actuale peccatum commisit, nec mortale nec veniale: vt sic in ea impleatur quod dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.] Præclarè hæc quidem & eruditè Thomas, vt probet nullum actionis peccatum, siue mortale, siue veniale, in Mariam cadere, quam non modo Matrem, sed & idoneam dignamque Dei matrem esse oportebat. Quid verò impedit, quo minus easdem rationes tres ab illo redditas amplectamur, eoque conuertamus, vt Mariam etiam ab originali peccato vindicemus? Primum illius iudicio indecorum, & quodammodo ignominiosum Christo esset, si tanti filij matrem actionis vitio pollui fateremur. Sed quanto maiorem & Christo & matri conflabit ignominiam (iudicet quæso Lector) si originale piaculum, quod hominem Deo inimicum, Satanæ mancipiū efficit, in Mariam deriuemus? quum hoc peccatum quodammodo præponderet actuali, longéque sit existimandum grauius, siue infectionis, siue turpitudinis, siue magnitudinis ratio habeatur. Deinde si Christi consulamus honori, quid minus cōgruit obsecro, quàm talem illi assignare parentem, quæ peccati serua, Dei inimica, maledicto obnoxia, ipsique dæmoni aliquādo subiecta fuisse credatur? Adhæc secundum Thomæ sententiam, nec veniaciter quidem delinquere decebat Mariam, ne vllā cum Belial conuentionem vel societatem habere videretur illa quę Christo semper debuit esse coniunctissima. Sed enim multo minus illam decuit originis macula fœdissima conspurcari, ne summa illius cum Christo affinitas perfectaque cōiunctio hoc infami crimine, per quod Adæ filii omnes in Dei odiū incurrunt, & diabolo coniunguntur, vel labefactaretur, vel obfuscaretur. Rursus verè à Thoma dicitur, quod æternæ Sapientiæ & Sancto Sanctorum nonnisi purum sanctumque domicilium instruendum fuerit & accommodandū. Atqui huc maximè pertinet, si corpus nō solum à veniali, sed etiam ab originali peccato purū & incorruptū Matri Redēptoris attribuamus, vt habitet nēpè Christus

[a] 2. Cor. 5
[b] Galat. 3
Quo sensu pura conceptio Mariæ probetur.

Ad Christi gloriam illustrādam facit opinio de Mariæ pura Conceptione.

In 3. sentēn. dist. 3. q. 1 Durādi & Caietani testimonia.

In 3. part. Thomæ q. 27. art. 2

Eisdem rationibus puram Mariæ conceptionē defendi, quibus ab actuali peccato

stus, aptāque sibi sedē æterna Sapientia vendicet in vtero non expurgato, sed semper immaculato, quē nulla vnquam veteris fermenti labes vel modicè aspersérit atque vitiarit. Hoc nisi Mariæ donemus, ac de illa nobis persuadeamus, non video sanè, quā rectè perfectéque dicat illi sponsus ille cœlestis, quod Thomas dici rectè postulat: Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Quomodo enim in oculis Dei hæc verba loquentis tota pulchra & immaculata censeatur, quæ tàm enormis peccati velut cœno oblita & defœdata, suū primæuum debitumque nitorem amisit, & quasi sub nequissimi serpentis pedibus deuicta iacuit atque prostrata? Quid? quod idem Thomas non satis hic sibi constat (pace tanti viri dixerim) quum alibi purā Mariæ Conceptionem adstruat, & his verbis cōfirmet: Ipsa purissima fuit quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.] Ac alibi rursus docet: Puritas intenditur per recessum à contrario: & ideo potest aliquod creatum inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, sine vlla contagione peccati: & talis fuit puritas beatæ Virginis, quæ à peccato originali & actuali fuit immunis. Tamē ista puritas fuit sub Deo, in quantum erat in ea potentia ad peccādum.] Sed & Caietanus, qui Thomæ doctrinam defendit acerrimè, non diffitetur Mariæ puritatem post Christum fuisse maximam, sed hunc ex vi suæ Conceptionis sanctum facit, qui nullo modo indigeret redemptione: Mariam verò secundum naturam in peccati maculam incursuram fuisse dicit, nisi munus præuenientis gratiæ illam in ipso instanti infusionis animæ impediuisset, ideóque Christi redemptione Virginem indiguisse. Hæc ille pro altera opinione profert, licet in contrariam magis inclinet, vt originale peccatum non quidem in tempore aliquo, sed in ipso vt vocant, instanti, quum animā corpori fuit infusa, Mariæ imputetur: neutram verò partem fidei documentis aduersari libere profitetur. Videant interim alij, quàm rectè Caietanus Thomæ suo Aquinati consentiat, simpliciter asserenti, Mariā si absque originali peccato conceptā fuisset, Redemptore Christo, & salute per Christum facta non illi opus fuisse. Secus enim, vt dixi, Caietano visum est, nec immeritò sane.

Sed Scripturas à nobis adhuc exigunt, quibus hāc Mariæ ab ipso Conceptu puritatem probemus. Enimuerò qui Catholicè sentiunt, ignorare non possunt, quàm multa sine Scriptura de Maria pij profiteantur, & aliis profitenda commendent. Cur igitur illi ipsi hoc vnum, quod ad peccati Deo aduersantis exclusionem pertinet, ac minimam veræ iustitiæ æternæque salutis partem tenet, de tanta Virgine nolunt profiteri? Cum Thoma isti testantur, omnibúsque persuasum volunt, Mariam statim post animæ in corpus infusionem præ aliis omnibus in Matris vtero diuinitus esse sanctificatam, maiorēque donatam & repletam gratia, quæ & à malo ipsam liberaret, & in bono perficeret, & ob plenitudinem gratiæ Christo propinquissimā redderet: hāc igitur ab omni peccato actuali siue mortali, siue veniali semper immunem conseruatam pronunciant, quam ne inordinati quidem passionum motus, qui rationem perturbant, attigerint: nec Christi Matrem idoneam videri posse, si aliquando peccasset: tantam in illa gratię cōpiam exū-

Quomodo Maria tota pulchra & sine macula præ dicatur.

Thomas aqui nat aliquādo fallus est. Mariæ conceptionem esse sine peccato.

Ibi expos. Angelici a salutationis.

In 1. Sent. dist. 20. art. 2. 3

Maria immunis ab omni peccato dicitur à Thoma.

Argumentum Thomæ ad probandam Mariæ Conceptionem quoad culpam valere.

In 3 part. Thoq. 27. art. 1

Negatur & Caietanus, quod Mariæ Conceptione bonus Christus admitti posse.

Opusculo de humanitate Christi.

Non exigendum esse Scripturas de Mariæ Conceptione immaculata.

Opusc. de humanit. Christ.

A dasse. Cur hic verò resistunt, nec longius progrediuntur, vt ad ipsum Mariæ Conceptum suam liberalitatem extendant, ac priuilegium, vt sic dicam, dimidiatum absoluant? Agedum porrò quas proferri volunt sibi Scripturas? an noui Testamenti? Atqui hæ in capite & fundamento salutis nostræ Christo constituendo versantur, & primas velut lineas doctrinæ cælestis ostendunt, Mariæ verò & Apostolorum vitam attingunt magis quā explicant: quanquam nec omnia quæ Christus fecit, si Ioanni credimus, eloquuntur atque pertractant. Sin veteris testamenti Scripturis agendum est, nō illic sanè desunt vmbræ, typi, figuræ, quibus vetus & rudis ille populus ad veritatem Euangelicam præparabatur, quibus & Maria nobis ita depingitur, vt illius præcellentem perpetuámque puritatem, si candidi & non præfracti censores esse velimus, non adeò difficile sit colligere atque piis comprobare. Nam & Paulus perspicuè tradit, Iudæis omnia in figura contigisse, vt quæ ad noui Testamenti statū pertinent, saltem eminus à prisciis illis conspicerentur, & eadem scripto consignata, ad fidem Christiani populi stabiliendam adiumentum adferrent.

Ratio scribēdi nouum Testamentū maximè ad Christi pertinet.

Testamenti ad quid conferant.

2. Cor. 3

1. Cor. 10

Insignem Mariæ puritatem ex figuris antiqui Testamēti nobis ostendisque ad eius conceptionem referri possint.

An Mysterio vacat, Adamum primum parentem non aliter à summo Deo conditum esse atque formatum, præterquàm de terra Virgine, nulli adhuc maledicto subiecta, neque humani sanguinis profusione vnquā vitiata? Hic typus Christum secundū Adam haud dubiè attingit ac refert, qui de Matre nullo vnquā peccato inquinata, nulli maledictioni obnoxia, nulla concupiscentiæ, aut libidinis labe aspersa atque infecta, sed sicut in omni vita, sic etiā in Conceptione, quæ vitæ principium esse soler, sincera & immaculata existeret. Ad Euam porrò primam in terra mulierem veniamus, quæ multis modis Mariæ typum gessit & expressit, inprimis verò si creationis & originis rationem ritè cōtempleimur. Nullum in orbe peccatum hominis extabat, originalis tantum vigebat iustitia, quando pura & integra Virgo illa, quæ posteà Euæ nomen accepit, ex iusti viri costa conflata & formata prodiit, eáque primo Adæ verè pulchra & amabilis, ac summæ familiaritatis, maximéque charitatis coniunctione digna iudicata est. Hac velut imagine iam tum præluſit & ostendit Deus, quod in altera Eua efficere posteà decreuerat, vt præ cæteris illa Virginū princeps & Mater viuentium, ac verè virago futura, sicut eam Epiphanius vocat, singulari Adæ beneficio talis conciperetur, qualem idem secundus Adam ob summæ puritatis ac innocentiæ raram pulchritudinem meritò sibi adscisceret, summáque coniūctione copularet, ac inter filias Hierusalem vnam omnium speciosissimam ac generosissimam sibi statim inde ab ipso principio redderet.

Primus Adam de terra pura formatus.

Genes. 2.

Euæ productio Mariæ. 6. cepti & ortū adumbrat.

Genes. 2.

Contrà Aposticomarianitas. nit. hæres. 68

Nec ab hoc negotio aliena est de Salomone Rege scripta historia, qui thronum sibi fecit de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, nec factum est tale opus in vniuersis regnis. Vbi Mariam rursus pulchrè depictam habemus, sicut & Petrus Damianus comprobat, nec malè adumbratā eburneo grandi & elegāti throno Salomonis, qui certe summam summi Dei sapientiam, ipsúmque Marię filium Christum nobis certo certius repræsentauit. Huic alteri Salomoni suus constare debet thronus ut. excellens, sublimis, Augustus, ac omni ex parte

3. Reg. 10

Salomonis thronus Mariam ac eius puritatem indicat.

Serm. 1. de Mariæ nativ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem elaboratus, nihil vt spectandum purius & magnificétius orbis posset exhibere. Quàm pulchrè autem & quàm commodè in hoc mystico throno (Mariam loquor) nostet Salomon conquieſcit, ſuúmque regnum auſpicatur? throno inquam tàm grandi, vt cæli terræque principem ſuo ambitu cõtineret: throno eburneo, quem omnis puritatis cãdor inde ab initio vndique commendaret, ac throno demum ob fuluum aurum rutilante, quem fulgens eximię charitatis virtus coram Deo & Angelis vel maximè cohoneſtaret. Eodem pertinet, ſicut multi confirmant, dicti Salomonis templum, quo nihil erat apud Iudæos olim admirabilius, tẽplum inquam tàm ſumptuoſe ſollicitéque conſtructum, tàm ſapienter & exquiſitè diſpoſitum, tàm præclarè & ſplendidè intus & foris exornatum, vt etiã ethnicis intuentibus ſummam ſimul admirationem & venerationem adferret. Ac noſtri quidem Salomonis templum, niſi cœci ſumus, in Maria cernitur meritóque prædicatur, ſuſpicitur & colitur, ſed de ipſo architecto non optimè profectò iudicabimus, ſi hoc eius opus non omni ex parte purum, perfectum & expolitum eſſe fateamur.

Templum Salomonis Mariæ pulchrè conuenit.

3. Reg. 6

Quid ego de Arca teſtimonij porrò dicam? quã optimus artifex Moyſes ſedulò fabricauit, & ex lignis Sethim imputtibilibus accuratè compegit, & ne quicquam ad ſummam deeſſet elegantiam, intus & extrinſecus auro præſtanti affabrè texit atq; munuit, vt vas nempè mundiſſimum atque ornatiſſimum eſſet, quo Manna illud cæleſte contineretur. An non ſatis hoc typo admonet Spiritus ſanctus, qualem futuri Meſſiæ Matrem eſſe oporteret, ſummi profecto artificis Dei nutu & ſapientia ſic conditam, quam nulla vel peccati corruptio, vel putredo vnquam inuaderet, quæ ab omni vitiorum carie & ſitu immunis perſeueraret, quam quum in corpore, tum in animo nulla virtus magis quàm flagrans & incredibilis Dei charitas, quæ ſicut aurũ in igne tribulationis probatur, vndique cingeret, firmiſſimè tegeret, ſolidiſſimè corroboraret, & pulcherrimè inſigniret. O ſalutiferam & impuritatis omnis expertem arcam, quæ panem de cælo allatum, & filiis Dei ne deficiant in via neceſſarium, ambitu ſuo primum complexa eſt, tótque mẽſibus intimis corporis ſui receſſibus cõſeruatum ita produxit, vt is demum vniuerſo mundo edendus præberetur. Hic locus voluptatis, [a] in quo delicias deliciarum, vti [b] Damianus vocat, Deus ipſe cumulauit, neque vt in cælo apud Angelos, prauitatem reperit, locus inquam, de quo fons ille debebat aſcẽdere, qui vniuerſam terræ ſuperficiem irrigaret.

Exod. 36

Arca teſtimonij Mariam eiuſque puritatem declarat.

Proverb. 27. & Eccleſ. 1.

a Genes. 2

b Ierom. de annunciat. Mariæ.

Maria inſtar paradiſi, horti cõcluſæ, horti cõcluſi, nobis deſcribitur.

Hic paradiſus ſingulari cura à Deo plantatus, in quo nihil lethale, nihil noxium, nihil ſpinis obductum, ſed omnia ſuauia, lenia & ſalutaria: Paradiſus inquam, generis omnis floribus pulcherrimis exornatus, quibus apis illa cæleſtis, hoc eſt, incarnata Sapientia ibidem habitans paſceretur, & quem Angelicum præſidium vndique cingeret ac muniret, & in cuius medio lignum vitæ primum inueniretur ac mirabiliter operaretur. Hæc vna ſpecioſa & electa dilectáque columba, ſuum ſemper natiuũ & perpetuũ candorẽ retinens, omnis peccati ſorde, fœtore, felle vel amaritudine vacans, nihil niſi viridum ac floridũ Domino ſuo exhibens, eique poſtquàm emiſſa fuit, perpetuo fida & gratioſa. Hic hortus mirè ſolideque concluſus, ipſo etiã Paradiſo præſtantior, ad quem nullus ſerpenti acceſſus pateat, nulla peccati labes penetret, nulla dei maledictio ingrediatur. Hæc mulier Hebræa veri Moyſis mater, nunquam ſeruile iugum ſub Pharaone paſſa, in Ægypto ſemper libera, inter omnes alias mirabiliter conſeruata, & ingenti ornata priuilegio, ſuum vt filium ad totius ſalutem populi & pareret, & enutriret. Hæc virga Ieſſæ nunquam curua & ſemper erecta, præque omnibus benedicta, quæ benedictum & florem & fructum toti mundo generauit. Hæc demum ſingularis illa domus, de qua veri Iſraelitæ cum Propheta dicant: Ecce impleuit gloria Domini domum eius.

Cant. 4

Genes. 8

Cæterum eiuſcemodi, pluráque id genus legis myſteria, quæ longum ſit perſequi, infelices Iudæi, ſi velint, contemnant, vtpotè quorum oculos veluti clauſos antiquum velamen impedit, quique ſuæ vocationis tempus cum ſuo maximo malo peruicaces ignorant. Sint etiam è Chriſtianis, qui tales typos, aut ſocordes negligant, aut contentioſi ſtudiant, aut nimium naſuti reſpuant, quoniam illis datum non eſt, legis typos & myſteria cognoſcere, nec didicerunt Prophetarum dicta cum Euangelica veritate & Redemptoris noſtri matræ conferre. Vidit certè in ſpiritu Dauid propheta terram, de qua veritas oriretur, & gaudio inde perfuſus, cantauit: Benedixiſti Domine terram tuam. Veritas de terra orta eſt. Terra noſtra dedit fructum ſuum, ſicut [c] Arnobius hunc Pſalmum ad Mariam quoque transfert, eúmque ſequitur [d] Iſidorus. Et erunt adhuc, qui ex hac benedicta terra (Mariam inquã) tantum non maledictam facere & proclamare conentur? Vidit idem Pſaltes regius domum ac habitationem Meſſiæ propriam: videndo autem quaſi gratulabundus in hanc vocem erupit: Domum tuã decet ſanctitudo domine. Quæ autem ſanctitudo tali habitatore digna atque perfecta ſit, ſi cum peccati vel ſcoria, vel fermento vnquam commixta fuiſſe dicatur? Vidit rurſus Dauid purum & exornatum tabernaculum, quod promiſſus ſibi & Abrahæ filius in domo Iacob aliquando inhabitaret, & in quo magna cum voluptate cubaret Dei Filius: nec ſolum vidit, ſed eius præſtanti etiam ſpecie delectatus exclamauit, Sãctificauit tabernaculum ſuũ altiſſimus, quemadmodum hunc locum de Maria Methodius interpretatur, eámque ſanctiſſimum & auguſtiſſimum Dei tabernaculum vocat. Quomodo autem hoc tabernaculum rectius, talique & Filio & matri conuenientius ſanctificatum putemus, præterquã gratia, vt vocant, prꝫeniente, & à peccato præſeruante, omnibusque virtutibus Mariam imbuente, quam ſibi ſoli Deus in puriſſimum tabernaculum & impollutum planè thalamum, vnde tanquam Sponſus in orbem procederet, elegit, aſſumpſit, conſeruauit? At de Mariæ ſanctificatione poſteà. Etſi verò ſenſus allegoricus eſt imbecillior, quàm qui nobis fidei neceſſitatem imponat, quique renitentem cogat aduerſarium, præfracto autem & contentioſo vix quicquam ſatis fuerit: idem tamen bonos in recta confirmat ſententia, & veritatem ipſam illuſtriorem efficit, piósque in ſuo inſtituto non parum recreat & conſolatur.

a Lib. cõtr. in pſalm. 50

b In ſuarrat. pſal. 50

c Pſalm. 50

Luc. 1

d Lib. 1 de oper. ſpir. ſanct. ca. 20

Chriſtus quo modo ſanctus & ſanctificans ſanctum dicatur.

Chriſtus ſuã gratiam nulli negat quam Matri ſanctificãdam ſecundum Patrum ſententiam.

d Lib. de incarnatione verbi.

e Daniel. 9

Vide & ibidem Cyrill. lac.

CAPVT

CAPVT VII.

Reſponſio ad Patrum, & præcipuè Bernardi ſententias, quæ cum illibata Virginis Conceptione pugnare videntur.

Quid de patribus matrę peccatum ad ſcribentibus ſit ſentiendum.

QVi Mariam in Conceptione maculatam potius quam purã & ſanctam videre & monſtrare gaudent, magnam ſuæ cauſæ præſidium in Patribus ponunt, eósque contrariæ ſententię aſſertoribus fortiter opponere ſolent. Enimuerò, ſi Patrum verbis mordicus inhæremus, non deſunt ſanè, qui Matrem Domini in Euangelio & reprehenſibilem, & reprehenſam fuiſſe doceant, talémque faciant, quam ab actualis vitij nota difficile ſit vindicare: quorum tamen opinionem alibi diluemus. Id verò conſtanter iſti cum quibus diſputamus, negant, ſicut & Thomas contra illos Patres excipit, qui Mariã actualis peccati turpi onere grauare videntur. Deinde more Scripturæ loquuntur veteres, vt oſtendant ſecũdum legem communem naſcentiũ, omnes peccati lege teneri, totúmque mortalium genus ex ipſa conditione naturæ conſideratum, nullóque ſingularis gratiæ priuilegio decoratum, in peccato concipi atque naſci. Hinc Propheta regius non de ſeipſo tantum, ſed etiam in perſona totius humani generis, ſicut [a] Hieronymus, & [b] Auguſtinus interpretantur, dolens hoc queritur, [c] Ecce in iniquitate conceptus ſum, & in peccato peperit me mater mea, quemadmodum idem Hieronymus iuxta veritatem Hebraicam reddidit. De Chriſto autem iidem conſtanter affirmãt, quod ex viſui conceptus, & ex conditione ſuæ generationis, iuréque proprio ſolus ab originis peccato excipiatur, & natura ſanctus, ſiue vt Angelus dixit ſanctum exiſtat. Quam Lucæ ſententiam ſic Rupertus explanat: Multi quidem ſancti vel ſanctificati dicuntur: vnum autem eſt ſanctum, id eſt, ſanctitas, qua ſancti omnes ſanctificantur. Hoc ſanctum eſt, iſte Sanctus Sanctorum, quem non in delicto prꝫuaricationis Adæ conceptum vel natum ſanctitas accidens ſanctificauit, ſed eſſentialiter ſanctũ Virgo incorrupta de Spiritu ſancto cõcepit.] Ac multò ante Rupertum Athanaſius [d] vbi Danielis [e] locũ de Sancto Sanctorum explicat, multis quidem nomen ſanctorũ tribui poſſe fatetur, vni tamen Chriſto id nominis & honoris, vt Sanctus Sanctorum dicatur congruere docet, nimirum non modò propter ſanctitatis excellentiam, verum etiam efficiẽtiam, vt qui citra menſuram ſupra omnes eximiè ſanctus, alios etiam ſanctificet, ac ſanctis omnibus vniuerſæ ſanctitatis cauſam adferat, quia de plenitudine eius, tanquam iugi fonte donorum, nos omnes accepimus, quemadmodum Cyrillus quoque confirmat. Neque interim hos ipſos Patres latuit, Chriſti gratiam & merita ſi in Sanctis vllis, tũ in Maria vim ſuam potiſſimum exeruiſſe, nihil vt illi ad plenam perfectámque ſanctitatem deeſſet, quæ præ omnibus in paratiſſimam, puriſſimam, aptiſſimámque ſummi Dei domum, imò & Matrẽ iam inde ab æterno fuiſſet prædeſtinata. Fuit idem haud dubiè ſenſus veterum, quem Euſebius Emiſſenus hac eſt oratione complexus: A peccati veteris nexu, Per ſe non eſt immunis nec ipſa genitrix redẽptoris. Solus ille licet ex debito renaſcatur, lege tamen veteris debiti nõ tenetur.] Et Ambroſij vox eſt: Solus Per omnia ex natis de fœmina ſanctus Dominus Ieſus, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non ſenſerit, & cæleſti maieſtate depulerit.]

a Lib. cõtr. in pſalm. 50

b In suarrat. pſal. 50

c Pſalm. 50

d Lib. 1 de oper. ſpir. ſanct. ca. 20

Chriſtus quo modo ſanctus & ſanctificans ſanctum dicatur.

Chriſtus ſuã gratiam nulli negat quam Matri ſanctificãdam ſecundum Patrum ſententiam.

d Lib. de incarnatione verbi.

e Daniel. 9

Vide & ibidem Cyrill. lac.

Patres vt à peccato Chriſtum ſolũ excipiãt, reliquos omnes facere peccatores.

Hem. 1. de natiuit. Domini.

In Euang. Lucæ.

Sic enim docemus & nos, quòd per ſe Chriſtus potuit, Mariam potuiſſe nunquam, ſed per ſolam præſeruantem Redemptoris gratiam accepiſſe, vt à communi omnium peccato eſſet immunis, ſolúmque Chriſtum immaculatum eſſe agnũ per omnia, qui legi peccati nihil debeat, ſimúlque mundi peccata tollat, vnus videlicet Dei & hominum Mediator, qui niſi natiua & abſoluta puritate gauderet: prꝰ aliis purificandis ſeipſum offerre, ſuóque iure dicere non poſſet: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, nullum ſcilicet omninò peccatum, ſicut Auguſtinus interpretatur. Cùm igitur aduerſus hæreticos olim certarent Patres, communem fidei regulam prudenter vrſerunt, ac citra diſcrimen omnes tàm paruulos quàm adultos Adæ peccato inuoluerunt, vt generales illos Scripturæ Canones de originis peccato traditos, ſicut diximus, fortius defenderent, ſimúlque Chriſti gratiam omnibus à peccato liberãdis & ſanctitate ornandis neceſſariam confirmarent. Erenim Pelagius & Cæleſtius hos tetros tuebantur errores: pueros ſine peccato cõcipi atque naſci, vt neque Chriſto Medico, neque Baptiſmi Sacramẽto ad peccati remiſſionem egerent, reliquos verò Chriſtianos in hac vita ſine peccato ſic poſſe viuere, vt ſuis ipſi viribus, quum vellent, ſine adiutorio diuinæ gratiæ ſummam veræ iuſtitiæ perfectionem aſſequerẽtur. Hinc factum eſt, vt patres zelo ſancto flagrantes aduerſus hæreticos, peccatum originis exaggerarẽt, Chriſtíque gratiam & eius neceſſitatem fortiſſimè prædicarent. Auguſtinus interim, quem ducem multi proculdubio ſequuti ſunt, & de quo deinde plura dicemus, expreſſè cauet, caueríque vult, vt vbi de peccatis agitur, cuiuſcunque nempè ſint illa generis, nulla illic de Matre Domini quæſtio habeatur, ſed ea prorſus ob peculiarem prærogatiuam excipiatur. Si verò quidam ſecus ſentiunt, & hoc originis vitium Mariæ tribuunt, rectè & illi quidẽ de illo vitio ſcribunt, quod in Virgine, ſicut in aliis omnibus extitiſſet, niſi hæc præcellenti Dei beneficio, vt diximus, præſeruata fuiſſet, & non de actu ipſo, ſed de natura & debito loquentes intelligi poſſunt. Nec enim in Scripturis eſt infrequens, vt quod generatim & abſolutè affirmatur, ſtrictim certáque ratione dũtaxat accipi debeat. Vt nemo bonus niſi ſolus Deus, non bonitatis ac virtutis laudẽ Sanctis adimit, ſed ad omnem hominem ſecundum naturam ſuam, & ſeclusa Dei gratia conſideratum ſpectat. Ita ſi Apoſtolo credimus. Solus Deus habet immortalitatem, vt quæ nulli creaturæ tàm propriè perfectè & ſicut dicunt, originaliter, eſſentialiter

Quomodò Patres Mariã exæquẽt aliis in peccato Conceptis.

2. Timot. 2

Ioan. 12

Tract. 79. in Ioan.

A peccato nullum excipi præter Chriſtum, docent Patres hæreticorum gratiã.

Errores præcipui Pelagianorum.

Quo ſenſu accipi poſſit, matriam in originali peccato eſſe conceptã.

Lib de nat. & grat. c. 36

Propoſitiones in Scripturis generales cũ reſtrictione ne quidã ſæpe accipi debent.

Matth. 19

Luc. 18.

1. Timot. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac independenter quemadmodum ipsi Creatori competit, etsi Angelos interim & hominũ animas immortales esse constet. Eodem modo inde ab ipso conceptu omnis homo peccat, vanúsque & mẽdax dicitur, sicut è Scripturis Patres frequenter & citra exceptionem vllam asserunt, aliquando Mariam etiam includentes. At certum est eos de summa summi Dei bonitate & potestate nõ dubitasse, qua fieri posset, vt huic aut illi creaturæ singulare beneficium ac eximium priuilegium, sicut est originalis iustitia, communicaretur.

Non ad fidei regulam spectat, si Patres duram Mariæ Conceptionẽ non comprobent.

Quanquam minus attinet veteres excusare scriptores, qui re parum considerata, & in nullam adhuc disputationem adducta, suam dicere sententiã liberè potuerunt, nullam verò firmam & necessariã credendi regulam aliis hac in re præscribere aut voluerunt, aut debuerunt. Versabantur illi in aliis de fide quæstionibus longe grauioribus, atque vt res ipsa postulabat, satis habebãt præcipua religionis capita de Deo diuinisque personis, ac de iustificante Christi gratia contra infestos & grassantes tũc hæreticos, propugnare. Huc autem ibant maximè, vt probarent atque conuincerent, ex tota posteritate Adæ nullum in conceptione, nullum in ortu, nullum in vita vel morte ab omni peccato immunem esse censendum, considerata nimirum humanæ tàm imbecillis, quam corruptæ naturæ conditione, & seclusa Redemptoris Christi gratia, cuius vt Augustinus, Hieronymus, Innocentius & Prosper, sic alij etiam assertores acerrimi esse voluerunt. Interim verò quid iidem præpotẽti Christi Saluatoris gratiæ non tribuunt? An verò huius gratiæ virtutem Sanctis omnibus æquè efficacem assignant? Num in quibusdam, & in Maria potissimum gratiæ plenitudinem negant? Qui certè dum Deiparam in omni vita, adeóque in ortu ipso peccati puram prædicant, an non aliis viam muniunt & ostendunt, vt ex eodem fundamento, nẽpe Christi erga suam parentem amore ac studio singulari porrò colligatur, nihil omninò vetare, quo minus vt omnis Mariæ vita, ipsaque natiuitas, sic etiam Conceptio pura & immaculata constituatur? Demum habuerint patres suorum temporum rationẽ, quibus multa vel prorsus incognita erant, vel obscura, neque satis euoluta, quæ posteris diligentius excutienda, & clarius illustranda explicandáque non sine certo dei consilio relinquebantur. Non enim homini tantũ, sed etiam Ecclesiæ Christi tẽpus auget sapientiam, & Spiritus sanctus, vt ex Tertulliano diximus, aliam atque aliam doctrinæ lucẽ omnibus seculis patefacit, vt eadem fide manente, in cognitione veritatis, sicut & in reliquis virtutibus, paulatim proficimus. Igitur vt cætera, ita hoc etiam grauissimè dixit Gregorius Magnus, scientiã spiritualium partim per incrementa temporum crescere, ideóque Apostolos plusquàm Prophetas de diuinis mysteriis cognouisse. Huc refert sententiam Danielis: plurimi pertranſibunt, & multiplex erit scientia: & tandem ita concludit: Quanto mũdus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ sapientiæ aditus largius aperitur.] Et qui ætate sua doctissimus Theologus floruit Gerson, sapienter monet, in his quæ ad inflammandum affectum faciunt, veteres patres efficaciùs quàm posteriores Theologos docere ac monere: hos autem in aliis quæ ad intellectum erudiendum, & ad controuersias ac quæstiones de fide iudicandas pertinẽt, acutius cernere, certiúsque ac limatius veteribus illis pronunciare. Sed nos loco suo monstrabimus, quo iudicio veteres legendi sint, si ea quæ proferunt, cũ Ecclesiæ iudicio, & eum meliore aliorum Scripturum sensu atque consensu minus congruere videãtur. Certè ab initio quum de hac Mariæ prærogatiua disputari cœptum est, nouitas ipsa non poterat non odiosa existimari, & sicut Bernardum, sic alios etiã plures fortassis offendit, quibus non satis consultũ ac tutum fore visum est, nouam & non satis agitatã de Mariæ pura Conceptione opinionem statim recipi ac probari. Qua de re tàm diu, tàm acriter non solum in Scholis, sed etiam in templis est disceptatum, vt qui moderatiores & pacis amantes fuere, modum & finem aliquem tantæ cõtentionis optarent, ne grauiores alioquin in Christiana Repub. motus ob nata Theologorum dissidia exorirentur. Ventum est deinde ad Synodum Basilienſem, in qua noui super hac quæstione congressus Doctorũ sunt habiti, ambæque partes auditæ, & illorum scilicet qui contendebant, Virginem & eius animam per aliquod tempus, aut instans temporis, originali culpæ, vt ipsorum verbis vtar, actualiter subiacuisse, & aliorum qui contra putabant, quod ab initio creationis Mariæ, Deus ipsam amauerit, & amãdo gratiam contulerit, per quam à macula originali personam illam beatissimam liberarit atque præseruarit, ideóque sublimioris sanctificationis genere illam redemerit. Tandem quum rationum momenta essent vtrinque ponderata, totus ille doctissimorum hominum cœtus, vt tranquillitati publicæ consuleret, in hunc modum vno velut ore, anno post Christum natum M. CCCC. XXXIX. definiuit.

Quo spectans Patres in hoc doctrinæ genere versantes.

Quædam posteriores rectius & certius quam Patres in sacris intellexerunt.

Lib. de velandis virg.

Doctrinã spiritualem per incrementum temporum crescere. *Hom. 26 lib. 2. super Ezech.*

Daniel 12. In quibus veteres Theologi recentiori bus præstent, & contra. *In fine libri de oratione.*

Nos diligenter inspectis authoritatibus, quæ iam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriusque doctrinæ coram hac sancta Synodo allegatæ sunt, aliisque plurimis super hac re visis, & matura consideratione pensatis, doctrinam illam asserentem, gloriosam Virginem Dei genitricem Mariam (præueniente & operante diuini muneris gratia singulari) nunquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali & actuali culpa, sanctámque & immaculatam: tanquàm piam & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ, rectæque rationi & sacræ Scripturæ ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam definimus & declaramus, nullique de cætero licitum esse in contrarium prædicare seu docere.] Quæ verba tantò plus ponderis apud sapientes debent habere, quo constat certius, à plurimis & lectissimis variarum nationum Episcopis & Theologis ea esse profecta, qui post graues ac diuturnas conflictationes in vnam hanc sententiam tandem conuenerunt, vt Mariæ Conceptio ab omni peccati contagio, imò & suspicione prorsus aliena censeatur, adeóque solennis & festi diei annua celebratione in Ecclesia cohonestetur, sicut passim multis abhinc annis cernimus obseruari. Atque hęc de illibata Cõceptione doctrina tanquam pia, fideique Catholicæ, & rectæ rationi, sed & sacræ Scripturæ consentanea, nec minus cultui Ecclesiastico cõsona, & proinde omnibus amplectenda hic clarissimè definitur atque declaratur. Scimus interim, authoritatem huic Cõcilio

Disputatio de Mariæ Conceptione prout suspecta & de agitata non recepta & probata fuit.

Decretũ Synodi Basiliensis.

cilio maiorem posse constare, si Romanæ Ecclesiæ calculum meruisset, quoniam vt Gratianus ex antiquis Canonibus probat, quæ Concilia Episcoporum à Sede Apostolica non approbantur, ad definiendum & constituendum inualida reputantur. At vicissim intelligimus, Synodum hanc Basilienſem à multis Prouinciis receptam, & à Sede Apostolica non omnino reiectam esse. Imò quod ad prædictũ decretum attinet, res ipsa testatur, & fidem, & celebritatem de hac ipsa Conceptione nõ modò nostra, sed etiam maiorum ætate quum in aliis Ecclesiis, tùm in Romana, ritu publico comprobari. Deinde nullum præclari nominis vel Episcopum, vel Theologum hac de re scribentem videas, qui eidem decreto, & festi huius celebrationi se palam opponat. Certè Pontifices Max. qui nostra & maiorum ætate Romanam & Catholicam Ecclesiam administrarunt, Sixti quarti Pontif. constitutionẽ mordicus retinuerunt, propositis indulgentiis corroborarunt, & anniuersaria festi diei celebratione cohonestarunt. Quis verò Catholicorum non magnificiat, meritóque amplectendum putet, quod summa Sedes Ecclesiæ Catholicæ matrix & radix, Ecclesiáque principalis, ad quam necesse est omnẽ conuenire Ecclesiam, sicut [a] Irenæus & [b] Cyprianus loquuntur, instituit, recipit, obseruat atque confirmat, adeóque in cultum diuinũ introducit, introductum retinet, ac innouat sæpè? De Sixto quarto Pontifice dubium non est, quin sanctæ Cõceptioni Virginis diem esse sacrum voluerit, cúmque authoritate Apostolica confirmarit, & Christianos ad eundem celebrandum extimularit. Idem verò seuerè vetuit damnari eorum opinionem, qui gloriosam & immaculatam Dei genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, vel priuatim, vel publicè profiterentur. Et quamuis eiusdẽ Pontificis authoritate liberum relinquatur, hanc illámue sequi opinionem, sicut & antea confirmauimus: tamen prior sententia, velut pia magis ac probabilior, vt dictum est, palmã obtinuit passim: nec solum in Romana Ecclesia, sed in aliis etiam longè dissitis nationibus mirabili populorum consensu corroboratur, huc omnium animis maximè propendentibus, vt sanctum sanctæ Virginis Conceptionem càm libenter, quàm reuerenter admittant, sed ámplo que complectantur. Qui verò secus modò sentiunt, eorũ sane rarus est numerus, híque pudore impediti, quod in animo gerunt, & secum ipsi tacitè loquuntur ac sentiunt, palàm efferre ac pronunciare non satis tutum arbitrantur. Tũ si id facere quidam audeant, haud sine publica contradictione vulgique offensione audiũtur: vsque adeò & inuisa & debilitata & exposa, & quodammodò eiecta est penitus nunc opinio aduersariorum, & contraria sententia cunctorum ferè mẽtes occupat. Interim Ecclesiæ Latinæ, quarum vix numerum inire licet, velut obsequentes filiæ, suæ Matris & magistræ, Romanæ scilicet Ecclesiæ, ductum & exẽplum sequuntur, suámque sententiam & iudicium die stato, & ritu publico, multisque lectionibus & sacris cæremoniis non obscurè testãtur. De scholis Catholicis nihil attinet dicere, quæ vt iampridem suspiciunt, sic libenter etiam imitantur Theologos Gymnasij Parisiensis, quos quidem in Europa totiam seculis maximè spectabiles & Doctorum vbique sermone prædicatos commendatósque vide-

Diſtin. 18.

Romana Ecclesia decretũ Synodi Basiliensis confirmat potius quã eneruat.

[a] Lib. 3 aduersus hæreſes.

[b] Lib. 4 epi. 8

Quid Sixtus Pontifex decreuerit circa Virginis Conceptionem, & illicet 1476.

Eidem & sententiam de pura Virginis Conceptione priuatim asserendi atque confirmandi facit.

Scientia Christi de Mariæ Conceptione & imitatio Ecclesiæ Latinæ in hac re.

Ecclesiæ Romanæ non obstare videtur.

mus. Extat autem decretum scholæ Parisiensis, quo planissimè definitur, quòd Mater Domini Maria per nullum instans vel momentum originali culpæ subiecta, sed speciali priuilegio ab omnium macula immunis fuerit præseruata. Cuius decreti obseruãdi parisienses tanto studio, tantáque religione tenẽtur, vt in ordinem Theologorum cooptari neminẽ sinant, nisi sanctè iurãtem, se in asserenda Virginis Matris illibata Conceptione constanter perseueraturum. Nec solum apud Gallos, sed etiam in Hispania & vtraque Germania, qui nomine Catholico censentur, quam sententiã Romana iam Ecclesia tanquam magis piam & probabilem amplexa est, eandem nullo contradicente profitendam, ac perpetuò defendendam recipiunt, ac mordicus tenent.

Cum schola Parisiesi reliqua Gymnasia deferunt puram Virginis Cõceptionem.

Parisienses fidem existimationis huius, à theologis omnibus exigũt.

Postremò de vno Bernardo dicam, qui sanctus Abbas huius sanctæ Conceptionis, vt mihi sanè videtur, & primus & præcipuus oppugnator fuit. Scripsit is epistolam ad Canonicos Lugdunenses, ac illis dissuadere conatur, ne festum de Conceptione Mariæ diem admittant ac celebrent, quoniã huius Conceptionis sanctitas noui aliquid dogmatis adferre videretur. Totsit enim religiosissimum virum ea difficultas, quod videret, ac proinde ægrius ferret, nullum huiusmodi nouæ celebritatis, vt ipse vocat, exemplum vel apud vicinos, vel in aliis Ecclesiis eius temporis reperiri, quódque vereretur, ne infelicem haberet exitum contra Ecclesiæ ritum præsumpta nouitas, quam eleganter ipse matrem temeritatis, sororem superstitionis & filiam leuitatis appellat. Verum enimuerò ex eiusdem Bernardi scriptis potest ostendi, ipsum in hoc argumento ne sibi quidem satisfeciſſe, sed velut animi dubium maiorem lucem quæsiuisse. Primum enim dubitantis ac pauidæ mentis hæc est oratio: Quod si originalem à parentibus maculam traxit (de Maria sermo est) sed minus à Hieremia sanctificatam in vtero, aut non magis à Ioanne Spiritu sancto repletam credere prohibet pietas Christiana. Hęc enim festis laudibus nascens honoratur.] Et post pauca subiũgit: Vt omnino pium est credere, proprium Mariæ delictum non habuit. Quod si Bernardus constanter affirmaret, certóque credi veller, nullá in conceptione Mariæ sanctitatem ineſſe, cur hanc adiiceret conditionem: Si originalem à parentibus maculam traxit: aut cur explicate traderet, proprium Mariæ delictum non extitiſſe? nisi hoc fortassis de solo actuali peccato intellexit. Deinde Augustini sententiam alicubi refert, qui quum de peccatis agitur, Mariam prorsus vult excipi. quod maior illi collata sit virtus ad vincendum omni ex parte peccatum. Vbi mox ille Augustini verbis interpretationem adiungit: Ex omni, inquit, parte, hõc est, ex parte originalis, & ex parte actualis peccati. Adhæc notaru dignum est, Lugdunenses hoc maximè nomine à Bernardo reprehendi, quòd inconsulta Sede Apostolica, fortaſſis suo etiam Episcopo insalutato, & cõtra morem aliarum Ecclesiarum nouũ in diuino cultu ritum, propter hanc conceptionem admittere & introducere voluiſſent. Ac totam demum epistolam, qua suspectum ipsorum studium in cultu innouando coarguit, hoc fermone concludit: Quæ autem dixi, absque præiudicio sane dicta sint sanius sapientis Romanæ præsertim Ecclesiæ, authoritati atque examini totũ hoc, sicut & cætera

Nouitas in religione Ecclesiaque suspecta.

Bernardũ in hoc argumento dubium hæſiſſe.

Serm. 2 in Assump. Mariæ.

Serm. 4. in Semic. Salue Regina.

Quid Bernardus circa Virginis Cõceptionẽ in quibusdam maximè reprehendat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ huiusmodi sunt, vniuersa reseruo, ipsius siquid aliter sapio, paratus iudicio emendare.] En tibi singularem viri sancti modestiam, nec minorem sapientiam, qui zelo quidem pietatis incensus, cum his Canonicis expostulauit, sed interim aliorum, ac potissimum Ecclesiæ Romanæ iudicium in eo ipso saluum manere voluit, adeò in sua opinione non pertinax, vt ad amplectendam alteram sententiam se promptum ostendat, eóque non obscurè commonstret, se nonnihil de causa præsenti dubitare, ac certiorem rei definitionem, præsertim ab Ecclesiæ Primoribus desiderare. Quid verò illum facturum fuisse putemus, si hoc nostro seculo vixisset, quo tot Ecclesiæ vnà cum Romana coniunctæ, non solum in vnam eandemque sententiam sed etiam in dicti festi celebrationem tanto consensu conspirant? Quantum obsecro, vir modestissimus simul & obedientissimus, vt alias semper ita hic etiam Sedi Apostolicæ detulisset, si ætate sua vidisset, aut etiamnum cerneret, eiusmodi fidei professionem, ac festi etiam celebrationem non sine ritu solenni, accedente insuper Pontificis Max. expressa cohortatione, tótque populorum suffragiis consentientibus, in multis nationibus exerceri atque stabiliri? Rectè autem ac prudenter vir æquè sapiens ac pius, sui temporis rationem habendam duxit, quo fides & solennitas de Mariæ sancta Conceptione in Ecclesias Catholicas nondum erat inducta, fortassis apud Gallos vix etiam cognita, à primaria quidem Sede necdum recepta probatáque.

Bernardus nō male iudicauit pro sui tempo ris ratione, sed aliter hoc tépore de Virginis Conceptione iudicaturus.

Cæterum quod iàm de Bernardo diximus, ad Thomam etiam Aquinatem potest accommodari, quum nec illius, nec huius sententia, si ritè accipiatur, alteri & contrariæ opinioni multum obsistere videatur. Qui Thomas non magis Conceptionis quàm Sanctificationis tātæ Virginis festum auersaretur, si præsentis Ecclesiæ ciuis esset, ac eandem Conceptionem in Ecclesia Romana publicè & cōstanter celebrari coram adspiceret. Nam is quarundam sui temporis Ecclesiarum vel ordinationi, vel consuetudini tantum tribuit, vt celebritatem Conceptionis ab illis vel inductam, vel receptam non esse spernendam ingenuè fateatur. Quantò igitur amplius vir cādidissimus & pissimus tot idem sentientibus Ecclesiis, ac inprimis suadenti Romanæ deferret, hanc si faciem & receptum passim vsum ætatis nostræ superstes intueretur? Sciebat vtique multum deberi Ecclesiæ consuetudini, quam Paulus cōtentiosis omnibus opponeret, & de qua Thomas ipse tàm præclarè testatur: Dicendum quod maximam habet authoritatem Ecclesiæ consuetudo, quæ est in omnibus æmulanda: quia & ipsa doctrina Catholicorum Doctorū ab Ecclesia authoritatem habet. Vnde magis stándum est authoritati Ecclesiæ quàm Augustini, vel Hieronymi, vel cuiuscunque Doctoris.] Sicut ergo veteres Ecclesiæ Doctores, quum viuerent, Ecclesiam diuini verbi interpretem, veræque doctrinæ Magistram reuerenter audiuerunt, & ab omnibus diligenter audiri atque consuli præceperunt, idem etiam illi nunc, si superessent, haud dubiè verbo simul & exemplo præstarent, seque totos præsenti Magisterio Spiritus sancti in ecclesia sua loquentis, aut certè, quid in præsenti causa probabilius videatur, satis indicātis, accommodarent, nihilque haberent antiquius, quàm vt omnes Catholicos, quid Spiritus dicat Ecclesiis, etiam atque etiam obseruare hortarentur.

Eodē fere modo respondendum Thomæ, sicuti Bernardo de materia Cōceptionis.

1. Cor 14

In 2. part. summæ q. 10. Artic. 12

Quantum Ecclesiæ consuetudini tribuēdum ex Thomæ sententia. Præsenti magisterio Spiritus sancti in Ecclesia loquentis maximè attendendum.

Vbi Thomæ persimilis est Bonauentura, qui Bernardi sententiam sequitur quidem, sed hoc timore & pudore sancto ductus, vt dicat se non audere simpliciter eos reprehendere, qui ex speciali deuotione tantę Virginis celebrant Conceptionem, quā nullus possit Mariæ esse nimis deuotus, vt eiusdem verbis vtamur.

Bonauentura quam rationē de hoc argumento.

In lib. 3. dist. 3. part. 1. quæst. 1

Fatetur autem vel inuitus Caietanus, qui Leone decimo Pōt. Max. floruit, etiam ætate sua opinionem illorum prævaluisse, qui Mariæ Conceptionē à lege peccati eximunt, ac exemptam solenni cæremonia venerātur. Ac eodem sanè modo de multis siue Theologis, siue Patribus, qui de Marię sanctificatione loquuntur, existimabimus, ne alioquin ex legitimis & morigeris spurios & rebelles Ecclesię filios faciamus: quamuis illi minus apertè quam Bernardus & Thomas Cōceptioni huic suis in scriptis aduersentur. Postremò Ioannes Vigerius, recens licet Theologus è Dominicanis, in hunc modum scribit: Si dicatur, quod diua Virgo nō habuit peccatum originale, licet processerit ab Adam secundum rationem seminalem, dicendum est, quod ipsa sola speciali gratia præuenta fuit & præseruata, eò quod fuit prędisa esse Mater & domus Dei. Vnde Psalmista: Domum tuā Domine decet sanctitudo. Et de illa Salomon: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Ex quibus authoritatibus potest haberi priuilegium, maxime autem ex authoritate Ecclesiæ, quę non potest errare.]

Caietanus de festo illo Conceptionis Mariæ inuidiæ obnoxio.

In lib. 3. sententiarum dist. 3. peccatum originale nullum.

Vigerius de Maria per priuilegium ab originali peccato immuna.

An vero desunt ex Patribus, qui singularem hanc Mariæ puritatem innocentiámque nouerint & cōfirmarint? pro multis quidem Origenes esse potest, magnus ille vir ab infantia, verè Martyris filius, tū Ecclesiasticæ scholæ apud Alexandriam princeps, tantúsque voluptatis contemptor, vt ferro etiam genitalia sibi truncarit, Hieronymo teste. Is ipse Origenes tanti Mariam facit, vt vocet eam nō modo Matrem Virginem vnigeniti Dei, sed & dignam digni, immaculatam sancti & immaculati, imo verò cœlestem thesaurum Deitatis (alij veritatis legunt) diuitias, plenissimam sanctitatem, perfectā iustitiam, & Regis cælestis domum immaculatam. Hæc certè tam præclara & illustria sunt epitheta, vt si ex æquitate iudicemus, non obscure commonstrent, illius iudicio Mariam omni vacasse vitio, & ab originali labe præseruatam, atque sicuti subiungit, neque persuasione serpentis deceptam, neque venenosis eius afflatibus infectam fuisse. Quo minus ego miror, Hieronymum quum alias sæpe, tū hic quoque libenter Origeni suffragari, dum legis antiquæ mysterium de nube lucida, quæ Israelitas in deserto peregrinātes præcedebat, interpretatur, illam nempè Psalmographi sententiam explicans. Deduxit enim eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione noctis. Vbi nubem hanc pulchrè ad Mariam accommodat. Nubes enim illa inquit, non fuit in tenebris, sed semper in luce: sicut & alibi Virginem eandem Sanctis omnibus à peccato liberiorem natam esse confirmat. Igitur an non perpetuò puram prędicat, qui eam ne per momentum quidem in peccati tenebris, sed semper in gratię luce collocat, ac Sanctis aliis in peccati immunitate pręponit? Ambrosius de [a] Christo rectè tradit, quod solus per omnia ex natis mulierum terrenę contagia corruptionis non senserit: de Maria verò non

Hieron. in vitam Malchi.

Patrum fides de gratia Mariæ Conceptui non obstare. Bruteri vide.

In epist. ad Philadelph. et Oecumen.

Serm. de Virginis assumpt. In tract. de corpore Christi.

Dominicus Mariam conceptam in terra nil quam maledictę seruisse & an dictas Apostolos.

Psal. 77. 18. Abditum Ecclesiæ verecundia. In cap. 12. Exodi.

Luce. 1. b Cant. 4. Sum Spiritu. Tit. 2. Formosum. Luc. 1. Casta.

non minus sapienter iudicat, quòd Virgo sit per gratiam ab omni integra labe peccati. Ac tantundē nostri quoque docent, Christo nempè per naturā, Matri per gratiam conuenire, ab omni peccato immunitatem. Vnde hoc præclarè scripsit Rupertus: Sicut Luna lucet & illuminat luce non sua, sed ex Sole concepta: sic tu ô beatissima hoc ipsum quod tàm lucida es, non ex te habes, sed ex gratia diuina, gratia plena.] Vbi ne dubitemus, quousque gratia Mariæ collata pertingat, sic idem Rupertus eodem in libro sese declarat: Libera es ab omni iugo peccati.] Eodem referri possunt veterum sententiæ tum anteà productæ, tùm alibi repetendæ, quibus Deipara semper beatissima & penitus incontaminata, sed & Cherubin & Seraphin puritate quidem ac sanctitate prior & admirabilior clarissimè commendatur. Extat epistola Sophronij Patriarchæ Hierosolymitani, quæ in sexta [b] Synodo recitata, & à Photio [c] Constantinopol. comprobata est: prædicatur autem in illa Virgo sancta, pura, quæ Dei sunt sapiens, & ab omni labe secundum corpus & animam ac mentem libera. Quod si ab omni labe peccati secundum corpus & animam & mentem libera fuit, certè & veniali & originali peccato caruit, planéque innocens ac immaculata perseuerauit. Vnde Idiota ille scripsit: Tota pulchra es Virgo gloriosissima, non in parte, sed in toto, & macula peccati sine mortalis, siue venialis, siue originalis non est in te, nec vnquàm fuit, nec erit: sed adest tibi omnis gratia naturalium bonorum, spiritualiū charismatum & cælestium donorum.] Tum adiūgit, in Mariæ anima nihil vnquam vitij aut peccati adfuisse. His Petrus Damianus accedit, dum citrà omnem exceptionem affirmat: Quid rogo, vitij in eius mente vel corpore vendicare sibi potuit locū, quæ ad instar cæli plenitudinis totius Diuinitatis meruit esse sacrarium? In Christo enim, sicut per Paulum dicitur, habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Nec mirum, si cunctorum merita transcendat mortalium, quæ & ipsam super excedit celsitudinem Angelorum.] Ac alibi clarissimè pronunciat: Caro Virginis ex Adam assumpta, maculas Adæ non admisit.] Adhæc qui prædicatorij ordinis est princeps Dominicus, quid in proposita causa sentiret, his quidem verbis satis prodidit: Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & nunquam maledicta formatus, ita decuit in secundo Adam fieri.] Id quod non primus ipse cōfinxit, qui marē Domini alioquin plurimum est veneratus, & de illa semper mundissima mundissimum nasci filium censuit, sed vt mihi videtur, ex Apostoli Andreæ oratione desumpsit, quem legimus ad Ægeam proconsulem, vt mysterium crucis exponeret, inter cætera hoc modo dixisse: Et quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignū prævaricationis mundo mortem intulerat, necessariò de immaculata virgine natus est perfectus homo, in quo Dei filius, qui primùm fecerat hominem, vitam perfectam, quam perdiderant per Adā homines, repararet.] Sed & antè Scholasticos Doctores omnes floruit Damascenus, qui de Mariæ patre Ioachimo disserens, purè illam esse conceptā his verbis non obscurè significauit: O beati lumbi, ex quibus immaculatissimum semen fluxit. Extat eiusdem Damasceni Martyrologium, in quo dies Conceptionis Mariæ notatur, hoc expresse addito, quod illa τῆς συλλήψεως ἀγνὴ, id est, antè Conceptionem pura dicatur, sicut & [d] Galatinus annotauit. Sed & [e] Bruno Carthusianorum ille princeps disertè pronunciat: Hæc est incorrupta terra illa, cui benedixit Dominus, ab omni propterea contagione peccati libera, per quam vitæ vitam agnouimus, quę quia digna fuit, Dominus de cælo in terram adspexit.] Et luculentius adhuc Laurentius Iustinianus si non adeò vetus, at certè quidem laudatissimus Præsul, ita definit: Ab ipsa sui Conceptione in benedictionibus est præventa dulcedinis, atque à damnationis aliena chirographo.] Nec multò pôst: Erat planè à carnis colluuione immunis, ita & ab omni peccati labe extranea.] Tum alio in libro: Hæc est originalis pœna delicti, à qua nemo, quamuis eximia polleat sanctitate, liber existit. Quotquot enim ex ipsa nati sunt propagine (excepto duntaxat Mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu, & ipsius matre) sub hac peccati lege sunt conditi, vnde Propheta vice omniū gemens, ait: Ecce in iniquitatibus conceptus sum.] Ac alibi rursus: Nemo ab ipso mundi initio vsque ad temporis plenitudinem (duntaxat Mediatore eiusque Genitrice exceptis) iugum dānationis euasit.] Demum in opere, quod ante mortem postremùm scripsit: Ab hoc quippe originali peccato, inquit, nullus excipitur, præter illam, quę genuit mundi Saluatorem.] Tàm apertè, tàm constanter suam ille sententiam profitetur, vt nesciam, quid pro Marię immaculata Conceptione dici opportunius ac vehementius queat. Extat vetus quoque nec minus eruditus liber de altercatione Ecclesiæ & Synagogę, siue scriptor eius fuerit Giselbertus, vt [f] Centuriatores cum [g] Trithemio diuinant, siue alius antiquior, apud quem hæc verba legūtur: Vellus istud (Gedeonis videlicet) sacratissimæ Virginis corpus est, sine omni carnis macula. Cum enim vellus sit in corpore, corporis nescit passionem: Sic rore Spiritus sancti vellus, id est, corpus virginale complutum, nullum carnalis vitij sensit contactum.] Quod postremum à Sophronio mihi videtur acceptū, vtpotè qui Mariam quoque velleri comparauit. Vellus namque quum sit de corpore nescit tamen, inquit corporis passiones, ideóque Mariam gratia plenam fuisse testatur, in quam se infuderit gratiæ plenitudo.] An hæc puritati & innocentiæ Mariæ non satis patrocinantur? Sicut & illud ab eodem Giselberto dictum, Virginē omnis corporalis vel spiritualis maculæ alienam, vitáque & moribus præcellentissimam extitisse. Neque cōtemnēdus est Theologus, sed & sanctus Episcopus Fulbertus Carnotensis, qui ante quingentos annos Mariam salutauit, & salutare docuit in hūc modū: Aue Maria electa & insignis inter filias, quæ immaculata semper extitisti ab exordio tuæ creationis, quia paritura eras Creatorem totius sanctitatis.] Quibus non malè consonat vir de Ecclesia benè meritus Adam de sancto Victore, ac doctior ille quidem, quam eloquentior, qui Deiparam his verbis pie compellat:

Salue Verbi sacra Parens,
Flos de spina, spina carens,
Flos spineti gloriæ.
Nos spinetum, nos peccati
Spina sumus cruentati,
Sed tu spinæ nescia.

Sophronii & Idiotæ testimonia.

a Act. 11 b In Bibliotheca.

Lib. contemplationis. 2

Bernard. de Mariæ natiuit.

Celsus. 2

d Lib. 7. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 5 e In Psalm. 101.

Ser. de annunciat. Mariæ.

Lib. de casto connubio Verbi & animæ.

In fasciculo amoris c. 7

Lib. de gradibus perfectionis.

f Centur. 10 cap. 10.

g In chron. Hirsfeldiens. ca. 14

De Assumpt. Mariæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cantic. 2. Alludit enim ad locum Canticorum, qui à multis Mariæ meritò accommodatur : Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: id est, inter animas æterno Patri per Christum reconciliatas, & filiarum loco adoptatas. Hæ siquidem inter se comparantur, & quæ mente simul & carne sunt virgines, lilia & ipsæ videri possunt. Cæterum si eas cũ hac Dei sponsa selecta conferas, in spinas abeunt, & nec odoreni, nec colorem habere videntur : Spinæ sunt, inquam, præ illa horridæ senticosæque contactu. Hæc vna candidissimum & fragrantissimum lilium refert, quod nihil cum spinis habet commune, licet in spinis, sicut rosa nascatur. Quod igitur de vtro eximiè sancto Iob, [a] Origenes & [b] Chrysostomus prodiderunt, multò id rectius ac sublimius in Mariam competet, vt ea cum aliis collata dicatur Columba in medio accipitrum, Ouis in medio luporum, Stella in medio nubium, Lilium in medio spinarum, Germen iustitiæ in oppido iniquitatis. Nec grauabor ex Brigitta quædam adscribere, quòd hunc persanctæ viduæ multa sunt arcana diuinitus patefacta, & maximorum hominum authoritate, Romanæque Ecclesiæ calculo ita probata, vt apud Catholicos quidem defensione neutiquam egeant. Illa igitur cœlitus edocta refert, Mariæ patentes in suo cõiugio tanta Dei charitate fuisse coniunctos, vt castius coniugium eo tempore non reperiretur, eos verè nunquã nisi ex legis præscripto, & solo suscitandæ prolis desiderio congredi voluisse. Qui quum ex Angelo intellexissent, filiam sibi fore Virginem, ex qua mundi Salus procederet, nihil ipsis quidem minus libuisse, quàm ad carnis redire commercium, quandoquidem in illa ætate carnis voluptati ac libidini nuncium penitus remisissent : verùm eosdem Angeli admonitione, ac Dei potius, quàm carnis voluptate vlla permotos, & diuinæ duntaxat obedientiæ ratione habita, coniugali officio satis fecisse. Sic Mariæ carnem ex Patris Matrisque congressu procreatam, sed haud sine singulari Diuinæ charitatis virtute compaginatam fuisse: Deum verò animam à se peculiariter creatã illius corpusculo indidisse, móxque animam vna cum corpore sanctificatã esse, quam Angeli posteà sedulò & assiduè custodierint. Tùm alibi hæc apud Brigittam verba legimus : Verè sine omni ambiguitate credendum est, quòd materiam illam statim, quando in Annæ vtero concepta & collecta fuit, de qua materia Maria formari debeat ipse Deus diligebat plus quàm omnia humana corpora à vtro & muliere generata & generanda per mundum vniuersum.] Et ne quis cauilletur, hic sanctificatam tantum Virginem dici, quod etiam in peccatõ conceptæ congruit, alia luculentiora subiungam: Maria, inquit, de radice Adæ processit, & de peccatoribus nata est, licet sine peccato cõcepta, vt Filius Dei de ea sine peccato nasceretur.] Quid autem sequenti oratione, quam ipsa Dei mater ad Brigittam habuit, euidentius ? Veritas est, quod ego concepta fui sine peccato originali & nõ in peccato. Quia sicut Filius meus & ego nunquam peccauimus, ita nullum coniugium fuit, quod honestius esset, quàm illud, de quo ego processi.] Atque vt minus miremur, quod multis multo tempore vel obscura, vel ignota incertáque manserit hæc Conceptio, collatione quadam hunc etiã nodum, loquens eadem Virgo sequenti oratione dissoluit: Scito, quod Conceptio mea non omnibus nota fuit: quia voluit Deus, quod sicut ante legem scriptam præcessit lex naturalis, & electio voluntaria boni & mali, & posteà veniret lex scripta, quæ cohiberet omnes inordinatos motus : Sic placuit Deo, quod amici sui piè dubitarent de Conceptione mea, & quilibet ostenderet zelum suum, donec veritas clarescereret in tempore præordinato.]

An verò contemnendus est scriptor Nicolaus Cusanus natione Germanus, dignitate Cardinalis, doctrina verò & sapientia summus sui seculi Theologus atque Philosophus, qui ante cẽtum & quinquaginta fere annos oratione non diserta, sed grauí, hoc Mariæ in causa præsenti testimonium præbet: Virgo gloriosa, quum esset prædestinata ante secula, vt ex ipsa reciperet Dei Filius naturam humanam, vt Dei Filius fieret Filius hominis: ita concepta est, vt dignum ad hoc, habitaculum fieret. Induere se debuit Deus humanitate Mariæ: quare humana natura Virginis digna facta est ab initio. Nã etsi ipsa concepta fuit ex virili semine, via propagationis ab Adam, & quantum ad suum initium indiguit liberatore, quia in Adam nisi liberentur aut præseruentur, omnes moriuntur, vt in Christo omnes, qui viuificantur, viuificentur: tamẽ sicut anima eius rationalis nullo tempore fuit, antequam esset corpori vnita, ita ipsa dum crearetur, sancta creata fuit: sic etiam quod nulla duratione fuit verum dicere, Virginem fuisse sub peccato.] Et rursus alio in loco. Hoc cedit ad laudem Dei & Virginis Mariæ matris, quod ipsa sub principatu authoris mortis nullo vnquam tempore fuit, in qua Vita debuit incarnari. Non indiguit Virgo Liberatore, qui ipsam absolueret à sententia in Adam & posteros eius ex voluptate carnis lata, cui nunquam subiacuit, quia præuenit succurrere misericordia electæ Matri misericordię, qui concipitor & nascitur liber: non indiget Liberatore à seruitute, in qua nunquam fuit. Præliberatorem enim Virgo sancta habuit, cæteri Liberatorem & Postliberatorem. Christus enim sic omnium Liberator, quod & Virginis Liberator & Præliberator: cæterorum verò Liberator & postliberator. Ipsa sola post Adę lapsum nõ indiga, sed plena originali iustitia vt Eua, & multò magis creata fuit. sicut Christus secundum humanitatis naturam in omni plenitudine iustitiæ multò magis, quã Adam creatus. Sola ipsa electissima Dei Mater hoc habet, quod in initio essendi sub nequitia maligni deficere nequiuit, puta quod in creatione rationalis anima in corpore, & separatione à corpore in potestate Maligni nunquam fuit. Sola igitur gloriosissima Virgo non reperitur tempore vllo peccato originali subiacuisse.] Præclara hæc quidem, & solerti considerationedigna, quæ summi Dei Creatoris magnificentiam, creatæque Virginis perpetuam excellentiam nobis ob oculos ponunt: ita nimirum decuisse, vt quæ dignum Dei Opt. Max. habitaculum fieri debebat, inde ab initio creationis suæ sanctam acciperet animam, Satanæ potestati nunquam esset subdita, Christum præliberatorem haberet, plena esset iustitia originali, ac demùm neque in creatione ipsa, neque in morte principi mũdi huius quicquam deberet. Recentiores autem, qui nostro seculo cum laude scripserunt authores, & eandem Mariæ gloriam comprobarunt, volens prætermitto, ex omnibus vnum citare contentus, cúmque

a Lib. 1 in Iob. d Hom. 2. de patien. Iob.

Non parui põderis habendas esse Brigittę reuelationes.

Quam casti fuerint Marię parentes ex Brigittę testimonio.

Lib. 1. reuelat. cap. 9

Quomodo Maria in vtero matris creauit Deus.

Ser. Angel. de virginit. excellentia.

Matiam sine peccato in matris vtero fuisse conceptã.

Lib. 5. reuel. in fine.

Lib. 6. ca. 49.

Cur Deus multos de Mariæ Conceptione dubitare permiserit.

Rationes ad euertendam puram Mariæ Cõceptionẽ.

Hom. 8. sume Cens.

eúmque percelebrem Episcopum, & Ferdinandi Regis, posteáque Cęsaris ecclesiasten, Fridericum nempe Nauseam, qui suam de re propositam sententiam his verbis declarauit: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: id est, Etsi ex lege naturæ omnes filiæ humanæ spinosæ, id est, in peccato cõceptæ sint: Maria tamen sanctissima Virgo per legẽ gratiæ immaculata mansit, haud secus atque lilium inter spinas, quæ etsi sint quàmlibet horridæ, asperæ, tigidæque atque tumidæ, crescit tamen subter ipsas sine macula lilium ipsum speciosissimũ, nihil suæ virtutis amittens.] Ac ne vir tantus hæc temerè ac leuiter asserere videatur, sententiæ suæ, rationes aliquot hoc modo subiicit. Prima: Si Angeli à peccato fuerunt præseruati, ergo longè magis Maria, quæ super Angelos erat exaltanda. Secunda: Absurdum esset credere, Mariam fuisse aliquando in indignatione Dei (quales fuimus nos) quæ Dei mãter fuit charissima. Tertia: Quum ipsa fuerit speciale Dei tabernaculum, ergo specialiter præparandum: quale non fuisset, si ipsa in peccato originali extitisset. Quarta: Quod Deus facere potuit, & ipsum decuit, fecit. Sed Deus potuit præseruare Virginem Mariam, & decuit, ideóque fecit. Quinta: Nulla dignitas erat ab ea auferenda Virgini consona, qualis fuit à peccato originali præseruatio. Succinctè quidem istháec, sed luculenter, scholasticorũ nempe Doctorum more, quorum sententias ex eruditione potius, quàm eloquentia iudicare debemus. Finem faciem tandem, si Baptistæ Mantuani, qui verè Christianus Poeta est, carmé adiecero, quo breuiter ille vtramque de proposita quæstione opinionem indicat, & suam tamen pro illibata Cõceptione Mariæ sententiam non minus, quàm alij supra citati, aperte significat.

Baptistæ Mantuani carmen de Mariæ Cõceptione.

Ante tener sacra, fœtus quàm viueret aluo,
Conceptus ne prima nouos exordia pullis
Induerent maculis ? mens ne sincera nitẽsque
Communem imbiberet labem, ne pigra liquore
Pectora lethæo fierent: quæ lactea magno
Pabula & amplexus furrant latura Tonanti ?
Semine confuses sordes, & virus infustum
Dissecuit: felici animam o imbuit artus.
Sunt tamen audemes contra sentire: nec illos
Incusamus: habent, quo se tueantur: & olim
Ista hominum communis erat sententia: verum
Iam senio exangues frigens sua robora sensim
Perdit: & amissa tam manifeste recedit
Sponte sua: cedítque nouo Latonia Phœbo.

Vtram verò sententiam ipse amplectatur, his verbis non obscurè prodidit:

Cur probãda sententia de Mariæ pura Conceptione.

Sed prior (vt nobis æquum sentire videtur)
Dignior est, & grata magis Nato atque Parenti.
Nam legi assurgens Mariæ decus addit, opúsque
Materna dignum attribuit pietate Tonanti.
Adde quod & multis fert adiumenta, fidémque
Roborat infirmam: nam nec venisse sub aluum
Sorde laborantem tali sublimia cæli
Numina nonnulli ingenio præstante putarunt.
Religio maior, pietas animosior, ístam
Consummata fides legúmque peritia fecit.
Altera verborum textum & vestigia tantum
Summa videns, abstrusa Dei mysteria nescit.
Quod si fiderei tanto splendoris honore
Fulget, vt æterno qui temperat ordine mundum
Gestauit gremio, lactauerit vbere dulci,
Strinxerit amplexu, summóque vocarit Olympo:
Quare illum in nostras opus est detrudere sordes,
Et turpi infestare luto, mortalibus æquus,
Cui Pater Aethereus mentem subiecit & astra ?

CAPVT VIII.

Puram Mariæ Conceptionem à Sectariis indignè conuelli, à Luthero autem & Erasmo defendi.

Quòd in dignè detestentur & oppugnent Mariæ Conceptionẽ Sectarij.

OVONIAM quidem satis, vt opinor, cũ illis disputauimus, qui Catholicam religionẽ profitentes, nec vulgari zelo, sed fortassè non secundum scientiam præditi, contra sanctam sanctæ Virginis cõceptionem suadent atque pronunciãt, superest modò, vt Sectariis, qui ad eundem sanè finẽ, sed longè alia & tortuosiore via cõtendunt, aliquid respondeamus. Ac duplici quidem ratione hi Catholicis maximè aduersantur: tum quod puritatem huiusmodi Conceptionis cõtra Dei verbum impiè defendi vociferantur: id quod cum Sixti quarti simúlque Concilij Tridentini decreto planè pugnat: tùm quòd non solum in Conceptione, sed etiam in Natiuitate, imò & in reliquo vitæ decursu Mariam à peccato liberam & integrã extitisse non sine impudentia inficiantur. Etenim præter originale peccatum, etiam proprium & actuale, quod priores alij nulla ratione concedunt, huic vni omnium inculpatissimæ audent imputare. Multum igitur inter vtramque partem aduersariorum interest: quũ hos quidem Anathemate feriat atque condemnet, illos verò toleret ac damnari vetet Cẽsura Ecclesiastica. Vnde illud quoque consequi necesse est, nouatorũ neminem hoc sibi posse sumere, quòd verè castus & Christianus Poeta, sermone ad Mariam conuerso, eleganter canit:

In Postilla circa Euãg. in die Concep. Mariæ.

Postquam diuino fœdere rupto
Primus in orbe parens hominum se perdidit ipse,
Séque simúque genus venienti corrupit in æuum,
Sola malo exorta es vetereisque imperia noxæ.

Ex Nouatoribus haud est postremus Sarcerius, qui suam & suorum de Mariæ Conceptione sentẽtiam, ne ignoremus, his verbis patefecit: *Quæ nihil facit ad nostrarum animarum salutem, sive diua Virgo in peccato originali concepta fuerit, sive non: neque inde nostræ religiom quicquam accedit, neque recedit: igitur ea quæstio otiosis ventribus relinquenda est. Quanquam tutius sit credere, diuam Mariam communi omnium hominum more conceptam esse. Nam Christus ex peccatoribus nasci voluit, vnde non timuit & Euangelista quosdam peccatores in genealogia Christi recensere.* Ecce tibi petulantem aduersarium, qui à sui magistri Lutheri sententia, quam posteà producemus, turpiter defecit, ac optimis doctissimisque viris, qui Mariæ Conceptionem à peccati labe immunem defendũt, perinde ac otiosis ventribus, proterue satis insultat. Habet suum sane fructum, & salutarem piis vsum adfert illorum doctrina & pietas, qui Deum in Mariæ Conceptione præpotentem & efficacem prædicant, atque inde

Cõfutatio doctrinę Sarcerianæ, quæ tractatione de Mariæ conceptione contẽtit.

Quis vsus & fructus ex hac doctrina & præsenti festo colligi possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

principium aliquod Euangelicæ gratiæ sumunt, dũ sanctam illam radicem, ex qua fructus sanctior Christus prodiit, grato pectore contemplantur, meritisque laudibus prosequuntur. At verò conceptæ Virginis ferias celebrare, quid Catholicis est aliud obsecro, præterquàm prima diuini operis & redẽptionis nostræ fundamenta, quæ in terris iacta sunt, in animum reuocare, & admirandam telam à Spiritu sancto contextam, ex qua æterno Dei filio mortalis naturæ vestis aptaretur, recta intueri? Quid enim aliud est Deiparæ Virginis Conceptio, quàm virginalis palatij constructio, in quo Dei filius, mundique conditor & redemptor carne pro nobis assumpta habitaret? Quæ Conceptio tanquã salutis nostræ initium, tantò iustius in Ecclesia celebratur, quantò maior ac perfectior eius Virginis puritas fuit ac esse debuit, quæ inter creaturas omnes Deum puritatis omnis fontem proximè attigit, ac sese dignum authori omnium habitaculum præstitit. Nec parum decedit religioni, quicquid contra fingat Sarcerius, quum quod publico ritu, statisque feriis profitetur Ecclesia, id pro leuissimorũ hominum arbitrio conuellitur, atque in dubium reuocatur. Prætereà religioni apud multos derogat, quum Mater Domini & Redemptoris nostri sanctissima, honore suo fraudatur, hoc est, dum nõ pulchra vt Luna, non electa vt Sol, non terribilis vt castrorum acies, sed potius vas iræ, sed filia Diaboli, & maledicto obnoxia fuisse aliquando censetur. Auget verò in multis pietatem, quum cogitant sibique persuasum habent, illud omnis puritatis sanctitatisque ornatissimum domicilium tanto crimine infectum & conspurcatum non fuisse, quod in alios omnes cum incredibili clade pernicieque peruasit. Rursus non potest religioni non obesse, quum Christiani de summa summi Dei bonitate sapientiáque non optimè sentiunt, sed in eam cogitationem inducuntur, Christum Dominum aut non potuisse, aut noluisse Matris suæ curam iam inde ab initio ducere maximã, sed potius Angelis, Adæ, Euæ, imò Dæmonibus ipsis fauisse, quùm matri negauerit, quod illis concessit, vt in gratia nẽpè sine vllo peccato primum crearẽtur. Alant interim suos ventres Sectarij, ne hoc etiam in verbis Sarcerij dissimulemus, quibus satis est ad iustitiam cognoscere, non obseruare decalogum: hunc enim credentibus impossibilem fingunt, quique vt Euãgelicæ scilicet libertati patrocinentur, omnem ciborum delectum, omne abstinentiæ studium, omnem ieiunandi disciplinam vel sponte conceptam, vel ab Ecclesia indictam abrogant, dissoluunt, eludunt. Certè ventres Apostolo Paulo dicuntur, qui non solùm aduersus Christi Spiritum Ecclesiæque doctrinam, sub quouis prætextu carni ventrique laxant habenas, sed etiam qui suæ venena perfidiæ sinceræ fidei sociare conantur, panèque mendacij sese aut alios fouent ac nutriũt pestilenter. An verò parui est momenti quæstio, sitne originali crimini Mariæ Conceptio subiicienda? Iudicet quidlibet Sarcerius, qui optimis de rebus pessimè iudicat sæpè, & satis ne quidẽ ipse intelligit, quid originalis peccati nomine contineatur, si scripta eius sedulo excutiantur. At verò eruditi hanc quæstionẽ magni ponderis & tractatione dignam esse, tot editis de illa libris & institutis disputationibus abũdè commonstrant.

Religioni derogant festum hoc negligentes.

Suos etiã ventres habent & alíi Sectarij.

Rom. 16 Ad Tit.

Qui ventres apud Paulum dicantur.

Grauẽ & magni momenti esse quæstionem de Mariæ Cõceptione.

A Sed nunc suam & suorum insignem sententiam nobis Sarcerius declarabit: *Tutius est*, inquit, *credere, diuam Mariam communi hominum more conceptam esse.* Cur ita verò? *Nã christus*, inquit, *ex peccatoribus nasci voluit.* Quam verò, vt prouerbio dici solet, semper habent sibi similes labra lactucas? quam iste semper crassa Minerua philosophatur? qui tamen sufficere causam nescit, tamẽ sapientibus tãm leuitee oftrepit. Habuit vtique Christus plures improbos, quàm pios in sua stirpe progenitores. Nam si Ecclesiastico fidem habemus, in tota illa Regum serie, quam ad Christi genealogiam probandam adfert Euangelista, tres duntaxat religionis & iustitiæ veræ cultores, vt Dauid, Ezechiã & Iosiam, reperiemus. Igitur si Sarcerium audimus, vt potiori, sic etiam deteriori parti suorum maiorum, Mariã exæquari decuit, ne præ illis nihil singulare & eximium sibi vendicaret, sed vt iisdem ferè vitiis sordidata esset. Quis verò nisi insanus, hoc in animum inducere, nedum alios docere possit? Ex peccatoribus nasci, & cum illis in terra versari rectè voluit Christus, qui velut Medicus non benè valentes, sed malè habẽtes curaturus accessit. Sed & matrẽ sibi puram, electam ac sanctam adsciuit, ex qua purã sanctámque carnẽ peccati expurgatricem, & super omnia exaltandam assumeret, sibique perpetuo coniunctam retineret. Etenim nõ malam & maledictam, sed verè bonam ac radicitùs benedictam esse arborem cõueniebat, quæ fructum tàm generosum, tam benedictum ac salutiferum orbi perdito erat procreatura. Iã vero si antehac vnquam fas fuit credere, Mariam cõmuni omnium hominum & peccatorũ more esse conceptam, nunc profectò minimè licet ac expediat nostris hoc dare aduersariis, qui sub peccati originalis inuolucro tot alunt monstra, & grauissimos quidem tuẽtur errores, qui totam deinde doctrinã de hominis iustificatione pernicioſe deprauant, & Scripturæ testimonia falso ac nequiter interpretãtur. Quid enim est illis Mariam communi hominũ more conceptam esse, nisi quòd imaginem Dei perdiderit, libero arbitrio caruerit, naturam habuerit deprauatã, tantámque naturę corruptionẽ contraxerit, vt etiam postquã per Spiritum sanctum renouata & sanctificata est, non Deum dilexerit, no legẽ impleuerit, adeóque nihil nisi contaminatũ & peruersum, Deique odio dignum per vitam omnem efficere potuerit? Hærebat enim, vt videri volunt, natiuum & viuũ in illius mente peccatum, & quæcunque rectè agere videbatur, immunditia & sordibus conspurcabantur, vt nunquã pura & omni peccato esset immunis, licet propter Christi gratiam à reatu liberaretur, & peccata illa credenti non imputarentur. Sed ô deformem, sordidam, impuram, ac tantum non maledictam Dei matrem, si his Doctoribus fides habenda est, qui post hominum memoriam, vt sua placita noua cõrment, tàm multa, tàm fœda non solum originali peccato inscitè affiuunt & includunt, sed renatis etiam & Sanctis omnibus nequiter assignãt, ac reuera in ipsum gratię Spiritum valdè sunt contumelioſi. Sic autem quemadmodum diximus, de natura, vi & effectibus originalis peccati sentit[a] Sarcerius, docet [b] Epinus, scribit [c] Chemnitius, tradunt [d] Centuriatores, multóque ineptius garrit [e] Illyricus princeps Centuriatorum. Fingit enim is, peccatum originis in homine non accidens, sed propriè loquendo substantiam

Cur vir Sanctus tam ſæpe ex malis bonos genuerit.

Quæ vis Ecclesiastico fidem habeat.

Matth. 1. Luc. 3.

Quomodo Illyricus colli peccatum esse substitiã.

Hombergius adIllyricũ sedulus palinodiam canit.

In elegia de Originali peccato.

Quomodo alii aduersatores errent circa peccatũ Orig.

Quomodo Lutherus errãdi ansam dederit circa peccatum Originis.

In Euang. de natali Christi & in secundam cap. Genes. & in Oseæ. 13.

In confutat. respons. Illyrici de peccato Originis.

Iacobi Andreæ confessio, quinã nomina peccati non differentia commẽtantur.

substantiam esse: sicut & hæc vocabula corruptionem, defectum, concupiscentiam, inordinatam dispositionem, vt in scholis vocant, substantiam denotare contendit. Atque vt hominem bestia deteriorem faciat, asserere non veretur, illum post Adæ lapsum gestare imaginem Satanæ, adeóque in illam transformatum esse. Ac eo tandem Illyricana impietas progreditur, vt Diabolum Creatorẽ inducat animarum, quę sint peccatum originis substantiale, sicut Heshusius, suo contra eundem Illyricum scripto demonstrat, noua hæc & horrenda Manichæorum deliria iure damnans atque detestans.

Est autem hæc præcipua, sed futilis, Illyrici ratiocinatio: *Quicquid inconforme est, legi Dei, id peccatũ est, sicut scriptum est:* ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. *Tota hæc corrupta natura humana & substantia, post lapsum est inconformis legi Dei. Ergo hæc ipsa natura & substantia est peccatum. Et per consequens, hæc ipsa natura, quæ tanquam fons actualium peccatorum accusatur, est substantia.* In eũdem errorem pertractus Hieremias Hombergius, qui posteà resipuit, carmen hoc cecinit:

Pro dolor hinc Satanæ simulachrum nascitur omnis,
Quem Patris & Matris copula gignit homo.

Et rursus:

Ipse ego peccatum sum propriũque vocor.

Extat autem integra disputatio, quæ de hoc Illyrici, imò Manichæorum errore inter eundem Illyricum & Iacobum Andream, sed sine fructu Argẽtorati multis horis est habita, & ab eodem Iacobo in lucem edita. Illyricus pro se stare Lutherum cõtendit, qui naturam ipsam & cor hominis peccatũ originis esse scripsit.

Alij verò Sectarij, etsi non tàm crasse ac impiè de Originali peccato philosophantur ideóque Manichæorum detestandum delirium nobiscum in Illyrico damnant: tamen fœdum & pernicioſum in eo tuentur errorem, quod soleant originale peccatum cum actualibus, mortale cum venialibus confundere, ex concupiscentia in renatis, perpetuum & inhabitans peccatum facere, ad iustitiam imputatiuam omnia referre, ac Mariæ demum, vbi de peccatis agitur, nihil eximium ac sublime supra cæteros concedere. Retinent enim mordicus, quod à magistro non bono Luthero didicerunt, nostram natiuitatem eiusmodi esse, vt sicut ipse loquitur, tota peccatis madeat: peccatum autem originale esse totum humanæ naturæ lapsum, & quicquid est deperditum de iis conditionibus, quas à dã natura integra præditus habuit. Huic præterea peccato tribuit, quod omnes Deum odio prosequantur & cõtemnant, necnon mammona diligant, ac illi seruiant, quod fures & homicidæ sint, quod hominis demũ voluntas nihil nisi malum appetat & peccato delectetur. Nihil ergo mirum, quòd Iacobi Andreæ, vt omnium collegarum, id est, omnium Euangelicorũ causam agat, in hunc modum, hoc est, omnino Lutheranice pronunciet: *Dicimus, scribimus, docemus & monemus, quicquid est in nobis essentiale, videlicet animã, corpus & spiritum, intellectum & voluntatem hominis, id omne esse peccatum, hoc est, peccato vitiatum & contaminatum. Item, omnes qualitates in nobis, & actiones à nobis prouenientes esse peccata, id est, vitiata & contaminata.* Sed quo pacto hæc paradoxa nobis comprobat? Smalcaldicã profert Synodum, in qua sit articulus conditus, ad veram pœnitentiæ doctrinam necessã-

Articulus Smalcaldicæ Synodi à Lutheranis Doctoribus celebratæ.

Quæ incommoda sequi tur ex doctrina nouæ originali peccato.

A rium esse statuere, omnia nostra esse peccata, non solùm quicquid facimus, loquimur aut cogitamus, sed etiam quicquid sumus. Quid autẽ hoc est aliud, per Christi matrem oro, si de horum fanaticis opinionibus rectè iudicemus: quid est aliud, inquam, nisi veteris ac noui Testamenti discrimen tollere, crucis ac mortis Domini virtutẽ eneruare, Spiritus sancti vim comminuere, Sacramentorum nouæ legis efficientiam proculcare, totiúsque Ecclesiæ cõstantem fidem ac doctrinam Apostolicam contemnere ac labefactare? Atque interim isti ad Pseudosynodos prouocant, qui sacris & Oecumenicis Conciliis sua idola & magistrum vnum Lutherum, omni pudore posito, anteponunt. Etenim omnia, quæ homines etiam fide præstantes aut agitant animo, aut operibus exequuntur, hæc isti contendunt imbuta esse flagitio, inquinata scelere, & necessario denique peccati inhærentis contagio maculata penitus & infecta, quæ nec sacris vllis expiari, neque viribus opprimi, nec virtute vlla deleri vnquam possint. Igitur quæ sancti etiam homines inflãmato in Deum studio moliuntur, ex se capitalia quædam esse crimina, supplicio æterno vindicanda mirabiliter docent, peiúsque confirmant. O blãda vulgo, sed verè fallax pestilensque doctrina, quæ corruptos hominũ animos in veteris vitæ sordibus egregiè souet, & iustorum beneſactis ac meritis permultum detrahit, eóque mirificè confert, vt nullus iam pœnitentiæ antidotum animi sui morbis sanãdis adhibeat, non ab omni carnis & spiritus inquinamento sese mũdet ac expurget, neque peccatorũ reliquias & vitioſos habitus, quos malè viuendo comparauerat, contrariis virtutum actionibus tollat. Sic isti speciem pietatis præ se ferentes, virtutẽ eius abnegant, & accepta Christi gratia licenter abutuntur, & velut iniurij & contumelioſi Spiritui sancto, se necessariò etiam peccare, & sine obedientia pœnitentiáque saluari posse arbitrantur.

Ex hoc ipso fonte manant, quæ Iacobus Schenckius non ita pridem in Virginem nostram impiè putidèque profudit, affirmans *eam verbis Angeli consolatoriis fulciendam fuisse, ne desperaret, quod corruptam & vitiatam naturam haberet, suorúmque peccatorum sibi esset conscia, mortis ac inferni terroribus affecta, corde demũ pauida & pusillanimis. Quæ virgo tametsi per Dei verbũ & Spiritum sanctum sit renata, iustificata & sanctificata, tãmen illa perinde ac Adam, Noe, Luth & cæteri, in hac vita peccatrix, adeóque damnabilis persona extitit, quantum ad eius naturam, cogitationes, verba, vitam & conuersationem pertinet.* Hæc ille Lutheri discipulus concionari audet ac scribere, nullo alio fundamẽto suffultus, nisi quod cõmuni collegarum phantasmate de Originis peccato fascinatur, tàm imperitus, vt Mariam à renatis aliis nequeat discernere, sicut Augustinus probè & apertè discreuit. Adhæc multa & fœda in purissimã Virginem euomit, quæ nec Ioãni Baptistæ, nec aliis pluribus verèq. sanctis hominibus iure possunt adscribi. Verũ si ingeniũ istorum ritè perpendas, scelerũ consuetudine animos tenẽt efferatos, horrendísque malæ conscientiæ stimulis agitãtur, nõ modicis peccatis, mortis & inferni angoribus obnoxij, imò & suo ipsorũ iudicio, si paulo credimus, condẽnati. Igitur eximiè sãctos, & in his Mariã ex se stulti homines metiuntur, ac palã de illis perinde ac vulgaribus & sordidis peccatoribus,

Quam insulsè & impiè in Mariam debacchetur Schenkius.

In explicat. Euangelij de Christi Conceptione.

Refutatio impietatis Schenckianæ.

Ad Tit. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solent futiliter pronunciare. Ergóne tandem intelligis Lector, quantum periculi & incommodi consequatur, quantúmque dedecoris & infamiæ hoc ipso Virgini matri creetur, si eam in originali peccato, sicut isti de illo loquuntur, conceptam fuisse assentiamur? Quantò rectius Erasmo visum est, de nostris enim alibi diximus, Mariæ typum esse floridum illum Salomonis lectulum, qué puritatis amator Dei filius ita cælestis militiæ excubiis, omniúmque corona virtutum communiuit, vt nulli vnquã vel cogitationi parum piæ patuerit aditus, in quo vno nihil vnquam repertum sit, quod aut delitiantẽ offenderet sponsum, aut obstreperet quiescenti.

Quæ tres ferè ter de Maria loquatur Erasmus.

Inoratio. quæ Pæan Virginis inscribitur.

Hanc esse præterea instar turris Dauidicæ, quam vnam contra omnia ne quissimi hostis tela, propugnaculis, clypeis millenis omnigenáque virtutum armatura muniuit bellator egregius, vt neque corpus, nec animum eius vllus vnquam libidinis assultus, non dicam expugnarit, sed ne oppugnarit quidem. Atque hæc obiter ad Sarcerij Schencxij aliorúmque nouatorũ calumniam depellẽdam. Etenim paradoxa, quæ vel ignorauit, vel damnauit prudens antiquitas, Lutheti Scholæ modò integra relinquemus.

Quicquid autem moliantur versipelles, à Cõcilio Tridentino haudquaquã nos abducent, in quo sapientissimi doctissimique Patres demonstrarunt, propositum sibi nõ fuisse, vt hoc suo decreto, quod de Originis peccato traditur, immaculatam Virginem Dei genitricem comprehenderent: tãum abesse, vt istorum Sectariorum sententiam stabilirent, quæ Mariam æquè ac cæteros omnes originali peccato duriss imè subiicit. Nullum enim Virginis priuilegium hic agnoscũt, quod etiam oppugnat Chẽnitius, ne quid omninò, quod in sacro Concilio nõ mordeat, hic audax calumniator omittat. Nõ enim satis est illi, quòd à Patribus confirmetur Sixti constitutio, quæ potestatem in vtramque partem de Mariæ Conceptione opinandi facit omnibus, sed ita, vt qui cũ peccato conceptam sentiunt, sciant & fateantur, hoc ipsum è Scripturis non colligi & cõuinci necessariò, quandoquidem mater Domini generalibus illis Scripturæ sententiis non comprehendatur: fas interim esse, vt eam à peccato præseruatam fuisse credatur. Quum verò nõ habeat, quæ vel huius Pontificis constitutioni, vel dicti Cõcilij Patribus ficmiter opponat, nouã excogitat fallaciã ad inuidiam illis augendam, qui nempe ad hoc decretum edendũ per reuelationes, miracula, legẽdas, scriptáque prorsus insulsa incitati fuerint atque permoti. Ita more suo ludit Chemnitius, & rem seriam suis figmentis inuoluit, vt Sixti Pont. Patrúmque illorũ omnium volũtatem optimã, & studium sanctissimũ nõ solum inuidiosè traducat, sed prorsus etiam malignè deprauet. Huc enim illi spectarunt, hoc cucurrunt maximè, quicquid iste calúnietur, vt ob publicam tranquillitatem decretum sapientiæ & moderationis plenũ ederent, eóque contentiosis ingenijs frœnum imponerent, & curiosas magis quàm vtiles in Scholis templisque disceptationes penitus amputarẽt. Quid isthuc demum est aliud, quam Pauli confirmare doctrinam, vt qui ad populi offensionẽ potius quàm ædificationẽ faciũt, magno studio præcindantur? Neque tamen aspernamur, si quæ extant in hoc genere reuelationes, miracula, historiæ, quæ bonorum fidem mereantur,

Decretũ Synodi Tridentinę cõtra nouatores firmiter obseruadum, ad Mariæ innocentiam asserendam.

Sess. 5 in decreto de peccato Originis.

Chemnitium temere Concilium & Concep. Virginis oppugnare.

Quo consilio Synodus rid. Mariam aliis in peccato nolite xæquari.

2. Timot. 2. Ad Tit. 3

& conceptionis huius doctrinam confirmant, quũ scriptum esse sciamus: Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia probate: quod bonum est tenete. An fortasse Chemnitio stulti sũt illi, de quibus in Christianam Ecclesiã prospiciens non obscurè prædixit Spiritus sanctus? prophetabũt filij vestri & filiæ vestræ: & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabũt. Certè inclytus & perquàm eruditus Christi martyr Cyprianus non dubitat in medium adferre, & crebrò quidem, visiones ac reuelationes suo seculo factas: tùm de Sacerdotum cõtemptoribus queritur, quod eiusmodi reuelationes vt ridiculas aspernarentur. Nos cum præclaro Episcopo Amadæo ingenuè profitemur: Sciendum certissimè, quod creberrima miracula, spiritales visiones, cælestes reuelationes, sublimes consolationes almæ parentis Domini orbe terrarum assidue coruscabunt, donec fidem mundus iste senescens inueniat.] De quibus visionibus ac reuelationibus libro quinto plura dicemus. Illud verò etiã atque etiam Chemnitio negamus, quod, vt ipse fingit, patres præcipuum sententiæ suæ pondus in reuelationibus, miraculis, historiis posuerint, aliásque firmiores cõdendi decreti causas non habuerint. Eodé candore de Augustino iudicat, qui non tantùm Virginem cũ labe peccati originalis conceptam esse seuserit, sed etiã diuersam sententiam hæresim esse pronunciarit. Nihil verò tale vel sensit vel pronunciauit Augustinus, sed eius verba peruersè corrupit Chemnitius, quemadmodum vir doctissimus Tdetanus, vbi pro Concilio Tridentino respondet, hunc aduersariũ in præsenti causa falsitatis mendaciique aperte cõuicit. Et nos deinceps monstrabimus, ex Augustini sententia, Virginem matrem in hoc reliquis iustis & sanctis præstare, & ab omni peccato pura sit atq. habeatur.

Sed obstrepit nobis quoque Caluinus, & aduersus eandem Synodum hoc procaciter ingerit: *De speciali Virginis Mariæ priuilegio cum cælestes diploma promulserint, credemus quod iactant.* Annectit & illud: *Ecclesiæ certe membrum erat Augustinus, qui tametsi amolliendæ inuidiæ causa vult aliquibus de beata Virgine silere, passim tamen sine eius exceptione totum Adæ genus peccato inuoluit. Quin etiam prope disertis verbis eam in peccatorũ ordinem aggregat, cum ad Marcellinum scribens, multum eos errare tradit, qui vlli sanctorũ præterquam vni Christo necessariam fuisse hanc deprecationem negant: Dimitte nobis debita nostra.* Vbi Caluinus nõ sine vafricie, vel potiùs impostura Mariam in ordinem redigere, & peccatoribus aliis exæquare contendit, siue de originali vitio, siue de actualibus peccatis agatur. Porrò de vero & germano verborum Augustini sensu, quẽ in suam partem Caluinus rapere & detorquere conatur, non multò infrà dicemus, vt tanti Patris authoritate Virgo sẽper purissima vindicetur. Illud ridiculũ videri potest, quod præfractus Caluinus de speciali Virginis Mariæ priuilegio, sicut ipse loquitur, nolit credere, nisi cæleste diploma illi proferamus. An enim Iudaicam non sapis perfidiam, & ad tentandũ Deum pertinet, signa, & cælestia signa postulare, quibus modo fides Ecclesiæ adstruatur? Sin de diuinis oracuIis loquitur, tursus meritò videatur ineptus, quòd solũ ex Dei verbo scripto pendere velit omnia, nihilque Ecclesiæ sanctæ, quã Christus simpliciter iussit audiri, tribuat authoritati. Nec videt interim Caluinus, quantò nos æquius ab ipso postulare

Errare Chemnitii discipulos Latinos debere conijcimus.

Caluinus non tantum putat Augustinum peccato Adæ obnoxium fuisse, sed etiam ipsum Adam peccatorem fuisse.

Mendacium Caluini.

postulare possimus, vt cæleste diploma nobis tandem proferat, quo sua ipse confirmet dogmata, imò paradoxa: vipote peccatum nullum esse nisi mortale, hominem libero arbitrio destitui, infantes ex fidelibus parentibus genitos, etiamsi sacro fonte non tingantur, Christi & Ecclesiæ membra esse, nulla necessitate aqua tingi pueros, vt cætera id genus plurima prætermittamus. Sed & Brentius nihil humani, vel quod in hominem cadere possit ac soleat, alienum à Maria fuisse vult, quam dicit in publico humani generis iudicio contineri, quo quidem peccato & iniustitiæ omnes subiiciuntur. Tum Gulielmus Rodingus Deiparam ita loquentem inducit: *Ipsa in peccatorum sordibus concepta, & in mundum nata sum.* Suffragatur his Hieronymus Vveller, sese cum Maria improbe conferens in his, quæ ad communem peccati rationem pertinent, nec illam magis quam se miserum de iustitia, meritis & dignitate gloriari potuisse garrit. Adeò istis tantùm non ludus est, Mariam facere peccatricem, & inter Deiparam communémque Adæ sobolem nullum ferè discrimen statuere, quasi Christum si non crudelem, at certè quidem negligentem in curanda & honoranda parente faciant, quam posset quidem, sed non vellet eximiè pulchram, & prorsus immaculatam, hoc est, puritate sibi simillimam reddere, aliisque omni sanctitate præferre. Venio demum ad Centuriatores, quorum iudicio vehementer errarunt veteres, qui Mariæ innocentiam singulari præconio illustrarunt. Flagellant igitur Anselmum, omnes in peccatis esse mortuos, dempta solummodo matre Dei asseuerantem. Accusant Idiotam crassi erroris, quoniam nihil vnquam vitij, peccati aut turpitudinis in Mariæ anima substitisse testetur. Vetberant & Giselbertum, cuius opinione vellus Gedeonis pro sanctissimæ Virginis corpore maculæ omnis experte sit mysticè accipiendum. Adeò sunt procliues & præcipites ad carpendum Centuriatores, qui dum veteres Marianæ puritatis laudatores accusant, certè quo loco ipsi, ipsorúmque similes tantæ Virginis obtrectatores habendi sint, nimium orbi aperte declarant.

Inc. 2. Euang. Iacob.

Inuect. contra fabulas Iesuitarum.

In postilla verè Iesuitica Annunciat. Domini. Libet secta lio Virginis matri peccatũ fictũ & alia impudicè.

Centuriatores Mariæ innocentiam adimere student. Cent. 11 cap. 4. Centur. 9 cap. 10 Centur. 10 cap. 4

Nouatores contra Lutheri magistri sui sententiam de Mariæ Conceptione & innocentia.

Quomodo Lutherus sentiendum de Mariæ Conceptione festũ celebrandum.

CAETERVM aduersus hos omnes si nihil aliud proferre possemus, communem eorum patrem & præceptorem Lutherum magno iure obiiceremus, qui sinceram Virginis Conceptionem adstruit, ac de illa præclarum testimonium mox addendum edidit. Sed & Luthero Erasmus consonat, si fortè hos Doctores audiant, qui Concilij Tridentini Patres & alios rectius de Maria sentientes non audiũt, pro sua mirabili scilicet æquitate. Ac Lutherus quidem diem conceptioni Mariæ sacrum celebrauit, ac frequẽter in illo ad populum verba fecit, hisque verbis est publice concionatus: *In virginis Mariæ Conceptione, cuius corpus progressu temporis iuxta aliorum insanientium rerum factum est vsque ad animi infusionem, non opus fuit tali Conceptione, quemadmodum Christi videlicet, quem solum Deum & hominem citra viri operam omnibus membris absolutum concipi oportebat. Potuit enim Maria ab omni originali peccato præseruari, donec anima infundenda esset.* Et statim postea: *Mariæ Conceptio pièe creditur sine originali peccato facta esse, vt scilicet in ipsa animæ infusione, vna etiam ab originali peccato purificata fuerit, diuinis dotibus redimita, ad accipiendam sanctam animam à Deo ipso infusam. Atque ita in primo momento cum viuere inciperet, omnis peccati expers erat.* Vbi

Mendacium

A præterea inter duplicem hominis Conceptionem distinguit alteram quæ ex naturali commixtione viri & mulieris prouenit, alteram quum iam corpusculum in materna aluo præparatum est, & anima illi à Deo infunditur creatore, ac tandem ita concludit: *Sic virgo Maria quodammodo inter Christum & alios homines medium tenet. Siquidem Christus cum conciperetur & pariretur, eo ipso articulo temporis plenus gratia fuit. Cæteri homines sine gratia sunt, tam in priori, quam in posteriori Conceptione. Atqui virgo Maria quamuis iuxta priorem Conceptionem non plenè gratiæ erat, tamen iuxta alteram Conceptionem plena gratiæ erat atque hoc non immerito. Nam medium fuit inter omnes natiuitates: & patre enim & matre nata est, ipsa vero sine patre peperit, & mater facta est partim carnalis, partim verò spiritualis filij. Equidem Christus partim de ipsius carne partim de spiritu sancto conceptus fuit. Porro autem Christus pater multorum filiorum est sine carnali patre, & sine matre carnali. Iam vero sicut virgo Maria vitæ inter carnalem & spiritualem nativitatem medium est, finis carnalis, initium autem spiritualis; ita etiam iuste medium tenet inter Conceptionem. Nam vt cæteri homines tam animæ, quã corpore in peccato concipiuntur, Christus autem sine peccato tam corpore quã anima, ita Maria virgo iuxta corpus quidem sine gratia, iuxta animam autem plena gratiæ concepta est. Hoc sibi volunt verba illa, quæ Angelus Gabriel ad eam dicebat: Benedicta tu inter mulieres. Non enim ad eam dici posset: Benedicta tu, si aliquando maledictioni obnoxia fuisset. Dignum etiam & iustum erat, personam hanc ab originali peccato præseruari, de qua Christus sumpturus erat carnem, quæ omnia peccata superaret. Illud enim proprie benedictum vocatur, quod diuina gratia donatum est, hoc est, quod peccato caret. De hac alij longe plura scripserunt, & pulchras rationes ostenderunt, quas hic percensere nimis longum fuerit.*

Quomodo decuerit matrem Domini benedictam à peccato etiã Originis præseruari, omnique donati gratia.

Summa doctrinæ Lutheri de Mariæ Conceptione.

QVAE Lutheri verba interpretem non requirunt, adeò luculenter ostendunt; quid ipse de Mariæ Conceptione ac eius festo die senserit, aliisque sentiendum docuerit. Vult Deiparam ratione Cõceptionis reliquis mortalibus omnibus, vno Christo duntaxat excepto, anteponi. Mariæ animã corpori sic dicit infusam, vt ab originali peccato fuerit præseruata, omnique peccato caruerit, quæ inde ab initio plenitudinem habuerit gratiæ, maledictioni nunquam obnoxia, ac ipso etiam Conceptionis tẽpore benedicta: sic enim prorsus decuisse, vt Christus Dominus carnem de carne illa sumeret, quæ peccata omnia superaret. An hæc non clarè, fortiter & generosè tradit Lutherus, non per omnia quidem in hac tota oratione laudandus, sed qui tamen suos discipulos aliósque nouatores, immaculatam Mariæ Conceptionem oppugnãtes, adeóque subsannantes, multis modis redarguit & conuincit, vt longe magis nobiscum quàm cum illis facere videatur. Pudeat ergo recentes Mariomastigas, qui cum Sarcerio, Caluino, Chemnitio, Brentio, Heshusio, Centuriatoribus Mariæ Conceptionis sanctæ, turpiter obganniunt, qui præterea festũ Conceptionis huius diem vbicunque possunt prosua libidine abrogant, aliósque illum celebrantes irridẽt, ac breuiter hoc toto Conceptionis argumento nihil præclari aut sentiunt, aut scribunt, imò verò illud fœdissime, sicut ostendimus, tractant, planéque contemnunt. Sed & alibi perspicue docet Lutherus, quandoquidem Maria ab Angelo gratiæ plena salutatur, per hoc illam om-

Lutherus Mariam summopere laudat ex verbis angelicæ salutationis. In Postilla circa Euang. de Annunt. Mariæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis peccati puram cognosci, idque magnum quiddam & sublime ducendum esse. *Siquidem gratia Dei*, inquit, *ipsam omnis boni abundantem fecit, & ab omni malo liberat. Secundo Deus cum ea est, hoc est, omne quod facit aut omittit diuinum est, & in eo à Deo perficitur: adhæc tutatur eam & defendit ab omni, quod obnoxium & incommodam esse potest.* Quid autem isthuc est aliud quæso, nisi Virginem ab omni peccato & peccati suspicione immunem verbis dilucidis pronunciare?

Vt Erasmus huic Conceptioni faueat ac patrocinetur. *In Apolog. ad libros Alberti Pij.*

SVPEREST, vt Erasmus quoque contra istos testem minimè vulgarem, & à nouatoribus valde probatum inducamus, quantumuis idem, Mariæ in multis, vt alibi disseremus, durum se & iniquum præbere non vereatur. Erasmi verba sunt. *Quam magnifice sentiam de sacratissima Virgine, declarat Pæan meus, & obsecratio tam toties excusa, præterea Liturgia cum concione, quam edidi aduersus obtrectatores Virginis, semperque fani sententiæ, quæ liberat eam ab omni peccato etiam originali.* Et postea: *Profiteor mihi magis probari* B *sententiam illorum, qui Mariam faciunt immunem ab omni peccato.* Ac rursus: *Quod ad Originis peccatum attinet, omnes vetusti solum Christum eximunt ab omni peccato, nec hodie desunt, qui in templis suis publice doceant, illam non fuisse immunem à peccato Originis, cùm ego contrarium sentiam in libris meis.* Quare Maria non solùm ab omni labe vitiorum, sed etiam ab Originis peccato immunis, & absque omni contagio concepta fuit, si Erasmi iudicio stare velimus, quicquid idem alibi in contrarium adferre videatur. Tum Bedæ respondens fatetur, etiam si Christus solus omnũ nulla peccati labe contactus & inquinatus sustulerit peccata mundi, se tamen non obstare Virginis matris priuilegiis, nec illorum sententiam à se reiici, qui puram eius Conceptionem propugnant. Ac alibi rursus: Non ideo inquit, falsum dixit Paulus: *Ad Gene. dam Nouar. magenspon.* Omnes in Adam peccauerunt, si credamus Mariam & Christum à peccato fuisse immunes. Et cum Paulus ait. Omnes quæ sua sunt quærũt, non omnes sensit esse tales, sed intelligi voluit perpaucos esse, qui Euangelium sincere tractarent.] Demum Pæan Erasmicus Mariam his verbis affatur: *Tu felix illa plantula de Iessea radice subnata, nihil tamen inde genitalium sordium trahens. Tu sacratissimum pacifici regis templum, tam magnificum, vt in eo Rex olympi præsideret: tam sacrum, vt nulla vnquam peccati labe potuerit prophanari.* Verum nec Lutheri, nec Erasmi, nec Budæi, nec Rudolphi Agricolæ oratio, qui certè Scholastici Theologi non fuerũt, vt nihil de aliis dicam, tantum apud nouatores potest, vt illorum authoritate à sua sententia se dimoueri, atque ad illibatam Mariæ Conceptionem probandam adduci patiantur. Budæus verò non modo Catholicus, sed etiam æuo suo Galliæ lumen & decus existimatus, hoc euidenter affirmat: Immunitas est hæc (à vitiis malisque animi motibus) singularis omnino & eximia, rarissimique exẽpli, quod oltm prouidentia in Diua Christi parente Dei atque hominis, non modo à partu salutis integra aque intacta, sed etiam à næui natalitij conditione immuni, vt credimus, aliquando vsurpauit. Et Rodolphus Agricola paulo vetustior, nec vulgaris & ipse politioris litteraturæ professor, æquum fuisse testatur, vt qui filius esset æterni Patris optimi & vndique consumatissimi, is filius quoque fieret matris intemeratæ & nulla humanæ inquinationis labe conspersæ.

CAPVT NONVM.

Mariam sanctificatam fuisse antequam nasceretur, nec solum ipsi, sed & Hieremiæ in matris vtero sanctificationis contigisse donum, multisque modis Mariam sanctificatam censeri.

Sanctitatis vel sanctificationis nomen aliter Mariæ, quàm Deo tribui. Maria in matris vtero bis à sanctificata dici potest

CONVENIT sane inter eruditos, Deum solum, qui sanctus in Scripturis toties prædicatur, naturà siue essentialiter, vti vocant, sanctum & sanctificantem: Mariam verò ex accepto diuinæ gratiæ dono sanctam & sanctificatam esse. Verùm quando illa sanctificari cœperit, in controuersia positum manet, sicut hucusque multis commonstratum est. Alij quippe sanctificationem cum ipsa Virginis Conceptione ita coniũgũt, vt animam eius quum corpori primum infunderetur, omni peccati contagione liberent, ac idcirco Mariam sanctificatam, hoc est, ab originali vitio præseruatam appellent. Alij rursum sanctificatam faciunt post Conceptionem, quando eius anima modico quidem tempore peccato polluta, ac deinde purgata, veréque sancta esse cœperit: & hi sanctificatam, id est, ab Originis vitio mundatam interpretantur. Vtraque sanctificatio aliquid habet eximij, sed necessario discernenda, vt variantes de Mariæ sanctificatione atque puritate sententiæ rectius diiudicentur. Etenim prior admissa &

Quo conferat nosse differentiam huius duplicis significationis.

probata opinio, vt maiorem Virgini matri sanctitatem adstruit, sic etiam illustriorem sanctificantis Dei virtutem ac munificentiam arguit, qui templũ hoc suum electum, ab omni macula vt semper alias sic etiam conceptus tempore purum & sanctum conseruarit. Posterior vero sententia etsi longè minùs Mariæ, velut in peccato conceptæ, largiatur, tamen illam aliis, qui sancti cum Baptista nascuntur, & in matris vtero sanctificantur, citra controuersiam anteponit, vtpotè cui plenior & copiosior, quàm cæteris, sanctificationis gratia contigerit, quæque maturius ab originis labe fuerit expurgata.

A Ex his conficitur, non habere Sectarios, cur de *Ex præfatione Caluini ad 1. c. Hier.* Catholicis quibusdam, velut secum sentientibus, admodum glorientur, quum inter vtrosque permultum intersit. Illi quippe licet in vtramque partem liberè disputent, tamen alij alios damnare catuent, vtralibet demum sententia defendenda suscipiatur. Deinde ambæ partes non ad solam Scripturam prouocant, sed suum iudicium Ecclesiæ Scripturæ interpreti & veritatis magistræ liberum integrúmque relinquunt, & huius definitioni se totos permittunt atque subiiciunt. Rursus in eo consentiunt, sanctificationis gratiam quæ Mariæ contingit,

A tingit, si cum aliis in vtero sanctificatis conferatur, incomparabilem extitisse. Cuius quidem effectus proprius fuerit, Mariæ vitam ab omni etiam leuissimo peccato, & inordinato sensualitatis, vt vocant, motu quolibet, immunem conseruari, ac præterea Virginem sapientiæ dono, & virtutum perfectione, omnisque gratiæ plenitudine, quantum personæ conditio patiebatur, supra Sanctos reliquos insigniter cumulari. Hi verò (de Sectariis loquor) qui semper in præcipitia tendunt, omnémque modum prætergrediuntur, illam solùm vrgẽt, ac retineri ab omnibus volunt sententiam, qua virginis Conceptio in communi hominum sorte ac sorde relinquitur, abiecta interim ac dãnata prorsus altera opinione quasi Scripturis diuinis aduersa, & tantum non hæretica. Tum vt antiquum obtineant, in hac ipsa controuersia, vt in aliis omnibus, non Ecclesiæ, sed Scripturæ authoritate conuinci postulant, ne sacræ quidem scripturæ fidem habituri, nisi pro suo ipsorum arbitrio intellectæ. Præterea si maximè concedatur, Virginem in originis peccato fuisse conceptam, in eo isti à Catholicis dissident, quod audacter negant, illam in suæ matris vtero ab hoc vitio mundatam, gratiáque sanctificationis donatam esse. Quare natalem Mariæ diem, de quo postea disseremus, cum Catholicis refugiunt honorare, & receptum ritum honorandi publicum è suis tollunt Ecclesiis. Postremò vt summam huius sanctissimæ Virginis puritatem egregiè polluant, aduersus Catholicos omnes matrẽ Domini nõ solum originali, sed actuali etiã peccato subdunt & immergunt, multáque in eius vita & moribus vitia recensent: quam verè autem, suo loco considerauimus. Operæprecium igitur facturi videmur, si ad hos varios coarguendos errores, Mariam priusquam nasceretur, in materno vtero verè sanctificatam, & in tota deinde vita ab actuali peccato puram & immaculatam extitisse monstremus.

In replicat. Lateg. Hier.

IOANNIS Pomeranus, qui Sectariis aliis mordacitate & petulãtia non facilè cedit, ridet Catholicos Mariæ sanctificationem in vtero matris Annæ factam asseuerantes, atque hoc modo ratiocinãtes: Si [a] Hieremias & [b] Ioannes Baptista in vtero materno sunt sanctificati, probabile est admodum, haud inferiorem sanctificationis gratiam Deiparæ contigisse, Vbi præterea negat, vt hoc obiter addam quod hactenus docti omnes affirmant, de Hieremia Propheta in vtero matris sanctificato. Nihil enim aliud illi tribuit, quam quòd ad sacrum verbi ministerium electus fuerit atque segregatus, quemadmodum Apostolus Paulus de seipso testatur: Deus me segregauit ab vtero matris meæ, ad Euangelium videlicet annunciandum. Atque hoc est Hieremiam sanctificari, si non solum Pomerano, sed etiam Caluino fidem habemus, perinde ac si dicat Deus: Ego te formaui Prophetam, & non hominem dũtaxat. *Hæc ea? sanctificatio non realis*, inquit Caluinus, *sed tantum quia ordinatus fuit Hieremias antequam natus esset, qui suo tempore manifestaretur.* Negat interim eundem, quèadmodum de Ioanne Baptista scribitur, ex vtero sanctificatum fuisse: quod & Bullingerus cõfirmare videtur. Verum luculentior est Prophetæ, imò Dei sermo, quam vt hoc modo eludi, & à Sectariis corrumpi possit ac debeat. Ac primum quid quantúmque apud Hæbræos valeat

a Hier. 1 b Luc. 1

Quomodo Hieremias in matris vtero sanctificatus fuerit notatum.

Galat. 1.

In Concionem Hieronymi de Natiuitate Hilarionis.

D sanctificare solerter aduertere conuenit: id enim quum de hominibus loquimur, ex propria sua significatione multa complectitur. Etenim sanctificari dicitur, qui ex naturæ corruptæ statu, & ex peccati seruitute liberatur, ita vt ex polluto mundetur ac purificetur. In quem modum Ecclesia, sicut Paulus affirmat, à Christo sanctificatur. Deinde sanctificatur, qui in statum nouæ creaturæ asseritur, & in perfectum Dei obsequium consecratur, vel ad eximium aliquod munus præ reliquis segregatur atque destinatur. Ita Leuitæ & Prophetæ peculiari quadam ratione, sicut Scriptura loquitur, sanctificabantur, & Ioel præcepit, sanctificare Ecclesiam. Cùm verò Hieremias & Baptista sanctificari dicuntur, non solum de officio illorum prophetico, sed etiam de nouo & excellenti gratiæ mentem sanctificantis, ac eos omninò innouantis dono, id est intelligendum, ipsáque verborũ proprietas retinenda. Priusquam te formarem in vtero, dicit Dominus ad Hieremiam, noui te, & antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in Gẽtibus dedi te. Hic disertè distinguit illa Deus, quæ isti fœdè commiscent, quod Hieremias nondum natus in matris vtero à Deo notus & sanctificatus dicitur, quódque natus licet puer adhuc, in Prophetam deligitur, qui non solum Iudæis, sed & multis in circuitu Gentibus propheticum ministerium esset suo tempore præstiturus: Quibus in rebus typum ille gessit Christi Saluatoris, qui in vtero Virginali notus patri & sanctificatus fuit, ac præterea Prophetam se quasi Gentium fecit, dum per suos Apostolos Gentium nationes omnes è tenebris ad Euangelij sui lucem adsciuit. Vnde ab Hieronymo dictum legimus: Hieremias in vulua sanctificatur, eligitur, roboratur, & in typo Christi Propheta Gentibus mittitur.] Ac rursus idem quũ in Hieremiam præfatur, Sacerdorem illum ex Sacerdotibus, & in matris vtero sanctificatum, sed & Virginem, qui puer exorsus sit vaticinari, nuncupat. Tũm alibi de illo prædicat: Hieremias antequam formaretur in vtero & conciperetur, in vulua matris suæ notus Deo sanctificatúsque perhibetur.] Et clarius adhuc Athanasius: Permulti fuêre viri sancti inquit, puri omnis criminis. Siquidem Hieremias ex vtero sanctificatus fuit, & Ioannes, dum adhuc à grauida matre gestaretur, exultauit in gaudio ad vocem Deiparæ Virginis.] Nec dissentit Ambrosius, vt cuius testimonio Hieremias in vulua matris sanctificatus est & probatus. Quo loco statim illi Ioannem Baptistam adiungit, sicut & priores fecere Patres, vt nimirum vtrique Prophetæ non dissimilem sanctificationem in vtero datam fuisse sciamus, hócque diuinum opus in vtroque celebremus. Ac Origenes quidem Hieremiam reliquis Prophetis in materno vtero non sanctificatis anteponit, ac de Abraham quoque fatetur, Prophetam illum quidem à Deo dici, sed ad hunc sanctificationis gradum tam maturè, vt Hieremiam, minimè peruenisse. Cæterum quod ad Paulum Apostolum attinet, nullus dubitat prorsus, illum ab vtero suæ matris, vel antequam nasceretur, ad prædicationem Euangelii diuina fuisse prouidentia segregatum: sed procul abest, vt idcirco Hieremiæ recte conferatur, quum in peccato natus diúque versatus, in sancti Stephani necem impiè consenserit, adeóque crudelis Ecclesiæ persecutor, & in

Confutatio eorum qui negant Hieremiam in matris vtero verè sanctificatum esse.

Homel. 1 in Hierem.

Aliter Paulus quam Hieremias ad munus docendi segregatus atque sanctificatus.

In Apologia Aduersus Rufinum.

Quomodo Patres de Hieremiæ sanctificatione loquantur.

In c. 1. epist. ad Galat.

Ser. 4. contra Arrianos

In Euangel. Luc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum ipsum blasphemus extiterit, sicut de se ipse testatur. Hieremias verò præterquam quòd ad munus propheticum diuinitus prædestinatus & adscitus esset, etiã in ipso matris vtero tale ac tantum sanctificationis donum accepit, vt ab originis peccato purgatus, & innocenter natus, per omnem quoque vitam potuerit in Dei gratia perseuerare, nullo grauiore crimine mentem polluens, vt eo rectius officio suo grauissimo, quod asperrimo tempore, & in summa Reipub. perturbatione sustinuit apud Iudæos & Gentes satisfaceret. Nec interim ignoramus, sed vltrò fatemur, in Scripturis etiam sanctum & sanctificatum appellari, quod templi vsui designatum, Deo ab hominibus offertur atque consecratur, quemadmodum illud dictum ostendit: Sanctifica mihi omne primogenitum. Igitur & mutæ pecudes, quæ Deò mactantur in templo, & vasa, quibus ad altare ministrantes vtuntur, sancta vocantur, sicut & Hieronymus annotauit. Et Paulus vtique Christianos Baptismo initiatos & semel iustificatos omnes indiscriminatim sanctos facit, vtpote qui Christo omnium sanctissimo Regi & Sacerdoti, cui sancte per omnem vitam seruiant, statim in sacro fonte addicuntur atque consecrantur.

Sanctum & sanctificatum quid in Scriptura dicatur. *Exodi. 13* *1b 1.c.ep.ad Ephesios.* *Roman.1* *Ephes.1* *Philip.1* *Coloss 1* *1.Thessl 5* Sancti, Paulo fideles & baptisati vocantur.

Cæterum quod ad præsentem locum attinet, Luthero haud licuit, Dei verbum adulterare, quãdoquidem licenter pro sanctificaui transfert præparaui & segregaui te, quantumuis Hebræi & Græci codices vnà cum Latinis refragentur. Vnde Castalion quoque vertit: Priusquam ex vtero exiisses, consecraueram. Paginus verò transfert: Antequam prodires de vtero, sanctificaui te. Nec aliter habet Latina versio, quæ iuxta fidem Septuaginta interpretum est reddita. Et neque Pomeranum decuit, veterum sensu repudiato, nouam hanc cum ipsius Prophetæ iniuria interpretationem inuehere, aliósque rectius sentientes tam temerè ac procaciter insectari. Scholastici Doctores meritò retinent, quòd cùm ab aliis Patribus, tum à Bernardo didicerunt ita pronunciante: Cum omnes in iniquitatibus concepti sint, neminem vnquam mortalium intra materna viscera sanctificatum legimus præter Hieremiam & Ioannem Baptistam. Ac iterum: Hieremiæ quidem admiranda sanctificatio, quia etsi in peccato conceptus est, nascitur tamen sine peccato. Antè enim quàm exiret de ventre, sanctificatus est, nec poterat nasci non sanctus, qui in vtero matris erat sanctificatus. Mira res, & à transactis seculis nõ audita, hominẽ conceptum in peccatis, nasci sine peccato.] Nec pudet tamen nouatores, tam abiectè & indigne de Hieremia sentire, illúmque hac tanta spoliare gloria, quam illi summus Deus cum paucissimis mortalibus voluit esse communem, vt sanctus antequam natus esset, tantáque sanctitatis pollêret gratia, quæ vitam illius ab omni crimine seruaret immunem, verèque beatum redderet, hoc est, qui in via Domini ambularet, semperque persisteret immaculatus. Præterea ingentia miracula, quæ ad eximiam eius integritatem sanctitatémque commendandam Deus per illum non modò viuum, sed defunctum etiam est operatus sicut Epiphanius & Dorotheus memorarunt. Annon tarum & præclarum est eulogium, quod illi defert Hieronymus? Certè nullum inquit, puto esse sanctiorem Hieremia, qui virgo,

Lutherum & Pomeranum verborum hieremiæ corruptores esse.

Sententia Scholasticorum de hieremiæ sanctificatione.

Ser. de excellent. & sanct. Ioan. Bap. Ibidem.

Psal. 118.

In historia prophetarũ. *In cap. 23. Hierem.*

A Propheta, sanctificatúsque in vtero, ipso nomine præfigurat Dominũ Saluatorem. Hieremias enim interpretatur Domini excelsus.] Nec vanum illorum est iudicium, qui putant, excellens hoc sanctificationis donum, paucissimísque delatum priuilegium, Hieremiæ idcirco conferri, quoniam præ cæteris diuinitus fuit electus, qui verbis, factis, vita & morte Messiam expressius adumbraret. Ac prudenter interim causæ suæ consulit Pomeranus, vt cæteros omittam, quod fortassis Hieremiæ, quia cœlibi Sacerdoti minus fauet, eique singularem perpetuæ sanctimoniæ laudem inuidet, ægrè ferens (vt arbitror) inhærentem quandam iustitiam & excellentem puri animi sanctitatem in illo lucere, quum ipse solum externam & imputatiuam B iustitiam doceat, ac in sanctis omnibus velit agnosci, nullúmque locum tribuat, charactери, vt vocant, Sacramentali.

Cur Pomeranus Hieremiæ inuideat.

Hæc ego pluribus explicanda duxi, non solum ad Sectariorum sententiam refutandam, qui vt Hieremiæ sanctitatem obscurant, sic Dei verbum quoque corrumpunt, verum etiam ad retundendum simul illorum errorem, qui palam affirmant, Hieremiam & Ioannem Baptistam non aliter in vtero sanctificatos fuisse, quàm alios Christianorum parentum filios, qui Sancti, id est, Christi & Ecclesiæ membra censentur, veræque iustitiæ & salutis participes fiunt, etiamsi vel in aluo materna pereant, vel in lucem editi, sine Baptismo è vita decedant. Crassum hoc dogma est Sectariorum, neque nostro primum sæculo natum, sed à Pelagianis acceptum, & frequenter ab Augustino dissipatum, qui de illis C clarissimè docet: In paruulis nolunt credere peccatum, quod in nascentibus nullum omnino esse contendunt.] Quid autẽ ille vicissim? Quisquis dixerit, quod in Christo viuificabũtur etiam paruuli, qui sine Sacramenti perceptione de vita exeunt: hic profectò & contra Apostoli prædicationem venit, & totum condemnat Ecclesiam.] Ac rursus: Nulla ex nostro arbitrio præter Baptismum Christi salus æterna promittatur infantibus, quam non promittit Scriptura diuina.] Prætermitto cætera, quæ ad hunc coarguendum errorem priore libro, quum de Ioanne Baptista paruulo disputaremus, in medium allata fuerunt, nullus vt dubitare debeat, hominem, siue paruulum, siue adultum, nisi secundum carnem in mundum prius nascatur, secundum spiritum renasci & in Christi regnum adsciscì non posse. Nunc D ad Mariam redeat oratio.

Ad Hieronymum. Libro 3. contra Pelagianos. Ibidem.

Non est sanè, cur nouatores tam petulanter insurgant, ac fastidiosè respuant hoc argumentandi genus, quòd ex Ioannis & Hieremiæ sanctificatione petitum, ad adstruendam Mariæ sanctificationem quæ in vtero materno facta sit, accommodatur. Etenim nisi cum rationis ac simul fidei claritate pugnemus, sic nos docet, sic sentire docet pietas Christiana, æternam illam Dei bonitatem erga dilectissimam lectissimámque parentem, non minus quàm erga seruos & amicos reliquos quamlibet iustos fauentem, effusam ac liberalem semper extitisse. Præterea summopere congruisse dubium non est, vt quæ sola totius gratiæ fontem & authorem orbi erat exhibitura, præstantioris gratiæ donis ac prærogatiuis, si vllus in terris alius, diuinitus illustraretur. Tantum abest, vt mater Maria præ

Ioanne

Ioanne Domini Præcursore laboraret, atque in peccati fecibus iaceret eo tempore, quo maternis visceribus clausa tenebatur. Quid si Angelici quoque spiritus hanc felicitatem, aut singularem certè gratiam Virginis admirentur, & ob rei nouitatem *in hunc modum exclament: Quam pulchri sunt* gressus tui in calceamentis filia principis? Ac velut inter se cum stupore quodam colloquantur: Quæ est ista, inquiunt, quæ ascendit per desertum quasi virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, ac vniuersi pulueris pigmentarij? Neque primi Scholastici hoc argumentandi genus inuexerunt, quo Mariæ sanctificatio à sanctorum licet paucorum exemplo confirmatur, sed eâdem ratione haud secus vtitur quoque Bernardus: Quod, inquit, vel paucis mortalium constat fuisse collatum, fas certè non est suspicari, tantę Virgini fuisse negatum, per B quam omnis mortalitas emersit ad vitam. Fuit procul dubio & mater Domini antè sancta quã nata.] Et alibi, quum de Hieremia & Ioanne in vtero sanctificatis posuisset exempla, hoc statim adiecit: Quanquam & de singulari Virgine nulla sit ambiguitas, quæ in ipsa maternis circumsepta visceribus, sublimiori sanctificationis genere mundata sit, vtpotè sanctuarium illud, in quo Deus & Dei filius carnem fuerat susceptarus.] Quantum verò in Mariam & alios in vtero sanctificatos interfit, ex doctissimo Cardinale Cusano intelligi potest, cuius verba repetere non grauabimur, vt maiorem lucem adferant studioso Lectori: Originale peccatum diuidit hominem ex Adam, à Deo, qui est spiritus: & non reparamur, nisi per spiritum Christi via regenerationis. Sed confusa fuit in gloriosa C Virgine, quando anima infusa fuit & superaddita gratia, quasi ignis illuminans & ornans, & penitus non admittens fontem concupiscentiæ. In aliis vero in vtero sanctificatis post animæ infusionem superaddita est gratia, quasi ignis consumens & exiccans fomitem concupiscentiæ, & purificans atque expellens contagiosam fœditatem, sicut si vino in vas fœtidum infuso statim post superueniret fragrans odor, omnem vasis odorem excellens.] Nec multò pòst: Omnia in virgine gloriosa ab initio sic se habuerunt, quod ipsa fuit capax gratiæ non vt cæteri diminutæ, sed planè, ita quod non habuit opus in vita sua purgatione, sed conseruauit animã suam sanam, quia actualiter ita nunquam peccauit, quòd aliquid plenę gratiæ perdiderit. Fuit enim confirmata in gratia: quæ lex membrorum, stimulus scilicet peccati & fomes nõ regnauerunt in ipsa. Singulari enim priuilegio fuit exempta de principatu & legibus Principis huius mundi.] Atque idẽ alibi docet, solam inter mortales Mariam (Christum semper excipimus) reperiri, quæ non solùm originali peccato vacarit, sed etiam originalem iustitiam obtinuerit, vt eò dignior esset, ex qua æternus Dei filius natura humana indueretur. Id verò de nullo alio vel Angelo vel homine quamlibet sanctificato, rectè quisquam affirmarit.

Cantic. 7 *Cantic. 3*

Testimonia veterũ sanctissimorũ Matrem Christi ab originali labe, excepto illorũ in matrem virginem sanctificatorum. *Epist. 174.*

Sent. de excellentia & sanctitate Ioan.

Longè magis & sublimius Maria sanctificatam quam reliqui. *Lib. 4. contra Iulianum in dictum. Psal. 50. vers. 7.* Infirmos quosdam pulsat Augustinus, nisi à nouatoribus sunt exempti.

Virtus de Maria sanctificatio eius cum Christo.

Atque huc spectat firmissimum argumentum, quicquid aduersarij calumnientur, quod nobis ecclesiæ sanctæ suppeditat authoritas, institutio & praxis tot confirmata seculis in Mariæ natiuitate solenniter celebranda. Vnde Bernardus si non peruetustus, ac certè præstantibus Theologis annumerandus, vt probet matrem Domini prius sanctam

A quam natam esse, hanc adhibet ratiocinationem: Non fallitur omnino sancta Ecclesia, sanctum reputans ipsum Natiuitatis eius diem, & omni anno cum exultatione vniuersæ terræ votiua celebritate suscipiens.] Et adhuc manifestius: Ortum Virginis didici in Ecclesia, & ab Ecclesia indubitanter habere festiuum atque sanctum, firmissimè cum Ecclesia sentiens, in vtero eam accepisse, vt sancta prodiret.] Tum Hillefonsus qui Bernardo est antiquior, non dispari modo ad sanctificationem Mariæ probandam argumentatur: Sancta Virgo, inquit, nisi in vtero matris sanctificata fuisset minime eius Natiuitas colenda esset. Nunc autem quia authoritate totius Ecclesiæ celebratur, constat illam ab omni originali peccato immunẽ esse. Nullis ergo postquam nata est beata Virgo, delictis subiacuit, nec originale peccatum iam in vtero sanctificata nascendo contraxit. Apta igitur est concinna est professio, quam in commentariis Cyrillo Alexãdrino ad Euangelistę Ioannis explicationem adiectis, hoc modo expressam legimus: Omnes, homines, excepto illo, qui de Virgine natus est, & sacratissima eius Virgine, ex qua Deus homo prodiit in mundum, exempta, cum peccato originali nascimur, & grauissima cœcitate depressi, in mundum venimus, quam quidem cœcitatem de radice primi parentis contraximus.]

Epist 174. *Ibidem.* *Lib. de virginit. beatæ Mariæ.* *In Euangel. Ioan cap.6 cap.15.*

Maria sæpius fuit sanctificata.

Et ne fallat aliquem nominis ambiguitas, variis quidem modis loquuntur veteres de Marię sanctificatione, quam nunquam in matris vtero eidem contigisse statuunt, alias verò cum ipsa filij Conceptione coniungunt. Scribit igitur Arnobius, Mariam ingredienteChristo in eius vterum sanctificatam fuisse, vt eiusdem verbis postea confirmabimus. Testatur & Cyrillus Hierosolymitanus: Spiritus sanctus in Mariam veniens, sanctificauit eam, quo posset eum, per quem omnia sunt, suscipere, sicut Angelus prædicabat.] Quibus loquendi formulis haudquam negant Patres, Virginem prius, adeóque in vtero sanctam & sine peccato natã fuisse, sed indicant, tunc maiorem gratiæ & sanctitatis cumulum accessisse quum ipsa virgo Altissimi virtute obumbrata, & carne & Spiritu concepit filium, viuumque viui Dei templum effecta est. Etenim Scripturæ phrasis est propria, vt quod antea non fuit immundum, nec aliquo vitio inquinatum, id etiam sanctificari aliquando dicatur, quia munditiam ac sanctitatem prius acceptam D ritenet vel auget, aliísve notiorem efficit ac illustriorẽ. Proinde Christus licet sit maneátque semper æquè sanctus, innocens & impollutus Pontifex, tamen à Patre dicitur sanctificari, ac seipsum etiam sanctificat, vt Euangelista testatur. Primum enim si naturam Christi diuinam spectemus, à Patre dicitur Sanctus, qui Sanctum illum genuit, atque vt Sanctus esset gignendo ei dedit. Deinde Pater est, qui Christum secundum humanam naturam sine vllo peccato, & cum eximia sanctitate & puritate constituit incarnari. qui præterea eundem sanctificauit, hoc est pro peccatis & mundi salute offerendum designauit, prout Cyrillus interpretatur. Hinc de illo etiam Hieronymus: Iste verè, inquit, priusquam in vtero Virginali formaretur, & antequam exiret de vulua matris, sanctificatus in vtero est, & notus Patri.] Quo minus admirari, aut veterum dictis aliquem offendi par est,

Ioan. 10. 27

Christus sanctificatus à Patre cur dicatur.

In Euang. Ioann. *In l.c. Hier.*

Cur Maria Christi concipiens dicatur sanctificata.

Iuxta scripturæ phrasim sanctificatur etiam quod ante non fuit immundum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quum scribitur: Mariam, licet in vtero matris mũda & sancta esset, postea etiam mundari, purgari, vel sanctificari. Etenim hæc purgatio, siue sanctificatio, quæ in ipsa Christi Conceptione matri contigit, non fuit culpæ cuiusquam, vel fomitis emundatio, sicut fatetur & Thomas, sed ad sacrosanctum & incomparabile illud opus, quo Verbum caro factum est, præparatio quædã, & maioris gratiæ collatio, quam Christus verus Elisæus per suum ingressum non potuit tam adamatæ hospitæ non affatim elargiri. Atque hoc est, quod Cyrillus Hierosolymitanus dixit: Spiritus sanctus in Mariã veniens, sanctificauit eam, quo posset eam, per quem sunt omnia suscipere, sicut prædicebat Angelus.] Et apud Gregorium Theologum hoc scriptum extat: Christus secundum omnia, præter peccatum, fit homo è Virgine prognatus, carne simul & anima prius per Spiritum præpurgata.] Nec dissimilis est apud Damascenum locus, qui Mariam purgatam asserit, quum Spiritus sanctus in eam superueniret. Affirmat & Sophronius, quod licet Maria reliquas omnes, quæ sub cælo sunt Virgines, excelleret sanctitate, per Christi tamen Conceptionem ampliora virtutum priuilegia promeruerit, vt fieret meritis pretiosior, & glorioſior sanctitate.

3 m 3. part. q. 27.

4. Reg. 4

Catech. 17 In hom. Paschali.

Lib. 4. orthodoxæ fidei cap. 15 De Assumptione beatæ Virginis.

Quomodo Christus conceptus, matrẽ à maculis liberauit secundũ Arnobium. *In explicat. Psalm. 24*

QVARE non est cur quenquam moueat & offendat Arnobius, valdè vetustus author, quum in hunc modum scribit: Iesus autem immaculatus solus, virgineam aulam ingressus, ipsum tabernaculum à maculis carnalibus liberauit, & dedit sanctificationem potius quàm accepit.] Non enim hoc vult Arnobius, Mariam ingrediente Christo in eius vterum, fuisse mundatam à maculis, quibus ante Christi Conceptionem esset infecta, sed sicut è sequentibus verbis probare licet, ac etiam fatetur Erasmus, de his maculis loquitur, non quæ ante Christi ingressum fuissent in Maria, sed de his, quæ in aliis fœminis esse cõsueuerũt, à quibus Christus suam matrem seruauit immunem. Quid verò mirum, sic de Maria loqui Patres, vt quamuis mũda & sancta prius esset, tamen sanctificata & purgata dicatur postea, quando etiam Angeli, quantũuis puri & immaculati, sanctificari ac purgari[a] Dionysio teste dicũtur? De Maria igitur, sicut à[b] Richardo Victorino dictum est, sentire debemus: Nisi ab omni vitiorum contagio penitus purgata fuisset, Deum & Dei filium generare non posset. Vt enim Virgo conciperet, Virgo pareret, summa sanctitate, summa puritate opus habebat.] Id quod anselmus etiam comprobat, & sublimem Mariæ sanctificationem siue puritatem his verbis adstruit: Nempè decens erat, vt ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus pater vnicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, vt naturaliter esse vnus idémque communis Dei Patris & Virginis filius.] Eandem ob causam Bernardus Mariam vt Sanctis aliis, sic etiam in materno vtero sanctificatis anteponit, & in hunc modum disserit: Attende diligenter, quàm ordinata dispositione Spiritus ille multiplex Hieremiam sanctificat, Ioannem repler, & superuenit in Mariam. Ineffabiliore enim modo superuenit in Virginem, quã tota diuinitatis plenitudo sine mensuræ discretione perfudit, vt totũ caperet qui fecit totũ.] Igitur isthæc quæ in Conceptione

In præfat. Arnobij scribentis in Psalterium.

Etiam Angeli sanctificari dicuntur.

a Lib. de Ecclesiast hierarch. ca. 6 b Lib. 2. de Emanuele cap. 31

Mariam inprimis decebat præ aliis sanctificari. *De concept. virginali & peccato originc. 18*

Summa puritas matrem Dei cõmendare debebat. *Ser. de excellen. & sanctific. B. Virginis.*

A filij dei cõtigit Mari ę sanctificatio, longè sublimior fuit quã quę aliis cõpetat, etsi acceptæ à Deo sanctitatis titulo insigniantur. Vna hæc præ omnibus plena dicitur gratia, siue mẽtem, siue corpus inspicias, quatenus scilicet plenitudo diuinitatis (Bernardi verbis vtar) quæ ante in illa, sicut & in multis Sanctorũ, spiritualiter habitabat, etiam sicut in nullo Sanctorũ, corporaliter in ipsa habitaret. quòd autẽ sola per se Trinitas in sola & cũ sola virgine voluit operari, cùm hæc virtute altissimi obumbraretur, soli datum est nosse, cui soli datum est experiri.] Memineris interim Lector, propositas Patrum sententias nostris nouatoribus aduersari qui de singulari Matię sanctitate nugari non desinunt, omnia ferè inficiantes, quæ de illa præclarè scribuntur. At verò iam ante commonuimus, quo pacto iidem Patres accipiendi sint, quoties primam illam sanctificationem cum pura Mariæ Conceptione coniunctam (quæ veterum ætate non satis discussa, nunc verò plurimis comprobata est) minus recipere & confirmare videntur.

Hom. 4. de laudib. Virg.

Matth. 3.

VBI sane profuerit obseruare, quod multi sæpè variè parum animaduertunt, diuersos sanctitatis esse gradus, qui Mariæ competunt, & ad prærogatiuas eius meritò referuntur. Sanctificata est primum in æterna illa Dei prædestinatione, deinde vt sine fidei periculo statui posse diximus, in sacra Conceptione, postea in admiranda illa Verbi incarnatione, quando filium mente prius quam carne concepit, & postremò in illa sublimi assumptione, quum è terris in cælum sublata, redundantem sanctitatis & glorificationis suæ cumulum, imò & præmiũ immensum adepta est. Nos verò quicunque sacro Baptismo initiamur, in Christi quidem nomine abluimur, iustificamur atque sanctificamur: sed vt maneamus ab illa sanctificatione remoti, quæ per aduentum Spiritus sancti Apostolis in Dei gratia confirmatis contigit, eósque porrò ab omni peccato lethali defendit. Plenior adhuc & nostræ Virgini congruens est sanctificatio, quæ cor illius purum semper atque sincerum adeò consolidauit, vt ab omni etiam leuioris peccati labe integra conseruaretur. Sed eximia prorsus & incõparabilis est illa Christi siue sanctitas siue sanctificatio naturalis, excellens, quum is, sicuti diximus, maneat Sanctus Sanctorum, vnicèque purificet & sanctificet omnes, qui inde ab orbe condito peccati macula expurgantur, & coram Deo sanctificantur.

Vt Mariæ sanctificatio.

ETSI verò affirmari non potest, vbi & quando Maria sit sacro tincta Baptismate, tamen eam baptizatam esse legimus, nec de illo dubitant sapientes. Euthymius habet in hunc modum: Scribunt quidam Apostolorum temporibus proximi, quod Christus Petrum ac Virginem matrem baptizauerit.] Inter alios autem veteres, qui Apostolicorum temporum vicini fuerunt, Euodium numerare licet, qui Nicephoro teste, in eundem sensum de Mariæ & Petri Baptismo tradidit. Quis verò ambigat, ad singularem Virginis honorem pertinere, quod ipsam non alius nisi summus summi Dei filius salutaribus vndis perfuderit, sueque matris voluerit esse baptista? Quod quum fieret, bone Deus, quàm submisse, quàm compositè, quam reuerenter illa se columba gessit? qualem fidei ardorem, quantam obedientiæ simplicitatem cum suo Baptismo coniunxit

Matth. 3.

Euthym. in Matth. 3.

Nicephor. lib. 2. cap. 37.

Miller. 2.

coniunxit? an non incredibile gaudium, sicut ille potens eunuchus, à Baptismo reportauit? Quùm enim veteris legis & cæremoniarum eius esset obseruantissima, vnde aliis puerperis Iudaicis in ritu purificationis, & vulgari hominum turbæ templum Hierosolymitanũ statò tẽpore adeunti, certásq; festas celebrãti sese impigrè cõformauit, quis omninò dubiter, quin illa maiorem etiam animi promptitudinem & obedientiam exactiorem præstiterit, vt nouæ legis obseruaret ac perciperet Sacramenta? Nisi fortè aut tã indocilis ea fuit, vt ex filij & discipulorum concionibus non assequeretur, quanta vis & dignitas Euangelicis Sacramentis inesse: aut rerum sacrarum tam negligens & improuida mansit, vt neque Christi præcepto de Baptismo suscipiendo, nec eiusdem exemplo, quem in Iordane à Ioanne tinctum omnes nouerant, vllo pacto commoueretur. Iam verò si Baptismum accepit, vt credere sanè par est, virtutem eius Sacramenti profectò non minimam sensit, ac licet à peccato non mundaretur, pura vtique iam pridem & immaculata, tamen auctior illi gratia contigit, creuitque maiorem in modum sanctimonia, quòd sacro Baptismi charactere, quem vocant, mens eius pulcherrimè insigniretur. Nec dubium, quin sancta Virgo inter viros & mulieres vixerit, quibus in die Penrecostes donorum maximam copiam & incredibilem gratiam impertiuit Spiritus sanctus. Quis verò neget, eo tempore ac sæpè quidem aliàs, noua merita, noua charismata, nouam sanctitatem subinde illi accessisse, ac tùm quidem maximè, quùm sacrosanctam peteret & acciperet Eucharistiam, quę in nascente illa primùm Ecclesia summo cum fructu & gaudio Spiritus à cunctis quotidie sumebatur? Haudquaquam vulgaris author est Albertus, qui cognomen Magni promeruit, ac diserte scripsit, omnia Ecclesiæ Sacramenta, si Ordinis tantùm excipiamus, à sacrosancta Virgine fuisse susceptа, eiúsque rei confirmandæ multas & graues rationes adducit. Nihil verò mirum videri debet, Ordinis Sacramentum siue sacerdotalem potestatem, quæ semper primas in Ecclesia tulit, ne Mariæ quidem matri Domini contigisse, quam neque sacrificasse, neque Sacerdotio functam esse palàm Epiphanius docet. Siquidem fœmineus ille sexus, qui statum subiectionis obtinet, præterquàm quod à profanis quidem Reipub. curandis negotiis non adhibetur, etiam in veteri, ac nouo Testamento à sacris arcetur muneribus, quæ viris duntaxat publicè obeunda demandantur. Enimuerò si mulieribus esset præceptum Deo sacrificare, aut regulare quicquam in Ecclesia operari (Epiphanij verbis vtor) oportebat magis ipsam Mariam, sacrificiũ perficere in nouo Testamento, quæ digna facta est suscipere in propriis sinubus vniuersorum Regem Deum cœlestem filium Dei.] Rectè autem Ecclesiastica lege cauetur, ne vlla omninò fœmina sacrorũ ordinum exerceat munus, nèue sacra etiam contingat, quantumuis illa sit Deo sacrata. Delirant ergo prorsus Pepuziani & Collyridiani, tantùm mulierculis tribuentes, vt Sacerdotio illas honorent, quos idcircò [a] Augustinus & [b] Epiphanius hæreseos meritò damnant. Sed ad Mariam reuertamur.

Luce 2.

Matię baptismus efficax fuit, nec suoeffectu caruit. Matth. 3.

Auctior facta est Matię sanctitas, in die Pentecostes, dum sumeret Eucharistiã, vel quemlibet religionis actum facit egregie bonum exercetur. Matriam à solo sacramento Ordinis abstrahit, & quasi. Adliber. 2. De laudibus virginis cap. 21.

Hæresi. 79. contra Collyridianos.

Mulieribus interdictum est Sacerdotium. Lucæ 1. 1. Tim. 2.

M. quæst. in principio, & dist. 23. cap. Sacrarum. a De hæres. ad Quodvultdeum hæres. 27. b Hæres. 79. contra Collyridianos.

Matiæ virtutes & merita, sicut & cæterorum sanctorum, incrementa simplicia.

PROPONIT Scriptura diuina multas & insignes promissiones, easque in omnibus & singulis credentibus impleri constat, qui annexas conditiones obseruant: vtpotè quùm ex fide Deum precantur, quùm ex charitate proximum iuuant, quùm Sacramentum suscipiunt reuerenter, & quùm opus bonum & pium quodlibet, studio religionis exercent. Hinc quotquot viua Christi membra sunt, [c] certam vocationem & electionem suam faciunt: [d] hinc fidem operibus comprobant & cõsummant, [e] hinc iam ante iusti atque sancti magis magisque iustificantur atque sanctificantur, sicut Apostoli verbis clarissimis tradiderunt. Quid ergo minus obsecro, de Maria sentire dignum est, quæ profectò benè beatéque viuendo, tanta vberiora sibi merita cumulauit, tantóque maiorem iustitiam & sanctitatẽ consecuta est, quãtò minus cordis impuritatẽ vllam admisit, ab omni æstu concupiscentiæ semper immunis, semper plena gratia, semper sancta corpore & spiritu, semper in conspectu Dei immaculata, & sola semper ita benedicta, nulla vt peccati labes aut fœditas eam pollueret, vtque lege peccati, quam Apostolus in membris suis sentiebat ac deplorabat, omninò careret, atque idcircò nec opus haberet Apostolica commotione, vt sese mundaret cum cæteris ab omni carnis & spiritus inquinamento.

c 2. Pet. 1. d Iacob. 2. e Apoc. 22.

Roman. 7.

2. Cor. 7.

VERVM hæc non capiunt, aut certè non probant aduersarij, vulgaribus nempè opinionibus impediti, vt idcircò augustiora illa veréque stupenda diuinæ gratię munera in Deipara nequeant contemplari. Accedit quòd pari veluti pede Sanctos omnes metiantur, & nullum penè discrimen agnoscant intereos, qui sunt in vtero diuinitùs sanctificati, gratiáque confirmati, vel à peccati lege immunes effecti, & alios communis quidem ordinis renatos atque sanctos, de quibus plerunque Scriptura loquitur, vtpotè ad generalem illã hominum indolem atque conditionem accommodata. Proinde nec Deo, nec Sanctis honorem debitum tribuunt, non perpendentes hanc insignem Dei gloriam semper nobis prædicandam, quod is mirificas ac sæpè nobis incognitas suis Sanctis prærogatiuas impertit, vt sicut cœlum multiplici & ineffabili claritate stellarum exornatur, sic etiam in Ecclesia Sancti præcipui, veluti lumina quædam pulcherrima, spiritualium donorum varietate conspicui fulgeant, nobisque admirandi sæpè potiùs, quam imitandi proponantur. Rectè igitur admonet Rupertus, quod Paulus de Sanctis omnibus affirmauit, eos antè mundi constitutionem in Christo electos esse, vt in cõspectu Dei sancti & immaculati in charitate versentur, id ad Mariam omnibus plenam virtutibus vel maximè pertinere. Sed & diuisiones gratiarum in Mariam optimè comperunt, quas idem Apostolus ad authorem spiritum refert, qui singulis Ecclesiæ membris, quantum ipse vult, admirando modo partitur. Quæ pluribus explicare hoc loco supersedemus, sat habentes monuisse Lectorem, fidem vt nullam nouatoribus habeat, qui Matię siue sanctificationem, siue sanctitatem cum peccato & peccãdi necessitate imperitè commiscent. Ex his præterea non obscurè colligi potest, parùm firmam & solidam illorum esse sententiam, qui Mariam sanctam & sanctificatam sic dici haberique postulant, vt illam peccato priùs maculatam, & posteà mundatam, ac nõ potiùs præseruatam, intelligere debeamus.

Lib. 2. Cantic. Ephes. 1.

1. Cor. 13.

Cur aduersarij cæcutiant in puritate & perfectione Mariæ perfectionis consideranda.

Quomodo Deus in Sanctis ob eorum virtutes & prærogatiuas laudandus.

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT X.

Mariam ob commissum actuale peccatum falsò accusari, quam Patres & Scolastici Doctores, Augustinus verò præsertim, ab omni vitio immunem fuisse declarant.

Quòm sint petulãtes nouatores in virgine matre proscindenda.

ARBITROR sane, nullum vnquam seculum perinde ac nostrum extitisse, quod pluribus & iniquioribus Mariæ censoribus, magisque furiosis sanctissimę Virginis insectatoribus exũ darit. Nõ satis fore illis visum est, si in ipso conceptu puram & incontaminatam eam esse pernegarent, nisi etiam otiosam & vanam illorum disputationem affirmarent, qui eam ipsam in matris vtero sanctificatã, & sine peccato in lucem editam, atque ab omni fomitis, vt vocant, motu atque perturbatione liberam & remotam fuisse confirmant. Verùm vt longius adhuc progrediantur, ne vitam quidem eius satis integram & inculpatam esse sinunt, vtpotè quam non paucis nec leuibus vitiis ex libera voluntate profectis, obnoxiam reddere conantur. Vnde insana illa Caluini vox: *Mon magnoperè laborandum est, vt Mariam purgemus ab omni vitio.* Qui præterea Concilij Tridẽtini Patribus impudenter oblatrat, quòd speciale priuilegium Mariæ deferant, ac deferri velint, vt credamus, quemadmodũ tenet Ecclesia, omnia peccata etiam venialia vitari à Virgine potuisse. Et iam satis monstrauimus, quot quantisque vitiis niger Sarcerius candidissimam Virginem cõtaminare attentarit, tàm effrenato quidem conuitiandi ardore æstuans, vt multiplicem illi culpam, nimirùm ignorantiam, cœcitatem, infirmitatem, subdubitationẽ, tarditatem, imò & incredulitatem imponere nõ vereatur. Est illi Maria non speculum & exemplar innocentium, vt Patres de illa semper iudicarunt, sed typus hominum secundùm carnem sapientium, & ex ignorãtia saltem peccantium, Deique legem aut violantium, aut præposterè obseruantiũ, vtpotè qui præceptis secundę tabulæ plus quã primæ tribuunt, ac humana diuinis anteponunt. Nec opus est repetere, quàm multa & horrẽda crimina congerat Brẽtius, nihil non rapiens ad Mariam conuitiis proscindendã. Hinc illam immodestiæ, stultitiæ, ambitionis arguit, in illa studium moderationis requirit, velut quæ suę vocationis nõ contenta terminis, in Messię honorem violenter irruperit, illúmque Filio subreptum sibi voluerit vsurpare, & quàm demùm adeò effrenem & immoderatã depingit, vt seuera Christi obiurgatione debuerit in officio contineri. Fingunt & Cẽturiatores nescio quas Mariæ imbecillitates: tùm alij alia in optima Virgine licenter sugillant, ex quibus multa iam suprà commemorauimus, & postea Deo iuuante depellemus. Insimulant illam criminis, quando quidẽ ex Angelo est scisciтata: Quomodo fiet istud? Peccati ream faciunt, quòd filium amisit, quùm se ille subduceret parentibus, & solus in templo manere vellet. Peccauit illis, quòd amissum filium dolenter & quasi desperabũda quæsuit. Peccauit, quòd filij verba in templo dicta non intellexit. Peccauit, quùm in nuptiis Canæ dixit: Vinum non habent. Peccauit, quùm filium concionantem interpellauit, & ad colloquium expetiuit. Prætereo alia id genus plura vitia, quæ tot seculis non animaduersa, nunc tandem isti Chrysippæo quodam acumine in Euangelio primùm sibi deprehendisse videntur, & propter quæ tantas tragœdias concitant, omnia pertentãtes, Virgo vt pulcherrima propter nævos & lapsus vulgò tantum non exosa & inuisa reddatur, Quare si horũ iudicio arbitrioque stamus, nõ solùm Maria, in peccatũ prolabi potuit, sed & sæpè grauitérque prolapsa est, digna etiã, quæ ad tribunal publicum pertrahatur, sicut ab illis quidem pertracta est, & vnà cum infelici Eua in iudicio statuatur, sicut ab istis quoque factum videmus, vt iudices demùm decernant, vtra quidem grauius, Euane an Maria peccarit, & maiorem peccati commissi pœnã pendere debeat. O acutos nimiúmque otiosos & curiosos iudices, quibus licet & vacat in numerandis æstimandisque Mariæ vitiis tantoperè laborare. Iures eos cœno oblitos, vt sic loquar, hoc curare maximè, vt nævulos Virginis diligentissimè obseruent, & seueríssimè iudicent grauissimèque condemnent. Adeò verùm est illud, quod ex [a] Euangelio sumpsit [b] Tertullianus: Stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit, quàm in suo trabem: quodque ab [c] Hieronymo dictum accepimus: Malorum solatium est bonos carpere, dum peccantiũ multitudine putãt culpam minui peccatorum.]

Exẽpla Sectatorum huius temporis, qui Mariæ peccatum actionis adscribunt.

In harm. cap. 1. cap. Luc.

In 1. & 2. ca. Luc.

In Euang. Dominica prima post. Epipha. & in 12. cap. Matth.

Cent. 1. de vita Mariæ.

Quæ ob eam. Mariã accusant & perstringunt nostri.

Luc. 1. & 2.

Fam. 2. Matth. 12.

a In Apolo. ad Gentes.

b Lucæ 6. Matth. 7. cum Epist. ad Tyrium.

c In Epist. ad Eustochium. Patres nullã sine peccato vixisse.

Maria post centum fere decennia Scripturis, Patribus & Patrum auctoritate defenditur.

VERVMENIMVERO quicquid isti calumnientur atque fingant, non cadunt profectò in puríssimam, peccata in sanctíssimam non competunt, inoffensa perstat Mariæ semper innocentia, per se verò concidit accusatorum peruersa nequitia, & mentitur, vt ille inquit, iniquitas sibi. Præcipua certe insectationis capita vel idcircò reiici merentur, quòd partim cum Scriptura diuina, partim cum Ecclesia Catholica, partim cum sanctis Patribus ex diametro pugnent. Cum Scriptura quidem, quæ multis modis beatam commendat & excellenter prædicat: nusquam verò peccato cuiquam obnoxiam hanc Virginem facit, sed eam ab omnibus generationibus vsque celebrandã, hoc est, summis verissimisque laudibus virtuti soli congruentibus afficiendã ostendit. Cùm Ecclesia verò, quæ inter omnes Dei filias, amicas, sponsas, dicã & animas, hanc vnam secundùm Christum maximè suspicit, hanc totam pulchram & immaculatam tot seculis profitetur, eámque prę Sanctis reliquis & choris Angelicis venerandam proponit. De Patribus mox dicam, si Augustinum priùs in medium adduxero, quando [d] Caluinus & [e] Chemnitius ad huius iudicium prouocant, & ex eo demonstrare conantur, nullum Mariæ fuisse priuilegium innocentiæ singularis, vt præ aliis peccata omnia potuerit deuitare.

d Cont. Cal. cal. Trident. e To. 2. exam. Concil. Trid. de.

Maria post centum fere decennia Scripturis, Patribus & Patrum auctoritate defenditur.

DVO sunt apud Augustinum imprimis obseruanda, nisi in illo interpretãdo, quemadmodùm aduersariis

Matth. 6. Iusti & sancti omnes quia peccatores, precari debẽt. Dimitte nobis debita nostra.

uersariis accidit, turpiter hallucinari velimus: alterum, quod ad omnes Adæ filios peccato inuolutos ex æquo pertinet, quibus necessaria sit precatio: Dimitte nobis debita nostra: alterum, quod Mariæ causam propriè tangit, vt sciamus, illam communi peccatorum ordini non aggregandã, sed à lege peccati peculiariter eximendam esse. Ac de priore quidem Augustini sententia nobis cũ Caluino cõuenit, de posteriore non cõuenit, quum simpliciter asseramus, primum & secundum ab eodem Augustino tradi, si verba eius ritè accipiantur. Ad prioré sanè classem refert illud, quod Marcellino scribit: Quicunque in hac vita diuinarum Scripturarũ testimoniis in bona voluntate atque actibus iustitiæ prædicati sunt, & quicunque tales vel post eos fuerunt, vel nunc vsque etiam sunt, vel posteà quoque futuri sunt, omnes magni, omnes iusti, omnes veraciter laudabiles sunt, sed sine aliquo peccato non sunt nec quisquam eorum tam arroganter insanit, vt non sibi pro suis qualibuscúque peccatis Dominica oratione opus esse arbitretur.] Et alibi rursus: Multi baptizati fideles sunt sine crimine: sine peccato autem in hac vita neminẽ dixerim, quãtalibet Pelagiani, quia hęc dicimus, aduersum nos insteruntur & dirumpantur insania.] Hoc est, quod Patres omnes vna voce comprobãt, non posse sine peccato humanam esse fragilitatem, vt [f] Ambrosius loquitur. & pientissimos etiam homines, quòd sint peccatores multifariã deplorare, vt apud [g] Cyrillum legimus: sanctósq; omnes nec originali, nec personali carere delicto, vt hinc misericordia Dei egeãt, per quam edocti & restituti gratias agant Redemptori, sicut admonet [h] Cyprianus, ac demum nullam animam esse sine crimine, monet [i] Tertullianus. Quocirca Synodus [k] Mileuitana illorum detestatur errorem, Pelagianos autem intelligit, qui contendunt sanctos humiliter potiùs, quàm veraciter inter precandũ dicere: Dimitte nobis debita nostra. De iisdẽ Pelagianis dixit Hieronymus: [l] Pudeat eos principũ & sociorũ suorũ, qui aiunt, posse hominẽ sine peccato esse, si velint, quod Græci dicũt ἀναμάρτητον.

Augustini testimonia, ibi. Nemo sine peccatis fuit.

Ibidem.

Ibidem. Nemo sine peccato vixit.

f Lib. 1. cont. duas epist. Pelag. cap. 14. g Lib. 6. de Adoptione Dom. cap. 6. & lib. 1. de Trinit. h Serm. de natiuit. & tentatione. i Lib. de anim. k Cap. 3. l In epist. ad Ctesiphont. Condemnant Patres nullã sine peccato vixisse.

Progrediamur autem ad alterũ ex eodem Augustino probãdum, quod Mariæ causa cum aliis quãlibet iustis & sanctis non sit communis habẽda, sed proprium aliquod illi priuilegium tribuendũ, quo à peccato & peccandi lege prorsus eximatur. Vbi suam ille sententiam sic nobis ad verbum exponit: Excepta itaque sancta Virgine Maria, de qua, propter honorem Domini, nullam prorsus, quum de peccatis agitur, habere volo quæstionem: * vnde enim scimus, quò ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere & parere meruit eum, quẽ constat nullũ habuisse peccatum. Hac ergo Virgine excepta, si omnes illos Sanctos & Sanctas, cùm hic viuerent, congregare possemus & interrogare, vtrum essent sine peccato, vna voce clamassent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.] Præclara hæc sanè doctissimi viri & probatissimi Doctoris verba sunt, quæ quum ad Mariæ innocẽtiam causamque præsentem conuincendam maximè faciant, non ita leuiter transmittenda, sed maturè potiùs nobis põderanda videntur. Primùm ex eo libro hæc verba peruntur, qui citra controuersiam est Augustini, ac tali quidẽ dignus authore, quòd Pelagianos accura-

Augustini testimonia, ibi. Nemo sine peccatis fuit.

Fabricius. Lou. 1. c. 10.

* Alias, inde.

Lib. de nat. & grat. 36

1. Ioan. 1.

Expensio verborum Augustini, quibus Mariæ puritas & perfectio, quod sine peccato fuerit, illustratur.

Ibidem.

2. Corint. 6 Sapient. 1

Cõmodius da Maria Pelagium, quam iuba nouatorẽ iudicat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

luntarisque peccati maculis aspergere purissimam pergunt. Qui dum sanctissimos Mariæ mores arrodunt, & nescio quos, in illam nævos reiiciunt, petulantia certè vincunt Pelagium Hæresiarcham, hoc quidem loco tam prudenté & verecúdum, nullam vt Virgini labem auderet imputare, sed eam absque peccato fuisse loco probationis adferret. Quâ Pelagij ratiocinatione tantum abest, vt August. impugnet, vt palâ etiâ approbet, aliisque Christi honoré amátibus cõplectêdâ proponat. Eat ergo Caluinus, & apud suos vanissimè iactet, ex Augustini sentétia totum Adæ genus peccato inuolui, & ab illo Mariâ non excipi, quũ citatus locus si ritè ponderetur, cõtrariũ euidentissimè probet. Et huic prorsus affine est, quod idem Augustinus ad Hilarium epistolam scribẽs, de iisdem Pelagianis refert. Sed isti, inquit, vtcunque tolerãdi sunt, quando dicunt vel esse vel fuisse aliquem, præter vnum Sanctum Sanctorum, qui nullum haberet omnino peccatum.] Vbi rursus insinuat, sacris literis non repugnare, neque dánandam, sed tolerabilem eorum esse sententiam, qui non modo Christum, sed è Sanctis etiam aliquem à lege peccati putant eximendum esse. Quis verò prudens ambigat, quod Augustinus Pelagianis hoc loco concedit, id ad Mariam propriè pertinere, quæ sola propter honorem Domini, & ob acceptæ gratiæ magnitudinem, vt dictum est, hanc meretur prærogatiuam, vt vbi de peccatis agitur, vna Sanctos & Sanctas omnes excellat, & ad summam capitis Christi puritaté propius, quã quisquã alius, accedere censeatur? Vnde quum Augustinus alibi Christum ex Maria Virgine natũ esse dixisset, hoc quoque subiecit: Quæ Virgo ante partũ semper fuit, & absque contagione vel macula peccati perdurauit.] Ac fortassis huc etiam referri potest, quod idem de Maria loquens, affirmat: Sola nostro vulneri medicinam parere potuit, quæ non ex peccati vulnere germẽ piæ prolis emisit. Proinde Ioánes Caluinus & quotquot illi adstipulantur, aut nimium oscitanter in lectione Augustiniana versati sunt, aut malignè subticẽt, quod ad probandã Mariæ innocentiam asserit Augustinus. Huius verò sententiam Tridẽtina Synodus rectè percepit, meritóque cum illo definiit Ecclesia, speciale Dei priuilegium Virgini competere, vt illam à Sanctis reliquis segregemus, & feliciorẽ hoc nomine prædicemus, quod omnia peccata etiam venalia, quum viueret, deuitare potuerit, & in via Domini semper manserit immaculata.

Ac præter Augustinum multi veteres, quos commemorauimus, ac porrò citaturi sumus, hanc Mariæ laudem ac prærogatiuam agnoscunt, planéque testatum faciunt, matrem Domini ab omni vitio si non originis, at certè quidem actionis eximi oportere. Originis testimonium iam ante protulimus, quod Mariæ perfectam iustitiam & plenissimam sanctitatẽ, maculæque omnis expertem vitã declarauit. Quòd si Cyprianum audimus, vas illud electionis (de Maria loquitur) à cæteris plurimũ differebat, quibus natura communicabat, non culpa: neque lex carnis in ea, quemadmodum in aliis, legem mentis infestabat, sicut & rebellio nulla quietem Mariani spiritus affligebat.] Quis verò si sapiat, tale quicquam de vllo Sanctorum affirmet? quisve summam vitæ integritatem animique puritatem huic Virgini non largiatur? Si Zachariam & vxorem eius Elizabetham in Euãgelio contemplemur, ingens illi quidem suæ sanctitatis obtinẽt testimonium, sed qui Mariæ[a] sanctitate sunt inferiores, quũ hæc vna sit, [b] cuius clarum lumen aliarum sanctarum mulierum velut siderum igniculos abscondat, [c] Sanctis quidem omnibus à peccato liberior nata, ac[d] tantæ demum puritatis, vt mater Domini esse mereretur, quẽadmodum insignis Ecclesiæ doctor Hieronymus tradit. Iam verò Theodoreti sententiam nemo quantumuis verspillis eludet, qui hanc Virginem vt beatissimam, sic etiam immaculatissimam profitetur, de qua disseruerit Spiritus sanctus: Vna est columba mea, perfecta mea. Hãc vnam & electam perfectámque columbã esse Mariam, quæ puritate quidem Cherubin & Seraphim antecellat. At quomodo vitij suspitio in illam possit cadere, quę Angelos omnium excellentissimos purissimósque spiritus, & nulli vnquã peccato obnoxios, sed in gratia Dei confirmatos quodammodo puritate ipsa præcellit? Ac sæpè quidem Patres ita loquũtur, vt ex Chrysostomo, Gregorio, Germano, Damiano suprà confirmauimus, inter Sanctorũ ordines, atque adeo inter creaturas omnes, Virgine matre nihil maius, nihil quę sanctius inueniri. Vnde Proclus etiam Constantinopolitanus Mariã facit mũdissimum cælestis pluuiæ vellus, ex quo Pastor ouẽ induit, vt alia id genus epitheta, quæ omnem peccati labem & suspicionem excludunt, silentio prętereamus. Huc pertinent Græcanicæ Liturgiæ tãtò magis probandæ nobis, quòd multis ab hinc seculis ingens obtineant pondus in Oriente, & publico quidem Ecclesiarum ritu cõmendentur. In his verò Maria præclare salutatur, quòd sit vere sempérq; beata, modis omnibus irreprehensa, penitus incontaminata, sanctissima, intemerata, præcipue benedicta, vt missas faciam voces & phrases alias his affines & Græcis sane perquam familiares, quæ virtutis, integritatis, perfectionis & innocentiæ Marianæ laudem vt hæreticis inuisam, sic piis iucundã, nec minus Angelis admirabilem liquido comprobant. De Sophronio Patriarcha diximus, quòd Virginem ab omni corporis, animæ simul & intellectus contagione liberam pronũciarit, quam insuper sanctam, præclaram & incontaminatam appellat, ex cuius inuiolabili & virginali sanguine Deus homo factus sit. Sed & aretas in Apocalypsim scribens, ad Mariã refert eam mulierem, quam Ioannes sole amictam, & duodecim stellarum corona cinctã inducit. Vbi eãdem Domini matrem puram, & à terrenis rebus liberam ac alienam appellat, quæ licet in terris corpore versaretur, tamen in cælo & ipsis æqualis Angelis animo esse videretur.

Ex Latinis Patribus Bernardum non esse postremum, fatentur eruditi, qui peculiarem Virgini sanctificationem adscribit, ob quam sancta priusquam nata fuerit, & quæ vitã eius ab omni deinceps peccato immunem seruauerit: quod nemini alteri, inquit, in natis quidem mulierum creditur esse donatum. Et mox illustrem hanc probationem adiũgit, quæ cum superiore Augustini sententia pulchre quadrat: Decuit nimirum Reginã virginum, singularis priuilegio sanctitatis absq; omni peccato ducere vitã: quæ dum peccati mortisque pateret peremptorem, munus vitę & iustitiæ omnibus obtineret.] Tum alibi clare pronunciat: Quæ vel Angelica putitas virginitati illi audeat cõparari, quę dignæ Matri fuit

Augustinus variis in locis Mariam à peccato liberare videtur.

Epist. 80

Conciliũ Tridentinum rectius quã Caluinus & nouatores intelligit, Mariam actualis peccati suspicione vacare.

Singularem Mariæ puritatem ac innocentiam Patrum sententia comprobari.

De Natiuit. Christi.

Luce 1.

fuit spiritus sancti sacrarium fieri & habitaculũ filij Dei?] Ac rursus quod in rem præsentẽ facit maxime: Absit vt proprij quicquã inquinamenti domus hęc aliquando habuisse dicatur, vt in ea proinde scopa Lazari quæreretur.] Proinde si Bernardo fidẽ habemus, si rationem ducẽ sequimur, proprium delictũ Mariæ non habuit, sed Angelica puritate mortales omnes excelluit, illis etiam sanctior, qui antè Sancti quàm nati, vel in gratia cõfirmati vnquã extiterẽ. Etenim hi quoque, sicut & cæteri, maculis peccati omnibus minimè caruerũt, sed leuibus saltem insperſis vestimẽta sua sicut Scriptura loquitur, inquinauerunt, sordẽsque suas in Dei conspectu non potuere non dolenter cernere, ac subinde deplorare. Vnde licet sanctus esset Hieremias, & in ipso matris vtero, vt dictum est, sanctificatus, tamen illũ omnis peccati purum non vixisse, hæc ipsius verba declarant: Castigãsti me Domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Quid vero Paulus? An non idem vas electionis, separatus in Euangelium Christi, & ad tertiũ vsque cælum raptus, ac diuina etiam reuelatione instructus, se à Christi amore & gratia non posse disiungi nouerat? Verum is quoque, vt Hieronymi verbis vtar, ob carnis aculeos & incentiua vitiorum reprimit corpus suum, & seruituti subiicit, aliámq; videt legem in membris suis repugnantẽ legi mentis suæ, & captiuum se in legem duci peccati, vt hinc post nuditatem, ieiunia, carcerem, flagella, supplicia in semeriptum reuersus exclamet: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Cuiusce modi peccati lex, vel qui concupiscentiæ vigor & ardor. Mariam non pupugit ac infestauit, pura & placida eius mente sensibus & membris omnibus liberrimè semper imperante.

Sane quod ad cælestes vel Angelicos spiritus attinet, perpetuam illi quidem integritatẽ ex cõditione naturæ tuẽtur, & quia cum carne cõmercium nullum habent, absque negotio purissimi perseuerant. Illud verò in Maria est admirabilius, quòd neque carnis, neque sexus, nec naturæ obstaret imbecillitas, quò minus animum ab omni, vt vocant, fomitis perturbatione liberũ purúmq; seruaret, semper vt eius anima Deũ expeditè coleret ac magnificaret, spiritúsque in Deo salutari vltrà, quàm assequi possumus, mirabiliter exultaret. Adeò in carne sine carne, id est, Angelicè vixit. Vnde Bernardus, Rupertus, aliique plures Angelicam illi vitam tribuunt, & cælestem planè conuersationem ab omni peccati labe ac suspicione remotam in ea prædicãt. Eodem spectat Anselmi dictũ: Nulli dubiũ, inquit, castissimũ corpus, & sanctissimã animam eius fuisse ditus ab omni fuisse macula peccati, iugi Angelorũ custodia protectã, vtpote aulam, quam suus & omnium Creator Deus corporaliter inhabitaturus, & ex qua hominem in suæ personæ vnitate ineffabili fuerat operatione susceperturus.] Ac sanè Theologi in eo ferè conspirant, quòd ex persona Dei in Canticis dicitur: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, id ad Mariam pertinere, sicut his quidẽ verbis doctus ille Idiota ante annos ferè octingentos comprobauit: Tota pulchra es, & ô plusquã gloriosa Virgo Maria, tota pulchra es, & macula non est in te: tota pulchra est anima per virtutum & charismatum omnũ perfectam plenitudinem. Tota pulchra es in tua cõceptione ad hoc solùm effecta, vt templum esses Dei altissimi.] Ac rursus: Tota pulchra es virgo gloriosissima nõ in parte, sed in toto,] vt reliqua semel à nobis adducta prætermittamus. Damascenus[a] verò Mariã ita compellat: Tota Spiritus thalamus es, gratiarũ pelagus tota pulchra, tota Deo propinqua:] Consonat his[b] Rupertus, Mariam totã pulchrã & formosam agnoscens, quam & Sunamitem ab omni iugo peccati liberã vocat, cuius vitæ tantum etiam integritatis tribuit, vt dicat, illam non habuisse, cur gemeret, nisi vulnus charitatis propter dilationem plenę atque perfectæ beatitudinis in tempore huius peregrinationis.

Defendit eandem sententiam Thomas Scholasticorum Doctorũ facilè princeps, ac licet non valde vetustus author, eo tamen plus obseruãdus, quo antiquorum Patrum ille fuit obseruatior, qui simpliciter fatendum esse concludit, quòd beata Virgo nullum peccatum actuale siue mortale, siue veniale commiserit, sed vitam omnem à peccato immunem seruarit. Sed & Thomæ præceptor Albertus Magn[o] perspicuè dixit: Sanctissima est caro B. Virginis, quæ nunquam admisit aliquid sanctitati contrarium: omnes alij Sancti admiserũt.] Volens prætereo reliquos, qui post Albertum & Thomam in eundem sensum de Maria scripserunt, eámque ab omni impuritate peccati publicè defendũt. Richardus Victorinus docet in hunc modũ: In cæteris Sãctis magnificum habetur, quòd à vitiis non possunt expurgari: in ista mirum videtur, quòd à vitiis non potest ipsa vel in modico impugnari. Cæteris Sanctis in communi præcipitur, vt in mortali corpore peccata nõ regnẽt: soli isti singulariter datur, vt mortale corpus eius non inhabitent.] Ac rursus: Quod de exterminio peccati in B. Virgine factũ creditur, futurũ in omnibus sanctis speratur: futurum, inquã sed non in corpore eorũ adhuc mortali, sed in corpore eorum iam facto immortali. Priùs siquidem oportebit corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc, induere immortalitatem. Sed hoc fuit suprà modum mirabile, & præ cæteris sanctis omnibus singulare, quod in ea conuenire simul potuit tanta corruptibilitas cum tanta incorruptibilitate, corruptibilitas in his quæ pertinẽt ad pœnam, incorruptibilitas in his, quæ pertinent ad culpam.] Eruditè hęc sanè Richardus, vt inter Mariæ aliorũque sanctorum puritatem distinguat, suámq; Deiparæ prærogatiuã vindicet, cui magna certe donauit præpotens Deus, vt templum se dignũ exornaret, longe quidem ampliora patenti conferens, quã impuri aduersarij possunt speculari. Habuit igitur Maria, si rectè perpẽdamus, hoc etiam sibi cũ Christo commune, vt licet Originis peccato caruisse dicatur, tamen communes huius peccati pœnas, quæ totam Adæ posteritatẽ premunt & affligũt, non effugerit, sed siue in corde dolores, siue in corpore molestias & ęrumnas, quibus in hac vita probantur electi, ad mortem ipsam vsque fuerit experta. Sunt interim nonnullæ peccati huius originalis pœnæ, à quibus & sese Christus & matrẽ seruauit immunẽ, peccandi nẽpe procliuitas, ac virtutis defectus, sicut in scholis loquũtur: quæ vitia nec in hominẽ vllum caderẽt, si originalis iustitię status nobis integrè cõseruaretur. Rectè igitur à Richardo dictũ est: nemo tam sanctus, qui maculã non habuerit & defectum, præter Mariam. Nisi ab omni vitiorũ cõtagio peni-

Sermo. 4. de Assumptio. Mariæ.

A peccato mãtria remotior quam reliqui in matre vte to sanctificati vel in gratia confirmati.

Sermo. 2. de Assumptione Mariæ.

Hieremias nõ exiit absque peccato. Aposta. 3

Hierem. 1

Hierem. 31

Actor. 9

Galat. 1

Ad Eustoch. de custod. virginit.

1. Corint. 9

Romã. 7

Mariæ puritas Angelicã puritatem quodammodo superat.

Serm. de Assumpt.

Angelica & cælestis Mariæ vita.

De excellentia beatæ virginis cap. 3.

Maria in Cantici dicit: tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Lib. de natiuit. Mariæ. prologo.

Mariæ puritas virginitati illi audeat cõparari, quę dignæ Matri fuit

a Hieron. 1. tom. Ep. ad Paulam. Epiph. lib. 3. tom. 2. hæres. 78. Basil. de Spiritu sancto. cap. 27. Ecclesiast. 24. b Ambr. de virginit. c Ioan. 1. d Aug. de natura & gratia contra Pelag. & Cælest. cap. 36. Hieron. in Matth. 1. Epiphan. hæres. 78. Basil. de Spiritu sancto. cap. 27.

a Orat. 1 de natiuit. Virginis.

b Lib. 3. & 6 Cantic. & lib. 7 de gloria Trinit. cap. 13.

Opusc. 60 de humana. Christi. & in Quodlibeto 6. art. 7. De 1. cap. Luc.

Sectis Scholasticorũ Doctorũ: Maria immunis ab omni peccato actuali semper fuit.

Lib. 2. de Emanuele cap. 31.

Mariam à vitiis & tentationibus abesse longiùs quã Sanctos alios.

Peccati exterminiũ in Maria fuit, & in electis erit aliquando.

1. Cor. 15.

In sola Virgine corruptibilitas cum incorruptibilitate potuit concurrere.

Maria quatenus experta pœnas peccati originalis.

Libr. 2. de Emanuele cap. 26. Luc. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus purgata fuisset, Deum filiũ generare non posset. A Vt enim virgo conciperet, virgo pareret, summa sanctitate, summa puritate opus habebat.]

Lib. 3. reuelat. cap. 8 Brigittæ sanctæ viduæ testimonium, quomodo Maria fuerit immaculata.

QVID verò si Lucæ sequar exemplum, vt sicut hic Annam viduam Euangelicæ veritatis testem produxit: sic ego consonantem Patribus viduã Brigittam proferam, viduam inquam tot diuinis reuelationibus claram, vitæque sanctimonia præcellentem? Testatur illa diuinitus edocta, quod Maria nec venialiter, nec mortaliter vnquam deliquerit, sed inde ab infantia semper plena fuerit Spiritu sancto, & in Dei charitate tam ardens & feruens, nihil vt ei præter voluntatis Dei perfectionem placeret: vsque adeo diuinæ charitatis ignem in eius corde flagrasse. Suo autem loco Lectorem admonebimus, vt res ipsa postulat, quo iudicio legendi B sint Patres, si quãdo Mariæ perfectionem & innocẽtiam aliqua ex parte suspectam facere, vel in dubium reuocare videntur. Facit idem Erasmus quod que, sed qui admonitus sese purgauit, ac apertè professus est, se nihil tale in Patribus probare, imò illorum sententiam sibi magis probari, qui Mariam ab omni peccato immunem statuunt. Nec vulgaris est scriptor Galatinus, qui in libris & traditionibus veterũ Iudæorum non parum exercitatus, multa & præclara inde profert arcana, quibus & Christianam religionem illustret, & Iudaicam perfidiam magis magisque coarguat. Is vero inter alia probat, quod nos de immaculata Cõceptione matris Messiæ confirmamus, id longè ante Christum natum veteres sensisse Rabbinos eãmq; celebrem Iudæorum opinionem fuisse. Primum enim hominem, id est, Messiæ matrem, absque peccato & macula constituunt: idque Rabbi Simeon ex illo dicto comprobat: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Omitto cætera, quæ Galatinus è Scripturis iuxta Hebræorum interpretationem adfert, vt euidens faciat, hanc de Conceptione sententiam veterum Iudæorum calculo approbari, eorúmque fulciri testimoniis. Quid? quod Mahometani quãtumuis Christianæ religionis expertes & alieni, tamen collati Sectatiis, Mariæ sunt æquiores, & ad veritatem hactenus demonstratam propius accedunt, multóque rectius iudicant. Habent illi Alcoranum suum Euangelij loco, & quod illic scriptum legunt, diuinum esse oraculum arbitrantur. Legũt autem in eo libro, mariam filiam Ioachim se dirigendo nihil malitiæ aut prauitatis, quum viueret, vnquam opera tam esse, sed in bonitate perseueraſse. Et fixum hoc apud illos manet dogma. *Nullus nascitur de filiis Adam quẽ non tangat Satan, præter Mariam & eius filium.* Sed & illud constanter affirmant: *Multi perfecti fuerunt ex viris, nulla perfecta vnquam ex mulieribus, nisi Maria mater Ysæ*, sicut Ebumuce ex Mahomet Propheta cognouit. Sed & Angeli producuntur, sic alloquentes Virginem: *O Maria omnibus viris & mulieribus mundior atque doctior, quæ soli Deo studes perseuerare.* Non quod Alcorani vel cuiusuis Mahumetanæ doctrinæ authoritate nitamur, absit stulta persuasio vanitásque pudenda: sed Pauli sectamur exemplum, qui vanorum & impiorum Poëtarum, vt Menandri, Epimenidis & Arati dicta suis epistolis miscuit. Et obiter hoc vno Tutcatum exemplo indicatum volumus, non sine iusto Dei iudicio Sectarios nouos in opiniones tam tetras & absurdas incurrere, vt qui à Christiana religione, non tamen à rationis lumine sunt remoti, commodius aliquando sentire, ac minus à vero aberrare, & de istorum etiam stultitia pronunciare posse videantur. Ac rectè docet Hieronimus, Ecclesiæ candorem Ethnicorum sordibus, hoc est, secularium litterarum sententiis & exemplis non polluì: quum & nonnulla in libris Mosaicis atque Propheticis de Gentiliũ scriptis assumantur, & Paulus apud Athenienses in Martis Curia disputans, ex Arato Ethnico testimonium petat.

Eraſmus magis probat sententiam, quæ Mariã ab omni peccato defendit.

Lib. 7. de arcanis Catholicæ veritatis ca. 2. 4. & 11

Veteres Rabbini Mariam peccato liberant.

Cantic. 4 Eodem lib. cap. 5

SED finem semel faciam, non ignarus alios extare scriptores, qui hoc argumentum de Conceptione Virginis longè latéque tractarint. Inter hos numero Ioannem Gersonem, Iacobum de Valentia, Gabrielem Biel, Petrum Galatinum, Iodocum Clichtoueum, Albertum Pium, Ambrosium Catharinum, Ioannem Eckium, vt cæteros non obscuros Theologos præteream, qui tamen cum Catholicis quibusdam potius, quàm cum vllis Sectariis in hanc descenderunt arenam. Ac minus fortasse nos mirari conuenit, eos qui se publicos Ecclesiæ Catholicæ hostes profitentur, quum tam multos & pernicioſos mordicus defendant errores, etiam hoc cauere non potuisse, quin impuri impura contra purissimam Deiparę conceptionem, eiúsque vitam sanctissimam profunderent. Verum de Catholicis ego miror, mirãdúmque puto inter eos etiam reperiri nonnullos, qui pòst lucem in tot Ecclesiis Gymnasiisque fulgentem, & pòst tetram caliginem in hæreticis nunc omnibus apparentem tam ægrè concedant, vt Dei matrem innocentia puram & ab omni peccato semper immunem ac immaculatam, C hoc est, Virginem quam corpore, tum animo integram perpetuóque incorruptam clam palam salutare atque prædicare possimus. Scio quàm multa & eximia iidem Mariæ vltrò tribuant, quódque non postremi Virginis cultores & prędicatores videri velint: sed in eo præpostere scrupulosi, aut suspicioſi, quod existiment Orthodoxos etiã, ab ipsis dissentientes cum Christi Domini iniuria virginem efferre & honorificare velle. Sed profecto in ea opinione falluntur. Quos enim illi petunt, hi libentissimè planissiméque fatenter, inter Christi & Mariæ sanctitatem plurimùm interesse, omnémque Mariæ sanctitatem ex Christi veluti fontis sanctitatis emanare: hunc solùm secundum naturam, vt sæpè dictum est, sanctum omnisque creaturæ Sanctificatorem existere, qui ne capax quidẽ sit illius ex peccato maculæ, teste Cyrillo Alexandrino. Alij verò D si velint, aliter sentiant: nobis quidem videtur magnoperè in eo laborandum non esse, vt credant homines, tantum non esse piaculum, si vel mente cogitemus, vel disertè dicamus: Immaculatam Conceptionem Mariæ Virginis celebremus: Christum eius Præseruatorem adoremus Dominum. An sit religio in hunc modum precari obsecro, vt in plurimis quidem prouinciis iam pridem multæ piorũ myriades precari pergunt, Sixtum Pontificem imitantes: Deus, qui per immaculatam Virginis Mariæ Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti. Quasi verò ad veram pietatem aliquid conferat, si homines doceantur Christo suam matrem adeò curæ non fuisse, plus vt tribuere voluerit omnibus Adæ posteris citra exceptionem, si eorum quidem parens non peccasset: sic enim illi procul dubio & à fœditate peccati, & ab ira Dei, & à potestate

Epilogus superioris tractationis de Mariæ conceptione.

potestate Satanæ liberi & præseruati omninò mansissent. Totius autem doctrinæ hucúsque propositæ summa sit: Mariam ab originali peccato præseruatam, aut certè quidem in ipsa Conceptione statim emundatam ita fuisse, vt ex omni hominum ordine atque cõditione nullus post Christum & maturius, & copiosius in terris à Deo fuerit sanctificatus. Vnde quemadmodum auibus Aquila, quadrupedibus Leo, piscibus Delphis, arboribus palma, & Lilium floribus præstare dicitur, ita si magnis modica cõponere fas est, Sanctos omnes illa præcelluit, quæ in mulieribus & supra viros benedicta, nec primũ visa est similem nec habere sequentem. Digna cer- A tè Chrysologo vox est: Meritò Virgini salua sunt omnia, quæ omnium genuit Saluatorem. Certè in Christianis Academiis, quæ tum doctrinæ, tum pietatis laude in hunc vsque diem florent, magno cõsensu has regulas amplectuntur Theologi, vbicunque de peccatis agitur Mariam excipi oportere: de hac semper asserendum esse, quod ad honorum eius cumulum pertinet, & sacris literis non aduersatur, nec tantæ Matri adimi decere, quod electis aliis rectè attribuitur, quoniam à nullo illustrium superetur, & insignibus gratiæ prærogatiuis abundet illa, cui verè magna fecit, qui potens est.

Serm. 140

Regnig obseruandæ in honore Virginis vindicando.

CAPVT XI.

De Mariæ Virginis Natiuitate, quæ merito in Ecclesia die festo celebratur, & à piis magno in precio habeatur.

In Martyrologio.



Maria plus cõsulit fuit progenitoribus, quam abillis accepit.

STENSA est Mariæ illustrissima & sacratissima prosapia: demonstrati eius parentes non minus virtute quàm genere nobiles atque præstãtes, qui haud sine ingenti miraculo in tali ætate, & pòst longũ cunctisque notum suæ sterilitatis vitium incomparabilem filiam, sexto idus Decembris Beda teste conceptam, Septembri mense orbi pepererunt. Sicut autem Dauid ex Iesse homine nõ admodum illustri natus est, idémque suis maioribus excellenti tum sapientia, tum sanctitate præluxit, vt eos illustraret magis quàm illustraretur: sic & Mariæ profectò vsu venit, vt parẽtes, auos atauos, proauos omnésque suos progenitores vera nobilitate superarit magis, quàm equarit: vtque il- C lis & posteris omnibus, quasi quoddam insolitæ nobilitatis initium, & perfectæ virtutis exemplum præbuerit. Marianus Scotus verbis luculentis admonet: Sancta Maria nascitur ex patre Ioachim de tribu Iuda, & ex matre Anna filia Isachar de genere Dauid. Siue autem Anna isthæc filia Isachar, siue alterius Matthan ex Hippolyti sententia iam antè citata fuerit: siue insuper Mariæ Natiuitas in Coss. M. Drusum Liuium & Q. Calphurnium Pisonem, siue vt alij volunt, in L. Domitium, & P. Cornelium inciderit, non adeò magni referre putamus. Ecclesia quidem eiusmodi Natiuitatis non tàm tempus & modum, quàm fructum & effectum, qui æquè ad Iudæos & gentes omnes pertineat, vult sedulò considerari, ideóque diem illi peculiarem dicauit. D Veruntamen haud erit abs re, vt existimo, si de ipso etiam tempore ad Mariæ natalem illustrãdum destinato quædam obiter adiciamus.

In Chron.

Supra cap. 4.

Quo tempore Maria nata sit iuxta Historiographos.

Mariam sub Herode Rege & Cæsare Augusto natam esse.

Nata est Deipara, vt ab eruditis obseruatum accepimus, anno ab vrbe condita Septingentesimo trigesimo octauo, qui vigesimus fuit secundus Romæ regnantis Augusti, hebdomade nimirum, si Danielis supputationẽ sequimur, Sexagesima quarta, quùm Herodes Idumæus, Iudaicam Rempub. miserè diuexaret, ac regni gloriam à tribu Iuda surreptam, per summam vim atque nequitiam sibi vẽdicaret. Igitur hunc primum regem externum Iudæi tum habere cœperant, quoniam aduentante iã Christo impleri debebat, quod Iacob Patriarcha prædixerat fore, vt suis illi ductibus regibusque priuarentur, solo nimirum rege Christo contenti, sicut & Sulpitius annotauit. Sic autem habet Iacob varicinium: Non auferetur Sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium. Quàm verò pulchrè, quàm commodè tunc Maria nascitur, quo furibundus simul & stolidus diuini consilij impugnator Herodes regnum Dauidis genus extingueret, ne quisquam ex illo Messias procreetur, vi summa conatur? Vnde in communi ferè omnium desperatione, & cum Satan diuinum perturbare decretum maximè nititur, Ioachim & Anna ex Dauidis stirpe superstites coniuges diuinitus eligũtur, qui Messiæ Matrem lectissimam, vel inuitis Herodianis, in lucem proferrent. Quod si Abulensi credimus, fuit hic annus quo Maria gignitur, decimus quartus imperantis Herodis, idémque ab orbe cõdito ter millesimus noningentesimus, quadragesimus septimus: à transmigratione autem Israelitarũ in Babylonem, quingentissimus septuagesimus sextus, ideóque annis plus minus quindecim vel sedecim Mariæ natalis Christi natalem antecesſit. Nam & Euodius à Nicephoro citatus asserit, annum ætatis decimum quintum, & diem mensis Decembris vigesimum quintum fuisse, quo Maria mundi lucẽ pepererit. Ac licet diuersis annis & mensibus, tamẽ sub eodem Augusto Cæsare & Herode Rege, hoc est, sub iisdem magistratibus orbi & Iudææ Imperantibus, Maria & Christus sunt editi, illa quidem 6. idus Septembris, hic autem in Decembri 8. Cal. Ian. Hebræi verò à Nouilunio Septembris vulgarem annum sicut sacrum & Ecclesiasticum annum ab æquinoctio verno in Martio, ex veteri more oriuntur eodémque mense Septembris orbẽ fuisse conditum putant. Quamobrem non vacat mysterio, Mariæ natalem in hunc mensem incidere, quo prima mulier Eua mirabili Dei opificio condita, vt rursus Hebræi asseuerant, suique viri Adam oculos ob eximiam corporis elegantiam & pulchritudinem mirificè oblectauit. Idem ergo mensis, secũdum nobis Euam mulierum omnium & pulcherrimam & dignissimam non temerè dedit, quæ singulari sui conditoris beneficio sic formata & exo

Congruebat Mariam sub Herode tyranno nasci.

In c. 2. Matt. 9. 91.

Li. 2. Eccles. hist. cap. 3

Quomodo Mariæ natiuitas cum natali Christi conueniat

Mariam non temerè nasci mense Septembris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nata prodiit, vt si humano more loquendum sit, lę-
tioribus quidem oculis viuum in terris hominem
nunquam aspexerit Deus, in quo post Christum
nihil maculæ, & plus gratiæ ac iustitiæ originalis,
veræque pulchritudinis & amabilitatis deprehen-
deret. Nam paradisus ille voluptatis, hoc est, om-
nium spiritualium deliciarum, omniúmque virtutũ
& gratiarum floribus adornatus, manúque diuinæ
sapientiæ consitus hodie primum apparuit, in cuius
medio lignum vitæ, adeóque salutis æternæ, fructus
non sine summo Dei munere mortalibus debuit
exhiberi. Iam se videndum præbet mundum & ex-
quisitum illud domicilium quod clarissimis virtutũ
gemmis ornare voluit Pater cælestis, vt filius eius
in mundum veniens, in eo molliter quiesceret, ac
dignum se habitaculum inueniret. En vnam verè
auream, quæ manna illud suauissimum suo tem-
pore non solùm asseruaret, sed & orbi depromeret
ciúsque deliciis plenissimè frueretur.

Quod si collatio quædam inter Marię & Ioannis
natalem facienda est, vtrinque sancti & infœcundi
parentes se nobis offerunt, è quorum senilibus &
longè à naturæ feruore alienis membris ipsi fœtus
mirabiles procreantur. Rursus dicti Ioannis & Ma-
riæ parentes ab angelo primum de nascitura sibi
prole sancta certiores fiunt, magnámque inde pro-
culdubio capiunt voluptatem. Præterea hi fœtus in
Matris vtero sancti priusquam nati reperiuntur: tũ
ad excellentissima munera, & ad commune bonum
totius Ecclesiæ pertinentia, inde ab initio singulari
diuini numinis prouidentia deliguntur & destinã-
tur. Ad hæc sicut Ioannis, sic & Mariæ ortus ex eo
celebrior apparet, quandoquidem parentibus in
oratione sancte piéque versantibus velut munus
quoddam singulare promittitur atque donatur. Et
enim [a] Epiphanius, [b] Damascenus aliíque confir-
mant, hanc benedictam prolem longis & ardenti-
bus Ioachim & Annæ precibus simul ab Angelo
promissam, ac lętè tandem exhibitam esse. Ob has
igitur aliásque præstantes dotes, vtrobique singu-
laris summi Dei elucet gratia, sed quæ tamen in
Maria tantò illustrius & copiosius, quàm in Ioan-
ne fulget, magisque prædicanda est, quantò pluris
referebat, Messiam à matre generari, quam à Ioã-
ne seruo annunciari. Quo magis Ecclesiæ institutũ
probari debet, quæ diem natalem Mariæ consecra-
uit, & anniuersarium esse voluit, vt ad gratias im-
mortali Deo agendas, eáque miracula, quæ in ad-
mirabili ortu Virginis mirabiliter concurrerunt
expendenda, Christiani homines plus otij ac tem-
poris reperirent. Ad quem sane diem hæ voces, quę
magno cum iudicio introductæ sunt, in Ecclesia
personant: Natiuitas tua Dei genitrix Virgo gaudiũ
annunciauit vniuerso mundo: ex te enim ortus est
sol iustitiæ Christus Deus noster, qui soluens ma-
ledictionem, dedit benedictionem, & confundens
mortem, donauit nobis vitam sempiternã. Quod
Ecclesiæ canticum Græcis ignotum nõ est, ideóque
à Sergio Hierapolita repetitum legitur, vbi de hoc
ipso festo tractat. Eodem spectat & illud solenne
canticum: Natiuitatem hodiernam perpetuæ Vir-
ginis genitricis Dei mariæ solenniter celebremus.
Etenim si natalem Ioannis, qui tantum præco &
præcursor Domini fuit, die statoritúque publico
cohonestamus, & Angeli vaticinium illud: Multi
in Natiuitate eius gaudebunt, ad nos quoque per-

Genes. 2.

Hebr. 9.

Natales Mariæ, & Ioãnis Baptistæ dies in multis rebus cõueniebant.

a Contra Collyrid. hæres. 79.
b Lib. 4. de fide Orthod. cap. 15

In cantico de festo Natiuit. Mariæ.

Piorum est ob Mariæ natalem lætari. Mariæ natalis plus veri gaudij adfert, quã Ioannis Baptistæ.

A tinere præ nobis ferimus. cur non tantundem operæ ac studij Natali Mariæ celebrando ponamus, & nouam quandam animorum lætitiam declaremus, qnando non Christi modo, sed nostra quoque Mater primum apparet, suóque aduentu Euangelium, hoc est, faustum felixque nuncium adfert, vt mũdus tristitia diuturna oppressus, tandem aliquando, vt nunquam antea, possit respirare? Quid enim? Nõnne lucidissimum solem post densissimas longissimæ noctis tenebras statim exoriturum sibi crederent, qui hanc roseam & nitentem auroram iucundissime intuentur? Cur non iure suo dicerent: Quæ est, quæ progreditur quasi aurora consurgés, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Quibus verbis Mariam describi docet etiam post Damiaum Innocentius, eámque per auroram designari tradit, vtpote quæ fugatis tenebris mundo lumen ostendat: eam verò aurorã consurgentem esse, quòd sit finis noctis, & origo diei: finis prætereà damnationis & salutis origo: eãdem porrò vt lunam pulchram & rotundam apparere, hoc est, ob prolis fœcunditatem plene formosam existere, neque minus tamen electam vti solé videri, quòd præ aliis ex Dei prouidentia in hoc orbe per sapientiam splendeat, & calorem per charitatem cum ipso splendore coniungat. Et quoniã in locum Canticorum incidimus, non intermittam carmen elegans adiicere, quo eũdem locum à quodam redditum esse animaduerti.

B

Quænam ista est mulier, quæ se hoc ceu luce serena
Aurora surgens intulit?
C *Pulchra velut radios plena e cornibus effert*
Quam luna puro lumine.

Quis verò, si sapiat, Mariæ natalem non magni-
faciat, reuerentérque colendum non censeat, quum
sit festorum noui Testamenti anteambulo, myste-
riorum Christi præludium, Dei fœderum cum ho-
minibus initorum restricta memoria, earum rerũ
quæ prædictæ fuerunt demonstratio, absconditi
mysterij patefactio & finis, ac demum totius humã-
ni generis visitatio? quemadmodum hũc diem Da-
mascenus luculenter appellat. Tantum abest, vt
natalitias Virginis ferias temere institutas videri,
aut sine fructu celebrari posse credamus, præsertim
si res illas, de quibus hoc tempore admonent, in
animum sedulò reuocemus. Admonent hæ feriæ de
antiquis Dei promissionibus tùm ad Messiam, tũ
D ad Matrem eius pertinentibus, quas ille in verbo
suo fidelis nunc tandem velit implere. Admonent
de vera, laudabili & perfecta nobilitate, quæ vt ma-
riæ, sic aliis quoque gratiam conciliat singularem.
Admonent de officio iustorum & coniugum & pa-
rentum, quibus Ioachim & Anna probatæ virtutis
exemplo egregie præluxerunt, suæque constantis
pietatis fructum & præmium in coiugio amplissi-
mum reportarunt. Admonent de corrupta & æru-
nosa hominum natiuitate, quam infelices Euæ filij
non temere à lachrymis & vagitu auspicantur. Ad-
monent de recta liberorum & præsertim Virginũ
institutione. Admonent demum de Mariæ puerti-
tia, vita & moribus integerrimis, sicuti sub finem
huius libri cõmonstrabimus.

Festi huius celebritas quibus de causis nata sit.

Quanquam non solum hic dies nos piósque om-
nes commonefacit de temporatia Virginis Natiui-
tate, quando ex Annæ Matris vtero illa Ioachim
filia prodiit, qui clarissimus sane ortus fuit, verùm
etiam

sed etiam eo quæsiuit in mente diuina perseo.

Prouerb. 8

Mariæ ortus celebratio consignata orbe.

Cantic. 6

Ecclesia recte quædã ad Mariam transfert quæ ad æternã Sapientiam in primis pertinent.

Lib. 7. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 1

Quomodo verteretur accepta Mariæ locus Prouerb. 8. Dominus possedit me, &c.

a Greg. Naz. de Theologia. b Lib. 4. contra Eunom.

Festi huius celebritas quibus de causis nata sit.

Aphthonij sophistæ quadrare hãc orationem ex dicti loco Prouerbiorũ.

Orat. 1. de Matris Mar.

Contra Arianorum hæres.

Lib. 4. contra Eunomium. De Pestilentia Ioan. Damasc. sermone de Natiuitate Mariæ.

Lutherus initio sugillat festum hoc ob nimiam superstitionem.

Ex Mariæ tali origine dum de eius ortu agimus.

A in cœlis & terris augustissimè obtineret. Illa verò hac summi numinis prœueniente gratia & gratuita vocatione non contenta, inde ab ipso ortu nullam curam, studiúmque nullum vnquam prætermisit, vt se sensúsque & vires animi & corporis ad omnẽ Dei nutum intentissimè conuerteret, bonáque cõscientia diceret: Gratia eius in me vacua non fuit, & gratia eius in me semper manet. Dei sumus adiutores, Dei cooperatores. Quę sedulitas diuinam gratiam & conseruandi & amplificandi, nobis quidem cum ętatis accessione perfæpè languescit ac decrescit: in illa verò nata puella citra omnem vitij admixtionem auctior indies facta est, vt non solùm ętate, sed etiam virtute grandior atque confirmatior effici videretur. *1. Cor. 15* *2. Cor. 13*

Vbi non abs re fuerit credo, rationes aliquot cõ-
memorare, quæ matris Ecclesiæ in hoc Mariæ Na-
tali celebrando institutum magis magísque cõpro-
bent, sicut illas pius æquè ac eruditus Theologus,
& scholasticis Doctoribus antiquior, Petrus Da-
mianus exponit: Natiuitas, inquit, beatissimæ &
intemeratæ genitricis Dei, fratres charissimi, meri-
tum præcipuum, & singulare præbet hominibus
gaudium, quæ totius extitit humanæ salutis exor-
dium. Meritò ergo hodie profusis totus gaudiis
vbique terrarum orbis exultat, meritò vniuersa
sancta Ecclesia, nascente Sponsi sui Genitrice (vt
ita præ gaudio dixerim) Felcennini carminis laudes
alternat. Exultemus, inquam, in hac die præcipua,
& totis visceribus in Domino delectemur, in qua
dum Redemptoris nostri recolimus matrem, reli-
quarum festiuitatum celebramus originem. Quæ
enim cunctis solennitatibus est antiquior tempore,
nequaquam esse debet inferior dignitate. Nam si
Salomon cum Israelitico populo in dedicatione
templi ex lapidibus facti, tàm copiosum & magni-
ficum sacrificium solenniter celebrauit, quale quã-
túmque gaudium beatæ Mariæ Natiuitas populo
Christiano debet adferre, in cuius vterum, velut re
vera sacratissimum templum, Deus ipse descendẽs,
& humanam naturam ex ea suscipere, & cum ho-
minibus dignatus est visibiliter habitare? Licet
nem & in illud Salomonis templum Deus descen-
disse credendus sit, in hoc tamẽ rationabili sanctua-
rio, hoc est, in beatissimæ Virginis vtero, multo
mirabilius, multóque felicius dignatus est manere
pro nobis, in quo Verbum caro factum est, & habi-
tauit in nobis. Iudaico templo Deus omnipotens
B gloriam quidem sui Aduentus contulit, sed nihil ex
eo in sua natura suscepit. In beatissimæ autem Vir-
ginis vterum non solum dignatus est descendere,
sed ex eo etiam perfectam sibi subsistantiam nostræ
mortalitatis vnire. Quantò igitur nostri tẽpli ma-
ior est dignitas, tantò glorioſior debet esse solen-
nitas, dum illa nascitur, quæ ante constitutionem
mundi in consilio ęternæ sapientiæ electa & præ-
electa, etiam de regali stirpe fuit progenita. Ecce
intemerata & gloriosa Virgo Maria, cuius hodie
splendidissima Natiuitate vniuersa per orbem san-
cta illustratur Ecclesia, in lege prefigurata, in Pa-
triarcharum & prophetarum oraculis prænunciata,
ab Angelo singulari honorificentiæ priuilegio salu-
tata, thronus Dei, solium Diuinitatis, palatiũ Re-
gis æterni, gazophylacium thesauri, quo sumus de
cruenti prædonis seruitio comparati, nobis propo-
nitur in exemplũ. Gaudeamus itaque dilectissimi,

Cur magni faciendus Mariæ ortus, iuxta Dei prædestinationem expensus.

Festiuitas, hæc festiuitatũ Christianarum origo.

3. Reg. 7. & 8.
2. Paral. 7.

Huius festi collatio cum Iudaico, de templi dedicatione.

Quantũ inter Salomonis & Mariæ templũ interfit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& exultemus in Natiuitate Virginis Dei genitricis quæ nouum mundo nunciauit gaudium, & totius extitit humanæ salutis exordium. Exultemus, inquam, & sicut gaudere solemus in Natiuitate Christi, ita etiã gaudeamus in Natiuitate Matris Christi. Hodie nata est Regina mundi, fenestra cæli, ianua paradisi, tabernaculum Dei, stella maris, scala cælestis, per quam supernus Rex humiliatus ad ima descendit, & homo qui postratus iacebat, ad superna exaltatus ascẽdit. Hodie apparuit stella mũdi, per quam sol iustitię illuxit mundo, illa videlicet, de qua per Prophetam dicitur: Orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israel. Hodie nata est splendidissima illa virgo, ex qua processit speciosus forma præ filiis hominum, tanquam sponsus de thalamo suo. Hodie prodiit ex vtero Matris, quæ templum fieri meruit Diuinitatis. Hodie impleta est prophetia illa, quam eximius Prophetarum ille Esaias, quasi præco factus ad aduentum Reginæ mundi, magna voce clamabat, dicens. Egredietur virga de radice Iæsse, & flos de radice eius ascẽdet.] Hæc ergo ex diuersis & præclaris Damiani concionibus, ne Lectorem prolixitas grauaret, excerpsi, simúlque his verbis monstrare volui varias rationes, quibus adducta Ecclesia ferias Virginis natalitias tot seculis reuerenter obseruat. Eodem referri possunt, quæ de Maria Rupertus prædicat, eam nimirum Dei Patris inde ab initio sponsam fuisse, ob quam ille veterem adamarit Synagogam, & quasi coniugis habuerit loco. Etenim ante omnia secula id sibi proposuisse Deum, vt Verbum suum, quod ab orbe condito per Prophetarũ corda & ora promiserat, tandem per Mariæ vterum caro efficeretur, & Deus homo factus, vt anteà Synagogæ, sic posteà Ecclesiæ sponsus diceretur & esset. Quibus hoc etiam repetitu dignum adiungit: Sic beata Virgo prioris Ecclesiæ pars optima, Dei Patris sponsa esse meruit, vt exemplar quoque fuerit iunioris Ecclesiæ spõsæ Dei Filij sui. Spiritus enim sanctus, qui in vtero, vel de vtero Mariæ incarnationem operatus est vnigeniti Filij Dei, ipse de vtero vel per vtetum Ecclesiæ, per viuificum lauacrum gratiæ suæ, multorum operaturus erat regenerationẽ filiorum Dei.] Nec veretur idem alibi affirmare, Mariam prophetissam esse, ad quã Esaias Propheta iussus accedat, cuius in vtero omnium sanctorũ Prophetarum completa sit prophetia: nec solum quidem Esaiam, sed & Prophetas alios omnes ad hanc prophetissam accessisse. Omnes, inquit, omninò ad illam conuenerunt: omnium enim & singulorum diuisiuæ gratiæ, & particulares prophetiæ in istam prophettsam simul conuenerunt, simul Spiritu sancto superueniente concurrerũt. Et beatum se Esaias, imò beatos se omnes Propheræ sancti non immeritò crediderunt, quòd hoc modo ad istam prophetissam accessiuros se esse nouerunt, quòd ad istud Dei templum, ad istud Spiritus sancti sacrarium quippiam verbi boni sese adferre cognouerunt.

Hæc multaque id genus plura & eximia, quæ lõgum sit percensere, si alias vnquam, tùm hoc die maximè considerandа videntur, quo Mariæ natalẽ in Ecclesia celebramus. Nam de Sectariis pudet sane pigétque commemorare, qui non Mariæ Virginis, non Ecclesiæ Matris, non publicæ vtilitatis ratione tanguntur, vt has aliásque Deiparæ ferias in

Non solum in Christi, sed & Mariæ Natiuitate gaudendum.

Mariæ Virginis præclara epicheta.

Num.24 Psal.44 & 18.

Esai.11

Lib. de operib. Spiritus sanctis cap.8

Quam præcipuè sentiendũ de Mariæ Natiuitate & prædestinatione.

Mariæ veteris Ecclesiæ vel Synagogæ pars optima.

In Esai. cap. 34 & c.9 li. de operibus Spiritus sancti. Esai.8

Prophetas & veteris Testamenti Patres ad Mariã prophetissã accessisse cum gaudio.

Hoc festum indigne ac irreuerẽter haberi a nouatoribus.

A vsu & precio manere permittant. Interea verò ne omninò nihil agant, sanctæ huius diei celebritatem sæpè in nuptiarum lasciuiam & conuiuiorum intẽperatissimos luxus pulchra sanè mutatione conuertunt, nimirum ne desit symbolum reformatæ ab illis Ecclesiæ, atque vt Euangelij tandem illustrati fructus insignis appareat, quod anteà tenebris, vt inquiunt, velut oppressum iacebat. Ac sapiunt in eo certè, quod Ioannis Baptistæ natalem diẽ agnoscunt, ac quotannis celebrant, si è multis illorum Ecclesiis & nouis ordinationibus, quæ tamen mirum in modum discrepant, ferre iudicium fas est. Quæ autem sapientia obsecro, non tantum honoris Matri, quantum præcursori Redemptoris in die natalitio celebrando defetre? Scimus quid Angelus Zachariam in templo compellans, de Ioanne nascituro dixerit, hoc inter alia prædicens fore: Erit gaudium tibi & exultatio, & multi in Natiuitate eius gaudebunt, quemadmodum cognatos & vicinos vtrique parenti Ioannis gratulantes porrò fecisse, satis Lucas ostendit. An verò hic Angeli sermo vim præcepti obtinet, vt Christianos omnes ad natalem Ioannis, qui nunc in Ecclesia colitur, quotannis & ritu publico celebrandum adstringat? Nemo quidem prudens hoc ex Euangelio rectè conuincet, sed fatendum est, ex Ecclesiæ potius authoritate atque traditione accipi, quòd nobiscum Sectarij natalem Ioannis magno in precio habent & celebrant publicè. Cur igitur eodem iure vel non recipiunt, vel receptum abolent Mariæ natalẽ, quẽ Synodus Lugdunensis & Gregorius IX. pont. Max. confirmarunt? Sed & multò antè floruit Ioannes Damascenus, ac eundem diem vt ætate sua solennẽ aliquot concionibus publicè cohonestauit. Extat Emanuelis Comneni ante annos propemodũ mille scripta & promulgata constitutio, quam Theodorus Balsamus Patriarcha Antiochenus repetiuit. in ea feriatis diebus aliis præsens adscribitur, & sacer ab omnibus haberi mandatur. Natalis, inquit, dies purissimæ Dominæ ac Dei genitricis, qui est octauo Septembris.] At verò nihil mirum has ferias contemni & abrogari, quum ne Christo quidẽ Redemptori præcipuas tõtque seculis receptas manere ferias permittat impia temeritas Nouatorum. Certè Lutheri Sectariorum huius ætui patriarchæ vox illa est propria: [a] *Peruelim hoc festum omitti, quum nullo Scripturæ testimonio nitatur.* Qui cum seipso deterior, & in ritibus Ecclesiæ contemnendis impudentior factus esset, velut iudex de sublimi loco pronunciauit: [b] *Assumptionis & Natiuitatis Mariæ festa plane reiicimus.* Tum alibi multò petulantius hãc legem generalem sanciuit: [c] *Festa Sanctorum in universum aboleantur.* Dignum certè tali legislatore mãdatum, qui secum ipsè pugnans alibi scripsit: [d] *Fertium præceptum docet dies festos celebrare: idcirco festa Magis Apostolorum & beatæ Virginis obseruari debent.* Verum peiora huius magistri placita, quæ Christi Ecclesiã contemnere, hoc est, Christianissimum abnegare docent, plerisque Nouatoribus magis arriserunt, firmiúsque custodiuntur. Ac veterum quidẽ Scriptorum sententiæ, hunc sactum diem illustrantium paulò pòst repetentur, vt interim nihil de Eusebio, Beda, Bernardo, Brunone dicamus.

Cæterum quæ ad propriam huius festi historiam spectant, & Mariæ natalem quibusdam miraculis illustrẽ ostendunt, ea tum breuiter, tum significãter

Sectarij non tantum festum Ioannis quam Mariæ celebrant.

Nicephorus his verbis explicat: Inuenta est beata A virgo Maria dignum, Deumque decens Verbi domicilium, etiam ante natiuitatem Deo consecrata, atque ex membris senilibus & longè à naturæ feruore alienis tanquàm quidam diuinitus datus fructus producta.] Vbi rursus obstrepunt Centuriatores, & Nicephorum inprimis hac sua oratione perstringunt: *Videmus Proteuangelium Iacobi hanc vnam ob causam confrictum esse, vt ortum Mariæ indicet, & summis vehat laudibus, quomodo nimirum à sterili matre nata sit, Angelo eius Natiuitatem prædicente. Nicephorus tamen & hæc & alia multa arripuit & coaceruauit satis quidem temere.* Accusant præterea Germanum virum eximiè sanctum, quòd scribat, Mariã ex Anna matre sterili esse natam, vt alia id genus plura ab istis temerè suggillata, & sequẽti capite confutanda prætereamus. Vbi cum illis non pugnabimus de Iacobi Proteuangelio, quod ita nobis etiam obiicit Chemnitius, velut eius libri authoritate nitamur, quùm longè quidem secus res habeat, multóque probationes in hac historia testes iam antè produxerimus. At verò Nicephorum excusare difficile non est, vtporè qui Euodium, Iuuenalem, Hippolytum, Methodium, Gregorium Nyssenum, Epiphanium, Andream Cretensem, aliosque plures Græcos Theologos, quorum opera pleraque nostro & seculo & orbi ignota interierunt, fideliter sequutus videtur: tãtum abest, vt ex Iacobi Proteuãgelio hanc historiæ partem solùm arripuerit & coaceruarit. Nec maior illis fides habenda est, quùm in Germanum veluti fabulatorem ipsi nimium sæpè fabulantes, imò & calumniantes inuehuntur, Germanum, inquã, præclarum sempérque laudatum Patriarcham Constantinopolitanum, qui inde à puero sanctus Deóque dicatus, ac multum in sactis literis exercitatus, tanti nominis claritate floruit, vt Patres in secunda Synodo Nicena multum eius tribuerint authoritati. An verò tàm perfrictæ frontis erunt, vt contra Ioãnem Damascenum excipiant, & laudatissimum grauissimumque apud Græcos Theologum falsitatis aut vanitatis accusent? Sic autem ille scribit: Ad Natalitium festum rursum nos conferamus, atque Annæ velut Epithalamium carmen paulisper modulemur, nunc quidem filiam diuinitus datam, ac promissionis pignus vtero gerenti, nunc autem post diuturnam sterilitatem genitale votum clarissimi, atque omni mentis agitatione præstantioris Dei ad homines aduentus, in lucem emittenti.] Vt cæteras silentio transeamus, quæ & præsentem confirmant historiam, & Virginis parentibus gratulãtur. Quod si Centuriatores neque Nicephoro, neque Germano, neque Damasceno fidem habere dignantur, suũ saltem Camerarium audiant, qui superiorem narrationem repetit atque cõfirmat, quòd nimirum Anna, sicut Helcanæ vxor sterilis, suis à Deo precibus sanctam hanc sobolem impetrarit.

Agedum verò, vt obiectã caliginem amoliamur, lucem veritatis ab illis mutuemur, qui multo ante nostram ætatem de hoc Mariæ festo publicè docuerunt, illudque suis concionibus decorarunt. Ac primùm testis prodeat dictus modo Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in hunc modũ Græcè scribens: ἡ παγκόσμιος χαρὰ ἐκ τοῦ δικαίων ἀνέτειλεν ἡμῖν ἐξ Ἰωακεὶμ καὶ τῆς Ἀννης, ἡ παράμωμος παρθένος, ἧς δι' ὑπερβολὴν ἁγιωτατος ναὸς θεοῦ ἔμψυχος γίνεται, καθὼς καὶ ἀληθεια θεοτόκος γνωρίζεται· καὶ ἀφ' ὧν αὐτῆς ἐνεσίασε ὁ θεὸς τῷ κόσμῳ πᾶσιν ἡμῖν τὸ μέγα ἔλεος. Commune, inquit, totius mũdi gaudium ex iustis hominibus Ioachim & Anna (hoc die) nobis exortum est, laudatissima nimirum illa omnisque planè reprehensionis expers Virgo, quæ sola propter eximiæ dignitatis præstantiam verè rectéque Deipara agnoscitur, & propter huius intercessionem Christus Deus mundo quidem pacẽ & concordiam, nostris verò mentibus misericordiã vberem demisit ac impartitus est.] Ac idem germanus quũ psalmum quadragesimũ quartum explanat illaque verba excutit: Audi filia & vide, ita scribit: Διὰ τί ἐλθὼν προφήτευσε γόνος πάντεσσιν ἐξ Ἰωακεὶμ καὶ τῆς Ἄννης τῆς δικαίων σήμερον παρθένος παρθένε. Θρανὸς καὶ θρόνος θεοῦ καὶ δελτίον καθαρότητος, τὴν χαρὰν προσμένυσα παντὶ τῷ κόσμῳ τῆς ζωῆς ἡμῶν προέρχεται, καθ' ὅλης ἀναρεσις, εὐλογίας ἡ ἀπόδοσις, διὸ ἐν τῇ γεννήσει σῇ κόρη θεόκλητε, τὴν εἰρήνην αἴτησαι καὶ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὸ μέγα ἔλεος. Hoc est, secundùm Angeli vaticinium ô Virgo illustris, proles ex iustis hominibus Ioachim & Anna in lucem hodie prodiisti, cœlum & sedes Dei, omnisque puritatis receptaculũ, gaudiũ mundo vniuerso annuncians, vitæ largitrix, maledictionis interemptrix, benedictionis cõciliatrix. Quamobrem ô diuina Virgo in hac Natiuitate tua, mundo pacem & concordiam posce, nostris verò animabus gratiam & misericordiam impetra.] Iterum verò quum eiusdem Psalmi tractat sententiã: Vultum tuum Domine deprecabuntur, hæc verba interserit: Στεῖρα καὶ ἄγονος ἡ Ἄννα, σήμερον χαῖρε ἁγροτίτω φαιδρῶς· λαμπροφορείτω τὰ ἐπίγεια, βασιλεῖς σκιρτήσασαν· ἱερεῖς εὐλογίαις εὐφραινέσθωσαν, ἑορταζέσθω ὁ σύμπας κόσμος. Ἰδοὺ γὰρ ἡ βασίλισσα καὶ ἀνύμφος τὸ πατρὸς ἐκ τῆς ῥίζης τοῦ Ἰεσσαὶ ἀνεβλάστησεν. Οὐκ ἔτι γυναῖκες ἐν λύπαις τέξουσι τέκνα, ἡ χαρὰ γὰρ ἐξήνθησε, καὶ ἡ ζωὴ τῶν ἀνθρώπων ἐν κόσμῳ πολιτεύεται. Οὐκ ἔτι τὸ δῶρον τοῦ Ἰωακεὶμ ἀποστρέφονται. Τὸ θρόνος γὰρ τῆς Ἄννης εἰς χαρὰν προσεκλήθη, συγχάρητέ μοι λέγουσι πᾶς ἐκλεκτὸς Ἰσραήλ· ἰδοὺ γὰρ δέδωκέ μοι κύριος τὸ ἔμψυχον παλάτιον τῆς θείας δόξης αὐτοῦ εἰς κοινὴν εὐφροσύνην, καὶ χαρὰν, καὶ σωτηρίαν τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Id perinde est ac si dixeris: Anna sterilis & infœcũda hodie manus alacriter & festiuè cõplodat. Quæ in terris versantur, serena lętaque sint omnia. Reges exultẽt, Sacerdotes in diuinis laudibus exhilarentur, ac mundus demũ vniuersus festum hunc celebret diem. Nam ecce Regina & innupta æterni Patris sponsa ex radice Iessæ processit. Fœminæ in posterum parient dolorum expertes: effloruit enim gaudium ac lætitia, & iam vita hominum mortalium in mundo regnum obtinet ac dominatur. Neque verò amplius repellentur ac fastidio erunt munera Ioachim: luctus siquidem Annæ in gaudium præiudicatus ac conuersus est, Annæ, inquam, iam dicentis. Congratulamini mihi omnes electi Israëlitæ: ecce enim Dominus ipse, in communem mortalium omnium consolationem, gaudium atque lætitiam, nec non in animarum nostrarum salutem, animatum maiestatis & gloriæ suę palatium mihi est largitus.]

Cent. 1. cap. 10. Quomodo Centuriatores in dubium vocent historiã de Mariæ Natiuitate. *Censur. 8. cap. 10.*

Eximia epitheta Deiparę congruentia.

Quã sit lætus multis, dies Mariæ natalis.

In examine Concilij Trident.

Nicephorus defenditur cõtra Centuriatores.

Oratione 2. de Natiuitate.

Lib. de vita Christi.

Testimonia Græcorum de Mariæ Natiuitate ac præsenti festo celebrãdo, & imprimis Germani Patriarchæ Constantinopolitani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Testimonium Sergij Hierapolitæ, de Mariæ natali.

CVM hoc sancto Patriarcha connectam Sergium Hierapolitam, Græcum & ipsum Scriptorem non ignobilem, qui Mariæ natalem hac ornat oratione: Ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ἡμῶν σαλπίσωμεν πνευματικῆ κεφαλῇ, ἡ γὰρ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ σήμερον τίκτεται ἡ μήτηρ τῆς ζωῆς, τὸ σκότος λύσασα, τὴν Ἀδὰμ ἡ ἀνάπλασις, καὶ τῆς Εὔας ἡ ἀνάκλησις. τῆς ἀφθαρσίας ἡ πηγὴ τῆς φθορᾶς ἀπαλλαγή, διὰ τοῦτο ἡμεῖς ἐθεώθημεν, ἐκ τοῦ θανάτου ἐλυτρώθημεν, καὶ βοήσωμεν αὐτῇ σὺν τῷ ἀγγέλῳ· οἱ πιστοί, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ· ὁ διὰ σὲ Χριστὸς ἡμῖν τὸ μέγα ἔλεος. Quæ simpliciter versa hunc sensum exprimunt: In hac festa celebrique luce buccina spirituali clangamus. Etenim quæ præsenti die ex Dauidico semine nascitur, vitæ Mater est, tenebrarum expultrix, Adæ reparatrix, Euę reuocatrix, immortalitatis fons, corruptionis interitus ac liberatio, per quam nos quidem in Diuinæ naturæ participationem translati sumus, atque à morte ipsa liberati, & acclamamus ipsi omnes fideles cum Gabriele: Aue gratia plena, Dominus tecum, qui propter te Maria magnam erga nos misericordiam declarat atque commonstrat.] Deindè quam venustè idem credentes omnes hortatur, vt festum hunc diem religiosè colant, & studiis ornent spiritualibus, qui ita pergit concionari: Δεῦτε ἅπαντες πιστοὶ, πρὸς τὴν παρθένον δραμῶμεν, ἰδὲ ἡ γὰρ γενάτωρ ἡ πρὸ αὐγέρου προοιμίσασα τῷ θεῷ ἡμῶν μητὴρ, τὸ τῆς παρθενίας κειμήλιον, ἡ τῷ Ἀαρὼν βλαστήσασα ῥάβδος ἐκ ῥίζης τῷ Ἰεσσαὶ, τῶν προφητῶν τὸ κήρυγμα, καὶ τῶν δικαίων ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης τὸ βλάστημα γενάται τοίνυν, καὶ ὁ κόσμος σὺν αὐτῇ ἀνακαινίζεται, τίκτεται καὶ ἡ ἐκκλησία, τὴν ἑαυτῆς εὐφροσύνην κτᾶται ὁ ναὸς ὁ ἅγιος, τὸ τῆς θεότητος δοχεῖον, τὸ παρθενικὸν ὄργανον, ὁ βασιλικὸς θάλαμος, ἐν ᾧ τὸ παράδοξον τῆς ἀπορρήτου ἑνώσεως τὸ συνελθὸν σὰν ἐπὶ χεῖρον τὴν φύσιν ἐτελεσιούργησεν μυστήριον, ὃν προσκυνοῦντες ἀνυμνοῦμεν τὸν τῆς παρθένου παιδίον. Γέννησις, ἡ Γέννησις σοῦ θεοτόκε χαρὰν ἐμήνυσε πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Venite, inquit, fideles omnes, cursu quodam ad Virginem contendamus. En illa nascitur, quæ antequàm nasceretur, Dei Mater futura designata est. Nascitur singulare virginitatis decus & ornamentum: nascitur Aaronis virga de radice Iessæ germinans: nascitur prophetarum præconium, & iustorum Ioachim & Annæ germen. Hæc iam nascitur, & vnà cum ipsa mundus renascitur ac renouatur: nascitur & Ecclesia, suóque ipsius decore circumdatur atque ornatur templum sanctum, receptaculũ diuinitatis, organũ virginale, Regiúsque thalamus, in quo admirandum illud mysterium vnionis naturarum in Christo ineffabili modo inter se coeuntium perfectum est. Hunc proinde Christum adorantes, omnis reprehẽsionis expertem immaculatæ Virginis Natiuitatem hoc laudum præconio celebremus: Natiuitas tua Dei genitrix gaudium annunciauit vniuerso mundo.] Verùm alios festi huius præcones, vt mihi sanè videtur, Damascenus excellit in tribus orationibus, quas Græcè & Latinè paucis retrò annis Billius primùm edidit. Adeste, inquit, gentes omnes, omne hominum genus, omnes cuiusuis linguæ & ætatis ac dignitatis orbis vniuersi, lætitiæ natalem diem animis celebremus. Nam cum gentiles, Dæmonum per commentitias fabulas mentem surripientium, ac veritatem obscurantium, atque Regum natiuitates omni honoris genere celebrarint, pro sua quisque facultate munus quoddam offerẽtes, tametsi etiam alioquin illi vitæ humanæ perniciem inferrent.] Sed præsagit mihi animus, non defuturos morosos hîc iudices, quos offendant tàm prælari tituli ac producta epitheta, velut Mariæ minus congruentia. Quid autem non Momos offendit? quid Ecclesiæ hostibus non displicet in Mariæ laudatoribus? Illud negari non potest, antiquiores etiam Theologos tùm Græcos, tùm Latinos à similibus loquendi ac salutandi formulis minimè abhorrere, nihílque in illis inesse periculi metuendum, modò iuxta communem Ecclesię, sensum, qui ad Christi filij gloriam hæc Matris refert præconia, & soli Deo cultum latriæ inconcussum tribuit, prudenter ac legitimè accipiantur, sicut alibi pluribus euincemus.

Figuregia commẽdatio festi Mariæ natalitij.

Epitheta præclara Deiparæ

Epitheta Mariæ nonnulla accipiuntur Virgini posse tribui.

SED & Ruperti Tuitensis verba subiiciam, qui locum illum Canticorum interpretans: Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, hoc modo Mariam affatur: Quando nata es ô Virgo beata, tunc vera nobis aurora surrexit, aurora prænuncia diei sempiterni: quia sicut aurora quotidiana finis præteritæ noctis, & initium diei sequentis, sic Natiuitas tua, natiuitas ex semine Abrahæ, clara ex stirpe Dauid, ad quos cum iuramento facta est repromissio benedictionis, finis dolorum, & consolationis fuit initium: finis tristitiæ, & lætitiæ nobis extitit principium.] Commendant hæc quoque singulare verèque sanctam Deiparæ Natiuitatem, sicut & illa, quæ apud Guaricum de hoc natali die concionantem legimus: Nata est, inquit, hodie Virgo, de qua salus omnium voluit nasci, vt natis ad mortem, daret ad vitã posse renasci. Nata est hodie Mater noua, quæ primæ matris maledictionem dissoluit, vt per istam benedictionem, hæreditatem possideant, qui per illam sub præiudicio maledicti æterni fuerant nati. Prorsus noua Mater, quæ natiuitatem attulit filiis inueteratis, vitiúmque sanauit tàm ingenitæ quã superadditæ vetustatis. Prorsus noua Mater, quæ iam nouo miraculo parit, vt pariat & Virgo sit, ipsúmque pariat, qui omnia matrémque ipsam inter omnia creauit.] Denùm vt Thomæ Aquinatis verbis vtamur, rationabiliter creditur, quòd illa quę genuit vnigenitum à Patre plenum gratiæ & veritatis, præ omnibus aliis maiora gratiæ acceperit priuilegia. Vnde Angelus ei dixit: Aue gratia plena. Hinc Ecclesia celebrat Marię Natiuitatẽ.] Atque hæc sint satis tùm ad sanctam huius Natiuitatẽ adstruendam, tùm ad pium Ecclesiæ institutum vindicãdum, quo Mariæ natalis ritu publico condecoratur. Obtrent interim Sectarij, quibus haud dubie suggerit Satanas, & animos addit Lutherus, vt hunc diem Mariæ natalem è medio tollant, ne piorum animi ad Deum in Maria laudandum, & ad beatam illam publice comprobandam, tunc peculiariter excitentur. Verè sanctus & colendus dies, quo primùm ex tot millibus Adæ liberis, in lucem illa prodiit, quæ plus puritatis & sanctitatis quàm reliqui omnes, adferret, maiorémque causam publicí gaudij & incredibilis emoluméti mortalibus exhiberet. Quis omninòdies talis tantæque filiæ parentibus ortus est iucundior? Quis itidem vicinis, consanguineis & amicis vberiorem gratulandi tribuit occasionem, gratulandi inquam piis & dilectis, sed infœcundis parentibus, quos Deus supra spẽ & expectationem omnium

Alia veterum testimonia de hoc festo Mariæ. Cantic. 6. commento in Cantica.

Guarici abbatis de Mariæ natiuitate Serm. 1. de Natiuitate Mariæ.

Hunc oblationem inscripto non leuis fuisse momenti.

Lucæ 15.

Cur & quomodo Centuriatores præfractè reuellant historiam.

Responsio ad Centuriatorũ obiectiones.

Historia Iustini & veterum vsu comprobata esse.

omniũ prole pulcherrima cumulasset? Nobis quidem admodum probabile videtur, quod sanctæ Brigittæ diuinitus reuelatum legimus, ipsos etiam in cœlis Angelos lætitia quadam insolita fuisse perfusos, quùm Dei Matrem ante mundi constitutionem nasciturum diuino illustrati Spiritu cognoscerent: imò & primum parentem Adam quum huius Natiuitatis esset præscius, magnam inde consolationem & exultationem animo percepisse nit credibile. Tantundem de aliis Patriarchis his & veteris Testamẽti fidelibus iudicare licet, quotquot demũ Messiæ matrem in Spiritu præuiderũt, quùm summo illius desiderio procusdubio tenerentur, quæ sola suo partu vnico, pluſquàm reliquæ mulieres cum liberis suis omnibus, orbi profutura esset. Iam verò quum Maria in lucem est edita, & Deo & angelis, si humano more loquendum est, eadem Brigitta teste, gaudium quoddam accessit. Tum nata puella longè quidem maturius quàm infantes alios rationis vsu & intellectus acumine viguit, sicut & infanti Ioanni accidit, vt multi veteres Lucam interpretantur. Cæterùm quamuis hęc certò & solide confirmari nequeant, tamen non contemnenda videntur, & suis sæpè paruulis arcana reuelat Deus, quæ mundi sapientes Ecclesiæque desertores tantum non fabulosa & ridicula esse arbitrantur. Nũc quandoquidem de felici Marię ortu diximus, ad ea veniamus, quæ cũ prima pulcherrimæ huius puellæ coniunguntur ætate quantum ex veterum scriptis potest deprehendi.

Angelos de natiuo Mariæ ortu esse lætatos sicut & Patres veteris Testamenti.

Isaiæ 11. Matth. 11

CAPVT XII.

De Mariæ pueritia, & eiusdem puellæ præsentatione seu oblatione, à parentibus facta in templo Hierosolymitano.

Summa historiæ de Maria in templum oblata.

IAMPRIDEM traditum, & multorum authoritate corroboratum est, Ioachim & Annam, in regestrimos Virginis nostræ parentes, post longam sterilitatem fœcunditatis fuæ desideratissimum munus, nitã scilicet ac ablactatam puellã, eámque trimam in templum Hierosolymitanum reuerenter adduxisse, atque adductam vt votum suũ re ipsa perficerent, & diuino numini, & eius tẽporis Sacerdotibus solenniter obtulisse. Quæ quidem oblatio, siue vt vulgo dicunt præsentatio, partim ob ipsorum parentum offerentium eximiam pietatem, partim propter oblatæ puellæ, quæ se ipsam authori Deo libenter dedicabat, præclarã voluntatem, non potuit summo Deo non esse pergrata, meritóque in hunc diem vsque commendatur. Etenim ex hoc munere singulari, non minus quàm ex peccatoris vnius conuersione, proculdubio Angelis nouum in cælo gaudium creabatur: deinde memorandum in Ecclesia, imò & imitandum exẽplum tum parentibus, tùm filiis arcano Dei consilio statuebatur. Accedunt porrò Centuriatores, & ne sui dissimiles esse videantur, nihil non admoliũtur, vt omnem huius historiæ, ac Ecclesiasticæ traditionis fidem prorsus, si possint, aboleant, aut certè quidem apud simplices in dubium vocent, ne quid prẽclari de pueritia, præsentatione & educatione mirãda Virginis vel credatur à piis, vel cogitetur. Vbi primum quidem Iacobi proteuangelium, tanquam Apocryphum librum improbant: deinde verò Nicephorum, velut qui multa ex eo sine iudicio coacuarit, sicut & Germanum, superbe contemnũt: postremò quæ de Mariæ pueritia commemorãtur, ea cum veteris Testamenti historiis minus cõuenire contendunt. Cæterùm nos ad priora duo huius accusationis capita proximè respondimus, iterúmque testamur, in præsentis historiæ confirmatione præsidia nobis firmiora suppetere, quàm quæ dictum Proteuangelium subministrat, de cuius quidem libri authoritate nunc minime laboramus. De Nicephoro & Germano diximus, atque hic etiam repetitum esse volumus, eos in causam præsentem nihil

Lib. de vita Mariæ.

a Homil. de laud. Christi genetr.

b Lib. 4. fidei Orthodox. cap. 15

1. Reg. 1 & 2

Historiã eandem cum Scriptura veteris Testamenti congruere.

Duas Annas Helcanę & Ioachim in multis conuenire.

Nicephori testimonium de præsenti historia.

Lib. 1. Eccles. hist. hist. cap. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quibus rebus hanc etiam orationem adiungit: Sed enim diuino nutu ad eam quam petierat gratiam, Anna confirmata atque roborata, postquàm puella è maternis prodiit locis, Mariam eam statim nominauit, ænigmate latenter à Deo acceptam gratiam declarans. Vt vero infans à lacte materno iam abhorruit, & mammam attingere noluit, promissionem Mater adimplet: & in templum ascendens, iuxta votum, eam Deo consecrat, tertium iam tum ætatis agentem annum. Et Sacerdotes quidem tum eam tanquam sanctius quoddam donarium susceperè, & puellam in sacrario fouendam esse duxere, ad antiqui illius Samuelis similitudinem. Itaque illa vt res diuina intacta & sacrosancta in templi sanctiore loco & adytis ipsis viuebat. Quid autem est obsecro, quod in superioribus Nicephori verbis meritò suggilletur? quæ fingendi libido illi tribui poterit? an non grauiter, piè & commodè sic loquitur, vt legis morisque veteris ratio exigit, & Mariæ puellæ dignitati est consentaneum? Facit certè cum Nicephoro iterum Camerarius, & ab illo narrata confirmat, quòd Anna, sicut Helcanæ vxor, sterilis impetrauerit precibus suis à Deo sobolem, & hanc illi consecrauerit, ac etiam in templo educandam curarit: tandem verò virginitatem ipsius dicatam Deo, custodiæ Ioseph senis optimi & sanctissimi commissam fuisse scribit. Eant ergo Centuriatores, & apud suos porrò garriant, Nicephorum ea quæ diximus, ex Iacobi Proteuangelio temerè arripuisse & coacernasse. Atqui non minus ille prudenter quàm fideliter hæc aliáque id genus plura ex instructissima Ecclesiæ Constantinopolitanæ Bibliotheca collegit, nec sine singulari Dei prouidentia nobis conscripta reliquit, vt nimirum hæc veluti luce accedente, non solùm noua istorũ sensa, velut atræ nubes, facilius dissipentur, sed & vetus Ecclesiæ fides ac traditio ab Orthodoxis tenacius retineantur.

Quàm verò sunt multa in illo proteuangelio prætermissa, & hic alibique à Nicephoro annotata, sed & vigilanti obseruatione digna, quicquid Mariomastiges calũnientur? Quo loco Nicephorus, sicut & Simeõ Metaphrastes aliique vetustiores, Theologum apud Græcos grauissimum atque probatissimum Gregorium illum Nyssenũ ducem habent atque sequuntur, qui vel vnus quidem sufficerit ad vanitatem nouatorum fortissimè coarguendã, si de miranda Virginis puertitia litè nobis pergent intendere, ac veterem negare traditionẽ. Sic autem docuit & scripsit ille Gregorius: Erat insignis in accurata vitæ, quæ est ex lege, institutione, & inter optimos apprimè notus pater Virginis. Consenuerat autẽ sine liberis, quod non erat eius cõiunx apta ad procreandos filios. Erat verò ex lege quidã honor matribus, quem non adipiscebãtur quæ carebant filiis. Imitatur ergo ea quoque illa quæ narrantur de Matre Samuelis. Et cum fuisset intra templum Sanctorum, hi supplex Deo rogans, ne excideret ab ea quæ est ex lege, benedictione, cum in legem nihil peccaret: fieret autem Mater, & Deo consecraret id quod pareret. Cum nutu autem diuino confirmata esset ad gratiam quam petierat, postquã peperit puellam, eam quidem nominauit Mariam: vt vel ipsum nomen significaret, à Deo datam esse gratiam. Cum verò iam creuisset puella, vt non amplius opus haberet sugere mammillam, eam Deo tradidit, & promissum impleuit, & ad templum adduxit. Sacerdotes autem interim quidem, ad similitudinem Samuelis, inter Sanctos educabant puellam.]

1. Reg. 1.

Camerarius confirmat Nicephori narrationem.

Lib. de vita Christi.

Quæ narrat Nicephorus, bona fide narrat de Maria in templum oblata.

Gregorij Nisseni testimonium pariter confirmat de Mariæ oblatione in templo facta, eiusque parentibus.

Hom. de humi. Christi Genetri.

Sed & Gregorio Nysseno antiquior est Eudoxius diuinus ille vir, vt [a] Nicephorus, vel beatissimus, vt [b] Ignatius loquitur, idémque primus Ecclesiæ Antiochenæ post Apostolũ Petrũ Episcopus, qui epistolã scribens, hæc verba interseruit: Maria trimula quum esset, in templo est præsentata, & ibi in Sanctis Sanctorum traduxit annos vndecim. Deinde vero Sacerdotum manibus Iosepho ad custodiã est tradita, apud quem quum menses exegissent quatuor, ab Angelo Gabriele lætum illũ accepit nuncium.] Nec sunt dissimilia quæ scribit Georgius Cedrenus velut priores, quos dixi, authores legerit: Ioachimus inquit, octogenarius discessit: Anna annos nata vndeoctoginta vitam finiit. ab his in templũ deducta Dei genitrix anno ætatis suæ tertio, vndecim annos nata parentes amisit: neque verò vnquam templo excedebat, sed si qua re opus haberet, ad solam Elizabetham ibat cognatam & templo vicinam. Literas Hebraicas superstite etiámnum Ioachimo didicit.] vt cætera prætermittam. Cum his tam planè consentit Germanus, vt ipsi quoque Centuriatores fateantur, quum diserte narrat, Mariam ex Anna sterili Matre natam, & post annos tres in templum adductam, Deóque sanctè dicatam esse, quæ illic ad secundam vsque ætatem manserit. Confirmat eadem Simeon Metaphrastes, qui de ortu & educatione Deiparæ scribens, inter cætera testatur: Cum iam creuisset puella, vt non amplius opus haberet fugere mammillam, mater eam Deo tradidit, & promissum impleuit, & ad templum adduxit. Sacerdotes autem interim quidem ad similitudinem Samuelis, inter Sanctos educabant puellam.] Eodẽ pertinet quod memoriæ prodidit Andreas Cretẽsis de Marię parentibus, qui nempè frequentes preces & crebra sacrificia obtulerint Deo, vt è sterilibus fœcundi redderentur, eósque sui voti compotes fi-ctos, & diuinis reuelationibus illustratos fuisse, vt acceptæ per preces gratiæ magnitudinem certius cognoscerent: Itaque Mariam non solum ex sterili matre feliciter natam, sed & puellam in templum adductam, Deóque dedicatam pulchrum munus extitisse, quæ in templi adytis tanquam aureis thalamis, verlaretur, & cælesti, non communi cibo sustentaretur. Consonat his omnibus Georgius Nicomediæ Archiepiscopus, à quo clarissimè scribitur, Mariam quum tertium ætatis annum ageret, à parentibus in templum adductam, & Deo simul oblatam, in templi penetralibus ad secundam ætatem vsque perseuerasse, diuino nempè consilio puellam mirabiliter gubernante, vt illa non temerè ad opus Dei maximum inde ab initio destinari, ac singulari studio, præter illius ætatis consuetudinem, præparari videretur. Nam quemadmodum Dionysius Carthusiensis rectissimè dixit: Decentissimum fuit, vt præelecta conciperet Dominum templi, in ipso templo conseceraretur, obsequeretúrque Domino, & suam infantiam in exercitiis expenderet sacris, atque ibidem instrueretur literis sanctis.] Quid multis? vnus propemodum Damasceni testimonium nobis sat esse posterat, ne aliqua ex parte dubitemus, Mariam sanctò Dei templo & oblatam & conseeratã esse, in quo ita vixerit, vt præstãtioris & purioris quã ceteri vitæ

a Lib. 2. c. 8.

b Epistola ad Philippen. cap. 5.

ad annum 20.

Eudoxius Germanicię urbis Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopus fuit circa annum 360.

In epistola ad Philippen.

Hesych.

Germanus Constantinopolitanus circa annum 715.

Cap. 13.

Eadem fere habet Simeon Metaphrastes.

Sophron. in vita Mariæ.

Andreas Cretensis Archiepiscopus floruit circa annum 720.

Hom. 1. in Natiuit. Mariæ.

Georgius Nicomediensis Archiepiscopus floruit circa annum 1000.

Hom. in Natiuit. Mariæ.

Quomodo Centuriatores istam historiam in hac historia velint fabulosa.

In epistola Centur.

Papatus nomen hic tempore gloriosum, magis, quã odiosum habendũ est.

Isaiæ 49.

Vetus & consuetudo fuit, vt in templum Virgines adducerentur, & in templo educarentur.

Isaiæ 7. Matth. 1.

Vsitatũ olim fuisse, vt parentes Deo & Ecclesię, suos filios consecrarent.

Lib. de instit. virgin. cap. 7. 1. Cor. 7

In epistola ad Marcellam de laudibus Asellæ.

In epitaph. Paulæ.

Hom. 11. in cap. 20. Lenit. a Num. 6

b 1. Reg. 1

Homil. de Anna & Samuelis educatione.

vitæ specimen ederet, seque à virorum & improbarum mulierum consuetudine remoueret, sicut idem Damascenus asseuerat. Habemus ergo Mariæ non modò Natiuitatem, sed & puertitiam ita descriptam, vt vnà cum Andrea Cretensi meritò fateamur, huius ortum Virginis miraculo plenum extitisse, nimirũ vt medius & extremis, quæ mirari satis in illa non possumus, inusitata quoque primordia responderent. An enim miraculi vim non obtinet, quòd Anna multis annis cum viro infœcunda, de cuius futuro conceptu ac partu spes nulla reliqua videbatur, tandem optatæ prolis gratiam diuinitus impetrat? Quid nisi miraculi gerit imaginem, quod mirabilis vlliæ Conceptio, desperantibus omnibus, per Angelum è cœlo missum prænũciatur? Ita miraculo meretur adscribi, quod puella tenera non parentum modò, sed sua etiam ipsius B voluntate, & ardenti quidem pectore diuino cultui consecratur, & inde à primis annis in loco sacro summa cum pietate versatur, postquam semel oblata & in templum introducta est.

Sed rident suauiter Centuriatores, quòd audiant Mariam triennem in templum introduci, idque non aliter factum, aut confictum potius videri volunt, quàm si eadem sub Papatu Monialis esset, vt irrisoriis ipsorum verbis vtamur. At verò facessant illusores, qui segregant semetipsos, animales spiritum non habentes, qui etiam quæcunque ignorant, blasphemant, vt de istis verè Iudas Apostolus est vaticinatus. Sit his nomen turpe ac infame Papatus, habeántque si placet, in deliciis Lutheranismũ, Iouinianismum, vel Caluinianismum suum, vt hoc ipso veteris & Catholicæ Ecclesię desertores se esse C declarent. Nos haud inuiti nomen Papatus admittimus, ac sub Papatu potiùs, quàm in vlla Satanæ Synagoga Christum & Christiana dogmata profiteri gaudemus, si hoc quidem Papatus nomine cœtum intelligunt Catholicorum, qui omnium Christi ouium pastorem vnum & summum in terris Põtificem Romanum agnoscunt, illúmque præ aliis Ecclesiæ principem reuerentur. Quod qui non faciunt, næ illi cum sacris Conciliis & Græcis Latinisque Scriptoribus ex diametro pugnant, & Papæ nomen veteribus agnitum valdèque probatum ignorant, nec se Christi quidem oues, qui Petrum eiúsque successorem ouilis sui præfectum instituit, sed hœdos esse re ipsa commonstrant. Cæterum vt ad institutum redeat oratio, de Maria certè puella in templum inducta, & ibidem instituta minus mirabitur, qui ex veterum scriptis didicerit, solennẽ Hebræis fuisse morem, vt fœminæ quædam Deo consecrarentur, eiúsque cultui peculiariter in templo vacarent, ab aliis mundi curis negotiísque solutæ. Cui rei maiorem fidem facit, quòd Gregorius Nyssenus paulò ante citatus testatur, locum virginibus in templo Hierosolymitano proprium, & iuxta legem attributum fuisse, id scilicet interuallum, quod inter templum & altare intercedebat. Ibi Mariam Deiparam, Samuelis exemplo in sacris educatam asserit, ac simul negat, consuetudinis & honesti rationem tulisse, vt mulier vlla cum huiusmodi virginibus eodem loco versaretur, ac in sacris cõspiceretur. Nec solum Gregorius Nyssenus, sed illo etiam antiquior Origenes Adamantius de hac meminit traditione, & locum in templo Hierosolymitano virginibus peculiaré assignat, & has

A ab aliis thorum virilem expertis, separatim constitisse docet, vt suas ad Deum preces cõmodius absoluere possent. Tùm de Maria subiicit, illam etiam postquam genuisset Saluatorem, suam stationem ac precationé eodem in loco cum Virginibus peregisse: quod factum quũ ab aliis reprehenderetur, à Zacharia Ioannis Baptistæ patre defensum fuisse. Sed & Cyrillus Alexandrinus perinde ac si Origené & Nyssenum legisset, in eandem scribit sententiã, ac docet, inter altare & templum spacium fuisse interque medium, Virginibus dicatum, & Marię quoque concessum. De Zacharia verò in hunc modum narrat: Hic prophetico Spiritu ad occultorum cognitionem deductus, quùm mysteriũ Virginis de eximio partu probè intelligeret, non arcuit incontaminatã purissimámque Matrem abeo templi loco, qui Virginibus ex lege designatus erat. His Theophylactus consonat, vbi Christi sermonem de Zacharia filio Barachiæ interpretatur. Habet inquit, ita narratio, nobis tradita, quòd locus quidam in templo fuerit, in quo stabant Virgines.] Ac deinde mentionem facit Deiparæ, quæ post partum etiam suum illic cum Virginibus habuerit locũ, Iudæis id indigne ferentibus. Quid ergò mirum, quod etiam Cedrenus hæc notauerit: Erat in templo secretus locus aræ vicinus, vbi solæ Virgines stare solebant. Ac reliquæ sanè populo dimisso domũ suam rediebant: Maria verò in templo permanebat, atque ab Angelo nutriebatur.] Quæ nos idcircò pluribus comprobamus, vt petulantes intelligant Centuriatores, non ad Papatum quidem, sicut ipsi odiosè nugacitérque loquuntur, sed ad veterem Synagogæ morem pertinere, quod veteres tradiderunt, Mariã à parentibus Deo consecratam, & adhuc puellam sanctè in templo simul oblatam & educatam esse.

Iam verò si veteris Ecclesiæ morem intueamur, quæ summos nobis Doctores, optimósque Papistas dedit, vt istorum more loquar, non id sanè rarum, sed frequens admodum probatúmque fuit, quod Christiani parentes suos liberos perpetuò cõsecrant Deo, sacrisque ministeriis applicant. Hinc Eusebius quidam eò, quòd suam filiam Ambrosiã deuouisset Deo, à magno doctore Ambrosio commendatur, isque sanctam eius oblationẽ illis Apostolicis verbis approbat: Qui statuit in corde suo firmus, & iudicauit in corde suo seruare Virginem suam, benefacit. Sed & Asella virgo præconem habet Hyeronymum, quod antequam nasceretur, à D parente Domino & virginitati fuerit consecrata, quæ quũ annos pubertatis esset egressa, Monasticã vitã arripuerit. Et Paula Lætæ filia, nõ sine voto parẽtis & futuræ virginitatis repromissione cõcepta, Deóque cõsecrata antequã genita fuit, vt apud eũdẽ Hieronymũ legimus. Quin & Origenes perspicuè tradit, quod Christianus vel seipsum, sicut [a] Nazaræus in lege, vel alium, sicut [b] Anna Samuelẽ, Deo possit offerre atque cõsecrare. Nec dubitat Chrysostomus matres inhortari, vt instar Annę pro Samuele suos se ipsę filios Deo cõsecrent, & in templũ adducant. Nõ igitur nouũ est ac insolens, quod tam multi scribũt, Mariæ parẽtes vouisse, si quã sobolem eis dedisset Deus, hãc se illius seruitio mãcipaturos.

Adde quod in veteri Iudæorum Synagoga receptum fuerit ac solenne, vt quædam Virgines ac Viduæ nuptum non elocarentur, sed quibusdam in locis templi Hierosolymitani recluderentur, vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habebant Iudæi Virgines & Viduas prope templū cōmorantes.

precibus & ieiuniis, aliisque pietatis officiis commodè operam darent, suámque continentiam minore negotio tuerentur. In harum viduarum Catalogum & ordinem, sicut eruditi iudicant, cooptata fuit Anna Phanuelis, quæ Luca teste suam in tẽplo sedem fixerat, vt inde sibi discedendum non putaret, vita interim & moribus tàm religiosa, vt ieiuniis ac orationibus vacans & humana negligẽs, diuino cultu noctes ac dies esset occupata. Cæterũ de virginibus, quæ templo Hierosolymis deputatæ fuerunt, mentionem apertam facit [a] Ambrosius, nec tacent libri [b] Machabæorum, Virgines quæ cõclusæ erãt, ob tumultum exortum ad Oniam, summum nempè Sacerdotem, confugisse. Quem locũ docti interpretes ad Virgines nobiles referunt, quæ propè templum Hierosolymitanum inclusæ custodiebantur, donec nuptui traderentur. Nec alienum est, quod in Exodo legimus: Fecit Moyses & labrũ æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Hęc alij transferunt: Fecit & labrum æneum, & basim eius æneã, de speculis excubantium, quæ ad ostium tentorij constitutionis excubabant. Chaldæus paraphrastes vertit, quæ veniebant vt orarent in ostio tabernaculi. Septuaginta sequitur Hieronymus, quum has mulieres ieiunantes, pro eo, quod noster interpres habet excubantes, legit. Vtrúmque autem piis & religiosis fœminis conuenit, ieiunare atque vigilare, sicut Anna illa insignis pudicitiæ vidua, quę semper orãs, semper ieiunans in templo depingitur ab Euangelista. Nec dubium, loqui Moysen non de fœminis coniugatis, sed de virginibus ac viduis, quæ mundi vanitate reiecta, soli Deo diuinóque cultui inseruirent, quæ idcircò singulari religione specula portasse, & Domino obtulisse, pérque singulos dies ad tabernaculum pios cœtus habuisse dicuntur, vt se mutuò ad sacras preces & exercitationes ardentius incitarent. Nec leuis illorum coniectura est, qui putant, inde ab Moysis tempore solennem in Iudaismo durasse morem, vt eiusmodi religiosæ mulieres ante tabernaculum fœderis, quasi strenui milites pro castris vigilarent, ac veluti militarent, vt hinc Domini exercitus in Scriptura vocentur. Cui rei maiorem fidem facit Rabbinus Abenazara, quo teste, hoc fœminarum genus relicta seculi pompa, & sese & bona sua Deo consecrauit. Tùm Tostadus affirmat, præter Euangelicam Annam viduam, de qua diximus, multas alias de veteri more Iudæis fuisse mulieres, eásque singulari religione insignes atque præstantes, quæ de templo non discederent, ac nocturnæ illic precationi vacarent, quasi vigilias & excubias obseruantes, nec solùm precationibus, sed & ieiuniis deditæ, vt in diuino cultu peragendo essent expeditiores.

[a] Lib. 1. de virginibus. [b] 2. Mach. 3

Exod. 38

Quę mulieres ad ostium tabernaculi olim excubauerint.

Lib. 1. contra Iouinian.

Luc. 1

Legis tempore mulieres quædam ante tabernaculũ siue templum pręcæteris vacabãt pietati.

In comment. circa cap. 38 Exod.

Accedit, quod legimus de malè castis Sacerdotis Heli filiis, quos & loci & temporis occasio ad nefariam libidinem magis incitauit, vt dictarum mulierum pudicitiam, quæ religionis ergò nocte in loco sacro commorabantur, malis artibus expugnarent. Id quod non solum Iosephus commemorat, sed & sacra probat historia, dum filios Heli velut insigniter sacrilegos accusat, quandoquidem nec templi, nec personarum habita reuerentia, mulierum adostium tabernaculi excubantium castitatem turpissimè commaculassent. Historiæ sacræ verba sunt: Heli autem erat senex valdè, & audiuit omnia, quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. Quem locum tractãs Petrus Martyr licet in proscindendis Ecclesiæ institutis mirè procax & petulans, agnoscit tamẽ dictos Heli filios in templo rem habuisse cũ mulieribus, quæ religionis causa turmatim aut frequentes illic congregabantur, vt iuuarent sacrum ministerium, & diuino cultui operam darent. Id autem, inquit, facillimè præstare potuerunt viduæ, quòd essent liberæ ac solutæ à iure virorum, atque ita scribitur apud Lucam capite secundo de Hennach, quæ putatur ex hoc genere mulierum fuisse.] Neque dissentit ab hoc Martyre Brentius, qui palam fatetur, quod illic mulieres quędam, præsertim viduæ, religionis ergò ante tabernaculũ Domini militarint, quæ in obsecrationibus ac precationibus cum Anna prophetissa nocte diéque perseuerarent, in cultu diuino assiduæ, quas Scriptura Zabaoth, hoc est, exercitus vocet. Verùm haud intelligo, quàm prudenter adiungit Martyr, has mulieres ab Heli filiis in templo constupratas, cum nostris Monialibus Cœlibatum impurum seruantibus posse conferri. Nam eo ipso concedit Martyr, Iudæis olim suas quodammodo Moniales suppetiuisse, siue ille duntaxat viduæ, siue quod probabilius videtur, viduæ simul & virgines ex professo fuerint. Ac de impuris quidem Monialibus, quas alicubi in Ecclesia reperiri non probamus, sed dolemus, idem huic Martyri respondemus, quod Augustinus alicubi dixit: Inuenis sanctimoniales indisciplinatas: nunquid ideo sanctimonium reprehendendum est? Nũquid propter virgines malas damnaturi sumus & sanctas & corpore & spiritu, aut propter istas laudabiles etiam illas improbandas laudare cogemur? Vndique vnus assumetur, & vnus relinquetur.] Obiecit Catholicis quoque Heluidius, quod Virgines quędam essent tabernariæ: responsum autem hoc tulit ab Hieronymo, virginitatem in culpa non esse, sed simulationem virginitatis, quod non modò tabernariæ, sed & adulterę Virgines in Ecclesia reperirentur. Eodem spectat Augustini oratio, qua totum Monachorum ordinem defendit, & calumniantibus Donatistis, qui nostrorum aduersariorum Patriarchæ fuerunt, manifestè respondet: Tàm sunt Monachi falsi, quàm & Clerici sunt falsi, & fideles falsi. Hæc tria genera fratres mei, quæ aliquando vobis commendauimus) nec vt puto semel) habẽt bonos suos, habent malos suos. Meritò autem insultant nomini vnitatis, qui se ab vnitate præscinderunt.] Ac eo minus admirandum est, tũ Monachos, tùm Monachas nõnunquam à recto curriculo deflectere, suúmque institutũ ac ordinẽ dehonestare, quandoquidẽ dæmones habent sibi maximè aduersantes, vt qui cum Christianos quidem omnes, tum Monachos & Virgines Christi maximè, sicut Antonius Magnus tradidit, immani odio prosequi solẽt.

Heli Sacerdotis filij qualiũ mulierum cõstupratores.

Lib. 5. antiquit. cap. 11. 1. Reg. 2

Ibidem.

Verum vt ad Apostolicum seculum porrò veniamus, ne illic quidem Deo diuinóque cultui dicatæ fœminæ, superioribus haud prorsus absimiles, defuerunt. Nam [a] Philo Apostolorum æqualis refert, & confirmat [b] Eusebius, quasdem solitarias, θεραπευτρίδας, hoc est cultrices in Ecclesia dictas esse, quę ab hominũ vulgo semotæ, alibi ac Deo vacarent, sanctámque continentiã, & pietatẽ omnem magno studio amplecterentur. Atque huc referri possunt

possunt Christianæ Diaconissæ, sicut veteres appellitant, in Apostolica etiam Ecclesia celebratę; quũ legem de illis tulerit quoque Paulus, vbi de viduis ab Ecclesia nutriendis disserit, quemadmodũ Hieronymus, Primasius & Sedulius paulum interpretantur. Certè Apostolici seculi & Petri discipulus Clemens fuit, qui simul Iudaicum & Christianum, quem dixi, morem de mulieribus in templo piè versantibus comprobat, quum in hunc modũ scribit. Diaconissæ ad introitus fœminarum, more nauticorum custodum, in templo scilicet maneant. Nam in tabernaculo testimonij eadem seruabatur forma cum populo Dei.] Prætereà vir & ipse Apostolicus Ignatius virginum meminit, quæ Christo se consecrarunt, ac dissertè salutat τὰς φρυδὲς τῷ ἁγίων τελωνίων τὰς ἐν χριστῷ Διακόνους, hoc est, Diaconissas, quæ in Christo sunt, & sacrarium portarum, siue vt alij vertunt, sacrorum vestibulorum custodes agunt. Talem Phœben fuisse putant Cenchreensis Ecclesiæ Diaconissam, per quam Paulus suam ad Romanos epistolam è Corintho misit.

Diaconissas fuisse in primo seculo Ecclesiæ.

1. Timot. 5

In eandem epistolam scribentes. Lib. 2. const. Apostolicarum, ca. 61

Inepistol. ad Antiochen.

Rom. 16

Quæ omnia venerandæ vetustatis non obscura sunt vestigia, & palàm confirmant solennem Hebræorum morem, qui selectas & pias fœminas ante tabernaculũ fœderis excubantes, summóque Deo veluti pro castris militãtes fouerint atque retinuerint. Hinc prætereà constat, Iudaicum hunc morem non prorsus interiisse, sed ad meliorem vsum Christianæ Ecclesiæ translatum, & à viris Apostolicis inde ab initio approbatum fuisse. Quocirca [a] Clemens & [b] Epiphanius de veteri Diaconissarum ordinatione testificantur, & [c] Tertullianus Apostolicorum temporum vicinus indicat, sacrarum in Ecclesia virginum, quas moris erat velari, & vniuirarum viduarum ordinationem suo etiam seculo extitisse. Constantinus verò Magnus literas ad prouinciarum Præfectos dedit, annuam decernens annonam virginibus ac viduis sacris, quæ diuino cultui addictæ, ad sanctiora diuinorum templorum sacraria excubarent. Hosce sumptus illis posteà Iulianus ademit, vt erat auarus simul & impius Apostata, quos tamen successor eius restituit, atque ex trienie pendi curauit, quemadmodum præter alios Nicephorus tradit.

Mos asseruandi religiosas fœminas in tẽplis à Iudæis ad Christianos deriuatus.

a Lib. 8. constit. Apostol. cap. 25. b Contra Collyridia. c Lib. 1. ad vxorem ex lib. de castit.

Sacræ Virgines olim de publico alebãtur, vt rectius vacarent religioni.

Lib. 8. hist. Eccles. ca. 26

Verum instituti nostri ratio non patitur his rebus nos longius immorari, quas antiquitatis aut contemptores, aut dissimulatores aduersarij, quũ vitæ monasticæ odio flagrent, cœcis velut oculis transeunt, ac nostras interim Moniales more suo subsannant. Nam verè scripsit Nazianzenus: Facilè est reprehendere, sed recta docere difficile: sicut & Demosthenes dixit: ἐπιπαῦν παντὸς ἐστί, συμβουλεύειν δὲ οὐ παντός. Nos alibi plura de Monialibus proferemus, quas [d] Hieronymus Nonnas, [e] & Augustinus Sanctimoniales appellat, quarum insuper cœnobia Magnus ille Basilius, si [f] Gregorio Nazianzeno credimus, non modò passim instituit sed sacris etiam legibus decorauit. Ad Mariam nostram demùm redeo, quæ puella in templo ita vixit ac floruit, vt quum aliarum virginum, tum Monialium nostrarum exemplar pulcherrimum extiterit, quod illæ vtinam perpetuò intueantur. Ab hac nimirum mare & magistra virginum discunt inde à primis annis iugum Domini auidè complecti, ac sustinere constanter. Discunt nuces relinquere, vt vulgò inquiunt, & ad perfectioris vitæ normam dicta factáque omnia componere, vt si fieri possit, etiam supra ætatem sapiant. Discunt mundo, amicis, parentibúsque nuncium remittere, secularis autem vitæ luxum ac noxam libertatẽ cum sancta seruitute commutare, ac præcipuas quidem voluptates non in aliis, quam in spiritualibus studiis collocare. Discunt conspectum hominum, præsertim virorum & amicorum consortia fugere: Deum verò & Angelos suæ castitatis, omnisque conuersationis inspectores ac testes ob oculos semper habere, simul & vbique locorũ reuereri. Omitto cætera, quæ sanctæ religiosæque Virgines de Mariæ vita, moribus & exemplis rectissimè meditantur, quæque illis [g] Hieronymus & [h] Ambrosius meditanda proponunt, sicut sequenti mox capite fusius cognoscetur.

d In epistol. ad Eustoch. e In Psal. 83 f Orat. in laud. Basil.

Moniales vitã & exemplum Mariæ spectare debent ac sequi.

g Ad Eustoc. de custodia virgin. h Lib. 2. de virginibus.

Restat de sacro Præsentationis Mariæ (vt vocant) die aliquid dicere, quando huic sese iterum opponunt Centuriatores, rem suo iudicio præclaram facturi, si non solum anniuersariam huius festi celebritatem, sed totam etiam historiæ fidem abolere possent. Ac fateri tamen coguntur, non recens hoc esse institutum, vt dies quidam peculiaris ob honorem oblatæ seu præsentatæ huius in templũ Virginis quotannis celebretur. Qui mos nõ solum multis in locis Ecclesiæ Orientalis, & apud Græcos maximè receptus durat, sed etiam apud Latinos haud est infrequens. Etsi verò Ecclesia Romana, quam honoris gratia nomino, festum hunc diem modò non celebrat, alios tamen cum priuatim, tũ publicè celebrantes nec damnat nec vituperat, quin multo etiam tempore iampridem celebrauit, priusquam tandem Pio Quinto Pontifici Maximo visum est, Sanctorum ferias contrahere, minor vt illarum numerus maior cum fructu retineatur. Iactent aduersarij (quod vera pietas certè prohibet suspicari) tàm insulsos improbósque fuisse scriptores veteres, vt pro veris fictitia, pro certis fabulosa narrarent, quùm de hac ipsa Præsentatione testarẽtur, præsertim Germanus Constantinopolitanus, Nicephorus Calixtus, Gregorius Nicomediensis, Simeon Metaphrastes, Georgius Cedrenus, atque his omnibus antiquiores Euodius & Gregorius ille Nyssenus. Extant horum aliorúmque Doctorum complures homeliæ coram frequenti cœtu populi habitæ, nobisque ita conscriptæ, vt & de fide historiæ certiores reddamur, & aduersariorum latus nunc fortius meritò aspernemur. Quare non video, cur longiore confutatione sit opus, quũ nihil aliud aduersarij faciãt, nisi quod cum Iudæis, Turcis & impiis pro suo arbitratu ea negent, quæ aduersus ipsos facere, & vel Mariæ gloriã, vel Ecclesiæ consuetudinem, sæpè & doctrinam confirmare posse vidẽtur. Hinc illi toties tergiuersantur, excipiunt, mordent, reiiciunt, calumniantur, nullo interim rationum pondere muniti, nullàque veterum authoritate commoti, nisi quod suo & suorũ palato velint satisfacere. Non recipiunt, sat scio, quæ in operibus Hieronymianis de Mariæ ortu, præsentatione pueritiáque legũtur, neque nos contendemus, vt ísthæc narratio authori Hieronymo Stridonẽsi attribuatur. Verũ enimuerò vt opus hoc nõ sit Hieronymi proprium, an idcircò Christiani etiã ac veteris Doctoris, bonique Theologi opus esse desistet? Quis libros Regũ & Iob scripserit, nõdum conuenit inter eruditos, & plura sunt scripta

Festũ Præsentationis Mariæ non contẽnendũ, olim & à multis obseruatum.

Ecclesia Romana non reprehendit festum hoc Virginis.

Nouatores cum Iudæis & Turcis negãt, quæ in Catholicis improbant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De hac historia & Præsentatione Mariæ in libris Hieronimianis reperti.

Biblica, de quorum certis authoribus adhuc sub A Iudice lis est. Idem multorum veterum monumentis accidit, quæ propterea velut suspecta, notha & impura non sunt reiicienda, quòd velut expositiij partus, suos parentes ignorent. An non morosi conuiuæ, ac nimium inhumani videntur hospites, qui cibos aliunde & ex locis longinquis apportatos, vel à cocis peregrinis præparatos fastidiunt atque contemnunt? digni sanè, quos fames tantisper excruciet, donec se gratiores magisque comes declarent, hospiti, à quo sunt ad mensam inuitati. Vtinã huic seculo mentem saniorem largiatur Deus, vt quid dicatur, non verò quis dicat, attenderent homines, ac veritatem ipsam omni studio candidè perquirerent, neque tanto supercilio inexplorata damnarent, ac de alienis tàm temere iudicarent. Ego nihil omninò vetare censeo, quò minus eas cõplectamur historias, quæ nihil periculi ac vitij habent admixtum, & maiorum traditione veterumque scriptorũ B narratione fulciuntur, nullo vnquam ex bonis piisque Doctoribus cõtradicente. Quod si supercilioſi quidam & nauseabundi adhuc respuunt, quæ de Mariæ parentibus, oblatione pueritiáque véteres crediderunt, docuerunt atque scripserunt, non deerunt tamen alij, ac maiore quidem iudicio sapientiáque præditi, qui eadem non modò libenter amplectantur, sed cum fructu etiam legant, sibique persuadeant, Deum vt alibi sæpe, ita hic etiam in Maria virgunculà gloriosum ac mirabilem extitisse. Ad quam rem fortasse conferet, si Baptistę Mãtuani non inelegans carmen adscripsero, quo præsens historia de oblata in templo Virgine haud parũ illustratur. Sic ergo canit eruditus ille poeta:

Nimium præceptho: secundum ad scripta veterum improbanda.

Piorum est ea non negligere, quæ à veteribus adferuntur, & ad Deũ in Maria laudandum faciunt.

Carmen Baptistæ Mantuani de historia oblatæ in templo Virginis.

Mos erat antiquus longum seruatus in ænum C
Aede puellares annos includere sacra,
Aetatémque Deo teneram, primúmque dicare
Virgineæ florem vitæ, & generare pudoris
Ingenui curam, sanctósque inducere mores.
Mox vbi vestitum prima lanugine tempus
Venerat, in thalamos ibant, Hymenæaque tecta,
Coniunctæque viris proli indulgere solebant:
Propterea legum memores, & moris auiti,
Venturi Solymam trima cum prole parentes
Deseruere solum, Galilæaque Nazareth arua.
Floribus intextis & odoro gramine cinxit
Virginis ora parens: stellatæ lumina frontis
Hærebant cœlo, teneroque in pectore clausum
Numen erat: niueo tunica talaris amictu
Albebant humeri, quam circumtextus oliuæ
Laureus ambibat torques ad cella per imas
In strophium flexis palma ibat frondibus oras.
Matris opus, mollique sinus variauerat auro.
Ventum erat ad magni templum sublime Tonantis.
Quò ducunt ter quinque gradus de marmore viuo.
Et iam porrectus curuabat prona lacertis,
Seruabatque manus summum ad limen Latura puellam.
Cum mox virgineo conceptum pectore numen
Adfuit, & retrahens promptæ sinuata ministræ
Brachia, debilibus plantis animóque vigorem
Addidit, & supra ætatem fiducia creuit.
Protulit audaces sublata cyclade passus
In sublime volans Virgo, tuthamque relinquens:
Sicut vbi multæ volitant ad littora puppes,
Ocyus illa subit portum, quæ mole minori
Labitur, & melius velis & remige fertur.
Vertice iam summo magni penes atria templi
Stabat, vbi ascensu fessos solata parentes,
Risit, & æternum curuato poplite numen
Cum nuribus venerata piis, in claustra recessit
Virgineæ secreta domus: sleuere parentes,
Cognataque turus, gemitúmque dedere minister.
Quando e conspectu vultus abitura nitente
Vertit, & induxit sublatam in tecta Sacerdos.

Lib. 1. Pub.

In primis Christus ab omnibus amandus.

Congruunt hæc plane cum testimonio Gotfridi Viterbiensis, qui Baptista Mantuano est longe antiquior, minus vero disertus, ac pro sui quidem seculi ratione simpliciter canit:

Mos erat in templo teneras seruare puellas,
Quas ibi lege sua cum religione reseruant,

De Maria porrò hæc adiicit:

Nata maris stella, Regina Maria nouella
In templo Domini nocte diéque fuit.
Creuit, & à cunctis meruit vehementer amari,
Moribus & specie dignior absque pari.

In Hymn. Mariæ virg.

Cæterum Hieronymus Vida, qui nostro seculo inter poetas floruit, superioris historiæ summã hoc disticho feliciter comprehendit:

Continuo sedes liquisti paruula auitas,
Templi adytis oblata parentum debita votis.

CAPVT XIII.

De Mariæ studiis, moribus & vita perfecta, præsertim antequam ab Angelo salutaretur.

Petrus Martyr Mariam reliquis puellis Iudaicis confert & exæquat.

PETRVS Vermelius, qui speciosо Martyris nomine sepe ipsum indignum reddidit, inter cætera in Deiparam petulanter effusa hoc etiam admiscuit, puellam illam reliquis Iudaicis puellis exæquandam esse, velut quæ ad normam aliarum apud Hebræos virginum suam quoque vitam instituerit. Quæ iniuria tolerari fortasse & cõtemni posset, si à Cherintho, si ab Hebione vel alio palàm impio proficisceretur: sed in homine Christiano adeóque doctore & professore puri, vt dicũt, Euangelij, contumelia censenda, miniméque dissimulanda est, dũ in ordinẽ redigitur, quæ supra omnes cuiusuis ætatis mulieres vsquequaq; sacrosancta, & mirifice sẽper benedicta permãsit. Hæc enim illa Virgo est, vt demonstrauimus, quæ sola inde à primo cõceptu & ortu aliis fœminis, quascũque Synagoga vetus cõplexa est, longe antecelluit, nulla vt Iudaica vel matrona, vel virgo illi possit cõparari. Id verò euidentius fiet, si de primis Mariæ studiis, moribus & actionibus dicere pergamus, quantum mihi sane in veterum lectione versanti, atque rem omnẽ diligentius perquirenti licuit obseruare.

In epist. ad Ephes. de instituendis filiis, & ad Gaudentium de infantule educatione.

Vbi duo inprimis præfabor, quæ Lector æquus postulanti mihi non grauatim, vt spero, concedet: alterum ad diuinam prouidentiam spectat, alterum cum digna tantæ Virginis institutione coniunctum est. Non temere quidem aut fortuito, sed certo summi

Magni refert, quomodo quisque instituatur.

summi numinis concilio accidit, vt non modo Ma- A quidem Virguncula ad vnguem expressas réque
riæ conceptio & ortus, sed pueritia etiam ac iuuentus necessariis constaret præsidiis, sine quibus perfectionem suam obtinere nõ posset. Permultum autem in prima hominis institutione situm est, quum difficulter eradatur, quòd rudes animi perbiberũt, sicut recens testa diu & saporem retinet & odorem,

Prouerb. 22

quo primũ imbuta est. Quam Ethnici Poëtæ sententiam quum alia multa confirmãt, tùm Salomonis Prouerbia hisce verbis comprobant: Adolescẽs iuxta viam suam, etiam quum senuerit, non recedet ab ea. Proinde cum Samuel & Ioannes ad sublimia munia obeunda destinarentur, maturè illis etiam pueris adfuit Deus, vt hic in solitudine, ille in templo mirabiliter & institueretur & præpararetur. Nam Ioannes quidem, licet sanctus sanctorum parentum esset filius, qui domi certè pièque B institui potuisset, tamen vrbes fugit, eremi deserta sectatur, locustis & melle syluestri alitur, vestem asperam induit, seque totum ad virtutem, continentiam & pœnitentiam præstandam prius, quàm docendam, duce Spiritu sancto componit ac instruit. Samuel verò postquam ex promissione natus, & in templum infans oblatus esset, parentes & amicos deserit, vinum & siceram non bibit, Heli Sacerdotis imperio se subiicit, paruulus Deum audit alloquẽtem, & longæuo Sacerdote Heli est longè sapientior ac religiosior. Sic electa sua organa paulatim præparat Deus, ac pueriles illorum animos inde ab initio ritè sanctéque formandos curat, vt eò aptius ab adolescentia sua portent Dominicum iugum, quod illius teneræ ac mollis ætatis humeros pulcherrimè cohonestat. Hinc tantam C quoque primogenitorum curam habuit Deus, vt illa sibi soli in veteri lege vellet offerri atque dedicari, quòd puris huiusmodi primitiis, quas maiorum pietas in filiis offert, author omnium Deus vel maximè delectetur. Statuamus igitur congruisse prorsus, vt si vllus vnquam alius, Maria inprimis peculiari & efficaci summi Conditoris gratia fueretur, præsertim in lubrica & prima illa ætate, quæ & optima & diligentissima eget educatione, & sequentium ætatum quasi basis & fundamentum est. Vbi fidissimus simul & sapientissimus Mariæ amator Deus nihil prætermisit, quod ad primam & solidam electæ domus suę constructionem spectaret, sed ea subsidia, quibus ad præclaram institutionem erat opus, non in domo parentum, sed in loco sacro abundè illi suppeditauit. Etenim quo maior perD sonæ huius dignitas erat, quò excellentiori etiam officio illa destinabatur, eò ampliùs referebat, singularem & ingentem in eadem educanda curam accedere, atque vt iacta iam tantæ virtutis & gratiæ quasi semina feliciter excrescerent, prouidere.

Præcepta de puellis perficiendis instituẽdis in Maria ad vnguem obseruata.

Ex quibus de altero, quod dixi, iudicari facilè poterit, non vulgarem, sed excellentem & absolutam puellæ huius institutionem fuisse, licet nihil de illa scriptum vspiam legeremus. Consentaneum est enim in hac tam nobili Annæ filia educanda ad vnguem obseruatum esse, quicquid sapientes vel infantulis vel puellis ad sinceram pietatem rectè prouehendis vnquam præscripserunt, & ab illis ratione vlla exigendum putarunt. Ego verò ex multis vnum dabo Hieronymum, qui ad rudis ætatis filiam sanctè ac religiosè instituendam leges præclaras tradidit, vnam vt alibi nusquam, in nostra

Congruebat Mariam præteritis aliis a primis annis fideliter educari.

A quibus rebus cauendũ, puellę primis annis.

Genes. 34.

Quæ officia & studia puellarum, si ad perfectam pietatem instituatur.

Maria paruula præ aliis insigniter placuit Conditori.

Prou. 3.

Psal. 44.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suo ambulare videretur, non dissimilis priori Mariæ, quæ ad concinnendas Deo summo laudes aliis exemplar & ducem se præbuit. Cæterùm vt non solùm corpore, sed & cogitatione à mundi rebus & curis abducta, maiorem continentię ac pietati operam daret, locum in templo secretum & aræ vicinum amabat, illícque coram Deo & Angelis eius subinde suam effundebat animam, vt non solùm in abscondito, sed etiam in Spiritu & veritate Patrem commodius adoraret. Vnde [a] Cedrenus & [b] Gregorius Nicomediensis affirmant, Mariam in templo libenter mansisse, imò etiam ab Angelo sancto nutritam fuisse, qui frequenter in vsitatam speciem præ se ferens, puellam inuiserit, quod indicat etiam Ambrosius, & sermones cum illa miscuerit familiares: tum diuinarum apparitionum gratiam illi minimè defuisse. Quod verò dictum est, illam ab Angelo fuisse nutritam, non video cur suspecta vel incredibilis narratio debeat existimari, præsertim si, quæ ad eius rei confirmationem scribit dictus Gregorius, æquis animis expendantur. Tu autem ô homo, inquit, admirabilem & nouam in templo viuendi rationę audiens Virginis, noli de eo dubitare: noli examinare ratione ea, quæ capere nō potest cogitatio. Vides ipsum Dei verbum modo ineffabili habitasse in eius vtero: & contendes, fuerit ne alimentum, quo nempe Maria vesceretur, materiale, an expers materiæ? Vides paterno consilio Spiritus in ea adumbrationem: & de ministerio Angelorum dubitas? Nihil est dubium, ex his, quæ sunt castissimæ Virginis, ex eius magnalibus nihil est, quod non sit conueniens: omnia à veritate ipsa sunt confirmata. Oportebat enim diuinum tabernaculū augeri talibus ascensionibus. oportebat agnum immaculatū tali excipi cōuiuio, talibus cibis excitari.]

Non absurdū videri, quod vetustē narrant, Mariam ab Angelo fuisse nutritā.

[a] In compendio histor.

[b] Hom. de oblatione virginis in templo.

Lib. 2. de virginibus.

De cibo Deiparæ, quando fuit oblata in Templo.

Sanctos quosdam per Angelum nutrit Deus.

Certè Palladius qui sub Theodosio maiore vixit, inter sanctos eremitas Abbatem Apollo recenset, eúmque sacris precibus noctes ac dies intentum fuisse narrat, ad quem de more Angelus nutrimentum adferret. Tum Abbatem Anuph inde commēdat, quod nullius omninò rei, præterquam Dei desiderio teneretur, qui nihil etiam humani cibi sumpserit, quoniam Angelus illi cælestem cibum suppeditaret. Vsque adeò mirum videri non debet, quod scribunt veteres, & sæpè quidem Mariæ cibum Angelicum suppetiuisse, quemadmodum Ioānis patrem Zachariam vidisse confirmat Patoleon apud Metaphrasten.

In histor. sancto.

Reuelatio Mariæ puellæ cœlitus facta, quod mater fieret Emanuelis.

Porro ad annum ætatis suæ duodecimū Virgo sacra peruenerat, quum media nocte piis precationibus incumbens, quarum semper fuit studiosissima, vocem diuinitus ad se prælatam audiuit: Paries filium meum. neque hoc ex ea quisquam ante Christi in cælos ascensum resciuit, ut ex Cedreno intelligimus. Is præterea refert, Mariam viuo adhuc patre in Hebraicis literis institutam, & anno ætatis vndecimo suis parentibus orbatam fuisse.

In compendio histor.

Maria Hebraicis & diuinis literis dat operam, & in illis valdè proficit.

Quòd si Damasceno credimus, Maria in puellari ætate pergrauem incessum, amictum pulchrè congruentem, singularem oris venustatem, & quidem senilem in iuuenili corpore prudentiam tenere solebat. Honestus, inquit, vestitus, molliciem omnem ac luxum fugiens. Gressus grauis ac sedatus, atque ab omni mollicie remotus. Parentibus morigera & dicto audiens. Animus humilis in sublimissimis contemplationibus: sermo iucundus ex leni anima

Maria vt Deiparæ conueniebat, festiua in templum progressa, parauit.

progrediens: denique quid aliud quàm Dei domicilium. Atque vt idem Damascenus alibi docet, Maria in templum adducta & oblata, non secus quā oliuam frugiferam se præstitit, quæ in domo Dei plantata, diuinóque Spiritu impinguata, fructus pulcherrimos protulit, adeóque virtutum omnium domicilium effecta est. Mentem igitur ab omni seculari cura, & à carnis concupiscentia seuocauit, animam cum carne Virginem puram illibatámque conseruans, prout eam decebat, quæ Deum ipsum in suo vtero gestatura esset. Hic enim quum sanctus sit & impollutus, non nisi in Sanctis & impollutis requiescere solet. Adhunc itaque modum illa castimoniam & sanctimoniam omnem exercens, breui tantoperè profecit, vt sanctum, admirabile, summóque numine dignum templum efficeretur.

Virg. c. 1.

In eandem ferè sententiam docet Gregorius Nicomediensis. Etant, inquit, Mariæ mores incomparabiles, & agendæ vitæ ratio composita virtutibus: quam ob rem Spiritus dona, ætate indies procedēte, illi crescebant, & cum Angelis versabatur, nec erat expers diuinarum reuelationum. Tum ad singularem Virginis humilitatem industriamq; commendandam pertinet, quod ex Maiorum traditione repetit Sabellicus, diuini ocij & negotij rationem ita constitisse Virgini, vt à prima luce ad tertiam diei horam rebus diuinis peculiarem operam daret: inde ad meridiem puellare aliquod opus obiret, sæpè & lanificio vacaret, mox autem à cibo, qui parcissimus illi erat, reliquam diei partem Scripturæ sacræ lectioni sedulò impenderet, ita vt quā ritè sanctéque cælestia curaret, humana tamen non despiceret, vtrunque munus Marthæ & Magdalenæ complexa. Qui præterea refert, in priuato illam egisse, vt etiam à morte filij nunquam remere ab vllo visa sit, quin aut orationi intenta esset, aut diuina legeret. Ac præter alios refert etiam Damascenus, ita se comparasse Virginem, vt nullus vitis ad eam pateret accessus, ideóque illam trepidasse, quum Angelus ad illam ingressus colloqui cœpisset; nunquam enim à viro fuerat salutata Hieronymo teste. Vel sicut Ambrosius loquitur, mota est Gabrielis introitu, quod ad virilis sexus speciem peregrinam turbaretur. Sed plenior apud Brigittā extat narratio, vt tantæ Virginis mores rectius cognoscantur, præsertim quum reuelationes, quas illi sanctæ viduæ mirabiliter patefecit Deus, à nullo verè pio contemni posse videantur. Igitur Maria Virgo, sicut ab illa refertur, inde ab infantia Spiritu sancto plena fuit, qui cum ætatis progressum magis ac magis in illa se prodidit, sic corpus eius & animam imbuens, nullum vt in illa locum vel minimi peccati labes haberet. Vt primum autem puella de Deo audire, ac Deum intelligere cæpit, non sine singulari metu & cura de suo munere, quod summo deberet numini, déque illius retinenda gratia non puerili ter cogitauit. Accessit maior deinde cum ætate lux, vt Deum suum creatorem, ac omnis vitæ spectatorem & iudicem intelligeret: hinc statuit illum maiorem in modum amari ac reuereri, semper animo secum reputans, ne aut verbo aut opere quicquam committeret, quo tanta maiestas offenderetur. Quum verò perfectius agnosceret, hunc etiam peculiarem Deum Israelis esse, & qui suum populum electum lege sacra, multisque donis & miraculis præstantibus exornasset, hunc solum Deum amare omnino

omninò decreuit: quod tanto quidem studio perfecit, vt quæ bona mundus habet ac amplectitur, acerba & amara illi omnia viderentur. Iam verò ad eam cognitionem progressa, eundem Deum mundi redemptorem fore, qui de Virgine nasceretur, ingenti erga illum charitate flagrauit, nihil vt præter illum cogitare, nihil desiderare vellet.

Quomodo mariæ charitas erga Deū sensim ese prodierit.

Quare rùm à parentum, tùm ab amicorum conspectu atque colloquiis, quantum licebat, libenter se subduxit, sed & facultates & bona exteriora tantopere contempsit, vt quicquid in bonis haberet, in egenos propensè conferre gauderet, eo solo contenta, quod ad tenuem necessariúmque victum sat esse videretur. Itaque nulla re nisi solo Deo delectabatur, in votis illud habens maximè, vt præsentis Messiæ tempore viuere, & eius augustæ matri ancillari aliquādo posset. Castitatis verò tantus amor & ardor inerat, vt vouerit in corde suo, se Virginem perpetuo esse mansuram, si ita Deo summo visum esset, ac præterea in hoc mūdo nihil possidere proprij, iam tùm se omniáque sua Deo & diuinæ voluntati dedicans religiosè. Quum verò Dei amor magis magisque illius animum incenderet, ac penitus occuparet, diligentiore quoque studio secessum quierem ac silentium coluit, vt noctes & dies sola versari, & cum solo Deo colloqui desideraret. Accedebat enim hic metus, ne quicquā improuidè lingua proferret, ne aures perciperent, oculive cernerent aliquid, quod optimo carissimóque Deo & sponso suo ingratum esse posset. Sed & silentium illam sollicitam reddidit, quū vererentur tacere, sicubi loquendi occasio & fructus sese obtulisset. Corpus ipsum, quod Angelis magnæ curæ fuit, sic animæ subiecit, subiectúmque tenuit, vt illi velut dominæ per omnia obsecundaret. Præclara verò præsidia & ornamenta, quæ ad corpus ritè moderādum & gubernandum faciunt, diuina illi bonitas impertiit, nempè vt cibum & potum vitæ sustentandæ necessarium temperantissimè sumeret, certúmque in vigiliis modum teneret, & in iis, quæ corpori amica vel molesta esse solent, singularem quandam temperiem adhiberet. Nec defuit eidem corpori eximia venustas, vt hinc omnibus & gratiosa, & amabilis virgo haberetur: sed accessit ea verborum modestia & gestuū grauitas, quæ spectātium lasciuiam & impuram concupiscentiam facilè reprimeret atque profligaret. Quid sublimis ille animus, qui parata iustis in cælis præmia subinde contemplabatur, ac diuitiis temporariis omnibus longè anteponebat? vtpotè claro mentis acumine prouidens atque perspiciens, quanto demum interuallo totius mundi pompam & splendorem vera spiritualisque gloria superaret. Sic demum charitate flagrabat, vt nihil ei, nisi Dei perfecta voluntas probaretur, in nullo quidem opere bono languescens, sed quæ Deo placerent, vt charissima dulcissimáque complectens omnia, reliqua verò felle amariora deputaret.

Mariæ desiderium circa Messiæ aduentū.

Circa linguæ vsum solli. situ do Mariæ singularit.

Qualem corporis curam & moderationem habuerit virgo.

Maria ob venustatem cum cibi amabilis, quæ tamen impudicas terret.

Maria mundi vanitatem & voluptatem contemnens, cælestibus rebus intendebat.

Quæ omnia quum tantæ Virginis perfectissimæ vitæ sanctissimisque moribus egregiè quadrent è Brigittæ libris ita repetimus, vt sententiam potiùs quàm eius verba sparsim scripta sequamur, Lectoris nempe commodo consulentes. Cum hac sancta vidua virginem æquè illustrem, & gratam Christo virginem, imò sponsam Mechthildem libet coniungere, quandoquidem & ipsa diuino spiritu illustrata & in sacris reuelationibus probe sanctéque versata, de matre Domini memoratu digna prodidit, ex quibus nos pauca tantum repetemus. Vt primum anima corpori Virginis est infusa, repleuit illam Spiritus sanctus, & singulari quadam sanctificatione illam sibi in sacrarium elegit, vt velut rosa sine spina, & tanquam Lucifer in mundum oriretur: Adeò enim illam inde ab vtero matris præuenit gratia, vt ad omne bonum mirè propensa & parata esset. Prima verò virtus, in qua iam nata infantula sese exercuit, singularis humilitas fuit, per quam nulli se vnquam creaturæ prætulit. Cum hac humilitate obedientiam & charitatem sociauit, parentibus quidem adeò subiecta & obsequēs, nulla vt illos ratione vnquam offenderit & contristarit, vtque bonū virtutis singulari & dilectione & delectatione cōplecteretur, & cōplectendo imitaretur. Tum prudentiam in puellari ætate tantā præ se tulit, vt nihil vnquā puerile contra Dei gesserit voluntatem. Quod ad spiritualium rerum desiderium attinet, ex Patriarchis & Prophetis nullus vnquam ardentiore venturi Messiæ desiderio, quàm ipsa, flagrauit: nullus gratitudinis dono illam exæquauit, qui pro acceptis Dei beneficiis se fonti bonorum gratiorem ostenderet ac exhiberet. Postremò si de corde Virginis agendum est, fuit hoc & purissimum, vnde prima omnium votum virginitatis emisit, & humillimum, vt si vlla re alia, præcipuè quidem humilitate meruerit de Spiritu concipere Emanuelem, & feruentissimum, quia incredibili Dei & proximi amore succenderetur, & cōseruantissimum, vt quæcunque infans, puella & grandescens perageret, potuerit conseruare. Hæc aliáque plura Mechthildis exponit, Virgo tam sancta & sapiens, vt electum Dei organum præclaris diuinisque dotibus ornatum quum viueret, meritò haberetur, multáque miranda per illam suam sponsam Christus & docuerit & ostenderit. Nec est quicquam in his, quæ diximus, vel suspectum vel improbabile, sicut & fidem meretur, quod Albertus Magnus vir suo seculo clarissimus in medium adducit, Mariam non potuisse non eximia forma & incomparabili pulchritudine præditam esse, quæ multò rectius in ipsa, quàm in Hester coniuge & Iudith vidua, vel in Rachel & Rebeca virginibus Mariæ typum exprimentibus, prædicetur. Habuit, inquit, summum & perfectissimum in pulchritudine, quod potuit esse in mortali corpore secundum statum vitæ operante natura. Sicut enim Dominus noster Iesus Christus fuit speciosus forma præ filiis hominum: ita beatissima Virgo pulchertima & speciosissima inter filias hominum. Pulchritudo autem exterior hominis in debita corporali quantitate, deinde in eleganti membrorum dispositione & proportione, postremò in coloris venustate consistit.

Testimonium Virginis sāctæ Mechtildis de infantia & puericia Deiparæ admiranda.

Lib. 7. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 5.

Psal. 44

Lib. de laudibus beatæ virginis.

De corde Mariæ.

De Mariæ pulchritudine corporali.

Ex quibus rebus conflet externa hominis pulchritudo.

Cæterum ad Marianæ pulchritudinis commendationem facit & illud, quod Galatinus annotauit, omnia Virginis membra à vertice capitis ad vngues vsque pedum, omnésque sensus eius & cogitationes animæ imperio absque omni repugnantia obtemperasse, vsque adeò quidem, vt oculi eius nihil inhonesti, nihil illiciti vnquam aspexerint: imò vt oculos nunquam eleuarit, sicut cæteri homines facere solent, sed semper nisi Deum oraret, humi defixos tenuerit. Atque inter cęteras perfectiones eo

Quam sedulo Maria sensus & mębra omnia in officio continuerit.

Vide lib. 1 Gratiæ spiritualis beatæ Mechtildis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritu prophetiæ donata est, vt si fortè aliquid inconcessum seu illicitum vel auditura, vel visura esset, illicò eius aures & oculi clauderentur: ita vt eius membra & sensus omnes non nisi voluntati diuinæ deseruire viderentur. Etsi verò diuinare non possum, ex quo fonte Galatinus ista depromat, tamen nihil dubito, quin prudentes omnes narrationem eius credibilem esse fatebuntur, præsertim qui cum eodem Galatino in Maria gratiam puræ & illibatæ Conceptionis agnoscunt. Ac nimis profecto stupidum & insulsum esse necesse est, qui in hac sacra semper & admiranda Virgine summas animi dotes semper latuisse putauerit, vt illæ in eiusdem incesserit, sermone, gestu, oculis, toróque corporis habitu non apparerent, neque mirificam lucem siue bonis siue malis multis adferrent.

De hac puella nihil non eximium & perfectum esse sentiendum.

Mariam alios omnes iustos excellit, studio & perfectione virtutũ, & ob quas causas.

ITAQVE non illam vel pupugit, vel polluit illa spiritus carnisque colluctatio, quæ vel inuitos etiam iustos & quamlibet sanctos exercet, nec patum impuritatis in tota illorum vita commiscet, sæpéque vt in via Domini minùs expeditè procurrant impedit, præsertim si sublime illud Dei mandatum intueantur: SANCTI estote, quia ego sanctus sum. Quod mandatum Maria præ cæteris exactè seruauit, nullam sanctitatis partem vel exercitationem, quæ in hominé mortalem cadat præter mittens: vtpotè mulier illa fortis, quam Salomon in spiritu cognouit, ac rarissimam esse prædixit. Hæc sola spiritualibus præpotentis Dei gratiæ armis instructa, cæteros quantumuis strenuos & inuictos Dei milites, lõgo post se interuallo reliquit, tanto in vindicendis malis generosior atque felicior, quanto ab omni carnis rebellione Spiritum infestante liberior, ac in omnibus virtutum studiis & officiis præstandis expeditior perfectiórque. Vicit in illa, si in vllo alio, quæ nostra est victoria fidei, vicit plenitudo legis charitas: vicit regina virtutum iustitia: vicit angelicam vitam referens perpetua puritas: vicit denique summus virtutis omnis amor & ardor, sacrificium Deo gratissimum dixeris: in quo illa non anteà merendi, quàm viuendi finem fecit. Enimuero quid non pium & sanctum, summáque grauitate plenum exprimeret ac monstraret illa, cuius cogitatio, cura & voluntas omnis in lege Domini noctes ac dies versabatur, vt etiam dormiente illa, sicut meminit Ambrosius, Mariæ vigilaret animus, qui frequẽter in somno aut lecta repeteret, aut somno interrupta continuaret? Igitur quod sponsa loquitur in libro Canticorum: Ego dormio, & cor meum vigilat, ad hanc etiam Virginem pertinet, vt Rupertus annotauit. Quod si de spirituali somno hæc accipiantur, Maria vtique quum dormire videretur, tunc vel maximè vigilauit, hic enim eximiè piorum verèque spiritualium hominum mos est in medio mundi strepitu ac frequenti negotiorum tumultu ita versari, vt crebrò velut surdi, cæci & omnino aliud agentes, adeóque dormientes esse videantur. Vigilant interea, sed Deo vigilant, diuinæque contemplationi, nulla mundi, sed vix etiam sui ratione habita, dum animus velut à corpore seiunctus, & cum Deo coniunctus, mirabiliter peregrinatur. Sed ô verè suauem & salutarem somnum, qui non modo Magdalenam: sed nostram quoque Mariam corripuit & oppressit, vt omnium rerum oblita, illud vnum & summè necessarium toto pectore complecteretur, partémque optimam electã studiosissimè conseruaret. Tribuant alij quantum velint, Moysi, Eliæ, Ioanni, Paulo, aliisque sanctissimè iam olim philosophantibus, & in contemplãre vita multum exercitatis. Quis verò, si sapiat, Mariam his omnibus in summa sapientia & contemplatione diuina peritissimam non anteponat? Mariam, inquam, sacris rebus adeo deditam, vt summo æternóque bono inde à primis annis intentè vacaret, & vacando videret simul & gustaret, quam suauis esset Dominus, & quam bonus Israël Deus his, qui recto sunt corde. Igitur illa iam puerpera facta, & circa puerum Iesum sollicita, non aliter de re magis à Luca commendatur, quam quod omnia quæ acciderent, sedulo, more suo videlicet, conseruaret, & in corde suo accurate conferret. Certe quod ad visiones diuinas & cælestes reuelationes attinet, quales Paulo licet ante blasphemo, & Ecclesiæ persecutori Deus mirabiliter patefecit, eas tam sanctæ, tam sapienti, tam dilectæ matri haudquaquam denegauit, sicut Rupertus etiam animaddertit. Quid si & ipsa siue in corpore, siue extra corpus, in Paradisum abriperetur, sic in diuinitatis arcanis & mysticis rebus instructa, nullus vt assequi possit mortalium, quæ illi soli beatissima Trinitas non modò per Angelos, sed etiam per seipsam voluit manifestare? Vt hîc etiam locum habeat illud. Fecit mihi magna qui potens est.

Mariam alios omnes iustos excellisse in studio & perfectione conceptionis.

Ps. 33. & 99.

Pialm. 24.

Luca.

NISI forte iniquus aliquis rerum æstimator accedit, qui in proposita contemplandi arte eam nostræ Virgini laudem adimet, quam Ioanni abbati tribuit Cassianus. Is enim Ioannem illum ita loquentem inducit: Pio Domini nostri munere memini me in huiusmodi raptum frequenter excessum, vt obliuiscerer me sarcina corporeæ fragilitatis indutum, mentémque meam ita omnes exteriores sensus subitò respuisse, & à cunctis materialibus rebus omnimodis exulasse, vt neque oculi neque aures meæ proprio fungerentur officio, & ita diuinis meditationibus ac spiritualibus theoriis animus replebatur, vt sæpe ad vesperam cibum me percepisse nescirem.] Atque hæc ille in medium profert, vt ostendat se eremi secretis delectari, humana consortia obliuioni tradere, & cum Hieremia dicere posse: Diem hominis non desideraui, tu scis. Etsi verò Maria vitam, vt Ioannes ille & alter Baptista, non egit anachoreticam, tamen vti veteres de illa prodiderunt, inde à puellaribus annis vitæ communis tædio quodam affecta, perinde ac purissima quædam columba, quæ lutosa deuitat, & alta petit, sese à mundi strepitu studiosè subduxit, secessum & secretum amauit, ocio sancto libenter vacauit, cælestibus studiis diu ac multum incubuit, sola vt cum solo in quem desiderant Angeli prospicere, quietissimè versaretur. Ac tantò quidem illa diuinis reuelationibus sacrisque contemplationibus erat aptior, quantò plenius à mundi curis ac negotiis sese omnibus abdicarat, nihil vt terreni pulueris, qui sanctis hominibus frequenter adhæret, aut admitteret, aut retineret. Deinde quomodo illa in contemplando non studiosissima & exercitatissima foret, quũ citra controuersiam constitat, à primis infantiæ pueritiæque suæ annis non solùm accepisse, sed & conseruasse, & excoluisse summa summi Dei munera? vt si vllus in terris alius à Deo dilectus, tum illa quidem in omni benedictione spirituali

Ioannis anachoretæ præstantia in contemplando.

Lib. 10. collat. 9. cap. 2.

Ierem. 17.

spirituali, sicut Paulus loquitur, benedicetur, sanctáque semper esset in conspectu eius, & viueret immaculata. Quæ diuinam erga se beneuolentiam charitatémque maximam intelligens, quò plenius per ætatem suum authorem agnouit, eò vehementiùs illi vni vacare, & amantem redamare curauit, nihil omninò intermittens, quod ad summum illud bonum sibi conciliandum atque demerendum posset excogitare. Quid autem amanti, & Deum amanti difficile, imò quid non iucundum esse videretur? Amica speciosa, qua nihil Deus habebat charius, iam tum cælesti amore velut multis iaculis vulnerata, & vna ex millibus ad cultissimos amplexus electa, ô quantos æstus, ô quantos ignes noctu dimque persensit? Quem verò modum ac finem amandi teneret, cui dulcissimus ille & suauissimus Dei Spiritus pias & amantes ciêre lachrymas, quam ad inenarrabiles gemitus pronocare, cuius sensus omnes penitus occupare & pascere, cui tam diuinos subinde impetus adferre, mens vt illa mirificis splendoribus illustrata, & diuinis ardoribus æstuãs, in suauissima summi boni contemplatione quodammodo deficere videretur? Nisi fortasse id Mariæ negamus, aut Deum negasse dicimus, quod aliis & longè quidem inferioris ordinis amicis pietas illa immensa sæpè & vltro concessit, vt diuino amore velut inebriati, & à sensibus alieni, non nisi diuina sentire & eructare possent. Quid verò Maria felicius, quæ vbicunque degeret, sempiternum illud numen ob oculos sibi contemplandum proponere, tantam maiestatem intimè reuereri, Patrem in spiritu & veritate semper adorare, nihil nisi purum & diuinum puro illo sanctóq; pectore concipere atq; cõseruare solebat: Quòd si qua mens huna vnquam in terris, inter sponsi cælestis hæsit brachia, & beatissimum illud tulit oculum, quod nemo scit, nisi qui accipit, Mariæ profectò mens illa fuit incredibili numinis charitate flagrans, & ex illo summo bonorum fonte summam sæpè voluptatem hauriens, vt rerum omnium, adeóque sui velut immemor, in excessu mentis diceret: [a] Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. [b] Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. [c] Inueni quem diligit anima mea. [d] nec dimittam nisi benedixerit mihi. [e] Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. [f] Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

In Maria pios omnes Deum perfectè amantis effectus & effectus excellentes.

a Psal. 72. b Cantic. 2. c Cantic. 3. d Genes. 32. e Cantic. 6. f Psal. 83.

ETSI verò indecorum videri potest, institutam de purissimæ Virginis moribus narrationem impuri apostatæ vel sola mentione interrumpere atq; contaminare: tamen facere non possum, quin hoc loco Lutheri testimonium interponam. Is passim insultat Catholicis, Deum in hac vita diligi, legem eius impleri posse asseuerantibus, ne alioquin illius præcepta credentibus impossibilia, & Christi onus non leue, sed intollerabile nostris imponi humeris vanissimè iudicetur. Contra verò Lutherus vociferatur, ne in Sanctis quidem fuisse vel nunc esse aliquem, à quo Deus ex imo pectore, omnibúsque viribus & membris ita, vt par est, adametur, lexeque diuina ex amore & voluptate præstetur. Deus, inquit, *mihi eiusmodi mortalium quemquam*: Nec dissitetur interim, summ conscientiam ita esse constitutam, vt ne ictiatillulam quidem charitatis,

Quomodo sanctis gratificari in Dei cultu in consideranda.

Negat Lutherus reperiri vere iustum aliquem, qui Deum diligat & legem impleat.

In postilla Maria Euangelista Dominica 1. Trinit. Credendum hanc protestari de tua conscientia, quòd

A sed igneum clibanum praua cupiditatis in seipso sentiat: imò verò damnatum, maledictum ac Satanæ subiectum esse, quicquid in se, ipse reperiat. Tam alibi de se iterum pronunciat: *Optimè mihi cõscius sum & ignorantiæ & vitæ meæ pessimæ.* Vbi nos Luthero de se ipso testanti, ac se suo ipsius iudicio condemnanti non grauatim credimus; quoniam & reipsa probauit, se insanis cupiditatibus fœdisque affectibus adeò conflagrare, nullam vt charitatis veræ scintillam in animo suo reliquam habere aut sentire posset: tantum abest, vt qui pestis Eutopiæ fuit, aliqua ex parte diuinam legem impleret. Sed enim seruus nequam, qui ex suo ipsius ore iudicãdum se orbi præbuit, alios pios ex se falsò & malignè metitur, ac temerè prorsus nullum esse aut fuisse mortalium putat, qui Deum vt par est, dilexerit Deique legem obseruarit. Vt enim Sanctos alios in charitate obedientiáque perfectos omittamus, Mariam Domini matrem constanter damus atque proferimus quæ proximam cum Deo coniunctionem in terris habuit, ab omni vitio libera, in charitate, iustitia omnique virtute perfecta, ac originali etiam, vt diximus, innocentia eximiè cohonestata, nimirum vt plenitudo diuinitatis in hoc suo pulcherrimo & nitidissimo domicilio tantò suauius corporaliter inhabitaret. Est enim sagitta electa amor Christi (Bernardi verbis vrar) quæ Mariæ animam non modò confixit, sed etiam pertransiit, vt nullam in virginali pectore particulam vacuam amore relinqueret, sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, & esset gratia plena.]

In præfat. Psalmor.

Sermo. 20 sup. Cant.

1 Tim. 1

Rom. 15

Iam verò vbi charitas de corde puro, conscientia bona & fide non ficta regnat, quemadmodum in Maria perfectè regnauit, illic legis plenitudinem, iustitiæque perfectionem & perfectionis vinculum constitui & agnosci necesse est, quantum huius quidem vitæ status admittit. Vincat interim nostram Virginem fortis illa Iudith cruentę victoriæ de obtruncato Holofernę laude ac gloria. Vincat illam Anna religiosa Phanuelis filia ieiuniorum asperitate. Vincat Zachariæ filius Ioannes perpetua victus ac vestitus austeritate. Cæterùm charitate nullus mortalium illam aut vicit, aut æquauit: in qua charitate, & non in vitæ rigore, sanctitas & meritum hominis præcipue consistit? Quare in nullam animam sanctam, sicut in Mariam propriè magis competit dictum: Vulnerata charitate ego sum. Et rursus illud: Dilectus meus mihi, & ego illi. Perinde ac si virgo Seraphica restaretur: Meritò illum deamo, & deamando langueo, qui totus in meam salutem intentus est. Ille quamuis omnia curet, adeò saluti meæ rebúsque meis consulit, quasi ab aliis omnibus feriatus, mei vnius curam habere videatur. Ego verò vicissim ita illius amori & obsequio addicta sum, vt omnibus aliis pene mortua, illi vni viuam, illi vigilem, illi dormiam, in illius amore dies noctésque suspensa sim: ac postremo omnes curas, cogitationes, vota atque desideria mea ad illius gloriam vnice conferam. Sed fortasse liber lectori non tam nos balbutientes, quam Patres de Mariæ vita fusius differentes audire.

Maria licet in quibusdã non tamen in charitate à Sanctis alijs superatur.

Iudith. 13

Luc. 1

Matth. 3

Cantic. 2

Lib. 2. de virginit.

EX patribus illustris est Ambrosius, qui Mariæ vitam virtutis formam, omniúmque disciplinam appellat, in qua secretum verecundiæ, vexillum fidei, deuotionis obsequium mirabiliter fulserint. Virgo erat non solum corpore, inquit, sed etiam

Mariæ vitam quomodo Patres subinde nobis proponant & imprimis Ambrosius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virginis Mariæ sinceritas modestia, circumspectio, diligentia, celeritas, industria, obedientia.

mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum: corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponens: intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum quærere, nullum lædere, benè velle omnibus, assurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare virtutem. Quando ista vel vultu læsit parentes? quando dissensit à propinquis? quando fastidiuit humilem? quãdo derisit debilem, quãdo vitauit inopem? Nec multò postsubiicit: Nihil torum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum, non gressus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior: vt ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci.] Inter alia verò quæ Mariæ tribuit Ambrosius, annumerãtur cibotum parsimonia, officiorũ redundantia, dies ieiunio congeminati, & quod victum obuium ad necessitatem, non ad voluptatem perceperit, omniaque demum virtutis impleuerit officia, vt non tam disceret quã doceret. Breuiter TALIS MARIA fuit, si Ambrosio credimus, vt vnius vita omnium sit disciplina. Quid verò si Chrysostomum, qui ab ore aureo dictus est, Ambrosio adiungamus? Erat virgo, inquit, perecuncta mirabilis, cuius animam decebat ab omni esse tumultu cogitationum immunem, quæ tanti electa est ministra mysterij.] Et rursus in alia oratione, quæ Latine nondum extat: Beata Maria vltra omnem humanæ naturæ modũ, modestiam ac temperantiam, excoluit, ac obid vniuersorum Dominum in vtero gestare promeruit. Quòd si qua virgo alia, maiore modestia, vel ampliore puritate, aut maturitate præter hanc ornata extitisset, illam sibi Dominus præ hac ipsa omnino in habitaculum elegisset.] Quam Chrysostomi sententiam Basilius quoque Magnus confirmat, sic Mariæ virginitatem prædicans, vt ad effectum Spiritus sancti excipiendum nihil illi æquale, nullamque puritatem inter homines vspiam amphorem reperire potuisse testetur. Igitur & Hieronymus Mariam veluti speculum virginibus omnibus contemplandum præbet, & vnam quamque illarum hac voce compellat: Propone tibi beatam Mariam, quæ tantæ extitit puritatis, vt mater Domini esse mereretur. Ad quam quum Angelus Gabriel in viri speciem descendisset dicens: Aue gratia plena, Dominus tecum, consternata & perterrita, respondere non potuit. Nunquam enim à viro fuerat salutata. Denique nuncium dicit, & loquitur. Et quæ hominem formidabat, cum Angelo fabulabatur intrepida.] Sed & Petrus Damianus, quod ab aliis pluribus est traditum, perspicuè docet, Mariam in actiua, & contemplatiua vita tam sedulo fuisse versatam, vt nec actio contemplationem minueret, & cõtemplatio non desereret actionem. Considera, inquit, quia ipsa est, quæ in contẽplatiuæ dignitatis superuecta dulcedine, in ipsius Dei substantiam lucidiores infixit obtutus. [a] Læua eius, inquit, sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me.] De illa itidem scriptum esse dicit in eodem [b] Canticorum libro: [c] Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut in lilium inter spinas, sic beatissima Virgo Maria enituit inter filias, quæ de spinosa propagine Iudæorum nata, cãdescebat mundicia virgineæ castitatis in corpore, flãmescebat autem ardore geminę charitatis in mẽte, flagrabat passim odore boni operis, tendebat ad sublimia intentione continua cordis.]

Mariæ in victu frugalitas & abstinentia.

Mariæ vita omnium disciplina.

Maria immunis à tumultu cogitationũ, per cuncta mirabilis.

Hom. 4. in Matth.

Hom. in Dominis hypapan.

His Patribus Epiphanium adiungam, non illum Constantiæ Cypri Episcopum, sed Constantinopolitanum Presbyterum, qui magno se vsum studio dicit in Græcis authoribus relegendis & excutiendis, vt de Mariæ vita non solum incredibilia, sed & vera firmáque proferret, reiectis interim malæ fidei scriptoribus, inter quos nominat Iacobum quendam Hebræum, qui fortassis dicti Proteuangelij author est, Aphrodisianum Porsam, Ioannem Thessalonicensem, & alterum Ioannem falso cognomẽto Theologum, vt qui omnes Mariæ historiam parum sincerè tractassent. Refert igitur inter cætera hic Epiphanius, sicut & supra commemoramus. Mariam quum pater adhuc viueret, Hebraicas literas didicisse, fuisséque εὐμαθῆ καὶ φιλομαθῆ hoc est, ingenio ad discendum & facili & cupido: & quamuis orbatam parentibus, non solum in sacris literis, sed etiam in lana, lino, serico & bysso laborasse. illam præterea in sapientia & intelligentia super omnes illius seculi adolescentulas cunctis admirationi fuisse, quæ & nere consueuerit ea, quorum vsus in templo esset Sacerdotibus. Alebatur autem ex templo, inquit, donec propter ætatem non deceret illam inter Sacerdotes versari, & sponsum Ioseph virginitatis suæ custodem accepit. De moribus Virginis hoc etiam annectit:

C τὸ δὲ εἶδος αὐτῆς τοιοῦτο, σεμνὴ κατὰ πάντα τὸν ὅλον γόλαλος, ταχυπήκοος, εὐαρεσμήτορος, ἀπαρρησίαστος πρὸς πάντα ἄνθρωπον, ἀγέλαστος, ἀτάραχος, εὐπροσκύνητος, πιμπτικὴ, πιῶσα καὶ προσευνῶσα πάντα ἄνθρωπον, ὥσσε θαυμάζειν ἀπαντας ἐπὶ τῷ σύνεσιν καὶ τῷ λαλιᾳ αὐτῆς. Omitto cętera nec aliã interpretationem Græcis verbis adiungam, quam quæ apud Nicephorum Calixtum extat, Lango traductore, vbi hæc ipsa Epiphanij oratio non solùm de Virginis moribus, sed etiam de modo formæ & staturæ eius repetita est in hunc modum: Erat Maria in rebus omnibus honesta & grauis, pauca admodum, eáque necessaria loquens, ad audiendum facilis, & perquam affabilis, honorem suum & venerationem omnibus exhibens, statuta mediocri; quamuis sint, qui eam aliquanto longiorem mediocrem longitudinem excessisse dicant. Decenti dicendi libertate aduersus omnes homines vsa est, sine risu, sine perturbatione, & sine iracundia maximè. Colore fuit triticum referente, capillo flauo, oculis acribus, subflauas & tanquam oliuæ colore pupillas in eis habens. Supercilia ei erant inflexa & decenter nigra: nasus longior, labia florida & verborum suauitate plena: facies non rotunda & acuta, sed aliquanto longior: manus simul & digiti longiores. Erat denique fastus omnis expers, simplex, miniméque vultum fingens, nihil mollitiei secum trahens, sed humilitatem præcellentem colens. Vestimentis, quæ ipsa gestauit, coloris natiui contenta fuit: id quod etiamnum sanctum capitis eius velamen ostendit. Et vt paucis dicam, in rebus eius omnibus multa diuinitus inerat gratia.] Sed enim quæ apud Græcum Epiphanium leguntur, sensum aliquanto illustriorem efficere possunt, eúmque Latinus interpres nescio an satis per

Inter spuria editum.

Epiphanius Presbyter Constantinopolitanus.

Maria bibliis & matribus.

Lib. 2. de Virginibus.

a Cant. 2. b Ser. 3. de Assumpt. Mariæ. c Ibidem.

Quomodo Maria vt lilium.

per omnia sit assecutus. Rectè Mariã prædicat simplicem ab omni fastu alienam, & quæ humilitatem præcellentem coleret, quæ insuper pauca eáque necessaria loqueretur, ac aliis multum deferret. Verũ his non satis respondet, quod idem adiungit, Mariã aduersus omnes dicendi libertate vsam esse: tum de suo assuit, eam libertatem fuisse decentem, quum Epiphanius tantum scripserit ἀπαρρησίαστος quasi diceret, in loquendo cum aliis audaciam illi defuisse, quod vel ipsa priuatiua particula ἀ satis apertè docet. Id enim proprium est sanctarum Virginum, vt si vsquam, tum in colloquendo sint verecundæ, parcíque sermonis, sine omni vitio muliebris loquacitatis. Hinc est quod Ambrosius in Maria verecundiam laudat, imò & erubescẽtiam, maioremque pudorem quàm in mulieribus esse solet, eidem adscribit. Et digna Bernardo vox est: Solent virgines quæ verè virgines sunt, semper pauidæ, & nunquam esse securæ: & vt caueant timenda, etiam tuta pertimescere.] Sunt interim fide digni testes, qui Venetiis nouerint Titianum pictorem nostro seculo celebratissimum, apud quem extare dicunt exemplar sacræ picturæ ex archetypo Lucæ Euangelistæ, vt arbitrantur, exceptum: Cæterùm in eo spectantur omnes illæ notæ, quas non solum Epiphanius, sed & Nicephorus iam à nobis commemoratus expressit. Meminit & Cedrenus, quæ statura corporisque habitus & forma Virgini fuerit, sed fortassis Epiphanium secutus in hac descriptione: Erat, inquit, statura mediocri, subfusca, fuluo crine, oculis fuluis ac mediocribus, magno supercilio, naso mediocri, manibus ac digitis longis, vestes amplexans nullo colore tinctas.] His non malè consonant, quæ Anselmi operibus adscripta hoc modo leguntur: Maria Dei genitrix didicit Hebraicas literas, adhuc patre eius Ioachim viuente. Erat docilis, amans doctrinam, & circa sacram Scripturã perseuerabat. Opus vero manuum eius erat lanæ, lini & serici. Erat itaque locus distinctus in domo Domini, scilicet in templo, prope læuam altaris: Ibi stabant virgines solæ, & diuino officio peracto ibant omnes ad propria. Maria vero perseuerabat & custodiebat altare & templũ, Sacerdotibus ministrãs. Mos eius erat modicæ loquelæ, expeditæ obediẽtię, mundæ conuersationis: sine audacia, sine risu, sine turbatione, sine ira, benignè salutans, eloquentiam eius homines mirabantur. Fuscos habebat oculos, rectos aspectu, nigra supercilia, mediocrem nasum, vultus eius longus, longæ manus, longi digiti, mediocris statura, perseuerans in orationibus, ferens pannum proprij coloris, lectioni, ieiuniis & labori manuum, & omni bonæ virtuosæque operationi se dederat.

Lapsus Lagi in vertendo Nicephoro.

In 1. c. Luc. Hamil. 3. de beata virgine. Confirmatio narrationis de figura & imagine Dei pară.

Cedreni sententia de corporis Mariæ constitutione.

In compendio Histor.

Testimonium ex Anselmi operibus ad Mariæ mores vitæque pertinens.

Quomodo reuerendi superioribus ad Mariæ vitam pertinẽbat.

Qvæ omnia verbis quidem simplicibus exponuntur, sed si sincere iudicabimus, multa & præclara, in mulieribus vero rarissima, & singulari tamen commendatione dona continent ornamenta virtutum, quæ tota posteritas in hac Virgine simul & admiretur, & nunquam satis imitetur. Quod si isthæc fortasse Sectatis non ad modum probentur, qui Ethnicis etiam sæpè magis quam Ecclesiasticis rerũ scriptoribus fidem accommodant: at pios tamen multos si non oblectabunt, certè non offendent, vt pote quum Canonem norint Apostolicum: Omnia probate: quod bonum est tenete. Credat qui volet, hæc commentitia esse: ego vero tanto magis credenda dixerim, quo ipsorum fides minus habet periculi, quoque fructus maior potest consequi, si iis aliisq; narrationibus veluti per manus traditis, nec vanorum ac leuium hominum suffragio corroboratis, conuenienter vtamur. Id verò fiet, si ex his velut quibusdam lineis, augustissimã Domini & Dei nostri matrem, velut in tabella depictam vtcunque cognoscamus, ac sæpè quidẽ ob mentis oculos propositam habeamus. Extat enim Ambrosianum præceptum, quod non modò Virginibus, sed & Christianis omnibus rectè inculcari potest: Sit vobis tãquàm in imagine descripta virginitas vitaque Mariæ, de qua velut in speculo refulget species, castitas & forma virtutis.] Sicut & Sophronius dixit: Christus matrem virginem elegit, vt ipsa omnibus esset exemplum castitatis, in qua velut in speculo refulget forma virtutis. Habetis igitur in ea, magisteria probitatis expressa, quid primum eligere, quid respuere, quid sequi debeatis.]

De assumptione Mariæ.

Cvm his omnibus coniungi illa possunt, quæ in epistolis Ignatij reperiuntur, & ad Ioannem Euangelistam scripta esse dicũtur, sicut salutario ipsa designat, & [a] Bernardus agnoscit, cõfirmatque [b] Marcus Michael Presbyter Cortonensis. Cuiuscunque verò sint authoris, res quidem ipsa cogit fateri, institutam de Maria narrationem vero esse contentaneam, sed & multò excellentiora de tanta Virgine merito prædicari. Fuit vtique in persecutionibus & afflictionibus hilaris, in penuriis & indigentiis non querula, erga inimicos placida & officiosa, in re læta, æqualis & modesta. Miseris & afflictis commiserationis affectum præstitit, ac impigrè illorum subuenit necessitati: non defugit certamina contra vitiorum pestiferos impetus, & præsertim si fidei & pietatis defensio illius operam desideraret. Appellatur illic nouæ religionis nostræ, veræque pœnitẽtiæ magistra, & omnium pietatis operum apud fideles ministra, quæ & humilibus libenter se traderet, & in gratiam piorum se dimitteret religiosè, quantumuis interim ab omnibus mitè collaudaretur, à Scribis autem & Pharisæis innocenti multum detraheretur. Neque sum nescius, hanc qualemcunque descriptionem, quam nos aliquot in locis correximus, non Mariæ puellæ in templo versanti, sed à partu potius prouectiorem iam ætatem attingẽti congruere, quando nimirum illa post Filium in cœlos assumptum, discipulis tùm admirationi, tùm veneration prǽcipuæ fuit, multi vt eam velut cæleste prodigium, sacrumque spectaculum reuerenter inuisere, & secretiora quædam ex illa, tanquam fidei magistra, percunctari solerent, sicut eadem epistola testificatur. Quis verò ambigat, Marianis virtutibus, quæ in omnem illius ætatem durauerunt, sua etiam fuisse semina, suosque flores, primosque fructus in prima illa ætatis institutione apparuisse: quũ puella in templo habitans, omnis sanctimoniæ pulcherrima & solidissima iecit fundamẽta, annos vndecim in sanctis sanctorum transigens, sicut Euodius indicauit, priusquàm sponso Ioseph o Sacerdotum manibus ad custodiam traderetur? Cũ enim ad ætatis florem iam peruenisset, atque intra templi septa manere lege prohiberetur, quemadmodum author est Damascenus sponso, hoc est, Virginitatis custodi Iosepho tradita ac relicta fuit à Sacerdotibus. Apud hunc verò sacra & prorsus immaculata puella sanctè & religiosè commorabatur, ita vt

Nõ contenendũ esse quod de Maria in epistolis Ignatij reperitur.

a Serm. 7. in Psal 90. b Lib. de viris illustribus.

Qualis Maria describatur in epistolis Ignatianis.

Maria religionis & pœnitẽtię magistra dicta.

Mariæ virtutes inde à primis eius ætatis spectandę.

Nicephorum lib. 2. Eccles. hist. cap. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In orat. 3. de Natiuitate Mariæ. *Libro 2. de Emanuele.* Maria dæmonib. terribilis. Maria in omni gratia & dono accepto cõfirmata. Maria virtutũ operatrix, & religionis magistra excellentissima. *Libro 5. in Cantic.* *Libro 4. in Cantic.*

domi se contineret, & eor úquæ ante fores gererẽtur, nihil omninò aut cognosceret aut curaret: Verè igitur de illa dixerimus, quod in Ecclesia publicè decantatur: Sacrarium Spiritus sancti sola Domino sine exemplo placuisti: quodque de illa Richardus Victorinus affirmat: Tota pulchra meritò, quia pulchra facie, pulchra mẽte, pulchro corpore, quæ etiã principibus tenebrarum terribilis fuit. Deterrebat enim eos flamma charitatis, incendebant orationes & feruor deuotionis, stupebant immunem à peccatis. Nemo etiam tàm sanctus, qui maculam nõ habuerit & defectum præter Mariam.] Ac rursus videtur beata Virgo Maria non solum in omni gratia consummata verum etiam in omni bono & dono, quod acceperat, confirmata. Rupertus eádem Virginem esse ait, cuius vita inclyta, vt in templis publicè decantatur, cunctas illustret Ecclesias. Tu inquit, virtutum operatrix, ac totius sanctæ magistra religionis qualem nunquam oculus vidit, qualis ab initio quando Eua facta est, non fuit, nec est, nec erit in cogitationibus suis, in verbis suis, in factis suis, in omni odore suauitatis, in omni flore & fructu honoris & honestatis.] At idem Rupertus septem virtutes ex libro Canticorum colligit, propter quas dilecta illa à dilecto laudatur, vereq; formosa Virgo tùm ab hominibus tùm ab Angelis meritò reputatur. Virtutes illæ sunt simplicitas, cogitationum munditia, innocentia, doctrina, verecundia, humilitas, mentis & carnis integritas siue incorrupta virginitas. Nec pigebit Cardinalem Cusanum addere, virum si non eloquentẽ, at certè quidem eruditum, & qui suam pro Deipara sentẽtiam dicat, nequaquam indignũ. Inter omnes homines, inquit, Maria θεοτόκος tàm in actiua quàm contẽplatiua vita optimam partem habuit: ipsa enim sanctissima fuit, quia tabernaculum altissimo sanctificatum.] Et rursus: Quamuis multæ filiæ seu animæ rationales illuminatæ verbo vitæ via electionis optimi diuitias cõgregâssent: sola illa illuminatissima turris Maria θεοτόκος & Dei mater supergressa est vniuersas, vt meritò illi in excellentia conueniat illud, quod adepta est Maria Magdalena: Maria optimam partẽ elegit, quæ non auferetur ab ea.] Vnde portò ille ratiocinatur: Si Maria Magdalena sedens secus pedes Iesu, ex auditu verborum eius peruenit ad electionem optimi, suo modo scilicet, vt Maria Magdalena: ó quàm excellenter tunc eleuata Virgo Maria super omnes cælos, ad electionẽ optimi perducta est, quæ electa est esse mater Iesu & verbi, & lucis, & rationis, & veritatis. O quã altè super omnes visiones intellectuales ipsa vnum illud inuisibile videt: & quàm sano palato vnum fontem vitæ gustauit & gustat. Si Dauid ad hoc eleuatus est vt diceret: Gustate & videte quàm suauis est Dominus: meritò ipsa quantò altior omnibus Prophetis, tantò perfectius videt, vidit, gustat & gustauit ipsum, apud quem est fons boni, qui solus est hoc vnum bonum, quod omnia appetunt. Elegit igitur ipsa hãc optimam partem, quæ non auferetur ab ea, quoniam eligere est vnire.] Cusani verò æqualis, imò & amicissimus fuit Dionysius Carthusianus, Doctor ecstaticus meritò celebratus, & in laudatione Virginis admodũ copiosus. Testatur & ille Virginem inde ab initio sui cõceptus maximis Dei donis exundasse, quæ nullum verbum illicitum dixe-

Lib. 4. excita. in Euan. dictum: Maria optimam partem elegit. Ex Cusano quædã ad Mariæ vitam spectantia.

Lib. 3. commẽt. in Cantic. Septem virtutes Mariam ornant.

Luc. 10. *Ibidem.* Maria longe magis quàm Magdalena, circa vnũ versata est, & optimam partem elegit.

Psalm 33. Maria præ cæteris diuinam gustauit dulcedinem. Testimonium Dionysii Carthusiani de Mariæ perfectione. *2. Li. 12. & 3. de præcomio & dignit. Mariæ.*

A rit, nullum indecentem habuerit motum, nullum impudicum stimulum senserit, ab omni inordinatæ passionis affectu semper immunis, sensualitate illius rationi nunquam vel leuiter aduersante. Hãc vnam dicit ad originalis perfectionem iustitię peruenisse, quæ non modò trium Theologicarum, sed etiam duodecim moralium virtutum cathenam pulcherrimam absoluerit, studiis interim & exercitiis contemplatiuæ vitæ cùm primis intenta, quæ & sapientissimum Adam in statu innocentiæ versantem omni virtutum ac donorum copia & perfectione longè superârit, & medio interim modo inter beatorũ & viatorum vitam incesserit. Quid verò si Poetam Christianum, pium & disertum adsciscamus, qui hoc nobis caput absoluat, simulque suo carmine
B Mariæ in templo studia & mores exponat? Is Baptista Mantuanus est, in hunc modum non minus verè quàm eleganter canens.

Assiduus veterum studiis oracula diuum
Peruigilique legens cura Mosemque piumque
Esaiam, mœstisque rerum qui versibus vrbem
Plorat, ab ingemo curas, à lumine somnos
Sedula pellebat, paruo sua vota sacello
Supplicibus palmis naryabat, & ore supino
Otia nulla die carpens nulla otia nocte,
Cura cibi somnique breuis quæ pascerer artus,
Pauperibus mensis genium fraudabat & ora,
Et castigato tolerans ieiunia ventre
Carmina discebat, sanctique poemata Regis,
Qui tetricis olim fidibus cantabat ad aras,
Sacraque fatidico psallebat ad organa cantu.

Et paulò post:

Nunc lanam pingebat acu, nunc pensa trahebat
Serica, & immissis per licia pendula filis
Vela Sacerdotum sacros texebat in vsus.
Terrenum nihil ore sonans, inclusa latensque,
Plena Deo pectus, toti gratissima cælo,
Neruosæque animo vires: semperque voluntas
Iustitiæ rectique memor, moderamine certo
Discordes animæ motus luxumque domabat,
Qualis purpureo radians carbunculus ore
Obscuros inter lapides, gemmasque minores
Splendet arenoso quà tingitur India Gange:
Parthenice mea talis erat, &c.

Tertius epilogus.

ATQVE hic demum receptui canentes, finem libro primo imponemus, non quod satis de Mariæ ortu pueritia, moribus dictum esse putemus) quid enim ad tantæ Virginis gloriam atque splendorem
D satis adferri vnquam posset?) sed quòd hactenus allata, humano quidem candidoque Lectori sufficere arbitremur, vt bonæ voluntatis nostræ in hoc tam præclaro argumento testimonium aliquod habeas, &, si dignabitur, aliqua ex parte probare possit. Iesu Christo Opt. Max. Redemptori, & Mariæ incomparabili Virgini matri in cælo terraque tùm gratia tùm gloria.

FINIS LIBRI PRIMI.

IN ICONEM

IN ICONEM SEQVENTEM

EPIGRAMMA PHILIPPI MENZELII D. ET APVD INGOLSTADIENSES PROFESSORIS Medici ἀυτοσχεδίως scriptum.

CANDIDA Virginitas, Superûm gratissima Regi,
Virtutes vna ante alias, quam plexa perenni
Fronde corona manet, quisnam vel Tullius ausit
Oceano laudum committere vela tuarum?
Nullus in orbe locus, regio tàm barbara nusquam
Extitit vlla, tuo quæ non caperetur honore.
Scilicet & fragili iam dum sub corpore nobis,
Pura animi, deiecta oculos, castissima fando,
Cœlicolûm præstas imitatrix optima vitam.
Ergò etiam mundi regnator maximus ipse
Humanos quondam sibi quum circundaret artus,
Ad tantum te legit opus, te sospite nasci
Jnstituit: qualis radiosi luminis ictu
Crystallum liquidam sine vi, sine fragmine transit
Sol rapidus. Stupuit partus Natura creatrix
Miros, more nouo, neque sese agnouit in ipsis.
At tuus hinc duplicatur honos: iamque illa Tonantis
Filia, Sponsa, Parens, eadem intactissima virgo,
Virgo decus rerum, virgo lux altera mundi,
Jlla tibi peperit clarum trans æthera nomen,
Exemplumque, coli quo te decet, edidit ipsa
Jmmensum, ac numero perfectum prorsus ab omni.
Hic veteratoris collegia dira Satanæ
Audio multa equidem contrà strepere, audio apellas
Iudæos, rabiem hæreseon, Sophiamque prophanam,
Vt laudes nec ferre tuas, nec credere possint
Virgineum in partu florem mansisse. Sedite
Hinc procul, ó vani Lemures, damnata tenebris
Pectora, nilque vltrà brutos sapientia sensus,
Ite (Fides operosa iubet) concedite vero,
Cuius inextinctum sacra hæc dat pagina lumen.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Fœminei tu sola chori pulcherrima Virgo,
Vna Dei pariter filia sponsa, parens.

IN

IN LIBRVM SECVNDVM DE MARIA DEIPARA, VIRGINE SACROSANCTA, PRÆFATIO.

Cum priore libro, hûc secûdum non male connecti.

EXPEDIT O priore libro in his, quæ ad Mariæ ortum, pueritiam & vitam puellarem faciunt, proximum esse putamus, vt eius virginitatem describere, & aduersus multorum hostiles impetus vindicare, duce Christo pergamus. Etenim hoc insigne donum illam etiam puellam admirabiliter illustrat: hæc virtus in ipsius vita & moribus, vt alibi nusquam, elucet: hoc nomẽ illi propriè conuenit, vt quemadmodum Abraham ob præcellentem fidem princeps suæ gentis, adeóque pater omnium credentium dicitur, & sicut Paulus, præ cæteris æqualibus in Euangelio laborans, singulare Apostoli nomen obtinet: ita & Maria quæ virginitatis laude ante omnes maximè floruit, Virgo & Virgo virginum à tota Ecclesia prædicetur. Virgo, inquam, beata in primis & gloriosa, adeoque incomparabilis, quam cùm humanæ tùm Angelicæ generationes pro dignitate nunquàm extollant. Cæterùm vt perspicua sit magis isthæc omnis tractatio, quæ non ita breuiter potest absolui, operæprecium facturi videmur, si velut viam ad sequentia munientes, diuersa virginum genera primum exposuerimus.

Causa sequẽtis tractationis de variis virginum generibus.

Habet suas mundus virgines, ex quibus Ethnici iam olim Iunoni, Palladi, Dianæ, Vestæ sacerdotes & Sacrorum Antistites, id est, primarias Dæmonũ cultrices, magno studio assignabant. Habet suas etiam virgines Ecclesia, & in his longè ditior atque illustrior veteri Synagoga, quod virginitas apud Israelitas inculta iacêret atque neglecta, vt perpauci manerẽt cælibes, iidemque tantùm non infelices vulgò existimarentur. Nec vnius quidem classis virgines tenet Ecclesia, quum Christus ipse inter virgines prudentes ac fatuas, licet in vno eodemque regno versantes, apertè distinguat. Facit præterea triplex Eunuchorum genus, natiuum, factitium, voluntarium: postremò duntaxat palmam tribuens, in quo sanè virgines & sanctè continentes omnes includit. Hi quippe sunt Eunuchi Euangelici, qui sponte seipsos propter Dei regnum castrârunt vel abscíderunt, hoc est, qui non natura vel necessitate coacti, sed libera voluntate commoti, ac religionis ergo continentiam colunt, suum haud dubiè præmium, si in ea virtute persistant, inter Cœlites consecuturi. Hos [a] Tertullianus spadones appellat voluntarios, qui Dei regno parantur, & suæ vel virginitatis, vel continentiæ mercedẽ à Domino expectant & impetrant, teste [b] Cypriano. Sunt & coactæ virgines, quia non volentes, sed alieno imperio, vel necessitate quadam adactæ, suum seruant cœlibatum. At coacta virginitas flagitia libenter admittit, eodem teste [c] Tertulliano. Sunt & ostentatitiæ, vt idem appellat, [d] quæ nimirum pudicæ videri magis, quàm re ipsa esse contendunt, & externa specie castitatis hominum quidem, sed non Dei oculos fallere possunt. Sunt præterea hæreticæ virgines, & olim apud Manichæos, Arrianos & Donatistas extabant, quæ carnis duntaxat, non cordis retinent puritatem. Vt enim [e] Augustinus tradidit: Virginitas in carne, corpus intactum: virginitas in corde, fides incorrupta. Quare vt maximè paucorum sit virginitas in carne, tamen omnium in corde debet persistere, qui Christo sponso nomen in Baptismo dederunt, ne spirituali alioquin adulterio polluti, & sincera fide destituti, Christum animarum sponsum amittant. Quòd si Chrysostomo credimus, hæreticorum continentia omni fœda libidine flagitiosior habenda est, ac illorum virgines pro scortis habet, haberique vult Hieronymus. Sunt demum Christianæ & Euangelicæ virgines, quæ in Propheticis etiam literis, præsertim apud [f] Esaiam commendã-

Alias atque alias esse virgines, mundi, synagogæ, & Ecclesiæ.

Virgines in Ecclesia prudentes & fatuæ. Matth. 25.

Veræ virgines ac Eunuchos Euangelicos, sine spadones voluntarios refrenda. Matth. 19.

[a] Libr. 1. ad vxorem.

[b] Lib. de disciplina virginum.

[c] Lib. de velandis virginibus.

[d] Ibidem.

De virginibus hæreticis.

[e] In Psalm. 147. & tract. 13. in Ioan. Euangel.

In Epist. ad Rusticum de cust. virgin.

[f] Esa. 56.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, & à [a] Paulo Apostolo describuntur, quod & corpore & spiritu suam tueri sanctimoniam nôrint. Ex his quædam ad tempus, quædam per omnem vitam in sancto cælibatu perseuerant. Rursus harum nonnullæ castitatem suam sacri voti nuncupatione confirmant, quoniam se Christo dicauerunt, & à carnali concupiscentia recedentes, tàm carne quàm mente se Deo vouerunt, vt loquitur Cyprianus: aliæ vt libertate sua gaudeant, nullam voti adhibent religionem. Et Augustinus quidem virginum nomen ac honorem vix aliis defert, quàm continentiæ sanctæque virginitatis, vt ipse vocat, sectatoribus ac sectatricibus, à quibus carnis integritas ipsi corporis & animi creatori vouetur, consecratur atque conseruatur. Qui præterea virginalem hanc virginitatem, & per piam continentiam ab omni concubitu immunitatem tanti facit, vt Angelicam portionem, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ, meditationem appellet, ad quam christus etiam suos fideles exhortatus sit, quum diceret: Qui potest capere, capiat. In primis verò mirificus virginitatis & custos & prædicator fuit Paulus, vt hinc virginum pronubus à Basilio appelletur, omnes sui similes esse percupiēs, & in hac virtute cōmendanda tàm sedulus, vt à nuptiis deterrere videatur, & perpetuam continentiam viduali simul & coniugali pudicitiæ palàm anteponat. In eundem sensum tota conspirat antiquitas, ac virginitati seu continentiæ virgineæ tribuit pudicitiæ principatum, multisque modis illorum damnat errorem, qui virginitati coniugium audent exequare. His de rebus nos alibi disseremus, sat habentes nunc carptim aliquid attingere, maiore vt in precio habeatur virtus, quę tantùm non sordet hodie, maleque olet Sectariis, virtus, inquam, Euangelica, literis & exemplis Apostolicis confirmata, tùm multis Patrum scriptis & mirificis encomiis illustrata, ac demùm inter præcipua ecclesię christianę ornamenta tùm à nostris, tùm ab ethnicis Scriptoribus eximiè commendata, Deus bone quàm hodie multos reperire licet Gnosticos, qui derideant virginitatem, & ebionitas, apud quos tantum non interdicta sit ista virtus, quique de sancta cōtinentia non reuerentiùs quàm de castris & rastris loquantur, ac qui demum inter Virginum Monasteria & meretricum Lupanaria, inter ancillarum Dei sanctuaria & victimarū Veneris prostibula nihil ferè discriminis ponant? cæterum vt ad nostram Virginem redeat oratio, fuit illa vtique non de seculi virginibus, vt Hieronymi more loquamur, non è Judaicis euangelium ignorantibus, non è fatuis lucente oleo destitutis, non ex dubiis & vacillantibus, aut mente corruptis, quarum ingens prouentus vbique Gentium & omnibus seculis esse consueuit: fuit autem Virgo vna inter pudicas pudicissima, inter bonas optima, inter sapientes sapientissima, inter religiosas religiosissima, virgo carne, virgo mente, virgo professione, ac demum illius absolutum exemplar virginis, qualem Paulus omni ex parte sanctam esse postulat, virgo, inquam, & corpore & spiritu, sola mater simul & virgo, mater Christi & virgo Christi, vti apud Augustinum legimus.

Etsi verò nulli non Christiano cognitum, & à pueris etiam celebratum, magnoque tot seculorum & populorum consensu comprobatum est, Mariam virginem, & singularem virginem existere, quis enim nisi fortasse impius aut insanus, perspicuis Apostolici Symboli verbis reclamet? tamen hæc ipsa fidei nostræ confessio, si paulò penitiùs inspiciatur, multa certè, quæ non solum imperitos & simplices, sed & doctos exerceant, magnumque vsum & fructum adferant ecclesiæ, suo ambitu comprehendit. Et cum hac Mariæ virginitate coniuncta sunt non pauca, nec omnibus obuia, & meritò tamen consideranda diuinæ Scripturæ testimonia, in quibus arcana quædam religionis nostræ mysteria continentur, ac sanè vtiliter excutiuntur. An verò dormit? imò lapidem omnem mouet Satan, tenebrarū teterrimus simulque impurissimus princeps, vt summam Mariæ puritatem, ac propriam eius virginitatem cominus aggrediens, eam vi magna conuellat. Hoc igitur duce tot Judæorum, ethnicorum, Philosophorum, Hæreticorum, agmina funesta prorumpunt, qui vnam hanc virginem eiusque integritatem hostiliter

Virginū Beatarum alia ad tēpus, alia perpetuo cōtinentes, quædā voto adstrictę, quædā liberę.

[a] 1. Cor. 7.

Virginitatis eximius prædicator Paulus, qui virgines & viduis, & coniugibus anteponit.

Qualis Virgo Maria, si cum reliquis cōferatur.

Non satis est, simpliciter credere Mariæ virginitatem.

Satanę studio, Mariæ virginitas, à multis oppugnatur.

liter impetunt, ne Matrem Domini vel ante partum, vel in partu, vel post partum incorruptam perdurasse, constanter mundus agnoscat, ac prædicet ecclesia. Vnde complures eximij Patres, quorum posteà meminerimus, multum in eo studij ac operæ posuerunt, vt probarent: quod Mariam perpetuam virginem profitemur, id & impiis probabile, & Orthodoxis constans solidumque dogma videri debere, à quo ne latum quidem vngiem sit fas vlli discedere. Accedet, quod in hac fœda tot opinionum atque Sectarū colluuie, quam gignit ætas nostra ferrea, haudquaquam desint Nouatores, qui Deiparæ propriam ac illustrem à virginitate laudem & gloriam non solùm clàm inuidere, sed palàm etiam surriperi moliantur. Et enim quod libet, id etiā sibi licere plerique putant, vt sepultos veterum Hæreticorum cineres in orbem reuocent, & Serpenti aduersus promissam & benedictam illam à Deo Mulierem pugnanti, perquàm gnauiter famulentur. Quapropter nobis non vitio vertēdum sed huius temporis calamitati, & præsentis operis necessitati potiùs adscribendum putamus, si librum hunc secundum, eumque integrum, Mariæ virginali tribuerimus, in quo partim um veteribus, partim cum recentioribus Mariomastigibus aperto Marte congrediamur, a pro nostra quidem virili oppugnatæ veritatis causam, vt res ipsa postulat, aduersus hostes ecclesiæ verbique diuini corruptores vindicemus. Vtinam verò quod ex animo desideramus, id Mariæ filio adiuuante præstare possimus, vt quæ vulgò in hoc argumento non satis uoluta & percepta esse videntur, hac qualicunque opera multis tùm explicatiora, tùm illustriora reddantur.

Ingens Patrū studiū fuit in tuenda virginitate & illustranda.

Lib. de Fide ad Iudæos virginem.

Mariæ virginitatē à multis hodie Lupus quasi atque odit.

Lib. de Symbolo virginit. c. 1. & 18. & 3.

Argumentum libri præsentis.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEQVENTIVM IN HOC SECVNDO LIBRO Capitum & Argumentorum Index.

i. Multis de causis Mariam aliis tùm virginibus, tùm matribus longè præstare ac feliciorem esse.

ii. Mariæ virginitatem, vt eximium Dei opus, quod paulatim orbi patefactum est, nos suspicere ac venerari oportere.

iii. Quibus de causis conuenerit Mariam virgineam esse matrem, ex qua Christus conciperetur ac nasceretur.

iiii. Scripturæ diuinæ testimonia virginitati Mariæ patrocinari, & Matthæi locus expensus, de sollicitudine Ioseph à sua sponsa auertere meditantis.

v. Patrum testimoniis virginitatē Mariæ abundè adstrui, atque contra hostes impios defendi.

vi. De Mariæ virginitate aduersus Iudæos aliosque Iudaizantes.

vii. De Mariæ virginitate contra Ethnicos omnesque Christianæ fidei alienos

viii. De Mariæ virginitate contra Pseudochristianos, eamque necessaria fidei doctrina cōtineri.

ix. Mariam etiam in partu Virginem permansisse, contra veteres & nouos Iouinianistas.

x. Mariam post partum non fuisse corruptam, contra Heluidianos.

xi. De Mariæ desponsatione, & quonam consilio hæc ipsa cum Ioseph sponso facta sit.

xii. Quod Mariæ desponsatio perfectam eius virginitatem non imminuerit, & ad cœlibatus commendationem valeat, quamuis noui reclament Euangelici.

xiii. Mariæ sponsum Ioseph, à singulari prudentia, iustitia, sanctitate & castitate merito commendari. Tùm quæ considerandæ sint circa Ioseph & Mariæ conuictum familiarem.

xiiii. Mariam ex voto Virginem fuisse ac rectè laudari cœlibatum ex voto susceptum piéque seruatum.

xv. Mariæ virginitati præcellens competere meritum, & in cælis præmium, quo sacris virginibus reliquis antecellat. Vbi errores etiam Christianis meritis aduersantes disiiciuntur.

xvi. Quo pacto Maria, vt Dei mater fieret, promeruisse dicatur: & de illo Virginis dicto: Ecce ancilla Domini, déque aliis meritis eiusdem.

xvii. An fides de Mariæ perpetua virginitate ob Ecclesiæ authoritatem necessariò retinenda & prædicanda sit.

LIBRI

LIBRI SECVNDI DE Mariæ admirabili & perpetua VIRGINITATE ALIISQVE rebus annexis.

CAPVT I.

Multis de causis Mariam aliis tum virginibus, tum matribus longe præstare ac feliciorem esse.

Summa libri primi præcedentis.

In libro in scripto Euangelium. 1. Parte tert. Annalium.

MVLTA quidem superiore libro exposuimus, quæ ad Mariæ conceptum, ortum, pueritiam spectant, ac nisi fallimur, planè conuincunt, eam diuinitus promissam, diu exoptatam, ex Ioachim & Anna præclaris parentibus procreatam, & in templum Domini Hierosolymitanum adductam, ibique vndecim annis, si Euodio credimus, per sanctè nutritam & institutam fuisse. Cum his probè congruūt, quæ Michael Glyrus, author apud Græcos non ignobilis, memoriæ prodidit, de nostra Virgine in hunc modum scribens: Mulier hæc inculpata ex diuino promisso nata fuit, quúmque tertium attigisset annum, ad templum deducta, diu in penetralibus eius vixit, quum quidem ab Angelo victus ei præberetur, donec ad annum ætatis decimum quartum peruenisset. Hac de re pontifices, vt fieri par erat, inter se consultant, & Deum precibus implorant: inde Iosepho desponde-
C tur.] Quæ autem & qualis hæc Virgo fuerit, si cum omnibus omnium ætatum siue virginibus, siue mulieribus conferatur, id porrò excutiamus.

Genes. 3.

MARIA Virgo multis modis alias excellit mulieres, planeque fuit incomparabilis, in qua Deus fecit magna & mirabilia.

Virgo est ista hæc in locum primæ virginis, quam serpens in paradiso decepit, cooptata, statimque post primum hominis lapsum à Deo promissa, quæ iam nata, quum nubilis esse cœpisset, à Dei Legato Gabriele innocens, morigera & gratia plena primū Nazareti inuenta ac salutata est: Virgo ex terreno quidem Adam nata, sed terra cælesti imbre fœcunda, & aratro Spiritus sancti culta, atque vt Saluatorem mundi germinaret, vnicè benedicta. Virgo magni Patriarchæ Abrahæ, si non modò genus, sed fidem quoque spectes. Virgo inclyti Regis Dauidis, si promissionis & nobilitatis hæredum quæras, filia
D uina testatur, quæ hominē Deo proximum reddit. Virgo vna ob castitatē corporis mūdissima, præ omnibus perpetuæ virginitatis laude cohonestata, primitiæ, mater, regina & princeps virginū Euangelicarū. Nā hæc prima inuenit, & aliis mōstrauit sacrā viā integræ perfectæque cōtinentiæ, vt in carne vitā angelicā degant, & cælestium spirituum puritatem æmulēturiad cuius virginitatem omnis alia virginitas, quæ cogitationis libidinē, carnisque molestias effugere non potest, corruptio quædā possit existimari. Virgo demùm tàm sacra, pura, immaculata carne, mente, sermone, opere, aspectu atque contactu, vt suos inspectores, si sic dicere licet, virgines faceret, eiúsq; virginitas quasi virgines germinaret.

Sap. 6.

Virgo sine corruptione grauida, & in partu inuiolata. Virgo ante coniugiū, Virgo in coniugio, Virgo prægnans, Virgo lactans, Virgo perpetua, Virgo sine libidine cōcipiens Emanuelē, Virgo sine onere gestans vterum, sine dolore pariens Deū. Virgo tàm augustè promissa, tàm diu & ardenter expectata, támq; ab omni parte felix & perfecta, nullā vt aliā visa sit similem, vel habere sequentem. Virgo, cuius fœtus non temporaneus, sed momentaneus extitit. vt perfectus idem filius subitò intrauerit, dū conciperetur, & sine mora egressus fuerit, quum nasceretur: Virgo matris gaudia sentiens, dāna verò matris, incendia matris, libidinē matris, & sordes angorésque parientis nec leuiter quidē experta. Virgo virilis ignara consortij, quæ non solum in cōceptu & partu illæsa, sed & gaudio plena, Deóque semper mansit cōiunctissima, sic maternū exhibens munus, vt sibi virgineum decus non seruaret modò, sed etiā augeret atque incredibiliter illustraret. Virgo carnis integritate, simúlque mentis puritate præstantissima, reliquis antecellens mortalibus, & Angelos ipsos antegrediēs. Etenim quā puritatem cælestes illi spiritus ex natiua obtinent cōditione, quòd sint à corporea concretione omníque contagio remoti, eandē hęc Virgo per gratiā singularē adiuta, & simul arbitrij applicatis viribus sibi comparauit, & in illa terra, cui Deus maledixit, inuiolatè custodiuit. Virgo in carne viuens, & cū carne fœdáque voluptate nihil cōmune retinēs, in lege Domini ambulās immaculata, quæ incessu, gestu, sermone modestissimā simul & sanctissimā, & amabilissimā se vndique proderet. Virgo Sāctis & Sanctorū ordinibus tantò excelsior, Deóque immortali charior atque propinquior, quātò à cōcupiscentia, omníque labe & lege peccati liberior. Nā incorruptio est, vt Scriptura divina testatur, quæ hominē Deo proximum reddit. Virgo vna ob castitatē corporis mūdissima, præ omnibus perpetuæ virginitatis laude cohonestata, primitiæ, mater, regina & princeps virginū Euangelicarū. Nā hæc prima inuenit, & aliis mōstrauit sacrā viā integræ perfectæque cōtinentiæ, vt in carne vitā angelicā degant, & cælestium spirituum puritatem æmulēturiad cuius virginitatem omnis alia virginitas, quæ cogitationis libidinē, carnisque molestias effugere non potest, corruptio quædā possit existimari. Virgo demùm tàm sacra, pura, immaculata carne, mente, sermone, opere, aspectu atque contactu, vt suos inspectores, si sic dicere licet, virgines faceret, eiúsq; virginitas quasi virgines germinaret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVID plura? quod in Ecclesia tot est seculis decantatum, atque vti putant, à Gregorio magno profectum, id mihi iure quodam hic vsurpare posse videor: Sancta & immaculata Virginitas quibus te laudibus efferam nescio: quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio continuisti. Fremant interim ac frendeant dæmones, insultent ac furant Ethnici, subsannent ac torqueantur Iudæi, calumnientur ac oblatrent hæretici, quum audiũt, tot illustres Virginis nostræ dotes & prærogatiuas in Ecclesia de prædicari. Ægros oculos & obcæcatos animos hic tantus splendor feriat ac offendat: inuisa sit & amara veritas filiis tenebrarum: sed eadem filiis lucis tantò gratior iucundiórque futura, quanto maiorem nostræ Virgini gratiam ac venustatem adiungit. Quod mundi principes ac sapientes aut assequi nequeunt, aut malignè obscurare contendunt, id gratis lætisque animis Christi vel infantes, vel paruuli vsque cõplectentur, rati quod res est, tantam huius dignitatem ac sublimitatem esse Virginis, quantam nulla orationis facultas, aut ingenij solertia vnquam cõprehendat. Atque hæc ego propter illos maximè dixerim, qui tametsi Christianum nomen gerant, tamen siue Ecclesiæ odio incitati, siue contentionis amore permoti, cẽsores se præbent iniquos Marianæ virginitatis, ac dictis prærogatiuis etiamnum obstrepunt, neque Deiparam tot ornatam monilibus, tantisque Dei muneribus cumulatam nobiscũ agnoscere ac prædicare dignantur.

Tanto virginis splendori aduersarios non posse obsistere. sed frustra reluctari.

Cæterum in hanc virginitatem nihil sublimius, nihil admirabilius, nihil commendabilius cadere potest, quàm illa, vt sic loqui liceat, maternitas, quę virginem matrem & Dei matrem effecit. Quæ Virginis huius gloria nulli alteri concessa, & ne Angelis quidem communicabilis, aliquantò rectius intelligetur, si de communi more fœminarum, quo matres ex virginibus efficiuntur, nonnulla repetiuero, vt ex hac qualicunque collatione, magis ac magis veritas inclarescat. Et quidem natura comparatum est, vt arbores quædam sua sponte nascãtur, & herbarũ genera non pauca sine cultore proueniant. Sunt etiam animantiã, quæ ad procreandum nullos, vel non magnos labores suscipiunt, ac suum tamen genus tuentur. Cæterùm vt homo ex homine generetur (de piisque ac impiis loquor) rem longè difficiliorem esse constat: adeò multa concurrant necesse est, priusquam suum fœtũ mulier concipiat, suumque partum mater edat, & noua proles huius vitæ lucem aspiciat. Nulla certè post hominum memoriam fuit fœmina, quæ prolẽ sine viri commercio, sine virginitatis iactura, sine pruritu libidinis, sine ardore concupiscentię conceperit: nulla quæ conceptum fœtum absque onere, fastidio, lassitudine in vtero gestaret: nulla quæ insensa valetudine, citra doloris acerbitatem, sine sordibus pareret, ac sine languore suum absolueret puerperium. Volens præterea morbos muliebres & affectus vterinos, vt medici vocant, qui grauidis ad partum vsque accidunt: nam de his [a] Hyppocrates, [b] Aetius, [c] paulus Ægineta, plurésque rerũ medicarũ periti accuratè scripserunt, eósque prægnantes & puerperæ vel inuitæ sentiunt. Hinc illæ stomachi exundationes, continuæ vomitiones, sputa crebra, oris ventriculi arrosio, cibi fastidium, carbonũ & rerum sordidarum appetentia, quùm more canũ aut nihil omnino, aut malos cibos appetunt, Græci λίτταν siue μαλαχίαν vocant, vt reliquum & longum illum muliebrium calamitatum tenorẽ semel abrumpam: ob quas, vt arbitror, quædã apud Euripidem non omninò frustra queritur:

Omnium, quæ sunt animata & mentem habent,
Mulieres famus miserrima plantæ.

Quocirca velint nolint mulieres, seuerã iusti Dei legẽ, qua veteri maledicto subiiciuntur, nó possunt effugere, sed acerbo sensu doloris vel inuitè restantur, quod aduersus primã parentem mitiò decretũ fuit, id ad se quoque, tãquàm hæredes & filias Euæ, pertinere. Verba legis, quæ à singulis pœnã exigit, in hunc habent modũ: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: in hoc dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Quod alibi vertit Hieronymus: In anxietatibus & doloribus paries mulier. Nonnulli verò reddunt: Multiplicãs multiplicabo tristitias tuas, & gemitũ tuum: in tristitiis paries filios. Quasi dicat mulieri Deus, sicut Chrysostomus interpretatur: Ego quidẽ volebã te citra doloré & ęrumnam viuere, liberámque ab omni mœrore & tristitia, & omni voluptate repleri, & licet corpore circundatam, corporaliũ sensu non affici. At quia non vsa es, vt oportet, tanta prosperitate, sed affluentia bonorũ in tantam te ingratitudinem inuexit, propterea tibi frenum impono, vt ne amplius lasciuias, ad tristitias & gemitus te condemnans. Rem magnæ lætitiæ & filiorũ propagationẽ à tristitia te incipere facia, vt & ipsa quãta peccati & inobedientiæ magnitudo sit, perpetuã habeas memoriã ex perpetuis doloribus, & præsertim tẽpore partus. Et ne processu tẽporis oblitioni tradas quod factũ est, quòd hæc impostura horum tibi causa facta sit, propterea multiplicãs multiplicabo tristitias tuas & gemitũ tuũ. In tristitiis paries filios. Hic significat parturientiũ dolores, multipliciterque illũ laborẽ, quum ferre necesse est: Vt pote, tot mensibus gestare vterum, velut sarcinam pueri, & sentire singulares qui inde oriuntur dolores, & membra distẽdi, & ferre intolerabiles illos cruciatus, quos solæ illæ sciunt, quæ expertę sunt. Nã & mulier ipsa sæpè post mẽses illos, post noctes insõnes, post membrorũ distẽsiones, paruo quodam interuallo facto licet, ante statutũ tẽpus partũ abortiuerit informem & nondũ lineamentis figuratum: vel etiam formatũ quidem, non integrum autem, neq; sanum, vel etiã sæpe mortuũ, vix tamen è periculis elabitur. Et quid dico? sæpè cum fœtu nato commori eas cõtingit: & neque hoc cæteras terret, neque persuadet vt rem fugiant: tantũ Deus tristibus illis insęuit dolorem simul & voluptatem. Propter hoc dicebat: Multiplicãs multiplicabo tristitias tuas, & gemitũ tuũ. In tristitiis paries filios.] quæ Chrysostomi oratio vt genuinum huius loci sensum explicat, sic & longam illam calamitatũ ve-luti catenam mulieribus impositã continet, simúlque singularem Dei iustitiam cõprobat, tantas pœnas de muliere prima sumentis, quæ primum à serpente decepta, & virũ initio peruertit, & vtrunque sexũ inexpiabili ferè noxę obnoxium reddidit. Ex enim à muliere initium peccati factum est, & per illam omnes morimur, vt affirmat [d] Ecclesiasticus. Tùm sicut [e] Paulus testatur, Adã non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit.] Hæc igitur non modò peccati, sed & mortis initium dedit

Proœmium de mulierum miseria, ex earum infelici conditione.

Mulier à Tertulliano grauiter accusata.

Serm. 49. de resurrect. Christi. Eccles. 7. & ibidem Hieronym.

Maria immunis à communi mulierum maledicto.

Serm. 49. de Maria Natiuit. Genes. 3.

Cur decreuerit Mariam cum aliis mulieribus in partu non laborare.

Serm. de laudibus Mariæ ex partu seluaueris. Genes. 3

Auribus mulierum multis Maria libera.

Luc. 1.

Mariam sic ab angelo cõpellari, vt ornatam multis prærogatiuis.

Ibidem vt supra.

a Lib. 1. de morbis muliebribus.
b De vterinis affectibus.
c De curandis passionibus cap. 1.

d Eccles. 25.

1. Tim. 2. 1. Cor. 14. Serm. 21 Lib. de habitu mulieb.

dedit mortalibus, quæ vbi semel virum docuit, cũcta peruertit, digna profectò, cui perpetuum silentium, ne vnquam in Ecclesia doceret, mandato etiam Apostolico imponeretur. Poterat alioquin Adam, vt inquit Ambrosius, inter illas paradisi inconcussus stare delitias, si Eua ibidem cum diabolicis illecebris non fuisset.] Tertullianus verò mulieri tantum non exprobrans & insultans: Tu es, inquit, Diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diuinæ legis prima desertrix: tu es quæ eum inuasisti, quem Diabolus aggredi non valuit: tu imaginem Dei hominem tàm facilè elisisti: propter tuum meritum, id est, mortem, etiam filius Dei mori habuit.] His dissimilia non sunt, quæ Chrysologus in mulieris accusationem adfert vocans malũ causam, peccati auctricem, mortis viam, sepulchri titulum, inferni ianuam, lamenti originẽ, quæ demum iure mãcipetur mœroribus, gemitibus addicatur, viribus infirma, sed lamentis onusta. Demum è Salomone probat Hieronymus, malorũ omnium caput esse mulierem, quia per illam mors in orbem terrarum introierit, ipsaque pretiosas virorum animas capere soleat.

NVNC ad nostram Virginem redeundum est, eò certè laudabiliorem simul & admirabiliorem, quò longius eadem à communi & multiplici mulierum maledicto abfuit: quia verè ac plenè inter mulieres benedicta, ac nullis eiusmodi ærumnis, quas diximus, & ne dicere quidem satis possumus, vnquam obnoxia. Concepit quidem & peperit filium, & grauidis & puerperis annumerata, nec non communi mulierum nomine comprehensa: sed tamen ab istiusmodi morbis muliebribus quos malè sana mater dicam, an nouerca Eua in orbem inuexerat, singulari munere præseruata est. Etenim vt Petri Damiani verbis vtamur. Quæ sine contaminatione concepit, & filium sine dolore procreauit. Non secutus est dolor partum, quia non præcesserat libido conceptum. Dictum namque fuerat Euæ: In dolore paries filios. Quæ sententia in aliis matribus viguit, in Maria verò modum sui iuris amisit. In mulieribus fixa perstitit, in Virgine præualere non potuit. Quæ enim Virgo permansit concipiendo, dolorem sentire non potuit pariendo.] Nec aliter sanè sensit Fulgentius, quùm in hunc modum scribat: Euæ dictum est: In doloribus & tristitia paries, & ad virum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Tribus ergo his malis se subiugant fœminæ, quæ Mariam non sequuntur, dolori, tristitiæ, seruituti.] Hanc porrò nouam Euam esse dicit, cui & concipienti nulla grauedo, & parturienti nulla tristitia potuerit obiiciri, quandoquidem ille qui venerat triste lætificare seculum: ventris non contristauit hospitium.] Vnde si Mariam cum Eua componamus, iustitiæ diuinæ rigor in hac quidem valuit ac viguit: in illa verò nec vim suam exercuit, nec locum vllum offendit. Ac tale quid Angelus subindicare videtur, quùm in ipso ad Virginem ingressu non nisi fausta lætaque nunciat, de gratiæ plenitudine Mariæ gratulans, eámque vt benedictam inter mulieres, quæ Deũ sibi maximè fauentẽ ac præsentẽ haberet, agnoscens ac prædicans. Sic enim ostẽdit, vt verbis vtar Fulgẽtij, ex integro irá exclusam primę sententiæ, & plenam benedictionis gratiã restitutam. Vbi addit præterea, quòd Maria facta sit restauratio fœminarum, quæ per ipsam à maternæ maledictionis ruina probentur esse subtractæ. Virgines autem idem hoc modo compellat: Venite virgines ad Virginem & lætamini: ponite maledictionem præuaricationis, & benedictionem restaurationis assumite. Proiicite dolores, quos Eua per serpentem accepit: & quos per Angelum Maria suscepit honores, assumite.] Sentit proculdubio Fulgentius, Mariam à reliquis mulieribus in immensum abesse, quòd non solùm à communi sexus maledicto semper vixisset immunis, sed & illarum fœminarum princeps esset ac regina, quæ à coniugij sollicitudine, & carnis voluptate solutæ, cælesti sponso se totas consecrant, illique soli liberè seruiunt. Affirmat igitur [a] Ambrosius, quod ante illum notauit & [b] Cyprianus, potiorem virginum, quàm vxorum esse conditionem, quòd illæ cum Maria ærumnis careant, quibus ex Dei lege mulieres astringantur. Hinc & illa [c] Bernardi vox: Benedicta tu in mulieribus, quæ illam generalem maledictionem euasisti, qua dictum est: In tristitia paries filios: & nihilominus illam, qua secutum est: Maledicta sterilis in Israel: ac singularem consecuta es benedictionem, vt nec sterilis manens, nec cum dolore parturias.] De aliis verò virginibus, quæ hanc Mariæ benedictionẽ aliqua ex parte consequuntur, idem Bernardus alibi hoc disserit modo: Felices virgines, quæ sponsum suũ Christum accipientes, illi se soli subiecerunt, cuius iugũ suaue est & onus leue, eique soli tota & integra mẽte placere desiderant, qui sanè speciosus forma præ filiis hominum, non diuidentes mentem suam, ita vt nec ex parte cupiãt, & sollicitæ sint placere Deo, nec ex parte placere viro: sed se totas integras reddunt illi, à quo acceperunt vt essent, & receperunt vt benè essent.]

Maria secum virginea multierum maledicto liberas tenet.

In eodem Serm.

De felici statu virginum, quę soli Christo vacant.

SVNT porrò & alia, quæ Marianam virginitatẽ vt rem omninò mirandam, omnibúsque magnificiendam doceant. præsertim si Virginis huius vitã in animum sedulò reuocemus. Viuit cum Maria Ioseph, & multis quidem annis per quàm familiariter: ducit ille sponsam in Ægyptum, & ab Ægypto reducit, solus sæpè cum sola domi versatur, & in conuiuio, & in thalamo illi præstò est, ambo iter longinquum & secretum vna conficiunt. Hæc argumenta Bernardus profert, vt probet, non arduũ modò sed etiã incredibile multis videri posse, quod Maria eo præsertim tempore, & iuuentute floręte, quum spõsum in virum haberet, virgo prædicetur. Illáne virgo erit, quæ puerum in vtero gestat, & post nouem menses conceptum parit, ac natum pleno lactat vbere, omnibúsque maternis fouet officiis, vt paruulus educetur? A seculo non est auditũ, inquit, quòd virgo esset, quę peperit, quod mater esset, quæ virgo permãsit. Nunquã iuxta rerum ordinem virginitas, vbi fœcunditas prædicatur: nec fœcunditas, vbi virginitas integrè cõseruatur. quomodo igitur potuit hoc persuaderi generi humano vniuerso orbi terrarum, in Maria Virgine semel factum esse, quod factum non fuerat, nec fieri in æternum, vt virginitas & fœcunditas in illa obuiaret sibi?] Audiat omnis ætas, inquit Augustinus, quod nunquam audiuit: virgo partu suo nupsit, virginitatem dum panderet duplicauit, filium quem genuit adorauit.] Ac iterum: Virgo sine viro grauidatur,

Maria virginitatem quotidiana cum Ioseph familiaritas, facit admirabiliorem.

Serm. 3. in vigilia natalis Domini.

Serm. 6. in natali Domini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

viri nesciam sermo Dei maritat: simul facta est mater & virgo: mater facta sed incorrupta: virgo habens virum, nesciens virum, semper clausa, sed non infœcunda.] Quis obsecro, si sapiat, non demiretur, quod virginitas conceptu clarescit, quod partum virginitas comitatur, quod generatio assignat virginem, quod virginitas probat matrem, & matrem vicissim virginitas glorificat, quod virginea grauitas matris honorat, ac decus maternum virginitas assequitur, decus verò virgineum magis fœcunditate seruatur? vt Hillefonsi verbis vtamur. Ac inter alia quidem miracula, quæ diuinam virtutem nobis illustrant, orbique comprobant, nullum ferè augustius, quàm mortuorum ad vitam resuscitatio celebratur. Atqui virginem parturire maius est miraculum, si Ambrosio credimus, quàm mortuum reuiuiscere. Hoc enim aliquoties, quemadmodum [a] Elia, [b] Elisæo, [c] Paulo precantibus: illud verò semel duntaxat in orbe factum est, nec in posterum fiet. Nec est dissimile quod affirmat Theophylactus: Maius est, inquit, Christum è Virgine nasci, quàm à mortuis resurgere.] Notauit & [d] Petrus Damianus, Mariam in virgineo suo partu, quem edidit, Sanctorum omnium virtutes ac signa præcelluisse. Tùm Sophronius in Synodicis, quæ in sexto Constantinopolitano laudem publicam meruerunt, præcipuis Euangelij miraculis annumerat, Mariam ante partum, & in partu, & post partum intemeratam virginem permansisse. Quid multa? ænigma inextricabile videri potest, talem reperiri creaturam, de alterius esse genitam, quæ vicissim de sua carne authorem patrémque suum generet, non ab alio quàm quem peperit fœcundata, & quæ eidem simul & filia & sponsa & mater existat. Etsi verò quod Virgo vna concipiat & pariat, summum sit miraculum omnibus ætatibus celebrandum, tamen fateri quoque cogimur nonnulla illic naturæ effecta accedere, quæ ad naturalem hominis generationem concurrere solent. Maria quippe quum fœmina esset, ac per florentem ætatem generare filium posset, formādo corpori materiam præbuit, vterum subministrauit, alimentum præstitit, fœtui nouem mensibus fouit. Cæterùm vt Anselmus aliique docti sentiunt, eiusmodi generationem miraculosam potiùs quàm naturalem habendam ac iudicandam esse res ipsa conuincit, vt potè quum dominicæ incarnationis author fuerit Spiritus sanctus, qui supra naturæ ordinem humanæque intelligentiæ captum in sacro Virginis vtero tàm admirabiliter est operatus, vt ex purissimo eius sanguine sacrosanctum Christi corpus formaretur, eique tū anima, tùm diuinitas simul coniungeretur, matre in ipso conceptu & partu filij semper integra virgine perseuerante, nullúmque molestiæ vel doloris sensum experiente.

Serm. 3. in natali Domini.

Lib. de virgin. Mariæ cap. 2. Lib. de assūpt. virginis cap. 5.

Præcipuum miraculum resuscitatio mortuorum.

a 3. Reg. 17. b 4. Reg. 4. c Actor. 20. d In vita Dominici loricati.

Quale quantúque sit miraculum, Mariam virginē parere.

CAPVT II.

Mariæ virginitatem, vt eximium Dei opus, quod paulatim orbi patefactum est, nos suspicere ac venerari oportere.

Tribus de causis Mariæ virginitas nobis valde cōsideranda & suspicienda. Mariæ virginitas multos offendit, quū primum de illa prædicaretur.

HIc iam audire mihi videor siue mussitantem aliquem, siue obstrepentem: Quid tu nobis tā multa de vnius virginitate? Dicam igitur cur visum sit superiora præfari, atque vt valdè raram, sic etiam meritò suspiciendam Mariæ virginitatem vtcunque delineare. Primùm quidem, vt minus illorum vel imbecillitate, vel stupiditate commoueamur, qui hoc mysterium primùm auditum ægrè sunt assecuti: deinde verò, vt Dei sapientia & bonitas in hoc doctrinæ genere magis omnibus elucescat, ac postremò vt & Iudæorum perfidia, & Christianorum multorum socordia rectiùs inde coarguatur. Etenim si prima nascentis Ecclesiæ tēpora spectemus, quibus Apostolica prædicatio viguit ac floruit, nullum sapientibus dubium esse potest, quin plurimi passim reperirentur, quibus ingratum, durum, absurdum adeóque incredibile videretur, quod primi illi fidei nostræ Doctores de Mariæ virginitate virginisque partu constanter & publicè concionabantur. Quare Ignatius, qui Apostolorum vidit ætatem, & illius Ecclesiæ certamina expertus est, non semel de impiis queritur, quòd Mariæ Virginitatem proscinderent atque infectarentur. Partum virginis, inquit, calumniantur.] Tàm nouum & insuetum, adeoque à communi hominum sensu & iudicio alienum, imò & ridiculum, & fabulosum plerisque visum est, quùm de salutifera cruce Domini, & Mariæ perpetua virginitate necessariam exigi fidem audirent. Animalis quippe homo, vt Paulus affirmat, non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere. Audiens enim Paganus, quòd Saluator clausa velut ianua sit in mūdum ingressus, qui corpus tamen crassum & loci indigum circumferat (Theodori Ancyrorum Episcopi verbis vtor) audit id quidem, sed nō credit miraculo, huius rei rationem inquirens. Quùm verò audit postea, quod virgo Saluatorem pariens, virgo persistat, sermonem hunc stultitiæ deputat, ac Deo Deique miraculo fidem habere detrectat.] Igitur huc quoque Pauli dictū pertinet: quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes. Sensus enim carnis est, inquit Ambrosius, diffidere, Dei potentia virginem peperisse, quia hoc mundi ratio, qui cognatus est carni, non recipit.] Idémq; rursus alibi: Quid tàm impar, quàm Spiritus sanctus & corpus? Quid tàm inauditum, quàm virgo prægnans contra legem, contra consuetudinem, cōtra pudorem, cuius charior cura est virgini?] Hanc ergo generationem vt inauditam, sic incredibilem esse dicit, quam Esaias quidem fore prædixerit, sed per reuelationem non intelligens, quemadmodum illa futura esset: hoc enim mysterium non hominis, sed Angeli ad ipsam ac puerperam virginem destinati ore depromi oportuisse.

1. Cor. 2.

Ambr. de virginib. lib. 2.

Ad Virgines lib. 3.

Ambr. lib. de virginit. cap. 6.

In Epist. ad Philadelphēses, Magnesianos.

QVID ergo mirum, non modò Iudæos valde stupidos & ceruicosos, sed etiam Ethnicos humanę Philosophiæ ac eloquentiæ vanæ studiis inflatos, mundíque sapientes omnes ab hoc dogmate, quod humanæ rationis captum excedit, diu ac multum abhorruisse? Nulla est mortalibus intelligendi vis atque subtilitas, nulla doctrina & præscientia tanta, quanta dæmonibus naturæ viuacitate & ingenij acumine præstantissimis competit: qui tamen in hac sunt ignoratione versati, vt Mariam Virginem simul & Deiparam esse non arbitrarentur. Tria enim sunt mysteria quæ Deus in terris ita peragi voluit, vt & huius mundi principem lateret, & à nobis accuratè considerarentur, Mariæ virginis, eiusdem partus & Christi mors, quemadmodum & Damascenus annotauit. Tantóque magis Mariæ virginitas dæmonibus primùm ignota mansit, quòd illos falleret tùm desponsatio Virginis cum Ioseph viro contracta, tùm familiaris ille & domesticus vtriusque connictus, vt idcircò de his duobus, sicut de aliis omnibus coniugibus, nihil nisi vulgare sentirent. Igitur Mariam aliis mulieribus exæquabant, quæ post viriles amplexus virginitate corrupta vterum gestant, & liberos pariunt. Quod autem hoc mysterium dæmones ignorauerint, ex Theologis primus vt opinor, [a] Ignatius, & post illum [b] Origenes confirmauit. Vtrumque ducem non solùm [c] Hieronymus, sed & [d] Basilius Magnus aliique plures non grauatim sequuntur. Etsi enim tanta sit dæmonis versutia & perspicacitas, vt illum naturæ arcana non fugiant, & virginem à corrupta discernere facilè possit mille artifex: tamen singulari Dei nutu factum est, vt ille diuini partus rationem, & quod in Maria gerebatur mysterium ignoraret. Hoc enim cognitum ille ad infectationem grauissimam statim rapuisset, vt non solùm in Christum infantulum, sed etiam in eius matrem immaniter grassaretur. Est interim probabile, quod quidam, vt [e] Chrysostomus, [f] Damascenus, [g] Theophylactus asserunt, versutissimum Satanam, quum ex [h] Esaiæ vaticinio Messiam peccati & mortis destructorem è virgine procreandum intellexisset, magnoperè in obseruandis virginibus aduigilasse, vt sciret quænam illarum tandem in Messiæ matrem deligeretur. Qui deinde quum Mariam Ioseph viro desponsatam cerneret, minus ab illa virgine, vti dictum est, sibi suóque regno metuendum putauit. Hac autem arte callidissimum fallere, & non potentia fortissimum debellare voluit insecrutabilis illa Dei sapientia, qui sapientes, sicut in libro Iob scriptum legimus, in astutia eorum apprehendit, & consilium prauorum dissipat. In eundem sensum Basilius docet, virginitatis insidiatorem & obseruatorem, mundi huius fuisse principem Diabolum, qui Mariani coniugij specie illusus, mysterium non deprehenderit: sic enim veterem quendam Theologum, Ignatium scilicet aut Origenem, tradidisse. Ac eodem concedit Ambrosius, multas rationes adferens, cur Mariam viro esse desponsatam virginem decuerit, priusquàm in matrem Domini eligeretur, & inter alias hanc adiicit: Non mediocris quoque causa est, vt virginitas Mariæ falleret principem mundi, qui quum desponsatam viro cerneret, partum non potuit habere suspectum. Fallendi autem, vt dixi, principem, fuisse consilium, ipsius Domini verba declarant, [a] quum Apostoli iubentur tacere de Christo, [b] quum sanati prohibentur gloriari de remedio, [c] quum dæmones præcipiuntur silere de Dei filio. Fallendi, vt dixi, principem mundi fuisse consilium, etiam [d] Apostolus declarauit, dicens: Sed loquimur

Nomines à dæmonibus ingenij subtilitate & sensu acumine vincti.

Orat. 3. de Natiuitate Mariæ.

De Mariæ virginit. & virgineo partu, dæmones ignorasse, & quam ob causam.

a In Epist. ad Ephes. b Homil. 16. in Luc. c In 2. cap. Matth. d Hom. de humana Christi generat. e Groit. in annunciat. Mariæ f Lib. 4. de fide Orthodoxa cap. 15. g In 1. cap. Matth. h Esai. 7.

Ad fallendū Diabolū Mariam quoque virgo desponsata fuit.

a Luc. 6. b Luc. 19. c Marc. 1. & Luc. 4. d 1. Cor. 2.

Quomodo Deus nescierit. Satā de virgineo partu.

Satan virginitatis filius obseruator, ne quis illarum Messiæ fieret mater.

Lib. 5.

De humana Christi generat.

In 1. c. Luc.

Lib. de virgin. cap. 6.

Matth. 2.

1. Cor. 2.

Pro Sanctis patribus veteris testamenti.

Matth. 1.

Lib. de virgin. cap. 6.

Ad Virgines lib. 3.

Ambr. lib. de virginit. cap. 6.

Ambr. lib. de virginit. cap. 6.

*Ambr. lib. de virginit. cap. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

chel,[a] mater Sampsonis,[b] Anna Samuelis parente vt alias præteream, ex quibus septem vxores aliis dissimiles in sacris literis teste[c] Ruperto memorantur. Etenim licet natura steriles, aut propter senectutem ætate ad sobolem generãdam impeditæ forent, tamen præter communem naturæ cursum & ordinem inclytos filios procrearunt. Cuiusmodi matronarum exempla, sicut [d] Chrysostomus etiam annotauit, benedictam inter mulieres Mariam, quę maiore miraculo virgo mater futura esset, pulchrè adumbrabãt, & ad finem virginei partus crassos rudésque homines quasi manu ducebant. Nam propter hoc steriles iltæ fuerunt (Chrysostomi verbis vtor) vt credatur virginitatis partus, ipsæque nos manu ducant ad fidem promissionis.] Neque dissimili consilio ductus Lucas, Euangelium suum nõ aliunde quàm à Zacharia & Elizabeth voluit exordiri, ab his porrò ad virginem parituram statim delabitur, nimirum vt à minore miraculo ad grãdius illud, quod in Maria successit, Lectorem commodè traduceret atque promoueret. Etenim si Ioannis mater, anus licet sterilis ac effœta, quod per naturę facultatem non potuit, gratia Dei duce filium promissum concepit ac peperit, cur adeò mirum ac incredibile videatur, eadem summi numinis effectrice virtute, Mariam nec ætate senem, nec natura sterilem, in ipsa virginitate fœcundam atque Deiparam reddi? Vnde Lucã explanans Theophylactus, in hæc verba scribit: Quia virgo paritura erat, præordinauit Deus, vt vetula pareret, non secundum legem naturæ, tametsi ex viro.] Gregorius verò Nyssenus rem fusius explicans, in hũc modum disserit: Zacharias non solum Sacerdos, verum etiam prophetiæ dono ornatus erat: vis autem prophetiæ in libro Euangelij præscripta prædicatur, quum diuina gratia viam hominibus parans ad hoc, ne incredibile putarent, ex Virgine partum edi posse, minoribus miraculis antè, exercendo fideles ad assentiendum & credendum assuefacit. Sterilis ad decrepita filium parit: id quasi præludium est, & principium exstitit miraculi, quod in Virgine subsecutum est. Vt enim Elizabeth non potentia ac virtute naturæ mater fit: quippè infœcunda & sobolis expers consenserat: sed ad diuinam voluntarem pueri natiuitas refertur: sic virginei partus incredibilitas per hoc, quod ea res refertur ad Diuinam voluntatem, probabilitatem in se continet.] In eundem sensum scribit Cyrillus Alexandrinus, quũ aduersus Anthropomorphitas disputat, sed locum breuitatis studio prætermitto, Gabrielis Angeli oratione contentus. Is quippè de hoc diuino partu Mariam instruens, vt præsentis miraculi fidem adstruat, omnémque mentis humanæ dubitationem non Virgini soli, sed nobis etiam eximat, significanter adiungit: Et Ecce cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.] Igitur quod in Ioannis matre sterili Deus est operatus, vt cælestem potius, quàm naturalem in pariendo virtutem illi cõferret, id in Christi quoque Matre & potuit, & voluit effectum reddere, nihil vt necesse sit humanæ vel cognitioni, vel rationi vel consuetudini magis, quàm diuinæ potentię in re tanta deferre atque tribuere. Præterea ne Maria quidem in orbem prodiit, nisi è sterilibus parentibus, vt diximus, miraA biliter nata, nimirũm vt hominũ animi ex minore miraculo quod in auia Domini contigit, ad fidem maioris miraculi de partu virgineo facilius erigerentur, sicut Damascenus obseruauit. Sed & Christo ex Virgine iam edito, suam Deus benignitatem iterum declarauit, quum fidem de Matiæ perpetua virginitate non statim per Apostolos tradi, neque à quoquam exigi voluit, velut infirmis nempe parcens vasculis, quæ hoc Euangelici mussi genere haud tutò prægrauarentur. Petiit enim cælos Christus, & Spiritum sanctum in discipulos vbertim effudit, priusquam inter alia secretiora fidei nostræ arcana hoc mysterium per illos orbi proderet, ac paruulis aliis reuelaret. Nam velut industrius agricola, semen suum sparsit, & sic agro mandauit, vt rationem etiam haberet temporis, quo rectè iactum semen felicius excresceret, ac maiores fructus B adferret. Tàm clementer, tam prouidè nobiscum egit Deus, vt sublimis de hac virginitate doctrina mundo paulatim innotesceret: & quia res humano sensu atque intellectu non potuerat comprehendi, viam quasi præstruxit mortalibus, vt ad veræ fidei rationem facilius adducerentur.

Cæterum quo istiusmodi gratia Dei ad fragilitatem humanam subleuandam effusior fuit, eò grauiore noxa ingrati Iudæi sese obligant, qui quum legis ac Prophetarum peritiam sibi arrogent, tantam lucem ipsis primùm patefactam, iámque toto terrarum orbe fulgentem, cœcis oculis prætereunt, adeóque insani repudiant, ac peruicaciter auersantur. Ac Iudaico quidem fermẽto vitiatos dixerim, qui ex qualicunque Satanæ Synagoga ebullisti, C ne parum & ipsi diuino numini aduersentur, aut virginem peperisse negant, aut Mariam non perpetuò Virginem mansisse contendunt. Sunt porrò qui huius doctrinæ lucem in Ecclesia diuinitus accensam agnoscunt, & Mariam Virginem libere confitentur, sed hoc Dei opus, vt alia fere communia, parui admodum æstimantes. Nam si de vulgo Christianorum loquendum est, rerum sacrarũ plerique fossi sunt, pro dolor, adeò negligentes, vt quod de Christo, de Maria aliisque fidei mysteriis legunt, audiũt, profitentur, id sola consuetudine & vulgari hominum persuasione contenti, recipiant quidem & approbent, sed quod nullo pietatis gustu, nullis viuacis animi sensibus complectantur: tantùm abest vt inde ad singularem Dei potentiam, sapientiam, bonitatem tùm intuendam, tùm amandam assurgant. Igitur ex multis vix paucos reperimus, qui hoc illustre miraculum Propheticis & Euangelicis literis celebratum in animum studiosè reuocent, reuerenter obseruent, sæpe suspiciant, rémque illam non solùm dignitatis, sed & vtilitatis, & consolationis, & admonitionis plenam esse sentiant. At quanto melior ac diligentior Virginis nostræ contemplator, simul & amator Bernardus fuit, qui quùm angelicam legationem ad Virginem diuinitus destinatã perpenderet, ex feruore Spiritus in hæc verba protupit: O admirandam & omni honore dignissimam Virginem: ò fœminam singulariter venerãdam, super omnes fœminas admirãbilem, parẽtum reparatricem, posterorum viuificatricem. Missus est, inquit, Angelus ad Virginem: Virginem carne, Virginem mẽte, Virginẽ professione, Virginem denique qualem describit Apostolus, mente & corpore sanctam. Nec nouiter, nec fortuito inuentam, sed à seculo electam, ab altissimo præcognitam, & sibi præparatam, ab Angelis seruatam, à Patribus præfiguratam, à Prophetis promissam. Scrutare Scripturas, & proba quæ dico.] Neque solùm Bernardus, sed & multò ante Chrysostomus dicta Lucæ verba tractauit: Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem, quibus non vulgarem eiusdem Virginis commendationem contineri, sequenti sermone monstrauit. Missus est, inquit, Gabriel ad Virginem, vt mulieris dedecus in honorem conuerteret. Missus est Gabriel, vt puro sponso thalamum pararet. Missus est Gabriel, vt inter creaturam, & Creatorem sponsalia celebraret. Missus est Gabriel ad animatum palatium Regis Angelorum. Missus est Gabriel ad Virginem desponsatam quidem Ioseph, sed seruatam filio Dei. Missus est seruus incorporeus ad Virginem immaculatam. Missus est à peccato integer, ad corruptionis expertẽ.] Ar quotusquisque nostrum, quùm Euangelium de MARIA legitur & cantatur, viua fide in illam Virginem rapitur, eiúsque præstãtiam cum Chrysostomo venerabundus intuetur? Egregius autem MARIAE contemplator Petrus quoque Damianus fuit, qui magna illius admiratione commotus, ex animo dixit: O mirabiliter fœcunda virginitas, quæ nouo & inaudito miraculo & Mater dici possit & Virgo. Qui toto mundo non capitur, puellæ innuptæ membris infunditur. Sentiebat quidem pondera ventris, quæ pudorem non amiserat castitatis. Mirabatur partus insignia, quæ nulla viri A nouerat contagia. Erat spes in partu, quùm non fuisset voluptas in coitu. Immensum cõcepit, æternum genuit, genitum ante secula parturiuit, qui sibi & munus fœcunditatis attulit conceptus, & decus virginitatis non abstulit natus.] Luculenter hæc sane non vnum, sed multiplex Virginis nostræ miraculum arguunt, quod non suspicere, non venerari ego stupidorum ac ingratorum potius, quàm piorum proprium esse duco. Sed & eximiè pius Gregorius ille Nyssenus se continere non poterat, quin ad tantæ Virginis contemplationem admirabũdus exclamaret: O miraculum ingens, Virgo mater sit, & Virgo permanet, vides opus nouum naturæ. In aliis fœminis, quamdiu Virgo aliqua est, mater non est. Posteaquàm enim mater facta fuerit, virginitatem non habet, hîc vero duo illa nomina simul concurrerunt, eadem enim & Mater & Virgo est: ac neque virginitas partũ prohibuit, neque partus virginitatem soluit.] Reliqua id genus tum ex Origene, tum aliis ex Patribus recensere supersedeo, quòd superiora plus satis esse arbitrer, non solum ad veterum in hac Virgine suspicienda sedulitatem reuerentiámque commendandam, sed etiam ad supinam præsentis seculi socordiam coarguendam, quo summa Dei opera, & præstantissima quæque in MARIA Dei miracula, prò dolor, fœdissime negliguntur, frigidissimẽque considerantur. Facit interim suum officium Ecclesia, quæ filiorum animos, vt posteà dicemus, sæpe admultum ad huius tãti mysterij memoriam rite celebrandam excitat ac impellit.

CAPVT TERTIVM.

Quibus de causis decuerit Mariam virgineam esse matrem, ex qua Christus conciperetur ac nasceretur.

VT NON INGRATVM Lectori, ita neque institutio nostro alienum fore putamus, aliquas si causas hoc loco reddamus, ob quas visum sit sapientissimo Deo, non aliã matrem nisi Virginem deligere, quæ ipsum Dei filium modo ineffabili procrearet. Digna profectò res, cuius causas sedulo inquirerent, nobisque scripto consignarent Patres, quantum humani quidem intellectus, qui arcana diuina omnia nequit peruestigare, fert exiguitas, & summa Dei sapiẽtia mortalibus manifestare dignatur. Illud in confesso est, Deum inde ab initio voluisse, omnia vero quæcũque voluit fecit, ac deinde per Prophetam prædixisse, Virgo vt conciperet ac pareret Emanuelem. Cæterum non modo licet, sed & decet & prodest diuinæ huius voluntatis atque dispensationis causas, curiositate semota, modestè inquirere, sedulóque contemplari. Hæc enim animaduersio veram & necessariam in Ecclesia fidem illustrat, ac deinde singularem Dei suauiter ac fortiter omnia disponentis prouidentiam comprobat: tum ciusdem numinis effusam erga nos beneuolentiam magis magisque commendat, ac demum Christianis animis haud vulgarem consolationem & doctrinam adducit. Quod si Scriptura, si ratio postulat, vt humana mens authorem suum, eiúsque diuinam potentiam, sapientiam & bonitatem in hoc inferiore mundo, eiúsque certa gubernatione relucentem obseruet, ac grato pectore celebret, quanto nos demum pluris facere, & à maiore gratitudinis studio summum illum diuini numinis amorem prosequi conuenit, quo demum factum est maximũ vt redemptionis humanæ mysterium non solum per se decentissime, sed nobis etiam vtilissime simul inchoaretur atque perficeretur?

IGITVR vt ad rem ipsam accedamus, quam ex venerandis Patrum vestigiis indagare certum est, primum ex Apostolo [a] Paulo & Martyre [b] Irenæo satis constat, quòd primus ille Adam, de terra nempe terrenus, secundi qui de cælo cælestis accesserit, & noui mundi quasi princeps fuit, imaginem gesserit, nobisque repræsentarit. Quemadmodum ergo primus de terra immaculata, & sicut veteres appellant, Virgine formatus prodiit: id quod haud sine magno Creatoris miraculo contigit: ita profecto decebat, eandem Dei virtutem præpotenter accedere, vt alter Adam Christus, non nisi ex Matre Virgine supra omnem naturæ ordinem procrearetur. Qua de re Basilius Magnus præter alios multos hoc scriptum nobis reliquit: Quando primus Adam non ex viri ac fœminæ congressu processit ad ortum, sed è terra formatus est, vltimus Adam vt veteris illius contagionem corruptelámque instauraret sua nouitate, corpus assumpsit in virginali vtero formatum, vt per carnem in simi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

litudinem esset peccati.] Sed & Christum cũ Adamo ita componit Ambrosius: Adam de terra Virgine natus est, & Christus de MARIA Virgine procreatus. Illius maternum solum necdum scissum fuerat: istius maternum secretum nunquam concupiscẽtia violatum. Adam Dei manibus plasmatur è limo: Christus Dei Spiritu formatur in vtero. Vterque ergo oritur cũ Patre, vterque Virgine vtitur Matre.] Succinctius verò Augustinus: Primus Adam, inquit, de limi materia figuratur. Ecce etiam nunc secundus Adam quasi de intacta ac rudi terra Virginis de carne formatur.]

Serm.37.

Sermo.1.in natali Domini.

Maria Virgo ad Christũ generandum electa vt obediẽdo Mater esse vniuersi sicut Eua virgo peccando fuit mater mortalium.

NEQVE solùm Adæ, sed & coniugis eius Euæ rationem hîc habere voluit Deus, vt quod in prima illa omnium morientium parente veluti typo præcessit, id in MARIA omnium matre reuiuiscentium pulchrè consequeretur. Vnde sicut Eua dum adhuc Virgo esset, in transgressione inobedientiæ fuit, ita rursus per MARIAM Virginem obedientiæ gratia facta est, annunciato aduentu in carne de cælo, & vita æterna.] Sic enim habet Epiphanius à Cornario versus, meliore autem dignus interprete, quem breui proditurum speramus. Irenæus rem eãdem clarius explicat, quemadmodum antea citauimus, quum in hunc modum scribit: Sicut Eua quum esset Virgo inobediens facta, & sibi & vniuerso generi humano causa facta est mortis: Sic MARIA habens prædestinatum virum, tamen Virgo obediens & sibi & vniuerso generi humano causa facta est salutis.] Nec multò pòst subiicit: Quod alligauit Virgo Eua per incredulitatem, hoc Virgo MARIA soluit per fidem.]

Lib.3.aduersus hæres. ca.33.

Quomodo Maria Virgo & Domini Mater typo primæ mulieris fuit fecerit.

In eandem sententiam dixit Tertullianus: In Virginem adhùc Euam irrepserat verbum ædificatorium mortis. In Virginem æquè introducendum erat Dei verbum extructorium vitæ, vt quod per huiusmodi sexum abierat in perditionem, per eũdem sexum redigeretur in salutem.] Neque dissentit Cyrillus Hierosolymitanus, quum hanc collationem adducit: Eua ab initio de quo nata est? quæ Mater conceperat illam, quæ Matrem non habuit? Dicit enim Scriptura, quòd de latere facta est Adami. Nunquid igitur Eua quidem de latere viri sine Matre nascitur: de virginali autem vtero sine vito nihil nascetur? Mutuata est à viris fœmineo generi gratia. Eua enim ex viro nata est, & nõ ex matre concepta, sed ex solo viro tanquam partu edita. Reddidit igitur MARIA gratiæ huius mutuum officium, & non ex viro, sed ex ipsa sola impolluto, ex Spiritu sancto virtuteque Dei peperit.] Quibus consonans Damascenus: Quemadmodum, inquit, prima mulier Eua ex Adam citra coitum formata est ita & MARIA supra communẽ naturæ cursum, nouum Adam in lucem edidit, licet ipsa communi aliarum prægnantium lege & consuetudine vterum gestare videretur.] Quam Christi & MARIAE cum primis illis parentibus collationem, si Fulgentium ducem sequimur, sic demum confirmare licebit: Primum hominẽ mulier corrupta mente decepit: secundum hominem Virgo incorrupta virginitate concepit. In primi hominis coniuge nequitia diaboli seductam depranauit mentem: in secundi autem hominis Matre, gratia Dei & mentem integram seruauit & carnem. Menti contulit firmissimam fidem, carni abstulit omninò libidinem. Ille de limo plasmatus

Catech.12.

Genes.2.

Vt Eua de latere viri sine matre nata, sic & Christus ex virgine sine Patre generatus.

Lib.4.de fide Orthod. cap.15.

Ser.de duplici Christi Natiuit.

Primorum parentũ fœmatio, Christi ex Virgine Natiuitatem præfigit: & adumbrauit.

A terrenos protulit: iste de Spiritu sancto natus, cælestes effecit.] Ac alibi rursus: Quia in conditione generis humani, quæ de solo vito facta est, contigit vt mortis vinculo teneremur obstricti: hoc in redemptione humani generis diuina bonitas egit, vt per virum, qui de sola muliere natus est, vita hominibus redderetur. Illic humanam naturam nequissima deceptione sibi diabolus in peccati similitudinem sociauit: hîc Deus humanam naturam in vnitate personæ suscepit. Ibi fœmina decepta est vt fieret filia diaboli: hîc Virgo gratia repleta est vt fieret Mater summi atque incommutabilis vnigeniti Dei. Ibi Angelus delectus per superbiam, seductæ mulieris animam obtinuit, hîc Deus humilians se per misericordiam, incorruptæ Virginis vterum ex ea nasciturus impleuit.] Verùm hæc abundè satis, vt intelligat Lector, magnum subesse mysterium, si cum Christo & Matre eius Virgine, primi parentes Adam & Eua rite conferantur, id-

Lib. de fide ad Petrum cap.2.

que ad partum quoque Virgineum pertinere.

Secunda causa.

ACCEDIT quod Matrẽ habere Virginẽ, Christo & eius maiestati maximè cõpetit, vt inde vtrius eius natura illustretur, rectiùsque à mortalibus cognoscatur. Est ille nimirum verus ille Melchisedech, qui sine patre, sine matre esse Paulo dicitur, quãdoquidẽ & matrẽ in illa diuina generatione ne sciuit, & patrẽ in MARIAE partu seu natiuitate humana respuit, ex Patre solo natus ante secula, & ex Virgine sola ortus in hoc seculo, sicut Ambrosius annotauit. Qua de re locus apud Lactantium extat insignis, qui arcanum hoc explicat mysterium, cur Christus vt Deus è solo Patre, atque vt homo à Matre sola Virgine sit procreatus. Ipse enim inquit, Pater Deus & origo & principiũ rerum, quoniam parentibus caret, ἀπάτωρ & ἀμήτωρ à Trismegisto verissimè nominatur, quòd ex nullo sit procreatus. Idcircò etiam filium bis nasci oportuit, vt ipse fieret ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ. In prima enim Natiuitate spirituali ἀμήτωρ fuit, quia sine officio Matris à solo Deo Patre generatus est. In secunda vero carnali ἀπάτωρ fuit, quoniam sine Patris officio, virginali vtero procreatus est, vt mediam inter Deum & hominem substantiam gereret, nostram hãc fragilem imbecillémque naturam quasi manu ad immortalitatem posset ducere, factus est & Dei Filius per Spiritum, & hominis per carnem.] Eôdem Tertulliani spectat oratio, qui decuisse negat, vt ex semine humano Dei Filius nasceretur, ne si totus esset filius hominis, non esset & Dei Filius, nihilque haberet amplius Salomone. Ergo iam Dei Filius, inquit, ex Patris Dei semine, id est, Spiritu, vt esset hominis Filius, caro ex sola erat ex hominis carne sumenda sine viri semine.] Tum luculenter dixit Maximus: Dei Filius absque intacta natus est fœmina, vt Deum pariter & hominem testaretur partus humanus, & Deum probaret æterna virginitas.] Postremò quum sit interpretes Ignatij vt antiquissimi, ita & veterrimi Martyris authoritas, non possum illius verba præterire, præsertim quòd supradictas rationes breuiter explicet atque confirmet: Adæ corpus, inquit, ex quatuor elemẽtis confectum est, Euæ corpus ex ipsius Adæ latere: & insolens admirandique partus ille Domini ex sola Virgine, non quòd detestanda sit legitima commixtio, sed quòd huiusmodi partus decebat Deum. Decebat namque Creatorem

Ser.4.de Natiuit. Domini.

Ortus Christi ex virgine, Baptismi Sacramentum & fructum declarat.

Creatorem non consueto, sed peregrino & admirando vti partu, vtpotè omnium opificem.]

Tertia causa.

PRAETEREA singularem Christi puritatem innocentiámque declarat, quòd Matrem habet Virginem, ne quis aliòquin putet, illum vnà cum reliquis Adæ filiis impurè conceptum & natum, vllàque peccati labe cõtaminatum, & idcirco Mediatoris officio indignũ esse. Vnde qui erat Agnus sine macula, & mundi peccata expiaturus venerat, ex sola puráque Virgine concipi voluit ac generari. Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, vt Paulus testatur Hebræis. Ac vere quidem segregatus à peccatoribus, quum hoc purissimo conceptu simul & ortu sese ab iræ filiis aperte distinguat. Aliòquin si ex communi lege iudicandum est, quicunque de viri & fœminæ concubitu vel concipitur, vel nascitur, ex pudenda carnis prodit concupiscentia, eúmque non solùm peccato subiici, sed etiam Redemptore quodam indigere necesse est. Verum de Christo ita Fulgentius: Dei Filius vnigenitus, qui est in sinu Patris, vt carnem hominis animámque mundaret, susceptione carnis atque animæ rationalis in carnatus est: & qui est Deus verus, homo verus factus est: non vt alter Deus esset, alter homo, sed idem Deus, idem homo. Qui vt illud peccatũ, quod in concubitu mortalis carnis generatio humana contraxit auferret, conceptus est nouo more. Deus incarnatus in Matre Virgine, sine coitu viri, sine libidine concipiẽtis Virginis: vt per Deum hominem, quem absque libidine cõceptum, inuiolatus edidit Virginis vterus, ablueretur peccatum, quod nascentes trahunt omnes homines: quibus in corpore mortis huius, talis est nascendi conditio, vt matres eorum fœcunditatis opus implere nõ possint, nisi priùs carnis virginitatem amiserint. Solus igitur abstulit peccatum conceptionis atque natiuitatis humanæ Deus vnigenitus, qui dum conciperetur, veritatem carnis accepit ex Virgine, & quum nasceretur, virginitatis integritatem seruauit in matre. Ista causa est, qua Deus factus est Filius Virginis MARIAE, & MARIA Virgo facta est Mater vnigeniti Dei, vt quem Pater genuit ex æternitate, ipsum Virgo conceptum proferret in tempore.] Atque hinc non obscure constat, quàm apte[a] Paulus & [b] Augustinus dixerint: Christũ Dei filium non in carne peccati, sed in similitudinem carnis peccati, ac veluti sanum medicum ad sanandos ægrotos accessisse. Quum igitur nuptialis concubitus in carne peccati fieri non possit sine illa carnis fœda & impura concupiscentia, quæ accidit ex peccato, sine hac ipsa concipi voluit, qui futurus erat sine peccato, vt Augustini verbis vtamur.

Burat ex Virgine nasci debuit, qui impuros erat purificaturus.

a Roman. 8. b Lib.3.de peccatorum meritis & remissione cap.12. Lib.1. de nuptiis & concupiscentia cap.22. Serm.5. de natiuit. Domini. Quarta causa.

ADDE, quod mirãdus hic Christi ortus ex Virgine nobis in hoc quoque seruiat, vt sacri Baptismatis admoneamur, ac pulchram eius velut imaginem adumbratam habeamus. Leo Magnus figuram hanc sic explicat: Originem quam sumpsit Christus in vtero Virginis, posuit in fonte Baptismaris. Dedit aquæ, quòd dedit matri: virtus enim altissimi & obumbratio Spiritus sancti, quæ fecit vt MARIA pareret Saluatorem, eadem facit, vt regeneret vnda credentem.] Ac rursus: Omni homini renascenti aqua Baptismatis est instar vteri virginalis, eodem Spiritu sancto replente fontem,

A qui repleuit & Virginem: vt peccatũ quod ibi vacuauit conceptio, hîc mystica tollat ablutio.]

Quinta causa.

KVRSVS, quod Christus ex pariente Virgine prodeat, absolutam illã nouitatẽ, nouámque generationẽ designat, quã orbis inuocator hominumq; Saluator perfectè in fine mundi præbebit electis. Non enim satis illi visum est, miserorũ nunc animas quærere, & è corruptis quasi castas virgines reddere, sibique desponsare, sed & iustorum corpora demum reformare, suóque glorioso corpori conformare decreuit. Quum verò corpus hoc corruptibile, quemadmodũ Paulus loquitur ad incorruptionem perduceret, hominem etiam exteriorem, tanquam Virginem ab omni carnis impuritate sensúque libidinis immunem, omníque ex parte purum & integrum, id est, sibi simillimũ reddet. B Purus igitur & ipse tot virginum Sponsus non ex corrupta, sed pura Virgine prodiit, nimirum vt optimam illam humanæ vitæ rationem, quæ cum Angelis purissimis nobis erit æqualis, hac etiam ratione monstraret, & suis quasi præluderet. Rectè igitur Gregorius ille Nyssenus: Decebat eũ inquit, qui propter integritatem & corruptibilitatẽ vniuersitatis, in humana natura versatus est, initium facere ab ea, quæ natiuitati eius inseruiret integritate atque incorruptibilitate.] Nec alienum est, quod scripsit Ambrosius: Ille qui carnem sic suscepit, & sic homo factus est, vt hominem redimeret atque à morte reuocaret, inusitato tamen quasi C Deus itinere venit in terras, vt quemadmodum dixerat: Ecce facio omnia noua, partu etiam immaculatæ Virginis nasceretur.]

Sexta causa.

Christus de virgine procreatus, institutum virginale omnium dat.

ADHAEC, Christum ex Virgine mundo dari congruebat, vt virginitatis institutum anteà inusitatum, ac etiam Iudæis probrosum, pòst natum Redemptorem multò & gratiosius & illustrius in Ecclesia afficeretur. Igitur ex omnibus mulieribus eã sibi matrem delegit, quæ virginitatis floreret gloria, eámque non solùm in orbem veniens, sed & per mortem ex mundo discedens, charissimóque discipulo virgini commendans, peculiariter cohonestauit. Decebat enim prorsus, doctore Cyrillo Hierosolymitano, vt purissimus puritatis Doctor ex thalamis puris prodiret. Et Ambrosij dictum est: Speciale sibi donũ virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit atq; repræsentauit, quod elegit in matre.] Hic consonat Iunilius: Ipse, inquit, in fine seculi assumpsit hominem de carne Virginis, vt virginitatis se gloriã potius quàm nuptias diligere probaret.] Neque minus luculenter Augustinus: Diligamus præ omnibus castitatem, quia vt placere hanc sibi Christus ostenderet, pudicitiam vteri Virginalis elegit.] Vnde quod in Euangelio de Eunuchis suo erat tempore traditurus, vt credentes multos ad perfectam pudicitiam, Deóque & Angelis gratam virginitatem perduceret, id partim in se ipso, partim in Matre sapientissimè præmonstrauit, bonus vtique & perfectus magister, qui facere cœpit & docere, idem Virginis filius, virginúmque sponsus, virginali vtero corporaliter natus, & virginali connubio spiritualiter coniugatus, vt Augustini verbis vtamur. Tàm pulchre seruauit decorum CRISTVS, non contentus, vt ipse Pontifex esset secundũ ordinẽ Melchisedech sine patre, sine matre ἀγενεαλόγητος hoc est, sine nuptiis, nisi & Propheram virginem,

Catech.12.

Epistol.81.

In Genesim.

Sermo.7.in natali Domini. Matth.19.

Aller.1.

Lib.de sanctæ virginit. cap.2.

Christus nõ solum ex Virgine nasci, sed etiam à Virgine baptizari & describi maximè voluit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

à quo primùm annunciaretur & baptizaretur, & A præcipuum Euangelistam virginem, à quo perfectè describeretur sibi adiunxisset.

Septima causa. Matrię virginitas docet, vt Christo virgines animas exibeamus.

Est et spiritualis quædam virginitas, quæ Christiani hominis mentem à peccati labe puram integramque conseruat, vt prudens ac volens à Christo velut vnico sponso se nulla ex parte diuelli & abstrahi patiatur, sed fidem illi datam sanctissimè præstet. Hanc virginitatem nobis & credentibus omnibus illud testatiorem facit, quod totius puritatis fons & amator, qui non habitat in corpore subdito peccatis, & in animam maleuolam non ingreditur, ex matre duntaxat Virgine, eáque non minus animo quàm carne prorsus immaculata generetur. Vt hinc moneat etiam Tertullianus, decuisse prorsus, vt Dei Filius, nouæ natiuitatis dedicator, noué de Virgine nasceretur. Vnde Cyrillus Hierosolymitanus, Dominum vt virgines efficiat animas, de Virgine nasci voluisse confirmat.

Sap. 1.

Lib. de carne Christi. Catech. 12.

Octaua causa. Mariam Virginem à Deo eligi, vt eius persona & dignitas magis honoretur.

Praeterea isthæc diuini numinis dispositio singularem vim habet ad Mariam & eius præstantiam magis magisque mortalibus commendãdam. Hi certè, nisi sint stupidi homines, facile animaduertunt, inter tot virgines quamlibet selectas hanc vnam excellentissimam esse, quoniam inde ab æterno summo Dei consilio prædestinata, & per Archãgelum Gabrielé euocata, vitæ gratiæque fontẽ, suæque castitatis fructum Christũ orbi produxit perdito. Quomodò enim perfecta mentis & corporis virginitate non resplenduit, in quo virtutum genere vlli Sanctorum illa cessit, quæ immaculata immaculatum peperit mundi Redemptorem? Talis eligitur Virgo de toto mundo, inquit Augustinus, quæ tantum haberet meritum, vt Dei Filium in semetipsam susciperet, & post partum omni modo Virgo permaneret.] Testatur Basilius quoque Magnus, tantam Mariae virginitatem ac puritatem extitisse, vt in aliis fœminis nihil æquale, Deóque gratius reperiretur. Et æqualis Basilij Gregorius Nazianzenus carmen edidit, in quo Mater Domini de seipsa in hunc modum loquens introducitur.

Serm. 10. in natali Domini.

De humana Christi generat.

De Christo patiente.

Οὐκ οἶδα τέρψιν, ἢ λόγῳ κλύειν φέρω,
γραφῇ τελεῖσθαι, ὄδε γὰρ πάντα σκοπεῖν
ἐγὼ προθυμος, παρθένον ψυχὴν δ' ἔχω.
ὁμοῦμι τὸν σύμπαντα σαφῶς εἰδότα
μὴ δ' ἄν θελῆσαι, μὴ δ' ἄν ἔννοιαν λαβεῖν.

Hoc est:

Libidines auersor, vt nec verbula
Audire, picturã nec eas feram aspicere.
Spernendo siquidem hæc, virginem animum possideo.
Testem facio quem latere potest nihil,
Nunquam vlla placuit, nec animum cœpit Venus.

Ser. 6. & 15. de natali Domini.

Atque vt ad Augustinum redeam, fatetur is palàm, virilem appetitionẽ nõ fuisse in Maria Virgine tàm sancta, ad quam Spiritus sanctus venire dignaretur: Virgine tàm speciosa, quam Dominus sponsam eligeret: Virgine ràm copiosa, cuius generationem cunctus orbis exciperet, demùm Virgine tàm casta, vt etiam post partum Virgo esse posset, ac sanctior etiam fuerit effecta. Ac prudenter sane Thomas Aquinas docet, quandoquidem Christi corpus per Spiritum sanctum formari debuit, oportuisse prorsus eam fœminam, de qua suum Christus corpus assumpsit, spiritualibus maximè donis imbui ac repleri, vt non solùm eius anima virtutibus fœcunda, sed venter etiam prole diuinâ prægnans esset. Vnde oportuit, inquit, non modò mentem eius à peccato immunem esse, sed & corpus eius ab omni corruptela carnalis concupiscentiæ elongari.] Quis ergo, si sapiat, & Christiano saltem sit spiritu præditus, talem ac tantam Virginem non honoret, quam Deus ipse tanti fecit, & ad mysterium hoc augustissimum conuenientem instruxit: quâ & Christus ipse cùm sæpe alias, tùm quando in orbem veniens decus virgineum parenti non abstulit, sed conseruauit & auxit, insignitérque cohonestauit: Non enim de terra, vt Ambrosius loquitur, sed de cælo vas sibi hoc, per quod descenderet, Christus elegit, & sacrauit templum pudoris.] Quid Mariam non honorauit, qui talem fecit, vt ipse in illa fieret? qui præterea illi & munus fœcunditatis attulit cõceptus, & donum virginitatis non abstulit natus, vt alicubi loquitur [a] Augustinus? Nec tacet [b] Sophronius, Christum sponsum virginum ideircò matrem virginem elegisse, vt ipsa omnibus esset exemplum castitatis, in qua velut in speculo, resulget forma virtutis. Verùm de hoc Christi Domini & Matris eius exemplo imitando, quod male casti Sectarij auersantur, ac prorsus indignè tractant, nos alibi disseremus.

Lib. de Virgin. cap. 5.

a Serm. 3. de natali Dn.

b Serm. de Assumpt. Virginis.

Postremo si Augustino credimus, oportebat caput nostrum propter insigne miraculum secundum carnem nasci de Virgine, quo significaret, membra sua de Virgine Ecclesia secundum Spiritum nascitura.] Ac sæpe quidem hoc ipsum repetit Augustinus, vt Lectorum instigat animos, quod in Virgine præcesserit, hoc in Ecclesiam sanctam rectè competere. Mariam certè descendit Spiritus sanctus, eidem virtus altissimi obumbrauit, in eâdem Christus plenus gratia & veritate habitauit, sua illi munera cumulatissimè impertiuit, pudicam & incorruptam perpetuò conseruauit. Quis vero prudens ambigat, hos gratiæ spiritualis effectus, hæc varia & illustria Christi dona ad sanctam Ecclesiam peruenire, & omnibus quidem ætatibus in illa Christi sponsa, dicam & arca reperiri? Hæc ipsa est immaculata concubitu, fœcunda partu, Virgo & casta perpetuo: hæc concipit non è viro, sed spiritu: hæc parit non dolore, sed gaudio: hæc nutrit non vbere corporis, sed lacte doctoris, vt apud eundem August. legere licet. Eódem planè spectat quod succinctè quidem, sed euidenter dixit Gregorius Magnus: Sicut Maria Christum peperit Virgo, & post partum incorrupta permansit: ita & mater Ecclesia filios Dei sine dolore generat, & Virgo semper illibata perseuerat.] Isidorus verò qui ante annos mille in Hispania floruit, Maria, inquit, Ecclesiam significat, quæ quùm sit desponsata Christo, Virgo nos de Spiritu sancto concepit, Virgo etiam parturit.] Atque vtinam hæc notent Ecclesiæ desertores, qui dum noua falsaque ferunt aut defendunt dogmata, profectò non minore flagitio sese obstringunt, quàm si Deo sacratam Virginem, ipsámque Christi Matrem ad stuprum nefarium solicitarent. Atqui, vt vere Cyprianus ostendit, adulterari nõ potest sponsa Christi, in corrupta est & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatẽ casto pudore custodit.] Quæ satis fuerint, vt arbitramur, ad qualemcumque rationẽ de Mariae virginitate reddendum his,

Zeb. de Sacr. Virgin. ca. 6.

Nunc enim Maria virgo Christum concipit, & parit: nunc Ecclesia Christum baptizat, & parit.

Serm. de natali Dn.

Tom. 1. lib. 2. de virginit. ca. 4.

Tom. 2. in Psal. 44.

Tom. 3. lib. 2. de Trinit. ca. 1.

Tom. 4. epist. 91. ad Ianuar. ca. 9.

Tom. 5. lib. 2. de Symbol. ad Catech. ca. 4.

his qui rectam & sincerã discendi adferũt cupiditatem, ac de re ipsa positis affectibus iudicãt. Poterat alioquin hoc argumentum quod latissimè patet, explicari fusius & amplificari, sed gratius Lectoti fore confidimus, si capita rerum potius iudicemus, quã citra necessitatẽ singula persequamur. A

CAPVT QVARTVM.

Scripturæ diuinæ testimonia virginitati MARIÆ patrocinari, & Matthæi locus excussus de sollicitudine Ioseph à sua sponsa diuertere meditantis.

Non minus cauẽdi hostes clam latitãtes, quàm aperti & cauis præsenti.

Plvs iam satis experimur, siue afflictæ Matris Ecclesiæ faciem tristissimam intueamur, siue varios præsentis argumenti oppugnatores consideremus, quàm verè dici soleat, hostes domesticos externis & barbaris nocentiores, ac proinde magis cauendos esse, quòd nullum sit bellum intestino perniciosius. Contemni fortasse poterat argutia Philosophorum, surdisque præteriri auribus Ethnicorum rabies, & stupiditas Iudæorum Mariae virginitati impudenter oblatrantium negligi, quando seipsos potius quàm illam insani atque blasphemi homines velut in cælum, expuentes, commaculant atque conspurcant. Atsi Ambrosium de simili argumẽto differentem sequimur, hæreticorum pertinacia, fidem de Mariae virginitate tot tantísque modis confirmatam negãtium, detestabilior est, quàm Iudæorũ incredulitas, adeóque dæmonum immanitas, qui sæpè vel inuiti hanc veritatem agnoscunt & cõprobant. Certe nec à Iudæis, nec à Dæmonibus tãtum periculi, quantum ab hæreticis Ecclesiæ imminet, qui sub velamento pij nominis, sermonẽ serpentinæ disputationis effundunt, atque veritatem Catholicam vertẽdo ad suæ doctrinæ rabiem, diabolico more traducunt, ouiúmque simplicitatem defraudãt, vt verbis vtar Ambrosianis. Quid verò aliud sibi propositum habent versipelles, nisi vt Deiparam candidissima pulcherrimáque veste (sic enim virginitatem appello) nefarie spolient, & ex Virgine non virginem faciant impudenter? Cõtra quas beluas arma sumturi, gladium Spiritus, quod est verbum Dei, primum arripiemus, deinde illos etiam milites in aciem producemus, quorum virtus in hostibus Ecclesiæ subigendis, & in multis errorum monstris profligandis præclarè iam olim effulsit. Etsi enim contra Iudæos multa, quæ Mariam Virginem probent, in medium attulerimus, tamen aliis etiam telis ex eodem diuinæ Scripturæ armamentario depromptis vtemur, vt minus habeant aduersarij, quo se causámque suam aduersus veritatis columnam Ecclesiam tueantur. At si nonnullis vt prolixum, ita molestum videbitur hoc studium nostrũ, quod in citandis tot argumentis atque testimoniis bona fide præstamus, veniam tamen aliquam, vt spero, præsens diligentia impetrabit, ac saltem hoc nobis donabit Lector, vt quas escas ipse fortãsis ex paratis atque propositis ferculis non attigerit, aliis mensæ sociis gustanda permittat.

Hæretici Iudæis & dæmonibus quadãtenus nocentiores, magisque tamen.

Propositio de tractatione sequenti.

Principio Mariae virginitas tacite insinuatur, si non diserte traditur, quum in Paradiso seductori serpenti loquitur & interminatur Deus: Inimicitias ponã inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. Vbi nulla quidem viri sed mulieris duntaxat ac fœminis eius fit mentio seminis inquam, tàm sancti ac efficacis, cuius virtute caput maledicti victorisque serpentis contereretur, & omnes vbique gentes benedicerentur. Quod vaticinium rectè intellectum, non in Euam, sed in Mariam proprie competit, quæ licet in muliebri sexu versetur (nam & virgines mulierum nomine continentur) nihilque rei cũ viro habuerit vnquam, tamen hoc cæleste semen accepit ac protulit. Idcirco autẽ Christus semen mulieris appellatur, vt sciamus naturalem illum mulieris filium existere: sicut Scripturæ phrasis mulieris semen accipere solet. Quod verò idem non viri dictus est semen, ob Mariam contigit, ex qua Virgine illũ, nasciturum esse clare significabatur. Ita hùc locum intelligit [a] Cyprianus, & [b] author minime contemnendus, qui de viro perfecto scripsit, de illo in hũc modum differit: Mater Domini nostri Iesv Christi in illa tũ muliere promissa est. Hæc inimicitiis opposita est serpentis: Ponã, inquit, inimicitias inter & mulierem: non certe pono dicit, ne ad Euã pertinere videretur. Verbũ promissionis est, quod transmittitur te futura. Ponã, inquit, inimicitias inter te & mulierẽ: id est, sisscitabo mulierem, quæ repudiata facilitate credendi, non solùm te non audiat, sed ipso etiam Gabriele deferẽte verbum, rationem de promissionis exigat nouitate, dicendo: Quemadmodum erit istud, quoniam virum non cognoui? Ecce istud semen mulieris, quod nõ per traducem genitalium ministeriorum, commixtione sexus vtriusque infunderetur in vterum, sed clanstro clauso indeploratæ Virginis inueniretur in vtero. Ex hac ergo, semen promissum est mulieris, quod semen secundùm hominẽ Dominus Deus noster est, qui non infusus est in vtero, sed inuentus, Euangelista cõfirmante, quum dicit de Maria: Inuenta est in vtero habens.] Omitto cætera, quæ ab eodem Theologo adferũtur, vt Mariam à reliquis discernat mulieribus, quibus ad cõcipiendum & pariendum fœtum non suum tantum, sed & viri semen est necessarium: in huius autem virgineo vtero, non Patris, sed Matris semen vnicum suffecisse, vt Dei filius, etiam hominis Filius ex semine Dauid secundum carnem efficeretur. In eundẽ fere sensum scribit Leo Magnus hoc loco denuncians serpenti futurum semen mulieris quod noxij capitis elationem sua virtute cõtereret, Christum scilicet in carne vẽturum, qui natus ex Virgine, violatorem humanæ propaginis incorrepta natiuitate damnaret. Plures Patrum sententias, quæ hùc spectant, & à nobis alibi repetuntur breuitatis studio prætermittemus.

Cur Christus semen mulieris, non viri in Scriptura dicatur.

a Lib. 2. testimoniorum aduersus Iudæos ca. 9.

b In operibus Hieron.

Genes. 3.

Matth. 1.

Rom. 1.

Serm. 2. de natiuit. Domini.

Deinde quum in sacris literis nihil otiosè tradatur, obseruatione dignum est, quod Moyses in Leuitico diserte præcipit: Mulier si susceperit semine pepererit masculum, immunda erit. Vbi Origenes admonet, Mariam à legislatore prudẽter & significanter excipi, ac verè Virginem illam designari, quæ Verbum carnem factum pareret, sed

Secundus Scripturę locus, pro Mariæ virginitate.

Leuit. 12.

Hom. 8. in Leuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine susceptо semine, quia non viri opera, sed Spiritus sancti virtute accedente, Deum hominem suo vtero complecti ac gignere debuerit. Origenē verò sequitur Theophylactus, qui eandem Moysi legem tractans, Virgo, inquit, non concepit de semine, sed ex Spiritu sancto peperit: vnde nulla iam necessitas vrgebat, sed volēs implere legem venit in tēplum.] Loquitur autem de lege purificationis, quam expleto puerperio suo Deipara obseruare voluit, licet ea non teneretur, quandoquidem non susceptо semine masculum peperit, sed Virgo concepit, Virgo peperit, ante & post partum clausa permanens, quod & [a] Eusebius Emissenus obseruauit. Eadem [b] Bedæ, [c] Bernardi ac aliorum est sentētia, Moysen nimirū in alias mulieres hīc ferre legem, sed Christi Matrem, quia Virginem, data opera excipere, tacitéque monere de ventura muliere, quæ supra naturæ ordinē absque semine masculum procrearet. Aliôquin frustrā omnino diceret: Mulier si concepto semine pepererit, quum nulla possit parere, nisi semen viri concipiat prius, & amittat virginitatem, Deipara sola duntaxat excepta. Quanquam non me fugit, quosdam in alia esse opinione, quòd asserant, hunc locum iuxta Hebraicā veritatem non quadrare dicto mysterio, quod vulgatæ quidem editioni est consentaneum, vt ab hac lege virgo pariens excipiatur. Quis autem prudens leuiter æstimet aut negligat, quod Græci Latinique Patres concorditer tradiderunt, quódque Iudæis etiam obiicit Galatinus?

In 2. cap. Luc.

a In Hom. de purific. Maria.
b In 2. cap. Luc.
c Ser. 3. de purificat. Maria.

Tertius locus. Exod. 13. Num. 8. Luc. 2. d Hom. 14. in Luc. e Lib. 2. in Luc. f In 2. Luc.

EIVSDEM Moysi dictum atque decretum est, sicut citauit & Lucas: Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. Hoc veteres vt [d] Origenes, [e] Ambrosius, [f] Theophylactus ita interpretātur, quasi Moyses discrimen aliquod statuat inter MARIAM & alias fœminas parientes: his enim viri concubitu maternum vterum aperiri, vt ad generandam prolem fœcundæ reddantur: soli autem Deiparæ conuenire, vt non à viro, sed ab ipso Filio atque primogenito singulari quodam modo aperta fuisse dicatur. Nullus masculus aperit vuluam, inquit [g] Gregorius Nyssenus, sed consuetudo viri cum muliere: igitur dictū illud de Domino est intelligendum.] [h] Epiphanius verò de Christo agēs: Hic est, inquit, qui vere aperuit vterum matris. Omnes enim quotquot geniti sunt primo geniti (quò etiam castius dicam) nō potuerunt hoc implere: verum solus vnigenitus, qui virgineū vterum aperuit, in hoc enim solo perfectum est, & in alio nullo.] Scimus autem aduersarios qui MARIAM in partu Virginē negant, hoc ipso Moysi dicto ad suum tuendū errorem abuti, quum audiunt de vteri patefactione, quæ de more parientibus accidit. Quē nos scrupulum, vel potius errorem, ne quis eo fallatur, posteà reiiciemus.

g In lib. testimoniorum. ex vetери Testamento.
h Contra Anidicomarianitas hæres. 78.

Psalm 131. Quartus Scripturæ locus, pro Mariæ virginitate.
Lib. 3 aduersus Marcionem.

EODEM referri potest & illa Dei promissio, quæ Dauidi Regi facta est: De fructu ventris tui ponam vel collocabo super Sedem tuam, vel super Thronum tuum. In quæ verba Tertullianus: Quis iste venter est? inquit, ipsius Dauid? vtique non: neque enim pariturus esset Dauid. Sed nec vxoris eius; non enim dixisset: Ex fructu ventris tui, sed potius ex fructu ventris vxoris tuæ. Ipsius autem dicendo ventrem, superest vt aliquem de genere eius ostenderit, cuius vētris fructus esset caro Christi, quæ ex vtero MARIÆ floruit. Ideóque & fructum ventris tantùm nominauit, vt proprietatem ventris, quasi solius ventris, non etiā viri: & ipsum ventrem ad Dauid redegit, ad principem generis & familiæ patrem: nam quia viro deputare non poterat, Virginis eum ventrem patri deputauit.] In eundem sensum, docet Irenæus: Messiam scilicet hoc loco ex Dauidico genere nasciturum prædici, sed per Virginem, non de fructu lumborum aut renum patris Dauid, neque ex viri mulierisque complexu. Et Augustinus similem adfert interpretationem, dum ita scribit: Poterat dicere, ex fructu femoris tui. Quare ex fructu ventris voluit dicere? Et illud quidem si diceret, verum diceret: sed significantius dicere voluit, ex fructu ventris, quia de fœmina natus est Christus, quò vir non accesit.]

Lib. 3 ad uersus hæres. cap. 27.

In centum ca. sim Psal.

Superior autem promissio quam diximus, ex verbis Prophetæ Nathan desumta videtur, per quem Deus seruum suum Dauid affatur: Cúmque completi fuerint dies tui, & dormieris cum Patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, vel secundum Hebræos de intestinis tuis. Id quod haudquaquam ad Patrem, vti dictum est, sed ad Matrem, ex cuius intestinis Christus exiit, referre conuenit: quandoquidem sola Virgo, quæ fuit filia & caro Dauid, Regem hunc & filium Dauidi promissum generauit, quum aliôquin reliqui pueri, quotquot nascuntur, non sine lumbis viri, paternáque virga egrediantur.

Confirmatur illa prior ratio. 2. Reg. 7.

Quinto loco.

NEC prætereunda Dei vox & aperta promissio, quę Achaz Regi, & vniuersæ domui Dauid facta est: Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: ECCE VIRGO concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomē eius Emanuel. Quid enim illustrius, quid accommodatius in rem præsentem potest desiderari, quàm quod Euangelicus Propheta Esaias de Virgine non modò conceptura, sed & partura, prædixit? Matthæus verò in MARIA cōpletum esse confirmauit, & cū eo Apostoli prædicauerunt, ac vniuersa demum Ecclesia tot seculis tantóque consensu vbique gentium profitetur, sicut abundè aduersus Iudæos posteà conuincemus, nihil vt necesse sit hunc locum pluribus vrgere & explicare.

Esai. 7.

Secundum Hieron.

CONSONAT & illud præclarum Hieremiæ dictum: Nouū faciet Dominus super terram, MVLIER circundabit virum. Secundum Aquilā locus ita vertitur: Creauit Dominus nouum in fœmina, hoc est, in MARIA. Nihil autem conditum est nouum in fœmina, nisi quod ex MARIA Virgine editum est sine commercio Veneris Dominicum corpus, vt apud Athanasium legimus. Sensus est: Rem prorsus inusitatā & seculis omnibus inauditam qui præpotens omniū author est Deus ostēderet, quando in sexu fœmineo deliget sibi vnā, quæ non ab altero viro virum suscipiet, nō humana lege concipiet hominem, sed intra viscera intacta & integra virū claudet, ita sane, vt intrante & exeunte Domino iuxta alium Prophetam, Porta orientalis clausa iugiter perseueret, vt Bernardi verbis vtamur: Verūm his aliisque veteris instrumenti locis & figuris non immorabimur, quum de illis iterum aduersus Iudæos nobis sit decertandum.

Jer. 31.

Aquila.

In cant. ser. 74.

IGITVR vt ad nouum Testamentū accedamus, nescio equidem, an quisquam Patrum ex illo plura testimonia quàm Ambrosius congesserit, quibus MARIAE virginitas adstrui possit. Repetit enim ex Euangelio, quod Ioseph & MARIA non conuenerint, quodque Maria dixerit Angelo: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoui? quod præterea Lucas Virginem illam nominatim appellarit. Citat & illud quod apud Matthæum legimus: Ecce Virgo in vtero concipiet: additque de Ioseph historiam, qui quoniam prægnantem sponsam videbat, cum qua rem non habuerat, dimittere illam statuebat. Profert demum ex Ioanne, quid Christus de cruce Matri & discipulo dixerit, velut hoc etiam ad probandam huius Virginis integritatem vim habeat, sicut [a] Epiphanius & [b] Hieronymus annotarunt. Verùm hæc scripturarum vel indicatio, vel enumeratio vt valdè succincta, sic multis quod vereor, obscura, paucis verò grata fuerit, ac aliquod explicationis lumen profectо requirit. Nos ergo de Lucæ testimoniis, qui vel solus ad Mariæ virginitatem adstruendam sufficerit, posteà videbimus: nunc ex Matthæo duntaxat excepturi, quæ vt minimum Ebionitas refellant, vtpotè primos & præcipuos Marianæ hostes pudicitiæ, qui ipso etiam Apostolorum seculo in dominico agro, vt pessima zizania, pullularunt. Quod hominum genus adeo fastidiosum ac nefarium fuit, vt contemptis reliquis Euangelistis, solum iuxta Matthæum Euangelium recipere dignarentur, quemadmodum post [c] Irenæum indicat [d] Theodoretus. Agè igitur Matthæum isti superbi audiant, qui alios non audiunt, & ex eo saltem de Iosepho Mariæ viro, qui eam ante partum Virginem certo certius deprehendit, cognoscat, ne pergant in sacram Virginem adeo esse petulantes atque contumelioſi. Vbi non abs re fore arbitramur, si paulo fusius declaremus ac illustremus, quæ Matthæus miro quodam compendio complectitur, vt insignis Euangelij locus, à multis fortasse parum animaduersus, ad causam Virginis vindicandam rectius accipiatur.

Matth. 1.

Ioan. 19.

a Contra Antidicomarianitas hæres. 78.
b Lib. aduersus Heluidium.

Matthæi virginitas aduersus Ebionitas & filios Matthan euangelium adstruenda.

Ioseph Matthei Euangelii receptor ab Ebionitis.

c Lib. 1. contra Valentin. ca. 26. d Lib. 2. hæreticarum fabularum.

Quomodo Matthæus intelligendus quum de sponsi Mariæ & Ioseph sponsi historiam. Luc. 1. Ex qua causa Ioseph de Maria virgine nupta crepuerit suspicari. Cur Ioseph Mariā & celebrare & occultare potuerit.

MARIÆ iam nubili puellæ sponsus Ioseph, de quo posteà disseremus, obtigit, quo cum illa domesticam consuetudinem nondum egerat, quum è Nazarena domo profecta, Zachariam eiusque conjugem inuiseret. Ioseph post menses tres redeuntem ad se sponsam excipit, ac vterum eius intumescentem obseruat, miratus vehementer, quod nuptiis nondum peractis grauidam reciperet, quam abiisse Virginem certò credebat, vtpotè ignarus mysterij, quod internuncio Gabriele in castis Mariæ visceribus fuerat diuinitus inchoatum. Hic multa in mentem illi veniebant, quæ partim Mariæ causam premerent, partim excusarent, quæque iusti viri animum inter spem & metum fluctuantem non parum discrutiarent. Cogitabat humanum videri lapsum, si Virgo in tali ætate, siue volens, siue coacta, quum tamdiu à suis abesset, & peregrè versaretur, à sollicitatore improbo vitiata fuisset. Et auxit illi suspitionem Mariæ silentium, quæ ad se purgandam omnino nihil adferret: fortasse quòd diuinæ confidens prouidentiæ, hoc mysterium alio tempore & non per se, sed per alium viro reuelandum, suamque innocentiam illi declarandam esse speraret. Contra verò æquior erat Mariæ Ioseph, vtpotè vir humanus, non fœrus, & candidus magis quam suspicax, qui ab impotenti illo zelotypiæ morbo, per quem viri in vxores sæpè grauiter exasperantur, grauesque motus concitant, haudquaquam se vinci pateretur. Eoque minus in

suum induxit animum, sponsam adulterij vel crimine, vel suspicione grauandam esse, quod illam ab optimis optimè commendatam, & probatā ab omnibus virginē accepisset, in cuius etiam vita & moribus non nisi admiranda pudicitia simul & eximia sanctitas eluceret. Abhorrebat igitur pius animus ab ea persuasione, vt male castam sponsam crederet quę cōtra Dei legem expressam, contra honestatem publicam, contra fidem sponso datam, contra spectatam siue prioris, siue præsentis vitæ integritatem scortata fuisset. Sed & illud secum fortasse animo reputabat, diuino numini nihil esse difficile, cuius virtute [a] Sara & [b] Elizabetha, licet anus infœcundæ, vterum gestare, & prolem suscipere potuissent, eandem summi Dei potentiam nunc tanto magis in hac Virgine posse operari, quò certius Propheta diuinus de paritura Virgine prædixisset. Sed enim cum his curis & æstibus animi vir anxius torqueretur, nihilque certi de re tanta definire posset, cœpit tandem occulti diuortij consilia meditari, quod sperare hoc clanculario secessu non modo suæ conscientiæ, sed & famæ honorique sponsæ rectius consuli posse. Nam in legem diuinam & disciplinam publicam sibi peccaturus videbatur, si sponsam corruptā & infamem domi conseruaret, vel nuptias cum ea celebraret. Rursus iniquum fore duxit, si crearet periculum innocēti fœminæ, siue in ius illam vocaret, siue impudicam fingeret. Sunt qui non temere cum [c] Origene & [d] Bernardo sentiant, Ioseph summa erga sponsam reuerentia commotum, occultè illam deseruisse voluisse, quod vir modestissimus existimaret, se illius indignum contubernio; quam tot tantisque Dei donibus ornatam suspiciebat, & in quam nulla vel incontinentiæ, vel minimæ labis suspicio cadere posse videbatur. Bernardi verba sic habent: Quare Ioseph voluit dimittere Mariam? Accipe & in hoc non meam, sed Patrum sententiam. Propter hoc voluit Ioseph dimittere eam, propter quod & Petrus Dominum à se repellebat, dicens: [e] Exi à me Domine, quia homo peccator sum: propter quod & Centurio à domo sua eum prohibebat, quum diceret: [f] Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Ita ergo & Ioseph indignum & peccatorem se reputans, dicebat intra se, à tali & à tanta non debere sibi vltra familiare præstari contubernium, cuius supra se mirabilem expauescebat dignitatem.] Sic igitur Ioseph animo secum reputasse, taciteq; dixisse videtur: Ergone cum illa domesticam agam consuetudinem, quæ tantæ grauitatis & exquisitæ puritatis, omnisque virtutis viuum velut speculum & exemplar se mihi, ac omnibus admirandum potius, quam imitandum præbet? Fortasse de Spiritu sancto concepit, vt ego neque mariti, neque mancipij officium illi dignè vnquā possim exhibere. Præstat igitur discedere, quam cum periculo illi cohabitare, in qua mirabilis Deus præstantiora quam ego exiguus assequar, fortasis operatur. Nihil ergo mirum, quod Chrysostomus in hęc verba prorumpat: O ineffabilis laus Mariæ, magis credebat Ioseph castitati eius quam vtero eius, & plus gratię quam naturæ.] Verū enimuerò fidelis & prouidus erga electos est Deus, nec siait illos supra vires tentari, qui per Angelū suum Ioseph admonet dormientem, vt sollicitudinis plenas cogitationes missas faciat, & ad priorem animi redeat tranquillitatem. Ioseph fili Dauid inquit: noli timere accipere

Cur Ioseph Mariam sibi magis habuerit commendatam.

a Genes. 21.
b Luc. 1.

Esai. 7.

Cur Ioseph clàm à Maria diuertere cogitarit.

c Serm. Lex diuersis.
d Hom. 2. de beata Virgine.

Quam reuerenter de Maria senserit Ioseph.

e Luc. 5.
f Matth. 8.

In Matth. 1. Cor. 10.

Ioseph angelica voce mirabilis mysteriū intelligit, & Mariam virginem licet grauidam cōfugere retinet loco.

H

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mariam coniugem tuã, quod enim in ea natum est, A
citra tuam scilicet, ac alterius cuiuscunq; viri opetam, id ex Spiritu sancto est. Quare non humanum lapsum, sed diuinum illapsum huic ascribas Virgini, quæ tibi sponsa dicata est, & cuius intumescentem vterum admiraris. Tantum verò abest, vt illam à domestico conuictu debeas semouere, vt nunc etiam reuerentius tibi veniat adiungenda, quia non nisi Deum nasciturí ex ipsa filij, & summi quidem filij omniumque Redemptoris habet authorem: te verò fidum ministrum, perpetuumque tanti thesauri custodem conseruatura est.

Profuit posteris Ioseph dubitatio de Mariæ virginitate.

Thomas & Ioseph de fide dubitare propter aliorum profectũ diuinitus permittuntur.

Qvis iam prudens, aut modicè saltem peritus non videat, singulari diuini numinis prouidentia contigisse, vt Ioseph de Mariæ virginitate ad tempus dubitaret, eaque vnius dubitatio multis in fide confirmatio, sed & aliis ægris, vel in fide nutantibus quasi medicatio quædam esset? Vnde Ioseph Thomę Apostolo rectè comparatur, quod ambos in aliquam fidei dubitationem prolabi permiserit Deus, vt per hanc quidem dominicæ resurrectionis, per illum verò Marianæ virginitatis credulitas in multorum cordibus magis magisque corroboraretur, sicut Gregorius quoque Magnus testatum reliquit. Facessant igitur & obmutescant non solum veteres Ebionitæ, sed & noui Sternbergeriani, ne impudétissimè mentiantur, Iosephum cum Maria rem vxoriam habuisse, & Christum ex illa sustulisse filium, licet eximiis alioquin dotibus præcellentem. Quid enim dici à Matthæo clarius potuit, quam quod nullus connubialis congressus inter Ioseph & Mariam intercesserit, priusquam illa suum filium vtero complecteretur? Vnde diserte prouideque dixit

Hom. 26. in Euang.

Ebionitę & sternbergeriani multis modis à Matthęo conuincuntur

B

C

& illud Euangelista: Cum desponsata esset Mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent inuenta est in vtero, habens de Spiritu sancto: Inuenta inquam, non solum à Ioseph, cui pro licentia maritali, vt Hieronymus loquitur, Virginis mores corporisque gestus omnes diligenter licuit contemplari, sed ab ipsis etiam Angelis, qui cum Gabriele hoc tantum mysterium diuinumque conceptum in castis illis Mariæ visceribus non poterant ignorare, quique beatissimam Virginem, ac eius animam singulari studio conseruabant, Origene teste. Accedit quod idem Euangelista non contentus Angeli verba posuisse, de suo etiam significanter adiungit: Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem: Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet Filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Quod si Maria ad partum vsque Virgo, & casti Ioseph casta sponsa nó perstitit, frustra prorsus asserit, adeoque falso pronunciat Euangelista, Prophetæ vaticinium in Maria fuisse completum. Post hæc iterum subiicit: Et non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum primogenitum. Qui locus etsi prima fronte Heluidiano dogmati fauere videtur, quod alibi reiiciemus, tamen vel ipso Heluidio teste probat satis, Mariam ad partum vsque Virginem integram & inuiolatam perseuerasse. Atsi tam multa, tam fortia nobis argumenta suggerit Matthæus, quid quantumq; præsidij Lucas suppeditabit? qui Mariæ causam egit diligentius, pluribusque perscripsit, præsertim vbi Virginem illam Angelo respondentem, suæque virginitatis votum adstruentem introducit, vt alibi ex professo dicemus.

Matth. 1.

Luc. 1. Heluidius.

Hom. 2. in missus est.

Matth. 1.

CAPVT QVINTVM.

Patrum testimoniis virginitatem Mariæ abundè adstrui atque aduersus hostes impios defendi.

Spiritus sanctus non solũ Apostolis, sed etiã Ecclesiæ Doctoribus promittitur atque cõfertur.

Matth. 10.

Consensus patrũ, testimoniũ cõsentiens in illis Spiritus sancti.

D

Erte non solum ad sanctos Apostolos & Euangelistas, verum etiam ad probatos Ecclesiæ Doctores siue veteres, siue recentiores præclarum illud Christi dictũ pertinet: Nõ vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Quod si supremus veritatis doctor est Spiritus sanctus, & idem in suis electis organis ac nostris venerandis Patribus loquitur, vt diuinam veritatem atque sentẽtiam, quæ omnibus ætatibus est scitu necessaria, nobis interpretetur atque confirmet, magna certè illorum dictis & scriptis debetur authoritas, præsertim vbi studiosè cõspirant, & vno quasi ore de fidei doctrina contestantur, vnum & idem pronunciantes. Id verò in præsenti argumẽto faciunt, quemadmodum huc vsque multis cõmonstrauimus, ac pluribus etiam illorum sententiis in medium adductis euidẽs faciemus, nimirum vt loquentem in illis ipsis veritatis Spiritum, à quo regitur & docetur Ecclesia, maioris æstimemus, & prædicatam tot seculis Mariæ virginitatem si non aduersariis, qui sæpè Spiritu sancto resistunt comprobemus, ac certè quidem reuerentius amplectamur, firmiusque retineamus. De Ignatio, Iustino, Ireneo, Tertulliano alibi diximus, quod Mariæ virginitatẽ secundo & tertio nascentis Ecclesiæ seculo diserte propugnarint, dictum illud Propheticum aduersariis obiicientes: Ecce Virgo concipiet & pariet Filium:

Hom. 1. in missus est.

Iren. lib. 3. cap. 19.

Igitvr ab Origene Ecclesiarum, vt vocant, magistro incipiemus, qui in hunc quidem modum cõcionatur. Maria desponsata fuit Ioseph, non tamen in cõcupiscentia iuncta, Mater immaculata, Mater incorrupta, Mater intacta, Mater eius. Cuius eius? Mater Dei vnigeniti Domini & regis omniũ, plasmatoris & creatoris cunctorum. Illius, qui in excelsis sine matre, & in terra est sine patre. Ipsius, qui in cælis secũdum Deitatem in sinu est patris, & in terris secundum corporis susceptionem in sinu est matris. O magnæ admirationis gratia. O inenarrabilis suauitas. O ineffabile magnumque Sacramentum. Ipsa est eademque Virgo, ipsa & Mater Domini, ipsa & genitrix, ipsa eius ancilla, plasmatio eius, ipsa quæ genuit. Quis vnquam ista audiuit, quis vidit talia? & quis cogitare potuit, vt mater virgo esset, & intacta generaret, quæ & Virgo permansit, & genuit? Sicut enim quondam a rubus comburi videbatur, & ignis eum non tangebat: & sicut b tres pueri in camino ignis incluſi habebantur, & tamen eos non lædebat incendium, nec odor fumi erat in eis: vel c quemadmodũ Danieli intra lacum leonum incluso, clausţris non apertis allatum est prandium ab Abacuc: ita & hæc Virgo sancta genuit Deum, sed intacta permansit: mater effecta est, sed virginitatem non amisit: genuit infantem, & vt dictum est, Virgo permansit. Virgo ergo genuit, & Virgo permansit. Mater filij facta est, & castitatis figillum non perdidit. Quare? quia non homo iste tantum qui videbatur, sed vnigenitus erat Deus, qui in carne aduenerat.] Vides quam luculenter, quam copiose, quam constanter Origenes doceat, suamque doctrinam Scripturæ probatis exemplis illustret, vt ne quisquam si sapiat, admirabilem & perpetuam Mariæ virginitatem in dubium vocet.

Aqua Mar. inuenta ad quid Virgo concepit.

Hom. 2. in missus est.

Matth. 1.

Daniel. 6.

Il. Cyprianus. Lib. 2. aduersus Iudæos, cap. 9. Serm. de natiuit. Christi.

Quæ miracula Deus in Maria Virgine perpetrauit.

Propriũ Mariæ priuilegium matrẽ Virginẽ esse.

Athanasii testimonium.

Cyprianvs totius Africæ primas & Christi Martyr insignis, non modo Mariam agnoscit, & B
contra Iudæos probat Virginem, sed eius quoque virginitatem sequentibus laudibus, licet paulo aliter ab ipso dispositis, non immeritò vehit: In Maria incendium originale fuit extinctum, nihil illic petiit vitio, nec præcedens delectatio aliquam expetit pœnarum vsuram. Innoxia affligi non debuit, nec sustinebat iustitia, vt illud vas electionis communibus lassaretur iniuriis, quoniam plurimum à cæteris differens natura communicabat, non culpa. Non aliqua naturæ iniuria matrem Domini læsit, quoniam sine tormento peperit, quæ in conceptione caruit voluptate. Vltro maturus ab arbore baiula fructus elapsus est: nec oportuit vellicari, quod sponte prodibat. Erat ei proprium priuilegium, quod nulla mulierum nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quod erat simul mater & virgo, sin- C
gulis titulis insignita. Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & virgini abundantior gloria, quæ carnis & mentis integritate insignis, spirituali & corporali intus & extra Christi præsentia fruebatur.] Præclarè hęc quidem sanctus ille Martyr, paucis multa complectens, quæ summus Deus in hac Virgine cunctis suspicienda seculis, præsertim ob perpetuam & eximiam corporis animique puritatem potenter effecit, quæque in nullo Sanctorum alio liceat reperire.

Il. Hilarius. lib. 10. Apologię aduersus Rufinum. Lib. 10. de Trinit.

Hilarivs Arrianis inuisus, & d Hieronymo tam eloquens iudicatus, vt illum aduersus Arrianos Romani sermonis tubam, Latinæque eloquentiæ Rhodanum vocet, hoc de Maria testatum reliquit: e Quomodo filius Dei hominis filius erit natus, vel manens in Dei forma, formam serui acceperit: si non potente Deo verbo, ex se & carnem intra Virginem assumere, & carni animam tribuere homo Christus Iesus ad redemptionem animæ & corporis nostri perfectus est natus: & corpus quidem ita assumpsit, vt idex Virgine conceptum, formam eum esse serui effecerit? Virgo enim non nisi ex sancto Spiritu genuit.] Et quibusdã interiectis, quum Pauli sententiam: Primus homo de terræ limo: secundus homo de cælo repetiuisset, hæc è vestigio adiicit: Hominem dicens, natiuitatem ex Virgine docuit: quæ officio vsa materno, sexus sui naturam in conceptu & partu hominis executa est. Et quum ait secundum hominẽ de cælo, originem eius ex superuenientis in Virginem sancti Spiritus aditu testatus est. Atque ita quum & homo est, & de cælis est, hominis huius & partus à Virgine est, & conceptus ex spiritu est.] Vbi non sit indecorum, Episcopũ Episcopo, Athanasium Hilario licet paulo vetustiorem, & in eodẽ aduersus Arrianos certamine gloriosum Christi confessorem adiungere. Deus, inquit, & Pater Christi, ob nostram salutem ædificauit sibi domum in vtero Deiparæ Mariæ sine commercio virili, & homo, sicut dixi, factus est] Tum ad Epictetum scribens, Mariam vocat impolluram Virginẽ, in qua nouum huiusmodi conditum fuit, quale in nulla alia fœmina: sicut & sermone quarto aduersus Arrianos disputans, Deiparam Virginem frequẽter appellat, & partim ex Esaiæ, partim è Lucæ verbis demõstrat. Inter cętera verò sic loquitur: Quis quęso omnium, quorum mẽtio fit in sacris historiis, iustorum & sanctorum tum Patriarcharum, tum Prophetarũ ex sola Virgine ortum sui corporis habuit? Aut quæ mulier sine viro vnquam sufficit ad hominis procreationem? quis vnquam ex sola Virgine genitus est?] Præter Christum solum videlicet ex pura Virgine conceptum atque natum.

In disputatione de Niceno Concilio contra Arrium.

Lib. de incarnat. verbi.

Epiphanivs valde grauis & celebris author, *IIII. Epiphanius. In epiſto. ad Paumach. aduersus errores Ioannis Hierosolymitani. Hæres. 78.* qui propter quinque linguarũ peritiam πενταγλώττος, tanteque authoritatis vir, quem ne regnantes quidem Hæretici auderent perfequi, à Hieronymo nuncupatur, contra eos ex professo decertat, Antidicomarianitas autẽ vocat, qui Deiparam virginitatis gloria spoliare non verebantur. Quare inter cætera de illis queritur: Quomodo audent impetereimpollutam Virginẽ, quæ digna facta est habitaculum fieri filij Dei, & ad hoc electa est ex multis milibus Israël, quo vas & habitaculum dignum esset, in signũ solum partus?] Ac iterum: Nemo rursus debacchetur, contumelia afficiens sanctam Virginem: absit enim, non fuit copulata carni post partum, neque ante partum Saluatoris.] Huc transfert Euangelicam historiam de Christo in cruce pendente, qui matrem suam Virginem nulli alij Apostolorum, quam soli Ioanni propter virginitatem commendarit, atque tradiderit, quum diceret: Ecce mater tua. Quanquam non esset, inquit, mater ipsius Ioannis secundum carnem: sed vt ostenderet ipsam Matrem esse principem virginitatis, quoniam ex ipsa vita erat.] Ac paucis interpositis: Si non fuisset verè ipsius mater, quæ secundum carnem peperit ipsum, non sanè de ipsa curam habuisset, vt semper Virginem commendaret, quæ mater quidem facta est propter dispensationem, impolluta autem erat propter honorem erga ipsam, & vas admirabile. Dicit autem Euangelium: Et ab illa die accepit ipsam ad seipsum. Si verò habuisset virũ, si habuisset domum, si habuisset filios, in sua fecisset, & non ad alienum.]

Ioan. 19.

Quomodo Maria Ioãnis Apostoli mater dicta.

D

Epiphanio Hieronymus, quia æqualis & fa- *V. Hieronymus & Gregor. Nazianzenus.* miliaris eius, meretur adiungi, vir tantopere ab a Augustino laudatus, qui summam præclaræ victo- *a Epist. 16. ad Marcellinum de Baptismate parulorum. Et lib. 18. de ciuit. Dei. ca. 45.* riæ laudem inde consecutus est, quod Heluidium Mariæ virginitatis petulantissimum infectatorem arripuerit, protriuerit, extinxerit: b qui alibi quoque his epithetis Mariam ornat, vt ob perpetuam virginitatem dicatur & sit soror, sponsa, hortus conclusus, fons signatus, porta Ezechielis orientalis. Eiusdem dictum est: Postquam Virgo concepit in vtero, soluta maledictio est.] Ac rursus ex Heluidio quærit, Ioseph qui miracula tanta cognouerat in beata Virgine Dei templum, Spiritus sancti sedem, Domini sui Matrem audebat attingere?] Sed & alibi sanctæ Mariæ corpus nu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bem leuem à Propheta dici asserit, quoniam hoc nullo humani seminis pondere sit prægrauatū: magnoq; studio contra Iudæos disputat, vt locū Esaię: Ecce Virgo concipiet, ad solam & perpetuā Mariæ virginitatem referri demonstret. Demū vt eiusdem verbis vtamur: Quod clausum est atque signatū, similitudinem habet matris Domini Matris & Virginis. Vnde & in sepulchro Saluatoris nouo, quod in petra purissima fuerat excisum, nec antea, nec postea quisquam positus est: & tamen hæc Virgo perpetua multarum est mater virginum.] Cæterum quo pacto sepulchrum Domini responderat, Mariæ virginitati, & quid vtrinq; sit similitudinis, planius ex Maximo, quē postea citabimus, intelligetur. Vbi præceptor Hieronymi Gregorius Græcis summoperè laudatus, & proprio theologi nomine insignitus, haudquaquam est mihi prætereundus. Quoties verò, & quam præclare nostra ille Virginem laudat & approbat: sicut hi quoque versus declarant:

Veneranda virgo, honesta, casta, te vnicam
Has inter omnes terrā matres, quas habet
Matrem absque sponso scimus & viro,

Ac rursus in eodem libro:

Vt quæ parens
Expers laboris & doloris extitit
Integra & incorrupta, nescia illius
Et non voluptatis viri, quæ ex copula est.]

VOCA eandem castissimam, felicissimam, nulli æquandam, & supra omnes decoram maximāq; Virginem, quæ cunctos cœlitum ordines excellat.

AMBROSIVS clarissimum Ecclesię lumen, quo spirituali patre Augustinus magnoperè gloriatur, toto, vt aiunt, pectore se illis opponit, qui cum Iouiniano virginitatem Deiparæ saltē post partū labefactant, eosq; totius Synodi authoritate cōdemnat. Sed vt pauca ex illo repetamus: Speciale, inquit sibi donum virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, atque ipse repræsentauit, quod elegit in matre. Quanta dementia funestorū latratuū, vt iidem dicerent Christum ex Virgine nō potuisse generari, qui asserūt ex muliere, & ex his humanorum pignorū partubus virgines permanere? Aliis ergo præstat Christus, quod sibi, vt dicūt, præstare nō potuit? Ille verò qui carnem sic suscepit, & sic homo factus est, vt hominem redimeret, atque à morte reuocaret, inusitato tamē Deus quasi itinere venit in terras, vt quemadmodū dixerat: Ecce facio omnia noua: partu etiam immaculatæ Virginis nascereturr?] Ac rursus aliam Epistolā scribēs, ex Euāgelico loco, sicut antea Epiphanius, ratiocinatur: Quid sibi istud vult, inquit, quod quū in cruce Dominus positus peccatum mundi tolleret, pronunciauit etiam de integritate materna? Aut quid aliud dicitur, nisi vt claudat sua ora perfidia, obmutescat, ne matrem Domini aliquo audeat temerare conuitio? Testis est ergo idem arbiter, idē materni pudoris assertor, quod desponsata fuerit viro tatummodo Ioseph, nulla tamē coniugalis coitus consuetudine thori iura cognouerit. Neque enim eam susceputrā ex Ioseph filios, à viri consortio separare voluisset. Sed si hoc parū est, addidit testimoniū Euāgelista dicēs, quod susceperit eam discipulus in suam. Nunquid ergo duorum fecit nunquid à viro abduxit atq; abstulit? Ergo qui hoc legit in Euāgelio, quomodo quasi naufragus titubat & fluctuat? Hoc ergo testamētum filij est de matris integritate, hæc

Mariæ sepulchro Domini comparatur.

Testimoniū Gregorij Nazianzeni.

In tragœdia de Christo patiente.

VI. Ambrosius. Lib. 1. contra Iulianum Epist. 81.

Apocal 21. Epist. 97.

Non committeret de cruce matrem Christus Ioannī, nisi virgo illa fuisset.

Ioan. 19.

A Mariæ locuples integri pudoris hæreditas, hic coitus finis consummationis.]

E x Ioanne Chrysostomo, qui oris aurei cognomentum merito tenet, ac eloquentia sua Græciam vniuersam illustrat & cōmouet, ad Mariæ virginitatem comprobandam multa peti possunt, sed nos vno erimus loco contenti, qui ad ingens hoc Dei opus celebrādū valet, quamuis in libris vulgaribus non inueniatur. Sic igitur de Maria disserit: Ancilla est Deipara: Virgo est & Mater. Nemo hic ambigat ac dicat, quomodo si Dei ancilla est Maria, Dei quoque parēs est? Fide ô homo quę dicuntur apprehende, & noli de his ambigere, quæ à Patribus tradita sunt & approbata: illa in dubiū vocare noli, sed reuerenter & citra curiosam inquisitionem fidē adhibe. Crede, inquā, & anxiè noli perquirere. Alioquin si duntaxat id quod ratione assequeris credere volueris, caue ne in periculū te ipse conicias. Si verò verbi internuncio & Ecclesiasticæ fidem adhibueris, non tu rationem de fide tua, sed antistes redditurus est. Crede igitur his, quæ de Virgine à nobis dicuntur, nec dubites eandem & Dei ancillam, & Dei parētem, tum rursus virginem & matrē profiteri. Ancilla quidem est, quia vera illius, qui ex ipsa produxit creatura Deipara est, quandoquidem Deum ipsum, qui carnē ex ipsa suscepit, genuit. Virgo est, vt potè omnis virilis seminis omnisq; cōcubitus expers: ac mater est deniq;, quod parēs eius effecta sit, quę absque principio ab ipso patre suā habuit generationē.

C v m his pulchrè congruunt, quæ tradit elegantis ingenij scriptor copiosissimus, ab Hieronymo prędicatus, Eusebius nimirum Emissenus, qui & ipse mysterium Marianæ virginitatis his verbis extollit: Ecce absque vllius seminis incremēto de intacta ac rudi terra fœcundum germen ascendit, & de radice mortali vitę arbor efflоruit, & salutifera propago nullo plantāte processit. Obstupescit natura rerum virgo procreat sobolē, nullū procreandæ sobolis experta consortem, & venienti in vitam homini per vnius cōfertur mysteriū munus duorum. Creator ex creatura nascitur, & fructū vētris sui mater innupta miratur, ac fœmina authoris sui author efficitur. Quid primū mirer, quidue postremum? quod sine cōceptu est collata fœcūditas, an quod per partū magis est glorificata virginitas? Sed non mirum, si ita peperit: talis erat ille, cui nascerat. Ait enim Angelus stupenti Marię: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ecce præbitura Deo nascenti corporis sui habitaculum, prius mēte efficitur Dei tēplum.]

A c c e d i t & Augustinus Ecclesiæ quidē Catholicę cōtra Hęreticos defensor acerrimus, ac idē tantę scientię vir, vt summorum Pōtificum iudicio inter magistros optimos sit habitus, quem nec sinistræ vnquā suspicionis saltem rumor aspersit, sicuti Pontifex Celestinus affirmat. Suggillat ille, ac inter damnatos Hæreticos numerat Antidicomarianitas, Heluidianos, Iouinianistas, quod Marię virginitatem nefarie conuellant atque corrumpant. Inter alia verò hæc etiam adfert: Poterat Deus vel sic vel alio quo vellet modo creare vnum alium hominem, de quo vinceretur victor prioris. Sed melius iudicauit, vt de ipso quod victum fuerat generis humani vinceret inimicum, & tamen ex virgine, cuius conceptum Spiritus, non caro, fi-

VII. Chrysostomus.

Hom. de Deipara hyperdulæ.

Fide inuenies ad Mariæ virginitatis cognitionem.

Credendum Mariam Dei matrem, & virginem esse.

Maria de sua virginitate loquens ab Augustino instructa.

VIII. Fulgentius. Lib. 1. ad Monimum. Lib. 2. ad Victorem. Lib. 3. de Trinitate. Prosper. Hilarius. Lib. de Synodis. Ambrosius. Lib. 2. de Incarnat. Dominicæ.

Lib. 11. de ciuit. Dei cap. 18. Lib. 4. de Symbol. ad Catechumen. In enchir. ad Laurentium. 34. Sermonib. vetus de natiu. Domini.

des non libido præuenit, nec interfuit carnis concupiscentia per quam seminantur & concipiuntur cæteri, qui trahūt originale peccatum.] Alibi apud eundē hæc legimus: Aluus tumescit Virginis, clausstrum pudoris permanet, impletur vterus matris sine vllo cōplexu patris, sentit prolem, quæ se ignorabat coniugem. Angelus ad Virginem loquitur, à Virgine cor præparatur, Christus fide concipitur. Miraris hæc? Adhuc mirare: parit mater & virgo fœta, & intacta: nascitur filius sine homine patre, qui fecit & ipsam matrem.] Ac iterū: Si vel per nascentem corrumperetur Christi integritas, non iam ille de virgine nasceretur: eumque falso, quod absit de Virgine Maria natum, tota cōfiteretur Ecclesia, quæ imitans eius matrem, quotidie parit membra eius, & virgo est. Lege, si placet, de virginitate sanctæ Mariæ meas literas missas ad illustrem virum, quem cum honore ac dilectione nomino Volusianum.] Tum alicubi matrem Domini de se loquentem inducit, & quidem grauiter, si verborum pondera perpendātur: Erā, inquit, in domo mea puella Iudæa, ex semine Dauid Regis generata: adulta facta sum, & desponsata sum coniugi, & placui alteri, non interueniente adultero, sed intercedente Spiritu sancto. Desponsata sum homini Iudæo, & placui homini Deo. Despōsauit me vir Iudęus, & amauit me Christus Deus. Ita me virtus altissimi obūbrauit, vt nec æstū paterer libidinis, & mater essem creatoris. Porta facta sum cæli, ianua facta sum filij Dei. Illi facta sum ianua clausa, qui post suā resurrectionem ingressus est per ostia clausa. Qui natus de vētre meo, me matrem dimisit intactam, adimpleuit ventrem meum diuinitate, & vterum meum non euacuauit castitate. Exiuit de ventre meo, gigānteo cursu magnificus, & vēter meus non est pudore euacuatus, nec in conceptione inuenta sum cum dolore. Regnum teneo virginitatis, & Regem genui castitatis. Ingredientem & egredientem habui in palatio ventris filium Imperatoris: & de manibus meis non amisi clauem regni pudoris. Porta facta sum cælo, ianua facta sum filio Dei, illa porta facta clausa, quam in visione diuina Ezechiel vidit Prophera.] Ac demum ita cōcludit: O mira & laudabilis inter fœminas, in qua ab Angelo salutatur virginitas, sola impręgnata, nec vitiata: exornata nec vacuata, quia sic est ab Angelo salutata: Aue gratia plena, Dominus tecum. Felix vmbilicus castitatis, quem amplexus non tetigit maritalis: O fœmina super fœminas benedicta, quæ & virum non cognouit, & virum in vtero circundedit: quæ concubitu carnali nō tangitur, & tamē carnea prole de spirituali semine gratulatur.] Atque vt semel finiam, Celebremus, inquit, cum gaudio diem, quo peperit Maria Christū, & coniugata coniugij creatorem, & Virgo virginum principem.]

Mariæ virginitatem commendatio.

Testimonia Leonis.

Ex Leo & Theodoreto. Lib. 2. de incarnatione Domini.

N v n c ad posteriores seculi Patres transeamus, qui eodē veritatis spiritu afflati, nō dispare confessionem ediderunt, nulla vt esset ætas Ecclesiæ, quæ Marianæ virginitatis testes atque præcones posset desiderare. En tibi Leonem illum verè magnum, cū perfidis Hæreticis, tum immani Hunnorū regi & tyranno Atrilæ formidabilē, Humano vsu inquit, & consuetudine, quod credimus caret: sed diuina potestate subnixū est, quòd virgo cōceperit, quod virgo peperit & virgo permanserit. Nō hic cogitetur partūs cōditio, sed nascentis arbitriū, qui sic

A homo natus est, quia volebat & poterat.] Tū Leonis æqualis Theodoretus, ob Atticam eloquētiam Chrysostomi sectator idoneus iudicatus, perspicuè scripsit: Christus è muliere quidem perinde vt nos, nascitur. habet verò partus quiddam amplius & peculiare, nempe virginitatem. Virgo enim erat, quæ Dominum Christū concepit & peperit.] Ac ne dubitemus, quid quantumq; Virgini matri tribuerit, ac tribui voluerit idē Theodoretus: Inter tot animas inquit, omnium hominum qui saluantur, vt electa columba illa sola est, quæ Christum genuit virgo, mater, puella, quæ puritate profecto Cherubin atque Seraphin antecellit.]

Ser. 10. de providentia.

In lib. Cantica Canticorū.

I a m verò Maximus Taurinensis, in sacro concionandi munere laudatus antistes, non inuenustè dixit: Cur non tota deuotione credamus Saluatorē puerum nasci potuisse per Virginem, qui perfectū hominem credimus de puluere fuisse formatum?] Tum Deiparæ virginitatē Domini sepulchro mundo componit, sicut & antè Hieronymus fecit, rem his verbis explicans: Videamus de hoc ipso Domini corpore, posteaquam de cruce deponitur, quid geratur. Accepit illud Ioseph ab Arimathæa vir iustus, sicut ait Euangelista: Et in nouo suo sepelioit monumento, in quo nondum quisquā positus fuerat. Beatū ergo corpus Domini Christi, quod quū nascitur: vtero virginis nascitur: quum recedit, iusti tumulo cōmēdatur. Beatū planè corpus, quod virginitas peperit, & iustitia custodiuit. Custodiuit illud Ioseph tumulus incorruptū, sicut seruauit illud Mariæ virginis vterus illibatū. Hic enim viri pollutione nō tangitur: ibi mortis corruptione nō lædi tur: vbiq; beato corpori defertur sanctitas, vbique virginitas. Nouus illud vēter cōcipit: nouus tumulus includit. Dominica ergo & virgo vulua, & virgo est sepultura, quin potius ipsam sepulturā vuluā dixerim: est enim similitudo non parua. Sicut enim Dominus de matris vulua exiuit: ita de Ioseph sepultura viuus surrexit.] Quid verò Illefonsus? in hoc argumento tam copiosus, vt opus integrum de Mariæ virginitate scripserit, illamque multis modis cohonestarit. In hac regione, inquit, solitudo Deo tantum & Domini: in hac mansione singularitas hospitio tantum & hospiti: hic locus cum vno tantū aduentante cohæret. Hic vterus vnius tātum agnitione congaudet, nec alterius viri quam nascētis vnius mēbra cognoscit.] Tum iterū: Ecce Virgo ex Deo, Virgo ex homine, Virgo attestāte Angelo, Virgo iudice sponso, Virgo ante sponsum, Virgo cum sponso, indubitata Virgo etiā dubitante spōso. Virgo ante filij aduentum, Virgo post filij generationem, Virgo cum filij natiuitate, Virgo post filium natum.]

Testimoniū Maximi & Illefonsi.

Bernardus verò eximius Ecclesiæ Doctor, nec minor huius Virginis prædicator, quā amator, multa nobis in hoc argumēto suggerit, quū nullus fere alius Mariæ virginitatē æquè cōmēdet ac vindicet. Vnum est, inquit, in quo nec primam similem visa est, nec habere secundam, gaudia matris habēs cum virginitatis honore. Optimam partem elegit sibi Maria: optimā planè, quia bona fœcūditas cōiugalis: melior autē castitas virginalis: prorsus autē optima est fœcunditas virginea, seu fœcunda virginitas. Marię priuilegiū est, non dabitur alteri, quod non aufertur ab ea singulare est: sed continuo etiam indicibile inuenitur, vt nemo assequi possit,

IX. Bernardus & Rupertus, Sermo. 4. in Assum. Virginis.

Vnā & optimam partem elegit Maria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primatum inter virgines sola sibi Maria vendicat.

sic nec eloqui quidē. Quid si & illud adiicias: Cuius mater? quæ iam poterit lingua etiam si angelica sit, dignis extollere laudibus Virginem matrem? matrem autem non cuiuscunque, sed Dei.] Alibi verò rursus: Offerantur regi virgines, sed post eā: non primatum sola vendicat sibi: multo magis autem sola sine corruptione concepit, sine grauamine tulit, sine dolore filium parturiuit.] Ab his non discrepant, quæ Rupertus Tuitensis, celebris & ipse scriptor & Germaniæ decus, memoriæ prodidit, vt potè qui virginitatis MARIÆ splendorem præ omnibus sanctis & filiis regni Dei admirabilē esse docet: hanc virginem cōceptu floridam, partu fructiferam, virginem in conceptu, incorruptam in partu, virginem ante partum, & incorruptam post partum prædicat. Nonne igitur, inquit, pulcherrima es mulierum? verè pulcherrima. Pudicarū omnium virginum, viduarum atque continentiū pudor siue pudicitia, religiositas ac verecundia, tuis genis, tuis oculis comparata, non est verecundia, non est pudor, non est aut vix meretur dici pudicitia.]

Ser. Signum magnum.

Li. 1. Canti.

Maria pulcherrima mulierum.

XII. Poeta Christiani.

DEMVM ne Christianos Poëtas prætereamus, superioribus Patribus & illi consonant, apertisque verbis MARIÆ virginitatem vel intuitis impiis comprobant & illustrant. Prudentius quidem valdè vetus, qui sub Valentiniano secundo & Theodosio magno floruit, nec minus grauis Poëta, in hunc modum canit:

Contra Honorii fictitios.

Innuba virgo
Nubit spiritui, vitium nec sentit amoris,
Pubertas signata manet, grauis intus & extra,
Incolumis, florens de fertilitate pudica,
Iam mater sed virgo tamen, maris inscia mater.

TVM in alio carmine quam venustè & blandè modulatur illud?

Emerge dulcis puſio,
Quem matris edit cæſitas.

AC rursus Christum celebrans, inquit:

Hunc quem latebra & obstetrix.
Virgoque fœta & cunulæ,
Et imbecilla infantia
Regem dederunt gentibus.

Ibidem.

EIVSDEM & illud est:

O quanta rerum gaudia
Alvus pudica continet,
Ex qua nouellum seculum
Procedit, & lux aurea.

In hymno de natali pueri Iesv.

IN sedulio æquè vetusto propemodum multa id genus reperias, sed vnum atque alterum locum, qui huc spectet, indicasse sat est:

Lib. 2. operis Paschalis.

Et velut in spinis mollis rosa surgit acutis,
Nil quod lædat habens, matremque obscurat honore.
Sic Euæ de stirpe sacra veniente MARIAM
Virginis antiquæ facinus noua virgo piaret.

ACrursus idem Presbyter simul & Poëta canit:

Angelus intactæ cecinit properata MARIÆ,
Et dictum comitata fides, vtrumque puellæ
Siderum mox implet onus, rerumque creator
Nascendi sub lege fuit: stupet innuba tensos
Virgo sinus, gaudetque suum paritura parentem.

Lib. 2. in Euch. Aug.

IN eundem sensum Arator Diaconus canit, MARIAM Virginem & Deigenitricem intactam appellans. Tum Venantius, Fortunatus de partu Virginis opus edidit integrum, inter alia hoc quoque ponens:

Virgo hæc virga fuit, de qua flos Christus aborsit:
Hæc porta est clausa, in quam intrat vir nemo, nec exit.
O virgo insignis, mater pia, nobile semen.

In eundem Virginem.

VERVM hæc ego sparsim excerpsi, nec eodem quo Venantius, ordine collocaui. Apud Alcymum Auitum hæc carmina legimus:

Tu MARIAM sequeris, dono cui contigit alto
Virginis & matris gemina gaudere corona,
Concipere cum carne Deum, cælique creator
Intraret clausum referans mysteria, ventrem.

Carpit Mariæ virginitatis hostes, & pro ea pugnat.

SEPENIM in proferendis Patribus Græcis & Latinis, Oratoribus & Poëtis, qui sanctam MARIÆ virginitatem agnoscant & defendant, finis tandem esto. Quanquam plurimos Theologos alios prætermisimus, & è citatis pauca dūtaxat excerpsimus, veriti etiam, ne hæc quæ dedimus, plerisque ad alia properantibus nimis multa & prolixa esse videantur. Certè qui æqui simul & candidi censores esse voluerint, plura ab his testimonia de re omnibus seculis decantata, totiesque perorata, sed & multis sæpè miraculis diuinitus orbi comprobata minimè desiderabunt. Cæteri verò, qui productos certissimè probatissimāque veritatis testes non audiunt, alios etiam plures si produceremus, facilè, vt arbitramur, contemnerent, nimirum quod soli sapere, vel potius cùm Iudæis, Ethnicis ác Hæreticis, hoc est, deploratis hominibus omnino desipere velle videantur. Fingāt interim se nescire, quid antequā ipsi ebullirent, sanctæ Ecclesiæ tot tantiq; Doctores senserint, dixerint, scripserint: illi, inquam, qui vita optimè gesta, debellatisque suorum temporū erroribus, gloriosissimè de hoc seculo exiuerunt, vt phrasin sequar Augustinianam. At verò vt maximè versuti ac infensi sint aduersarij, MARIAM Iesv eiusque virginitatem frustra impetere & oppugnare contendent. Etenim æterna veritas Christus neque passus est hactenus, neque patietur vnquam, virgineum matris suæ decus in obscuro versari, sed contra omnes inferorum portas plurimis & optimis firmissimisque testimoniis illud publicè perpetuoque cohonestabit. Restat vt palam impiis respondeamus, qui Patrum testimonia repudiant, & omnem Catholicæ doctrinæ lucem auersantur, ac velut ex composito Principi tenebrarum in eo seruiunt, vt Marianam virginitatem nefarie infectentur, aut aliqua saltem ex parte in dubium vocent.

Lib. 2. de virginit. Aug.

CAPVT SEXTVM.

De Mariæ virginitate aduersus Iudæos aliosque Iudaizantes.

Mariæ virginitati bellum ab initio Satā intulit.

VVM inuidus & malignus ille Satan, cunctorum errorum ac vitiorum facile princeps, qui per mulierem genus omne mortaliū deprauauit, magno suo malo didicisset, sese, vt Ioannes ait, in terrā esse proiectum, nouo quodam & ardenti feruore actus, mulierem illam sole amictam, quæ masculum peperit, est persecutus. Puduit enim illum ac tædui tam tarde cognoscere mulierem illam, quam vincere non potuisset, eamque puram & illibatam virginem à multis agnosci doluit: tantoque maioribus viribus & copiis comparatis bellum aggressus est, quo fidem de perpetua MARIÆ virgine primum

Genes. 3.

mum in Ecclesia traditam, & indies magis magisq; in mundo efflorescētem, si non extinguere, at certè quidem obscurare, atque in quorundam animis labefactare posset. Adeo reipsa probauit, quam verè diuino prædictum esset oracolo, Satanam mulieris nouæ ni mirum Euæ, calcaneo esse incidiaturum. Proinde nonnullos è suo serpentino semine procreatos, atque ad perturbandam Ecclesiæ pacē suapte sponte propensos, iam inde quum recēs Christianismus inclarescēret, excitauit, quorum opera primum apud Iudæos, & deinde apud Ethnicos, ac demum apud Christianos ad MARIÆ virginitatem insectandam turpissime abuteretur. Atque vt de Iudæis principio dicamus qui contra Virginem arma funesta sumpserunt, ex his Ebion Apostolorum ætate, si Tertuliano [a] fidem habemus, & Chetintus in aciem prodierunt, quemadmodum Irenæus, [b] Epiphanius [c] ac Theodoretus [d] ostendunt. Vt enim ambo illi sese filios Saranæ satellites declararēt, & zizania tritico, Christianismum Iudaismo commiscerent, sicut in Christum Dei filiū Dominumque nostrum blasphemi, sic etiam in matrē eius Mariam contumelioſi esse minime dubitarūt. Quare hoc impiæ doctrinæ virus & toxicum sparserunt, 'Deiparam ne ante partum quidem mansisse virginem, sed ex Iosepho suum sustulisse filium, quemadmodum & Clemens [e] Romanus Ebionitis, velut Iudaicarum hæresum Patronis, adscribit. Neque dispar maledicentia, ne dicam insania, Carpocratem exagitauit, qui Christum ex Iosepho generatum esse, vti refert Epiphanius, impie blateravit, quem & magum facit Tertullianus. [g] Atque hi omnes nefandorum errorum authores eo digni sunt nomine, quod illis Ioānes tribuit, vt seductores & Antichristi cum perpetua ignominia nuncupentur.

a De carne Christi.
b Lib. 1. ad uersus haer. cap. 25.
c Haeres. 28. contra Cherinth.
d De fabul. haeret.
e Lib. 6. constitution. Apost. 6.
f Haeres. 27 contra Carpocratas. & lib. de anima.
1. Ioan. 4. & 2. Ioan. 1.

Iudæi quos habeāt duces & magistros in damnando Mariam negant virginem.

NEC desunt etiamnum, qui hos egregios verēque pudendos duces sequi audeant, imperiti nempe, aut stupidi potius talium magistrorum discipuli Iudæi, qui eandem cantilenam occinunt, nobisq; perpetuo recantant. Tanta enim libido illos incessit, vt nunquam satis laudatam Mariæ virginitatem vellicent, ac si possint, ex omnium animis funditus tollant. Augent hoc odium eiusdem gentis Rabbini, qui Christiano nomini vehementer infensi, subinde vociferantur, Mariam vt Messiæ parentem, sic & ante partum virginem à Christianis hominibus mendacissime prædicari. Igitur tantum non fabulosum ac ridiculum censent, quod orthodoxi voce, scripto, cantu liberè profitentur, Christum in Virginis vterum descendisse, quæ vt mater esset Emanuelis, sine virili semine, & è solo Spiritu sancto conceperit, ac postea suum sic absoluerit partū, vt absque pudicitiæ detrimento omnique dolore semoto filium enixa sit. Vbi nimiū sibi similes tum antiqui, tum recentiores Iudæi esse pergunt, communi & quasi hæreditario morbo laborantes, vt oculos habeant, nec videant tamen, quoniam à iudicio carnis ad fidei simplicitatem nulla possunt ratione deduci. Quæ res tā grauiter Paulū iam olim afflixit, vt singulari tristitia & cōtinuo dolore pressus, obcœcatam hanc gētem, suosque fratres Israëlitas ex animo deploraret, hocque de illis iudicium ferret: Dedit illis Deus spiritum compunctionis κατανύξεως oculos, vt non videant, & aures, vt non audiant vsque in hodiernum diem. Loquitur

Communē Iudæorum vitium sacra legere & nihil intelligere.

Rom. 9.

Rom. 11.

A autem isthæc more Prophetico, sicut Romæ cum iisdem disputans, seipsum magis explicet hac oratione: [a] Bene Spiritus sanctus locutus est per Esaiā Propheram ad Patres nostros, dicens: [b] Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis & non intelligetis. & videntes videbitis, & nō perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne fortè videant oculis, & auribus audiāt, & corde intelligāt & conuertantur. Ex quibus verbis probat Tertullianus, Iudæos peruersos, & ab intellectu suę legis alienos esse, quibus vim intelligendi ademerit Deus, Sacramēta vt spiritualia non possint assequi, ideoq; Prophetā ac potius Deū ipsum de illorum stupiditate his verbis cōqueri: Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Tū alio in loco: Quis cœcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios meos misi?

a Actor. 28
b Esai. 6.
Lib. 3. cont. Mar. & lib. de cibis Iudaicis.
Esai. 1.

QVANQVAM tolerabilius erat ignorantes ac cœcos esse Iudæos, quod vitiū in illis Moyses quoque reprehendit, nisi fœdam hanc ignorantiam cū inuincibili peruicacia simul & horrenda immanitate coniungerent, iure vt illis obiiciatur: Dura ceruice & incircumcisi cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restititis. Quem Prophetarum non sunt persecuti Patres vestri? quemadmodum prōtomartyr noster Stephanus fide & sapiētia plenus, nullaque ratione ab aduersariis victus, sed Iudaicis dūtaxat lapidibus obrutus & oppressus, huic cervicosæ genti constanter exprobrauit. Atque ne sat quidem illis fuit in sanctos Prophetas impetū facere: pari enim sæuitia in venerandos Apostolos ac veros ministros Euangelij diuinitus missos exarserunt, vt Christus fore illis est vaticinatus. Illud omnem Tyrannorum vincit immanitatem, quod qui promisso & exhibito suo Messiæ debebāt plurimum, velut ipsis beluis efferatiores quæ acceptis beneficiis sæpe mansuescūt, hanc malam adeò gratiam illi retulerint, vt per se ac alios homines sanguinarios, in eum ipsum Messiam Deique filium cruentis manibus palam desæuierint, ac illum longe innocentissimum ipsi perditissimi teterrimo, probrosissimo, acerbissimo genere supplicij excruciarint. Quanquam neque inter hos quidem fines rabies Iudaica constitit, sed ne quicquam viperino generi ad parentum indolem exprimendam, aut sicut Christus loquitur, ad Patrum mēsuram implēdam deesset, quum iam fractis & amissis velut viribus, aliam vim & iniuriam inferre non possunt Ecclesiæ, id quod possunt, æquè virulentis animis, ac linguis maledicis præstare nunquam intermittunt. Quocirca æternum Regem Christum, eiusq; Matrem sacrosanctam horrendis probris incessunt & implacabile Christiani nominis odium, quod animis penitus infixum tenent, suis etiam liberis & domesticis continenter instillant. Quid verò turpius aut fingerent, aut dicerent, quam quod filium Dei ipsorum Patribus promissum, ex Abrahæ semine & tribu Iuda hominem factum, ad ipsos peculiariter destinatum, suęque gēti & patrię semper amicissimum fidissimumque doctorem, non nisi pro falso impioque magistro, & totius populi seductore censent, & idcirco Ieschenozere, sed & Tholin, hoc est, in cruce suspensum, & Hannido, id est, ex adulterio natum audent appellitare?

Esai. 42.
Deut. 32.
Actor. 7.
Iudæi nouo minus crudeles, quā impij & imperiti.
Matth. 23.
Rom. 1. & 9.
Matt. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quàm fœda probra in Mariam Iudæi euomant.

QVOMODO igitur Matri parcerent, qui sunt in filium adeo contumelioſi, Matri alioquin ex ipſorum ortæ familia, Matri in ipſorum libris promiſſæ atque deſcriptæ, Matri à priſcis Rabbinis ſæpè multumque decantatæ, Matri denique totius Paleſtinæ luci ſemper fulgentiſſimæ ac immortali. Quæ autem in hanc matrem conferunt maledicta? Nos quidem pudet dicere, quod illos facere non pudet. Putidiſſimi homines illam vocant Thlua, perinde ac ſi carnificè dixeris: notant enim vel carnificis vxorem, vel quæ carnificinæ officium gerat. Appellant & Sono, vt publicam peccatricem deſignent ſceleratiſtum Thmea, velut quæ in omni ſe libidinis cœno volutarit, dicere non erubeſcunt. Quare hos ego duces, aut potius Patriarchas dixerim Albigenſium, qui poſtquam in Gallia cœpere graſſari, Catholicos diu multumque diuexarunt, tam impij homines, vt Sacramenta Eccleſiæ omnia contemnerent, tamque blaſphemi, vt Iudaico, imò & ſathanico furore agitari Mariam apertè meretricem dictitarẽt. Illud Iudæorum eſt proprium, vt inſani de Maria præclari quicquã audire horreant, & velut aſpis ab aſpide mutuatur venenũ: ſic alius illorum ab alio in matrem Ieſu venenatam diſcat vibrare linguam. Demum, quod progeniem viperinam egregiè decet, cum materno lacte Mariani nominis odium imbibunt, ac per omnem occaſionem ſic euomunt, vt immanibus Turcis longè quidẽ rabidiores & efferatiores ſe canes eſſe declarent. Adeò verè dixit Bruno: Reuera nulla creatura eſt, quam ſic Iudæi habeant odio, ſicut matrem hanc & filium. Neque enim matrem diligere poſſunt, qui tam iniquo odio filium proſequũtur.] Quid quod æterna lege ſanxerunt, vt qui velint apud ipſos eſſe germani, hoc eſt, pluſquam ſpurij patris Abrahæ filij, diuinæ Euchariſtiæ beatæq; Mariæ ſemper Virgini quotidie maledicant, quemadmodum Ioannes Matthias Tiberinus prodidit, atq; ter ſingulis diebus oratione ad Deum habita Chriſtianam gentem deuouerant & execrentur? Docet ea de re tertius liber Thalmud, è ridiculis quidem fabulis & horrẽdis erroribus planè conflatus, ſed qui ſummã apud iſtos obtinet authoritatem. At ò infelicem perditamque gentem, quæ in extrema etiã ſeruitute vindicem perfidiæ Deum adeò non agnoſcit, vt ſuum noſtrumque Meſſiam, & eius venerãdam matrem inceſſabili quadam rabie perſequatur. Nihil autem nunc attinet, aduerſus indociles ac contumaces, Deoque ſemper rebelles & bonis omnibus inuiſos Iudæos cauſam nouam inſtituere, partim ne ſurdis canere, ac margaritas porcis ipſis obiicere videamur, partim quod cauſa hæc à Patribus iampridem perorata ſit, qui Mariam virginem contra horũ & Ebionitarum omniũ diros impetus & furores fortiſſimè propugnarunt.

Albigenſium horrenda impietas.

Vide Guillel. de Nangiaco.

Chriſtum & Mariã, ſicut & ſacrã Euchariſtiam, Iudæi maxime inſectãtur & execrantur.

Ser. de annũciat. B. Mariæ

In vita Simonis pueri Tridentini.

Iudæi perdũ tinee ſe, nec Deum nec veritatẽ agnoſcunt, ſed inſectantur.

Ex veteri duntaxat Teſtamento Iudæi reuincendi.

Propoſitio de tractatione ſequenti.

Veruntamen ſi cum Iudæis cominus eſt congrediendum, quoniam Euangelicis & Apoſtolicis literis nullam tribuunt authoritatem, veteris inſtrumenti teſtimoniis vtrgendi ſunt, vt ſaltem in Mariã noſtram debacchari deſiſtant, ac de illius quidẽ virginitate melius tandem ſentiant. Vbi me non fugit quam ſit difficile veteres proferre Scripturas, quæ pinguibus & repugnantibus illorum animis vtcũque ſatisfaciant, cauſamque noſtræ Virginis tueantur. Indicabo tamen ſedes argumentorum, ex quibus plerique Patres cauſæ propoſitæ patrocinantur, ſed qui fortaſſe ad Chriſtianos in accepta fide confirmandos potius, quam ad præfractam hanc gentem e Scripturis ſolide conuincendam pertinent. Poſtea de Eſaiæ loco dicemus, qui vnus omnium & clariſſimus, & grauiſſimus videri poteſt, vt vel inuitis Iudæis Meſſiæ mater Virgo & eſſe, & manere conſtituatur. Principio autem repetẽdum eſt, quod Maximus etiam ſapienter animaduertit, præter vſitatum humanæ Conceptionis modum, tres naſcendi ſpecies in hoc mundo valde mirabiles extitiſſe, ac ſacroſanctam Trinitatẽ in illis virtutem potentiamque ſuam peculiariter exercuiſſe. Primum quidem quum Adam ex limo formaretur, deinde quum Eua ex virili latere muliebre corpus ſumeret, poſtremo quum Chriſtus ex Virgine homo generaretur. Quid enim horũ, inquit idem Maximus, non nouum? quid horum non mirabile? quid horum niſi fidem ſequamur, inquiſitio poterit humana complecti? Ac priores quidem duos naſcendi modos Iudæi nobiſcum haud grauatim agnoſcunt & comprobant, verbis nempe Moyſi non obſcuris conuicti: at in poſteriore dũtaxat improbe tergiuerſantur, præſertim ne quid commune nobiſcum ad Chriſti ac Mariæ gloriam habere ac profiteri videantur. Deinde antiquæ legis vmbris & Scripturæ cortici ſic manent affixi, nihil vt ferè ſublime capiant, omnemque ſibi viam præcludant ad ipſum legis finem & ſcopum, qui Chriſtus & Chriſtiana veritas exiſtit, perueniendi. Adhæc ſtultitiæ ſuæ argumentum in eo præbent, quod certos velut limites diuinæ potentiæ circumſcribant, eamque in veteri Teſtamento, quàm in nouo efficaciorem eſſe confingant. Hinc potens illis Deus videtur, & rectè quidem, qui primum hominem eiuſque coniugem modo tam ſtupendo creauit, quum ſemen patris deeſſet, ac materna viſcera nullum ad prolem excitandam officium adhiberent. Idem verò Deus illorum iudicio tantum non inuidus aut imbecillis, Chriſto ſuam gratiam virtutemque ſubduxit, ne hic ſine viro è ſola virgine procrearetur. Tam pulchre, tam prudenter iſti Adæ & Euæ, hoc eſt, famuli & famulæ potiorem, Chriſti verò & Mariæ, maximi nempè filij optimæque matris deteriorem conditionem faciunt, nullo quidem vel Scripturæ, vel rationis pondere, ſed ſola contẽdendi libidine permoti, certius vt omnes intelligant, Iudæos non ſolum veritati Euangelicæ, ſed diuinæ ſimul omnipotentiæ in hoc doctrinæ genere ſine vllo iudicio repugnare. Verum nos Eccleſiæ lumina Iudaicis tenebris, ne dicam furoribus, opponamus, & Ebionitarum reliquias adhuc pullulantes taciteque ſerpentes, Patrum teſtimoniis coarguamus, quorum vnus pluris ſanè valeat, quàm impiorum caterua quantumlibet maledicis inſtructa linguis, ac armãdis perfidorum copijs cõmunita vnquam valere poſsit.

Nolunt Iudæi tantum Chriſto ſuam vim reſtituere generationi humanæ.

Iudæorum ſtupiditas cupere non poſſũt Dei poteſtiam & generationis miraculum in ſecundo Adam, ſicut in primo.

MAXIMVS Taurinenſis, quem paulò antè citauimus, velut cum Iudæo contendens, in hũc modum ratiocinatur. Non putas Deum, inquit, nouum puerum in aluo Virginis potuiſſe formare, qui quũ primũ conderet hominẽ, nec ſemen Patris, nec viſcera materna quæſiuit? Dic itaque quicunq; es ſupernæ diſpenſationis arbiter & diſcuſſor, quæ tibi videtur virtus eminentior, partum dediſſe Virgini, aut perfectum hominem creaſſe de terra? Primus enim homo, vt ait Apoſtolus, de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis. Si contra naturam eſſe contendis, quod in myſterio redemptionis noſtræ ſine viro puella aſſeritur concepiſſe, cuius quæſo naturæ eſt, quod in parente generis noſtri caro ſine carne formata eſt? Quæ eſt illa ratio, imò quam cœca contentio, vt non credatur Deus facere hominem poſſe de fœmina, quem creditur feciſſe de puluere? Si omnipotentis ô homo tali in negotio eſſe perſpicis voluntatem, de opere cur retractas? Omnia enim, ſicut legitur, Dominus quæ voluit, fecit in cælo & in terra.] Iam verò Tertullianus Maximo longè vetuſtior, non diſſimile argumentum inducit, primi hominis exemplum proponens, quo Iudæos eorumque ſobolem ad virgineum Mariæ partum agnoſcendum impellat. Sic enim loquitur: Virgo erat adhuc terra nondum opere compreſſa, nondum ſementi ſubacta: ex ea hominem factum accipimus à Deo in animam viuam. Igitur ſi primus Adam ita traditur, meritò ſequens vel nouiſſimus Adam, vt Apoſtolus dixit, perinde de terra, id eſt, de carne, nondum generatione reſignata, in Spiritum viuificantem à Deo eſt prolatus.] Ac eodem modo ante Tertullianum docuit [a] Irenæus, quem deinde [b] Baſilius Magnus ſequi voluiſſe videtur, vtroque nimirum Mariæ virginitatem virgineumque partum adſtruente ex ipſa primi hominis, vt diximus creatione. Sic enim ſummatim colligunt. Sicut Adam ſolo Dei verbo de rudi terra eaque, vt ſic dicam, virgine procreatus eſt, quam nec imber attigerat, neque manus hominis coluerat: Sic & mater Domini ſine viri commercio, & per virtutem Spiritus Adam ſecundum produxit, nulla tamen ex parte corrupta virginitate, quæ ſemper ei illibata permanſit. Sed & Iuſtinus martyr, ac nobilis ille Philoſophus Mariam docet Euæ conferre, quandoquidem vtraque virgo & integra fuerit: hæc quidem vbi verbum ſerpentis in paradiſo concepit, ac idcirco inobedientiam mortemque pariens: illa verò, quum in Nazareth audito Gabriele fidem & obedientiam Deo præſtitit, & hinc nobis concipiens & proferens Emanuelem.

Hom. 3 in natali Domini.

Tres mirabiles & ſupra naturales naſcendi modos, è Scriptura colligi.

Lib. de carne Chriſti & li. 3 cont. Marcionem. 1 Cor. 15. a Lib. 3 cont. Valentinũ. cap. 32. b Lib. de vera virginit.

Et primus & ſecundus Adã de terra virgine procreatus.

In dialogo cum Tryphone habito.

Non minus conſentaneũ eſſi gaere virginem ac fœ-

QVÆ Patrum ſententiæ, vt reliquas alibi propoſitas prætermittam, quo pacto Iudæi & eorum aſſeclæ refutandi ſint, non obſcurè commonſtrant, ſimulque monent, ſi Scripturas ritè conferre velimus, primi parentis Adæ, primæque matris Euæ formationem velut typum eius eſſe miraculi, quod in Maria Virgine ac eius filios conſequi debuit, nec ſatis poteſt vnquam celebrari. Cur ergo Iudæis incredibile videatur, virginem peperiſſe, toto quidem orbe tot ſeculis in hanc fidem conſpirante, ſi credibile certumque videri volunt, ex Adam mulierem, eamque virginem & adultam eſſe formatam? Tum ſi fœmina ex viro etiam dormiente, & nullo concubitu accedente, integra perfectaque prodiit, an vir Chriſtus ex Maria fœmina, eaque virgine non potuit abſolute procreari? Ad hæc ſi è ſeruo famulæ corpus excitatur (nam vtriuſque primi hominis vnus idemque Dominus & Conditor Deus) cur non de Maria, quæ ſeipſam Domini vocat ancillam. Dominus ipſe naſceretur? Postremo ſi Sara, licet ſterilis anus, & iam nonagenaria, filium peperit, quum per naturam & ætatem & conſuetudinem nihil tale aſſequi poſſet, vt diximus

cur Maria in ipſo ætatis flore, licet ignara libidinis, ad partum non peruenire? Sed nunc ſatis erit Cyrillum Hieroſolymitanum pro nobis loquentem, & Iudæos verberantem inducere, vt qui velit, eiuſdem velut telis ex veteris inſtrumenti armamentario depromptis vtatur. Habet autem in hunc modum: Illis, qui ſunt de circũciſione ſic occurrens, perquire, vtrum eſt difficilius, ſenem & ſterilem, muliebribus iam deficiẽtibus parere, aut Virginem iuuenem generare? Sterilis erat Sara, & deficientibus iam muliebribus, præter naturam peperit. Igitur quum & ſterilem, & Virginem parere ſit præter naturam: aut vtrumque nega, aut vtrunque concede. Idem enim Deus vtrunque operatus eſt: neq; enim audebis dicere, quod illic quidem poſſibile, hic autem impoſſibile eſt Deo. Et rurſus, quæ natura mutat hominis vna hora in diuerſas ſpecies mutare poteſt, & rurſus reſtituere? Quomodo igitur Moyſis manus ſicut nix alba apparuit, & rurſus ſtatim albedine illa deſtituta eſt? Sed dices, quia Deus voluit, mutata eſt. Illic Deus volens poteſt: hic autem nunquid non poteſt? Ac illud quidem ſignum ad Ægyptios tantum, hoc autem datum erat ſignum vniuerſo orbi. O Iudæi vtrum autem difficilius eſt, Virginem parere, aut virgã in animal mutari? Confitemini quod tempore Moyſis rectiſſima virga ſerpentina ſpecie facta eſt, & horrenda fuit etiam proiicienti illam. Et qui antea tenebat virgam, paulo poſt fugiebat illam tanquam draconem. Reuera enim draco erat, fugiebat autem, non metuens id, quod tenuit, ſed timens mutatum. Dentes habuit virga, & draconis oculos. De virga itaq; oculi pulularunt: & de vtero virginis puer nõ naſcetur Deo volente? Taceo hic, quod & virga Aaron, quod reliquæ arbores per annos plures faciunt, hoc per vnã noctem fecit. Quis enim neſcit, quod virga cortice deſtituta, etiamſi in mediis fluminibus plantetur, nunquam florebit? Sed quum Deus nõ naturam arborum ſequatur, verum naturæ eſt factor, etiam infructuoſa ſiccaque virga, & ſine cortice efflorui, & nucum fructum protulit. Qui igitur virgæ propter typicum ſummum Sacerdotem, præter naturã fructum tulit: nunquid Virgini, vt verum Sacerdotem ſummum pareret, hoc non conferret?] Deinde verò Iudæos perſtringens: O indoctiſſimi Iudæi, inquit, vnde Adam factus eſt? Nonne Deus accepit puluerem de terra, & creauit creaturam hanc admirandam? Quid igitur? Lutum quidem in oculum mutatur, & Virgo non generabit? quod apud homines maximè eſt impoſſibile, nunquid Deus præſtare non poterit.]

Ab exemplo Sarę ſterilis, & in grate deceptę puta parientis.

Ab exemplo manus Moyſi in aliã atque aliam ſpeciẽ trãsformatę.

Ab exemplo mutatę virgę Moyſis in ãra conem.

Ab exemplo virgę Aaronis contra naturã efflorefcẽtis.

Ab exemplo Adæ formati de puluere.

PERGAMVS autem complures indicare typos & allegorias, nec aliunde quam ex Propheticis literis eruitas, vt craſſi Iudæi illiſque ſuffragantes alij fortius comprimantur, dum tantoperè à fide Marianæ virginitatis abhorrent, eamque nulla ratione probabilem videri volunt. [c] Ambroſius hæc nobis arma ſubminiſtrat: Quid incredibile, inquit, ſi contra vſum originis naturalis peperit Maria, & Virgo permanet? [b] quando cõtra vſum uaturæ mare vidit & fugit, atque in fontem ſuum Iordanis fluenta remearunt? Non ergo excedit fidem, quod Virgo peperit, quãdo legimus, quod [c] petra vomuit aquas, & in montis ſpeciem [d] maris vnda ſolidata eſt. Non ergo excedit fidem, quod homo exiuit de virgine quando petra pro fonte flumen ſcaturiuit,

Quibus typis & miraculis Marię virginitatẽ Prophetici literis cõtra Iudæos magnifice cõprobetur.

a In ep. 81.
b Pſal. 113.
c Num. 20.
d Exod. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

e 3. Reg. 6. f Ioann. 21. & Ser. 14. de natali Domini. h Exod. 31. & 34. i Exod. 16. k Num. 17.

[e] ferrum super aquas natauit, [f] ambulauit homo supera aquas. Ergo si hominem vnda portauit, non potuit hominem vigo generare?] Tùm [g] Augustinus, vt eandem causam aduersus Iudæos vrgeat, has veteris Testaméti figuras commodè profert: Ipsa lex, quam quotidie legis, [h] sine graphio scripta est in tabulis lapideis, lege & intellige, quod [i] panem in eremo terra produxerit, cuius semen orator nullus induxit. [k] Virga etiam Aaron annis siccata plurimis, sine aqua reuixit, in templo floruit, nuces produxit. Ergo qui scripsit lapideas tabulas sine stylo ferreo, ipse grauidauit Mariam Spiritu sancto. Et qui produxit panes in eremo sine oratione, ipse imprægnauit virginem sine corruptione. Et qui fecit virgam sine humore folia germinare, ipse fecit filiã Dauid sine semine generare.] Cæterum quod ad virgã Aaron attinet, quæ sola inter alias plures allatas & floruit & fronduit, alibi quoque cum Iudæis in hoc argumento disputat Augustinus. Dominus, inquit, Moysi sancto præcepit de singulis tribubus virgas afferri. Allatæ sunt duodecim virgæ, inter quas etiã vna erat, quæ Aaron fuerat Sacerdotis: positæ sunt à sancto Moyse in tabernaculo testimonij. Virga autem Aarõ post alterum diem inuenitur subito produxisse flores & frondes, & peperisse nuces.] Et postea: Virga ergo potuit contra naturam nuces educere, virgo non potuit contra naturæ iura Dei filiũ generare? Dicat igitur mihi Iudæus incredulus, quemadmodum arida virga floruit & fronduit, & nuces protulit, & dicam illi, quemadmodum Virgo conceperit & pepererit. Sed profecto Iudæus nec conceptum poterit virgę explicare, nec Virginis partum.] Ac demum disputationem ita concludit: Deus, qui in Numeris mirabile signum ostendit contra naturã, vt asina loqueretur, ipse mirabilius facere voluit, vt Christus de Virgine nasceretur.] Succinctius verò Bernardus: Quid rogo, inquit, virga Aaron florida, nec humectata, nisi Mariã concipientem, quamuis virum non cognoscentem portẽdebat? Nec virgæ virorem floris lætæ emissio, nec Virginis pudorem sacri partus editio.] Ac mire profecto Mariæ virgineam fœcunditatem virga hęc sacerdotalis adumbrabat, quæ neque mortali manu consita, neque terreno succo irrigata, & cælitus cõcipiendo floruit, & sine cruciatu patiens fructum vinificum edidit.

Aaronis virga Deiparæ virginitatem adumbrat.

Serm. in Dominica ante natalem Domini. Numer. 17.

Numer. 22.

Hom. 2. de beata virg.

A bus? Quanquam propius ad rem facere videtur Exodi locus de rubo, quem ardentem in montem, sed sine omni combustione Moyses admirans aspexit: Sicut enim rubi naturam excedit, si flammis vndique coopertus, nihilominus maneat incombustus, nullumque sui detrimentum faciat, ita non humanæ, sed diuinæ virtutis opus proprium fuit pregnans Marię virginitas, quæ cum vxorem nunquam præstitisset, tamen puerperæ nomen promeretur, illæsa semper integritate, sicut [c] Chrysostomus & [f] Eucherius hanc figuram explanant, vnde dixit quoque [g] Bernardus: Quid rubus ille quõdam Mosaicus portendebat, flammas quidem emittens, sed non ardens, nisi Mariam parientem, & dolorem non sentientem? Ac alibi rursus: [h] Magna planè visio rubus ardens sine combustione: magnum signum mulier illæsa manens amicta Sole.] Eodem spectat, quod in Psalmis Dauidicis legimus: Descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Hic Prophetæ locus ad illud vellus alludit, quod Gedeoni forti viro in signum victoriæ de Madianitis hostibus reportandæ diuinitus concessum atque monstratum est. Cum enim is de bello successu dubitaret, ac aridam circumquaque terram aspiceret, inusitatum ac mirabilem in vellere humorem spectare iubetur, vt hinc diuinam opem atque potentiam in re bellica sibi certius polliceretur. Typus in Mariam optimè competit, cuius sterilis virginitas, si secundum carnem iudicemus, apparet: sed vt apertrum præcipuæ contra Satanam victoriæ indicium habeamus, eadem virginitas cum fœcunditate sacratissima coniungitur, Christo nobis per Mariam edito. Igitur niueum hoc Gedeonis vellus virginitatem illius exprimit, quæ à carnis contagio longè semota, at cælesti rore ter compluta, sanctissimæ Trinitatis opificio mirabilem fœtum pura concepit, pura enixa est, & post partum pura vsque permansit, vnde Bernardus etiam dixit, gedeonis vellus, quod vtique de carne tonsum, sed sine vulnere carnis in area ponitur, & nunc quidem lana, nũc verò area perfunditur, carnem illam de carne Virginis, & absque detrimẽto virginitatis assumtam designat. Ac paulo quidem aliter figuram hanc explicat Ambrosius, sed vt Marianam quoque virginitatem inde confirmet, quia Christus in Virginem latenter ac secreto descenderit, nullumque in illa viri complexum admiserit. Quid enim, inquit, tam silenter & sine strepitu fit, quam quum imber in lanæ vellus infunditur? Nullius aures sono verberat, nullius corpus humore repercussionis aspergit: sed sine inquietudine hominum totum imbrem per multiplices effusum partes, toto corpore in se trahit, vnius meatus scissuram nesciens, solida mollitia plures præbens meatus, & quod clausum videtur per densitatem, est patulum per tenuitatem. Rectè ergo Maria velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, vt toto eum haurirет corpore, nec eius discissuram corporis pateretur, sed esset mollis ad obsequium, solida ad sanctimoniam. Rectè, inquam, Maria velleri comparatur, de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur, vellus planè Maria est: siquidem de molli sinu eius Agnus egressus est, qui & ipse matris lanicinium, hoc est, carnem gestans, mollis vellere cunctorum operit vulnera populorum.]

Fauet

Isai. 19. Moysi rubus. Maria in partu permanens. Habacuc 3. Ser. 33. de natali Domini. Iudic. 6. Psal. 71. Quid rubus, carnis nitor, lana Gedeon.

Hom. 17. in Genes. 3. Reg. 10. Maria vellus.

Liber 14. in Esaiam. Esa. 11. Maria nubile lilium & Deum feminã comparans.

Exod. 3.

Maria est nubecula, in qua vestigium hominis apparuit, vt Helias ostendit

Fauet prætereà locus, de Propheta Helia scriptus, qui post holocaustum cælitus concrematum, post Prophetas Baal occisos, quum iam tempus propitiationis instaret, quo Deus vberrimam, pluuiam in terras demittere voluit, ascendit in Carmeli montis verticem, iussitque puerum suum ex alto contra mare, prospicere. Is cum iam sexies frustra prospexisset, septima vice tandem quasi vestigium filij hominis vidit apparere in nubecula, quæ de ipso mari consurgeret: Quæ nubecula, nostram Virginem exprimebat, vt quæ de matri seculi huius, si carnis propaginem spectes, ascendit, ipsoque mari seculi haud dubiè & altior & leuior fuit, neque vllis aut mundi, aut carnis, aut peccati illecebris deprimi potuit: atque in hac ipsa nubecula vestigium hominis, adeoque veritas carnis illius apparuit, qui se filium hominis appellauit, & non nisi de Virgine natus, mundi se propitiatorem ostendit.

Sed enim quoniam in hunc sumus campum ingressi, non abs re fuerit in Propheticis libris, velut in amœnis pratis diutius detinere Lectorem, vt tantum Dei mysterium, quod in Maria celebramus, & Iudæi aliique carnis iudicio impediti, cœcis velut oculis transeunt, rectius obseruetur, ac maiore in precio habeatur. Cauendum enim in primis hoc fœdum & Iudaicum est vitium, ne tanquam ingrati & agrestes conuiuę, sicco nudoque pane contenti esse velimus, quum oblatis pretiosis epulis ex liberalitate hospitis frui possumus, & inuitati ad mensam Domini lautissimam assidemus. Nec temere monet Rex sapientissimus: [a] Quando sederis vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam. Verum in vesanos Iudęos quadratmaximè, quod Prophe- ta fore prædixit: [b] Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in captionẽ & in scandalum, sicut & [c] Paulus hęc verba interpretatur. [d] Esaias quidem Propheta de Marię filio, veroque Messia disserens, non sine venusta metaphora dixit: Ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti, vel sicut Aquila interpretatur, inuia, perinde ac si dicat: Nascetur Christus vt virgultum elegantissimum, sed mirabiliter nascetur è solo arido, hoc est, è Virgine Maria, virili semine non irrigata, nimirum vt opus hoc Dei proprium & singulare cognoscamus. Nec refert, si cum aliis interpretibus legas: Ascendens sicut puerulus lactens aspectu de terra sitienti & inuia. Idem enim Christus, qui paruulus natus virginea suxit vbera, ex matre processit veluti terra siticulosa, quoniam carnis affectu & viri congressu semineque vacua. sed ob ardorem & plenitudinem Spiritus simul æstuanto: terra, inquam, inuia, quia & in partu, & post partum virginitatem suam hæc mater integram conseruauit. Ad quod Esaiæ dictum Origenes alludit, vt planè suspicor, vbi docet Christum veluti virgultum, siue ramum nasci non ex semine, sed ex Virgine absque concubitu viri, & sine semine naturali. Nam & Symmachus pro virgulto ramum interpretatur, & Hieronymus aperte monet, hic assumtum ostendi hominem, qui processit de vtero virginali, simulque Marianæ virginitatis priuilegium demonstrari. Extat & aliud Esaiæ vaticinium: Ecce Dominus ascendet supra nubem leuem: aut sicut alij vertunt: Ecce Dominus vehitur super nubem leuem, & ingredietur

Christus virgultum nascẽs è solo arido, hoc est, terra sitiente fit, & Virgine Maria.

a Prouer. 23. b Psalm. 68. c Rom. 11. d Esa. 53.

A Ægyptum. Ambrosius legit: Ecce Dominus venit sedens super nubem leuem, per quam accipi docet, Mariam coniugij onera nescientem, & quæ Virgo integra fontem, quo terrarum orbis irrigatur, complexa est. Hieronymus perspicuè tradit: Ascendit Dominus super nubem leuem: corpus sanctę virginis Mariæ, quod nullo humani seminis pondere prægrauatum est.] Adiungit autem statim Esaias: Et ingredietur Ægyptum, & commouebuntur simulachra Ægypti à facie eius. Cum enim nubes illa leuis Virgo sacratissima Christum puerum in Ægyptum deportaret, cuncta illic idola, velut præsentis Messiæ aduentum ferre non possent, corruisse dicuntur, sicut [e] Cyrillus Alexandrinus & [f] Nicephorus Callistus eundem Esaiæ locum explanant, quibus & [g] Anselmus consonat. An Maria leui nubi non ritè confertur, vt quæ nullo peccati onere grauaretur, omni autem benedictione gratiaque compleretur, vt virgo fœcunda redderetur, ex qua rerum omnium opifex in mundum progressus, cuncta innouaret atque pacificaret? Quam verò grauiter, quàm appositè pronunciat Hieremias: Nouum faciet Dominus super terram, sic enim Cyprianus legit, nec dissentit [i] Augustinus, pro eo, quod vetus habet interpres: Creauit Dominus nouum super terram: Foemina circundabit virum. Perinde ac si dicat Propheta: Nouum quod super terram dico Dominum esse facturum, in eo consistit, quod fœmina circundabit virum, eaque super omnes fœminas benedicta, quę licet virum non cognouerit, omnis virilis congressus expers, tamen carnea prole de spirituali semine gratulatur, vt verbis Augustinianis vtamur: Nam profecto res noua, inaudita, stupenda, vereque diuina est, quod ante luciferum genitus initium carnis ex Virgine capiat, quodque vniuersitatis parentem vnius Virginis venter includat. Succinctè Bernardus: Fœmina circundans virum, inquit, Virgo est concipiens Deum.]

Lib. de inst. virgini. 13. Li. 7. in Esa. Ruunt simulachra, Christo in Aegyptum venienti. e Vide comm. eius in Esa. f Lib. 10. hist. Eccles. cap. 30. g In cap. 2. Matthei. Cap. 32. h Serm. de nat. Christi. i Serm. 5. in nat. Domini. Serm. 5. de nata. Dom. Hom. 2. de beata Vir. Quid fœmina virum circũdans apud Hieremiam.

Neque parum illustris apud Danielem est locus, quo veteres Theologi frequẽter vtuntur, quum promittitur & prædicitur lapis, qui de monte sine manibus est abscindendus. Hic [k] Irenæus & alij Mariam faciunt montem, sicut & [l] Gregorius illam montem in vertice montium, id est, Sanctis & Angelis cunctis præeminentem ex Esaia nuncupat: à quo monte sumptus est lapis ille probatus & pretiosus & angularis, qui fecit vtraque vnum, & cui innititur omnis ædificatio spiritualis: sumptus inquam, de monte sine manibus: quæ manus pro opere nuptiarum hoc loco accipiuntur, Hieronymo teste. Etenim Christi in hunc mundum aduentus sine congressu Ioseph, sine viri opera, sola virgine cooperante ex summa Dei virtute processit. [m] Augustinus & [n] Hillefonsus paulo aliter de hoc Danielis lapide loquuntur, qui de monte, [o] id est, de regno Iudæorum præcisus fuerit: sed in eo tamen consentiunt, Christum esse lapidem sine manibus excisum, vtpotè sine opere humano, sine amplexu maritali, sine matris corruptione de Virgine procreatum. Præterea huc spectat Oseæ Prophetæ dictum: Adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem, & deficcabit venas mortis. Quis etenim alius mortis deficcabit venas, nisi Christus Iesus, quem nobis intemerati ventris desertum refudit? sicut [p] Gildebertus exponit. Sed

k Lib. 3. aduers. hæres. cap. 28. l Lib. 1. expos. in 1. cap. Reg. Esai. 38. 1. Petr. 2. Psalm. 117. Ephes. 2. m In epist. ad Euc. 9. de cust. virgin. n Tract. 9. in Ioannem. o Lib. de virginit. Mariæ cap. 5. p Daniel. 2. Oseæ 13.

Maria mons, à quo lapis

Christus abscissus.

p Serm. 15. Super Cant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[b] & Hieronymus probat, hic per desertum virginalem Mariæ vterum designari, quod absque semine humano nulla fruticе pullulauit: quoniam Virgo simplex atque purissima, & vnione fœcunda, eum florem edidit, qui dicit in Cantico Canticorum: Ego flos campi, & lilium conuallium. Verè autem Christus flos campi & castitatis lilium, quia puer mundissimus, & præ filiis hominum forma speciosus, vt Rupertus indicat: flos inquam, in tali campo exoriens, qui licet nec aratro scissus, neque rastro vexatus, neque sarculo defossus, nec manu hominis seminatus esset, tamen incomparabilem florem medicamentum animarum progerminauit. Vt hinc rectè dixerit Ambrosius: Inoperata est caro Christi, quam vt Maria Virgo conciperet, inusitato quodam nouoque incarnationis mysterio, sine vlla virilis seminis admixtione diuinæ gratia dispensationis, quod erat carnis, assumpsit ex Virgine, atque in illa nouissimi Adam immaculati hominis membra formauit.] Idque probat ex illo dicto Psalmographi. Inoperatum eum viderunt oculi tui: pro quo nos legimus: Imperfectum meum viderunt oculi tui: Græci habent ἀκατέργαστον hoc nomine significantes, quod manet sine operatione. vel inoperatũ, sicut & Hilarius annotauit. Quod enim Ecclesia legit imperfectum, hic pro incompositо sumi, etiam Hieronymus indicat, eoque monemur, vel ipsa elementa hominis, antequam formentur in vtero, à Deo Creatore cognosci. Rursus quod apud eundem Oseam sub persona Messiæ dicitur: Ero quasi ros Israël, germinabit sicut lilium, huc referre conuenit. Ereenim quasi ros Christus extitit, quando per [C] Spiritus sancti gratiam Virginem obumbrans, in vterum eius ascendit. Tunc verò veraciter germinauit Israël quasi lilium, quum veri Israëlitæ Apostoli non in carne, sed in spiritu, fructificauerunt, noua conuersatione imitantes lilium, hoc est, magistrum & præceptorem suum Christum virgineæ pulchritudinis filium, vt à Ruperto est annotatum. An verò temerè factum est, quod pontifex Mosaicus, vt lex præscribebat, super patre & matre, non inquinaretur? Hoc enim plerique cum Hieronymo, sic interpretantur, vt symbolum ac typus fuerit, verum æternumque pontificem Christum non nisi de Virgine proditurum. Nec temere Christus in Scriptura Prophetica vermis dicitur, quoniam de Virgine sola editus, quum vermis nulla corporis alieni admixtione, sed è pura terra proceetur, quemadmodum præter alios [c] & Maximus [d] Bernardus explicarunt. Vnde quod ex persona Christi [e] Psalmographus cantat: Ego autem sum vermis, & non homo, Origenes his verbis declarat: Ex mare & fœmina homo nasci solet: ego verò non ex masculo & fœmina secundum ritum humanum atque naturam, sed in exemplum vermis natus sum, cuius non est aliunde semen, sed in ipsis & ex ipsis, in quibus coalescit corporibus origo est.] Ac eadem ratione Christo competit, quod alioquin de Rege Dauide dictum legimus: Ipse quasi tenerrimus ligni vermiculus, sicut & Angelomus interpretatur. Quemadmodum enim lignum ex se vermiculum procreat, ita quoque beata Maria Virgo, videlicet de radice Iessæ absque opere nuptiali florẽ protulit Dominum & Saluatorem.] Vtinam verò quam Christiane & piè ista dicũtur, & crebro à Patribus ad integritatem nostræ Virginis comprobandam repetuntur, tam facilè isthæc aduersarius, ac ludæis maximè, persuaderi possent.

a *Lib. 13. in cuiusdam Propheti Oseam Cantic. 2.* Christus venturus vrès, & de virgine tanquam deserto descendẽs.

Lib. 1. comm.

Christus flos campi, & lilium conuallium, quia Virginis filius.

in Cantic. Lib. de inst. Virgin. Christi caro inoperata, quia de virgine sumpta.

Psal. 138.

In enarrat. eius. Psalm

In eundem Psal. Osee. 14.

Christus rori comparatus & lilio, quia a Virginis filius.

Lib. 6. in Oseã Prophetam. Vide Hiero. ad Fabiolam de veste sacerdotali.

Christum in Scriptura vermẽ dici, quod natus sit de Virgine.

c *Sermon. in Dominicam Palmarum. d Ser. de Passione Domini.* e *Psalm. 21. f Exod. 14. in Luc. 2. Reg. 23. In eundem locum.*

QVID verò Iustinus ille Martyr & Philosophus verè Christianus? Marianã virginitatem & ille Propheticis literis cõprobat, quoniam Balaam hoc modo vaticinetur. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israël. Hic Mariam stellam lucidam facit, & Iesse radicẽ, ex qua flos Christus prodierit, in cuius brachio gentes suam spem essent collocaturæ. Quẽ Esaiæ locũ profert etiam ac vrget Athanasius. Tum Iacob Patriarcha de Iuda filio, qui Christũ adũbrabat, differens: Lauabit, inquit, in vino stolam suã, & in sanguine vuę pallium suum. Iustinus verba sic interpretatur: sicut vuæ sanguinẽ non homo fecit, sed deus: sic hoc loco significatur, messiam venturũ non ex humano sanguine vel semine, sed ex vi ac virtute diuina per Virginẽ nasciturum esse. Cæterũ ex Ezechiele Propheta plus fortasse lucis apparebit, quo Iudæi luculentius redargui possint, quãdo sic loquitur Dominus: Porta hæc clausa erit, & nõ aperietur, & vir non transiuit per eam, quoniã Dominus Deus Israël ingressus est per illam, eritq; clausa Principi. Hæc porta non ad Aquilonem, vnde pãditur omne malũ, sed ad exortũ spectat, vnde Sol nouus & nouator omniũ oritur: idemq; Princeps est pacis, qui ingrediens & egrediẽs, materne virginitatis claustra non violauit, sed consecrauit. Neq; vacat mysterio, ter clausum hanc portã à Propheta reperi, vt sic etiã admoneamur, Messiæ matrem simul ante partũ, & in partu, & post partum virginem integrã hoc loco significari. Quæ Prophetica verba crebro citantur Patribus, & ad Mariam verè portam perpetuo clausam, nulliq; nisi summo Principi peruiã, sedulo accõmodantur: Sic enim locũ accipiunt [g] Chrysostomus, [h] Hieronymus, [i] Ambrosius, [k] Augustinus, [l] Eusebius Emissenus, [m] Ruffinus, [n] Damascenus, alijq; plures, ex quibus vnum atq; alterum in mediũ adduxisse sat est, ne alioquin in adducendis Patribus, vbi res minus exigit, simus longiores. Quæ est illa porta Sanctorum, inquit Ambrosius, illa exterior ad orientem, quæ manet clausa, & nemo pertransiuit per eam, nisi solus Deus Israel? Nonne est hæc porta Maria, per quam mundus intrauit?] Ac alibi rursus: Quæ est hæc porta nisi Maria? ideo clausa, quia Virgo. Porta igitur Maria, per quam Christus intrauit in hunc mundum, quando virginali fusus est partu & genitalia virginitatis claustra non soluit. Mansit intemeratum claustrum pudoris, & inuiolata integritatis duruere signacula, quum exiret ex Virgine, cuius altitudinem planissimè docet, Mariam illam portam esse clausam, quam in visione diuina, Ezechiel Propheta conspectam descripsit: & hæc porrò adiicit: Quid est porta in domo Domini clausa, nisi quod Maria semper erit intacta? Et quid est, homo non transiuit per eam, nisi quia Ioseph non cognouit eam? Et quid est, quod Dominus solus ingreditur & egreditur per eam, nisi quia Spiritus sanctus imprægnauit eam? Et quid est, clausa erit in æternum, nisi quia Maria Virgo ante partum, Virgo in partu, Virgo post partum?] Vt reliqua eius generis multa prętereamus. Nec dubium sanè, quin hęc sacra Virgo, & eius admirabilis sanctitas, supra quã verbis explicari queat, ab Ezechiele depingatur. Quæ

Maria Rubi. ex Iacob. *In Apoc. 12. Hieron. Ioan. Damas. Ambr. Ruffin. Aug. Euseb. Emiss.*

Lib. de Incarnat. verbi. Genes. 49.

Maria Virgo per peccatum Euæ circelli destituta. *Ezech. 44.*

Lib. de inst. Monast. Multa obscura Scripturæ sensus mysticus. *Galat. 4.*

Lib. 1. Eccl. hist. cap. 7.

Sensus Scripturæ mysticus ad dogmatũ authoritatẽ non sufficit.

Iudæi non fidem Scripturis certis conabnt volunt, vt perpetuam Mariæ virginitatem fateantur.

*Hieron. Ioan. Damas. Euseb. Ruffin. Ambr. Aug. Euseb. Emiss. Ezech. 44. Ambr. Hieron. Aug. Damas. Ruffin

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæorum scholiis declaratur. Nisi enim Messias à muliere Virgine in vtero conceptus circundaretur, nulla veræ nouitatis in mundo ratio esse videretur. Nec dissentit Rabbi Humna, qui locum eundem Messiæ deputat. Prætereà quod ex Ezechiele diximus, Mariam clausam portam vocari, per quam Princeps ingrediatur & egrediatur, id Rabbi Simeon Ben Iohai satis confirmat, quum scribit, Regem Messiam Principem esse altissimum de vulua clausa mulieris egressurum. Demum, vt semel finiam, Rabbi Iodan & Rabbinus Haccados diligenter expendunt, quod in Prouerbiis Salomon dixit: Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro, viam aquilæ in cælo, viam colubri super terram siue petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentulam: quod postremum alij vertunt, viam viri, id est, fortis vel potentis in Alma, id est, in Virginem. Quæ omnia illi ad Messiam referunt, de quo Salomon hoc loco vaticinetur, ac præcipue quartum illud de via viri in adolescentulam siue Virginem. Notant enim filias Hierusalem amari à Deo peculiariter, ex quibus vna sit Virgo futura & perseueratura, quæ regem Messiam concipiat & pariat. Vnde colligi rectissime potest, viam Gheuer, id est, viri fortis, vel potentis, qui ipse Deus est, in Alma vel Virginem, secundum hos Rabbinos nihil esse aliud, præterquam filij Dei ex Virgine incarnationem. Magnum profecto hoc, ac Salomoni etiam Regi omnium sapientissimo admirandum, omnibusque aliis incomprehensibile Sacramentum, quomodo nempe Virgo absque viri semine concipiat, & suo vtero Deum hominemque concludat, ac filium itidem pariat, salua semper integritate. Ad quam rem probandam rursus repetunt ex Hieremia, quod sæpe iam proposuimus: Creauit Deus nouum super terram. Fœmina circundabit Gheuer, id est, virum fortem & potentem Hæc aliáque plura id genus si quis legere voler, Petrum Galatinum, rerum Hebraicarum peritissimum consulat, qui veterum Rabbinorum testimoniis recentiores Iudæos fortiter coarguit, & eorundē authoritate Mariæ virginitatem astruit luculenter.

Ezech. 44.

Prouer. 30.

Hier. 31.

Hierem. 31. Lib. 7. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 14. Et lib. 8. cap. 1. Esaiæ aduersus Iudæos clarissimè loquitur & probat, Mariam & virginē & matrem esse.

Matth. 1.

Esa. 7.

Præsentem Esaiæ locum variè transferri.

VENIAMVS tandem ad præcipuum Prophetiæ Scripturæ locum, qui non facile ab istis proteruis posit eludi, ac veluti ipsorum oculos feriat, nec obscurum veritatis specimen præ se ferat. Hunc locum non ab alio, quàm à maximo illustrissimóque Propheta, qui merito Euangelicus dicitur, Esaia petemus, totique Iudaicæ Synagogæ tanto fidentius opponemus, quod Matthæus Iudæus simul & Euangelista illum ipsum in medium adducat, ex eóque palam demonstret, non alium Iudæis Messiam, nisi Iesum Mariæ Virginis Filium expectandum esse, de quo Deus per Prophetā sic dixerit atque promiserit: ECCE VIRGO in vtero habebit & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Aut sicut apud Esaiam habet Hieronymus: Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Alij vt ad Hebræam lectionem propius accedunt, sic ad verbum reddunt: Ecce Virgo prægnans, & pariens filium: vel quod perinde est, sicut Vatablus & Pagninus transferunt: Ecce Virgo prægnans & fœta. Duriusculè dixit Munsterus, imprægnata pariet: pro quo alij legunt: Virgo grauida concipiens, & pariens est filium: nonnulli vero: Ecce Virgo illa aureis literis exprimenda verba, quæ si Græce iuxta translationem Septuaginta virorum singulatim expendas, non alia esse dixeris, quam quibus Gabriel Angelus Mariam est allocutus: Ecce concipies, &c. Et quoniam hoc Esaiæ oraculum iam ante Maria legerat, vt Ambrosius quoque confirmat, & celebris de illo sermo vulgò iactabatur, quis ambigat, sapientissimam Virginem sic ab Angelo esse salutatam, vt mox illum ac præsens Esaiæ dictum alludentem intelligeret? Quæ Prophetica sententia, aut si mauis, vaticinatio de admirabili sacratissimæ Virginis partu tàm est grauis, tàm illustris, tàm vehemens, vt nisi frons ærea Iudæis esset, suum illi Messiam, eiusque matrem Virginem facile agnoscerent, gratóque pectore complecterentur. Quid enim obscuri, quid ambigui hæc Esaiæ verba proponunt? an non Virginem parturam loquuntur, eámque matrem faciunt Emanuelis? Nihil autem profecero in citandis Patrum sententiis, quos Iudæi velut suspectos in præsenti causa testes, maiore stomacho auersantur, quandoquidem illos suæ fidei, ne dicam perfidiæ, nōrunt liquido repugnare. Stant pro nobis contra illos Græci, stant & Latini Theologi, vt [a] Iustinus, [b] Irenæus, [c] Origenes, [d] Epiphanius, [e] Eusebius, [f] Basilius, hoc est, vetustissimi simul & probatissimi quique scriptores, quibus [g] Tertullianum, [h] Cyprianum, [i] Lactantiam, [k] Hieronymum annumerare decebit. Hi enim omnes magno consensu comprobant, ad matrem Virginem Mariam, quæ pura Christum concepit & peperit, præsens vaticinium pertinere. Nec sane refert hūc Virginis Filium nunquam Emanuelem vocatum esse, sed Iesum, qui Latine dicitur Salutaris, siue Saluator, quia cunctis Gentibus, quod ad ipsius voluntatem attinet, Salutifer venit. Sed Propheta declarauit hoc nomine, inquit [l] Lactantius, quod Deus ad homines in carne venturus esset. Emanuel enim significat: Nobiscum Deus, scilicet quia illo per Virginem nato confiteri homines oportebat, Deum secum esse, id est, in terra & in carne mortali. Vnde Dauid in Psalmo octogesimo quarto: Veritas, inquit, de terra orta est: quia Deus, in quo veritas, terrenum corpus accepit, vt terrenis viam salutis aperiret.] An verò mysterio vacat (quid enim in sacris literis otiosum videri potest?) quod Esaias non simpliciter Alma, sed præpositā litera scribit, quæ vim habeat articuli, perinde ac si dicas: Ecce Virgo illa concipiet. Notarunt hoc sane mysterium interpretes Septuaginta, ac propterea non παρθένος, sed ἡ νεᾶνις παρθένος locum Græcè reddiderunt. Vix enim in tribus Scripturæ locis reperimus, hanc sacram dictionem cum præposito articulo, qui apud Hebræos He nuncupatur, vsurpari, sicut & Galatinus annotauit. Sed hanc quoque lucem Iudæi respuunt, quos tanta stupiditas occupat, vt Virginem illam peculiarem, eximiam, veréque singularem, quæ Messiam, imó & Deum in mundo filium ediderit, non possint agnoscere & profiteri. Omitto ex Hebræa voce Alma colligi, sicut Hieronymus etiam indicauit, eandem Virginē vt intemeratæ ac illibatæ pudicitiæ fœminam, quæ domi abscondita, & à virorum

[a] In Dialog. cum Tryphone.
[b] Lib. 3. cont. hæreses.
[c] Lib. 1. cont. Celsum.
[d] Hom. 78. contra Diamarit.
[e] Lib. 1. de demonstr. Euang.
[f] Homil. in Esaiam.
[g] Lib. 5. contra Marcionē.
[h] Lib. 2. aduersus Iudæos.
[i] Lib. 4. diuinarum.
[k] Lib. 1. contra Iouinianum.
[l] Lib. 4. diuinarum.

Dictum hoc Esaiæ ab omnibus Patribus celebratur.

Ezech. 1.

In Euang. Luc.

Quomodo Iudæi circa Esaiæ locum in Matth. odiū exagitent: & quos sequantur authores.

Theodotion & Aquila scripturam in transferendo peruertunt.

a Lib. 3. contra Valent. b In app. aduersus Rufinum.

Iudæi in Ecclesiastē in loco ad interpretandum negotium & affectant.

Iudæi ad quā fœminā torqueant locum Esaiæ.

Prouer. 1.

a In Dialog. cum Tryphone.
b Lib. 5. contra Valentin.
c Lib. 1. contra Celsum.
d Hom. 78. contra Diamarit.
e Lib. 1. de demonstr. Euang.
f Homil. in Esaiam.
g Lib. 5. contra Marcionē.
h Lib. 2. aduersus Iudæos.
i Lib. 4. diuinarum.
k Lib. 1. contra Iouinianum.
l Lib. 4. diuinarum.

Quomodo Iudæos hic confutent Origenes & Eusebius Cæsariensis. Lib. 1. cont. Celsum.

Esaiæ 7. Lib. 7. de demonstr. Euang. cap. 1.

à virorum conspectu secluſa degerer, significari. A

QVID ad hæc verò Iudæi? næ illi simul impudentissimi & mendacissimi esse pergunt, dum hāc tantam diuinæ Scripturæ lucem videre non sustinent, atque vt suæ impietati qualemcunque fucum prætexant, de propositis Prophetæ verbis miris modis altercantur, ac sine fine contendunt, in suos etiam contumelioſi. Accusant enim Septuaginta interpretes, qui ex Hebræa voce Alma, Græce verterint ἡ παρθένος, quos deinde Latini male sint imitati, dum nomen Virginis mordicus amplecti, magnóque studio defendere statuerunt. Non enim Virginem, sed iuuenculam vel puellam siue adolescentulā hoc loco à Propheta scriptam. & à Deo promissam esse. Nec desunt huic Iudæorum delirio fautores atque patroni, præsertim Theodotion Ephesius & Aquila Ponticus, cœci B duces Ebionitarum, ipsique Iudæi proselyti, qui præsentem corrupere sententiam, & pro virgine adolescentulam sunt interpretati. Hanc illorum fraudem [a] Irenæus quoque detexit, & de iisdem Hæreticis scripsit [b] Hieronymus, quod multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione cælarint. Verum de nomine Alma pluribus posteà disseremus.

EST & aliud artificium, quo sacrilegi Iudæi totam hanc sententiam, vt ab ea Mariam excludant, obscurare conātur. Fingunt enim de vxore Achaz, quæ mater est Ezechiæ, vel de ipsa Prophetæ coniuge locum intelligi oportere. Sed enim quoniam vere dixit Salomon: Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, ne hac quidem arte vel mediocriter doctis imponent, vt in Sole velut meridiano cœcutiant, & apertam diuinæ veritatis lucem sibi adimi patiantur. Nam siue antecedentia, siue consequentia considerentur, multò sublimius aliquid promittit Deus, quàm quod ad Ezechiam, vel ad Esaiæ filium nasciturum referri possit, quorum neuter Emanuelis nomen, nedum officium parte ex aliqua promeretur, & siue digne, siue indigne nunquam accepit. Origenes ita respondet: Si Iudæus pergat hærere verbis, dicens ad Achaz dictum: Pete tibi signum à Domino Deo tuo, rogabimus, quis fuerit natus Achaz temporibus, de cuius natiuitate dicatur Emanuel, quod est, Nobiscum Deus? Nam si nullus inuenietur, manifestum est id, quod Achaz dictum est, promissum esse domui Dauidis, eo quod scriptum sit, ex semine Dauidis natum Saluatorem iuxta carnem. Quin & signum ipsum in profundum & in altum dicitur, quoniam qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia.] His consonat Eusebius Cæsariensis, qui cauillantes Iudæos sequenti oratione castigat: Si Iudæi hæc ad Ezechiam referant filium Achaz, & dicant, hunc esse, qui patri suo futurus oraculo promittatur: videant, quomodò Nobiscum Deus fuerit Ezechias, aut quod nam signum sua maiestate dignum Deus in illo ostenderit. Sed neque certamen vllum, neque labor in illis ortu Deo exhibitus est. Prætereà plane in Prophetia excluditur ratione temporum Ezechias. Hæc enim ipso iam tum patre regnante futura canebantur: Ezechiam verò antequam regnum acceperit Achaz, genitum esse constat. Quòd si ad hunc ea minime referri possunt, multo minus ad alium quempiam eorum, qui apud Iudæos post Prophetiæ tempora extiterunt, præterquam ad ortum eius, qui verus est Emanuel.]

Iudæos de nomine Alma & Bethula frustra contēdere.

RVRSVS autem isti argutantur: Si de Virgine propositus esset sermo, Bethula hoc loco diceret Propheta (alij vetuli contra Hieronymi consuetudinem scribere malunt) quòd ea vox Hebraice Virgo dicatur, non autem Alma: quo nomine adolescentula, non itidem Virgo soleat significari. Verum enimuero in vtraque voce fallunturque & fallunt non tàm imperiti, quàm impudentes mendacésque Iudæi. Etenim si de Bethula disputatur, nomen hoc adolescentem mulierem quamuis aliquando corruptam indicat: quemadmodum Alma virginem, & nunquam adolescentulam, quæ semel sit vitiata, designat. Proinde Moyses de Rebecca scribens virgine, quæ ad hauriendam aquam egrederetur, prius eam Bethulam Hebraice quidem nominauit, sed ea voce non contentus, vtpote quæ non modo Virginem sed corruptam etiam adolescentulam exprimit, etiam Alma vocandam putauit, ac simul diserte illud adiecit: Vir non cognouerat eam. Vbi vocem alma, quam hoc loco Esaias vsurpat, bis repetitam videas, & quidem sine vllo additamento, minus vt liceat dubitare, Hebræis per vocem Alma, Virginem accipi. Iam verò, quod ad vsum & proprietatem vocis Bethulæ spectat, si Scripturæ fontes consulamus, ab Ezechiele scriptum hoc reperiemus: Ibi sunt fracta vbera & subactæ mammæ pubertatis earum. Quo loco vox Bethula scribitur, & sermo est de meretricibus, quæ licet adolescentiam nondum excesserant, vt ad viri congressum vix aptæ videri possent, tamen in prostibulo quæstum corporis impurissime faciebant: tantum abest, vt ea vox ad virgines proprie referatur. Tum apud Ioelem extat sententia: Plange sicut virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. Vbi Bethulæ nomen repetitum est, non pro alia virgine, quàm quæ adolescentula, vel puella nupserat, suo interim orbata marito, vt eum iam defunctum lugeret, ac suum acerbum dolorem lugubri etiam veste testaretur. Perquirant autem, si velint, Iudæi, euoluántque Propheticos libros omnes: de voce quidem Alma nihil tale nobis ostendent, quale nos de voce Bethula simul & Alma ex ipsis Propheticis testimoniis demonstrauimus. Atquò magis veritati reclamabunt, suámque defendent perfidiam, vt vetus ipsorum mos est, eo sese & impudentiores, & ingratiores prodent, præsertim quum à suis ipsis Rabbinis doctissimis & lectissimis viris, qui duo & septuaginta fuere, licet commoditatis gratia duntaxat septuaginta vulgo nuncupentur, tàm indigne temeréque discedant. Etenim negare non possunt, dictos Rabbinos de singulis duodecim ipsorum tribubus acceptos, & ab Eleazaro Pontifice primum electos, atque ad Ptolomæum Philadelphum Lagi filium & Ægypti Regem destinatos, non solum ætate & authoritate, sed singulari etiam sapientia & eruditione sic excelluisse, vt in Scripturis diuinis & in vtraque lingua Hebraica & Græca, tum apud ipsos Iudæos, tum apud Ethnicos à sacris alienos peritissimi haberentur. Constat & illud, si verum fateri velint, haud sine diuini numinis afflatu, certóque miraculo factum esse, vt hi laudatissimi viri, quum Ale-

Quomodo in sacris literis Bethula & Alma sole at accipi.

Genes. 24.

Vox Bethula non de sola virgine dicitur.

Ezech. 23.

Ioel. 1.

Iudæi à septuaginta interpretibus indigne discedunt.

Quàm præclari fuerint septuaginta interpretes.

Summa horum interpretum consensio, in versione librorum Bibliorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xandriæ commorarentur, sacros Hebræorum libros Græcè transferrent, vtque nulla in singulorum versione discrepantia, sed eisdem nominibus atque sententiis conuersa atque conscripta omnia reperirentur. Siue autem in cellulis diuisi eadem scripserint, quarum vestigia Iustinus in Phari arce Alexandriæ se vidisse profitetur, siue in vna Basilica collecti sua studia contulerint, vt Hieronymus Aristæam & Iosephum secutus existimat, illud fateantur Iudæi necesse est, tantorum virorum interpretationes vsque ad summam Ethnicorum admirationem per omnia consonas, & velut eodē dictāte Spiritu, à singulis consentiēter perscriptas fuisse. Qua de re nostri quoque & veteres Theologi, vti præter dictū Iustinum [a] Irenæus, [b] Tertullianus, [c] Hilarius, [d] Augustin. aliique plures, quorū verba citare supersedemus, haud obscure testatur. Quid? quod Apostoli & Euangelistæ, quum Scripturam veterem citant, septuaginta interpretum versione libenter vtuntur? neque solum [e] Hilario, sed aliis etiam peruetustis Patribus fuit omninò persuasum Orthodoxos, ab hisce grauissimis & certissimis docendi authoribus fidissimisque interpretibus haudquaquam discedere oportere. Nō quod nostrum iudicium, quid quantúmque versio septuaginta nunc valeat, hoc loco interponamus, sed ineptos & agrestes Iudæos reprehendimus, qui talibus ac tantis Synagogæ Ecclesiæque suæ magistris tàm impudenter obstrepunt, quorum ne vmbram quidem possunt assequi, duræ semper ceruicis homines ac merè peruicaces. Quid vero habent, quòd iuste contra illos velut suspectos Christianæ veritatis testes excipere possint? qui quum annis fere trecentis Christi ætatem præcesserint, & in Iudaismo summi fuerint diuinæ legis professores, de præsenti quidem cōtrouersia ignorarunt, omnique odio & prauo affectu vacui, Prophetam Esaiam non aliter quàm ipsi duce Spiritu sancto sentiebant, sunt interpretati. Sic verò sentiebant, hoc loco diuina voce promitti non adolescentulam tantùm siue iuuenculam, sed quod maioris est momenti, Virginem excellentem simúlque prole fœcundam, vt quæ saluo pudore conciperet ac pareret filium, non qualemcunque quidem, sed qui amplissimo Emanuelis & nomini & muneri pro dignitate respondere posset. Quē sensum nisi nobis Iudæi concedant, & ipsi Prophetæ tribuant, præsentem locum honestè tueri, & congruè interpretari, quicquid demùm machinentur, profectò minimè possunt. Fingamus enim, Deum, postquam signum aliquod & prodigium futurū regi Achaz, imo & orbi promiserat, hoc tātum indicasse, quemadmodum isti contendunt, puellam aliquam cum viro congressuram, & ex eo filium habituram esse. Hoccine signum siue prodigium tìm amplis promissis, quæ antecedunt, tantáque summi Dei promittentis maiestate dignum esse putemus? Pete, inquit, tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra: signum, inquam, veritatis, vt quum signum acceperis, credas futura quæ dixi, Deúsque magis glorificetur. Vbi Rex impius Achaz, velut hanc vero Deo gloriam in signo edendo inuideat, Deique verbum contemnat, se nihil petiturum superbè respondit. Verum neque Regis obstinatio, neque populi indignitas potuit impedire, quò minus diuina bonitas se magis magisque proderet, ac oblatam prius beneuolentiam non Iudæis tantùm, sed & orbi profuturam confirmaret, verbísque perspicuis exponeret. Propter hoc, inquit, dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium. Igitur annon Iudæi summo Deo notam vanitatis inurunt, dum audent fingere, signum hoc naturale fuisse, quale apud Ethnicos & vbique gentium reperire licebat, & ne signi quidem nomē promerebatur? Atqui non ludit in suis promissis & signis Deus, sed quum ad signa vel miracula veniendum est, quorum [f] cupidissimi semper fuere Iudæi, ardua, inusitata, illustria euidentiáque signa modo per se, modo per suos ministros edere solet. Hinc illa signa clarissima, quæ [g] Moyses aduersus Pharaonem, & [h] Elias contra Prophetas Baal & Eliæus [i] in mortuis excitandis præpotenti Deo auxiliante patrasse leguntur, ipsíque Iudæi merito prædicant.

Quare non modo falsum, sed etiam peregrinum & absurdū sensum his verbis inducunt, qui vt Iudæos prauæ interpretationis authores æmulentur, puellam vel iuuenculam, aut adolescentulam ex virgine faciunt. Etenim Oecolampadius transfert, Ecce adolescentula illa prægnans, & pariens filium: Castalion verò, Ecce puella prægnans filiū pariet. Vtraque interpretatio communi nomine corruptam æque ac incorruptam fœminam comprehendit. Tum Caluinus vltro Iudæis largitur quod postulant, nimirum vt nomē Alma vel Haalmach de puella viro cognita intelligatur. Accedit porro Erasmus, & oleum, vt aiunt, camino additurus, suis in Matthæum annotationibus hæc inserit: *Apud Hebræos vox est anceps, vt quæ tum puellam significet, tum abscondita*m. Ac rursus: *Si cum contentiosis agatur, quæ tumuis constet, Almā significare virginem, non tamen euincemus ex his verbis, virginem fuisse quæ cōceperit.* Adeo multum nunc sibi sumunt & arrogant noui doctores, quorum in præsenti loco vertendo vel interpretando studium eo fere tendit, nomen vt virginis supprimant aboleántque, ne tantum honoris deferant Messiæ parenti, & Catholicæ veritati. Cæterum aduersus hos Satanæ dolos munire nos debet, quod vir Apostolici Spiritus & seculi grauissimus Doctor Irenæus censuit: Non vera est, inquit, quorundam interpretatio, qui ita audent interpretari Scripturam: Ecce adolescentula habebit in ventre, & pariet filium.] Nec solus Irenæus, sed & Tertullianus & Cyprianus, qui ambo ætate Martyrum floruerunt, tùm qui hos porrò secutus est Lactantius, ac reliqui demùm Latini patres omnes constanter eandem lectionem: Ecce virgo, retinuerunt. Græci vero Theologi, vt Iustinus, Eusebius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, non discedunt ab interpretatione Septuaginta, eāque contra Iudæos fortiter hoc loco tuētur. Quid? quod Ionathan Vsielis filius, paraphrastes Chaldæus, vir apud Hebræos summi nominis, ita locum quoque reddidit? Ecce virgo, sicut nunc legit Ecclesia. Consentit insuper Matthæi Euangelium Syriace scriptum: nec lingua punica discrepat, Alma proprie virginem vocans. Viderint itaque nostri nouatores, rem ne pudendam ac pœnitendam faciant, quum siue scientes, siue imprudentes

In apol. aduers. gentes. In apol. aduers. Russin. a Lib. 3. aduers. Valem. ca. 24. & 26. b In apologetico. c In enarra. 2. Psalmi. d Lib. 18. de ciuitate Dei. c. 42. & 43. tum li. 2. de doctrina Christ. c. 15. e In enarra. Psal. 2. & 118.

Coguntur Iudæi in præsenti loco Esaiæ septuaginta interpretibus assentiri.

Esai. 7.

Ex verbis Esaiæ demonstratio, non nisi virginem partura promitti.

Impietas Regis Achaz.

Tribus tantùm in locis vocē Almæ, cum articulo de virgine inueniri.

Non constare sibi sententiam prophetæ, nisi de virgine sermo sit.

Ita Augustinus.

dentes non modò Iudæis præsentibus, sed & damnatis iam olim Hæreticis suo studio fauēt ac patrocinantur. Quid enim aliud faciūt quàm quod olim Theodotion, Aquila, Triphon, Carpocrates, Symmachus vna cū detestandis Ebionæis fecisse legūtur, vt pro luce tenebras amplectantur, ac nomen Virginis cōtra expressum Dei testimoniū defugiāt, obliterēt ac expugnent? Prętereà huc profana istorū spectat licentia, vt sensum atque consensum venerādæ antiquitatis superbè repudiant, & probatæ fidei corrumpāt sinceritatem, vtque consolationē piis præsentem, & cū vulgari versione coniunctam eripiant, ac demum illis nos armis spolient, quibus aduersus Iudæos & Antidicomarianitas tot iam seculis est legitime decertatum. Nec temere quidē Hebraicæ linguæ peritissimi obseruarunt hanc insignem vocem Alma vel Haalmach in sacris libris cum litera siue articulo he, non sæpius quàm ter inueniri, quemadmodum Genesis 24. Exodi 2. & in hoc dicto Esaiæ: semper autem eadem dictione intactam virginem, quæ cum viro rem non habuerit, significari. Quam virginitatis laudem eò magis in his Prophetæ verbis Messiæ matri assignare debemus, quòd omnium ætatum Græci Latinique Patres, ac adeo veteres Rabbini, prout docuimus, eandem veritatem libenter agnoscant & comprobent euidenter.

Iam verò, vt maximè nouis interpretibus largiamur, hebraicam vocem Alma, qua Esaias hîc vtitur, ambiguam esse, ac pro ea etiam, quæ virgo esse desiisset, fœmina vsurpari: tamen si prophetico rum verborum texturam & circumstantias expendamus, locum hunc non de iuuenculæ, vel adolescentulæ, sed virginis conceptu & partu intelligi res ipsa conuincit. Etenim vt suis verbis fidem astruat Deus, manifestè promittit se dignum, hoc est, non vulgare, sed euidens, insuetum & illustre prodigium, siue signum, quòd ipsa nimirum rei nouitate, factique magnitudine tum præsentibus, tum futuris mortalibus iustam páreret admirationem. Quid verò prodigij siue signi singularis ex re quotidiana, hoc est, iuuenculæ prægnatu & partu consequeretur? In signum ergo nobis posita virgo mater merito creditur, sicut loquitur [a] Tertullianus. Sed luculentior est [b] Origenes, vt eius verba merito adscribamus. Age, inquit, ex ipsis verbis consideremus sententiam. Dominus scribitur dixisse ad Achaz: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundo, vel in altum. Ac mox subiicitur signum quod datur: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium. Quale autem signum esset, adolescentulam non virginem párere? Et vtri magis conuenit gignere Emanuelem, quod est, Nobiscum Deus: mulieri ne coitum passæ, & more fœminarum grauidæ, an puræ & castæ virgini? Certe hanc decet párere talem prolem, qua nata dicatur, Nobiscum Deus.] Neque dissentit Eusebius Cæsariēsis, contra Iudæos ita disserens: Si dixerint non virginem, sed puellam apud Scripturam (nominatam esse) sic enim aiunt apud ipsos haberi, cuiusmodi signum tandem hoc futurum dicemus, quod diuina promissione sit dignum, si vsitate, quemadmodum cæteræ omnes mulieres, vbi ex viri coniunctione prægnans euaserit, puella quæpiam fuit paritura? Quomodo prætereà Deus erit, qui ex illa nascatur, neque simpliciter Deus, sed Nobiscum Deus?] Tum Ambrosius hoc præsens vaticinium signum salutis appellat, quod generi humano dederit Deus: & ex eo colligit Tertullianus, virginem esse, quæ concepit & peperit Emanuelem. Hieronymus verò, qui sæpe Iudæos hîc peruertit, & nulli linguarum peritia secūdus est, Origenem, sicut & Basilius Magnus, libenter sequitur, atque in hunc modum scribit: Si iuuencula vel puella, vt Iudæi volunt, & non virgo pariat, quale signum poterit appellari, quum hoc signum ætatis sit, non integritatis?] Vt cætera omittam, quæ ab illo amplissime disputantur. Et qui dictos Theologos omnes ætate præcesserit Iustinus, eiusmodi Esaiæ testimonium contra Ethnicos disputans, in medium profert, vt conuincat à Propheta de partu Virginis esse prædictum. Quæ enim incredibilia erant, putabántque homines euenire fierique non posse, ea Deus per propheticum spiritum fore prædixit, vt cum facta essent, ex eo, quòd prædicta essent, crederentur. Illud igitur: Ecce virgo in vtero habebit, significat non cōcubitu virginem esse concepturam, si enim quispiam cum ea concubuisset, non iam virgo fuisset, sed Dei vis ad Virginem aduenies, ei obumbrauit, fecitque vt virgo grauida esset.] Ita verò Iustinus Martyr ex Perionij versione. Quare si sapimus, Iudæorum simúlque Iudaizantium præstigiis valedicamus, & Mariam Virginem hac prophetia nobis à Deo denotari absque omni dubitatione credamus, sicut & admonet Cyrillus Alexandrinus. Qua de re toties disputata semperque probata in Ecclesia, hoc loco pluribus disserere supersedemus, ne si longius progrediamur, laterem lauare, aut Æthiopes dealbare, vt vulgò inquiunt, velle videamur. Æthiopes verò cum [c] Hieremia & [d] Amos Prophetis Iudæos appello, vtpotè quos ex atris candidos facere non liceat: tàm graui morbo immedicabili nempe peruicacia, in sacris literis depranandis laborant.

De nostris, id est, Christianæ gentis hominibus atque Catholicis hoc in vniuersum pronunciare fas est, sic ab illis Esaiam legi, vt cum Matthæo intelligant, certóque credant, propheticum hoc dictum ad nullum alium, præterquàm ad Christum, & eius matrem virginem pertinere, eámque in concipiendo & pariendo Emanuele sublimius & augustius orbi exhibere miraculum, quàm quod Iudæi ac impij omnes possint intueri. Habemus igitur non solum ex Esaia verbum promissionis, sed etiam ex Matthæo diuini operis exhibitionem, partúsque virginei veritatem ita constabilitam, frustra vt impuri & furiosi canes, qui se tamen germanos Abrahæ filios mentiuntur, oblatrent, suóque more mordeant. Vtinam verò isti vel tandem sapiant, ac sanctissimi viri Simeonis exēplo, qui suum castigauit errorem, & prudentiores, & meliores Deo propitio efficiantur. Is enim homo iustus & senex, priusquàm Iesv Minfantem in templo Hierosolymitano amplecteretur, & pro vero Messia publice proclamaret, in dictum Esaiæ locum inciderat, sed humani aliquid passus, ac valde miratus, ne dicam offensus, quod Propheta virginem parituram diceret, velut ea res nihil haberet probabilitatis, ipsúmque mentis humanæ captum excederet, nec rationi veræ fidei consentanea esset. Verum diuina bonitas vt hunc illi scrupulum eximeret, clementer promisit fore, vt ipse

a Lib. aduersus Iudæos. b Lib. 1. contra Celsum. Confirmatio aduersum Theologos testimonii.

Lib. de fide Resurrectionis.

Lib. de carne Christi.

Lib. 3. commentar. in Esaiam.

Ita Apol. 2. pro Christianis.

Lib. 1. commentar. in Esaiam.

Iudei Æthiopes dicti, quia semper nigri.

c Hier. 13. d Amos 9.

Christianis indubitatum manet, Esaiæ locum iuxta Matthæi sententiam accipi oportere. Matth. 1.

Simeon iustus de præsenti Esaiæ loco ac sensu eius aliquādo dubitauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diem non obiret extremum, nisi Prophetæ vaticinia re ipsa compleri, & virginis filium suis offerri oculis cerneret, quemadmodùm Lucas quidem summo cum illius gaudio factum esse testatur. Extat autem hæc historia, quam diximus, apud [a] Nicephorum Callistum & [b] Gregorium Cedrenum, sed apud Iudæos parum admodum, vt vereor, valitura, vt qui simulatque Sanctum sanctorum, vitæque & salutis authorem in crucem immanissimè sustuleruntnullo funestiore supplicio, quàm cœcitate amentiáque plectuntur. Atque huc de-

Luc. 2.

a Lib. 1. c. 12.
b In compendio historiarum.
Act. cor. 13.

A mum vetus & solenne canticum spectat, quod ad omnem aditum Iudaicæ perfidiæ præcludendum in omnibus Ecclesiis personat: GABRIELEM Archangelum scimus diuinitus te (Maria) esse affatum: verum tum de Spiritu sancto credimus imprægnatum. Erubescat Iudæus infelix, qui dicit Christum ex Ioseph semine esse natum, dum virgo Deum & hominem genuisti. Nos porro à Iudæis ad gentes, vt Apostolicis insistamus vestigiis, Paulique & Barnabæ sectemur exemplum, recta transeamus.

CAPVT SEPTIMVM.

De Mariæ virginitate contra Ethnicos, omnésque Christianæ fidei alienos.

Euangelij prædicatio Iudeis ac Ethnicis incredibilis visa est. 1. Cor. 1.

ENTIVM in fide & veritate B Doctor Paul[s] rectissime docet, Euangelij prædicationé, hoc est, veram propriámque Dei sapientiam, rem mundo vanam & imbecillem videri, quam & Iudæi nouorum signorũ semper cupidi, scandalum, & gentes siue Pagani Philosophiæ professione, humanáque scientia turgidi stultitiam esse ducant: sapientissimo autem Deo placuisse tradit, per Euangelicam prædicationem saluos credentes, cuiuscunque illi generis & conditionis essent, facere, suámque illis lucem, & gratiam, & gloriam vbique gentium elargiri. Iam vero in Euangelica prædicatione si quicquam aliud, tum vel maximè C quidem doctrina de partu virginis & fructu crucis impios omnes offendit. Cur autem Ethnicos non offenderet, qui sine Deo, sine Lege, sine Euangelio, velut in perpetuis tenebris degentes, supra naturam & sensum nihil saperent, solóque humanæ rationis lumine suffulti philosopharentur? An non improbabile absurdúmque putarent, Mariam à reliquis prægnantibus & matribus eximi, quæ sola nullo ex viri contactu, compressu, semine, id est, virginitate salua, fœtum suum conceperit, pepererit, educarit? quæ prætereà quum grauida esset, ac in ipso etiam partu tàm familiaribus ac perpetuis aliarum fœminarum incõmodis grauibúsque molestiis caruerit? Cæterum quo isthæc indignius ab Ethnicis omnibúsque Christianæ fidei alienis contemtius, velut insana quædam ac ridicula vel commenta, vel dogmata reiiciuntur, eò certe sapientiores, Deóque chariores illi existimãdi sunt, qui hanc Euangelicæ doctrinæ partem sincerius atque constantius profitentur. Sit receptum Ethnicis, manéatque vulgatum prouerbium, vt dicant. Quum virgo pepererit, ad eam rem videlicet designandam, quæ nullo vnquam tempore fieri posse videatur. An idcircò nos quibus diuinum lumen affulsit, virginem peperisse vnà cum cœcis gẽtibus decet inficiari? Existimant multi, præsertim Itali, iam olim, Romana Monarchia vix dum inchoata, templum pacis Romæ fuisse constructum, quod vulgò æternum fore crediderunt, nimirùm oraculi promissione persuasi, tãtisper illud, donec Virgo pareret, esse duraturum, idémque fanum Maria Christum pariente, subitò corruisse. Alij cum Martino Polono putant, Romæ auream statuam à Romulo positam in palatio constitisse, & cum hac quidem inscriptione: Non cadet, donec

Cur Ethnicis absurdũ dogma de partu virginis videatur.

Cum virgo pepererit, Prouerbium Ethnicis celebratum.

De Templo pacis Romæ constructo.

Romæ palatium, vt prædictum erat, cecidit Virgine pariente. Lib. 4. Chronici.

Virgo patiat: cecidisse autem, vt primùm Virgo Maria Christum enixa est, aliáque plura tunc Romæ miracula contigisse (de quibus modò non laboramus) ostendunt. Libet autem Petri Damiani testimonium addere, qui natione Italus, ac bonæ fidei scriptor, rerum etiam Romanarum fuit peritus. A nonnullis ait, intra Romana mœnia celebris fama vulgatur, quod Romulus, qui conditor vrbis asseritur, cuius parietes licet semiruti, ex magna adhuc parte cernuntur, in hanc vocem quasi de firmamento operis eruperit: Certũ est & immobiliter fixum, quia ni Virgo pepererit, domus ista non corruet. Idque vaticinium rei probauit euentus: nam nocte corruit palatium, qua Saluator ex Virginali aluo processit.] Hoc solum indicasse sat sit, Ethnicis vt impossibile, sic incredibile semper visum esse, quicquid de partu Virginis vel legerent, vel audirent.

Epistol. 6. cap. 12.

QVID VERO de Iuliano dicam? qui furore in Christum percitus, & magistri Porphyrij, qui & ipse Christum abiurarat, insana cõplexus dogmata, postquàm suum imperium abnegato impie Christianismo turpissime commaculasset, ac dignum se nomen Apostatæ accepisset, omniũ Ethnicorum voluit esse patronus, nec solum aperto Marte, sed virulento etiam calamo nostram religionem atrociter est insectatus. Igitur inter alia, quæ pro suis Diis ac simulachris pugnans euomit, hoc etiam exprobrat Christianis: *Si Deus ex Deo secundum vos Verbum est, & natus ex substantia Patris, quare vos virginem Dei genitricem esse dicitis? Quamodo enim pareret Deũ, homo existẽs, sicuti nos?* Ac rursus alio loco sibiipsi obiicit, quod Esaias est vaticinatus: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filiũ. Respondet autem in hunc modum: *Sit sane & hoc dictum de Deo, quamuis minime dictum sit. Non enim erat virgo quæ nupserat, & priusquam peperisset, simul vocata est cum marito. Detur autem dici de illo. Numquid Deum dicit ex virgine nascendum? At vos non cessatis vocare Mariam Virginem. Sed non dicit eum qui ex virgine natus est, Deum vnigenitum, filium & primogenitũ omnis creaturæ.* Ex quibus Iuliani verbis apparet, cœcum illũ, vt aiunt, de coloribus iudicare, nihilque certi ac firmi de re tanta decernere potuisse, vt recte in illum competat, quod Salomon pronunciauit: Homo Apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. Confundit impius diuinam humanámque Christi natiuitatem, nec videt quid in illa Deo Patri, quid Mariæ matri, quid vtique Christi naturæ tribuere

Prouerb. 6.

tribuere debeamus. Igitur hic velut Saul inter Prophetas, & anser inter olores, de sacris homo ipse profanissimus, imò & magus & necromanticus disserit. Ac obiecta quidem huius hominis argumenta non refellemus, quando caninam eius infectationẽ multi veteres, præsertim [a] Gregorius Nazianzenus & [b] Cyrillus Alexandrinus libris integris contriuerunt, frustráque ille Christianismum eradicare, Græcismum verò & Iudaismum instaurare summis viribus laborauit. Sed quoniam Doctore Christo didicimus, non solum de nostris, sed etiam de Dei ac veritatis hostibus benè esse merẽdum, quúmque ad fidos spectet, Medicos, curandis etiam phreneticis operam dare, agè ad Græcos ac Ethnicos, qui à religione nostra remoti sunt, vtcunque sanandos, & nobis in hac fide adiũgendos, B viam aliquam ingrediamur. Notus est Libanius ille sophista, qui multas & graues contumelias in nostrã religionem effudit, neque parum Iuliani Apostatæ perfidiam confirmauit: sed qui tandem Basilij Magni consuetudine & authoritate permotus, superstitioni nuncium remisit, & Christianus effectus est, sicut & [a] Nicephorus indicauit. Quid igitur, si ex [b] lapidibus filios Abrahæ, potens excitet Deus, vt non solùm Libanij, sed & Sergij, Dionysij, Cypriani, è tenebris ad lucem, & à morte ad vitam duce Christi gratia reuocentur?

1. Reg. 19. Nicephorus lib. 10. ca. 35.

a Orat. vel Inuectiua 1. & 2. contra Iulian. Imperatorem.
b In lib. 10. contra Iulianum Apostatam.

Propositio de disputatione contra ethnicos hic instituenda.

a Lib. 10. Eccles. histor. cap. 36.
b Matth. 3.

Reiiciunt Ethnici Propheticas & Apostolicas literas, quibus nihil est, nec esse debet apud Orthodoxos firmius ac sanctius, maiorisque authoritatis. Nũ igitur ex his sacris fontibus hauriendum, quod illis veluti profanis edendum aut bibendum offeramus, ne alioquin [c] Sanctum canibus cõtra Christi præceptum obtrudamus: sed potius Pauli sequamur exemplum, qui Poetarum Ethnicorum [d] Arati Astronomi & [e] Epimenidis Cretensis testimonia Ethnicis opposuit, vt illos non aliis quàm domesticis telis peteret atque superaret. Vt enim rectè Lactantius docet, satis firmum testimonium est ad probãdam veritatem, quod ab ipsis perhibetur inimicis.] Tum suo nos exemplo fortissimus ille Rex Dauid admonet, vt ad præclaræ victoriæ laudem reportandam, superbum Goliath, ac reliquos id genus immanes Eccl. siæ hostes, suo velut gladio feriamus. Igitur nonnulli Mariam quoque laudãt, velut animosam viraginem, quæ pulcherrimum ausa facinus, Allophyzorum ducem, communem humani generis hostem clauo confixerit, quæque mẽdacissimi colubri venena in ipsius caput retorserit. D Ethnici certè inter suos vates Sibyllas maximè venerantur, nihilque aut veracius, aut fidelius habẽt, haberíque volũt foliis siue oraculis Sibyllinis. Probemus igitur nostræ causæ fauere Sibyllas, quas ipsi non iniuria prædicant, & demonstremus à fidei nostræ mysteriis nequaquam dissidere, imò verò ingens illis munimentum adferre carmina, quæ fatidicæ illæ mulieres (vt ipsi vocant) ante Christum natum, quùm Græcorum & Romanorum floreret imperium, verbis clarissimis cecinerunt. Sic autem illæ non de Maria solùm, verùm de aliis etiam multis magnisque fidei nostræ negotiis, sicut ex antiquissimo codice nõ ita pridem inuẽto collegimus, singulæ sunt vaticinatæ:

Persica quidem,

Virgine matre satus, pullo vestidebit asello,
Iucundus princeps, vnus qui ferre salutem
Rite queat lapsis: tamen illis forte diebus,
Multi multa ferent immensi fata laboris.
Solo, sed satis est, oracula prodere verbo,
Ille Deus casta nascetur Virgine magnus.

Libyca verò,

Ecce dies veniet, quo æternus tempore Princeps,
Irradians fata læta, vim & sua crimina tollet,
Lumine clarescet cuius Synagoga recenti
Sordida, qui solus reseruabit Labra reorum,
Aequauerit cunctis, gremio Rex membra reclinat,
Regina Mundi, sanctus per secula vinus.

Et Delphica,

Non tarde veniet, tacita sed mente tenendum
Hoc opus, hoc memori semper qui corde reponet.
Huius pertentant cor gaudia magna prophetæ
Eximij, qui Virginea conceptus ab aluo
Prodibit sine contactu maris, omnia vincit
Hoc naturæ opera, at faciet qui cuncta gubernat.

Tùm Samia,

Ecce dies nigras quæ tollet læta tenebras,
Mox veniet, soluens nodosa volumina fatum,
Gentis Iudææ, referet vt carmina plebi,
Hunc poterunt clarum vinorum tangere Regem,
Humano quem Virgo sinu iuniolata fouebit,
Annuit hoc cælum, rutilantia sidera monstrant:

Rursus Cumana,

Iam mea certa manent, & vera notissima verba,
Vltima venturi, quod erant oracula Regis,
Qui toti veniens mundo, cum pace placebit,
Vt voluit, nostra vestitus carne decemter,
In cunctis humilis, Castam pro matre puellam
Deliget, hæc alias forma præcesserit omnes.

Sed & Hellespontica,

Dum meditor quondam, vidi decorare Puellam,
Eximio castam (quod se seruaret) honore,
Munere digna suo, & diuino numine visa,
Quæ sobolem multo pareret splendore micantem,
Progenies summi, speciosa, & vera tonantis,
Pacifica mundum qui sub ditione gubernet.

Phrygia itidem,

Ipsa Deum vidi summum punire volentem,
Mundi homines stupidos, & pectora cæca rebellis.
Et quia sic nostram complerent crimina pellem.
Virginis in corpus voluit demittere cælo
Ipse Deus prolem, quum nunciet Angelus almæ
Matri, quæ miseros contracta sorde leuaret.

Adhæc Tiburtina,

Verax ipse Deus dedit hæc mihi numina fandi,
Carmine quod sanctam potui monstrare puellam,
Concipiet quæ Nazareæ in finibus illum,
Quem sub carne Deum Bethlemitica rura videbunt:
O nimium felix, cælo dignissima mater,
Quæ tantam sacro lactabit ab vbere prolem.

Erythræa quoque,

Cerno Dei Matrem, qui se demisit ab alto
Vltima felices reserent cùm tempora Soles,
Hebræa quem Virgo feret de stirpe decora,
In terris multum teneris pasturus ab annis.
Magnus erit tamen hic diuino carmine vates,
Virgine matre satus, prudenti tempore verax.

Demùm Cimmeria,

In teneris annis, facie præsignis honore,
Militiæ æternæ Regem sacra Virgo cibabit
Lacte suo, per quem gaudebunt pectore summo
Omnia, & Eoo lucebit sidus ab orbe
Mirificum, sua dona Magi cum laude ferentes

Sibyllarum testimonia magni apud veteres.

Decem Sibyllarum testimonia pro Mariæ virginitate & virginea parta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obiicient puerò, mirrham, aurum & thura Sabæa.

Lib. Oclauo Oracul.

Accedit quod Erythræa Sibylla, sicut in libris Oraculorum legimus, Mariæ nomen & Gabrielis legationem, partúmque virgineum clarissimè tradat. Vnde inter alia loquitur Vates:

Verbúmque volauit in aluum,
Idque suo factum atque animatum tempore, corpus
Mortali facile cretum est. Puer inde creatus
Virgineo partu. Mira est mortalibus hæc res?
Sed res nulla Deo patri natóque stupenda.

Quæ sanè si sensa ipsa potius quàm verba expendamus, (rectiùs enim Latinè conuerti poterant) tã luculenter ac splendidè commemorantur, vt visa potiùs à Sibyllis narrari, quàm futura prædici videantur. Ea verò quum primum audirentur, fabulosi sermones & monstrosa quædam miracula gentibus proculdubio censebantur: ac quæ nunc, post completum diuinæ dispensationis mysterium, tãtò maiorem fidē debent habere, quantò certiùs Euangelica veritate communiuntur, quoque pluribus diuinæ potentiæ miraculis toto orbe peractis, publicéque commonstratis clarissimè comprobãtur. Sic igitur Sibyllarum dicta sunt accipienda, non vt noua somnia vel vana deliria mulierularum, sed quæ peruetusta & prioribus illis gentium ætatibus celebrata sint vatum oracula, eò pluris profectò æstimanda, quò magis Christo Domino & Euangelicæ veritati seruiunt, præsertim apud illos, qui ab omni vera pietate alieni, & impiis cultibus assuefacti, nullas vel Prophetarum, vel Apostolorum voces ad benè beatéque viuendum perceperãt. Est enim ita, vt præclarè docuit Augustinus, ad Paganorum vanitatem reuincendã valere, quod Sibylla, Orpheus, Hermes & alij vates siue Theologi, vel Philosophi gentium de Christiana veritate prædixisse seu dixisse perhibentur. Quis verò nõ videat, in hisce citatis versibus Mariam attingi, graphicéq; depingi, quæ non modò sit Messiæ Mater, sed & Virgo Israelitica illustri loco nata, tùm siue formã, siue virtutem, siue conditionem eius contẽplemur, Virgo pulcherrima, ornatissima, felicissima, & quod verè augustum est, ipsa quoque cæli Regina, sicut eadem à patribus Sibyllas imitantibus sæpè nuncupatur? Ego verò mihi persuadeo, fieri nõ potuisse, quin fatidicę Sibyllæ in talem tantámque Virginẽ intuentes, magno illius desiderio tenerentur, & agnitam Domini sui matrem intimis quoque sensibus venerarentur, quam nec suo tantum, sed omnium etiam mortaliũ singulari honore prosequendam esse putarent. Ac ne mireris, decẽ Sibyllas vetustatis testes à nobis adduci, certè post [a] Varronem [b] Lactantius & [c] Suidas totidem numerant, amplè autem de his Onuphrius disserit, easque virgines [d] Hieronymus facit, quas iam olim Græci, & postea Romani plurimum suspexerunt atque coluerunt. Quocircà veteres Theologi, quemadmodum [e] Eusebius Cæsariensis, [f] Arnobius, [g] Lactantius, [h] Augustinus quum aduersus Ethnicos disputant, è Sibyllarum carminibus testimonium sæpe mutuãtur. Quin & Homerus in suam Poësin ex Delphica transtulit, & Virgilius apud Latinos de Cumana sumpsit, Augusto nempe regnante, sub quo partus ille virgineus à Maria est editus, vt Romanum imperium ter felici noui ęterni Monarchæ aduẽtu vel maxime nobilitaretur atque sanctificaretur. Et quia de Virgilio Poetarum principe, qui Homerus Latinus non temere dicitur, modò meminimus, etiam carmen eius adiungam, quod non solum [i] Augustinus sæpenumerò, sed & veteres nonnulli de Christo & Virgine nostra accipi voluerunt. Etenim nimis allegoricum & remotum esse putant, vt is locus ad Solonium vel Soloninum Asinij Pollionis filium, aut Erigonem referatur: & res ipsa loquitur, Sibyllæ vaticinium illic, vbi carminis Cumæi fit mentio, à Poeta recenseri. Nec dubium esse potest, quin idem Poeta in illud seculũ, quo natus est sub Augusto Christus, inciderit, atque idcirco pacem toto orbe celebrem lætus aspexerit, grauẽ vt causam haberet non pollioni ob natum filium, sed vniuersę potiùs Reipub. ob completum Sibyllę vaticinium congratulandi. Et [k] Eusebius quidem Cæsariensis, licet Græcus author, præsentem Virgilij locum ad hoc refert institurum, ac eandem Eclogam tanquam de Christo sonantem Græce cõuertit, Virgilium quidem poetarum Italiæ sapientissimum, lepidissimum, doctissimum vocans, qui aduentantis Virginis nomine Mariam luminis & Spiritus sacri plenissimam, afflatúque diuino fœtam hoc loco significarit. Tùm in ea oratione, quam ad Sanctorum cœtum habuit Cõstantinus Imperator, hi Virgiliani versus ita recitãtur, velut illis & Christi aduentus, & eiusdem ex Virgine natiuitas exprimatur: Versus autem quos diximus, in Bucolicis hi sunt:

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cælo dimittitur alto.

Omitto cætera, quæ alij ad Astræam virginem incommode referunt: quum multò illustriorem sensum exprimant, si iuxta Sibyllarum verba illi tribuantur Virgini, quæ plena & fœta facta est de Spiritu sancto: quicquid tandem Virgilius poeticis figmentis omnia inuoluens, hoc loco intellexerit.

Quid habent igitur Ethnici, cur nobis non credant de Virgine matre hoc asseuerantibus, quod ipsorum Sibyllæ non modò verbis liquidò prænũciarunt, sed intento etiam velut digito demonstrarunt, quódque nõnulli Poetæ visi sunt confirmasse? An quod Iudæis obstinata malitia excæcatis est scandalum, gentes etiam tot linguis & artibus cultæ stultitiam perpetuò æstimabunt? Veniamus porrò ad præcipuam istorum Theologiam, in qua Græci vel maxime sibi cati & sapientes videntur, aliósque multos studio & doctrina haud paruo post se interuallo relinquunt. Vetus istorum Theologia partim ex Philosophorum argutiis, partim ex Poetarum fabulis constat: his enim sapientię sũę vel authoribus vel doctoribus maxime gloriãtur. Recte autem censet Hieronymus, Ethnicorum Philosophorum. Sectas inter se mire dissectas, quia humanis sensibus se comprehendere posse sapientiam putarunt, ad Dei sapientiam non peruenisse: nec temere illos animalia glorię, & venalia popularis auræ, rumorúmque mancipia, imo & hæreticorum Patriarchas appellat, quorum doctrinam, vtpote infatuam, Christiani merito reiiciant atque contemnant. Atqui horum Philosophorum propriũm est, ita sophisticari: *Si Maria peperit, concubuit: sed peperit, ergo concubuit, & Virgo esse desiit.* Quod quidem argumentandi genus non poterat Ethnicis non placere, atque adeo firmum & inuictũ existimabatur: quoniam

[a] In lib. rerũ diuinarum ad Cæsarem. Lib. de Sibyllis.
[b] Lib. 1. de falsa religione ca. 6.
[c] In nomine Sybillæ.
[d] Lib. 1. aduersus Iouinianum.
[e] Lib. 4. de vita Constantini. & in libris cõtra gentes.
[f] Lib. 4. de iustitia ca. 18.
[g] Lib. 13. contra Faustum Manichæum ca. 15.
[h] Quantum Mariæ tribuatur à Sibyllis.
[i] Lib. 18. de ciuit. Dei ca. 23.
[k] Conf. lib. 4.

Argumenta Philosophica vel Dialectica inefficacia esse, cum Mariæ virginitatem maternã oppugnant.

Ephes. 4. cap. 10.

Exodi. 3. Num. 17.

niam humanæ duntaxat rationis lumine niterẽtur, & in rebus diuinis talpa cœciores essent. Petrus Damianus istorum argutias & Sophisticen ita refellit. Sepè diuina virtus armaturas Dialecticorum Syllogismorum, eorúmque versutias destruit, & quæ necessaria & ineuitabilia iudicantur omnium Philosophorum argumenta confundit. Audi Syllogismum: Si lignum ardet, profectò vritur: Sed ardet, ergo & vritur. Sed ecce Moyses videt rubum ardere, & non comburi. Rursus si lignum præcisum est, non fructificat, sed præcisum est, ergo non fructificat: Sed ecce virga Aaron in tabernaculo contra naturę ordinem reperitur amigdalas protulisse.] Et plura id genus exempla è Scripturæ fontibus subiicit, vt aduersus Philosophos ac Ethnicos omnes ostendat mirum non esse, si is qui naturæ legem dedit & ordinem, super eandem naturam sui nutus exerceat potestatem, quæ quidem natura Domino suo non rebellis existat, sed eius substrata legibus velut ancilla deseruiat. Sic diuina virtus inquit, Sapientũ huius mundi friuola sensa confundit, suámque gloriam reuelat mortalibus contra naturæ cõsuetudinem.] Quibus hæc etiam subiicit: Et quidẽ poterat Deus & facere Virginem ante ruinam, & reparare Virginem post ruinam: vtrunque scilicet bonum erat: Sed licet neutrum fecerat, vtrunque tamen posse facere credendus erat. Et certè mirabilius est, & longè præcellentius Virginem incorruptam manere post partum, quàm corruptam ad virginale decus redire post lapsum: quia & maius est quemlibet clausis ianuis ingredi, quàm eas quæ patuerint claudi. Si ergo natus ex Virgine Redẽptor noster, quod maius est & longè præstantius fecit, quod minus est, corruptam quamlibet redintegrare non poterit?]

Rationis Poeticæ, quæ fidẽ de Virgine matre facium probabiliorẽ.

Quod side Poetis antiquis Ethnicorum loquendum est, quorum carmina pro porcorum siliquis & ranis Ægyptiorum vt plurimùm haberi merentur, tradunt illi sanè inter cætera, colendúmque docent mysterium, Iouis nempè filiam Mineruam ἀμήτορα, hoc est, Dei sapientiam ex patris cerebro sine matre, Bacchum autem ex Iouis crure, sed & Vulcanum ex sola Iunone sine patre natum esse. Quam prophanam Ethnicorum vanitatem nõ [a] Cyrillus modò Hierosolymitanus, sed [b] Ruffinus quoque coarguit: ac rectè vterque docet, quod nos de pariente Virgine Maria credimus, multò id quidem esse verisimilius, quàm quod de sua Minerua, déque Baccho & Vulcano fabulosa finxit antiquitas. Ruffini verba sic habent: Mirandum, cur hoc gentilibus impossibile videatur, qui credũt Mineruam suam de cerebro Iouis natam. Quid ad credẽdum difficilius? aut quid magis contra naturam? Hic fœmina est, hic naturæ ordo seruatur, hic conceptus & partus temporibus suis editur. Ibi nusquã fœmineus sexus, sed vir solus & partus. Qui illa credit, cur ista miretur? Sed & Liberum de femore eius asserunt natum. Ecce aliud portenti genus, & tamen creditur. Venerem quoque, quam Aphroditen vocant, de spuma maris (sicut etiam nominis ipsius compositio ostendit) credunt esse progenitam: de quo natos Castorem Pollucémque confirmant: ex formica Myrmidones, & alia mille sunt, quæ contra rerum naturam venientia, ipsis tamen visa sunt credibilia: vt Deucalionis & Pyrrhæ lapides iactos, & hominum ex his segetem natam. Et

[a] In Catechesi 12.
[b] In exposit. Symboli Apostolici.
Ibidem.

quum hæc tot & talia figmenta crediderint, vnum eis verbum impossibile videtur, quod adolescens fœmina, diuinum germen non hominis vitio, sed Deo inspirante conceperit.]

Quo sensu Marię possit aptari, quod de sua Minerua Ethnici fabulantur.

Proinde qui hæc ridicula mysteria talibus quidẽ cultoribus digna suspiciunt atque venerantur, Græcos autem & poetas maximè intelligo, cur hi absurdum, quæso, indignúmque putent, quod ex nostra veréque solida Theologia nunc tandem discunt, nouam & propriam quasi Mineruam, vt ipsorum more loquar, nobis diuinitus dari, quæ illæsam omni tempore virginitatem tueatur, quæ præterea licet magistra non dicatur, si tamen, quùm & parẽs existat sapientiæ, & inuentrix nõ artium, sed quod multò est amplius, gratiæ & salutis humanæ, quæque filia est non commentitij & adulteri Iouis, sed veri, summi optimique rerum omnium parentis & principis Dei. Quòd si rem paulò penitius inspiciamus (omnia enim sana sanis) an non Virgini nostræ competunt, quæ tria stulti Græci in sua Minerua velut eximia & cunctis reuerenda prædicãt, virginitas, sapientia, fortitudo? Quid iuuat autem ô vani fallacésque, & sicut vester diuinus Plato ait, semper pueri Græci? quid iuuat, inquam, Theologiam meris fabulis obrutam tradere, ac veteres vẽditare nugas? quasi vero non satis habeatis, tot mẽdaciorum prodigia peperisse, cultúsque impios & idolomanias, quùm ad exteros alios, tum ad Latinos pernicioſissimè deduxisse. Ignorastis hactenus veram Penthesileam, non quam vestri poetæ commemorant, bellacem, furentem, truculentam ac sanguinariam, sed mitem, humanam, clementem, paciferam atque salutiferam, quam certè pij lætissimis animis non possunt non libenter amantérque complecti, quæ Virgo ipsa Amazonum, hoc est, sine mammis mulierum optimam se ducem præbeat. Maria siquidem prima est, quæ hanc virginitatis semitam ingressa sit, quámque innumerabiles puellarum verè Amazonum copiæ sunt secutæ, sorores omnes Angelorum, de quibus ipsi cantant apud Salomonem: Soror nostra paruula est, & vbera nõ habet. Hæ omnes ductatricem illam Deiparã Virginem, quocunque ierit, comitantur. Quid vestra quæso Athenis Minerua? quid in Cypro Venus? quid apud Carthaginem Dido? quid in Ægypto Isis? Libidinum isthæc mancipia, vel certè quidem dæmonum domicilia, non virtutis officinæ fuerũt. Sed enim si cãdorem decorémque muliebrem spectatis, quem in Cleopatra Iulius Cæsar, & in Helena vester Paris amauit: si præcellentem fœminarũ gloriam suspicitis, quæ Amazones Alexandro Magno conciliauit, & Tarquinium Lucretiæ adulterũ fecit: si demùm vllę vobis curæ est aut sapientia, præclaram cuius idæam [c] Plato depinxit, aut honestum, cuius formam amabilem [d] Cicero commendauit, cur illam non in oculis & in sinu ferris, quæ vna Musas & Veneres, adeóque quicquid in fœminis gratiosum & appetendum videri potest excellit, ac immenso post se interuallo relinquit? Si enim tanti vitrum, quanti margaritum? Videte autem, ne dum Chlœlias, Virginias, Claudias quæritis, aliásque à vanis authoribus vanè laudatas iactatas fœminas, in Medæas, Semiramides, Cleopatras, Agrippinas imperij labes, orbis fabulas populique ludibria incidatis. Ac plura quidem de vestris oraculis, quæ obscuris ambagibus & vetustis seculis

Cantic. 8.

Illustres omnes Ethnicorum virgines & mulieres à Maria obscurari atque vinci.

[c] In Phæd. siue dialogo de amore & pulchro.
[d] Lib. 1. offic. ciorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostram Virginem longè anteà præsignarunt, prudens non repeto, simulque missa facio doctorum apud vos Poëtarum ora, qui non intellectis etiam carminibus, de hac ipsa præcinuerunt. Est enim Virgo illa aurei seculi renouatrix: est vera illa Diana perpetuæ virginitatis tùm altrix, tum exemplū: est cui Lucinæ nomen vnicè conuenit, quæ & verū lumē extulit, & nobis vti renasceremur, lucis æternæ fores aperuit. Sat verò quercus, vt dicere soletis: à glandibus porrò ad fruges vos transire conuenit, quia pro Cerere Maria, panem verum & viuum edendum mortalibus attulit atque monstrauit.

Ad Græcos & Ethnices hortatio.

Facessant igitur cum fabularum inuolucris vestri Poetæ, ex quibus tantum vanitatis, turpitudinis, idololatriæ & hausistis, & stabiliuistis. Valeant mysteria religionis ab Orpheo quondam tradita, quæ vos ridiculis superstitionibus implicitos magis dementarunt. Abiiciantur ænigmata Philosophorum, ex quibus veræ Sphinges, & impiarū opinionum monstra, vt veritatē amitteretis, passim emersere. Missum letargum facite, qui vos maiorésque vestros tàm pestilenter oppressit: longæuæ & putidæ vanitatis squalorem abstergite, ne posthac ex libidinis victimis sapiētiæ vestræ magistras, adeóque Deas insani vobis efformetis. Scio quanti Helenam Menelai Regis coniugem faciatis, vt cuius egregia forma diuini ingenij virum, vt fingitis, Homerum in describēdo, multósque nobiles pictores & sculptores in exprimenda eius pulchritudine defatigarit. Fallitur cum his omnibus planè Zeuxis Heracleotes, pictor alioquin apud vos percelebris, qui quum ex quinque puellarum mira venustate pinxisset Helenam, se summam formam suis lineamētis complexum esse putauit. Qui certè vllum si verę sapientiæ sensum tenuisset, non Helenam, vt malè pudicam, ita maximorum mortuum, publicęque pestis & Troiani incēdij authricem, sed Mariam omni arte pingendam & ornandam sibi proposuisset, Mariam, inquam, primam virginum ducem ac magistram, tantò sanè pulchriorem, quantò ab omni libidinis sensu & vitiorum contagio liberiorem, eandémque non solùm Angelicæ virginitatis, sed & præstantissimæ cuiusque virtutis perfectam ideā, quæ demùm, vt alia nulla de genere mortalium, quod per fœminam afflictum iacebat, & voluit, & potuit præclarè mereri. Tres gratias, vt vt velint, efferant Poëtæ, nec solùm Græci Penelopen & Alcestim Protesilai, sed etiam Romani Corneliam, Porciam, Cestiliam, & Varronis Marciam, vt clarissimas mulieres, quibuscunque possunt laudibus, in cęlum vehant. His adiungant, si lubet, Aspasiam phocensem, humili quidem loco natam, sed inter selectas comptásque puellas gratiosissimam, nullā vt sui seculi secundam haberet, quæ pulchritudine formosior, voce suauior, modestia instructior, morum integritate spectabilior, in summa dignitate moderatior, & ab omni fuco alienior esse videretur. Vnde Rex potens ille Cyrus hanc vnam puellā aliis multis adductis prætulit, ac vnicè deamauit, sicut & posteà fecit Artaxerxes. Donemus hanc in iudicādo stultitiam seculo tàm obscuro & calamitoso, nihil vt recti vel summi Principes cernerent, tàm corrupto, vt bonorum vmbras falsámque imaginem tantùm consectarentur. O beatos, si apertis fidei oculis pro Aspasia, Musis & Gratiis vnam vidi-

Studiosi athenici in exprimenda Helenæ pulchritudine.

Dignior Maria quam Helena vt a Zeuxi depingeretur.

Nulla religuarum vel ob formam laudatissimarum fœminarum cum Maria cōparatio.

De Aspasia vide apud Aelianum lib. 12. variæ historiæ.

dere Mariam, & præsentes eius dotes vtcunque cognoscere potuissent. Vos tādem qui meliore sidere nati estis, vt loqui soletis: vos, inquam, sapientiæ & salutis veræ studiosi, veluti post longissimum altissimúmque somnum expergefacti, noctem cum die, tenebras cum præsenti luce commutate, vósq; totos ad eam contemplandam virginem conuertite, quæ si oculis cerneretur, ingentes profectò & mirabiles sui amores vobis excitaret, vt nullius fœminæ faciem, aut venustatem, aut præstantiam & amplitudinem pluris vnquam faceretis. Quid ergo superest, nisi vt animos iungamus Fratres, & vnius fidei sinceritatem amplexi, Christiano poetæ acclinamus:

Nulla fœminarum est ita spectabilis aut amabilis.

Vide ius hymno Magnificat.

Salue sancta parens, eadem salue inuiola Virgo,
Regia progenies, genus alto à sanguine Iudæ,
Cui pater omnipotens pleno se numine fudit,
Gratiaque acceptam matres super extulit omnes,
Tu virgo longo post tempore prima salutem
Felici peperisti vtero mortalibus ægris.

Christus ne putaret ad vtilitatem eius virginis natus esse.

Quibus de rebus nos obiter, ac veluti per transennam disserimus, non quòd sacris quidem prophana, nisi apud prophanos, valdè miscenda putemus, sed potius vt opes Ægyptiacas in vsum tabernaculi conuertamus, hoc est, quæ olim Ethnici & Poetæ stolidè cōmenti sunt, ac impie vsurparunt, ea nos ad Christianam veritatem accommodata, & velut ab iniustis dominis erepta, in vsum nostrum legitime vindicemus. Quod studium probat Augustinus multorum Patrum exemplo, qui velut auro & argento vestèque preciosa suffarcinati, & Ægyptum deseruerint, & Ecclesiā velut spoliis quibusdam allatis locupletarint. Neque Moyses ad summi Prophetæ & Legislatoris munus adsciscitur, nisi postquàm omni Ægyptiorum sapiētia probe instructus esset: & Lex diuina Iudæis præcipit, vt si quam captiuam in vxorem vellent ducere, caluitium ei facerent, vngues præsecarent, pilos auferrent, eáque fœmina repurgata, in victoris transiret amplexus. Hoc mysterio pulchre significatum est, sicut Hieronymus interpretatur, vt quando scriptores Ethnicos legimus, si quid in eis quidem vtile reperimus, id ad Christianum institutum cōuertamus: si verò quid superfluum, vanum, turpe aut pernitiosum occurrat, hoc ipsum radere, huic deformitati inducere, id in vnguium morem acuto ferro desecare satagamus.

Lib. de doctr. Christ. cap. vltimo.

Lib. 2. de doctr. Christ. cap. 40.

Exod. 3.

Deut. 21.

Est & alia ratio vanitatem Ethnicorum redarguendi, vt qui sacris non credunt aut libris, aut doctoribus, saltem ex animantiū natura moniti atque persuasi fateantur, non prorsus à vero id alienum esse, quod Mariam simul Matrem & Virginem in Ecclesia profitemur. Qua de re non tacuere Patres, sed in eadem veluti arena certantes, rem propositis etiam exemplis illustrarunt, minus vt incredibile vel impiis videatur, in Maria fieri potuisse, quod naturæ vi in mutis animantibus fieri res ipsa commonstrat, omnésque gentes experiuntur. Vnde sapienter monet Basilius, vt ad historiam alitum cōfugiamus, si quando nonnullos irridere conspexerimus arcanum fidei nostræ mysterium, quo inter alia partum Virginis profitemur. Qua de re studient vt vt velint, mundi sapientes, vt qui Dei sapientiam & consilium ignorantes, per stultitiam prædicationis, vt Paulus loquitur, credere, & credentes salui fieri nolunt. Est interim illa diuini numinis

Basil. in Hexaem. hom. 8.

Cur Deus per stultitiam prædicationis voluerit credentes saluos facere.

minis benignitas, vt multis modis humanæ consulat imbecillitati, ideóque ex ipsa rerum natura cōplures præmonstret vias, quibus nō modò credentes, sed increduli etiam ad cognoscēda diuina quasi manu ducantur. Vnde tot nobis argumenta suppetunt, tot animātium exempla velut ob oculos nobis proponuntur, quibus commonefacti, ad veram fidei doctrinam vel amplectendam, vel conseruandam facilius permoueamur. Hoc est, quod Lactātius in Ethnicorum superstitionibus refutādis acer ac dexter, perspicuè dixit: Descēdens de cælo sanctus ille Spiritus Dei sanctam Virginem, cuius vtero se insinuaret, elegit. At illa diuino Spiritu hausto repleta concepit, & sine vllo attactu viri, repentè virginalis vtetus intumuit: Quòd si animalia quædam vento & aura concipere solere omnibus notū est, cur quisquam mirum putet, quùm Spiritu Dei, cui facile est quicquid velit, grauatam esse Virginē dicimus? Quod sanè incredibile posset videri, nisi hoc futurum ante multa secula Prophetæ cecinissent.]

Lib. 4. de vera sapientia cap. 12.

Verum ad ea nunc animantia veniamus, quæ fidem nostram de partu Virginis si non solidè comprobant, at certè Philosophis aliisque Ethnicis iure reddant probabiliorem. De his primùm ita Ruffinus: Quid mirum videtur, si Virgo conceperit? quum Orientis auem, quam Phœnicem vocant, in tantum sine coniuge nasci vel renasci constet, vt semper & vna sit, & semper sibi ipsa nascendo vel renascendo succedat? Apes certè nescire coniugia, nec fœtus nixibus edere omnibus palam est. Sed & alia nonnulla deprehenduntur, vti huiusce modi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile videbitur diuina virtute ad totius mundi redintegrationem factum, cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur?] Vbi rectè mentio de apibus facta est, quas idcircò laudat etiam Ambrosius, quod cōmunis sit omnibus integritas corporis, virginalis & partus, quoniam neque vllo concubitu miscentur, nec libidine resoluuntur, nec partus quatiūtur doloribus & subitò maximū filiorū examen emittunt.] Sed & Virgilius apes nec coire, nec gignere fatetur, quum in hunc modum canit:

Quę animantia sine coitu pariant.

Phœnicem nasci sine coniugio marit & fœminæ. Apes esse vitare, & tamē generare.

In symbola Apostolorū.

Lib. 4. hexamer. cap. 22.

Lib. 4. Georgicor.

Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In venerem soluunt, aut fœtus mœstibus edunt,
Verum ipsæ soliis natos, & suauibus herbis
Ore legunt.

Qui ergo apibus prolem sine concubitu dare, primósque parentes sine parentibus condere potuit, carnem Christi in vtero virgineo formare non potuit? quemadmodum Augustinus ratiocinatur.

Lib. de bono coniugali cap. 2.

Vermes sine concubitu procreantur.

Verum inter omnes animantes huc maximè vultures pertinent, quorum exemplo Ambrosius & Basilius, vt Ethnicis de Mariæ virginitate fidem adstruant, disertis verbis vtuntur. Prior habet in hūc modum: Negantur vultures indulgere concubitui, & coniugali quodam vsu nuptialisque culpæ sorte misceri, atque ita sine vllo masculorum concipere femine, & sine coniunctione generare, natósque ex his in multam ætatem longæ vitæ procedere, vt vsque ad centum annos vitæ eorum series producatur, nec facilè eos angusti æui finis excipiat.] Vbi mox isthæc ad Mariæ virginitatem applicat, & ratiocinationem ita concludit: Quid aiūt, quod Virgo generauit, & impossibilem innuptæ, cuius pudo-

Lib. 5. hexaēm. in 20.

Prouocat ad hæc ipsa.

Ambr. de virginit.

Basil. in Hexaem. hom. 8.

rem nulla viri consuetudo temerasset, existimant partum? Impossibile putatur in Dei Matre, quod in vulturibus possibile non negatur? Auis sine masculo parit, & nullus refellit: & quia desponsata viro Maria peperit, pudoris eius faciūt quæstionem? Nónne aduertimus, quod Dominus ex ipsa natura plurima exempla antè præmisit, quibus suscepte incarnationis decorem probaret, & astrueret veritatem?] Sed nunc Basilium eadem de re disserentem audiamus: Qui ludibrio habent mysterium nostrū, tanquam à natura sit alienum, fieríque non posse, vt Virgo ea, quæ seminis expers sit, salua virginitate pariat, velim cogitent eum, cui visum est stulta prædicatione eos, qui crederent, seruare, innumerabiles ex natura rerum occasiones, ad rerum admirabilium fidem nactum esse. Vultures enim sine concubitu fœtus edere fecit.] Et alibi rursus: Vt admirabilis, inquit, hæc (Christi scilicet ex Virgine) generatio crederetur, nihil in se cōtinere quod suspectæ esset fidei, haud prorsus incredibile etiam apud eos, qui perperam affecti difficilè approbant, quæ concernunt diuinam dispensationem, rerum Opifex animalia quædam creauit, quæ citra copulam complexúmue masculi queant eniti, ac partum edere per solam fœminam. Talia enim de vulturibus produnt memoriæ, qui de animalium naturis scitè tractarunt.] Præterea testantur Physiologi, non solum auium, sed & piscium genera quædam sine parentum coitu generari. Et quotidie videmus insecta, vt dicuntur, animantia, corpore quidem modica, sed sensu sæpè peracuta, in quibus mira Creatoris prouidentia bonitásque relucet, quantumuis nullum propagandæ prolis affectum, nullū gignendi officium vel adferāt vnquam, vel admittant. Eorum pleraque aut è viuorum corporum vitiis vel purgamentis, vel exhalationibus, aut cadauerum tabe gignuntur: quædam etiam de lignorū & herbarum, aut de fructuum corruptionibus spōte proueniunt. Nónne Salamandra ignibus viuit, & vermiculi quidam in feruentissimis aquis nascūtur & conseruantur, sicut [a] Petrus Damianus rectè notauit? Nec solùm idem, sed [b] Augustinus quoque testatur, equas in Cappadocia ex vento concipere, sicut in hunc vsque diem Hispani etiam experiuntur. Adeò verum est eiusdem [c] Augustini dictum: In rebus miris summa credendi ratio est omnipotentia Creatoris.] Atque huc demum spectant quæ scribit Euodius, variis argumentis colligens, Virginis nostræ conceptionem & partum valde mirabilem quidem, sed non adeò singularem esse, vt ad eius confirmationem in rerum inferiorum naturis multa exempla non suppetant. Etenim semina vltrò e terra prouenire atque fructificare, vermi nullū esse parentem, à quo procreetur, de cinere gallinas, de aqua itidem anates, ac plura id genus animātia sine virili sexu fœtus proprios edere, quemadmodum & aranea viri cōceptionem & partus corruptionem ignorat, sua interim fila mirabiliter proferens atque texēs. Et erunt vesani adhuc homines, qui absurdum, stultum, incredibile iudicēt, in Virgine semel pariente diuinitus esse factum, quod in istis tàm multis, adeóque minutis animantibus natura toties efficit, mundus quotidie agnoscit, & rerum magister vsus vbique gentium probat? De his meminit etiam liber, qui Augustino adscribitur, de mirabilibus sacræ Scripturæ, & post varia naturæ

Quędam & auium & piscium genera sine vtriusque sexus mixtione gignūtur. Insecta non cōmiscentur ad procreandum.

[a] Epistola 4. cap. 11.
[b] Lib. 22. de ciuiti. Dei. cap. 5.
[c] Eodem lib. cap. 7.
Epistola 3. ad Augustinum.

Lib. 3. cap. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exempla recitata, locum ita concludit: Quod ergo in multis rebus cõsueto more Dominus operatur, quid naturæ contrarium dicendum est, si quando ipse voluit, vt in virginali vtero Spiritus sancti dispensatione filius sine viri coitu nasceretur?] Postremò Mathias à Michon disertè testatur, apud Mahometanos nullum censeri miraculum, virgines absque viro imprægnari atque concipere, quod frequenter id vsu venire & sciant & prædicent.

In li. de Sarmatiæ, Asianæ atque Europ. c. 16.

Quæ omnia pluribus persequi non attinet, quãdo Christiana religione vel modicè imbutus intelligit, Iudæos, Græcos omnèsque Paganos falli vehementer, qui Mariæ sanctissimæ virginitatem non modò diuinis oraculis & Patrum scriptis consonãtem, sed multis etiam rebus in hoc mundo conditis conformem temerè aduersantur atque contemnunt. Quanquàm fatendum est interim, veram & perfectam huius mysterij cognitionem sine diuini Spiritus afflatu non penetrari mortalibus, quòd fidei egeant simplicitate, vt hoc arcanum rite percipiant, eóque conuenienter vtantur. Vnde vulgaris ille captus & carnis iudicium hic Iudæos & Ethnicos plurimùm impedit, quibus illud propheticum meritò dixeris: Nisi crediderit is, non intelliget is, aut quod Ambrosius in simili argumento respondit: Scrutari non licet superna mysteria: licet scire quod natus sit Christus: non licet discutere quemadmodum natus sit. Illud negare mihi non licet: hoc quærere metus est. Habeat generationis inusitatæ gloriam, qui habet potestatis inusitatæ gratiam.] Asciribam demùm & Cyrilli locum, qui Iuliani apostatæ, adeóque Ethnicorum omnium impiam vanitatem hac in parte confringit, ac præsentis virginitatis doctrinam comprobat. Quoniã, inquit, inconuertibile & immutabile secundùm naturam, sicut Deus viuens & subsistentiam habens Dei Verbum, non ex propria natura vnitum sibi formauit corpus, sed accepit de nobis, & non ex somno & voluptate viro operante, sed ex sancta Virgine nouo & mirabili modo & vltra naturæ leges. Oportebat enim talem eius fieri partum, secũdùm carnem, inquam, & ex muliere, vt habeat diuinum quiddam ingressus eius in mundum & ostẽsio. Nihil autem omnino ad faciendum difficile est omnipotenti.] Cæterùm inter Ethnicos omnes nescio equidem, an vlli quondam superstitione & impietate Ægyptios superarint, qui primi omnium errori colendi multos Deos ac Dæmones initium dedisse dicuntur, mortalium omnium superstitiosissimi, summique hostes populi Dei, sicut de illis Eusebius Cæsarienſis affirmat. Hi tamen Virginem parituram non omninò ignorasse, sed etiam Christo nondum è cælis demisso, & in lucem edito cæremoniis quibusdam declarasse videntur. Etenim sicut [a] Dorotheus, eóque vetustior [b] Epiphanius annotauit, Propheta Hieremias quùm vna cum Iudæis apud illos aliquando exularet, Sacerdotibus eorum prædixit demolitionem simulachrorũ, quæ manu facta ipsi tàm vanè colerent: eius rei signum fore, quùm Virgo pareret, ac vnà infantem suum in præsepi locaret, Ægyptiúmque peteret. Huic vaticinio tantum Ægyptij tribuerunt, vt solẽnem induxerint morem, Virginem quandam in lecto, & infantem in præsepi passim collocandi simúlque adorandi. Rogati à Rege quodam postea, quid sibi vellet hic ritus, quo Virginem & infantem publicè

Esai. 7. Lib. 1. de fide, cap. 5.

Lib. 8. contra Iulianum.

Lib. 6. de demonstr. Euangel. cap. 20.

a In Synopsi.

b In vita Hieremiæ Prophetæ.

Hieremias Ægyptios docuit de Virgine paritura.

Ægyptiorũ mos vetus in venerãda Virgine, quæ suũ infantẽ & præsepe teneret.

A proponerent atque venerarentur, hoc esse mysterium respondérunt, quod maiores ipsorum à sancto Propheta traditum iam pridé accepissent. Tàm clementer cum gentibus etiam impiis quondam egit Deus, vt partum huius Virginis futurum haud prorsus ignorarent, vtque arcani eius, quod mũdo propalandum erat, non solũ à Sibyllis, sed ab aliis etiam vatibus admonerentur. Cui rei maiorem fidẽ facit vetustissimum monumẽtum, quod Irene matre & filio eius Constantino imperantibus repertũ, in laminis aureis, vt ficut alij volant, in lapidea arca essosa inscriptionem hanc expressam habuit: Christus nasceretur ex Virgine, & ego credo in eum. O sol sub Irenæ & Constantini temporibus iterum me videbis. Quisquis autem ita sensit & scripsit, quidam Platonem fuisse putant, licet inter medios B Ethnicos viueret, tamen certa Dei reuelatione nõ caruit, verámque fidei suæ confessionem edidit, Spiritu etiam prophetiæ donatus, ac meritò illis Patribus adnumerandus, qui vt Paulus ait, iuxta fidem defuncti sunt, nõ acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes. Nec dissimilis apud Zonaram extat narratio, Iudæum quẽdam, quùm vineæ suæ colendæ causa in terram foderet, vetustissimum librum triplici lingua scriptũ reperisse, in quo hæc verba continerentur: Filius Dei nascetur ex Virgine Maria, & pro salute hominum patietur. Qui liber sub Honorio Pont. & Friderico II. Cæsare fuit inuentus, quum Ferdinãdus Castellæ Rex Hispanis imperaret. Ad hæc Ethnicus Poeta est Claudianus, vt [c] Augustinus & [d] Orosius comprobãt, sed qui de Virgine Matre tàm eui- C denter, vt Christianus etiam videri possit, pronunciauit. Etenim si qua veteribus libris fides habenda est, aliquos enim de authore dubitare non nescio, carmen hoc Christo cecinit Seruatori:

Quemque vtero incluso Mariæ, mox numine viso
Virgineo intumuere sinus, innuptaque Mater
Arcano obstupuit compleri viscera partu,
Authorem paritura suum.

Ac rursus:

Angelus alloquitur Mariam, quo præscia verbo
Concipiat saluæ virginitate Deum.

Postremò, si Ethnicorum Astronomi, & in hac quidem arte magistri, tùm vetustiores tùm præstantiores cõsulantur, quales Ægyptij & Chaldæi solẽt celebrari, horum eadem, quæ insignis Astrologi Albumazar, est sententia. Is quantumuis à fide nostra sit alienus, inter cætera testatur, quod in prima facie signi Virginis oritur in terra Virgo munda, puella immaculata, corpore decora, vultu venusta, habitu modesta, crine prolixa. Et ne dubitemus, qua de Virgine loquatur, disertè meminit, hãc esse Virginem, quæ puerum in Iudæa nutriat atque pascat, eúmque puerũ à quibusdam gentibus Iesum vocari, quem nos, inquit, Græcè Christũ dicimus. Vidi hũc ego locum in vetusto huius authoris opere, bonáque fide hoc ipsum testimoniũ citat Dionysius Carthusiensis.

Nec verò quisquam arbitretur, nos veluti cũ latuis hoc loco luctari, & eos aduersarios, qui nusquã extant, petere voluisse, quandoquidem Ethnicorum tenebræ splendentis Euangelij fulgore iam pridem disiectæ sint atque dissipatæ. Vtinam verò Christus Euangelio suo sic orbem implesset, nulla vt vsquam extarent vestigia Ethnicorum, aut saltem vt

tem vt prouinciæ, insulæ & gentes plurimæ maximæque densis Ethnicorum tenebris non obrutæ & oppressæ iacerent. Ex his profectò sunt Macazarenses, Amboinenses, Morotiani, Morotaienses, Bazanenses, Papuani, Bengaiani, Selebes, Siani, Cautipani, Bolanenses, Manadij, Tidorenses, Maluccenses, Manomotapani, Inhamiocẽses, Giloani, Ceilanij, Tauancorenses, aliæque plurimæ nondum benè cognitæ, vel à nostris exploratæ insulæ, prouinciæ, nationes, quæ Christi nomen atq; cultum hactenus ignorauerunt, aut certè quidem iam olim cognitum multis retro seculis deseruerũt.

Superiorem contra Ethnicos disputationem ad nostra etiam tẽpora pertinere.

Complures Ethnicorum myriades hoc seculo magis magisque reperiri.

An verò patui ducemus Brasiliam, Taprobanam, quam hodie Sumatram vocant, Iaponiam, Mececum, Meacum, Sinas, Scythiam, Gronlãdiam, Peru siue Castiliam nouam, vt alias Indiæ Orientalis & Americæ nondum satis compertas, easque amplissimas Regiones omittam, quibus nostram Germaniam, ne dicam Europã conferre nihil ferè sit aliud, B quàm Bethlehem Hierosolymis, vel Pathmon fortunatis insulis comparare. Quare susceptam hanc aduersus Ethnicos disputationem sic accipi velim, vt non modò superioris, sed & nostri seculi hominibus ab Orthodoxa fide alienis congruat, quos de Christo Dei & Virginis Filio cum primis instrui necesse est. Et hactenus quidem ætati nostræ, quãtis & erroribus & moribus inquinatissimæ, gratulandum puto, quòd ex densissima & longissima impietate innumerabiles populos, maioribus nostris ne cognitos quidẽ, magis magisque proferat, summúmque in illis amplectendi Christianismi ardorem, nec minorem in susceptа vera religione progressum multis in locis experiatur. Sic enim diuinæ bonitati visum est, sub hunc mundi finem nouum fidei ostium gentibus idololatricis aperire, nouósque simul veri Euangelij præcones excitare, qui in C amplissima illa, sed prorsus deserta messe cum ingenti Christiani nominis illustratione, & lætissimo Euangelici seminis prouentu versarentur. Illud verò hac ætate ferrea piis omnibus meritò deplorandum est, nullum ferè numerum eorum iniri posse, qui passim in Europa veterem fidem cum perfidia noua commutant, & vnitatem scindunt Ecclesiasticam. Sed nunquid horum, & præsertim Aquilonarium incredulitas Dei fidem euacuabit? An Christi regnum solis Septentrionis finibus definitum, Deique verbum huic aut illi genti alligatum esse putabimus? Sed enim summo Deo gratias immortales agere par est, totiam gentium myriades ex nouo velut orbe cateruatim prodire, & paucis quidem ab hinc annis ad Catholicam fidẽ Romanámque Ecclesiam accessionem incredibilem facere. Ira nimirùm suum semper habet populum, suósque discipulos colligit Christus, ad quos regnum suum trãsferat, quósque tanquam oues ab hœdis in hoc etiã mundo ipse pastor segreget atque distinguat. Qua ratione sui quoque contemptum mirè vindicat, dũ impunè non fert, se suósque vicarios, quemadmodum olim à Iudæis, sic modò à Pseudochristianis indigne accipi, nequitérque repudiari. Non enim te abiecerunt, sed me, inquit Dominus ad Samuelem, ne regnem super eos. Periit Palestina, periit Africa, periit Æthiopia, periit Græcia, & iusto Dei iudicio periit: quoniam Ecclesiæ ordinem perturbarunt, ea vnitate impie consciſſa, quam inter caput & membra in mystico Christi corpore integram constare, & nulla ex parte ob vitia præsulum distrahi oportebat. Quid ergo sanæ mentis, quid Christiani spiritus tenent, qui se saluos adeóque victores fore cõfidunt, etiamsi non solùm à Pontificibus, ab Episcopis, à Cõciliis sacris, à legitimis magistratibus apertam secessionem faciant, sed etiam conflatum ex terris erroribus sathanismum arripiant, & arreptum inuehant, ac inuectum obstinatè crudelitérque defendant? Iactitent interim, vt vt velint, se purioris doctrinæ ac Euangelicos homines esse: non fallet certè nos æterna veritas Christus, qui Ecclesiæ suæ immorigeros, ne dicam apertos contemptores & hostes, prophanis Ethnicis annumerandos esse pronunciauit.

Matth. 21. 25

Nunquam Christo pastori desiit oues. Regnum Dei etiam hodie gẽtes transferit. Et qua de causa.

1. Reg. 8.

Matth. 28.

CAPVT VIII.

De Mariæ virginitate contra Pseudochristianos, eámque necessaria fidei doctrina contineri probatur.

Iouinianus & Heluidius vno tempore Mariæ virginitatem impugnant.

RELICTIS Iudæis atque Græcis, velut insanis aut obscenis præceptoribus, & de Mariæ virginitate nimis imperitè philosophantibus, ad hostes domesticos porrò veniamus, qui postquàm nomen Christo dederunt, & Matris Ecclesiæ sunt lacte nutriti, tamen haud sine summo dedecore in Mariæ virginitatem impetum facere, illámque insipientissimis ac nefandis erroribus aspergere atque conspurcare non reformidant. Eos autẽ vno pseudochristianorum nomine complector, Augustinũ sequens, qui hoc etiam Manichæis, eorúmque similibus hæresum patronis, aut Orthodoxæ doctrinæ desertoribus adscribendum esse putauit. Igitur post Cherintianos, Ebionitas & alios Iudaico fermento corruptos Doctores, qui primùm Mariæ ob virginitatem bellum, idque turpissimum intulerũt, quum iunior Theodosius imperaret, Iouinianus D ille non sobrius, sed Epicuræus potius, quàm Christianus Philosophus prodiit, qui Mariam Dei genitricem in pariendo fuisse corruptam, sicut & Augustinus meminit, ore spurcissimo effutiret. Ac eodem ferè tempore vexauit Ecclesiam Heluidius Auxentij discipulus, qui ne suam MARIAE Virgini post partum laudem integram relinqueret, insanum disseminauit errorem, quòd illa post Christum editum Virgo non manserit, sed cum Ioseph viro rem habuerit, ac plures ex illo genuerit filios, qui fratres Domini ab Euangelista dicantur. Ac huius Heluidij discipulos esse puto, quos [a] Epiphanius & [b] Damascenus Antidicomarianitas appellant, quùm & ipsi docuerint, Mariam post natum Saluatorem de Ioseph filios procreasse: quam nostram opinionem Augustinus hisce verbis confirmat: Mirum, inquit, ni istos (de Heluidianis autem loquitur) prætermisso Heluidij nomine, Antidicomarianitas Epiphanius appellauit.] Ego verò hos duos, Ioui-

Pseudochristiani qui Augustino dicãtur.

Lib. de hæresibus.

Qui sunt apud veteres Antidicomarianitæ.

a Hæres. 78.

b Lib. de hæresibus.

Ex Præfat. lib. 2. contra Faustum.

K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lib. de hæresibus, ad Quodvultdeum, hæres. 84.

Iouinianus & Heluidius Herostrato non dissimiles.

nianum & Heluidium, infami Herostrato non dissimiles dixerim, qui quùm obscurus ac inglorius viueret, vt nominis claritatem & memoriã immortalem sibi compararet, pessimo apud suos facinore templum Dianæ celeberrimum igne succendere nõ dubitauit. Sic enim & illi cupiditate gloriæ inflammati, vt vulgo celebriores haberentur magistri, nouum & funestum excitarunt incendium, quo si possent, sacratissimæ Mariæ templo cladem & iniuriam non vulgarem inferrent.

Qui hoc seculo Mariæ virginitatem impugnent

Fœdi errores Lucæ Sternbergeri.

At ô miseram & verè deplorandam hanc nostrã ætatem, qua superiorum Hæreticorum errores, ac multis iam seculis extinctos cineres denuò in flammam summa cum populi Christiani offensione atque pernicie cernimus excitari. Etenim haud ita pridem exortus est Lucas Sternbergerus, hæresum nefariarum patronus, nec vulgare organum Satanæ in illo certè loquentis, imò & putidissimè mentiẽtis, Christum non Dei, sed Ioseph patris & Mariæ matris esse filium: quin & eundem Iosephum ex Maria coninge duos aut tres filios aliquando sustulisse. En tibi portentum in extremas insulas deportandum, vt tàm blasphemum hominem ac sactilegum Doctorem non videat, non audiat, non sentiat orbis Christianus. Tum in Polonia & Hungaria nõ desunt homines fanatici, quibus libeat aduersus hanc Virginem illibatam blasphemas & pestilentes iactare voces, perinde ac si illa Ioseph commerciũ admiserit, ac operi coniugali vacarit. Præter hos, reperire licet quosdam, vt sic dicam, Iouinianizantes, & sicut Tertullianus loquitur, super Mariæ vterum disceptantes, à quorum rabiosis morsibus inuiolatam Marię virginitatem postea vindicabimus. Fingunt porrò Centuriatores, qui Martino Bucero & Petro Martyri astipulantur, Mariam quùm in Dei Matrem eligeretur, corpore magis quàm affectu Virginem extitisse, quandoquidem communẽ aliarum apud Iudæos nubentium morem sequeretur, cum quibus & ipsa desponsata liberis operam dare cogitarit atque proposuerit. Ad hæc omnes fere Nouatores in eo conspirant, vt Mariam ex voto fuisse Virginem inficias eant: Patrúmque sententiã, quod suam Deo virginitatem nuncuparit, ferre minimè possunt. Demùm eodem candore nobis aliisque piis obtrectant & exprobrant, quod Mariã virginitatis magistram & principẽ prædicemus: quódque tantæ Virginis exemplum siue viris, siue fœminis ad sacrum cœlibatum & virginitatis institutum amplectendum seruandúmque proponamus & cõmendemus.

Mariam Virginem à multis negari apud Polonos & Hungaros. Iouiniani veteris, discipuli noui.

Lib. de carne Christi.

Centuriatores aliique Nouatores multi detrahunt Mariæ virginitatem.

Negãthodie Mariam ex voto Virginẽ, & virginum exẽplar esse.

Nihil verò istos Mariomastigas magis præterquàm iudicium carnis offendit, quo impediti fideíque simplicitate vacui, perspicere nõ possunt, quæ quantaque sit vis præclari articuli in Apostolico Symbolo traditi, quem Christiani homines seculis omnibus de Christo profitentur, quod idẽ de Spiritu sancto conceptus, & ẽ Maria Virgine natus, nostrum egerit Redemptorem. Etenim si de Mariæ virginitate nihil præterea scriptum extaret, hic solus articulus fœda, quæ diximus, monstra, non modicè verberaret, nosque ad confirmandam Deiparæ virginitatem merito impelleret vehementer, Fuere iam olim impurissimi homines Apollinatis, Valentinus, Macedonius, Dioscorus, qui cum in pestilentiæ cathedra sederent, hunc ipsum articulum per summam impudentiam oppugnare, aut potius reiicere non dubitarunt, ac propterea de Virgine Matre pessime quoque iudicarunt. Deinde quum annus à Christo nato M. CCC. & nonus numeraretur, quidam VValtherus Loldardus nouæ Sectæ princeps extitit, ac inter multos fœdos errores, Mariam mansisse Virginem pernegauit. His impij Anabaptistæ, vt libro sequenti demonstrabimus, aliique hoc æuo plures esse aggregant, qui in eandem Virginem dentes veluti Theoninos infingunt, quandoquidem vim & fructum dicti articuli nesciunt, parúmque secum expendunt & ponderant, quàm sit mirabilis Deus in Maria Dei filium concipiente. Concipit illa præter naturam salua integritate, quam & pariendo non minuit. Concipit supra naturam fœminæ fragilitatis, adeóque primitiuæ conditionis, quam Eua si vixisset innocens, in Paradiso tenuisset, nunquam eò felicitatis peruentura, vt Virgo simul & Mater existeret, filiúmque conciperet de Spiritu sancto inuiolata. Quod vt paulò rectius intelligatur, habent sanè suos etiam conceptus alij, quamlibet iusti & sancti de parentibus nati filij, omnesque carnis suæ substantiam ex Patris & Matris substantia per transfusionem immũdi seminis mutuantur. Cæterum quod neque Prophetis, neque Apostolis, nec electis quamlibet eximia gratia præditis contigit, Christo Sanctorum capiti vnicè datum est, Matrem vt habeat ab omni viri congressu, carnisque voluptate remotam, quæ pura è suo sanguine substantiam Filio suo suppeditet, sicut libro sequenti disseremus, vtque rursus pura purum purè procreet. De quo mysterio, quod Angelus sub ipsum Christi conceptum Matri exposuerat, grauis author Hugo Victorinus tradit sequentia: Spiritus sanctus Virgini superuenit, vt per eius operationem caro Christi de carne Virginis formaretur: & virtus altissimi obumbrauit ei, ne substantiam carnis ministrans, carnali concupiscentia vreretur. Concepit Maria ergo de Spiritu sancto, non quòd de substantia Spiritus sancti semen partus acceperit, sed quia per amorem & operationem Spiritus sancti, ex carne Virginis diuino partui natura substantiam ministrauit. Nam quia in corde eius amor Spiritus sancti singulariter ardebat, ideò in carne eius virtus Spiritus sancti mirabilia faciebat.] Hæc nos obiter ad fidei articulum quem diximus, illustrandum & confirmandum, sicut illum Patres perpetuò intellexerunt: vnde præterea Deiparæ virginitas maximè commendatur. Neque solùm ad Mariæ, sed etiam ad Christi grauissimam iniuriam spectat, si quis vel latum vnguem, vt dicunt, ab huius Symboli pulcherrima parte discedat. Si enim Christus de Virgine conceptus & natus non est, aliorum certè hominum more non tantùm in similitudinem carnis peccati, vt Paulus loquitur, sed cum peccato, & in peccato conceptus atque natus, iuxta legem ordinariam esse dicitur. Quomodò igitur [a] Agnus ille Dei absque macula, & [b] sanctus, innocens, impollutus & à peccatoribus segregatus Pontifex salutabitur? Si eandem cum iræ filiis originem trahit, quo pacto peccati næuo caruit, [c] seque immaculatum per Spiritum sanctum obtulit Deo, vt pro delictis mortalium expiãdis & exhauriendis satisfaceret, vnáque oblatione cõsummaret in sempiternum sanctificatos? Quare in Christum

Notandus imprimis Symboli articulus ad Mariæ virginitatem firmiter statuendam.

Qui negarint olim articulũ de Christi ex Virgine incarnatione.

Christus è Maria sine peccato conceptus.

sunt planè contumelioſi, & ſummum Dei beneficiũ abolere conantur, qui negant humanam eius naturam aſſumptam de Virgine: naturam, inquã, ab omni peccati nexu planè liberam, nõ qualis de vtroq; ſexu naſcitur per concupiſcentiam carnis cum obligatione delicti, cuius reatus per regenerationem diluitur, ſed qualẽ de Virgine naſci oportebat, quẽ fides matris, non libido conceperat. Non illic interfuit carnis concupiſcentia, per quam ſeminantur & concipiuntur cæteri, qui trahunt originale peccatum: ſed ea penitus remotiſſima, credendo, non concumbendo ſancta eſt fœcundata virginitas, vt illud quod naſcebatur ex propagine primi hominis tantummodò generis, non etiam criminis originẽ duceret, quemadmodũ ſcitè tradidit [a] Auguſtinus. Vnde [b] Fulgentius etiam præclarè concludit: Hoc habuit Dei hominiſque mirabilis quidem, ſed verus ille ſecundum carnem conceptus & partus, quo Deum cæli Virgo ineffabiliter concepit, & peperit, & Virgo genitrix inuiolata permanſit, illa ſcilicet gratia plena, & beata in mulieribus veraciter abangelo nuncupata, quòd gratiæ præuenientis ope atq; opere, Spiritu ſancto ſuperueniente in ſe, & virtute altiſſimi obumbrante ſibi, Deum Dei filium cõceptura, viri coitum nec pertulit omninò, nec voluit, ſed virginitatem retinens & mentis & corporis, ab eo quem conceptura & paritura fuerat, donum incorruptæ fœcunditatis, & fœcundæ integritatis accepit. Ita Deum verbum ſecũdum quod caro factũ eſt, Virgo ſancta concepit, Angelorum hominúmque factorem, eundémque nihilominus Virgo peperit hominum Redemptorem.]

[a] In Enchirid. cap. 34. & lib. 13. ca. 18.

[b] De incarnatione & gratia Chriſti, cap. 6.

Quomodo Maria Chriſtũ cõceperit.

Veteres fidei eccleſiaſticæ in Concilijs edite, virginitati Mariæ patrocinantur.

Sententia Concilij Toletani, Mariã Virginem nouo ortu ad nouæ ætatis exordia peperiſſe.

I AM verò præter Symbolum Apoſtolorum extant & aliæ fidei confeſſiones, quæ communi Eccleſiæ nomine conſcriptæ, editæ atque probatæ in concilio Conſtantinopolitano, Epheſino, Toletano Primo & Quarto traduntur, in quibus omnibus Mater Domini Maria Virgo diſertè pronunciatur. Confirmant enim Euangelicam veritatẽ, quæ ſemper fidelibus tradita fuit, & ſonare perpetuò debet in Eccleſia, Chriſtum Dominum non modò conceptum Spiritus ſancti virtute, ſed etiã ex Maria Virgine certo certius natum & in lucem editum eſſe. Tùm in Synodo Toletana XI. declaratũ legimus, ſolam filij perſonam, hominem verum ſine peccato de ſancta & immaculata Maria Virgine aſſumpſiſſe, de qua nouo ordine, nouáque natiuitate ſit genitus. Nouo quidem ordine, quia inuiſibilis diuinitate, viſibilis monſtratur in carne: noua verò natiuitate, quòd intacta virginitas & virilem coitum neſciuerit, & per Spiritum ſanctũ fœcundata, carnis materiam monſtrauerit: qui partus Virginis nec ratione colligatur, nec exemplo monſtretur. Si enim ratione colligeretur, non foret mirabile, ſi autem exemplo confirmaretur, non eſſet hoc myſterium ſingulare. Præterea non modò Theologorum, ſed omnium etiam Orthodoxorum mos eſt receptiſſimus, vt quoties de Matre Domini mentio incidit, eam aut ſimpliciter Virginem, aut beatam vel benedictam, perpetuámue Virginem nominet, ſicut illã vbique gentium, ac in omni propemodum lingua audias compellari. Tantum abeſt, vt aut veteri, aut nouæ impietati, per quam Mariæ virginitas in dubium reuocatur, locum vllum concedere debeant, qui Chriſtianæ profeſſionis titulũ ſibi modò ſaluũ eſſe volunt. Hi enim eum Epiphanio cõſtanter habent dicere: Vnde iſthæc malignitas? vnde tanta audacia? ipſum nomen non teſtimonium præbet, non tibi perſuadet ô contentioſe? Quis vnquam, aut quo ſeculo auſus eſt proferre nomẽ ſanctæ Mariæ, & interrogatus non ſtatim intulit Virginis vocem? Ex ipſis enim nominibus, epithetis, etiam virtutis ſigna elucent.] Ac paucis interiectis: Nõ relinquetur & ſanctæ Mariæ vox Virgo, & non mutabitur: impolluta enim permanſit ſancta. Quomodo igitur audent impetere impollutam Virginem, & quæ digna facta eſt habitaculum fieri filij Dei, & ab hoc electa eſt ex multis millibus Iſrael?] Eodẽ zelo, pariſque vehementia in aduerſarios vtitur Ambroſius, ac nos etiam vti docet, vt ita reſpõdeamus: Si doctrinis nõ creditur Sacerdotam, credatur oraculis Chriſti, credatur monitis Angelorum dicentium: quia non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Credatur ſymbolo Apoſtolorum, quod Eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & feruat. Hæc eſt Virgo, quæ in vtero concepit, Virgo quæ peperit filium.] Ac rectè quidem Ambroſius non ſolùm ad Scripturæ diuinæ authoritatem, ſed etiam ad Symboli Apoſtolici, Eccleſiæque Romanæ traditionem prouocat, & præterea Epiſcoporũ ſiue Sacerdotum conſentientem doctrinam adducit, vt Deiparæ virginitatem cõtra proteruos & impios Hæreticos tueatur, nobisque tuendam eſſe cõmonſtret. Nec poteſt à quoquam negari, Ignatium, Iuſtinum, Irenæum, Tertullianum, Origenem, Cyprianum, hoc eſt, vetuſtiſſimos Eccleſiæ Scriptores, hunc obtinere morem, hãcque loquendi formulã libenter amplecti, vt non ſine Virginis additamẽto Mariæ ſoleant meminiſſe. Quid multa? tulit vna omnium Chriſti Mater virginalis appellationis decus: eſtque ita & piè & ſanctè comparatum, vt vbi nomen virginis, vox cælo grata, inferis inuiſa, gentibus popularis, ore profertur, hic Annæ filia, Chriſti parens nominari, nec vlla Virginum alia intelligatur, vt venuſtè Sabellicus dixit.

Receptus loquendi modus, Mariam eſſe Virginem probat.

Contra Antidicomarianitas hæres. 78.

Nomen virginis immortale manet Mariæ.

Epiſt. 88.

Luce 1.

Ex quibus fontibus Mariæ virginitas demõſtretur.

Lib. 6. exemplor. ca. 5.

CAPVT IX.

Mariam etiam in partu Virginem permanſiſſe contra veteres ac nouos Iouinianiſtas.

SAtis iam demonſtratum putamus, Mariam ante ſuum partum verè diuinum, Virginem extitiſſe, quæ quum Gabrieli verum Euangelium adferenti aſſenſiſſet, non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine, ſicut loquitur Ambroſius: Filiũ incomparabilem in vtero concepit atque geſtauit. An verò ſimul in partu & poſt partum inuiolata ſemper Virgo perſeuerarit, proximum ac omninò dignum eſt, quòd paulo accuratius perueſtigemus. Etenim nec veteres, nec noui deſunt aduerſarij, qui tũ in partu, tũ à partu ſeruatæ

In hymno Veni Redẽptor gentium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virginitatis laudem Mariæ detrahant: adeò varios & infensos insectatores reperit virginitas Mariana, quantumuis piis hominibus ipsisque cælitibus admirabilis & gratiosa. Hic enim sese offert illa porta mystica, quæ spectat ad orientem, vt Ezechiel demonstrauit: hîc cælum se aperit Solem nobis proferens, qui semel oriens nullum nouit occasum. Ac de Iouiniano quidem iam olim profligato hæretico antè meminimus, qui quùm Romæ Monachus esset, multisque sanctimonialibus, vt[a] Augustinus docet, nuptias persuaderet, primus etiam hunc teterrimum proseminauit errorem, vt MARIAM in partu non mansisse Virginem blateraret. Etsi enim de illo nihil tale scribit[b] Hieronymus, qui multos eius errores acriter insectatur, tamen [c] Augustino fides habenda est, semel iterúmque testanti, Mariæ virginitatem à Iouiniano destrui, vt porrò qui doceat, eam pariendo fuisse corruptam, neque post partum Virginem permansisse. Eidem Iouiniano hac in parte restitit Ambrosius, & contra illius impietatem, vt Augustinus loquitur, etiam post partum permanétem virginitatem sanctæ Mariæ defendit. Idque verum esse liquet ex epistolis Ambrosianis, quæ nominatim non modò citant Iouinianum, sed eum etiam perinde ac hæreseos à multis Episcopis, ipsóque Siricio Papa[d] damnatum fuisse declarant. Nec prætermissa damnationis causa est: De via peruersitatis, inquit, produntur dicere: Virgo concepit, sed non Virgo generauit.] [c] Vbi Iouiniano siue discipulos, siue collegas annectit Auxentium, Germinatorem, Felicem, Photinum, Genialem, Martianum, Ianuarium & Ingeniosum, quos omnes Siricius quoque recenset, ac nouæ hæresis incętores vocat. Offendit autem istos in primis crassa quædam speculatio, quòd cogitarent fieri non posse, vt sine aperto matris vtero tãta moles, tótque mensium fœtus elaberetur: pudorem ergo Virginis per Christum editum necessariò violari. Sic illi carnis iudicio, non Dei virtute nitentes, à vera simplicitate fidei exciderunt, Deiq; summam potentiam, quam in Christi conceptione præsentem agnouerunt, ab eius natiuitate semouerunt.

Negant quidam Mariam in partu & post partum mansisse Virginem.

Error Iouiniani Mariæ virginitatem impugnans.

Ezech. 44. a Lib. 3. de peccatorum meritis & remissione cap. 7.

b In libris contra Iouinian.

c Lib. de hæresibus ad Quodvult. deum. Et li. 1 contra Iulianum.

d Lib. 2. de nuptiis & concupiscen. cap. 5.

e Lib. 10 epistol. 80. & 81.

Iouiniani assectæ Mariam in partu Virginem inficiantur.

Vbi nostram meritò incusare licet ætatem, qua funesta hęc & obscœna opinio ab orco veluti reuocata, & à nouatoribus quibusdam confirmata reuiuiscit. Sunt enim Iouiniani huius satellites & ministri, qui pro sua fingunt audacia, idem matri Domini, quod aliis mulieribus iuxta vulgarem naturæ cursum vsu venisse, quæ conceptum fœtum nisi vtero aperto, parere non possunt. Itaque non ita pridem extitit Petrus Martyr, insignis Mariæ aduersarius, qui Deiparæ vterum post partum non mansisse clausum ausus est contendere, velut Christus maternum vterum nascendo aperuerit. Quam opinionem non solùm [a] Adamus Reisener amplexus est, sed etiam doctiores eo [b] Bucerus & Molinæus profiteri non dubitarunt. Quanquam huic postremo nunc æquiores esse debemus, quùm eum melius sapere incipientem, & nouas opiniones detestantem, non solùm ad Catholicam Ecclesiam demum rediisse, sed suum etiam in illa diem obiisse fide digni testentur. Cæterum à prioribus Sectaris non discedit Beza, cui reliqui Caluinianæ factioni addicti, non grauatim, vt arbitror, astipulantur, eóque magis, quod rei Eucharisticæ hostes se acerrimos profiteantur. Nam quod Catholici ad suæ sententiæ confirmationem adferre solent, horrent illi prorsus audire, pari nempè summi Dei virtute fieri, vt Christus & in sacrosancta Eucharistia cum corpore præsens adsit, & per clausam virginem matrem in lucem edatur. Hinc Beza mirabiliter speculatur, partes vteri Mariæ quo tempore pareret, fuisse diuulsas, ac rursus tamen breuissimo tempore coaluisse. Facessat verò spurca istorum tum oratio, tùm speculatio, quæ mentes & aures religiosas offendit, quum aduersus illibatam tantæ Virginis castitatem audiunt vel modicè disputantem. Nos verò, priusquàm aduersariorum argumentis respõdeamus, tùm è Scripturis, tùm è Patribus conuincemus, etiam in partu Matri Domini plenam & solidam constare gloriam sanctæ virginitatis.

In Epist. ad Rom. cap. 4.

a In li. Geronimi co de Hierosolem

b In tertia sermonis Euangelica parte. Li. de omnis præsentia carnis Christi.

Molinæus suas hæreses renouasse, & Catholicum obiisse.

Principiò stat pro nobis Esaias Propheta, qui hãc vnam Virginem in spiritu contemplans, omnibúsque admirandam eeu digito indicans: Ecce, inquit, Virgo concipiet & pariet Filium, sicut Matthæus hoc propheticum dictum de Maria est interpretatus. Hic sanè Virginem non minus parituram, quã concepturam disertè promittit Deus, qui suum etiã promissum, vt semper alias, citra vllam ambiguitatem expleuit. Maria igitur non solùm supra naturam Virgo concepit, sed quod æquè stupendum est, Virgo etiam peperit Emanuelem, florem virginitatis integrum, clausúmque vterum seruãs. Hinc illud exrat Ambrosianum: Quæ potuit Virgo concipere, potuit Virgo generare: quũ conceptus præcedat, semper partus sequatur.] Et Augustinus æquè luculenter: Vbi virginitas concepit, integritas peperit. Christus eodem omnipotentiæ ligno conceptus & natus virginem habuit matrem, quùm portaretur in vtero Virginis, & quum ex vtero funderetur. Virgo genuit, quia Virgo concepit: inuiolata peperit, quia in cõceptu libido non fuit. Verobi- ta quę miraculum, & sine corruptione grauida, & in partu Virgo puerpera.] Deinde huc pertinet, quod iam crebrò ex Ezechiele repetiuimus: Hæc porta clausa erit & non aperietur, & nemo transibit per eã. Quæ est hæc porta, inquit Ambrosius, nisi Maria? ideò clausa quia Virgo. Porta igitur Maria, per quã Christus intrauit in hunc mundũ, quando virginali fusus est partu, & genitalia virginitatis clausura nõ soluit. Manet intemeratum clausũ pudoris, & inuiolata integritatis duranere signacula, quũ exiret ex Virgine, cuius altitudinẽ mundus sustinere non posset.] Ac iterũ: Hæc, inquit, porta clausa erit & non aperietur. Bona porta Maria, quæ clausa erat & non aperiebatur. Trãsiuit per eã Christus, sed nõ aperuit.] Clarissima quidem hæc Ambrosij verba sunt, sicut & illa Procli Cyziceni, qui ad Mariæ tuendũ honorẽ in Synodo Ephesina sic est prolocutus: Iste Emanuel naturæ quidẽ portas aperuit vt homo, virginitatis autem clausura non fregit vt Deus. Sic nascitur vt est conceptus. Impassibiliter introiit, ineffabiliter exiuit, secundũ quod Prophe- ta Ezechiel dixit.] Postremò Angeli verba Iosepho dicta huc referre debemus: Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Indicat enim donorũ omnium fontem Spiritum sanctũ Mariæ præpotenter adfuturum, ac duplex in ea miraculum effecturum esse, vt & conceptus sit sine semine, & partus sine clausuræ virginei violatione. Rectè igitur Ecclesia, vt suam & Orthodoxorum confessionem apertè

Quarta ratio.

declaret, nec locum vllũ Iouinianistis relinquat, in Symbolo Apostolico inde ab initio vbique gentiũ professetur. Natus ex Maria Virgine. Accedit & illud eiusdem Ecclesiæ canticum solenne, vetus, receptum & probatum: Natus de Virgine matris integritatem non minuit, sed sacrauit. Maria virginitatis gloria permanente, & vnigenitum Patris, sancti Spiritus obumbratione concepit, & eundem lumen æternum mundo effudit Iesum Christum Dominum nostrum.

Ecclesiæ fides & professio publica Mariam in partu Virginem confitetur.

Secvs verò qui cum Iouinianistis sentiũt, næ illi summam Christi potentiam & singularem ab illo Matri habitum honorem aut temerè negant, aut negligenter sanè perpendunt: quasi non potuerit, aut certè noluerit Filius suam hic exercere virtutem, & simul honori materno consulere, cui semper plurimum detulit, hoc etiam suo exemplo admonens vtique filios Ecclesiæ, quàm eos deceat erga parẽtes beneuolos, fidos ac officiosos esse. Quãquam & aliis de causis factum est, & conuenientissimè quidem, vt illa virginitate salua suum partum expleret, virgóque mater esset. Talis enim partus decebat Deum, qui de incorrupto prodiret Virginis vtero: ornabat & matrem tam castum sanctúmque puerperium: & consentaneum erat, per eius aduentum, qui ad corruptionem sanandam ueniebat, Matris virginitatem minimè violari. Alioquin, vt grauissimè dixit Augustinus, & nos alibi quoque citauimus, si vel per nascentem corrumperetur matris integritas, non iam ille de Virgine nasceretur, cúmque falsò, quod absit, de Virgine Maria natum tota confiteretur Ecclesia, quæ imitans eius matrẽ, quotidie parit membra eius, & virgo est.] A quo nõ dissentit Theodotus, Ancyrorum olim Episcopus, quum hac oratione Nestorium petit: Natura post partum nescit vlterius virginem: gratia verò & parientem ostendit, & matrem fecit, & virginitati non nocuit. Gratia enim erat castitatem seruans. O terra sine semine & fructum germinans salutarem. O Virgo quæ ipsum vicisti deliciarum paradisum. Ille namque sine semine omne plãtationum genus protulit, ex virgine terra exortis plantationibus. Hæc autem virgo illa terra melior est, nõ enim pomorum protulit arborem, sed virgo Iesse fructum, Saluatorem hominibus adferentem.] Tùm Nicephorus Cõstantinopolitanus Patriarcha, quùm ad Leonem Pontificem scribit, eandem Marianæ virginitatis in partu integritatem gratiámque cõmendat. Virginem, ait, quæ supernaturaliter & ineffabiliter pepererat, post partum Virginem conseruauit, virginitate illius secundum naturam nulla ex parte demutata & labefactata, ad designandum, per secundæ natiuitatis processum nullam prorsus naturæ illius accidisse mutationem aut alterationẽ.] Scribit & Bernardus decuisse prorsus, vt pura Virgo & conciperet, & pareret Saluatorem: Deus siquidem (Deus enim est quem peperit) Matrem suam singulari in cælestibus donaturus gloria, singulari in terris præuenire curauit & gratia, qua videlicet ineffabiliter & intacta conciperet & pareret incorrupta. Porrò Deum huiusmodi decebat nati- uitas, qua non nisi de virgine nasceretur. Talis & congruebat virgini partus, vt non pareret nisi Deũ. Proinde Factor hominum, vt homo fieret, nascitu- rus de homine, talem sibi ex omnibus debuit deligere, imò condere matrem, qualem & se decere sciebat, & sibi nouerat placituram. Voluit itaque esse virginẽ, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus.] Tum ante Bernardum vixit Illefonsius, qui non solùm eandẽ veritatem comprobat, sed & contrariam sententiã, quæ Deiparæ puritatem in partu polluit, his argumentis euertit: Si Virgini nostræ, inquit, aut generationem, aut integritatem adimis, grandi dedecore Deo iniuriam facis. Negas enim valuisse incorruptam seruare, quem fateris absque corruptione adire Virginem potuisse. Negas Deum quod vellet facere quiuisse, quem concedis genitricem integrã inuenisse, corruptioni deditam reliquisse. Vt ergo asseris, Omnipotentis diuinitas non profuit virginitati, sed obfuit: quia dum virgineũ decus nascẽdo violauit, summam virginitatem destruxit: ac per hoc ipsum astruis Virginem deturpasse nascendo, quam decorauerat ipse creando.]

Maria post partum virginitatis gratiæ, non naturæ tribuenda est.

Maria nobilior & fœcundior Paradiso.

Testimonium Nicephori Constantinopolitani Patriarchæ.

Bernardi testimonium pro Mariæ in partu puritate.

Argumenta Illefonsi, Mariam in partu mansisse Virginem.

Lib. de virginit. Mariæ cap. 1.

Nec desunt variæ rationes atque similitudines, quę rem probabiliorem faciant, quanquam his nolumus immorari, sat habẽtes locum vnum ex Iouine Carnotensi producere: Qui lætificare, inquit, venerat triste seculum, contritare non debuit ventris hospitiũ. Sicut enim omni corruptione caruit iste conceptus, ita quicquid Hæretici garriunt, in concipiendo & pariendo Virginis vterus permansit intemeratus. Quod indubitanter cognoscere potest, & rationabiliter aliis approbare mansuetudo Christiana, transsumptionem faciendo de minoribus ad maiora, de prioribus ad posteriora. Si enim solis radius crystallum penetrans, nec ingrediendo perforat, nec egrediendo dissipat: quantò magis ad ingressum vel egressum veri & æterni solis, vterus virginalis clausus & integer perseuerat? Sic ille rubus ardens & non combustus in typum virginitatis intemeratæ Moysi sancto legitur esse demõstratus: sic idipsum præsignans virga Aaron summi Sacerdotis, nec succo animata, nec semine fœcũdata, quod natura non habuit, flores fructúmque produxit. Quæ ergo ratio est, vt non credatur Deus hominem posse facere sine viro de fœmina, qui primũ hominem nec de viro fecit, nec de fœmina? Nimirùm veram humanitatẽ testatur cõceptus & partus humanus, & veram diuinitatem comprobat vterus intemeratus.]

Rationes & similitudines idem confirmant.

Serm. de Annuncia. B. Mariæ.

Exod. 3. Num. 17.

Reliquum est, vt nos argumentis aduersariorũ, hanc Mariæ gloriam, vt virgo in partu ipsa credatur, vel suffurantium, vel inuidentium aliquid respondeamus. Ac primùm illis Lucæ locus fauere videtur, qui ex veteri lege repetitus, & ad Marianam historiam accommodatus, in hunc habet modum: Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur: Sic enim Israelitis præceptum est, vt primogenita masculini sexus Domino consecrarent, eáque pretio dato redimerent. Indicat verò Lucas, hoc legis præscriptum ad Christum, vtpotè Mariæ primogenitum pertinuisse, quasi & is vterum aut vuluam, quo tempore nasceretur, matri aperuerit. Verùm tanta vis in eo facienda non est, quod à Luca dicitur de vuluæ apertione, quùm secundum Hebraicam phrasin vuluam aperire dicatur, qui primum ex vtero matris nascitur, & idcircò primogenitus, quoquo modo sit procreatus, vulgò appellatur. Vnde quidam præsentem locum ita vertunt: Omnis masculus primogenitus sanctus Domino erit: id quod

Responsio ad obiectionẽ de verbis Moysi à Luca repetitis.

Luc. 1. Exod. 13.

Luc. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omne primogenitum in animantibus apud Iudæos Deo cõsecrabatur. De lege primogenitorũ.

non solùm de primogenitis hominum, sed etiam brutorum animantium lex Mosaica definiuit. Legis enim verba sunt: Separabis omne quod aperit vuluam Domino, & quod primitiuum est in pecoribus tuis, quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino. Sensus est, quicquid primùm vuluam matris aperit, si masculini sit generis, à prophanis vsibus separandum, & diuino cultui prorsus applicandum esse, vt id sanctè offeratur Deo, neque ius vllum patri constet in primogenitum, nisi oblatum prius iuxta præscriptum legis expressum redimatur. Hinc verò non conficitur, Mariæ puritatem in ipso partu lædi, & propter vteri apertionẽ, id est, quia Christus ex vtero eius prodiit, laudem illi perire virginitatis. Miraculo enim tribuendum est, quòd contra morem parientium virgo clausa persisteret, & Christus tamen ex illa integer generaretur. Accedit quod Scriptura de apertione vulvæ loquens, non semper de naturali siue corporali, sed crebrò de legali apertione, qua fœminarũ procreatio pro nulla censebatur, intelligenda est. Deinde hæc Scripturæ phrasis non veram vteri apertionem, sed huius apertionis effectum siue in conceptione, siue in partu aliquando designat, sicut quũ Deus Rachel & Lyæ vuluam dicitur aperuisse, quũ nempè virtutem illis tribueret cõcipiendi: ne quis putet, hanc phrasin sufficere, vt mulieres plenam & perfectam semper apertionem vteri sustinere dicantur. Christo interim sua constat gloria, qui præ cæteris vuluam matris aperuit, quia non aliorum more nascentium, sed vt pudorem matris intactum integrumque seruaret, de matris vtero est egressus. Quare sic Euthymius monet: Consecrabantur Hebræorum primogenita Deo, quia olim primogenita Egyptiorũ morti tradidit pro libertate Hebræorum. Sed hæc quidem primogenita iam apertam adaperiunt vuluam: aperitur enim in viri congressu, quando semen infundit, Solus autem Christus nondum apertam supernaturaliter aperuit, & clausam naturaliter seruauit: quia etiam solus hic propriè sanctus est Domino, & secũdum diuinitatem, quia filius eius: & secundum humanitatem, vt potè vnitus filio eius. Itaque licet propter dictam causam de omnibus primogenitis præsens verbum statutum est, solum tamen Christum directè respicit.]

Exod. 13.

Num. 8. Leuit. 12.

Christus per miraculum & non vulgari modo natus è matre. Quid in Scriptura significet vuluæ apertio.

Genes. 29. & 30. Iud. 5. Luc.

Solus Christus, matris vtero non aperto, concipitur & nascitur.

Et ante hũc Theologum Hieronymus ingenuè fatetur: Magis ad specialem natiuitatem Saluatoris, quàm ad omnium hominum referri potest hoc, quod dicitur: Qui aperit vuluam, Sanctus Domino vocabitur. Solus enim Christus clausas portas vulvæ virginalis aperuit, quæ tamen clausæ iugiter permanserunt. Hæc est porta orientalis clausa, per quã solus Põtifex ingreditur & egreditur, & nihilominus semper clausa est.] Quare non minus eleganter quàm breuiter dixit Græcus quidam Scholiastes: Solus Christus nondum apertam supernaturaliter aperuit: & clausam naturaliter seruauit.] Sed & alibi de hoc ipso loco diximus, Christo nempè id proprium esse, vt matris vterum aperiat, Origene quidem his verbis astipulante: Quemcũque de vtero effusum marem dixeris, non sic aperit vuluam matris suæ vt Dominus Iesus: quia omnium mulierum non partus infantis, sed viri coitus vuluam referat.] De Luca verò Euangelista sic existimandum est, longè illum prudentius atque sublimius de Maria sensisse, quàm vt illam reliquis

l. 1. b. 2. contra Pelagianos.

Exech. 44.

Solus Christus per clausã in matris postam egressus, tempore natiuitatis. In Catena aurea.

Hom. 14. in Luc.

Lucas non ita de pingit Mariã, vt aliis mulieribus exæquetur.

Iudæorum puerperis vel mulieribus vllis, verè immundis, & purificatione indigentibus exæquaret: illam, inquam, quæ sine viri commercio, sine libidinis vitio, sine sordibus suum primogenitum peperisset, ac propterea lege non teneretur, imò quæ verbis etiam legis, vt multos docere monstrauimus, à Moyse ipso exciperetur. Qua ex re non mediocris Mariæ tùm modestia, tùm obedientia, sed alibi susius explicanda elucescit, quùm volens illa legi tàm duræ se subiicit, quæ inter & super mulieres omnes benedicta, totius legis dominum & finem, adeóque puritatis omnis fontem esset enixa. Hinc tradit Bernardus, Mariam à lege liberam, nihil in conceptu, nihil in partu impurum, illicitum atque purgandum habuisse: imò etiam ipso immaculato partu puritissimam factam esse, quæ sicut non humana lege conceperat hominem, sic & intra viscera intacta & integra virum clauserit, & intrante simul & exeunte Domino, porta clausa iugiter perseuerarit. Vnum adhuc Bedam adiungã, qui vel vnus nodum omnem dissoluerit, & aduersatiorum diluerit argumẽtum, quum sic Moysi verba interpretatur: Quod ait, adaperiens vuluam, consueto natiuitatis more loquitur, non quòd Dominus noster sacri ventris hospitium, quòd ingressus sanctificarat, egressus deuirginasse credendus sit iuxta Hæreticos, qui dicunt, beatam Mariã Virginem vsque ad partum, sed iuxta fidem Catholicam, clauso virginis vtero, quasi sponso suo processisse de thalamo.] Ac rursus: Nota, inquit, quod non omnis mulier pariens, sed ea quæ suscepto semine pepererit, designatur immunda, rituque legis docetur esse mundanda, ad distinctionem vidilicet illius, quæ virgo concepit & peperit filium, & vocauit nomen eius Emanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus. Non ergo filius, qui cum homine Deus est, nõ mater qui Spiritu sancto operante peperit, victimis hostiarum, quibus purgaretur indigebat, sed vt nos à legis vinculo solueremur, sicut Dominus Christus, & ita beata semper Virgo Maria legi est sponte subiecta.] Quapropter Hormisdas Pontifex quum Nestorij & Eutychetis blasphemias damnat, grauiter ac perspicuè docet, filij Dei proprium esse, vt filius hominis factus, intra viscera sanctæ Mariæ Virginis genitricis Dei, vnitis vtrisque sine aliqua confusione naturis, contineatur, ac deinde nascatur in tempore hominis more, qui tamen natus matris vuluam non aperiat, quíque virginitatem matris, Deitatis virtute non soluat. Ac mox rationem adiungit: Dignum planè Deo nascente mysterium, vt seruaret partum sine corruptione, qui conceptum fecit esse sine semine, seruans quod ex patre erat, & repræsentans quod ex matre susceperat.]

Maria mostra sua modestia, per hypotheticum obiectionum effugium.

Serm. 1. de Purificat.

In 2. c. Luc.

Christus ut aliis quibusdam matris vterum aperuit.

Sed hic nobis obiicitur Suidas in suo scribẽs Lexico de obstetricibus, quæ Mariã viderint & inuenerint parientem: nec dissimile figmentum extat in Iacobi Proteuangelio, etsi hoc quidẽ scripto prorsus apocrypho sæpè vtantur Centuriatores. Verùm nos haud grauatim suã Suidæ permittimus authoritatẽ, quam homo Grammaticus magis, quã Theologus prometetur, qui nobis etiam alibi stultè persuadere conatur, Christum Mariæ filium inter Sacerdotes Aaronicos in templo Hierosolymitano ministrasse, sicut idem de Ioanne Baptista Centuriatores fabulantur. At valeant istæ Iudaicæ

Verba Isaiæ de puerpera ad Mariã non pertinere.

Tsal. 58.

Centuriatores de Ioanne Baptista.

potius fabulæ, quam Christianæ opiniones, illúdque præsertim, quod nescio quas parienti Mariæ obstetrices affingunt, vt ipsam Euangelicæ veritatis lucem extinguant. Speramus autem neminem adeo imperitum ac delirum fore, qui hisce nugis cum veritate & honestate ipsa pugnantibus multum se sinat commoueri, ideóque in his refutandis non valde laborabimus. Certe Cyprianus non obscure docet, parienti Mariæ obstetricem nullam adfuisse, cum illa sibi hoc officij præstiterit, quod ab obstetrice puerpuræ vel parienti solet exhiberi. Vnde nouum Mariæ puerperium, & primũ Christi hospitium his verbis ab eo pulchre descriptum legimus: Nulla domus ambitio, nisi reclinatorium in stabulo, mater in fœno, filius in præsepio: tale elegit fabricator mundi hospitium, huiusmodi habuit delitias sacræ Virginis puerperium. Panniculi pro purpura, & pro byssо in ornatu regio lacinиæ congeruntur: genitrix est obstetrix, & dilectæ soboli exhibet clientelam.] Tùm Hieronymus aperte testatur, quod obstetrices vagientem Mariæ paruulum non susceperint, & maritus Ioseph lassam vxorem, vt aliis puerperis fieri constat, non tenuerit. Absit, inquit, vt hoc de matre Saluatoris & viro iusto sit existimandum. Nulla ibi obstetrix, nulla mulierularum sedulitas interfuit: ipsa pannis inuoluit infantem, ipsa & mater & obstetrix fuit. Et collocauit eũ, inquit Lucas, in præsepium, quia non erat locus ei in diuersorio. Quæ sententia & apocryphorum deliramenta conuincit, dum Maria ipsa pannis inuoluit infantem: & Heluidij expleri non patitur voluntatem, dũ in diuersorio locus nõ fuit nuptiarum.] Vbi suum præceptorem Gregorium (Nazianzenum loquor) sequitur Hieronymus, quum & ille suo carmine testetur:

Matrem absque sponso scimus & viro: suas
Hic nulla partes, & suam manum obstetrix
Deprædicauit: partus hic diuinus est.

Sermo. de natiuitat. Christi.

Nullam Mariæ obstetricem in partu adfuisse, Cyprianus & Hieronymus probant.

Quale fuerit Mariæ puerperium.

Lib. aduersus Heluidium.

Lucæ verbis obiicit, in Mariæ partu & puerperio locum obstetricibus non fuisse relictum.

In Tragœdia Christi Patientis.

Luc. 2.

IGITVR non solum Hieronymus affirmat, sed etiam euidenter probat, cum Euangelio Lucæ non congruere, sed ad apocryphorum deliramenta spectare, quod Suidas & Proteuangelion dictum de Mariæ obstetricibus adferunt: quando illarum opera non eguit, quæ nullo languore impedita, & constãti corporis animique vigore suffulta, natum mox filium & supplex adorauit, & sedulo curauit, omnémque obstetricandi laborem sola suscepit, & susceptum absoluit, nisi quod casti Sponsi fidum ministerium in quibusdam, vt est probabile, adhibuerit.

Quid respondendum de quibusdam patribus qui scribere videntur, Mariam non fuisse a vtero peperisse.

PRAECIPVA vero istorum obiectio in eo versatur, quod causam suam veterum authoritate defendant, qui Mariam aperto vtero peperisse scripserunt. Respondemus, veriori sententiæ nihil hoc derogare, quod aliquando quidem ab ea discrepent: ex veteribus vero perpaucos, ita vt affirmatur, scribere, præsertim vt phantasma Marcionis euertant, Christumque vere incarnatum ac editum hominem esse conuincant. Ac mollienda sunt Patrum dicta, si quid durius ac incommodius adferant, quod cum certa Ecclesiæ pugnet sententia, quòdque fortasse per humanam incogitantiam aut imprudentiam illis excidit. Nos eam tuemur sententiam, tuendámque dicimus, quam & maior & sanior veterum pars amplexa est, quámque posteà te diligentius excussa, veritatis columna confirmauit Ecclesia. Est verò piorum, qui succedunt veteribus, constans & laudabilis consuetudo, non solum expressas fidei regulas profitendi, sed & præterea eam doctrinæ partem libentius atque studiosius complectendi, quæ Christo Domino & præcellenti eius matri maiorem adfert gloriam atque commendationem. Atqui vt maxime nulla Ecclesiæ regula vel sanctione vrgeremur, tamen res ipsa declarat, ad Christi Domini & sanctæ Matris eius illustrandum honorem magis accedere, quod asseritur, Deiparam corpore & animo semper incorruptam, omníque gratia plenam, à viri contactu ante & post partum abstinuisse, neque solùm diuini conceptus, sed etiam partus tempore integram perfectámque virginitatem conseruasse, talémque præbuisse puerperam, quæ languoris & doloris omnis expers, quum páreret, summo & incredibili gaudio perfunderetur. Ac de veterum quidem authoritate consectanda, quum multi consentaneè docent, arque ad eandem veritatem probandam mutuas operas adferunt, suo nos loco ex professo dicemus.

De Christo & Maria secutis ea defenduntur, quæ salua Ecclesiæ fide veriusque gloriã magis illustrant.

Lib. 4. cap. vltimo.

NVNC satis fuerit illos velut imitandos duces proponere, qui præter superiores, luculenter docent, Mariæ integritatem æque in partu, sicut ante & post partum semper incorruptam atque inuiolatam fuisse, ideóque Christum clauso eius vtero mirabiliter in lucem prodisse. Gregorius Nyssenus habet in hunc modum: Non prius apertam vuluam virginalem aperuit, signacula virginitatis illæsa conseruans etiam post processum admirabilem.] Amphilochius qui Basilij fuit æqualis, propria disputatione conuincit, virginalem Mariæ portam nunquam esse patefactam, & inter alia sic loquitur: Quantum pertinet ad virginalem naturam, Virginis claustra nullo modo aperta sunt: quantum vero ad potentiam geniti Domini, nihil clausum, omnia aperta.] Testatur & [a] Cyrillus, virginales Mariæ portas à Christo non esse reseratas, sicut [b] Gregorius Nicomediæ quoque tradit, quòd nascens ex virgine Dominus incorruptionis signacula non soluerit. Hoc est, claustra virginei pudoris Christus nascendo etiam conseruauit, quemadmodum [c] Gaudentius diserte proponit. Eiusdem sententiæ fuit Ambrosius iam ante citatus: suffragatur & Leo magnus in hæc verba scribens: Merito virgineæ integritati nihil corruptionis intulit partus Salutis: quia custodia fuit pudoris, editio veritatis.] Ac rursum: Oportuit vt primam genitricis integritatem nascens incorruptio custodiret, & complacitum sibi claustrum pudoris & sanctitatis hospitium diuini Spiritus virtus infusa seruaret, qui statuerat delecta erigere, confracta solidare, & superandis carnis illecebris multiplicatam pudicitiæ donare virtutem.] Consonat his plane Damascenus: Quemadmodum, inquit, qui conceptus est, Virginem concipientem seruauit: sic & natus ipsius virginitatem seruauit illæsam: solum transiuit per eam, & clausam ipsam seruauit. Manet igitur & post partum Virgo, & semper Virgo.] Tum Fulgentius aperte pronunciat: De cælis medicus transiens per Virginem, post transitum suum, illæsam fecit Virginẽ permanere. Qui enim disrupta corporum membra in aliis poterat integrare tangendo, quanto magis in sua matre quod inuenit integrum, potuit non violare nascendo?

Homel. de secutu Domini.

In hypapant.

Patrumperspicua testimonia de Maria sine apertione vteri pariente.

a In orat. de hypapant. Domini.

b In orat. de exitu sanct. Deipara.

c Tractat. 2. de lectione Euangelij. & Libro 10. Epist. 81.

Serm 1. de natiuit. Domini. Sermo 2. de natiuit. Domini. Lib. 4. de fide Orthodoxa cap. 14. Sermo. de laudib. Mariæ.

Mariæ virginitas partu secuta est potius quã decruit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hom. de ea, Ecce quam bonum & quam iucundum.

Creuit enim eius partu integritas potius quàm decreuit, & virginitas ampliata est potius quàm fugata.] Et Fulgentio antiquior Eusebius Emissenus velut suum addens calculum, hoc scriptum reliquit: Quomodo, inquis, potuit virgo esse post filium? Hoc vtique modo, quia honor virginitatis per generantem, nõ per nascentem resoluitur. Hic ergo quia corruptionis iniuria non fuit in conceptu, ideo integritas perseuerauit in partu. Nemo ex virgine nato filio, calumnietur gloriam tantæ parentis, quam cælestis puer non prærupit dũ concipitur, non potuit violare dum nascitur.] Quod igitur Vincentius Lyrinensis præcipit, hîc sedulo retinendum est, vt si in ipsa vetustate duorum aut trium doctorum lapsus deprehendatur, Patrum aliorum eadem de re sententiæ conferantur, atque ex maiore illorum consensu proposita quæstio iudicetur. Hoc si facimus, vt æquum est sane, maiorem & meliorem Patrum illorum partem sequemur, qui summam Virginis puritatem in ipso quoque partu agnoscunt & comprobant. Ita fiet porro, nihil vt dubitemus, Christum sine nixu, sine dolore ac sordibus matris parientis, adeóque per integra virginitatis claustra, quæ nunquam aperta fuerint, in hunc mundum prodiisse. Non aliter sane, quàm Sol penetrat vitrũ illæsum, aut quemadmodũ sine sui corruptione sidus suũ emittit radiũ: sic enim absque sui læsione Virgo parturit filium, qui Mariæ integritatem non minuit magis quum nasceretur, quàm sidus apparens ac irradians suam

Christus in conceptu & ortu matrem seruat virginem.

Quo iudicio sequendi Patres quum inter se dissentire videntur.

Lib. contra prosanas nouationes.

impedit claritatem, vt [a] Bernardus ostendit. Sapit ergo [b] Erasmus Roterodamus, qui hanc ipsam doctrinam sibi placere, magisque piam videri ingenue profitetur.

a Hom 2. in Euang. Missus est Angelus.

b In commẽt. scripto in hymnum Prudentij de natali Christi.

VERVM ad Caluinianos redeo, è quibus Petrus Martyr, Bullingerus & Beza, vt damnatum Iouiniani errorem innouent atque confirmẽt, Mariæ in partu virginitatem oppugnant atque negant. Nec obscura causa est, quæ illos in re per se odiosa minimèque honesta ad nouam hãc contentionem impellat. Ferre nõ possunt Catholicũ axioma, quo traditur, corpus Christi cum alio corpore in eodem loco coaluisse. Ad cuius rei probationem adduci solent exempla, quod Christus quum nasceretur, de vtero Virginis, & quum ex mortuis resurgeret de sepulchro egressus, quodque iá rediuiuus ad suos discipulos ianuis clausis ingressus fuerit, vt omnes fatentur Orthodoxi. Hæc autem non naturæ, sed soli Deo possibilia esse dicunt, ac eadem ratione porro colligunt, Christi corpus in venerabili Eucharistia sine proprio & iusto loci interuallo constare. Norunt quippe Christum verbo suo satisfacere, ac propterea ex virtute diuina in tanto mysterio efficaciter operari, illudque quotidie præstare, corpus vt suum multis in Templis simul existat, suam quidem retinens quantitatem, ac partium in se extensionem, sed loco non commensuratam sicut in Scholis loqui consueuerunt. Hoc cum dicimus, summam Christi non solum potentiam, sed etiam erga nos gratiam incredibilémque charitatem testamur, qui tametsi non visibili modo, tamen se totum nobis præsentem exhibet in Eucharistia, perinde ac si coram affirmet: Volui frater esse vester: carnem propter vos & sanguinem assumpsi: vobis vicissim ipsam carnem & sanguinem, per quæ cognatus vester factus sum,

Iouiniani doctrinam renouant Caluiniani, & Mariæ virginitatem in partu negant, & qua de causa.

Quomodo Catholici de præsentia corporis Christi sentiant in Eucharistia.

in hoc Sacramento trado, sicut Os aureum scite concionatur. Verum Sacramẽtarij vt suam impietatem defendant, propositam exemplorum lucem repudiant, ne hac ratione dominici corporis in Eucharistia veritas à nobis confirmetur atque illustretur. Igitur de Maria sic ratiocinantur, vt tollant miraculum, quo illam clauso vtero peperisse, semper credidit ac docuit Ecclesia. Sed molliunt interim suam opinionem eo prætextu, quòd fingant Mariam etiamsi suum vterũ aperuerit, quum Christum procrearet, tamen Virginem permansisse, quia nullum sit virum prius experta. Etenim virginitatem non in conceptione, nec in eius effractione partus tempore, sed in non cognitione viri consistere. O mirabilem Philosophiam non Theologis, sed Medicis, imo & Obstetricibus aliisque ad ventrem inspiciendum destinatis censoribus congruentem, vt ab illis demum iudicetur, in quo consistat corruptio vel violatio muliebris virginitatis. Nec ignoro, de materiali & formali corporalis virginitatis corruptione quosdam disputare, & nonnulla fortasse pudenda magis quàm repetenda proferre, quomodo matrix & in conceptione aperiatur, & in partu rũpatur, & vtrobique virginitatem amitti. Sed his naturæ arcanis omissis, quæ ad Medicos proprie spectant, omnino sentiendum est, Mariæ virginitatem absolutam in sacra Scriptura, præsertim apud Esaiam nobis commendari, simúlque ab Ecclesia constanter comprobari, hanc Virginem à vito intactam sempérque integram corpore concepisse simul & peperisse, sicut nos anteà multis demonstrauimus. Vt autem cum Eucharistiæ inimicis fingamus, Marianæ virginitati signacula in partu dirupta, & Christum patefacto matris vtero procreatũ esse, nihil sane sit aliud, quàm & sacrosanctæ Virginis dignitatem, & filij eius potentiam atque honorem imminuere, simúlque sacræ Synodi conuellere authoritatem. Etenim in hac præsens Ambrosius non suo tantũ, sed & aliorum Patrum nomine tradidit. Mariam Dei genitricem Virginem non posse prædicari, si aperto vtero peperit, etiamsi virum non cognouisset. Nihil verò mirum, aduersarios, quibus cũ alibi quoque concertamus, hîc magnopere hallucinari, quia diuinæ potentiæ certos circumscribere limites volunt & naturalem potius facultatem, quàm cælestis numinis potentiam in partu Virginis intuentur. Nobis verò in præsentiarum sat erit, aliquot veterum & probatorum Patrum testimonia repetere, quibus Catholica veritas astruatur, diuinam nempe Christi virtutem in vtroque miraculo apparere, quum idem de clauso Virginis vtero natus est, & de clauso obsignatóque monumento ad vitam mortuus resurrexit.

Hom. 61. ad populum Antiochenum.

Quo pretextu suum errorem tegant Caluiniani.

ORDIEMVR autem ab Augustino velut principe Theologorum, qui Caluinianos vtique verberans, ad Volusianum perspicue scribit: Ipsa virtus (Dei) per inuiolata Matris virginea viscera, membra infantis eduxit, quæ posteà per clausa ostia membra iuuenis introduxit. Hîc si ratio quæritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare: demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti, est potentia facientis. His cõsonat quod idem alibi tradit: Quid mirũ, si Dominus ad discipulos glorificatum corpus clausis stupentibus intromisit,

Epist. 3. Patrum testimonia, quæ commodum proponuntur veritatem de fide Catholica virginæ Mariæ de Deipara virginitate defendentia.

Quid contra Caluinianos de Maria Deipara virginitate defendendum.

Epist. 7.

Hom. 61. ad populum Antiochenum.

Thesaurus Concilium cõtra Caluinianos editus.

Epist. 32.

Hom. 2. in Natiuit. Domini.

Idem de Christo nato ex Maria virgine per miraculum dominicæ Resurrectionis confirmari.

Christus ex virgine in mũdum prodiit, quasi clauso tamen ad nos vtero.

Ioan. 20.

Ezech. 44.

Esai. 53.

Hom. in vigil. Paschæ.

In Dialogo secundo.

Epist. 3. Patrum testimonia, quæ commodum proponuntur veritatem de fide Catholica virginæ Mariæ de Deipara virginitate defendentia.

Serm. 191. de tempore.

Lib. 22. de ciu. Dei. c. 8.

tromisit, qui illæso materni pudoris signaculo ianuam mundi huius intrauit?] Vnde rursus eos alibi reprehendit, qui Dominum IESVM per integra virginalia matris enixum, & ad discipulos suos clausis ostiis ingressum fuisse non credunt. Vbi Hieronymum Augustino plane astipulari hæc eius verba conuincunt: Respondeant mihi quando IESVS ingressus est clausis ostiis, quum palpandas manus, & latus considerandum, & ossa carnémque monstraret, ne Veritas phantasma putaretur: & ego respondebo, quando sancta Maria sit & Mater & Virgo, Virgo post partum, Mater antequàm nupta.] Et Chrysostomi consona vox est: Vultis scire quomodo de virgine natus sit, & post natiuitatem mater ipsa sit virgo?] Mox Christi proponit exẽplum, qui per ostia clausa sit ad discipulos ingressus, licet carnem & ossa circumferret. Locus, inquit, non est, per quem intret: & tamen intus est, qui intrauit, & non apparet quomodo intrauit. Nescis quomodo factum sit, & das hoc potentiæ Dei. Da potentiæ quia de Virgine natus sit, & tamen ipsa Virgo fuerit virgo post partum.] Nec minus luculenter docet Gregorius Nazianzenus, vno carmine miraculum vtrunque contungens:

In Apologia ad Pammachium. Ioan. 20. Luc. 24.

Hom. de Ioanne Baptista, & homil. 2. de Symbolo.

In Tragœdia de Christo patiente.

Stat ecce Dominus bas foras intra: nomen hoc
Dignumque vero maximo miraculo.
Et quo modo autem foribus occlusis adest?
Quin forte & idem sic sepulchro condito,
Virginis ab aluo prodiit matris suæ,
Clausoque surgens exsit, velut antea
Infracta seruans claustra quam castissime.]

Hom. 2. de natiuit. Domini.

IAM VERO Maximus eisdem exẽplis in medium productis vtitur, & veritatẽ dictam hac oratione confirmat: Non vsquequaque miremur, si is, qui fidei semine acquiritur, salua materni pudoris fide inuiolabiliter procreatur. Itaque ad Euangelium recurramus. Miraculum illud quod Euangelista protulit tempore Resurrectionis, digne mihi vsurpabitur etiam tempore Natiuitatis, cum Ioanne dicendo: Venit IESVS ianuis clausis, & stetit in medio. Ecce iam nunc ianuis clausis processit in mundum, materni pudoris signaculo minime resignato, simúlque illud impletur propheticum Ezechielis oraculum: Et porta erat clausa, & non est aperta, quia Dominus transiuit per eam. Eadem nunc prudentia mundi istius ianuam per partem inuiolatæ matris intrauit, qua postmodum ad discipulos clausis foribus penetrauit. Quid hîc rationem quærimus? quid intellectum fatigamus humanum? Generationẽ eius quis enarrabit? quid nouitatem stupemus, vbi cernimus maiestatem? Miramur Dominum nostrum absque vllius semine intra virginea viscera hominem consummasse, quem scimus cæli terræque immensitatem ex nihilo condidisse? Secundum hanc ergo potentiam credamus, Dominum nostrum absque vllo sexus initio ex sola fœmina virum creasse, quem scimus inter ipsa initia generis humani ex solo viro fœminam condidisse.] Præterea nisi Beda eodem modo sensisset, non ita scriberet: Qui mortalis adhuc clauso Virginis vtero potuit nascendo mundum ingredi, ipse absque vlla dubitatione iam factus immortalis, clauso licet sepulchro, potuit resurgendo exire de monumento.] Succinctius autem Theodoretus: Ingressus est, inquit, clausis ianuis, quemadmodum & egressus est ex vtero, quum

Hom. de natiuit. Domini.

Idem de Christo nato ex Maria virgine per miraculum dominicæ Resurrectionis confirmari.

Christus ex virgine in mũdum prodiit, quasi clauso tamen ad nos vtero.

Ioan. 20.

Ezech. 44.

Esai. 53.

Hom. in vigil. Paschæ.

In Dialogo secundo.

Serm. 191. de tempore.

claustra virginis obsisterent, & sicuti in mare ingressus est.] Demum vt semel finiam, Euthymius clarissime docet: Quemadmodum Christus natus est seruatis integris claustris virginis, ita quoque resurrexit seruatis integris monumenti signaculis.]

HABEMVS ergo concordem septem vel octo Patrum, vt reliquos prætereamus, confessionem, illis iure obiiciendam, qui modo non sine summa contendunt impudentia, Christum per clausum Virginis vterum in mundum, & vel è clauso sepulchro, vel per obseratas fores pro sua diuina virtute penetrare ac ingredi noluisse. Aliòquin hos errores si sequimur, ea etiam quæ sunt in Christiana religione firmissima, in dubium reuocabimus, eóque impietatis facile prolabemur, vt reliqua id genus Euangelica miracula & arcana fidei nostræ mysteria, quæ captum humanæ mentis superant, partim in precio habeamus, vtque paulatim alia plura, quæ per se ardua, & nobis incredibilia videntur, quólibet propemodum detorqueri, & in sensus arduos ac ridiculos facile abripi patiamur. Videt interim Lector, à solis Doctoribus Scholasticis non profectum hoc esse dogma, quod nunc tradit Ecclesia, Mariam in partu virginem asseueraps. Videt præterea, non dissimilem Christi Domini apparere virtutem, qua is quotidie nobis suum corpus & sanguinem per summum miraculum & impassibili modo exhibet in Eucharistia, & qua iam olim idem corpus virgineis visceribus inclusum eduxit, matre licet clausa & incorrupta perseuerante, ipsoque Christi corpore nullam sentiente iacturam. Mitto cætera, quæ ad exactiorem Caluinianæ tum impietatis, tum petulantiæ castigationem hîc possent adduci, quæque eum ab aliis Theologis, tum à D. Claudio de Sainctes Ebroicensi Episcopo sunt amplissime disputata.

In caput 28. Matth.

Repetit. 4. de verit. Eucharist. c. 4.

Christi gloriæ & omnipotentiæ derogãt Caluiniani.

EX QVIBVS omnibus primum eluescit, quàm infelix & impietatis omnis ferax hoc sit seculum, quo plerique suis ingeniis & humanis figmentis ita confidunt, vt aduersus Dei omnipotentiam, Christi excellentiam, Christianæque fidei simplicitatem palam excipiant atque præscribant. Tradit Scriptura, docet antiquitas, confitetur Ecclesia, Christum Dominum vtero matris illæso virgineo, clausis ianuis & sepulchro immoto transisse, & sicut in natiuitate, ita & in resurrectione sua eiusmodi transitu diuinam declarasse virtutem. Accedunt noui Sectarij, atque vt errorem blasphemia cumulent, non modo quæ Christus per miraculum, vt diximus, vere perfecit, negant atque repudiant, sed & illa ne Deo quidem possibilia esse defendunt. O effrenem ac prorsus intolerabilem istorum audaciam, qui vt omnes pudoris ac religionis fines transiliant, suam Christo gloriam, quæ potissimum ex omnipotentia pendet, eripere, & fidem miraculorum euacuare, sanctæque fidei simplicitatem humanis commentis & argumentis eludere non verentur. Quàm pulchre in istos competit, quod Irenæus Martyr affirmat: Melius est & vtilius idiotas & patũ scientes existere, & per charitatem proximum fieri Deo, quàm putare se multum scire, & multa expertos, in suum Deum blasphemos inueniri. Et ideo Paulus clamabat: Scientia inflat, charitas autem ædificat.]

Christi gloriæ & omnipotentiæ derogãt Caluiniani.

Repetit. 4. de verit. Eucharist. c. 4.

Lib. 3. contra Valent. c. 45. 1. Cor. 8.

Quæ vsum Lectori præbere possint superiora.

Li. 2. de Spiritu sancto cap. 5.

In vita Dominici Loricati.

DEINDE superiora nos admonent, Mariæ virginis partum vere esse opus Spiritus sancti, sicut &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mariæ partus verè opus est Spiritus sancti.

Ambrosius indicauit: Opus, inquam, admirandum, A veréque suspiciendum, quod miracula cũcta præcellat, vt Petrus Damianus affirmat. Adhæc dictum propheticũ, Generationem eius quis enarrabit, ex his ipsis clarius redditur, vt sciamus hoc nõ solum ad generationem diuinam & æternam, quæ omnem & humanæ & Angelicæ mentis facultatem excedit: sed etiam ad humanam ac temporariam Christi natiuitatem pertinere, sicut præter [a] Ambrosium, [b] Chrysostomus, [c] Augustinus & [d] Maximus annotarunt. Ambrosij hæc verba sunt: Non sola admirabilis ex Patre generatio Christi: admirabilis etiam ipsa generatio eius ex Virgine.] Et-enim si de Christi generatione diuina quæritur, ineffabile prorsus est, adeóque incomprehensibile, quomodò natum sit lumen illud de lumine, & vnũ tamen lumen vtrinque maneat: quomodo item B genitus sit Deus de Deo, nec Deorum idcirco numerus confletur: qui præterea velut de re transacta dicatur ille natus, in quem nulla temporum cadit vicissitudo. Si vero de humana Christi generatione agitur, nec humanus sermo, neque sensus vllus nostræ mentis consequi potest illum, qui inde ab æterno vnius est Patris Filius, tandem sine Patre nasci ex Virgine matre, quæ carne sua Deum induat, cuius vterum Spiritus sanctus cum Patre & Filio sanctificet, vt fiat Virgo fœcunda, casta puerpera, mater intacta, & quæ demum de Deo concipiens, Deum sic pariat, vt in illa filius & sibi reseret, genitale secretum, & matri seruet virginale signaculum.] Vere igitur ac elegan-

Homil. 1. in natali Domini. Serm. 4. de exposit. Symboli.

ter à Maximo dicitur: Generatio Christi si narrari C non potest, credi potest: si lingua deficit, fides proficit. Magnus enim profectus est fidei, si tantum de Deo suo concipit, quantum sermo non potest parturire.] Demum aperte monet Augustinus, in dubitationem nullum vocandum esse, quòd Maria virgo post partum manserit, etsi quomodo id factum sit, sermo & sensus humanus nequeat comprehendere.

Mariæ partus doloris expers & gaudij plenus.

Hinc præterea licet animaduertere, quibus quantisque miraculis Mariæ partum illustrauerit Deus, partum, inquam, non modo impollutum, vt omni corruptione careret, sed etiam qui nullum doloris sensum, ingentem verò gaudij cumulum adferret parienti. Felix igitur & incomparabilis hæc puerpera, quam Bernardus non temere ita celebrauit: Mutata est in Virgine nostra, maledi- D

Sermo. 4. in Vigilijs natal. Domini. Luc. 1.

ctio Euæ, peperit enim Filium sine dolore: mutata est, inquam, maledictio in benedictionem, sicut prædictum est per Angelum Gabrielem: Benedicta tu in mulieribus. O beata sola inter mulieres benedicta, & non maledicta, sola à generali maledicto libera, & à dolore parturientium aliena. Nec mirum fratres, si dolorem non intulit matri, qui dolores totius mundi tulit.] Et post pauca subiungit: Non solum sine pudore conceptus, & sine dolore partus, sed & mater est sine corruptione. O vere nouitas inaudita: virgo peperit, & post partum inuiolata permansit, fœcunditatem prolis cũ carnis integritate, & gaudium matris habens cum virginitatis honore.] Ac multo ante Bernardum

e Orat. 1. de Resurrect. Christi. f Lib. 4. de fide Orthod. cap. 15.

Dolore iure non sensit in partu, quam libido non attigit in conceptu.

docuit [e] Gregorius Nyssenus, quem deinde secutus est [f] Ioannes Damascenus, Deiparam sine omni sensu doloris suum partum edidisse. Gregorij verba non prætermittam: Quod absque dolore parturitio fuerit, primũ quidem ipsa te verisimilitudo docet: quandoquidem enim omnis voluptas coniunctum habet dolorem, omnino necesse est in iis, quæ coniunctim considerantur, non extante vno, nec alterum quidem esse. Vbi igitur voluptas partum non antecesit, nec dolor quidem subsecutus est. Deinde verò Prophetæ quoque dictio sermonem confirmat, ita sese habens: Priusquam veniisset, dolorem parturitionis suæ effugit, & peperit masculum. Aut quemadmodum alius interpretum dixit: Priusquàm laboraret ex doloribus partus, peperit.] Quem Prophetæ locum, vt hoc obiter addam, ita vertit Hieronymus: Antequàm parturiret, peperit: antequàm veniret partus eius, peperit masculum, Quis audiuit vnquam tale, quis vidit huic simile?] Et si vero alij aliter hæc verba interpretantur, tamen præter dictum Gregorium & Damascenum Rupertus quoque notat, sermonem hunc Propheticum ad Mariam Virginem pertinere, quæ Christum filium masculum non sibi soli, sed Sion, id est, toti Ecclesiæ peperit antequàm parturiuit, eiusdẽ Verbi mater effecta, quòd prius mente, quàm carne conceperit. Vnde Mariam insigni titulo partem magnam sanctæ ciuitatis Sion, & regalem aulam sanctæ Ecclesiæ nuncupat. Igitur quam diuini iudicij sententiam & pœnam [g] Eua eiusque posteritas fœminea sustinet, hanc Maria felix euasit, vt de illa dici non posit: [h] Mulier quia parit, tristitiam habet. Hoc enim est, quod [i] Euangentius de Maria loquens, affirmat: Nulla fieri grauedo potuit concipienti, nulla tristitia parturienti. Qui enim venerat triste lætificare seculum, ventris non contristauit hospitium.] Bernardus in hunc modum: Benedicta tu in mulieribus, quæ illam generalem maledictionem euasisti, qua dictum est: In tristitia paries filios: & nihilominus illam, qua secutum est: Maledicta sterilis in Israel, ac singularẽ consecuta es benedictionem, vt nec sterilis maneas, nec cum dolore parturias.]

De muliere antequàm parturiret peperisse apud Esaiã.

Maria doloribus expers & tanquam virgo parturiens sacris pagina testibus ostenditur.

Caeterum quia de Mariæ doloribus posteà disseremus, nunc sat erit monuisse, quem dolorem Virgo pariens per singularem Dei bonitatem & virtutem effugit, non illum omnino sublatum, sed in tempus aliud reseruatum fuisse, nimirum vt Simeonis gladius, aut si quid parturientis angores vel æquare, vel excedere potest, animam illius ternerrimam configeret, ac dire vulneraret. Qua de re lu-

Lib. 2. de Trinitat. cap. vltimo.

culenter ita Rupertus: Non habuit, inquit, hæc mulier hanc pœnam, vti in dolore pareret, sicut ceteræ matres, quando infans sibi natus est, sed nunc (quando pendenti & morienti in cruce astat Filio) dolet, cruciatur, & tristitiam habet, quia venit hora eius, illa videlicet hora propter quam de Spiritu sancto concepit, propter quam grauida facta, propter quam completi sunt dies vt pareret, propter quam omnino de vtero eius Deus homo factus est.] Ac iterum: Si Apostolos suos in illa hora suæ passionis Dominus mulieri parturienti recte comparauit, dicens: Mulier quum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: quanto magis mulierem hanc stantem iuxta crucem suam, mulieri parturienti, talem matrem talis filius recte similem duxit?] Demum præclare locũ ita concludit: Proinde quia vere ibi dolores vt parturientis in passione Vnigeniti, omnium nostrum salutem beata Virgo peperit,

Maria ab Eua maledictionis hæreditate sine dolore partu liberata.

f Genes. 3. g Isaiæ. 34. h Serm. de Laudibus Mariæ.

Hom. 3. de beata Virg.

peperit, plane omnium nostrum mater est.] Sed A tẽpus admonet, vt à Iouinianistis ad Heluidianos, qui & ipsi Mariæ virginitatem atrociter impetunt, nos porro conuertamus.

CAPVT DECIMVM.

Mariam post partum non fuisse corruptam, contra Heluidianos.

Quis Heluidius fuerit Hæresiarcha.

Evit helvidivs quidã Auxẽtij discipulus, Symmachi imitator, nec sermone, nec ratione nitidus homo, imò verò rusticanus, & vix primis imbutus literis, turbulentus etiam, atque ad serendos errores sua sponte procliuis, quemadmodum [a] Hieronymus & [b] Gennadius memoriæ prodiderunt: Is Mariam in conceptu & partu virginem quidem agnouit, vt hac saltem in parte Ebionitis, Iudæis & Iouinianistis turpiter hallucinantibus non sit comparandus, sed B eandem post partum viri admisisse congressum, ac sanctæ virginitatis florem amisisse, haud scio quidem an maiore insitia quàm dementia publice blaterauit. Neque paucos offendit dogmatis insolentia, præsertim quum è Scripturæ locis fucus multiplex ad errorem tegendum & excusandum, sicut postea cõmonstrabimus, obtenderetur. Igitur Hieronymi & Epiphanij seculo nata est disputatio, An mater Domini post partũ Virgo mãserit, & omni concubitus suspicione sit liberanda? Post annos vero ducentos ac eò amplius, quum Teudius & Pelagius quidam ex Gallia Gottica in Hispaniam nouum Heluidij dogma sparsissent, ne longius hoc venenum serperet, magna cum laude restitit Hildefonsus Toletanus Archiepiscopus, S. Eugenij successor, idémque Isidori discipulus, qui pro suo in Mariam amore ac studio singulari Heluidianos in Hispania est acriter insectatus. Cæterum qui Heluidij sententiam amplexi atque sectati sunt, vt vulgo Heluidiani, sic ab [c] Epiphanio, [d] Augustino, [e] Damasceno Antidicomarianitæ vocantur: quorum apud Epiphanium propria vox est: *Maria postquam genuit Saluatorem, viro copulata est.* De his Augustinus in vniuersum loquitur, quòd virginitati Mariæ contradicant, vt eam post Christum alios etiam filios de viro suo Ioseph peperisse contendant, in hunc modum garrientes: *Fuit virgo ante partum, non virgo post partum.* Quanquam non satis constat, vt arbitror, hanc hæresin ab Heluidio primum excitatam ac sparsam esse, quum ante illius ætatem alij nonnulli, cuiuscunque tandem nominis fuerint, hoc quoque dogma pernicioſe iactarint. Etenim ex [f] Origenis & [g] Hilarij scriptis deprehendimus, ipsorũ etiã seculo non defuisse, qui Mariã post partum nupsisse, ac filios peperisse, pertinaciter effutirent, digni certe quibus cum dicti Patres conflictarentur. Sunt qui Apollinariũ quendam senem huius sectæ principem faciant & antesignanum: qua de re tamen Epiphanius dubitare potius, quàm certi aliquid pronunciare videtur.

Vide Tean. Magd. lib. 16. Guilhelm. & Valsem.

a In catalo. scriptorum Eccles. sub fin. b In catalo. illustrium virorum.

c Haref. 78. d Lib. de hæresibus ad Quodvultdeum. e Lib. de hæresibus ex Epiphanio & Augustino. Damasc. cap. 69.

Heluidius ius quomodo Mariæ virginitatem impugnarit.

Antidicomarianitæ cum Heluidianis eandem nuncupari contendunt.

Ante Heluidium quidam Mariam post partum virginem manisse negarunt.

f Hom. 7. in Matth. cap. 1. g In cap. 2. Matthæi.

Contra Antidicomarianitas.

Qui hodie nouitatum amantes & contemptores Heluidiani.

Verum enimuero sepultos istorum Hæreticorum cineres, ne quid nouo huic seculo ad impietatem desit, nunc infeliciter denuò excitatos, longéque sparsos non sine dolore cogimur intueri. Quid enim nisi Heluidianum fœtorem redoler, quod Petrus Martyr audet effutire, inter alia quæ Christiani necessario confitentur, non esse recipiẽdum, quod Maria semper Virgo perseuerarit? Magis adhuc pudenda, imò & horrenda vox est impij Lucæ Sternbergeri palam blaterantis, Mariam adeò non perdurasse Virginem, vt etiam duos vel tres filios ex marito Ioseph progenuerit. Nihil hoc sane sordidius, nihil procacius vel à nefandis Iudæis fingi, & Ecclesiæ veræ filiis obiici poterat. Modestior est Chitræus, sed in eo tamẽ cœcutiens, quòd existimet, non lædi Christianam pietatem, etiamsi Maria post Christum editum mariti consuetudinem admisisse credatur. Atque huc ille Basilij Magni verba detorquet, nihil interim aliud agẽs, nisi quòd tacite Heluidianum dogma foueat ac defendat, quodque causæ toties damnatæ turpiter patrocinetur. Basilius aperte tradit, Christianas aures offendi, si suam Maria virginitatem aliquando corrupisse dicatur. Tantum abest, vt idem Basilius, dogma de Mariæ perpetua virginitate cunctis arbitrarium liberũmque relinqui doceat vel permittat, vtque certi quicquam de illo decerni non posse vel debere definiat. Eo interim tendit oratio Basiliana, quod Chitræus non animaduertit, vt qui vere sunt pietatis amantes, solicite anxie & curioſè non excutiant ac perueſtigent huius mysterij rationem, quomodo mater Domini post partum æquè sicut ante partum, & in partu Virgo illibata & integra perseuerarit. Hoc enim vere diuinũ est opus, quod credi potest: ratione autem indagari, & verbis explicari, nedum in disputationem vocari nec licet, nec decet, vt & anteà comprobauimus. Alioquin idem Basilius indignum censet, vt pij vel dicant, vel audiant, quod genitrix Dei aliquando desierit esse Virgo: ac inter alias rationes veterum traditione confirmat Mariam perpetuo Virginem permansisse. Cæterum ea de re pluribus alibi. Ad hanc præterea classem pertinent, qui apud Polonos & Hungaros non ita pridem impie mussitare cæperunt, Ioseph cum Maria non aliter, quàm virum cum vxore, habuisse rem, ac procreandis liberis operam simul dedisse. En ergo tibi Christiane Lector, quàm variis cuniculis & itineribus antiquus ille serpens prorepsit, eóque contendit, vt Mariæ virginitatem etiam post Christum in lucem editum violet, aut sicut Ambrosius loquitur, Marianæ virginitatis diuitias imminuat, ratus haud dubie, multum se de honore Christi filij detracturum, si matris pudicitiam in altera Eua suspectam reddere, vel vllo saltem falsi dogmatis puluere aspergere & inquinare posit.

In commen. scripto in Euãg. Matt. cap. 1. Chitræus male Basilium interpretatur, vt liberũ efficiat dogma de Mariæ perpetua virginitate.

Homil. de hum. Christi generat.

Basilij sententia quæ fuerit de Mariæ virginitate.

Discipuli & sectatores heluidianorum nostro seculo grassantur.

De institut. Virg. c. 13.

Qvicqvid vero isti ac omnes Heluidianæ sectæ symmistæ repugnent, difficile non est Mariæ causam, apud æquos præsertim Iudices defendere, istósque conuincere vanitatis. Etenim primùm in Ioseph atrociter peccant, quem adeò incogitãtem, insulsum, maléque castum & salacem videri volũt, vt in summa etiam senectute constitutus, si Epi-

Heluidiani sancto viro Ioseph iniuriam inferunt veluthomini male casto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

phanium sequimur, à re vxoria se non potuerit cohibere: vtque libidine nescio qua flagranti concitatus, in sacrosanctum illud templum polluendum inuolarit, quod certo sciebat à summo Deo mirabiliter electum, plenissime inhabitatum, amplissime sanctificatum, & æterno Dei filio vnice consecratum fuisse. Quomodo igitur laus sua Iosepho constabit, quam illi defert Euangelium, virum illum vocans iustum siue religiosum, quem diuinis etiam reuelationibus dignaretur Deus, idoneúmque spectatorem ac testem faceret tot miraculorum, quæ circa Christi incunabula contigerunt? Deinde non potest istorum non insignis esse vel stupiditas, vel peruersitas, quòd Ioseph à Mariæ complexu ante partum abstinuisse fatentur, sicut & Matthæus euidenter affirmat, eundem verò post Christum natum adeò incontinentem faciât, vt tam sanctam Virginem ad rem vxoriam solicitarit. Quasi vero ille mentis inops, & diuini timoris expers, matrem Domini contingere, & ad carnale commercium vsurpare non vereretur, præsertim in qua summum illud & cæleste arcanum venerabatur, & quam tanquam cælestem thesaurum suæ fidei concreditum tantoperè susp iciebat, vt etiam quum nondum in illa diuinum illud opificium agnosceret, se tamen conuictu sponsæ indignum, vt multi sentiunt, arbitraretur? In quem sensum dixit Epiphanius: Quomodo senex Ioseph & proiectæ ætatis tanta signa & miracula audiens, non verebatur debacchari & contumelia afficere corpus sanctum, in quo habitauerat Deus? Quomodo audebat tantæ ac tali sanctæ Virgini copulari?] Ac rursus: Post tantam & talem, tamque ingentem dispensationem, copulatum fuisse tenem Virgini castæ & honoratæ, & vasi, quod cœpit incomprehensibilem, & suscepit tale mysterium signi cælestis, & vitæ hominum, quæ fuerit impietas hoc asseuerare?] Ambrosius ita breuiter: Nec Ioseph vir iustus in hanc prorupisset amentiã, vt matri Domini corporeo concubitu misceretur.]

Contrà Antidicomar.

Matth. 1. Ioseph si ante partum castè cũ Maria vixit, multo magis post partũ. Matth. 1.

Contrà Antidicomar.

De institut. Virginis. c. 5. Etiam Mariæ contumeliosi sunt Heluidiani.

NEQVE minus in Deiparam isti, quàm in Ioseph sunt contumelioſi, quum fingunt eam ne Virginis quidem nomine post partum dignam esse, nimirum vt hoc præclaro & proprio epitheto, quod constanter omnis illi defert Ecclesia, velut à Iosepho corruptam, scelerate defraudent: Ad hæc nescio quam leuem & inconstantem fœminam ex hac Virgine faciant, quæ nouo & insano vsa consilio id reuocandum putarit, quod prius affirmarat, sanctæque constituerat, se cum viro nolle congredi. Etenim Angelo sincere dixerat, etiam postquàm Ioseph desponsata esset: Virum non cognosco, suum nempe firmum propositum & religiosum explicans votum, de quo postea disseremus. Quod si Heluidianis credimus, Maria huius voti pertæsa, mutauit prorsus animum, perinde ac si aperte & inuerecunde diceret: Etsi Christũ virgo cõcepi & peperi, tamen nunc demũ contra fidem Deo datam virgo non persistam, sed seruatum hucusque cælibatum deseram. Virum enim cognoscere, & cum Iosepho rem habere allubescit. Quid porro de hac sacrosancta Virgine vel incontinentius dici, vel ineptius & absurdius fingi à perfidis potest? quæ ad sacrosanctum illud electa mysterium, in omni certe virtute sanctimoniáque progressus maximos fecit, & in qua non decreuit sed creuit studium

Luc. 1. Maria virginitatis votum violasse putãda non est, vt post partum vel peteret, vel admitteret debitum coniugale.

puritatis, vt non minus post puerperium, quàm ante conceptum & partum, castã se & integram diligentissime conseruaret. Quis igitur, nisi cœcus vel impius arbitretur, quod viri complexum & carnale commercium vel amarit illa, vel sustinuerit, quæ plena Spiritu sancto, carnalem affectum omnem exuerat, quæ suum corpus ad summam puritatem compararat, quæque nitidissimũ velut domicilium atque hospitium soli Deo ad summum mysterium voluerat exhibere? Scilicet venerandum hoc Sacrarium, quod Sanctus ipse Sanctorum sua præsentia tot mensibus habitarat, simúlque consecrarat, maritali complexu vel vsu vllo libidinis debuit dehonestari. Est quidem cum Sanctis omnibus per gratiam Deus, specialiter tamẽ Mariæ dicitur: Dominus tecum: cum qua vtique tanta ei consensio fuit, vt illius nõ solum voluntatem, sed etiam carnem sibi coniungeret, ac sic de sua Virginisque substantia vnum Christum efficeret, vt Bernardi verbis vtamur. Tantum abest, vt Christianus animus Heluidianis deliriis præbere locum & credere possit vnquam, Deiparam à partu deteriorem effectam, & excellentis gratiæ plenitudine aliqua ex parte destitutam, adeóque mulierem mente & corpore violatam fuisse. Quamobrem Epiphanius istorum impientissimum ac flagitiosissimũ dogma vocat, qui sanctam hanc & beatam semper Virginem insigni afficiunt contumelia, quòd tradant, illam post maximam Dominici aduentus in carnem dispensationem carnale cum Ioseph commercium habuisse: hanc enim prænobilem illam esse Leænam, quæ pro huius præstantissimi animalis consuetudine semel pariat: neque secundum partum admittat, Christum vero Leonem de tribu Iuda dictum, & ab hac ipsa Leæna matre progenitum esse. Recte igitur sic habet idem Epiphanius: Quomodo audent impetere impollutam Virginem, & quæ digna facta est habitaculum fieri filij Dei, & ad hoc electa est ex multis millibus Israël, quo vas & habitaculum dignum esset in signum solum partus?]

Nestorian. Mariam in suspitionem adducentes, quod post partum castam non manserit.

Lib. de inst. virginis c. 6. Quod decuit Christum perfectum esse, vt inter eius post partũ virtutes celebretur.

Epiphan. contra Collyridianos. Collyridianos esse dicit.

Cont. Antidicomar. hæres. 78. Maria Leæna semel pariens, & Christus Leo de tribu Iuda.

Leo in ep. 79. Christus non elegerit matrem infirmitate quæ vellet deponere, sed quam vellet assumere.

Apud Hieron.

QVID? quod non solum de Matre, sed de Christo etiam eius filio male merentur, qui de tanta Virgine tàm sordide ac impure loquuntur, quod Ioseph viri congressus sæpe admiserit, ac multos ex illo filios procrarit. Errauit ergo, scilicet, summa illa Sapientia, non meliorem sibi Matrem eligens, quæ diu continens esse vellet & posset. Errauit, in aliis mille virginibus exornadis tã studiosus, in hac vna vero conseruanda negligens, quæ talem tantumque virginitatis thesaurum Deo Angelisque gratum, sibi à mortali viro eripi pateretur. Erraauit in hospitio apparendo, quum incautus ad illam diuertit, quæ summam inhabitantis Dei gratiam, dulcedinémque Spiritualem degustant, ad ea quæ carnis atque libidinis sunt, adeo sese abiecit, vt quod Spiritu duce & authore cœperat, in carne demum consummaret. Errauit denique, maiorem sui sepulchri quàm materni corporis rationem habere volens, quum mortuus quidem sepulchrum, in quo nullus alius vnquam conditus fuerat, vel postea condendus erat, sibi soli vendicarit: viuus autem in eo vtero recubuerit, qui Ioseph viro ad multos procreandos filios debebat esse communis. Quis vero vel modice prudens non intelligat, Christum Dominum in honoranda

In Christo iustã dãnationem damnasse Virginem. Aug. Hieron.

Ioan. 19. Christus de cruce loquẽs de matertia virginitate pronunciare videtur.

Lan. 2.

matre semper officiosum ac sedulum, hoc etiam prouidisse, vt materno pudori sicut ante partum, ita post partum etiam consuleret, vtque templum illud sibi gratissimum, quod ipse consecrarat & inhabitarat, omni sanctitatis & integritatis genere cohonestaret? Quare sapienter hoc dixit Ambrosius: An vero Dominus Iesus eam sibi Matrem eligeret, quæ virili semine aulam posset incæstare cælestem: quasi eam, cui impossibile esset virginalis pudoris seruare custodiam? Cuius exemplo cæteræ ad integritatis studium prouocantur, ipsa ab huiusmodi, quod per se cæteris propositum foret, munere deuiaret? Et quæ esset, cui maius, quàm Matri Domini meritum reponeret, præmium reseruaret?] Ac deinde post pauca: Aliis promittit vt non deficiant: Matrem suam deheere patiebatur? Sed non deficit Maria, non deficit virginitatis magistra: nec fieri poterat, vt quæ Deum portauerat, portandum hominem arbitraretur.]

Lib. de inst. virginis c. 7. Mariæ cõstantia prædicata in rebus aduersis.

Luc. 1.

ATQVE huc spectat præclarum Christi in cruce pendentis exemplum, qui de Matre non minus, quàm de seipso solicitus, eam non Ioseph huiúsque filiis, qui prætereundi certe non videbatur, sed Ioanni, id est, virginem virgini commendauit. At nihil isthuc erat necesse, si Mater Domini quatuor haberet filios, vt fingit Heluidius, quorum consortio frueretur: quia vero Ioanni vnice commendatur, viduitas eius & solitudo satis insignata est. Adscribam Ambrosij verba, qui dictum Euangelij locum huc applicat, vt Mariæ post partum virginitas fortius astruatur, simúlque contrarius Heluidianorum error luculentius euertatur. Sane, inquit, non possumus negare, de Mariæ filiis iure reprehensum, meritóque vestram sanctitatem abhorruisse, quod ex eôdem vtero virginali, ex quo secundum carnem CHRISTVS natus est, alius partus effusus sit. Neque enim elegesset Dominus IESVS nasci per Virginem, si eam iudicasset tam incontinentem fore, vt illud genitale Domini corporis, illam aulam Regis æterni concubitus humano semine coinquinaret. Qui enim hoc astruit, nihil aliud, nisi perfidiam Iudæorum adstruit, qui dicunt eum non potuisse nasci ex Virgine. Nam si hanc accipiant à Sacerdotibus authoritatem & videatur Mariæ partus fudisse plurimos, maiore studio veritatem fidei expugnare contendent. Et vbi est illud, quod scriptum est, dicente Domino ad Matrem de Ioanne Euangelista: Mulier, ecce filius tuus, & rursus ad Ioannem de Maria: Ecce mater tua? Quid sibi istud vult, quod quum in cruce Dominus positus, peccatum mundi tolleret, pronunciauit etiam de virginitate materna? At quid aliud dicitur, nisi vt claudat sua ora perfidia: obmutescat, ne Matrem Domini aliquo audeat temerare conuitio? Testis est ergo idem arbiter, idem materni pudoris assertor, quòd desponsata fuerit, viro tantummodo Ioseph, nulla tamen coniugalis coitus consuetudine thori iura cognouerit. Neque enim eam susceputuram ex Ioseph filios à viri consortio separare voluisset. Sed si hoc parum est, abdidit testimonium Euangelista dicens, quod susceperit eã discipulus in suam. Nunquid ergo diuortium fecit? Nũquid à viro abduxit & abstulit? Ergo qui hoc legit in Euangelio, quomodo quasi naufragus titubat & fluctuat? Hoc ergo testamentum filij est de Matris integritate, hæc Mariæ loculpes integri pudoris hæreditas, hic totius finis consummationis.] Ac alibi rursus eundem Euangelij locum expendens, de Ioanne inquit: Ipse est discipulus, cui Mater commendabatur. Quomodo marito vxorem tolleret, si fuerat Maria mixta coniugio, aut vsum thori coniugalis cognouerat?] Subiungit & illud: Quomodo extorqueri potest virginitas Mariæ, quæ fugientibus Apostolis supplicia non timebat? Sed ipsa se offerebat periculis, cuius tanta gratia, vt non solum in se virginitatis gratiam reseruaret, sed etiam his, quos viseret (de Baptista loqui videtur) integritatis insigne conferret.] Adeo detestatur illos Ambrosius, qui Mariæ virginitatem, post quàm Christum edidit, in dubium vocant, & liberos ei plures assignant: hos ille [a] impios, perfidos & sacrilegos vocat. Sed & [b] Epiphanius eandem ex Ioanne historiam reperit, ac Heluidianis opponit, significanter addens, Mariam suis filiis, si quos habuisset, aut Ioseph coniugi, si superstes & ipse fuisset, vel Petro aliiue Apostolo committi à Christo & tradi potuisse: soli autem Ioanni id fuisse mandatum, cui dictum sit: Ecce mater tua, nimirum, quòd hic discipulus virgo existeret, vt quæ Maria simul virginitatis princeps, & Ioannis Mater iuxta spiritũ ostenderetur. Tum Hilarius eos reicit, ac homines prauissimos appellat, qui plures Mariæ filios tribuere non verentur.

Lib. de inst. virginis c. 7.

Ibidem c. 7.

Lib. 1. in Luc.

a lib. 10. epi. 79. 80. & 81.

b Cont. Antidic. hær. 78. Pluris patrã sententiæ de Mariæ perpetua virginitate. Cur Maria soli Ioanni à Christo commendetur. In Cant. 1. in Euang. Matthæi.

QVID multis? manet & post partum Virgo, & semper Virgo: nullo enim modo vsque ad mortem viri, contactum admisit, sicut loquitur [c] Damascenus. Aut si [d] Chrysostomum audire mauis, Sancta Maria, beata Maria, Mater & Virgo: Virgo fuit ante partum, Virgo post partum.] Cyrillus in hunc modum: Vnum & solum filium peperit sancta Virgo, nempe Emanuelem: neque vlli alij post illum ex ipsa nati sunt. Perpetuo namque illa virginitatem conseruauit. Age vero ne queratur Heluidius, ad argumenta sua, quæ obiicit, à nobis nihil responderi, leui saltem brachio obtusa eius tela retundamus. Principio magnum ille præsidium in fratribus Domini, quorum meminit Euangelium, locat, eósque post Christum à Maria genitos esse contendit. Vbi verum esse declarat, quod nobilis eius Antagonista Hieronymus dixit, hominem hunc imperitissimum esse, qui toto Scripturarum pelago derelicto, ad iniuriam Virginis suam rabiem contulerit. Ignorat igitur phrasin Scripturæ familiarem, iuxta quam consobrini, cognati, contribules, licet communem parentem non habeant, fratrum etiam nomine continentur, quemadmodum Abraham & Loth, Iacob & Laban, quum minime germani fratres essent, se mutuo tamen fratres appellarunt. Hinc Leo Magnus tradidit: Fratres intelligas appellatos cognatione, non affectu: gentis priuilegio, non natura.] Ac pari laborat insciti Heluidius, de primogenito garriens: quod vocabulum de Mariæ filio scriptum eô detorquet, vt secundo & tertio genitos Mariæ filios fuisse concludat. Sed nugator obseruare debebat, non modo primum inter fratres genitum, sicut Ruben filium Iacob, sed & primum solúmque genitum, & ante quem nullus alius ab iisdem parentibus editus est, in Scripturis primogenitum appellari: Christo autem

c lib. de fide orthod. ca. 15.

d Homil. de Ioan. Bapt.

In Homel. Quod Christus sit Deus. Refutatio argumentorũ, quę adfert Heluidius, ad probandam Mariam à partu non mãsisse Virginem.

Lib. de Maria virgini. contra Heluidium.

Ge. 13. & 29. Epist. 83. ad Monachos. Gen. 49. Fratres Domini malè ab Heluidio intellecti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

primogenitus in Scripturis quomodo accipiatur. *Hebr.1.*

nomen hoc proprie cõpetere, siue illũ à patre, siue à matre genitum libeat contemplari. Solus enim inde ab æterno naturàlis est filius Dei, omnísq; creaturæ primogenitus à Paulo nuncupatur, quoniam ante omnem omnium rerum creationem genitus fuit. Idem vero cum homo esse voluit, Mariæ factus est primogenitus, quia primus & solus ex illa natus, nullum vt fratrem habeat ex eadem matre naturaliter procreatum. Attamen sicut Pater Deus

Christus primogenitus multos habet fratres, eosque Dei & Marię filios *Psal.19. Luc.2.*

præter vnum naturalem filium, alios quoque filios obtinet adoptatos, qui passim filij Dei in sactis literis appellãtur: ita de Maria dici potest, quod Christum filium vnum habens primogenitum ac naturalem, filios multos numeret adoptatos: quorũ mater & ipsa vocetur. Inter hos ille dilectus excellit

Ioannes vterque filius Mariæ dictus. *In 1. caput Matt. Tom. 1 in Ioannem. Ioã.2.& 19.*

discipulus, cui Christus ipse de Maria dixit: Ecce mater tua. Nec desunt, qui Ioannem Baptistam Mariæ filium dicant, spiritualem scilicet, quandoquidem illa parentes eius inuisens, magnam præbuit causam, vt idem in vtero matris cõclusus baptismo Spiritus imbueretur. Retineamus ergo quod à Theophylacto dictum legimus: Christus & primogenitus est, vt primo natus, & vnigenitus, vt non habens alium fratrem: quodque Origenes eleganter prodidit: Mariæ filius nemo fuit nisi IESVS, & omnis vere Christianus Mariæ filius.] Ac rursus instat Heluidius, & frigidum prorsus argumentum à mulieris nomine deriuatum obtrudit, quo suam Christus matrem nũquam appellat. Vbi

Mulierit nomen etiã virgines includit *Gene.3. Mat.1.*

suo etiam more nugatur, nec intelligit sexũ fœminarum vniuersum generali mulieris nomine comprehendi, nec ab eo excludi virgines, sicut & Eua mansisti.

CAPVT VNDECIMVM.

De Mariæ desponsatione, & quonam consilio hæc ipsa cum Ioseph sponso facta sit.

TORQVET multos cogitatio, an Mariæ virginitas obfuscetur ea desponsatione, qua se viro permisit ac tradidit. Qua de re hoc loco tractare fit opæprecium, priusquàm ad reliqua huic argumento cõnexa procedamus, & aduersariorum iacula nobis obiecta repellamus. Sane [a] Matthæus & [b] Lucas claris verbis enunciãt, Mariam Virginem Ioseph nobili viro, quia de

a Mat.1. b Luc.1.

stirpe Dauid regia prognato, fuisse desponsatam: tempus vero, & locum, & modum aliásque circumstantias eidem desponsationi cohærentes nec attingunt, nec explicant. Veteres interim tradunt,

Quando & vbi Maria fuerit desponsata.

hanc Virginem post annos vndecim in templo piè sanctéque transactos, ex loco illo sacratiore prodeuntem, ad suos parentes in Nazareth oppido habitantes rediisse. Sic enim visum esse Sacerdotibus, Mariam nubilem modò factam, diutius inter templi virgines non asseruari, sed de veteri more ad contrahenda cum honesto viro sponsalia traduci

Orat. in die nati. Domini

oportere. Nam vt Gregorij Nysseni verbis vtamur, Mariã Ioseph per Sacerdotes fuisse desponsatam.

mulieres cum Sacerdotibus in templo versari, atque in sanctis ædibus conspici, neque lege permittebatur, nec res honesta. Deliberantes igitur Sacerdotes, in hanc sententiam diuinitus conuenerunt, vt virginem cuipiam viro desponderent, is verò talis esset, qui ad virginitatis custodiam aptus foret. Ad hoc autem vnus aptissimus inuétus est Ioseph, ex eadem nempe tribu & patria, qua erat Virgo: atque is ex consilio Sacerdotum puellam sponsam accepit, quæ tamen coniunctio sponsalia non est egressa.] Ac ne dubitemus, hæc verba tàm vetusti, quàm probati apud Græcos Theologi propria esse, eadem prorsus tum à [c] Simeone Metaphraste, tum à Nicephoro Callisto sub dicti authoris nomine repetuntur. Sed & [d] Epiphanius meminit, Mariam seni Ioseph, non gratia coniunctionis, sed propter legem, sortibus ita postulantibus, fuisse traditam à Sacerdotibus templi Hierosolymitani, sub quorum cura Virgo nondum desponsata vixerat. Tum Chrysostomus in eũdem sensum docet, Mariam Virginem per Sacerdotes casto Ioseph desponsatam fuisse atque commendatam, vt seruaretur, non coniungeretur. Vani sunt ergo Centuriatores, quorum fraudé ante detexímus, quod huiusmodi narrationis fidẽ velut à solo Nicephoro profectam eleuare, planéq; suspectam reddere conẽtur. Certe Iudæis visitatum fuisse legimus, vt priusquam legitimum inter virum & vxorem cõiugium iniretur, sponsa in sponsi domũ traduceretur, ac illic nuptias aliquãtisper expectaret, sicut & Chrysostomus annotauit. Vnde Anselmus quoque scripsit: Desponsatio fiebat per aliquod tempus ante assiduã cohabitationẽ, & interim erat sub custodia mariti sui vxor, & frequenti visitatione, donec solennia nuptiarũ celebrarentur.] Existimãt præterea nõnulli, inter quos Gersoné numero, desponsationẽ inter Mariã & Ioseph primum Hierosolymis contigisse, ac deinde

ac deinde siue in Ioseph, siue in parentum Mariæ domo, aliquem familiarem sponsi & sponsæ conuictum successisse, priusquàm solennis ille nuptiarum ritus de more gentis celebraretur: qui tamen connubialis contractus non accesserat, nisi salutata cognata in ædibus Zachariæ, postquàm Ioseph de redeuntis sponsæ pudicitia dubius atque sollicitus, simul & eiusdem innocentiam, & fœtum in illa diuinum ex Angelo intellexit, omnémque deposuit suspicionem. Sic enim ad illum nocte dictum est: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Vbi Maria coniux vocatur, non propter rem vxoriam, sed ex prima fide desponsationis, quoniã consuetudo Scripturarum est, quod sponsi etiam viri, & sponsæ vocentur vxores, Hieronymo teste. Fuit autem sponsa Maria ideò & sanctius & admirabilius iucunda suo viro, quia etiam fœcunda sine viro, prole dispar, fide cõpar, vt loquitur Augustinus.

Mariam dici coniugem Ioseph a fide primæ desponsationis. *Matt.1.*

Lib. in Mat. Lib. de nup. & concupisc. cap.14. Desponsa sententia qui sola sponsalia Ioseph & Mariæ tribuunt.

CAETERVM idem Augustinus verum legitimúmque matrimonium inter Mariam & Ioseph agnoscit, ac sæpe prædicat, quo cum multi veteres haud satis conuenire videntur, qui solam & primã illam in sponsalibus coniunctionem admittunt, hósque coniuges ad nuptias & matrimonium nunquam peruenisse cõtendunt. Vnde apud [a] Abdiam legimus: Ioseph desponsatam, verum minime nuptam Mariam Virginem habebat.] Idem affirmat Epiphanius, nec dissentit [c] Cyrillus Hierosolymytanus, nec illa vox est: Maria Mater propter solam desponsationem vxor Ioseph vocabatur.] Hieronymus vero tractans illud Euangelistæ: Consurgens Ioseph, accepit puerum & matrem eius, hoc adiicit: quasi nutritius esset, non maritus. Notat præterea Euthymius, Mariam à Ioseph non ad nuptias, sed ad custodiam accipi. Quæ proinde si vxor Ioseph aliquando dicitur, vxor seu coniux non nisi sponsæ loco vsurpatur, sicut post [d] Hilarium etiã docet Theophylactus, nimirum vt præ-

a Ioannes Hierosolymet. Apostols. b Hieron.78. c Cantic.12. Mat.2. In cap. Matt.

gnans Virgo rectius omni suspicione incontinentię liberetur, nec ab vllo vitiata esse credatur. Quid multis? Horum Patrum sententia, vt cæteros prætermittam, Christus non ex coniugata vel maritata, sed ex desponsata duntaxat Virgine voluit nasci. Alij vero cum Augustino iudicant, & Euangelicis verbis magis esse consentaneũ ducunt, vt & nuptias & coniugium Mariæ & Ioseph attribuamus. Nec enim fallaciter ad Ioseph ab Angelo dictum esse: Noli timere accipere Mariam cõiugem tuam: nec temere scripsisse Lucam, profectum esse Ioseph in Bethlehem, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Tum sæpe aliàs Ioseph Mariæ virum siue maritum, & hanc vicissim vxorem Ioseph, ambósque Christi parentes, licet castíssimos, ob fidele coniugium in Euangelio nuncupari. Igitur Augustinus manifeste testatur, in eisdem Christi parentibus omne nuptiarum bonum, prolem scilicet, fidem & Sacramentum impleri.

Lib. de nupt. & concup. cap.11.

Quomodo cõ stare possit dissensio Patrum circa nuptias & desponsationem Ioseph & Mariæ.

CAETERVM hæc Patrum dissensio, qualiscunque demum ea videatur, hac poterit ratione componi, si Mariæ coniugium vt perfectum & imperfectum aliter atque aliter consideretur. Perfectum quidem, quoniam prole optima cohonestatum, neque adulterio pollutum, aut vllo distractum diuortio, sicut Augustinus est interpretatus, quum omne nuptiarum bonum tribus illis partibus prole, fide & Sacramento definiuit. Imperfectum verò, quoniam Ioseph & Maria duo in carne vna nunquam fuerunt, neque fructum siue prolem ex coniugio vtrinque consummato, vt vocant, sibi quærendam putauerunt, neque diuinam illam Christi & Ecclesiæ copulationem ipsa corporum commixtione, quæ tanti mysterij sacrum est signum, vt cæteri cõiuges, expresserunt. Proinde qui Mariam nuptam siue maritatam negant, ex vulgi more loquuntur, matrimonium nempe non consummatum pro imperfecto deputantes, vt omnem hoc modo incontinentiæ suspicionẽ excludant, ne quis putet aliòquin hos duos coniuges à nuptiis statim, vel ab ipso etiam virgineo partu ad carnale commerciũ transisse, & ex virginibus non virgines, sicut impij Ebionitæ & Heluidiani garriunt, per ipsum vsum coniugij vnquam factos esse. Ad hunc modũ verbis quidem discrepant, re tamen ipsa consentiunt Patres, & vterque sensus adductus Euangelicæ cõsonat veritati, quæ Mariam partim ab aliis vulgariter nuptis & coniugatis fœminis dirimit (nulla enim simul ante partum & in partu Virgo & coniux inuenta est) partim legitimam illam Ioseph vxorem asserit, quam ipse non solum sibi desponsatam, sed etiam post acceptum in somnis oraculum coniugis loco acceperit tenueritque.

Imperfectum Ioseph & Mariæ coniugiũ, quomodo dici possit.

Matth.1.

VT AVTEM præsenti loco de hotum sanctissimorum coniugũ desponsatione duntaxat agamus, excutienda inprimis est quæstio, quis Mariæ affectus, quod propositum fuerit in ipsa desponsatione, an aliarum more sponsarum viro nubere, seque totam in eius potestatem tradere voluerit, vt etiam cum illo rem habere consentiret? Hoc si factum est, multum illa quidem de proposito & integritate virginali remisit, & animo saltem casta esse desiit, quæ liberorum causa siue sponsalia, siue nuptias cũ viro contraxit, ideóque perpetuæ virginitatis laudem fortasse amisisse videatur. Ac tale quidem non modo sentiunt, sed etiam publice docent Sectarij, ex quibus non postremi sunt Centuriatores, his verbis ratiocinantes. *Testatur Lucas, Mariam desponsatam fuisse viro: quæ res nequaquam per iocum aut simulate fieri potuit.* Et rursus: *Euangelistæ certo affirmant, Mariam Ioseph o in coniugem fuisse desponsatam. Vnde liquido constat, ita vtrumque Ioseph & Mariam fuisse affectum, vt statuto tempore, more aliorum coniugum voluerit liberos, dante Deo, procreare. Alioquin & Euangelistæ certissimi rerum talium testes aliter fuissent locuti.* Atque hic isti, vt in pleríisque aliis, magistrum sequuntur Bucerum, qui similem & æque castam de his coniugibus sententiam tulit. Quum enim Matthæus de illis dixerit: Antequàm conuenirent, aut iuxta Syriacam interpretationem: Priusquam societatem inirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto, existimat Bucerus, his verbis declarari, Ioseph & Mariam, quum inter se connubium contraxerunt, vulgare id futurũ fuisse ratos. A qua sententia reliquos Nouatores arbitror nõ discedere, quũ in eo fere conueniãt omnes, vt Marianã historiam ad carnis iudicium vulgique morẽ libentes reuocent accommodéntque. Hinc Petrus Martyr arguit, Mariam iuxta cursum atque morem aliarum eiúsdem gentis virginum nupsisse, & in viri congressum consensisse. Quid enim aliud vel dicerent vel adferrent noui sanctæ castitatis hostes, ac iidem turpis incœstus improbi assertores, nisi

Cent.1. lib.2. cap.10 Quomodo de Mariæ desponsatione doceant Centuriatores.

Centuriatores Bucero adsipulantur. *In 1. cap. Matth.*

Mos est sectatorum in pleríisque carnis iudicium & vulgares sequi cogitationes. *Li. contra Schmitzium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ex castissimis coniugibus non castos faciant, illisque carnalis commercij appetitionem affingant?

Iudaicæ virgines longe aliter quàm Maria viris nupserunt, & affectę fuerūt.

VBI NON moramur sane, quis mos & affectus fuerit puellarum siue virginum veteris Synagogæ, sic viris haud dubie desponsarum atque nubentium, vt soboles fructum iactura virginitatis libenter quæreret, tantóque se feliciores in Ecclesia, quo fœcundiores in coniugio esse arbitrarétur. His in vsu quotidiano, fortasis etiam in delitiis fuit, videre & videri, amare & amari, virorū simul & liberorū capi dulcedine, ac illis amantiū seruire affectibus, qui cum perfecta castitate pugnant, & in lubricam illam puellarum ætatem facile cadunt. Nam & Esaias nobis Iudaicas puellas ita depingit, vt satis ostendat, non minus eas quàm Ethnicas, luxu, mollicie, lasciuia diffluxisse, omnibúsque ad expugnandum pudicitiam telis & laqueis diabolicis abundasse, atque adeò à vanissimis meretriciæ voluptatis blandimentis vix sese abstinuisse. Eleuatæ sunt, inquit, filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum: ibant & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant, vt cætera quæ sequuntur, prætereamus. Quod comptum & luxuriosum genus virginum Iudaicarum si non laudatum, ac certe quidem permissum ab illis fuit parentibus, qui legis benedictionem vteri fœcunditate, liberorum copia ac externo splendore metiebantur, quique carnalibus ac terrenis reb' affixi, nihil fere sublime saperent: spiritualia vero studia fastidirēt, & in egenis illis mundi Elementis, vt Paulus loquitur, prorsus detinerētur. Quàm igitur indignum, quàm stolidum istorum phantasma est, qui hoc veluti fundamento nituntur: Aliæ puellæ Iudaicæ sic factitabant, sic viuebant, hoc carnis affectu prædita sua sponsalia celebrabant, & nuptias contrahebant: Idem ergo de Maria iudicari par est, Maria, inquā, inde ab ipso ortu præ puellis reliquis benedicta, in qua caro aduersus Spiritum non concupiscebat, non turpitudinis idola efformabat, nec vllius libidinis æstum pruritum vel sensum experiebatur. Nam & Cyprianus palam affirmat, quòd in Maria legem mentis lex carnis non infestauerit, & rebellio nulla quietem spiritus afflixerit: quùm Virgo esset tàm casta, tàm pura, sancta, perfecta, vt virginitati eius, quemadmodum à Basilio Magno scriptum est, nihil æquale, & ad effectum Spiritus sancti excipiendum nulla inter homines puritas aptior potuerit reperiri. Valeat igitur & in æternum exulet profana istorum nouitas, qui nihil nisi vulgare, & puellis dignum Iudaicis, quodque ad cogitationes amātium pertinet, in sanctissima Virgine fabricantur.

Esai. 3.

Galat. 4. Coloss. 2.

Porus semper Mariæ animus manst, vt nihil remitteret de proposito virginitatis.

Serm. de nat. Christi.

Hom. de human. Christi generat.

Maria virgo sub lege simul & supra legē nec euangelica minus, quā Iudaica.

Hebr. 4. Hom. 3. de beat. Virg.

FALSVNTVR autem crassi homines, quòd Mariā ignorent Virginem sub lege viuentem, & supra legem tamen philosophantem, quæ & Spiritu & carne sancta, id est, prorsus Euangelica iam tum esse cœpisset, quum Euangelium à populo nondum auditum, neque ab Apostolis scriptum vsquam extaret. Vnctio enim de omnibus Mariam docebat, ac sermo Dei viuus & efficax ante magister illi, quam filius factus est, priúsque mentem illius instruxit, quàm carnem induit, vt scite Bernardus affirmat. Cur igitur, inquiunt, si Virgo permanere statuit, cum viro sponsalia contrahere, aut etiā nuptias inire decreuit? Multas quidem eius rei rationes adferunt Patres, sed quorum nullus meminit, Virginem in animum vel tenuiter induxisse, quod ad corpus cum viro commiscendum, & ad liberos ex illo procreandos Ioseppho sese adiunxerit. Præcipuam verò despondendi causam in eo statuere licet, vt generosa & obediens Abrahæ filia diuinæ voluntati, qua nihil in terris habebat antiquius, omni ex parte satisfaceret. Ea voluntas postulabat, & per hanc occasionem manifestata viri genealogia, ipsius etiam Virginis origo & stirps ab omnibus cognosceretur. Fuit & famæ Virginis cōsulendum, ne alioquin grauida facta, quum verum gestaret è Spiritu sancto, malè apud vulgus audiret, ac impudica fœmina reputaretur, quæ non expectato marito præmaturè cum alio rem habuisset. Egebat præterea tutore & adiutore, cuius auxilio & apud Iudæos, & inter Ægyptios, præsertim rebus aduersis ingruentibus, subleuaretur. Has quippe rationes tradit [a] Hieronymus, [b] Origenem, vt puto, secutus: ab vtroque non multum dissentit [c] Basilius Magnus, cui [d] Bernardum adiungo, breuiter quidem, sed apposite ita scribentem: Necessario desponsata est Maria Ioseph, quando per hoc & à canibus sanctum absconditur, & à sponso virginitas comprobatur, & Virginis tàm verecundiæ parcitur, quàm famæ prouidetur.] Nec desunt, qui plures eiusdem desponsationis causas adducant, sed nullus veterum nouis, vt dixi, fauet aduersariis, qui adeò de vxore dicenda & gignendus liberis solicita esse solent. Vnum Ambrosium præterire nō possum, qui inter alias rationes ad hoc institutum & illam notatu dignam adfert: Maluit Dominus aliquos de sua generatione, quàm de Matris pudore dubitare.] Tanta Christo cura fuit maternum honorem vindicandi, ob quem suam quoque dignitatem aliquando negligere videbatur, vt idcircò Iosephi patris filius à cunctis existimari maluerit, quàm vulgo suā matrem male castā reputari. Qua etiam ratione tum obseruauit, tum docuit, quod lex diuina de honorandis parentibus exigit, & Christus repetit in Euangelio.

Quæ mente de ex Maria desponsatione sequenda.

Ecclesiast. Matth. 15. &c.

Quod huius quis desponsationis fructum Virgo Maria ex ea consecuta est.

CAETERVM non exiguam hallucinandi causam præbet Sectariis, quod initium & finem huius desponsationis, quæ inter Mariam & Ioseph, vt inter nullos coniuges alios intercesserit, parum accurate perpendant. Initiū ex diuina reuelatione pendebat, quæ Mariā quidē de rebus agēdis, vt ante diximus, frequēter instruens, nunc etiā certā reddiderat sponsum cui nuberet, castū fore, eúmque nihil carnalis cōmercij à se spōsa desideraturum, sicut posteà pluribus ostendemus. Finis verò huius desponsationis supra monstratus est, ac potissimū ad Marianæ virginitatis custodiam, simúlque ad summū illud mysterium pertinebat, quod in Christo partuulo sub talis coniugij specie celari ac promoueri debebat. Elegāter enim à Bernardo dictū est, quòd conceptus sine semine operiatur matris desponsatione. Permultū igitur inter Mariam & qualescunque Iudæorū puellas interest, quibus longe dispar initium, ac finis plane diuersus cōtigit tēpore desponsationis, per quam singulæ sponso tradunt sui corporis potestatem, nihil sane minus, quam de continentia siue virginitate seruanda cogitantes. Verum vt certius constet de sponsæ Mariæ consilium, sicut diximus, ab omni concubitu alienum extitisse, Hugonem Victorinum, vtpote non vulgarem

Quid maximè memorabile in Hugonis oratione.

Vita bona matrimonij. Mariæ coniugij nihil præiudicat eius virginitati. Lib. de nupt. & concupisc. ca. 11.

Luc. 2.

Hugonis Victorini sententia de Mariæ desponsatione.

vulgarem Theologum, qui suo seculo alter Augustinus dici haberique meruit, in medium producemus. De incorrupta virginitate Matris Domini hoc fides inquit, pie, & pietas fideliter confitetur, quod eius perfectionem nullo modo imminuit coniugalis consensus, quemadmodum castitatem illius non violauit conceptus, nec integritatem abstulit partus. Ipsa namque eadem Virgo perpetua, & cum desponsaretur viro, non tamen deseruit aut mutauit propositum continentiæ, & cum fœcundaretur, (non à viro) concepit sine libidine, & cum filium ederet, peperit sine dolore.] Ac seipsum explicās magis, Discutiamus, inquit, vt postulas, quid sit coniugium, & ex eius definitione proposita consideremus, si simul esse potuerunt in Virgine Matre & consensus coniugalis, & propositum virginitatis. Quid enim est coniugium nisi legitima societas inter virum & fœminam, in qua videlicet societate ex pari consensu vterque semetipsum debet alteri. Spontaneus ergo consensus inter virum & fœminam legitime coniunctos facit, quo vterque alteri debitorem sui se spondet, iste est, qui cōiugium facit. Et coniugium est ipsa societas tali consensu confœderata, quæ altero viuente alterum ab altero non dissoluit. Est adhuc alius consensus, sed carnalis commercij ab inuicem exigendi atque reddendi, similem inter virum & mulierem pactionem constituens, comes non effector coniugij, officium & non vinculum, qui & ipse tamē quum pari ab vtroque voto suscipitur, pari etiam necesse est debito teneatur.] Adiungit porro: Huius debiti (de carnali commercio loquitur) necessitas illos coniugatos sibi adinuicem non subiicit, in quibus dum coniugium contraheretur vel sanciretur, huius operis consensus non præcesit. Nec tamen hoc officio cessante veritatem seu virtutem coniugij cessare, credendū est, imò potius tāto verius ac sanctius coniugium esse, quod in solo charitatis vinculo, & non in concupiscentia carnis, libidinis ardore fundatum est. Quid enim? in concupiscentia carnis coniugiū sanctum esset, & in charitate non esset? Absit, sed multo verius & iustius ibi sanctum & verum dicitur, vbi nihil habet castitas, vnde erubescat, sed charitas vnde gloriatur.]

Quid sit coniugium.

Spontaneus consensus cōiugium facit.

Consensus est de præsenti in virginibus, & non in commercium coniugale.

a Lib. 1. Helvid. in c. 1. Matth.

b Hom. 3. in Luc. c Hom. 2. in Luc. d Hom. 6. in Matth. In ep. ad Christophor. de custod. virginit. In Matth. 1.

IN QVIBVS verbis eximio Theologo sane dignis multa sunt solerter obseruanda, quæ ad rem præsentem maxime pertinent. Primùm est, inter Mariam & Ioseph non modo sponsalium, sed & coniugij fœdus interfuisse, verū vt illis fuerit ac legitimū matrimoniū, vtque hic vir siue maritus, illa vxor proprie in Euangelio appelletur. Id quod Augustinus plane confirmat, vt diximus, quum omne nuptiarum bonum, prolem, fidem, Sacramentum in Christi parentibus impletum esse testatur, etiamsi nullus accesserit concubitus nuptialis. Alterum est, coniugium à Maria sic esse susceptum, vt nihil remiserit de proposito virginitatis, quod mirabili vsa consilio integrum ac perfectum vsque conseruauit, spe certa diuini adfuturi præsidij sese sustentans ac fulciens. Vnde quum Gabriel Angelus pariturā illam prænunciauit, ipsa rem prorsus nouam & alienam se audire monstrauit, ac licet Iosepho desponsata esset, tamen vt firmum suæ virginitatis nunquam violandæ propositum declararet, diserte respondit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? sicut sequenti capite pluribus disseremus. Tertium est, quod tametsi viri & fœminæ consensus in omni coniugio requiratur, & ad coniugale vinculum sola morte dirimendum vtrunque coniugem adstringat, tamen consensum in coniugalem congressum siue in carnalem, vt vocant, copulam, in hoc Mariæ coniugio defuisse. Postremo ex adductis Hugonis Victorini verbis colligi potest, non solum in Ioseph & Maria, verum etiam in aliis coniugibus laudandam esse pietatem, quum ex mutuo consensu decernunt, siue ad tempus, siue perpetuo in casto & virginali coniugio persenerare, vt illic nulla libido, sed sola charitas regnet. Hæc enim beatiora coniugia iudicanda sunt, si Augustino credimus, quæ siue filiis procreatis, siue ista etiam terrena prole contemta, continentiam inter se pari consensu seruare potuerint.] Neque tamen hæc eo spectant, vt aliorum Theologorum sententiam repudiemus, qui cum Thoma censent, Virginem ex familiari diuini Spiritus instinctu desponsari voluisse, suúmque corpus viro tradidisse, quum non dubitaret, diuina ope saluum sibi fore propositum virginitatis, nunquam vt ad carnalem copulam perueniret: & quoniam hoc diuino commiserit arbitrio, illam licet coniugio assentientem, tamen nulla ex parte iacturam fecisse virginitatis. Atque hinc rursus aduersarij confutantur, qui Mariam velut absolute ac expresse in carnale commercium consentientem, reliquis puellis nubentibus tàm temere quàm audacter exæquant.

Consensus in carnalem copulam non pertinet ad matrimonij necessitatem. 27. quæst. cap. matrimonium & ca. sufficit. Lib. de inst. virg. cap. 5.

Laudāda coniugum pietas, qui ad seruandam castitatē conspirāt, seque mutuo obligant.

Lib. 1 de sermone Domini in monte, ca. 14. In part. 3. quæst. 29.

Non hic refirci opinionem illorum, qui docēt, Mariā incarnā le copulam cū coditione consensisse.

CAETERVM in eo magnus cōsensus est Theologorum, vt vulgo receptam illam confirment sententiam: Solus consensus, non coitus matrimonium facit. Etenim coniugalis ille congressus non ad essentiam, vt in Scholis dicunt, sed ad vsum coniugij, atque ad fragilitatis humanæ remedium, liberorumque solatium potius, quàm ad matrimonij rationem proprie pertinet. Quare nec Ambrosius dicere dubitauit: Desponsata viro Mater Domini, coniugis nomen accepit. Quum initiatur coniugium, tum coniugij nomen adsciscitur: non enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Cum iungitur puella, coniugium est, non cum virili commixtione cognoscitur.] Verum igitur matrimonium etiam inter illos Augustinus agnoscit, qui procreationem liberorum nec quærunt, nec sperant, sola interim animorum coniunctione contenti. Quocirca huius sacri vereque virginalis coniugij, quod inter Ioseph & Mariam celebratum est, magnam rationem veteres habuere, ac illustre hoc exemplum Christianis etiam coniugibus proposuerunt. Sic enim de illo, vt cæteros præteream, disserit Augustinus: Hoc exemplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruato pari consensu posse permanere voueriique coniugium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu.] Et alibi rursus: Absit, inquit, vt inter illos vinculum coniugale rumpatur, imo firmius erit, quo magis ea pacta secum inierint, quæ charius concordiúsque seruanda sunt non voluptariis corporum nexibus, sed voluntariis affectibus animorum.] Ac postea: Cur ergo nō coniuges qui ex consensu concumbere desinunt, si manserunt coniuges Ioseph & Maria, qui concumbere nec cœperunt?]

Consensus in carnalem copulam non pertinet ad matrimonij necessitatem. 27. quæst. cap. matrimonium & ca. sufficit. Lib. de inst. virg. cap. 5.

Laudāda coniugum pietas, qui ad seruandam castitatē conspirāt, seque mutuo obligant.

Lib. de bono coniugali cap. 3.

Quid coniuges notare habeant in Ioseph Mariæ coniugio.

Lib. de consensu Euangelist. ca. 1.

Lib. de nupt. & concupisc. cap. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exépla piorum coniugũ virginalẽ castitatem in ipso matrimonio seruãtium.

VBI operæprecium facturi videmur, si ad præsens institutum illustrãdum eos proponamus coniuges, qui velut Mariæ & Ioseph spectatissimum æmularentur exemplum, & simul Sectariorũ istorum in deprimendo cœlibatu supercilium coërcerent, perpetuam in connubio virginitatem seruare, sincereque colere voluerunt. Ex horum numero fuerunt Henricus Imperator eius nominis secundus, qui & Claudus appellatur, eiúsque coniux Chunegundis Augusta, iuuenes licet & principes cum genere, tùm virtute illustrissimi. Quare quum idem Henricus morti se proximum cerneret, Chunigundam vxorem & propinquos eius acciuit, eósque intuens: Recipite, inquit, quam mihi tradidistis virginem vestram.] Præterea suum in coniugio cœlibatum pure conseruarunt Valerianus & Cecilia, insigne par Romanæ nobilitatis, Iulianus itidem Antiochenus & Basilissa, non modo religionis, sed & martyrij gloria percelebres. Eandem virginitatis laudem Eduardus Britannorum Rex & vxor eius Editha, non obscuræ sanctitatis coniuges, mirifice coluerunt. Tum præter Amonem Ægyptium Eduardus tertius Anglorum Rex, sicut & Vandesillus Comes Palatinus, qui sub Dagoberto Rege floruit, ac demum Emericus Pannonius, Stephani Regis filius non immerito inde laudantur, quòd illis tam chara ob Christi amorem continẽtia fuerit, vt Veneris nescij, habuerint quidem sed non attigerint vnquam vxores, vtpote cum quibus veluti sororibus, pudicitiæ integritatem (ô Eunuchos Euangelicos) intemerate seruarunt. His adiũgi meretur Alfonsus Aragoniæ Rex, casti cognomine honoratus, coniux & ipse nobilis, atque fidus vxor, sed qui ad se pertinere putauit Apostolicum dictum: Bonum est homini mulierem non tangere: & qui habent vxores, tanquam non habentes sint. Neque dissimilis Theophanes fuit, qui quum ad sponsam nocte nuptiarum ingressus esset, & animi puritatem omni corporeæ voluptati anteponeret, tàm pium ac efficacem in thalamo vel doctorem vel colloquutorem se præbuit, vt sponsam continentiæ suæ sociam & fecerit, & retinuerit semper. Eadem integritas in Eghardo & sanctissimæ viduæ Brigittæ filia Katharina splenduit, coniugium illis tàm sancte ineuntibus, vt perpetuam pudicitiam Christo pie oblata m iuramento confirmarint, ac seorsum tota vita cubarint.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

exemplũ comitis Elzeari cũ sua coniuge virginitatem profitentis.

QVID porro sanctus & illustris Galliæ Comes Elzearius? qui sub Carolo II. Hierusalem Siciliæque Rege clarus est habitus, & cui æque nobilis ac pia Dalphina virgo sponsæ loco contigit in vrbe Massilienſi. Non sat illis visum est virginitatis virtutem in aliis suspicere, sed & ipsi admirando consilio ducti, quoniam casti ad coniugium accesserant, suæ virginitatis florem nulli præterquàm Iesu Nazareno offerre, consecrare, seruaréque voluerunt Itaque sacram ædem adiére, suas Deo preces effudére, & post sanctissimum Christi corpus reuerenter acceptum, flexis genibus, iunctis manibus, erectisque in cælum animis vota in hunc modum præeunte sponso diserte fecerunt: DOMINE Iesu Christe, à quo bonum omne & donum proficiscitur, EGO peccator fragilis & infirmus sine tuo speciali dono non possum caste & continenter viuere: sed de tuo singulari adiutorio confidens, vo-

Formula virginitatis à cõiugibus Deo promissæ.

A ueo & promitto tibi & sanctissimæ Matri tuæ atque omnibus Sanctis, toto tempore vitæ meæ me caste victurum, & virginitatem seruaturum, quam hucusque tua benignitate in me custodiuisti, Atque huius promissionis exequendæ causa paratus sum, quascunque afflictiones & pœnas, atq; etiam mortem ipsam perpeti.] En tibi singularem professionis formulam vel à veteribus acceptam, vel sapientissime quidem excogitatam, certe ab omni elatione & præsumptione alienam, sanctæ autem magnanimitatis refertam, ac illis demum pulchre congruentem, qui Mariam & Ioseph imitantes, ex mutuo consensu & cum voti nuncupatione casti esse & manere coniuges volunt. Rarum isthuc quidem, nec omnibus commendandum, sed quo rarius, eò charius Deo laudabiliusque coniugium, quod non carnis libido: sed sincera in Christo dilectio conciliat, sanctáque non corporum, sed animorum coniunctio in Euangelica castitate confirmat, vt ambo veluti sacrum preciosumque munus ex communi voluntate Deo reuerenter offerant, fidelitérque persoluant. Quis vero neget, illis quos diximus, ingentem erga Deum fidem suppetiuisse, parémque prudentiam & fortitudinem in illorum votis Deo nuncupatis apparuisse, vtpote qui toti è Christo casti consilij seminatore penderent, ac diuina illius virtute subniti confiderent, suæ castitatis fragrantiam velut à candidis liliis profectam, in cælis etiam vt coram Deo suauiter redoleret, esse valituram? Prætermitto plura id genus exempla, quæ apud [a] Hieronymum, [b] Augustinum, [c] Paulinum atque [d] Palladium referuntur, illisque laudem immortalem pariunt, qui suum coniugium continenter castéque traduxerunt, sponte id offerentes Domino quod lege non debebatur, dum vellent sibi non licere, quod cum suo detrimento, vt Augustinus loquitur, licuisset. Est ita quidem, vt alteri coniugum post consummatum, vt vocant, matrimonium, absque alterius consensu vouere continentiam nec liceat, nec deceat expediátque, quandoquidem corpus suum non in propria, sed in eõiugis sui potestate habet constitutum, vt petenti debitum negare non possit, sicut Paulus perspicue docet. Veruntamen quum vir & mulier sibi consentiunt, & concordi voluntate perpetuam continentiam vouent, tum vero tanquam sacrificium in odorem suauitatis super altare fidei vero ac summo Deo in templo sui cordis offerunt, vti scriptũ reliquit Fulgentius, cámque continentiam seruare perpetuo debent. Ac ne frustraneam lenísque momenti hanc promissæ castitatis obseruationem esse putemus, constanter Augustinus affirmat: Continentes vel mares, qui defunctis vxoribus, vel fœminæ quæ defunctis viris, vel vtrique qui pari consensu continentiam Deo vouerunt, sciant sibi quidem mercedis amplius deberi, quam coniugalis castitas posit.] Igitur & vetus testatur historia, quod vir sanctus Amator antequam Antisiodorẽsis createrur Episcopus, multísque clareret miraculis, vna cum sponsa votum virginitatis Deo nuncupauerit: adfuisse autem Angelum, qui non modo pium vtriusque propositum laudarit, sed & binas illis coronas attulerit.

IGITVR si tem æqua lance perpendimus, quod multis aliis coniugibus, & summo quidem vitæ splendore, generísque nobilitate florẽtibus langueri

a In Epist. Ruffino. b Epistola ad Armen. c In ep. 1. ad Apronian. d In hist. Lausiaca.

cogimur,

cogimur, an id Mariæ & Iosepho adimemus? Illi A probata narrat historia, Virginem hanc post votum virginitatis Deo nuncupatum, viro Valeriano nupsisse, siue reuelatione demùm, siue inspiratione diuina confirmata credidit, nullum inde castitatis suæ detrimentum, sed fructum potiùs, vt exitus docuit, consecuturam esse. Etenim harum nuptiarum occasione contigit, vt sapiens virgo sponsum eundem & fidei & castitatis, adeóque martyrij sibi collegam & socium faceret, vtque sponsi fratrem Tiburtium simul ad Christi fidem perduceret, qui & ipse martyrij lauream cum illustri Christiani dogmatis professione coniunxit. Firmum igitur & fixum manet illud, quod ex Hugone produximus: Suscepit Maria coniugium, sed non mutauit virginitatis propositum. Virum habere consensit, sed coniugalis ille consensus virginitatis perfectionem B in ea non imminuit, quæ non secundum legis rationem, & vltra virginum aliarum exemplum, ex inspiratione & operatione diuini Spiritus omne carnale viri commercium fugiebat, vt cor simul & corpus Deo summo impollutum offeret. Estque sanè admodum probabile, quod non obscuri nominis Theologi iampridem docuerunt, Mariam cum Ioseph non solùm de coniugali societate ineunda, sed etiam de castitate seruanda inde ab initio conuenisse, vt in his castissimis coniugibus impleretur, quod Esaias in spiritu præuiderat atque prædixerat: Habitabit iuuenis cum virgine, & gaudebit sponsus super sponsam. Etenim si propter breuitatem temporis, quod in arcto est, sic debent viri habere vxores suas, tanquàm non habeant: quantò magis inter sponsum & sponsam erit sancta coniunctio? vt eundem locum Hieronymus interpretatur. Verùm hæc pluribus persequi non attinet, quùm de Mariæ voto & sponso eius Ioseph peculiaris disputatio non multò post instituenda sit.

Esai. 62. 1. Cor. 7.

In eundem locum Esaiæ.

Ex quibus haud difficulter quilibet iudicabit, insulsam & futilem esse ratiocinationem, qua Centuriatores in hunc modum argutantur: *Si Ioseph & Mariamore aliorum coniugum congredi noluissent, Euangelistæ aliter fuissent locuti.* Quod argumentandi genus, quoniam ab inficiatione petitum est, apud eruditos quidem parùm habere ponderis potest, licet eo Sectarij frequenter vtantur, imò & mirificè delectentur. Adde quòd isti cauillantes rem pudendam faciant, qui suum telum ex Heluidianorum pharetra depromptum, & iam vetustate quasi consumptum, nunc iterum in Catholicos eiaculantur, ne ignoremus scilicet, sub quibus signis militent noui Antidicomarianitæ. Etenim Heluidius vt Mariæ virginitatem in dubium reuocare planéque labefactare posset, ad Euangelij verba prouocans, in hunc modum ratiocinabatur: *Ecce habes in Euangelio desponsatam, non commendatam, & vtique non ob aliud desponsatam, nisi quandoque nupturam.* Conglomerat deinde Scripturæ loca, sed perperam intellecta, quibus persuadere conatur, Mariam nec affectu, nec reipsa virginem perstitisse, imò eam etiam ex coniuge Iosepho multos filios, qui fratres Domini ab Euangelista dicantur, genuisse. Quid enim tàm absurdum, tàm pestilens ac impium videri potest, quod ex Scripturæ verbis confidenter arreptis & sceleratè detortis, Hæretici non astruere & stabilire laborent? Nihil vnquàm penè de suo proferũt, quod non etiam Scripturæ verbis adumbrare audeant: sed tantò magis cauendi & pertimescendi,

Confutatio argumentationis à Centuriatoribus adductæ.

Centuriatores argumentum Heluidianorũ repetunt & confirmant.

vide Hieronymum Lib. contra Heluidium.

Nihil tam impurum est & impiũ, quod scripturæ verbis hæretici non tegant & excusent.

Non minor continentiæ laus fuit virtus Mariæ & Ioseph, quam raris vllis aliis coniugibus competit. Maria vita puritatis & perfectionis omnimoda fuit exemplar coniugibus, viduis atque virginibus.

Mariam non solum corde, sed & exilio verbis celebrasse virginitatis.

Ita vita Bartholomæi. Lauræ.

Liber de sanctis virgin. cap. 4.

Etiamsi Mariam non vouisse concedatur tenendum est tamen eandem animo & corpore semper virginem permansisse, nec in carnale copulam explicitè consensisse. Nouit Maria sicut Cecilia, est promissum Deo castitatem cum interconstituere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantò ad suas artes occultandas ingeniosiores & versutiores existunt. Callidi & astuti artificio quodam vtuntur, inclusam pernicioſam corruptelam exquisitorum verborum velamine contegunt, subrepunt nomine blandientis, occidunt specie religionis, vt verbis Hilarianis vtamur. Prostratus autem humi iaceret Heluidius, nisi essent hodiè, qui vnà cum Centuriatoribus eum in pedes erigerent, ac nouam aciem ad Matrem Domini hostiliter oppugnandam instaurarent. Ex quorum sunt numero, qui specie & nomine desponsationis non tàm, vt vereor, inscitè quàm nequiter abutuntur, simúlque nouam & in Ecclesia inauditam hactenus opinionem inuehunt, Mariam quo tempore viro desponsata esset, firmum & certum virginitatis propositum non habuisse. Qua de re iam suprà copiosè dictum est, ac pluribus responderi nõ conuenit, quùm Mariæ virginitas, quæ carne simul & mente virgo perfecta, nullàque ex parte vitiata vnquàm fuit, inuictos habeat propugnatores. Defendit illam [a] Hilarius, [b] Epiphanius, [c] Basilius, [d] Hieronymus, [e] Ambrosius, [f] Augustinus, [g] Damascenus, & si vetustiores quærimus, [h] Origenes, [i] Irenæus, [k] Ignatius, quos omnes diuinus ille spiritus, vt arbitror, huc perpulit, vt contra futuros huiusmodi obtrectatores, Mariæ virginitatem explicatam, magnóque consensu constabilitam hoc extremo seculo haberemus. Quare nihil erat sanè opus, vt Centuriatores tot seculis sepultum errorem Heluidij hoc seculo resuscitarent, ac veterem illum Hæresiarchã hac in parte sibi nobisque ducem proponerent imitandum.

Cur vero mirantur, quod hac de re non scripserint aut locuti fuerint clarius Euangelistæ? Satis enim his erat præcipua religionis nostræ capita vtcunque complecti: vnde permulta quæ non solùm ad Mariæ vitam pertinent, sed etiã de Christo narrari poterant, vltrò prætermittunt. Accedit quod authores diuinorum voluminum non aliter, quàm Spiritui sancto visum fuit, scribere potuerunt: huic verò legem dare mortalium nemo queat. Multa ille nobis obscura, inuoluta, recta, difficilia, quæ nemo satis explicet, quæque studiosi perpetuò inuestigent, in sacris literis tradidit: suntque complura tam augusta, sublimia, admiranda & veneranda in hoc signato libro mysteria, quæ doctissimi sanctissimíque Patres à se non satis intelligi non tàm humiliter quàm veraciter confitentur. Sanè quid lectissimis Christi discipulis in Euangelio primum audito vsu venerit nouimus: nimirùm quòd ad sermonem Domini hæsitarint sæpè, & velut imbecilles nec capere, neque portare potuerint omnia, quę illos summa sapientia Christus docere volebat. Ita factum est, vt illis tanquam angustis vasculis, pauca & modicè infunderentur, bona verò pars Euãgelici musti in aliud tempus infundenda reseruaretur: Iam verò à morte in vitam rediês Christus probè curauit, vt sensum & mentem ad Scripturas intelligendas discipulis aperiret: quanquam ne hæc quidem gratia illis donata ad Euangelij mysteria plenè percipienda altiúsque explicãda sufficeit. Nam & post acceptum Spiritum sanctum velut omnis sapientię fontem, quo mirabiliter illi & copioſè repleti fuerunt, nihilominus ad tractandas & componendas de fide controuersias inter se ipsi conferre, disquirere & consultare debebant. Adeò mirum nõ est, quæ ab Euangelistis & Apostolis dicuntur, siue clara, siue obscura videantur, in varios, peregrinos, distortos sæpè sensus abripi, multísque per omnes Ecclesiæ ætates offendiculo esse. Quam ob rem Petrus Apostolus queritur, etiam suo seculo non defuisse, qui & Paulinis epistolis, & aliis diuinis literis pernicioſè abuterentur, nimirùm quòd Scriptura, sicut Paulus ex Dauide subnonet, mensa illis esset in laqueum, & in captionem, & in scandalum. Quales verò Christus ad populum habuit conciones? certè in parabolis, vt Marcus ostendit, omnia diſeruit, easque paucis tantùm discipulis velut ad regni mysteria capienda aptioribus secretò patefecit, nimirùm vt sicut Euangelista testatur, videntes viderent & non viderent, audientes verò aúdirent & non intelligerent. Vbi non repetam ex [a] Augustino multum in ea re vtilitatis esse positum, quod plurimæ maximæque difficultates in arcanis literis & doctis & indoctis obiiciantur. AC veriſſimè dixit Hieronymus: Vir qui eruditus fuerit in Scripturis, quanto plus scire cœperit, tanto ei in his quotidiè oritur maior obscuritas.] Idque confirmat etiam illis verbis [b] Ecclesiastes: Cuncta tentaui in sapientia, dixi, sapiens efficiar: & ipsa longius recessit à me, multò magis quàm erat. Tùm idem Hieronymus ex Canticis tractans illud: En ipse stat post parietem nostrum, sapienter [c] admonet, post parietẽ latere, verbum esse in Scriptura non intellectum, nisi ab his, qui inter Ecclesiasticæ domus parietes se continent, simúlque charitatem nuptialem vestem tenent. Vnde consentaneum est prorsus, in Scripturis explicandis non modo veteres, sed huius etiã temporis Sectarios sæpè ac grauiter necessariòque labi, partim quòd profugi domum illam relinquãt, in qua sola Christi spiritus veritatem Euangelicam docet, quódque domus huius parietes ac muros, Apostolorum nempè, Patrúmque traditiones & institutа, velut feræ quædam syluestres, hostili impetu subruere, & prorsus dissipare moliantur, partim quòd sinceræ charitatis experres, nimiúmque cupiditatis & contentionis amantes, Christi vestem inconsutilem, hoc est, vnitatem Ecclesiasticam nefarie dissuant atque discindant. Hoc verò ab illis núcfit maxime, qui suum & priuatum in Scripturis sensum communi Patrum iudicio anteponunt, neque solùm à præsentis, sed etiam à veteris Ecclesiæ amabili societate secessionem nefariam faciunt, homines interim animales, spiritum non habentes, illusores, murmuratores, querulosi, quemadmodum Iudas Apostolus eiusmodi Sectarios scite depinxit, vt propria vox est Orthodoxi: Catholicus sum, nolo esse Hæreticus: melius est mihi in hoc seculo mori, quam alicuius priuati potentia dominante castam veritatis virginitatem corrumpere, vt Hilarius grauissimè dixit.

QVONIAM vero pestilens, & tamen communis hic error est Nouatorum, imo fons plurimorum simul & maximorum errorum, Scripturam Canonicam nulli non facilem, obuiam & luculentam facere, quódque audaces homines seipsos illius Iudices superbe constituant, operæ me precium facturum puto, si ad finem huius capitis repetam, quæ Picus Mirandulanus longe doctissimus nostri seculi princeps alicubi scripsit, & exemplis in rem præsentem perspicue demonstrauit. Hinc omnes, *furor*, inquit, hæreses pullularunt, dum scilicet aliqui non

[a] *Lib. contra Constantium Augustum.*

In auditum est in Ecclesia Mariam virginitatis proposito carnifex, quum Ioseph desponderetur.

Mariæ virginitas à veteribus abundè propugnata.

[a] *Cant. 1. in Matth.* [b] *contra Antidicharef. 78.* [c] *De Inum. Christi ge nerat.* [d] *Cõtra Heluid. & in 1. ca. Matth.* [e] *Lib. 10. epi. 79. 81. Et lib 2. in Luc.* [f] *Ad Quodvult deum.* [g] *In vita Barlaam, & lib. 4. de fide orthodoxa. ca. 15.* [h] *Hom. 8. supra Leuit.* [i] *Li. 3. contra hæres. ca. 26.* [k] *In epistola ad Philip.*

Non fuisse opus vt de Mariæ propositum clarius loqueretur Euangelista. Scriptura etiã doctos exercet ob multas & graues in ipsa difficultates. Apostolorum exemplũ, nos admonet in Christi & Scripturæ verbis multã inesse difficultatem atque obscuritatem.

Iosue. 16. Matth. 9.

Luc. 24.

Actor. 2. 10. 15. Galat. 2.

[a] *Iohan. 10.*

[b] *Matth. 1.*

Hæretici suis exemplis proponunt quam facile sit ac periculo sum ex Scripturis filiã fallere.

[c] *Rom. 5.*

[d] *Rom. 7.*

[e] *Iacob. 10.*

non tàm profunditatem sensus introspiciebant, quã quod cortex verborum Euangelicorum sonet attendebant. Hinc Arrius [a] audiens, Pater maior me est: Patrem credidit esse maiorem Filio, & Filium dixit esse creaturam. Hinc Heluidius audiẽs, [b] quod Ioseph non cognouit Mariam, donec peperit primogenitũ suum, attendens potiùs vim Grammaticalem illius dictionis, quàm veritatem sensus Euãgelici, de perpetua Mariæ virginitate dubitauit. Hinc Marcion [c] illud Pauli legens, Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum, credidit legem Moysi esse malam, & à malo principio iuxta Manichæum. Et Basilides [d] illud legens: Ego aliquando sine lege viuebam, credidit animam Pauli in alio corpore aliquando vixisse. Hinc Eunomius [e] audiens Christum respondentem Iudæis accusantibus eum, quod se diceret Filium Dei, scriptũ esse & illud: Ego dixi Dij estis & filij excelsi omnes, rem potiùs dictam, & id quod secundum & respõsum est attendens, quàm intentionem & propositum respondentis, credidit eo modo Christum Filium Dei dici, quo & quilibet sanctus dicitur Dei Filius. Similiter & hæc propositio: [f] Illam diem neque filius nouit, multis fuit occasio credendi, plura intelligere Patrem quàm credat Filius: quùm tamen alia sit latentis sensus veritas. Possem infinitas similes propositiones adducere ex canone Scripturarum. Et ideò benè dixit Hilarius: Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Et Gregorius inquit: Plerunque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. Et Hieronymus super Epistolam ad Galatas testatur, non in verbis Scripturarum esse Euangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum foliis, sed in radice rationis.] Verùm ex hoc diuerticulo in viam redeamus.

Apostolorum Petri & Pauli tempore noui Scriptores deprauatores Christi per quos obscurari loquitur. Pro diuitiis pura in nos illuminatio per spiritum.

[f] *Marc. 13.*

Non tam textus, quam sensus Scripturæ spectandus & vrgendus est.

CAPVT XII.

Quod Mariæ desponsatio perfectam eius virginitatem non imminuerit, & ad cœlibatus valeat commendationem, quantumuis noui reclament Euangelici.

MARIAE desponsationem cum Ioseph contractam, de qua tam multa hucusque diximus, aduersarij noui haud grauatim admittunt, ne clarissimã Euangelij lucem defugere videãtur. Cæterum vt more suo tergiuersentur, eiusmodi desponsationem ad sacri cœlibatus institutum, fauorem, cõmendationem & cultum referre prohibent, ne tàm insignis Mariæ continentia vllis aliis vel prosit, vel seruiat. Vbi bis quidem in Mariam peccant, tùm quòd illi mentis adimant virginitatem, quoniam in carnalem, vt dicunt, copulam consensit: tũ quòd eius desponsationem sic interpretentur, vt ea sola ad coniugij, non autem cœlibatus confirmationem valere referríque debeat. Quomodo igitur vera illa & perfecta sempérque laudanda Virgo censeatur, quæ corpore tantùm, & non mente, quam inprimis Deus respicit, suam retinuit virginitatem? Hieronymus enim hanc definitionem, aut acceptam potius à Paulo descriptionem virginis tradit, sanctam esse illam corpore & spiritu, quia nihil prosit carnem habere virginem, si mente quis nupserit.] Vnde alibi quoque docet: Nonnullæ sunt virgines carne, non spiritu, quarum corpus integrum est, & anima corrupta. Sed illa virginitas hostia Christi est, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculauit.] Quid verò de nostra Virgine Augustinus? Sola, inquit, Maria, vt spiritu & corpore & mater, & virgo, & mater Christi, & virgo Christi.] quam præterea Deo dicatam virginem vocat, adeóque ex ipsis Euangelij verbis euidenter ostendit. Tùm Ambrosius Mariam non solùm corpore, sed & mente virginem perspicue proponit, quæ nullo doli ambitu sincerum adulterarit affectum, & in qua corporis ipsa species simulachrum fuerit mentis, & figura probitatis. Quid enim nobilius Dei matre? quid splendidius ea, quam splendor elegit? quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generauit?] Reliqua id genus multa & præclara veterum dicta non attinet repetere, quùm in hoc argumento alibi simus valdè copiosi, & res ipsa sit luculentior, quàm vt noua egeat probatione. Laterem igitur lauant, vt dici solet, qui hanc veritatis lucem obscurant, debitúmque tantæ Virgini splẽdorem atque principatum si non eripere, at certè quidem labefactare contendunt. Ac tanta profectò istorum est temeritas & audacia, vt parum absit, qui Saram Hebræam virginem, quæ posteà Tobiæ nupsit, Mariæ exæquent, aut etiam anteponant. Fuit enim eiusmodi Saræ plana confessio: Tu scis Domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia. Et hactenus quidem Mariam fuisse virginem, eámque præcellentem, eximiam, primariam & incomparabilem, quod anteà pluribus monstrauimus, obiter repetiuisse sat est.

Nouatores Mariã & eius virginitatem duplici nomine malè vexant.

Mariam à Patribus vere perfectéque virginem defendi.

Quæ virgo dicatur Hieronymo.

Lib. aduersus Heluidium.

Et in Epistolã ad Ephesios.

Lib. 1. aduersus Iouinian.

Lib. de sancta virginitate c. 6. 4.

Et de virginibus. Et lib. de institu. virginum. c.

Tob. 3.

Sectarij Saræ virginem Mariæ anteferre videntur.

Quod Maria viro desponsata etiã virginitatis est cõmendatio nec ad solam coniugij cõmendationem pertinet.

Hom. de humana Christi generat.

Grat. in pauperum amore.

Et orat. in Christi nati natiuitate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex virgine nasci, vt & procreationem honore affi- A
ciat, & virginitatem honore præferat. Qua de re quum sæpè multúmque moneant Patres, vt euidentissimum alibi fecimus, inscitè profectò & præposterè nobis, adeóque toti antiquitati reclamant, [a] Zuinglius, Pellicanus, Bucerus, [b] Maior, & quotquòt hos errantes duces in eadem via sequuntur. Etenim ad sacri cœlibatus iniuriam hoc Mariæ detorquent exemplum, illúdque ad solum coniugium cohonestandum astringunt, quod Christus Dominus de matre despõsata nasci voluerit. Vbi nos matrimonio sancto nihil volumus esse detractum, sed cum Hieronymo ingenuè profitemur: Hæreticorũ est damnare coniugia, & Dei spernere conditionẽ. Ecclesia matrimonia non damnat, sed subiicit: nec abiicit, sed dispensat.] Igitur honorabiles nuptias B
& thorum immaculatum, sicut à Paulo didicimus, aduersus Marcionitas, Manichæos & Encratitas constanter docemus atque defendimus: quin è septem Ecclesiæ Sacramentis hoc etiam vnum & magnum, & sanctum esse fidelibus vnà cum [c] Florentina & [d] Tridentina Synodo palàm pronunciamus. Cæterùm de Christo ex virgine nato, déque illius matre, quæ & virgo permansit, ingenuè dicimus, quod ambo non minus virginitatem quàm coniugium nobis confirmauerint: ille quidem, dum per portam clausam in mundum hunc veniens, virgineum in matre pudorem mirabiliter conseruauit & auxit: hæc verò dum sub lege virginitatem amplexa omnem viri consuetudinem sibi prorsus interdixit, vt Gregorius Nyssenus comprobat, dúmque viro desponsata, per omnem deinde vitam purissimum exegit cœlibatum: Hinc illa præclara Hieronymi vox: Christus virgo & Maria virgo, vtriusque sexus virginitatem dedicauere. Habeant nuptæ suum tempus & titulum: mihi virginitas in Maria dedicatur & Christo.] Tùm idem alibi de Christo testatur, quod statim super terram ingressus nouam sibi familiam instituerit, vt qui ab Angelis adorabatur in cælo, etiam Angelos in terris haberet. Qui rursus ad Demetriadem de Christo scribit: quasi author virginitatis & princeps loquitur confidenter: Ego flos campi & lilium conuallium.] Sed enim ne solus Hieronymus, quem isti suspectum virginitatis præconem esse fingunt, hoc modo sensisse videatur, aliorum quoque Patrum firma testimonia, quæ immodicos coniugij iactatores, vanósque sacri cœlibatus obtrectatores verberent, bona fide subiiciemus. Ex his præterea liquidò constabit, primordia Euangelicæ, dicam & Angelicæ virtutis, quæ virginitatis nomine continetur, præcipuè ad Christum Dominum, & secundùm illum ad Deiparam iam olim relata esse, ac nunc etiam referri oportere.

Gregorius ille Nazianzenus, qui præceptor Hieronymi fuit, primúsque post Ioannem Apostolum Theologi nomine meruit insignire, in hunc modũ perspicuè docet: Quùm vigebat lex & vmbræ, & tẽporarij cultus, tunc primas quoque ferebãt nuptiæ, velut adhuc pueriles, minúsque adultæ. At postquã se subduxit Litera, Spiritúsque illius locum subiit, Christúsque Virgine quoad carnẽ progressus, supplicio affectus est: tùm verò fulsit cœlibatus mundum contrahens.] atque alio rursus in loco: Christus quùm propter nos procreatos procreandus esset, ex Virgine procreatur, virginitatem lege præscribens, vt hinc abducentem ac mundum contrahentem, præsentem nimirùm ad futurum.] Ac fortassis nonnullis mirum videatur, quod hoc loco adfert Gregorius, virginitatẽ à Christo lege præscribi, qui certè nullum de illa præceptũ, sicut & Paulus fatetur, tradidit. Sciebat hoc vtique tantus Theologus, legis nomine vniuersim complectens, quod Christus partim exemplo verbóque suo, partim Apostolorum doctrina credentes suos ad sanctæ virginitatis studium incitauit, & hinc nouam & insuetam quasi pugnandi vincendique viam ostendit. Igitur idem Gregorius hoc alibi quoque scriptum reliquit. Ex Virgine nascitur Christus, vt virginitatis leges sanciret. Postquam Christus ex Virgine processit, tùm effulsit castimonia.] Hoc est, quod testatur & Athanasius, Christum inter alia, quæ mirificè in terris patrauit, communem hominum opinionem sustulisse, qui putabant in carne hac fragili præstari non posse virtutem virginitatis, eiúsque seruandæ authorem seipsum præbuisse. Tũ Ambrosius quum proposuisset: Quid est castitas virginalis, nisi expers contagionis integritas? confestim adiecit: Atque eius authorem quem possumus existimare, nisi immaculatum Dei filium, cuius caro non vidit corruptionem, diuinitas nõ est experta contagionem? Christus ante virginem, Christus ex virgine, Christus Virgo virginis sponsus, & si dici potest, Christus virgineæ castitatis.] Sed & dictis Patribus antiquior Origenes Christum laudat, in quo primitiæ appareant virginitatis, quique hoc tãdem perfecerit, vt multò plures & excellentiores C
Christianis quàm Ethnicis virgines supperant: vnde apud Athenienses quidem vix vnicum Pontificẽ inuentum esse, qui non nisi oblitis cicuta virilibus, potuerit cupiditatibus masculis imperare, vt sacris castè operaretur. His planè suffragatur Cyrillus Hierosolymitanus: Adoretur, inquit, qui de Virgine natus Christus, & agnoscant virgines sui status vel dignitatis coronam. Agnoscat eorum ordo & institutum, qui vitam solitariam agunt, castitatis gloriam, neque enim priuamur castitatis dignitate. In ventre enim Virginis fuit nouem mensium tempore Seruator.] Equidem non video, quid clarius ac grauius possit desiderari, vt omnes intelligant, Christi virginis exemplum mortalibus imitandum proponi, & hinc excitari cœlibes, vt institui sui dignitatem tanto authore consecratã pluris faciant, purioremque in tota vita conseruent. Igitur & Augustinus Christum virginibus imitandum ob oculos ponit, vt hunc Agnum quocunque ierit, cordis & carnis virginitate sequantur. Nec veretur alicubi dicere: Ipse Christus puer natus est, exultent pueri continentiam vouentes puero.] Damascenus verò planissimè docet: Christus virginitatis gloria non modò ex Patre sine initio, & sine duorum concursu genitus, sed & homo secundum nos factus, super nos ex Virgine sine alieno consortio incarnatus est: & ipse virginitatem veram & perfectam esse, in seipso demonstrauit. Vnde hanc nobis legem nõ statuit (Non enim omnes capiunt verbum hoc, vt ipse dixit) sed opere nos erudiuit, & ad illam nos confirmauit.] Possem id genus plura ex Bernardo referre, si præfractis aduersariis quicquam sufficeret, vt Christi Domini factum & exemplum ad cœlibatum commendandum fidelibúsque imitandam quicquam habere põderis faterentur. Verùm quod semper

[a] Videhorũ trium commentarios in 1. cap. Matt.
[b] In explicatione in Euangeliũ de festo Annum. Ex 1. aduersus Iouinianum.
Tuendã ecclesia coniugium sed sine iniuria cœlibatus.
Hebr. 13.
[c] Sub Eugenio quarto d Session. 4.
Christus in aduentu suo nõ minus virginitatem atque coniugium cõmendauit.
De sancta Christi natiuitate. Lib. contra Iouinianum in Epist. ad Eustochium de custodia virginit.
In Epist. de seruanda virginitate.
Christus & Maria virginitatem vtriusque sexus primũ consecrarunt.
In exhortat. ad virginem.
Patrum testimonia, qui Christum virginitatis principe & authorem prædicãt
Orat. in laudem Basilij.

Nouatores ad uersus Patrũ sententiam coniugium solum vrgent per Mariæ desponsationem.

Nouatores ad uersus Patrũ sententiam coniugium solum vrgent per Mariæ desponsationem.

semper docuit, & ex verbo Dei probauit antiquitas, ex patre Luthero nati sectarij modò recipere dedignantur, Christi nimirùm & Sanctorum virtutes ac opera non solum prædicari & extolli, sed etiam ad exemplum nobis conuerti oportere. Qua de re alibi plura disseruimus.

Ad Mariam porrò redeamus, & Patrum sensa inuestigemus, eámne sic virginem in Euangelio describi asserant, quæ compluribus ad coniugium incundum, paucis verò aut nullis ad cœlibatum amplectendum debeat esse incitamento? En igitur tibi peruetustum illum Ecclesiæ scriptorem [a] Origenem, hæc diserte pronunciantem: Arbitror rationi consentaneum esse, vitilis quidem puritatis in castitate primitias fuisse Iesum, muliebris verò Mariã. Non enim plausibile est, alij præter hanc virginitatis primitias adscribere.] Quid autem Ambrosius, frequens Origenis imitator? nónne palàm de Maria [b] testatur, quòd virginitatis incentiuum attulerit, imò quod sacræ virginitatis signum extulerit, & intemeratæ virginitatis pium Christo vexillum leuarit? Omnes, inquit, ad cultum virginitatis sanctæ Mariæ adnocantur exemplo. Sed & [c] Epiphanius Euangelicæ virginitatis initium ad Deiparã refert, eámque principem virginitatis appellat, in cuius nomen, vel vt alij legunt, exemplum suam vitam virgines componere, & castitatem seruare consueuerint. [d] Augustini clarissima vox est: A Maria cœpit dignitas virginum.] Affirmat & Beda, inter fœminas primam esse Mariam, quæ gloriosissimũ virginitatis munus obtulerit Deo. Hinc præclara illa, nullísque seculis abolenda epitheta, quæ soli Mariæ tribuere par est, sicut & maximi doctissimíque Theologi tribuerunt. [e] Ambrosius eam virginitatis magistram, [f] Nazianzenus virginum lumen, [g] Epiphanius virginitatis principem, [h] Sophronius perfectionis virginalis exemplum, [i] Damascenus reginam, matrem & gloriam virginum, [k] Isidorus virginum caput, [l] Bernardus virginitatis primiceriam, [m] Idiota virginitatis primipilam, [n] Giselbertus ac vniuersa demùm Ecclesia Virginem virginum luculenter appellat. Quid multis? semper id credidit, semper docuit atque confirmauit antiquitas, quod apud Damascenum legimus, Christum virorum virginem, Mariam verò fœminarũ caput esse: hinc porrò agmina virorum & puellarum sanctarum talibus ducibus perpetua continentia, sese confirmãtium, in Ecclesia pullulare. Quibus planè consonat [o] Isidorus, in hæc verba scribens: Quantum pertinet ad vetus testamentum, Elias & Hieremias & Daniel castitatis & continentiæ bonum primi constituisse dignoscuntur. Quantum verò ad nouum, virorum virginum caput est Christus: fœminarum virginum caput est Maria, ipsa earum autrix, ipsa mater nostri capitis, qui est virginis filius & virginũ sponsus. Inde agmina virorum & puellarum sanctarum: inde sectatores & sectatrices perpetuæ cõtinentiæ pullulauerunt, apperitum libidinis castigantes, nec solùm in corpore, sed etiam in ipsa cõcupiscentiæ radice castrantes, cælestem vitam, angelicámque in terrena mortalitate meditantes, atque in carne corruptibili incorruptionem perpetuam retinentes, quibus cedit omnis fœcunditas carnis, omnis pudicitia coniugalis.] Quocircà nisi valde simus ingrati, immortalem his duobus principibus Christo & Mariæ debemus gratiam, qui

Patrũ sententiæ de Maria virgine pr interpe matre & magistra.
Vt Christus suos sic Maria virginitatis viam castitatis primum ostendit ac muniit.
Maria signum castæ sacræ virginitatis.
Maria Principes virginitatis.
Maria prima munus gloriosæ virginitatis obtulit Deo.
Patres epithetis virginitati Mariæ tributa
Christus virorum, Maria fœminarũ virginum caput.
Nemam est Christo & Mariæ gratias referre, quod nobis apertam viam faciæ virginitatis.

[a] In cap. 13. Matt.
[b] Li. de instit. virginis ca. 5.
[c] Contra Anthromarianitas. cap. 78.
[d] Tractatu in Euangel. Ioan. Euc. 2.
[e] De nativit. virginis c. 6.
[f] In carmine de Christo & Herod. 78 contra Antidicomarianitas.
[g] Homil. de Assum. virginis.
[h] In Epiphan.
[i] Li. de Ecclesiasticis officiis. cap. 17.
[k] Serm. de B. Virgine. Sagittã magnum.
[l] In rantenditione de B. Virgine
[m] In elucida. Speculo & Ecclesiæ.
[n] Libr. de officiis eccles.
[o] Libr. de ortu & obitu Patrum. cap. 71. Matth. Serm. 1. de natiuit. Mariæ. Ho. in natali Agnetis.

Ro indignam facere lectorios, Christi & Mariæ matris exemplo ad sacri cœlibatus iniuriam abutentes. Christus multis modis virginitatẽ nobis & Ecclesiæ cõmendauit.

A quùm totus mundus detestandis flagitiis, variisque libidinum sordibus inuolutus, imò Venerea turpitudine vndique coopertus, mirèque conspurcatus & non secus quàm iumentum in stercore computrescens iaceret, hanc nouæ puritatis viam, quam ne sperare quidem orbis poterat, mortalibus aperuerunt atque muniuerunt. Sic demùm effectum est, vt quæ virtus inuisa priùs, & horrida Iudæis, Ethnicis vero humanas vires excedere putabatur, ea Christianis, præsertim qui secundum spiritum Dei sapiunt ac ambulant, pulchra, & plana, & iucunda, nec solum fructuosa, sed & honorifica facta sit.

Rem igitur pudendam, pitsque omnibus execrandam faciunt nouatores, qui proposiũ Christi ac Mariæ, quod laudari satis non potest exemplũ, non tàm inscitè quàm malignè deprauant, illóque B
sacrum deprimunt Cœlibatum, ac solum coniugiũ efferunt, licet Patres, vt diximus, contrariam prorsus viam demonstrarint. Vbi non leuiter sanè in Christum Dominum peccant, cuius aduentum mentem, exemplum si ritè considerarent, longè rectius cum dictis Patribus philosopharentur. Is de summo cælo veniens non aliud quàm virginei pudoris templum elegit, ũbique dedicauit, & de Virgine natus, tanquàm sponsus de thalomo penitus incorrupto, id est, virginis vtero in orbem processit, matrémque Virginem non sine miraculo conseruauit. Is hominis, id est, Virginis filius dici, virgineísque manibus puer tractari, & in templo primum sese Iudæis offerre decreuit. Is non modò virginitatem summam tota vita coluit, sed de illa etiã palàm docuit, ad illam credentes incitauit, eiúsque C
gratia Ioannem præcursorem, & alterum Euangelistam habuit chariorem. Is moriturus matrem Virginem nõ nisi discipulo Virgini de cruce ipsa commendauit. Is vt ardẽtissimam erga nos suum declararet animum, toti Ecclesiæ tanquàm adamatæ Virgini se fidum sponsum ostendit ac præbuit. Is nullibi magis quàm inter castissimos Virginum choros velut inter candidissima lilia totus ipse candidus floridúsque versatur & pascitur. Is demum amplissima præmia his proposuit atque decreuit, qui virginalis pudicitiæ florem ad ipsius honorem & offerunt & seruant immaculatum. Quod si Patres audire delectat, hic vnigenitus Dei filius, vt Fulgẽtius loquitur, vnigenitus etiam est Virginis Filius, vnus omnium sacrarum Virginum sponsus, sanctæ virginitatis fructus, decus & munus, quem corporaliter D
sancta virginitas peperit, cui spiritualiter sancta virginitas fœcundatur, vt perseueret intacta: à quo decoratur, vt permaneat pulchra: à quo coronatur, vt regnet perenniter gloriosa.] Hic ipse est, sicut Guericus Filius, sponsus & corona virginum, flos ille quo coronanda est non solum integritas virginum, sed & castitas continentium.] Hic, inquam, amabilis ille virginum sponsus, de quo tàm sanctè, quã ingenuè Agnes virgo verè sapiẽs, & Mariæ pedissequa, vt vocat Maximus hunc in modum gloriatur: Cuius mater Virgo est, cuius pater fœminã nescit, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem sol & luna miratur: quem quum amauero casta sum: quum tetigero munda sum, quum accepero Virgo sum.] quemadmodum Ambrosius ab eadem Agnete dicit fuisse tradit. Agnetem dico beatam & illustrẽ Martyrem, omnium gentium literis atque linguis cele-

Matt. 19.
Ioan. 19.
Matt. 22. et 25
Cantic. 2. & 6.
Esa. 56.
Apoc. 14.
Epi. 3. ad Tre bam.
Agnes Mariæ pedissequa dicta.
Ser. 1. de natiuit. Mariæ.
Quã celebris virgo & Martyr Agnes.
Agnetis virg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bratam, quæ virginitatem vitæ prætulit, aut ab Hieronymo dictum est, ætatem vicit & tyrannũ, titulúmque castitatis martyrio consecrauit.] Ea demum suo perfecit exẽplo, vt Augusti filia Constantia, multæque virgines aliæ Romanæ in hoc sancto vitæ instituto integrè & illibatè perseuerarent.

Ad Domitiadem de virginitate seruanda.

Neque solùm in Christum, sed in eius quoque Matrem nouatores delinquunt, quùm & Domini consilium in eligenda sibi Matre, quæ Virgo esset desponsa, & huius propositum, quæ virginitatem deserere statuisset, falsò interpretantur. Errant præterea, quod sine iudicio negent ad sacri cœlibatus cõmẽdationem & dignitatem pertinere id, quod à regina & principe Virgine tàm sanctè ac prouidè factum, de illa dilucidè scriptũ, & in Ecclesia hucusque laudatum fuit, semperque laudabitur. Hinc iamvelut fumus ac somnium, istorum euanescit cõmentatio, qui contra omnium veterum sententiam atque morem, Mariæ factum & exemplum eò detorquent, vt virginitatem sacrúmque cœlibatum imperetere audeant ac labefactare. Hoc vt exemplis quibusdam fiat euidentius, Zuuinglium hæresiarcham inducam, qui Virginem ad rescindendum castitatis votum sollicitans, hac illam voce nec sobria, nec pudica compellat. *Quod Maria, perpetuo mansit Virgo, ne tu trahas temere in exemplum, quod imitari velis, nisi singulari quadam reuelatione ad id vocata & electa. Inter omnes mortales hanc vnam ad hoc elegit, vt casto intactóque corpore Christum Filium Dei gestaret, & Mater esset sine virginitatis & castitatis iactura. Hoc nobis respiciendum erit & videndum, vt debito tempore matrimonio nos iungamus, nisi certi simus aliud Deum nobis statuisse.*]

Nouatorum in Mariæ virginitatem petulantia.

In explica. 1. c. Matth.

Quim impurè Zuuinglius Pellicanus, & Bucerus docẽant de Mariæ virginitate.

Et rursus: *Ne dicas Christus non duxit vxorem, ergo nec ego ducam, Nequeunim est similis ratio.* Deinde si Conrandum Pellicanum legas, non minor in eo, quàm in Zuuinglio, apparet petulantia, quando hæc verba impudenter euomit: *Voluit Dominus desponsatam esse suam Matrem ad coniugij sanctimoniam cõmendandam quã non est alia castitas hominipossibilis maior, & hominibus etiam sanctis vtilior, nisi vti prædictũ est, specialis Dei gratia & vocatio locum habere certo scitur. Fugiendus potius docetur cœlibatus, nisi ad commodius Domino seruiendum & proximos, à Domino vocemur ad eundem, quum lex & institutio Dei palam habeatur in contrarium, qua mares patres, fœminas instituit esse debere matres familias, vt pericula gratia vitentur, & hypocrisis non laudetur.*]

In epistola quadam Tract. 1. cæ. Matt.

In cæ. 12. Matt.

Cũ his planè consentit Bucerus, cuius oratio summatim eò spectat, quod Christus cœlebs vixit, & mater eius Virgo seruata est, id nostri quidem causa factum esse, sed ad exemplum quod imitetur, non esse cuiquam facilè trahendum. Imò graues & temeritatis & arrogantiæ pœnas illum iure dicit pendere, qui amplectitur cœlibatum, cuius præceptum nullum, & exempla rarissima comperiantur.

Cuius generis doctores fuerint Sectarii supradicti.

Verum hic in primis meminerit Lector, à quibus authoribus hæc egregia scilicet commenta proficiscantur, ab his nempe, quorum genus describens Hieronymus dixit: Raro hæreticus diligit castitatẽ, & quicunque amare pudicitiam se simulant, venenato ore mella promittunt. Cæterùm iuxta Apostolum, quæ secretè agunt, turpe est & dicere.] Id quod Apostolus quùm de aliis Hæreticis, tùm de Nicolaitis, Gnosticis atque id genus obscœnis magistris, sicut ex Epiphanio discimus, accipi maximè voluit. Rursus verò Hieronymus: Difficile est, inquit, sine re vxoria Euangelici ministri & magistri esse non possunt, nos duo duntaxat Ecclesiæ lumina, Chrysostomum & Athanasium, licet innumeri suppetant Patres, horum Pseudoeuangelicorum vesaniæ opponemus. Prior igitur clarè pronunciat, virginitatem veteribus grauem atque tremendam, Christianis verò leuem ac expeditam esse, quam vel teneræ puellæ facilem ducant, vt eius gratia mortem quoque aspernentur. Posterior autem (Athanasium loquor) in hunc modum scribit: Quis hominum vel post mortem, vel in vita author seruandæ virginitatis fuit? ac non contra arbitratus est eam virtutem præstari non posse?] Vbi de illorum hominum persuasione sermo est, qui dominicum præcesserunt aduentum, siue apud Iudæos, siue apud Ethnicos philosopharentur. Quum verò Christum virginitatis authorem fecisset Athanasius, tantum illum valuisse docet, vt pueri nondum maturi legum disciplinæ, virginitatem, quæ supra legem sit, profiterentur. Ac iterum alibi: Inter cætera, inquit, dona sua largitus est nouum summis viribus incumbentes, vt Euangelicam libertatem in carnis licentiam atque luxuriam possint conuertere, omnibusque commendare. Nec infeliciter quidem in hoc studio profecerunt, qui adeò secundum carnem viuunt & sapiunt, vt partim Iudæis, partim Ethnicis de castitate disputantibus non paulo & hebetiores & impuriores esse videantur. Etenim nec virtus illis, nec ratio, nec honestas, nec philosophia, nec ipse quidem rerum vsus persuadere poterit, vt cœlibatum Christianis possibilem, congruentem ac decorum esse fateantur. Sed horum stupiditatem refellunt Essæi, genere quidem Iudæi, voluptatis autem omnis mirifici contemptores, qui nec ducunt vxores, & castitatem tamen perpetuam seruant, ac vitam præterea religiosam traducunt, sicut de illis [a] Porphyrius, [b] Iosephus & [c] Eusebius memoriæ prodiderunt. Retundit illos quoque philosophorum princeps [d] Plato, quum Ictum Tarentinum, Crissum, Astilum, Diopompum, aliosque plures commendat, qui robur animi simul temperantia compararunt, & voluptates virtute continentiæ superarunt, vt nec fœminam sibi attingendam putarent. Hesiodus felicem vocat expertem coniugij: nam & liber lectus optimus, vt antiquitas dixit. Ictus Tarentinus athleta nobilis toto vitæ tempore, vt palestricis ludis esset accommodatior, cum Venere nihil voluit habere commune. Diogenes Tragœdus ab vxoris congressu perpetuo abstinuit. Euripides mulierum odio nunquam non conflagrauit, Xenocrates Philosophus quam raræ & firmæ continentiæ fuit? vt de Epicuro interim taceam: qui coitum etiam reprehendit, sicut ex eius sententiis, quas κυριας, id est, principales vocauit, deprehendimus, & Clemens Alexandrinus obiter, sed prætermisso authoris nomine, insinuauit. Hos ergo suis velut coloribus depingit Apostolus Petrus, quum nouos falsosque Doctores sub mundi finem venturos prædicit, qui sint serui corruptionis, ac aliis tamen libertatem promittant, quique superba vanitatis loquentes, populum pelliciant in desideriis carnis. Et multi inquit, sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur.

Ephesi. 5. Hæres. 30. Leontius. Leo Papa. Præcipuè etiam ex monachis nostra ætate nostro tempore voluerunt.

Quam Bucerus malitiosè imputet nostris autoribus, ostenditur ex ipsius contextu.

Iudæi ac Ethnici satis docẽt exemplis falsitatẽ eorũ quod hoc euangelium tradit de impossibili castitate piorũ.

a Lib. 4. de abstinendo à carnibus. b Lib. 1. belli Iudaici. c. 7. c Lib. 8. de præparatione Euangelica cap. 4. d Lib. 6. de legibus. Lege prologo. Epicap. 10.

In cæ. 5. de consti. non tantæ autoritatis quàm nouus.

Quicunque verò isti confingant, qui sine coitu, sine re vxoria Euangelici ministri & magistri esse non possunt, nos duo duntaxat Ecclesiæ lumina, Chrysostomum & Athanasium, licet innumeri suppetant Patres, horum Pseudoeuangelicorum vesaniæ opponemus. Prior igitur clarè pronunciat, virginitatem veteribus grauem atque tremendam, Christianis verò leuem ac expeditam esse, quam vel teneræ puellæ facilem ducant, vt eius gratia mortem quoque aspernentur. Posterior autem (Athanasium loquor) in hunc modum scribit: Quis hominum vel post mortem, vel in vita author seruandæ virginitatis fuit? ac non contra arbitratus est eam virtutem præstari non posse?] Vbi de illorum hominum persuasione sermo est, qui dominicum præcesserunt aduentum, siue apud Iudæos, siue apud Ethnicos philosopharentur. Quum verò Christum virginitatis authorem fecisset Athanasius, tantum illum valuisse docet, vt pueri nondum maturi legum disciplinæ, virginitatem, quæ supra legem sit, profiterentur. Ac iterum alibi: Inter cætera, inquit, dona sua largitus est nouum

Athanasius & Chrisostomus cum nouatorum sententia pugnare.

Hæm. 9. de sacramentis.

Lib. de humanæ. verbi.

Virginitas Christianis non difficilis, vt Ethnicis quondam.

Singulare donum in Ecclesia virginitas, atque multis concessum per Christi gratiã.

bis in virginitate exempla angelicę sanctitatis. Certè puellas ea virtute præditas sponsas Christi, Catholica Ecclesia solita est appellare, quas Ethnici conspectas, vt templum Verbi, admiratione prosequuntur. Nusquam enim alibi sanctum illud & cæleste virginitatis mandatum, nisi duntaxat apud nos Christianos, feliciter adimpletur. Atque in eo magnum documentum est, planè apud nos veram esse religionem. Has reliquis omnibus beatæ memoriæ religiosissimus pater tuus Constantinus Augustus in precio habuit, & tua religiositas sæpius in scriptis suis preciosas atque sanctas nominauit.] Hæc verè Magnus ille Athanasius ad Constantium Imperatorem scribit, non suum modo, sed etiam Ecclesiæ de virginitate iudicium grauiter proponens & explicans. Authorem illius non alium quam Christum prædicat, qui inter alia miracula virginitatem orbi potuit persuadere. Hanc virtutem eiusque possessionem Christianorum propriam valdeque vsitatam esse: quæ insuper angelicæ sanctitatis indicium præ se ferat: quę Catholicæ religionis argumentum & nota sit, res in Ecclesia venerabilis, quam non solum Imperatores, sed etiam ethnici demirentur. Nostri verò aduersarij, velut omnem pudoris & pietatis sensum simul amisissent, vt iam nihil è sacris attingam, Patrum authoritatem, Principum iudicia, orbis testimonium, experientiæ certitudinem in re tanta contemnunt, dum decantatissimo virginitatis instituto clam & palam obtrectant, ipsosque barbaros ineptiendo vincunt, qui tum in suis, tum in Christianis vtriusque sexus sacerdotibus cœlibatum olim plurimum venerabantur. Certè à veteribus Ebionitis haud ita multum distant, apud quos virginitas & continentia, vt Epiphanius tradit, erat interdicta. At verò Iouiniani spiritum & ingenium referunt planè, qui aduersus virginitatem disputando tantum olim Romæ profecit, vt quibusdam sanctimonialibus etiam ætate prouectis nuptias persuaserit: sacras enim virgines & fideles coniuges meritis apud Deum æquales faciebat, quemadmodum [a] Hieronymus & [b] Augustinus perspicuè docent. An verò Iouiniani non vincit insaniam, qui matrimonium cœlibatui anteponit, & homines ad coitum diuino quodam iure astrictos & coactos, ad cœlibatum verò, etiamsi velint, inhabiles ac impotentes audet affirmare? Castitatem enim rarissimam, fereque miraculum, & supra humanam omnino facultatem esse: coniunctionem verò maris & fœminæ perinde ac cibum, potum & somnum requiri, neque magis hominem castè viuere, quam sexum mutare posse: matrimonium summam esse religionem, adeoque spirituallissimum statum, quo Paulus omnes velit obstrictos qui difficilem sibi cœlibatum sentiunt. Hæc tam fœda quã falsa, imò absurda, quæ hoc loco refutare nõ attinet, scripsit & docuit sæpè Lutherus, cuius & isthæc est Cynica oratio: *Nemo hominum ad continentiã creatus est, sed omnes vna ad generandam sobolẽ conditi sumus, & ad matrimonij tolerandas miserias.* Qui præterea de seipso prudendum, & multis horrẽdum testimoniũ edidit, ne mundus ignoret deploratũ carnis macipium suo ipsius iudicio fuisse Lutherũ. Sic enim, ne subantem porcum ignoremus, de se ille pronunciauit: *Vt non est in meis viribus situm, vt vir non sim: tam non est mei iuris, vt absque muliere sim.* O miram sapiẽtiam, non à Patre luminum descendentem, quæ pri-

In Apologia ad Imperatorem Constantium.

Obseruãda in verbis Athanasij de laude virginitatis.

Nouatores cum Ebionitis conspirãt, aduersus virginitatẽ, Sectarij confirmãt nunc errorem Iouiniani. Lutherus Iouiniano deterior in sacro cœlibatu oppugnando.

Hæres. 30. cõtra Ebion.

a In li contra Iouinianum. b Lib. de hæresibus c. 82.

In caput 7. 1. ad Cor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum quidem pudica est, sed terrenam, animalem, diabolicam, vt Iacobus dixit. Ac ne dubitaremus, Lutherum antiquo Iouiniano, qui Christianorum Epicurus dicebatur, & cœlebs tamen vixit, esse salaciorem, monachus idem & sacerdos nonnam ac monialium præfectam, in pellicem sibi delegit, asciuit, seruauit, in cuius impurissimis amplexibus ad vitę finem vsque iaceret, ex qua multos etiam liberos procrearet. Sed enim iactent, defendant, sectentur hoc sui principis exemplum sectarij, quos ego quidem Iouis & Veneris spurcissimorum deorum potius, quam Christi Domini & Mariæ Virginis in hac virtute æmulatores atque cultores videri posse censeo. Vni Luthero fidem orbis habebit scilicet, vt Christianorum Cæsarum probatæ iam olim leges euilescant, quibus sacratum virginum corruptores capitali supplicio plectuntur atque castigatur. Nisi fortasse huic magistro tantum tribuet stulta posteritas, nullam vt sacris canonibus reuerentiam præbeat, qui professionis monasticę perfidos violatores atque apostatas à sacris arcent, ac pro sacrilegis damnant. Atque vt maximè sibi suisque symmistis votorum vincula perrumpenda permittat Lutherus, non tamen Apostolicum decretũ eluder, quo secundis nuptiis copulati, votoque castitatis obstricti, si ad incœstas nuptias prouolarint, à sacro ministerio abiguntur. Verum ô ter miseram Germaniam nostram, quæ densis ex tenebris ad lucem Euangelicam emergere, & diuinitus tandem illustrari nõ potuit, nisi Luthero apostolo restituenda seruaretur atque committeretur. Luthero, inquam, cuius fides, precatio, pietas adeò languit, vt ad munus Apostolicum obeundum quotidiano Veneris exercitio indigeret. An huic Thomas verus ille Christi Apostolus, non valdè dissimilis fuit? qui præter Ioannem & Iacobum virgines, prout Epiphanius admonet, se ipsum regni cælestis gratia sponte castrauit, perpetuamque seruauit continentiam, vt idcirco apud Abdiam hoc bona fide testetur: Tu Domine annunciasti me tuum esse: propter quod vxorem non accepi, vt tibi totus vacarem, ne templi tui gratiam vel coniugalis vsus copula minueret, vel consuetudo decerperet.] Quis ergo nõ miretur, non in Luthero solum, sed in aliis etiam ministris Euangelicis, qui se purioris doctrinę professores ac vindices modo iactãt, summam Apostolicæ castitatis cerni penuriam, tantamque carnis rebellionẽ vigere, vt illi nec Apostolico consilio, nec Euangelicæ functioni, nec vitæ suæ commoditati locum concedant, & ab vxorculis sese abstineant, quas multi ob leuiores etiã causas aut non ducunt, aut ductas quidem nollent? De Gnosticis apud Epiphanium legimus, tàm ingratam illis & inuisam virginitatem olim fuisse, vt continentes haberent ludibrio, ac vanũ illorum in cœlibatu studium aspernarentur, Quàm multos ergo Gnosticos, Deus bone, hæc nostra protrudit ætas, quibus non modò frustraneus, sed & cum graui noxa cõiunctus labor existimatur, si quis lasciuientis carnis petulantiam vi quadam refrenat, sanctæque continentiæ sibi necessitatẽ imponit, vt spado Euangelicus esse possit? Verum alibi nos pluribus sanctam tuebimur castitatem, vt opus non sit lõgius nunc persequi iampridem damnatam sobolem Iouiniani, cui monacho simul & monstro, vt Augustinus loquitur, Ecclesia fidelissime ac fortissime restitit. Ego verò iustum & admirandum Dei iudicium esse auguror, istos nouæ Sinagogæ fabricatores hac cælesti vltione plecti, vt virginitatem, continentiam, abstinentiam, vota, id est, singularia veteris Ecclesię monumenta, ornamenta, robora negligant, spernant, fugiant abiiciantque. Cur verò Euangelici homines, quibus non nisi Christi gloria & ardor Spiritus cordi esse debebat, cur, inquam, Euangelicam virtutem non docent, non admirantur, non colunt: sed potius de seruanda virginitate desperant, aliosque desperare iubent, non solum hoc insigni Dei dono, quod in plurimis olim eluxit, sed etiã vera in Deum fide vacui, tantumque carni & luxuriæ dediti, vt à Venere se abstinere miseri timidi, effœminati nec possint, nec audeant? Vnde sicut cũ piis hac in parte nihil habere commune volunt: ita cum filiis seculi belle sese coniungunt, edentes, bibentes, nubentes, ac nuptui tradentes, quousque tandem Christi Iudicis aduẽtus, veluti cataclysmus quidã, malè securos occupet, ac ter infelices de medio tollat. Ofactũ benè certa, vti credo, diuini numinis dispẽsatione, vt & suę & alienæ impudicitię patroni de Maria virginitatis & castitatis omnis principe nec optimè sentiant, nec satis castè pureque loquantur.

Lutheri ad incœstas nuptias prouolantis exemplũ nullo modo excusari, vel laudari posse.

In hist. Tripartit. li. 7. c. 4. & l. 8. Si quis non deam vapere. C. De episc. & cleric.

Vide Canones Conciliorum apud Gratianum 27. q. 1. & 25 quæst. 2.

1. Timoth. 3. & 5.

Lutherus Germaniæ restituendæ haudquaquã Apostolus à Deo datus atque missus.

Thomas Apostolus longè aliter quã Lutherus, in studio cultuque castitatis.

Contra Ebionæos haref. 30.

In vita Thomæ Apostoli.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Mariæ sponsum Ioseph à singulari prudentia, iustitia, sanctitate & castitate merito commendari. Tùm quæ consideranda sint circa Ioseph & Mariæ conuictum familiarem.

Tractatio & defensio Ioseph à præsenti loco non aliena.

QVANDOQVIDEM in Mariana historia versamur, & Iosephi crebro meminisse debemus, non alienum fuerit, huius etiam sanctissimi viri, cuius in Euangelio laus est, mores inquirere, & illius honorem contra Sectarios vindicare. Nam & Maria sponsa, quam nos ornandam suscepimus, hoc postulare videtur, vt de sponso eius Deo hominibusq; dilecto, & laudatione nõ exigua digno, nonnihil agamus. Et hactenus quidẽ de hoc eximio vereque nobili viro inter doctos conuenit, quod è regia progenie Dauid, vt & antea demõstrauimus, originẽ duxerit, quodq; non sine magna Dei prouidẽtia, & quidem, vt veteres testantur, à Sacerdotibus ad sponsalia cum Maria Virgine contrahẽda delectus fuerit & ascitus. Quod si [a] Epiphanio, imò Matthæo Apostolo credimus, Ioseph hic patrem habuit Iacob, vtpotè naturalem, sicut & Heli legalẽ, pluribus vt explicat [b] Damascenus: magnus inter viros, fidelis moribus, ipsaq; specie pius Epiphanio appellatus. Verum durat adhuc controuersia, fuerit ne ille tunc confirmata ætate iuuenis, vt ad fa-

*Ioseph a Gerson. Ioseph à Dionysio Carthus. Ioseph à Bonauentura. Ioseph à Bernardino de Busto. Ioseph à Iacobo de Voragine. Ioseph à Iacobo Iuuenale. Ioseph à Iacobo Bonfrerio. Ioseph à Iacobo Pontacio. Ioseph à Iacobo Tirino. Ioseph à Cornelio Iansenio. Ioseph à Cornelio à Lapide. Ioseph à Francisco Ribera. Ioseph à Francisco Suarez. Ioseph à Gabriele Vasquez. Ioseph à Gregorio de Valentia. Ioseph à Gregorio Martino. Ioseph à Ioanne Maldonato. Ioseph à Ioanne Mariana. Ioseph à Ioanne Salazar. Ioseph à Ioanne Tanner. Ioseph à Ioanne Vicecomite. Ioseph à Leonardo Lessio. Ioseph à Martino Delrio. Ioseph à Nicolao Serario. Ioseph à Paulo Aresio. Ioseph à Petro Canisio. Ioseph à Petro Gregorio Tholosano. Ioseph à Petro Ribadeneira. Ioseph à Petro Rodericio. Ioseph à Petro Vrsino. Ioseph à Roberto Bellarmino. Ioseph à Sebastiano Barradio. Ioseph à Thoma Sanchez. Ioseph à Thoma Stapletono. Ioseph à Thoma Tamburino. Ioseph à Thoma Valentia. Ioseph à Thoma Zumel. Ioseph à Tolosa. Ioseph à Vega. Ioseph à Vincentio Filliucio. Ioseph à Vincentio Hilario. Ioseph à Vincentio Ludouico Gotti. Ioseph à Vincentio Ribera. Ioseph à Vincentio Strambi. Ioseph à Vincentio Thamburino. Ioseph à Vincentio Vgonio. Ioseph à Vrbano Regio. Ioseph à Vrbano Vallensi. Ioseph à Zacharia Pasqualigo. Ioseph à Zacharia Pontio. Ioseph à Zacharia Tornamira. Ioseph à Zacharia Visconti. Ioseph à Zacharia Zachario. Ioseph à Zacharia Zanchio. Ioseph à Zacharia Zanecchio. Ioseph à Zacharia Zanetino. Ioseph à Zacharia Zanettino. Ioseph à Zacharia Zanettino. Ioseph à Zacharia Zanett

Universidad de Deusto
Biblioteca

occulte dimittere, nevidelicet diuortij causa inquireretur, exigeretur ratio.] Nec reiicit tamen Bernardus illorum opinionem, qui putant Ioseph, sicut hominem, de Mariæ integritate dubitasse, & quia iustum, ab eius conuictu abhorruisse, ne in legem peccaret, si fornicariæ adhæreret, ac simul pium extitisse, vt quam diutius domi retinere non auderet, occulte potius dimitteret, quam apertè incusando traduceret, ac vulgo infamem redderet. Quocirca hoc Ioseph exemplum, sicut singularem eius viri modestiam ac probitatē arguit, si priorem sensum amplectamur, sic ad Mariam quoque commendandam pertinet, vtpotè quam vir sanctus eo etiam tēpore, quum Domini Matrem ignoraret, tanti fecerit, & cuius contubernium ob insignem virtutis illius excellentiam reformidarit.

Qualē se Ioseph in vita præstiterit.

CÆTERVM siue Ioseph pro spōsa, siue, vt Bernardus existimat, pro domina, Domini sui Matrem habuerit atq; tractarit, sui ille perpetuo similis vtique vixit, vt coram Deo, & hominibus irreprehensibilis, vereque iustus & germanus Dauidis esset filius, non mente minus quam genere nobilis, qui à patre suo Dauid nihil degeneraret, cui tanquam alteri Dauid, incerta & occulta sapiētiæ suæ summus Deus manifestaret, qui propterea diuinis reuelationibus in sua procuratione rebusq; gerendis crebrò illustrabatur. Præclara & illa est Iosephi commendatio: Christi Domini regenerationem quæ instar longæ scalæ cælos attingentis dormienti Iacob demonstrabatur, ab Euangelista Matthæo ita contexi, vt per Ioseph ad Christum perueniatur, ipseq; omnium Dominus eidē Ioseph tanquā supremo scalæ gradui, vt Rupertum sequar, inniti quodammodo videatur. An non, inquit, illi beato innixus est, quando pupillus in hoc seculo, id est, absque carnali patre natus, solatio eius cum puerpera matre sustentari dignatus est?] Ad hæc Ioseph nomen præclarum nullique mortalium communicandum, vt Christi Pater & vir Marię in Euangelio appelletur, accepit: nec dubium, quin vtroque titulo & honore dignum se præstiterit, adeo iustus & æquitatis amās vt sanctissimæ Virgini nuncium mallet remittere, quam alieno peccato, quod metuebat, vt quidā sentiunt, consensum, fauorem, aut patrocinium vllum præbere. legique diuinæ minus satisfacere. Præterea quis facilè verbis assequatur, quam ille solers, fidus, impiger ac sedulus in officio fuerit, quū semel hoc munus diuinitus iniunctum suscepisset, vt tātæ matris curator domesticus, tantique filij, imò & Saluatoris sui pater, nutritius foret? Quibus autem oculis vir bonus & sapiēs Mariam simul & Christum frequenter aspexit? Quanta illum non solum inuasit admiratio, sed etiam voluptas sancta cōpleuit, quū admirabilium Dei mysteriorum testis domesticus, & pro mille vnus adesset? Certè Lucas indicat, illū super his que de puero Iesu dicebantur, cum Maria esse miratum. Quid si præterea, vt est probabile sanè, cum eadem Virgine de sacris multum sæpeque contulit, & in Spiritu sancto subinde suauiter, vt senex iustus ille Simeon, exultauit, & exultando in laudes diuinas erupit? Quo magis ille Dominum Iesum amabat, satis autem dulcissimum puerū amare, & amando complecti non poterat, eò sanè tulit acerbius, suamque & Mariæ sortem tristius deplorauit, quum rantum suum & sponsæ communem thesaurum ab Herode ad exitium quæri, ab Israëlitis negligi, ab Ægyptiis contemni, à paucissimis curari animaduertit. Nec sine acerbo mœrore Christū puerum in Ægyptum adduxit, illicque profugum & exulem ægrè aluit, magis etiam sese discrucians, quum duodennem puerum toto ttiduo amissum, & studiosè perquisitum, vix tandem in templo recuperauit.

Ioseph à Christi genealogia summam laudem accepit.

Gen. 28.

Li. 3. de diuinis officiis cap. 28.

Ioseph hebrisi pater & Mariæ coniunx præcæteris dictus.

Ioseph suscepto diuinitus muneri egregiè satisfecit.

Quomodo se Ioseph erga Christū parum gesserit.

Quid Ioseph cum Maria sibi commune habuerit.

Lucæ 2.

Ibidem.

AN non varias ille curas, & ærumnas ingentes exantlauit, quum tanta rei familiaris angustia premeretur, vt neque Mariæ puerperę, neque Christo infantulo ea, quæ vellet ac conuenire putaret, vlla ex parte posset subministrare? Nocte monitus de imminente tyrannide Herodiana, quam impigrè surrexit? quomodo confestim se ad iter accinxit? non domum, non patriam, non amicos & consanguineos excusare, non rei familiaris & pecuniæ ad iter longum necessariæ penuriam spectare voluit, sed monenti per Angelum Deo relictis omnibus e vestigio sibi parēdum, & magni patris Abrahæ, quū & ipse ad peregrinationem subeundam vrgeretur, exemplum imitandum esse duxit: Iam verò quos ille dolores & angores non pertulit, siue domi inter Israëlitas, siue foris apud exteros & impios versaretur? præsertim in exilio tam calamitoso, quam diu apud Ægyptios exulauit, septem verò annos exulasse scribit Anselmus, & summam rerum vicissitudinem, neque minorem egestatem expertus est. Quid hæc & illuc profugere coactus, haud sine metu periculoque magno certam sibi sedem quæsiuit, quod sicut antea sub Herode immanissimo Rege, sic hic intentus maximè, & postea sub eius filio non optimo Archelao, nihil satis tutum sibi polliceri posset, vt charissima pignora suæ fidei concredita, securè & commodè conseruaret. Has varias aliasque plures molestias, cruces, ærumnas æquissimo ille animo tulit, neque seipsum tantum, sed & Virginem Matrem in tot rebus aduersis curisque quotidianis studuit consolari: nec dubium, quin præsentem Dei virtutem & incredibilem animi fortitudinem gaudiumque verè spirituale in tanta rerum vicissitudine subinde persentiret, iure vt suo cum Propheta diceret: Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lætificauerūt animam meā. Nam certò vtique intelligebat, se familiamq; suam innocentē, non fortuito aut vulgari more, sed propter Christum tot calamitatibus & molestiis obiici, Deum ęternum ita velle, vt multis ipse durisque modis, velut aurum in igne probatum, exercitaretur, magisque splenderet vulnere Virtus. Postremò an non raræ & eximiæ cuiusdam probitatis specimen edidit, quum sponsæ tumentem vterum, & indubitata conceptus indicia cerneret, præsens verò & latens in Virgine mysterium ignoraret? Sed ne tum quidem ille cum vxore expostularet, neq; vetum vllum commutaret, non apud affines quereretur, nec zelotypia discruciaretur, non in ius iret, neve dum ad pœnam vocaret raperetque coniugem: suos æstus duntaxat intra se vir modestissimus premit, secumque in animo de secreto faciendo diuortio meditatur, quandoquidem sub lege viuens, supra legem philosophabatur. Vnde Chrysostomus virtum illum in omnibus præclarum, ac omnigena virtute insignitum nominat, qui ea quę patris iussit, ex mandato diuino præstiterit Christo, ac supra legem sapuerit, meditationi Prophetarum semper inhærens, quem idcirco iustum dixerit Euangelista.

VERVM-

Quomodo iustè Ioseph nouatores agnoscant & deserti-bant.

Gen. 7. Ii. 7. cap. 4.

Iust. Iustelius in 1. cap. Matth.

In explicat. Matth.

Refutatio Sarcerianī commenti.

Ioseph vt Abraham, nō fide tantum, sed & operibus iustus atque iustificatus.

Iacob 1. Rom. 2.

Genes. 7. Exod. 14. Exo. 18.

Iosue 3. 1. Reg. 26.

Psalm. 118. Isa. 1. cap. 40.

a Li. de parad. cap. 5. b In 2. cap. Psalm. 100. c Li. de beatitudinibus. Adeo Scripturis placet iustitia tantum ex operibus & imputata contra Scripturę Patrumque sententiam. d Ser. 35. in primis verbis. e Homil. 22. in Matth. f In 2. cap. Matth. g Homil. 2. super illos, ego baptizo. h In 1. cap. Luc. 1. de

VERVM enimuerò hanc Iosephi commendationem aut negant, aut obscurant Nouatores, ne perfectæ iustitiæ laudem illi tribuere & assignare cogantur. Notant igitur Centuriatores, iustum illum à Matthæo dici, sed pro ciuiliter iusto aut honesto viro. Quasi verò inter Socratem & Ioseph, inter Apollonium & Noë, inter Simeonem & Aristidem parum aut nihil interslt. Nam & illud præclarum de Ioannis Baptistæ parentibus longè probatissimis eulogium: Erant ambo iusti ante Deum, ad iustitiam suam imputatiuam, quæ vera iustitia non est peruerse detorquent. Victorinus & Chytræus sic Ioseph iustum dici volunt, vt iustitia duntaxat particularis intelligatur. Lossius iustum fuisse fingit à iustitia inchoata erga legem, perinde ac si proficientem & perfectam aliquam iustitiam nec voluerit, nec potuerit assequi. Postremò, *iustus erat Ioseph coram Deo imputatorie, non meritorie*, vti notat Sarcerius. Sed hic etiam à via procul aberrat, nec scopum vel mentem attingit Euangelistæ, qui Ioseph iustum ab ipso facto studuit comprobare, quoniam vt sponsæ grauidæ parceret, quam accusare atque infamare poterat, occultum diuortium piè meditatur. Verus igitur Abrahæ filius fuit, cui non solum fides ad iustitiam reputabatur, sed qui suam fidem benefactis etiam consummabat, nec sola fide iustificabatur. Vnde Iacobus factores operis, & Paulus factores legis asserit iustificari. Et sanè Scriptura propriè loquitur, quum toties de piorum præstanti & exacta iustitia, iustitiæque fructu & merito disserit, Deumque ipsum loquentem inducit: Te vidi iustum coram me in generatione hac. Si fuerint tres viri isti in medio eius Noë, Daniel & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum. Ac iterum de impio pœnitente, qui post conuersationem suam custodit omnia Dei præcepta, facitq; iudicium & iustitiam: Omnium iniquitatum eius quas operatus est, inquit, non recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, viuet. In quo sensu testatur quoque Ioannes. Omnis qui facit iustitiam, iustus est. Dauid verò: Dominus retribuet vnicuique secundum iustitiam suam & fidem. Qui Dauid de sua iustitia benè sibi conscius, dicere non verebatur: Feci iudicium & iustitiam, id est, prohibita vitaui, & mandata feci, sicut Victorinus ipse interpretatur, iustitiam hic intelligens vniuersalem, id est, obedientiam vniuersę legi Dei debitam, vt verbis eiusdem vtamur. Nec aliter sanè [a] Ambrosius, [b] Augustinus & [c] Gregorius Nyssenus, vt reliquos Patres omittam, de iustitia sentiunt atque docent. Tantum abest, eos in diuinis literis iustos celebrari, qui vt Nouatores fingunt, licet interne & coram Deo verè iniusti immundique manerent, nihilominus quoniam externe atque imputatiue iusti, nec in virtute vlla perfecti essent, iustitiæ titulo insigniuntur. Quanto rectius nos docet [d] Bernardus, iustitiam esse rationalis animæ perfectionem, aut sicut [e] Chrysostomus dixit, omnium mandatorum plenam custodiam, & hanc Iosepho competere, sicut [f] Euthymius etiam confitetur. Ante quos [g] Origenes tradidit, Iosephum in verbo, in facto, in legis consummatione iustum extitisse. Nec immeritò [h] Bernardus clarissimum Patriarcham Ioseph proponit, qui sancti patris Iacob sanctus valdeque charus fuit filius, & ob recusatum Dominæ stuprum laudem pudicitiæ amplissimam meruit. Huic nostrum Ioseph pulchrè confert, quum in vtroque pares & præclaræ virtutes eluceant, vtpotè fides, castitas, innocentia, iustitia prudentiaque. Sed Euangelicus hic Ioseph in eo admirabilior, quod Angelum præceptorem, & quidem frequenter habeat: quod Domini sui Matrem continentem, continens & ipse custodiat, tantumque thesaurum suę fidei concreditum accurate seruet: quod ante alios Messiam in carne præsentem tam iucunde contempletur tractetque familiariter: quod plenus itidem piis & sanctis affectibus, prophetica oracula mirabiliter impleri reipsa sentiat: quod demum præ aliis Prophetis & Regibus longè beatissimis tātam tamque multiplicem Messiæ gratiam, & prima Euangelij miracula coram deprehendat, lætisque oculis clarissimè intueatur.

Maria virg. Genes. 37. Genes. 39. Matth. 1, 2. Ioseph Marię virsimilis Ioseph Patriarcha, & eō etiā præstantior atque fortunatior.

SED Bernardi verba in Iosephi gratiam scripta, eaque memorabilia interseramus. Non est dubium, quin bonus & fidelis homo fuerit iste Ioseph, cui mater desponsata est Saluatoris. Fidelis, inquam, seruus & prudens, quem constituit Dominus suæ Matri solatium, suæ carnis nutritium, solum denique in terris magni consilij coadiutorem fidissimum. Huc accedit, quod dicitur fuisse de domo Dauid: verè de Regia stirpe descendit vir iste Ioseph nobilis genere, mente nobilior. Planè filius Dauid, non degenerans à patre suo Dauid: prorsus, inquam, filius Dauid non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed deuotione: quem tanquam alterum Dauid Dominus inuenit secundum cor suum, cui tutum committeret secretissimum atque sacratissimum sui cordis arcanum, cui tanquam alteri Dauid incerta & occulta sapientiæ suæ manifestauit: & dedit illi non ignarum esse mysterij, quod nemo principum huius seculi agnouit: cui denique datum est, quod multi Reges & Prophetę quum vellent videre, non viderunt: audire, & non audierunt: non solum videre & audire, sed etiā portare, deducere, amplecti, deosculari, & nutrire, & custodire.] Igitur meræ sunt Nouatorum præstigiæ, quibus ad veram & plenam Iosephi nostri iustitiam eleuandam ludificantur, ne quod res est, & vir tantus meretur, cum Patribus fateātur. Quod si adhuc viri huius iustitię obstrepent aduersari), concedāt saltem aliquid Camerario suo, cuius testimonio fuit hic Ioseph quoad vixit, vir optimus, integerrimus, sanctissimus, virginitatis Mariæ fidelissimus custos, sed & assiduus atque diligētissimus socius educationis & curæ filij Dei. At cauendum est interim sedulo, ne more stultorum dum euitamus Charybdim, in Scyllam fortè incidamus, hoc est, ne Iosephi iustitiam hic efferamus, vt Marię sanctimoniæ ac dignitati aliqua ex parte simus iniquiores. Scribit enim Franciscus Lampertus, nescio quem fanaticum hominem extitisse, qui Iosephum Mariæ anteponere non dubitaret: illi enim dormienti, huic verò vigilanti Angelum apparuisse: vt Euāgelistæ testantur. O ridiculum argumentū, quod seipsum vel tacentibus nobis euertit, vt inde contrarium, Mariam nempè sponsam Iosephi sponso præstare, multo rectius colligatur. Est enim amplius atq; commendabilius, vigilanti quam dormiēti homini Angelum apparere, maiusque proculdubio censeri meretur, quod Mariæ filius de Spiritu sancto nasciturus ab Archangelo gratulabundo ipsi

Hom. 2. de B. Virgine. Præclaram Bernardi testimonium de præcipuis Iosephi dotibus.

Ioseph verè filius Dauid.

Actor. 13.

Psalm. 50.

Luc. 10.

Libro de vita Christi.

Quantum Camerarius tribuat Iosepho.

Ioseph ita laudandus, vt suæ Mariæ laus nō imminuatur, neque sponsus huic sponsę præferatur.

In Prophet. Zach. c. 1. Mat. 1. & 2. Luce 1.

Mariæ dignitate illustrat, quòd ei vigilanti, non in somnis apparerat Angelus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virgini nũcietur, quam quod Ioseph anxio & dormienti rumor & sollicitudo ab Angelo quodam auferatur. Vnde sicut [a] Chrysostomus annotauit, doceri debuit virgo non in somnis, vt Ioseph, nõ per qualemcunque reuelationem, vt Zacharias, sed per apertissimam visionem.] Tum apud [b] Irenæum legimus: Danieli Angelus Gabriel exolutionem visionum fecit: hic autem est Archangelus Demiurgi, & hic idem Mariæ euangelizauit manifestum aduentum & incarnationem Christi.]

a Hom. 4. in Matth.

b Lib. 5. cap. 21.

VBI quæstio non leuis incidit, quam præterire non possumus, de Iosephi virginitate. Ac fatentur sanè docti omnes, & partim aduersus Ebionitas, partim contra Heluidianos accuratè defendunt, castum illum cum casta semper vixisse Virgine, ac in eo coniugio cœlibatum purum & integrum obseruasse. Vnde Chrysologus illum solo nomine Marię maritum, conscientia sponsum, testimonium castitatis, atque pudoris custodem appellat. A Gregorio dicitur integerrimæ custos virginitatis, & sponsus non in fœdus solenne coniugij, sed ad consortium communis habitationis ascitus. Cæterum præcipuæ disputationis cardo in eo versatur, an pudicus ille & castus semper manserit in cœlibatu? Qua de re scripsit Hieronymus, & Heluidium hac quidẽ oratione perstringit: Tu dicis Mariam Virginem non permansisse: ego mihi plus vendico, etiam ipsum Ioseph virginem fuisse per Mariam, vt ex virginali coniugio virgo filius nasceretur. Si enim in virum sanctum fornicatio non cadit, & aliam eum vxorẽ habuisse non scribitur, Mariæ autem quam putatus est habuisse, custos potius fuit quam maritus: relinquitur virginem eum mansisse cum Maria, qui pater Domini meruit appellari.] Quibus verbis testatum satis Hieronymus reddidit, non modo Mariã, sed Ioseph etiam cum illa mansisse virginem, & ex vtriusque coniunctione virginale coniugium, vnde Christus voluerit nasci, euasisse. Quare nullam aliã Ioseph præter Mariam coniugem habuit, nisi de tãto viro fingamus, quod malè castus duas simul vxores tenuerit, vel quod post Mariæ mortem superuixerit: id verò nullus, vt arbitror, vnquam existimauit. Sed neque ante Mariam vxor illi alia contigisse videtur, nisi fortasse Maria illa fuit, quæ ab Euangelistis mater Iacobi, Simonis & Ioseph, à quibusdã autem vxor Ioseph dicta est. Verum hanc Mariam [c] Hieronymus & [d] Beda Christi materteram, matrisque Domini sororem vocant, quæ cum aliis etiã mulieribus iuxta crucem Domini legitur astitisse. Hoc verò testimonium, quod ex Hieronymo citauimus, repetit & comprobat Rupertus Tuitiensis, vt eundem Iosephum virginem faciat, illique simul & Mariæ locum ex Canticis applicat: Dilectus pascitur inter lilia: has enim duas personas præ aliis rectè vocati & esse lilia, ob virginales nempè nuptias & castissimam cohabitationem. Nec solum Hieronymus, sed & Augustinus Ioseph Virginem asserere videtur, quando pro concione sic loquitur: Habet Ioseph cum Maria coniuge tua communem virginitatem membrorum: quia de virgineis membris virtus nascitur Angelorum. Sit Maria sponsa Christi in carne sua, virginitate seruata: sis autem & tu pater Christi cura castitatis & honorificentia virginitatis, vt de virgineis mẽbris genitricis, seculis Christianis nulla sit zelotypia.] Ac paulo post: Gaude itaque Ioseph, nimiumque congaude virginitati

Matth. 28.

c In 28. cap. Matth. d In cap. 15. Marci. In cap. 1. Matth.

Serm. 175.

Homil. 26. & 27.

Hieronymi sententia Ioseph cum Maria Virgo permansit.

Serm. 33. de natiuitate Domini.

Eiusdem Augusti testimonio Ioseph virgo permansit.

Testes pro Ioseph virginitate.

A Mariæ, qui solus meruisti virginalem affectum possidere coniugij: quia per meritum virginitatis ita separatus es à concubitu vxoris, vt pater dicaris Saluatoris.] Ac ne quisquam isthæc ad eam referat castitatem, quam Ioseph Mariæ cohabitando seruauit, nomen virginitatis & virginalis affectus adiunctum habemus. Beda & Alcuinus nihil habent obscuri, sed perpetuam Iosepho virginitatem deferũt, quum in hunc modum scribũt: Absque vllius scrupulo quæstionis scire & confiteri oportet, non tantum Dei genitricem, sed & beatissimum castitatis eius testem atque custodem Ioseph absque omni prorsus actione coniugali mansisse semper immunem.] Eandem sententiam tuetur [a] Hugo Victorinus, multiq; Theologi sequũtur, præsertim [b] Thomas & Gerson, vt recentiores omittam, qui non temerè contendunt, Iosephum vna cum sponsa sua in nuncupando & soluendo virginitatis voto perfectè conuenisse, diuino scilicet id numine prouidente, vt ad grande illud arcanum, quo njundi salus continebatur, virgini Mariæ talis socius adiungeretur, qui vt in omni vita, sic etiam in vera pudicitia illi concors atque conformis esset. Gersonis verba subiiciam: Vouit Maria virginitatem: vouit & ipse Ioseph secundum doctores, cui voto nõ repugnauit vera matrimonialis coniunctio, neq; corporum mutua trãslatio, in quo matrimonio præfuit fides atque Sacramentum.] Eidem igitur attribuit, quod bona conscientia & ipse testari potuerit. Tu scis Domine, quod nunquam concupiui fœminam, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia: vxorem autem cum timore tuo, nõ cum libidine mea consensi suscipere. Cur pura perfectaque Ioseph pudicitia non prædicetur, qui ipsius sponsam absque nuptiali affectu duxit ac tenuit, qui virgo virginem adiit atque seruauit, quiq; primus ex masculis in coniugij consortio coluit & coli posse docuit sanctum & integrum cœlibatum? Petrus demũ Damianus, qui nõ obscurus est Theologus, audacter affirmat, Ecclesiæ fidem in eo esse, vt non modo Deipara, verum etiam simulatus Domini pater atque nutricius Virgo habeatur.

a Lib. de nupt. & concupiscent. cap. 11.

b Thomas in 3. dist. 3. quæst. 1. art. 2. Gerson. tract. 13. de natiuitate Mariæ.

Ioseph virgo.

SVNT interim alij non modo recentiores, sed veteres etiam, qui adeò virginitatem Ioseph non agnoscunt, vt eum etiam Bigamum faciant, ac illorum parentem esse putent, qui fratres Domini in Euangelio nuncupantur. Probauit autem Aloysius Lippomanus, in hac opinione nonnihil esse incommodi, contrariam verò sententiam, quæ virginitatem Iosepho largitur, vt minus perplexam, sic Euangelicis etiam literis magis esse consentaneam censet. Ego de hac lite nolo mihi partes sumere iudicis, sed existimo tamen & tutius & candidius fore, si in hac ambigua doctorum concertatione eam sequamur sententiam, quæ diuinæ tum sapientiæ, tum bonitati maiorem laudem conciliat: hoc est, si arbitremur, non solum Ioanni virgini, sed & Iosepho virgini, Virginem Matrem peculiter commendatam traditamque fuisse. Sic enim cũ Gersone ratiocinabor: Si Dominus Matri suæ iam ætatis proiectæ nullum custodem nisi Virginem, Ioannem puta Euangelistam, adhibere curauit, quanto magis existimandum est, parem illi curam fuisse, vt eidem Matri in ætate adolescentiore de custode Virginæ prouideret? Nam & Filius IESVS non nisi in puritate virginali nasci voluit atque nutriri.

Ad Ioseph bigamum.

Hieronymi sententia de fratribus Domini.

Lib. aduersus Heluidium.

In cap. 12. Matth.

Centuriat. 1. lib. 3. cap. 10

Admirandum Ioseph Virginis.

triri. Quod si non virginitatis, ac certè quidem cœlibatus peculiarem & necessariam gratiam illi donauit Deus, ad suum munus legitimè obeundum, vt vellet numerum ac posset castè & securè cum Virgine casta domi forisque versari, & carnis illecebris, impurisque affectibus, qui ex viri fœmineque familiari coniuctu suboriuntur, omnino vacare, eoque rectius ad omnem vitæ vsum matri simul & filio inseruire. Quum verò sponsæ integerrimi castissimique mores accederent, illique sponso magis ac magis indies placerẽt, quis pius vel neget, vel dubitet, magnum illi calcar accessisse, vt lubenti animo sacræ coniugis imitaretur exemplum, & ex pari consensu propositum castitatis amplecteretur, adeoque interposita pacti votiq; religione firmaret? Vt hinc de illo Prudentius dixisse videatur.

A historiam & cum Marię cohabitationem semel sumus ingressi, libet inquam, obiter adiungere, quæ partim admiratione, partim imitatione, partim admonitione digna esse censeo. Admirandum est sane Virginis consilium, quæ postquam se suamque continentiam Deo dicauit, vt illi soli purissime deuotissimeque vacaret, mortali tamen viro nubere adeò non refugit, vt etiam celebratis, vt putant, nuptiis se sociam illi fideiter adiungat, & cum illo quotidie viuat. Quid enim si diuinitus edocta cognouit, virginitatis suæ decretum in ipso coniugio saluum ac integrum esse mansurum, vt diximus, atque adeo hoc suum coniugium & Iudæis & Christianis profuturum: illis quidem, vt minus offendãtur, præsentis matrimonij velut prætextu decepti, dum vulgare coniugiũ esse putant: his verò, vt eiusmodi continentis sponsi atque sponsæ coniunctionem magis suspiciant, ac in ipso etiam coniugio, si non perfecte, at aliqua saltẽ ex parte libentius æmulentur. Præclarum & illud magisque imitandum exemplum est, quo simul ad mansuetudinem, patientiam atque fiduciam excitamur, quod Maria si ritè consideramus, perpetuò sibi similis, & ad tacendum quam ad loquendum promptior, nulli hominum, non Zachariæ Prophetæ, non cognatis & amicis coniunctissimis, & ne Iosepho quidem sponso mysterium ab Angelo nunciatum & suo in vtero celebratum patefaciat. Igitur, vt intra summæ modestiæ terminos sese contineat, etiamsi haud sine molestia videret, cum manifesta signa cõceptus apparerent, sponsum hinc variis animi curis, suspicionibus, angoribus misere discrutiari, tamen innocẽtiæ suæ purgationem omnem prætermittit, ne scipsum alioquin prædicare videretur, si quod res erat fateri voluisset, se nempe de Spiritu sancto grauidã, & magni Messiæ Matrem electam, sicut Esaias esset vaticinatus. Adeò illa silẽtij tenax, & modestiæ omnis obseruans fuit, quæ licet famam suam in discrimen adduci, & sponsum haud leuiter offendi cerneret, tamen soli Deo sese permittit, ac illius prouidentiæ totius rei progressum exitumque secura committit. O viuam in Deum fidem, qualem in Israel non reperias: ô raram & columbinam in Virgine simplicitatem, quæ omnem mundi prudentiam vincit ac dissipat: ô excellentem Deo fidentis animi generositatem, qui patris Dauidis egregio præcepto pareret: Reuela, inquit, Domino viam tuam: & spera in eo, & ipse faciet. Vnde nec sua quidẽ spe Virgo sancta frustrata est, Deo causam eius fortunante per Angelum, qui non multo post è summo cælo missus, dormientem sponsum instruxit, instructum omni suspicione falsa liberauit, sponsamq; illi tanto chariorem, quanto integriorẽ reddidit. Quemadmodum enim Daniel diuinitus est excitatus, vt Susannæ falso accusatæ, & ad supplicium abductæ presentem opem adferret, ac obiectæ impuditiæ labem omnem abstergeret: ita munus Gabrielà Deo datũ est ad causam huius Virginis, ne quid maioris periculi silentio crearetur, apud Ioseph defendendi, omnemque fœdi criminis suspicionẽ depellendi. Rectè igitur Maria Susannæ à Chrysostomo comparatur, & in vtraque propheticum dictum impletur: Salus iustorum à Domino, & Protector eorum in tempore tribulationis, & adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & saluabit eos, quia speranerunt in eo. Quod verò arcanum Maria

nis instituendum quæ postdecretam virginitatẽ Ioseph viro se tradiderit atque commiserit.

Eiusdem Virginis imitandum exemplũ de arcano reticendo, & fiducia in Deũ coniiciendã.

Esai. 7.

Psal. 36.

Quantum Maria suo siletio certaque fiducia profecerit.

Daniel. 13.

Vt Susanna per Danielẽ sic Maria innocens per Angelũ infamiæ periculo liberataque dicatur.

Hom. in S. Susannam.

Psalm. 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

religioso & diuturno texit silentio, vt ne cum charissimis quidem communicaret, hoc demùm Elizabetha diuino afflata Spiritu propalauit, & in singularem Virginis matris laudem prodidit. Vbi primũ illa coacta sanctum rupit silentium, & laudem sibi oblatam repudians, in summi authoris commendationem se totam dulcissimè modulando profudit. *Luc. 1.*

Quibus in rebus Ioseph maximè imitandus nobis.

Sed & Mariæ sponsus Ioseph quoniam excellentibus virtutibus, vti docuimus, abundauit, omnibus ordinibus ad benè beateque viuendum iure proponatur. Illum si ducem sequimur, Matrem Domini suspiciemus, atque ob summam & multiplicé Dei gratiam illi collatam singulari semper honore prosequemur. Suo præterea exemplo nos admonet, vbique Christum in oculis ferre, circa illum præsertim in sacra Eucharistia præsentem tum reuerèter, tum accuratè versari, & sacras functiones officiosa sedulitate cohonestare. Rursus Ioseph egregiè docet, vt in sua quisq; vocatione Deo fideliter ministret, ac vtraque fortuna moderatè sic vtatur, ne rebus prosperis ad arrogantiam, vel tristibus molestisque casibus ad impatientiam abutatur.

Quomodo accipiendum, quòd Maria cum viro familiariter degat, ac vtriusque non metuat castitati.

Qvid verò isthuc obsecro, quod Maria cum Ioseph, Virgo sacra cum diuerso sexu tam viuit familiariter, vt à quotidiano viri conspectu domesticoque conuictu se minimè abstineat, sed illum & comitem, & socium in conuiuio continuum habeat? Is ducit illam in Ægyptum, & ab Ægypto reducit, soluisque cum sola tam longinquam, tam secretam conficit viam, vt Bernardi verbis vtamur. Quid isthuc, inquam? an vel admonitione, vel purgatione quadam non indiget, ne res in exemplum fortasse trahatur, & castitatem amantes sibi quoque licere putent, quod tunc Mariæ & Iosepho licuisse fatemur? Certè non licebat modo, sed decebat etiam, vt talis Virgo cum tali viro coniunctim familiariterque viueret, ac diuinæ voluntati satisfaceret, nullúque periculum in suo puro cœlibatu vereretur. Nec dubium prorsus, quin castissimus & sincerissimus amor ex mutuis illis vitæ communis officiis atque obsequiis magis magisque fuerit indies cõfirmatus, & ad commodiorem Christi pueri educationem magnum vsum & fructum attulerit. Quid autem illi metuerent, cuius incontinentiæ periculo subiacerent, tam firmis & solidis diuinæ gratiæ præsidiis communiti, vt lex carnis & effrenis concupiscentia sanctum & diuinum in illis amorem nulla ex parte imminueret atque labefactaret? De Ioseph sanè scribit Gerson, in hoc iusto & æquè casto viro peccati originalis fomitem vel extinctum, vel depressum fuisse, sed & prorsus decuisse, ne præstans Virginis forma, & cohabitatio familiaris, ipsum ad libidinem sollicitaret, ac aliqua ex parte commoueret, quem prætereà nonnulli in matris vtero sanctificatum appellant. Tum quidam ex Bonauenturę & aliorum sententia probant, quod licet eximiũ & admirabilem decorem Maria præ se ferret, nullũ tamen mortalium ex eius aspectu ad fœdam carnis concupiscentiam solitum incitari: ex illo enim venerando vultu & corpore diuinum aliquid, & virgineum frigidumque prodiisse rorem, qui ad impuritatem libidinemque omnem spectantium restinguendam & arcendam conferret, ac quasi virgines germinaret, aut certè quidem ad maiorem vitæ honestatem prouocaret.

Licebat & decebat Mariã cum Ioseph summam inire & alere familiaritatem.

Maria & Ioseph de continenti a seruãda securi.

Ser. 3. in vigilia natiui. Domini.

Ser. de natiu. Virginis Mariæ.

Ioseph data castitatis gratia specialis.

Ex aspectu & cõtactu Mariæ nullus vnquã ad libidinem incitatus.

Verum enimuerò haudquaquam licet, haudquaquam decet ac expedit, vt parem viuendi & cũ altero sexu habitandi libertatem nunc sibi permittant homines & illi præsertim, qui purum exigere cœlibatum, suamque saluam tueri continentiam semel in animum induxerunt. Etenim viri cũ muliere, adolescentis cum puella contubernium frequens & quotidianum quid aliud obsecro, quam aut manifestæ, aut occultę incontinentiæ, multumque suspectæ cohabitationis indiciũ præbet? Quid præterea inde consequi posset, nisi vt aut plerisque iusta detur obtrectationis occasio, aut facilem antiquus humani generis inimicus materiam deceptionis assumat, sicut Gregorius Magnus alicubi scribit. Habet hic sanè locum, quod dixit Salomon, & in hoc ipso argumento Basilius repetiuit: Nunquid potest homo abscondere ignem in sinum suum, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super pruinas, vt non comburantur plantæ eius? Quo igitur modo qui ignem attigerit statim aduritur, ita viri tactus & fœminæ sentit naturam suã, & diuersitatem sexus intelligit, [a] Hieronymo teste. Nam vt [b] Basilius quoque confirmat, grauis ac vehemens virorum erga fœminas viget cõcupiscentia, & masculinis corporibus est indita, vt non possit euelli, quæ nisi vi quadam opprimatur, pudorem omnem paulatim excutit, ipsumque iudicium & sanitatem mẽtis euertit. Hinc [c] vetus illa monialibus indicta, & à Concilio [d] Tridentino sancte confirmata, vt vocant, clausura est, ne vllus omnino accessus ad religiosas fœminas pateat, quæ mundo mortuę, vni Christo viuere, rebusque diuinis citra impedimentum operam dare assiduam debent. Hinc rursus tot Patrum præceptiones extant, [e] quibus grauissime cautum est, vt non modò virgines, quæ Christo nupserũt, ab omni sint virorum familiaritate remotæ, longeq; seiunctæ, verum etiam vt in ordine sacro constituti, vel cœlibatum professi nulla cum fœminis habeant commercia, nec illarum cohabitationẽ admittant, his duntaxat exceptis, de quibus praua non possit esse suspicio, quasq; sacrorum canonum censura permitiit. Præclarum est dictum [f] Gregorij Nazianzeni: Laudo fœminas, quas mares minimè norunt. Ex harum classe fortasse soror eiusdem [g] Gregorij Gorgonia fuit, quæ præ pudore virilis aspectus & manus, etiam in grauissimo morbo nullum medicum alium, quam Deum petiit atque tulit. Et canon est eiusdem [h] Gregorij ad piam omnẽ virginem pertinens: Virorum etiam castorum aspectum fuge, ne forsitan macula vulnereris, vel vulneres.] Quare [i] Augustinus Presbyter & Episcopus creatus, vt de illo Possidius refert, omnem omnium mulierum quamlibet alioquin honestarum & sanguine iunctarum conuictum respuit, aperteque docuit, nunquam debere fœminas cum Dei seruis etiã castissimis in vna manere domo, ne tali exemplo scandalum aliquod infirmioribus præberetur. Tum [k] Cyprianus communi multorum collegarum nomine prohibet, virgines cum masculis, non dico simul dormire, sed cohabitare ac viuere. Nec alio spectat vetus liber, siue Cypriani sit, cui passim adscribitur, siue Origenis, de singularitate Clericorũ, qui vitam eorundem à fœminarum consortio semotam exigit, firmisque rationibus probat. Idem argumentum tractat [l] Hieronymus, vbi de vitando suspecto contubernio epistolam integram scribit. Extant & graues [m] Chrysostomi admonitiones, ne

Virginitati & cœlibatui amantes hoc debent viduarum qui pietatis exemplo Ioseph Mariæ cohabitarunt.

a Li. 7. in Iob. & Lib. 11. epi. 40. ad Leb. de virginitate. Prouerb. 6.

b Ex Basilio Seleuciæ. cap. 5. & Ambros. Ex cod. Basil. cap. 53. & de Instit. virginum. Petr. Blesen. & Sedulius. cap. 5. & Vide Epi. 82. Ex Concil. Ancyran. sub Constantino Magno. cap. 17. & Concil. Gangren. cap. 2. & 3. & Concil. Laodicen. can. 27. & Concil. Nicen. can. 3. & Concil. Antioch. can. 24. & Concil. Carthag. 3. cap. 17. & Concil. Carthag. 4. cap. 98. & Concil. Aurel. 1. cap. 15. & Concil. Agathen. can. 19. & Concil. Aurel. 3. cap. 5. & Vide Epi. 82. Ex Concil. Carthag. 3. cap. 17. Ex Carth. 4. cap. 46.

c Concilium Cabilon. 2. cap. 63. & Concil. Turonense 2. cap. 17. & Concil. Aurel. 1. cap. 15. & Concil. Agathen. can. 19. & Concil. Aurel. 3. cap. 5. & Vide Epi. 82. Ex Concil. Carthag. 3. cap. 17. Ex Carth. 4. cap. 46.

d Sessione 25. cap. 5.

e Ex Concilio Gangrensi can. 2. & 3. & Concil. Laodicen. can. 27. & Concil. Nicen. can. 3. & Concil. Antioch. can. 24. & Concil. Carthag. 3. cap. 17. & Concil. Carthag. 4. cap. 46.

f In monostichis.

g In encomiũ Basilij.

h Li. de virg. c. 12. Et in Synodo Agathensi can. 10. Et cap. 39.

i Ex Possidio Calamensi Episcopo in vita Augustini.

k Li. de habitu virginum. & Epi. 62. ad Pudentianam.

l In epitaphio Nepotiani.

m Homil. de Anna. & Homil. 2. de Lazaro. & Homil. 3. de Lazaro. & Homil. 74. in Matth. & Homil. 3. de Anna. & Homil. 2. de Lazaro. & Homil. 3. de Lazaro.

Libro ad Laudem virginitatis. c. 6.

Libro de Gubernatoribus mulierculariũ quæ olim clericis cohabitabant.

a Quæst. 4. ad Antiochum. & Li. de verbis Isaiæ.

b Li. de virginitate.

Epist. ad Gregorium Presbyterum

c Concilium Cabilon. 2. cap. 63. & de Instit. virginum. Petr. Blesen. & Sedulius. cap. 5. & Vide Epi. 82. Ex Concil. Ancyran. sub Constantino Magno. cap. 17. & Concil. Carthag. 3. cap. 17. Ex Carth. 4. cap. 46.

d Li. de vera Virginit.

e In epitaphio Nepotiani.

f Li. de Velandis Virginib. Li. 3 pædagogica N.

Iob. 31.

Iob ab aspectu virginum sibi cauet.

Maria quomodo imitanda colentibus cœlibatum.

Mariam non temerè Almã dici ab Esaia

Esai. 7.

Silẽtium Mariæ virginibus obseruandum

cum viris habitent mulieres etiam συνείσακτοι, quas [a] Budæus cœlibatus socias vertit, antiquiores verò subintroductas & extraneas, vel canonicas aut regulares sunt interpretati, quoniam nec vxores, neque concubinæ, sed tertij cuiusdam generis erant fœminæ, quas Ecclesiastici homines non sobolis, nec libidinis gratia, sed pietatis studio aut certè prætextu domi secũ fouere solebant. Cuiusmodi mulierculârum, vt sic dicam, subintroductores à [b] Gregorio Nysseno hunc in modum depinguntur: Nomine duntaxat cœlibatum profitentes, à communi viuendi consuetudine non longè absunt, vtpotè qui non ventris solùm voluptati indulgeant, sed & cum fœminis apertè contubernij societatem habeant: hanc enim familiarem viuendi consuetudinem fraternæ cognationis nomine appellãt, honestiori scilicet vocabulo suam, quæ ad peiora procliuis est, mentem occultantes.] Vt idcirco mirum videri non debeat, horum licentiam à veteribus crebrò reprehendi, & hoc etiam [c] Siricij canone castigari: Fœminas, inquit, non alias esse patimur in domibus Clericorum, nisi tantum quas propter solas necessitudinum causas cum his habitare Synodus Nicæna permisit.] Ac Nicænæ quidem Synodi in præsenti causa meminit non modò Concilium Aquisgranense, quod sub Ludouico Cæsare habitũ fuit, verum etiam [d] Basilius Magnus, quum septuagenarium quendam Gregorium Presbyterum per epistolam corripit, quandoquidem introductã mulierem domi retineret, suumque factum tueri non erubesceret. Huic ille prudentissimè consulit, adeoque iniungit illud: Eiice eam à domo tua, & statue ipsam in monasterio: sit illa cum virginibus, & viri tibi seruiant, ne nomen Domini per vos blasphemetur.] Eandem Nicænæ Synodi legem Concilium Carthaginense confirmat, dum ipsa præcipit: Clericus cum extraneis mulieribus ne habitet.

Viros cohabitant: & Ste. aduersus eos, qui fouẽt sorores adoptiuas.

a In commẽt. linguæ græcæ li. 3. de virg. c. 2.

b Epist. 1. c. 12. Et in Synodo Agathensi can. 10. Et cap. 39.

c Concil. Carthag. 3. cap. 17. Et Carth. 4. cap. 46.

Quid quod adeò casta antiquitas, & antiqua maiorum castitas fuit, vt non solum promiscua virorum & mulierum monasteria simul & lauacra esse prohibuerit, sed etiam sacris in ædibus auditoria, quæ ad verbum Dei percipiendum ex vtroq; sexu constarent, vix permittenda putarit, quasi dedecorosum minusque tutum sit, viros & mulieres in templis præter ordinem commisceri. Ex Ambrosio certè intelligimus, quod suum locum in templo designatum, eumque tabulis separatum olim virgines obtinuerint. Indicat & [a] Chrysostomus, viros olim à mulieribus, quum in Ecclesia conuenirent, ligneis parietibus fuisse secretos: talemque separationem vtriusque sexus in templis exigit [b] Cyrillus Hierosolymitanus, ne studium salutis, inquit, sit occasio perditionis. Imò ex [c] Clemente Romano discimus, Apostolicum hoc esse institutum, vt viri à mulieribus, & virgines ab aliis seorsim in templo versentur. Vbi seueriorem adhuc præbet se [d] Basilius Magnus, eodem etiam vtero prognatos, id est, fratres & sorores admonens, vt cautè admodum inter se, nec sine metu quodam versentur, quòd familiaris illa consuetudo nimiaque confidentia, quæ non solum inter domesticos, sed etiam inter fratres & sorores extare solet, nonnunquam eo licentiæ prorumpat, vt exitus tristissimi consequantur. Exẽplo sit Amõ Dauidis filius, qui violata sorore Thamar, incœstum fœdissimum perpetrauit, hocque perpetuo dedecore suum nomẽ ac Dauidicam stirpem quantumuis illustrem commaculauit. Quid ergo mirum, Clerico maioribus, vt vocant, ordinibus initiato, illud ab Hieronymo præcipi? Omnes puellas & Virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Nec sub eodem tecto manſites, nec in præterita castitate confide. Nec sanctior Dauid, nec Salomone potes esse sapientior.] Imò verò si Tertulliano credimus: tam sancti viri est suffundi, si virginem viderit, quam sanctæ virginis, si à viro visa sit. Vnde monet etiam Clemens Alexandrinus: Videtur super omnia esse auersandus mulierum aspectus: non solum enim, si tangantur, sed etiam si spectẽtur, peccari potest, quæ maximè vitare oportet eos, qui rectè & sincere instituuntur.] Quæ omnia vir ille constantissimus Iob, si nobis adesset, facilè confirmaret, adeo mente oculisque castus, vt in suo etiam coniugio versans, bona fide testaretur: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

In epistola ad Nepotianum

Li. de Velandis Virginib. Li. 3 pædagogica N.

Iob. 31.

Iob ab aspectu virginum sibi cauet.

Atqve hæc satis de virginibus sacrique cœlibatus studiosis omnibus, vt quod Ioseph & Maria cum laude fecerunt, sibi, si sequantur, vitio vertendum esse norint: adeò plena periculi res est, tales cũ diuerso sexu magnam & assiduam inire ac alere familiaritatem. Habent interim alia, quæ rectius in hoc vtroque coniuge contemplentur, adeoque sibi imitanda proponant, in Maria potissimum, quæ colendi puri cœlibatus pulcherrimum semperq; memorandum præbet exemplum. Adiit virginem Gabriel, sed quâ domi solam, & ocio haud dubie sancto vacantem offendit, & quæ ad Angeli occursum expauit, quasi virum, quem non solebat, aspiceret, & ab omni viri tum aspectu, tum colloquio esset aliena. Hinc Alma quoque ab Esaia dicitur, hoc est, virgo aspectibus hominum abscondita & secreta, probatæque prorsus pudicitiæ, & de cuius integritate nulla vel suspicio, vel dubitatio iure concipereturi: tã sedulo vel domi ipsa manebat, vel à parentibus custodiebatur. Sic enim hanc vocẽ Hebræam non solum [e] Hieronymus, sed & [f] Galatinus interpretatur. Nunc audi peritum pię Virginis formatorem. [g] Imiteturque Mariam, quam Gabriel solam in cubiculo reperit: & ideo forsitan timore perterrita est quia virum quem non solebat, aspexit.] Neq; sunt dissimilia, quæ ab Ambrosio ad institutionem virginum adseruntur: his enim Mariæ sectandum proponit exemplum, quæ non alibi quam domi in penetralibus, & sine comite ab accedente Angelo inueniatur, quæ quum sola esset, minus sibi sola videbatur: quanquã sola non fuerit, quæ cum tot libris, tot Archangelis, tot Prophetis quotidie versaretur. Adhæc aures religiosas & oculos verecũdos illi tribuit, quoniã viri specie commota trepidat, & sicut ipse loquitur, in viro peregrinatur, quæ & salutata obmutescit, & appellata respondet. Quid præstantius in virgine, inquit, cuius præcipuum opus verecundia, quam secretum? quid tutius secreto, & ad omnes actus expeditius? Munia enim pudoris induit, non concursationis.] Ornat præterea silentiũ virgines, quod neque virginum principi defuit: quũ rarò hæc quidem, & magno cum pondere grauibusque personis verba sua deprom at. Vix enim septies Maria in Euangelio locuta esse scribitur, quæ primum audito Angelicæ legationis mysterio, vt Petrus Damianus asserit, solitum modesti silentij rigorem tenuit: & licet ipsa intra se discutere nõ pos-

In commẽt. Esaiæ cap. 7.

f Li. de arca. Cathol. Veritatis, cap. 10.

g Hieron. in epi. ad Læt. Lib. 2. de Virginibus.

Esai. 7.

Maria quomodo imitanda virginibus & castoinstituat exemplo suo.

Epist. 64. ad Sygarium.

Silẽtium Mariæ virginibus obseruandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

set,qualis illa esset salutatio, verbis tamen inquire- A
re superfluum deputauit. Sed mox tacendo audire
meruit, quod inquirere non præsumpsit.] Prætermissis verò aliis ne sim longior, vnum Bernardum proferam, quoniam hoc ipsum tantę Virginis, quæ secessum & silentium amat, exemplum, magno certè iudicio ponderat, & ad virginum profectum præclarè conuertit. Solent, inquit, virgines, quæ verè virgines sunt, semper pauidæ & nunquam esse securæ, & vt caueant timenda, etiam tuta pertimescere: scientes se in vasis fictilibus thesaurum portare preciosum: & nimis arduum esse viuere angelicè inter homines, & in terris more cælestium conuersari, & in carne cœlibem agere vitam. Ac proinde quicquid nouum, quicquid subitum fuerit ortum, suspectas habent insidias, totum contra se æstimant machinatum. Idcircò & Maria turbata est, sed non perturbata.] Ac paulò post: Quod turbata est, verecundiæ fuit virginalis: quod non perturbata, fortitudinis: quod tacuit & cogitauit, prudentiæ.] Sed nobis in viam redeundum est, ne in loco communi nimium hæreamus, qtæm, si velint, Ecclesiastæ faciclè amplificabunt.

Plurimum virgo ab alto angelo nuntiata pertimuit. Quomodo sit verisimile cum scripsit Ambr. lib. de virginib.

Hom. 3. de beata virgine

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

MARIAM ex voto virginem fuisse, ac rectè laudari cœlibatum ex voto susceptum pieque seruatum.

NON satis est Aduersariis de Mariæ desponsatione nugari, eiusque virginitatem multis B suspectam reddere, sed & cõtra votum tantæ Virginis, ne suum cœlibatũ religione aliqua vel confirmasse, vel illustrasse videatur, bellũ nouum instituunt. Vnde nostri [a] Centuriatores Augustinũ aliosque veteres, qui Deiparam voto obstrictã fuisse virginem tradunt, palam insectantur. Et hi [b] Caluinum sibi fauentem ac patrocinantem habent, à quo non solum infirmum, sed absurdum etiam & ridiculum, imò perfidia non leui reprehensione digna reputatur, si perpetuæ virginitatis conceptum votum in Maria cõstituamus. Vbi præceptorem sequitur discipulus [c] Beza, qui miris se modis torquet rem veluti præclaram se effecturum arbitrans, si seruandæ virginitatis propositum Mariæ possit auferre: hoc enim in muliere desponsa omni exemplo & testimonio carere contendit. Veterum igitur opinionem reiicit, qui censent, Mariam antequam ab Angelo salutaretur, de seruanda virginitate cogitasse, vel constituisse, vt idcirco dixerit: Quomodo erit istud, quandoquidem virum non sum cognitura, vt idem Beza Lucę verba interpretatur. Qui Mariæ sermo velut ex incredibili narratione Angeli profectus videtur, perinde ac si illa voluerit hoc modo respondere: Tu quidem dicis fore vt cõcipiam ac pariam: quod fieri non potest, nisi cum viro congrediar, cui sum desponsa. Atqui adhuc ab eo abstinui, & porrò constilium est abstinere. Quomodo tandem igitur credibile est fore quod dicis? Hanc veram & Germanam verborum Mariæ sententiam, quam posteà confirmabimus, fastidiosus Beza respuit, & suum inane phantasma nobis obtrudit, fingens eandem virginem in propositis verbis ab Angelo sic percunctari: *Quandoquidẽ in eo quod polliceris, nullus locus est vulgari & consuetæ matrimonij coniunctioni, age qua tandem ratione fiet, quod narras? Hoc autem expositione non video*, inquit, *quid dici possit accommodatius.*

Quinouatores Mariã ex voto fuisse virginẽ negent.
a Cen. 1. lib 2. ca. 10
b In harmo. Euan. & in Matthæ. Luc 1.
c In scholiis adiectis Euãgelio Lucæ.

Quis veterũ sensus de Mariæ interrogatione: Quomodo fiet istud.

Beza nouũ & inauditũ sensũ Mariæ verbis affingit.

EGREGIVM sanè figmentum, & tali expositore dignum, qui primus, vt opinor, cum suo Caluino somniauit, Mariæ tunc fuisse persuasum, mirificam concipiendi rationem deberi Messiæ, qui præter communem morem, & non ex maris fœminæque congressu in orbem proditurus esset. At multo rectius & sapientius hunc locum communis Theologorum Schola perpendit, atque cum Athanasio censuit, Mariam in his verbis ad naturam ipsam respexisse, & de Iosepho cui nupta erat, cogitasse, quũ sibi promitti filium recens intellexisset. Illa igitur cælesti nuncio assensa non est, nisi prouide primum percunctaretur, quomodo inoffensa virginitate, quam Deo sancte promiserat, mater esse posset Emanuelis. Sic enim absque omni vitio fieri poterat, vt arcanam illam summi numinis dispensationem, quæ mox erat subsecutura, mente non attingeret, sed putaret Messiam communi hominum sorte, hoc est, ex patre & matre conceptum & ortum esse habiturum. Sed & Gabrielis responsum indicat, Mariam instructione aliqua eguisse, quum adhuc ignoraret mysterium, de quo scisciatabatur, quomodo nimirum filius Altissimi & Rex æternus ille in mundo nasciturus esset, operante hoc solo Spiritu, vt è substantia Virginis carnem humanam Dei filius mutuaretur. Nam Esaiæ verba, quæ virginem parituram prædicunt, haud opus est illi, vt ad se pertinerent, mox obuia perspicuaque fuisse, quum præsertim nouus & inexpectatus ille hospes Gabriel mirabili aspectu, inusitato colloquio, stupendoque promisso virgineum illius animum nonnihil commouerent atque turbaret. Itaque veluti rei nouitate perculsa, quod mysterium non statim assequi potuit, sola nempè Spiritus operatione Christum esse concipiendum, id ab Angelo cupit plenius edoceri, ne alioquin peccet per imprudentiam, si in re tanti momenti dubia, quum possit, non consulat peritiorem. Ex Iudæis sanè perpauci tunc reperti sunt, qui locum dictum Esaiæ assequerentur, vnde iustus ille Simeon, qui posteà puerum natum in templo amplexus est, in hac ipsa prophetiæ sententia sic perplexus hæsit, vt diu sibi satisfacere non potuerit, quemadmodum è Cedreno supra notauimus. Rectè igitur de Maria dixit Ambrosius: Legerat quia Virgo generaret: non legerat quomodo generaret. Legerat: Ecce Virgo in vtero concipiet: quomodo autem conciperet, in Euangelio primum Angelus est locutus.]

Heræ sententiã de marię animo & persuasione non esse recipiendam.

In Euang. de Deipara.

SVDAT & Petrus Martyr, suosque neruos omnes intendit, vt Catholicorum sententiam labefactet, ac

men ab ea cura & cogitatione, vt mater fiam, sum prorsus aliena, quando viri consuetudinem mihi iã ante penitus interdixi, meamque virginitatem Deo consecraui. Igitur amabo te, sancte Gabriel quonã modo isthuc fiet tandem, vt & ego promissam virginitatem cõseruem, & tuum simul nuncium Deique decretum de nascituro ex me, vt dicis, filio perficiatur? Habes dubitationis ac sollicitudinis meæ causam: nunc tu rationem rei futuræ commõstra: ego quidem opto in primis ac debeo per omnia & super omnia diuino numini obsecundare.

Hvnc germanum præsentis loci esse sensum, nobis etiam tacentibus loquuntur Patres, & eodem ferè modo verba Virginis (Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?) interpretantur, differteque Mariam sacram & Deo consecratam, imò & voto astrictam Virginem faciunt. Igitur Anselmus de hoc Mariæ sermone sic disserit: Sic cuilibet Virgini desponsatæ in animo suo disponenti nubere diceretur: Filium habebis, non miraretur, neque interrogaret, quomodo istud fieret, vtpotè quæ se desponsitam & in proximo nupturam sciret, & à viro grauidari vsu naturę speraret. Hoc autem (Maria) non immerito mirata est, & quomodo fieret quod promittebatur, scisciatur, quoniam quamuis desponsatam, tamen se nunquam nupturam, neque virum cogniturum certo sciebat.] Atque hac Anselmi interpretatione nescio certè quid simplicius, luculẽtius, accommodatius in præsentem locum possit adferri, aut debeat desiderari. Nec dissentit Beda: qui Mariæ mentem his verbis exprimit: Quomodo, inquit, fieri potest, vt concipiam pariamq; filiũ, quæ in castimonia virginitatis vitam consummare disposui?] Accedit & Hugo Victorinus: Quid est, inquit, Virum non cognosco? Propositum habeo virum non cognoscere: propositum habeo virginitatis decus vsque in finem inuiolatum conseruare. Quomodo si dixerit quis, Vinum non bibo, non possum hunc calicem gustare, hoc est, quia in voto habeo vinum non bibere, non possum gustare calicem.] Igitur Augustinus quoq; Mariam ita loquẽtem inducit: Quomodo fiet istud, vt ego grauescam ex pudico & castissimo marito, quoniam virum penitus non cognosco? Despõsata sum homini iusto: si cum illo non conuenero, vnde erit quod generabo? Sed si poterit fieri, vt concipiam intacta, & generem clausa, indica modum, & paratum inuenies cor meum. Omnibus enim modis exopto me ego Deo meo, vt habeam prolem, & non perdam pudorem.] Idem verò alibi rem omnem plenius explicans, & Marię votũ ex eodem Euãgelij loco astruẽs, in hunc modum scribit: Ipsa quoq; virginitas Mariæ gratior & acceptior, quia eam non conceptus Christus viro violaturo, quam conseruaret ipse præripuit: sed priusquam conciperetur, iam Deo dicatam, & de qua nasceretur, elegit. Hoc indicant verba, quæ sibi fœtum annuncianti Angelo Maria reddidit. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod profecto non diceret, nisi Deo Virginem se antè VOVISSET. Sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro iusto, non violenter ablaturo, sed potius contra violentos custodituro, quod illa iam VOVERAT. Quanquam etiam si hoc solum dixisset: Quomodo fiet istud? nec addidisset, quoniam vi-

Patrũ testimonia, astaria hoc loco astruere votum suę virginitatis.

In hom. Intrauit Iesus in quoddam castellum.

Illustris Augustini locus, quod Maria suam virginitatẽ Deo consecrarit.

Libertus negat alios Nouatores, Mariã ex voto non fuisse virginem. conentur.

Liber comment. in Lucam ca. 1.

Quomodo Maria ad Mariam salutandã instruenda peruenerit & sciuerit.

Maria se ab adolescentia desponsasse dicit, & tamen quomodo fiet istud? Ergo ante desponsationem virginem se esse voluerat.

Beatus verbo regit Mariam de voti religione sollicitum fuisse.

Quomodo ista ex Angelo certificata.

Lib. de virginit. Mariæ.

Ex Hugone de Sancto Victore.

De sancta virginitate cap. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum non cognosco non quæsiisset vtique, sibi promissum filium quomodo fœmina paritura esset, si concubitura nupsisset. Poterat & iuberi Virgo permanere, in qua Dei Filius formam Serui congruenti miraculo acciperet, sed exemplo sanctis futura virginibus, ne putaretur sola Virgo esse debuisse, quæ prolem etiam sine concubitu concipere meruisset, VIRGINITATEM Deo dicauit, quum adhuc quod esset acceptura nesciret, vt in terreno mortalique corpore cælestis vitæ imitatio voto fieret, non præcepto: amore eligendi, non necessitate seruiendi.] Quæ Augustini verba & Scripturæ, & rationi consentanea, censorem quamuis rigidum non reformidant, & simul grauiter docent, Mariam non modo virginitatem suam Deo sancte vouisse, sed etiam propter nuncupatum hoc votum cælesti Patri gratiorem fuisse, quod se totam scilicet, tum corpore, tum spiritu Deo prima dedicasset, atque iam tum sub Moysi lege viuens, libere & ex amore consecrasset, eaque voti ratione id obtinuisset, vt in carne vitam omnino cœlestem meditaretur, & secuturis Christianis virginibus ad vouendum egregio præluceret exemplo.

Notãda in superioribus verbis Augustini nõnulla.

SED nunc vide mi Lector, quam candide iudicent, quam humaniter Augustinum tractent nostri Centuriatores, qui de tanto Præsule & nunquam satis laudata Ecclesiæ columna tam futiliter ac irreuerenter audent pronunciare: *Ineptum est quod Augustinus & alij hoc loco affirmant, Mariam castitatis voto obstrictam, atque ideo dixisse: Virum non cognosco: sed testatur Lucas eam desponsatam fuisse viro: quæ res nequaquam per iocum aut simulate fieri potuit.* O Aristarchos, qui vt sese ineptissimos prodant, clarissimum Ecclesiæ lumen Augustinum dicunt ineptire. Is verò in præsenti causa nihil ab Euangelica veritate discedit, sicut illi faciunt, sed sensum verborum genuinum explicat, ac præterea suam Mariæ laudem legitime tribuit, eiusque verba sic interpretatur, vt nemo rectius ac proprie magis possit interpretari. Neque tantum Augustino isti tenebriones obtrectant, sed etiam reliquos eiusdem sententiæ Patres eadem procacitate perstringunt atque mordent. Certè Augustino astipulatur Gregorius non ille Romanus, sed antiquior Nyssenus, Basilij Magni frater, cuius hæc est oratio: Si Maria liberorum causa ducta fuisset à Ioseph, quomodo parituram Angelo prænuncianti se rem nouam & alienam audire præ se tulisset, quũ ipsa quoque sese obstrinxisset naturæ lege, vt aliquando Mater esset? Verum, quia carnem Deo CONSECRATAM, tanquam sanctum aliquod oblatum munus oportebat intactam integramque præstare: Idcircò licet, inquit, Angelus sis, licet è cælo venias, licet id quod ostendis, naturam superet humanam, tamen me virum cognoscere nefas est. Quomodo sine viro mater ero? Ioseph enim sponsum noui, sed virum non cognosco.] En tibi Mariæ carnem Deo consecratam, & tanquam sanctum aliquod oblatum munus Gregorius vocat, & votum eius agnoscit, ob cuius religionem virum cognoscere, aut liberos aliarum more coniugum generare illi nefas esset. Eadem Nysseni verba repetit Simeon Metaphrastes, simulque confirmat, Mariam ab his, quæ in animo secum statuerat, non dissuisse, sed suo responso hoc præ se tulisse: Est mihi prohibita cum viro consuetudo: vel sicut Antipater locum interpretatur: Ego, inquit, sola naturam in nouo, liberos procreandi consueta ratio in me negligetur: dic mihi modum ô hospes, noua enim & peregrina nuncias.]

Centuriatorũ arrogantia & vanitas in Augustini sententia reprehendenda.

Cent. 1. lib. 2. ca. 10.

Augustino suffragari Veteres in voto virginitatis Mariæ approbando.

Orat. de humani Christi generat.

ACCEDIT huic sententiæ Aponius, breuiter quidem, sed expedite sic rem explicans: Nisi voluntas fuisset in Maria conseruandæ virginitatis, non diceret: Quomodo fiet, quum virum non nouerim?] Qui præterea Ioannem Baptistam & Mariam in Euangelica castitate seruanda veluti principes facit, & Turturi confert, quæ compare semel amisso, coniugij societatem cum altero nunquam init, sed vitam perpetuo cœlibem ducit. Vnde quod in Cantico canticorum legimus: Vox turturis audita est in terra nostra, idem Aponius in Maria dicit impleri, quæ nimirum tanquam castissima & innocentissima, in terra licet impura & coinquinata, vocem illam ediderit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quam diu enim, inquit, præuaricationis velut hyemis tempus triste constrictumque ab omni germine bono obtexerat faciem mundi, & in sua ditione obtinebat Diabolus terram, hæc dulcissima vox turturis per gloriosam Mariam non est audita in terra. Sed vbi magnus ille iustitiæ Sol, qui nobis indulgentia æstatis vbertatem adducendo exortus est? cœpit desiderij conseruandæ virginitatis vox turturis in terra nostra audiri, & quæ prius impiorum nuncupabatur, nunc suam terram vel Ecclesiæ, Dei sermo vocitare dignatur.] Vides ex his etiam, quanti propositam Mariæ sententiam facere debeamus, quæ sit vox illa mysticæ turturis in terra nostra primum audita, ac euidens testimonium à Maria dicatæ Deo virginitatis. Quanquam non sum nescius, propositum turturis exemplum, ad vidualis potius, quam virginalis pudicitiæ commendationem valere, & ex omni animantium genere vix quicquam posse proferri, quod Marianæ castitatis imaginem satis referat conuenienter. Est interim turtur Mariæ sicut & Christi typus, quoniam auis pudicissima semper habitans in sublimibus. Hieronymo teste.

CVM his iungamus Bernardum, à quo dilucide scriptum legimus, quod Maria in libertate spiritus legis Mosayçe decreta transcendens, illibatam Deo corporis simul & spiritus sanctimoniam vouerit. Tum alibi verbis tradit clarissimis: Verè sancta corpore & spiritu & integritatem carnis habens, & propositum virginitatis.] Hoc autem propositum vocat immobile, ac inde comprobat, quoniam illa promittente filium Angelo, nulla ex parte dubitauit. Sed & vetustior Bernardo Beda non aliter, quam in hunc modum Mariæ verba declarat: Propositum suæ mentis reuerenter exposuit, vitam videlicet virginalem se ducere decreuisse. Quæ quia PRIMA fœminarum tantæ se virtuti mancipare curauit, iure singulari præceteris fœminis beatitate meruit excellere.] Et rursus: Verè gratia erat plena, cui diuino munere collatum est, vt PRIMA inter fœminas gloriosissimum Deo virginitatis munus offerret.] Cum his planè consentit Anselmus iam antè citatus, sed qui de hoc Virginitatis proposito rursus in hunc modum disseruit: Virgo tenera & delicata, regali stirpe progenita, & speciosissima, totum amorem suum, totum studium suum ad hoc intẽdit, vt corpus & animam suam Deo virginitate perpetua cõsecraret. Sciebat enim, quod quantò sanctius eam seruabat, tantò sublimius ei, qui omnium castissimus, imò qui ipsa castitas est, appropinquaret.] Nec mediocriter valet in Scripturis interpretandis Rupertus perspicuè docens, quòd Maria virginitatis votum egregium prima vouerit Deo. Idem euidenter & his quidem verbis affirmat Honorius: Beatæ Virgines, quæ contempto seculi luxu, integritatem carnis & propositum castitatis sectantur, Mariam matrem Christi imitantur. Hæc enim prima inter mulieres (vt ab eodem alibi dictum est) vouit Deo virginitatem, & ideo sola inter mulieres meruit Virgo summæ prolis fœcunditatem.]

Tam consentienter atque constanter iudicant Patres, adeóque ex ipsis Euangelij verbis demonstrant, Mariam ex voto Virginem, adeóque vouẽtium virginum primam extitisse. Quæ res illi eximiam profectò prærogatiuam, & immortalẽ laudem parit, quòd non solùm perfecto virginitatis dono excelluerit, sed etiam in hoc pietatis genere nulli secunda, primas omninò tulerit. Euangelicarum nempè virginum princeps, quæ citra exemplum Deo immortali placuit: quando nulli fœminæ ante Mariæ ortum hoc congruit, vt sanctam virginitatem vltrò amplecteretur, & in eo cum tãto suauitatis odore Domino in perpetuum se holocaustum offerret. Vbi de veteri lege non attinet dicere, quæ hoc proprium sibi vendicabat, vt fœminas in coniugio fœcundas extolleret, ac singulati priuilegio decoraret: steriles verò ac cœlibes auersaretur: Non erit infœcunda, inquit, nec sterilis in terra tua. Et rursus: Non erit apud te sterilis vtriusque sexus. Quid in illo populo vel optabilius, vel beatius, præterquàm liberos gignere, pignoribus abundare, hæredes relinquere? nulla cura seruandi pudoris, sed procreandæ sobolis studium erat maximum. Quare cum vir nobilis & impugnando felix, sed ad vouendum præceps Iephte, voti se religione putaret astringi, atque occurrentem victori sibi primùm filiam Domino vellet in holocaustum offerre, non hęc tam duro sibique pernicioso parẽtis decreto restitit, neque propterea quòd infons & ætate florenti occideretur, sed quoniam absque sobole moreretur innupta, multis diebus lugendum sibi virgo duxit, vtpotè filiorum orbitatem ipsa morte acerbiorem sentiens. Hoc solũ mihi præsta, inquit: dimitte me, vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Adeò nulla Iudæis gratia, nulla dignitas perpetuæ & decretę virginitatis visa est. Id quod Bernardus expendẽs, & ad causam præsentem accommodans, in hunc modum scribit: Quæ lex, quæ iustitia, quæ pagina veteris Testamenti vel præcipit, vel consulit, vel hortatur in carne non carnaliter viuere, & in terris angelicam ducere vitam?] Verùm eo admirabilior videri debet Maria, quæ vt idem Bernardus affirmat, quum nullum præceptum, sed nec consilium, nec exemplum haberet, nisi quod vnctio illam doceret de omnibus, elegit in Israel esse contemptibilis, & vt illi placeret, cui se probauit, maledictum incurrere sterilitatis. Vnde hoc demùm assecuta est, vt maledictio benedictione commutaretur, & sterilitas fœcunditate recompensaretur, vtque antiqua mulierum maledictio excluderetur, & ipsa noua mater nouam acciperet benedictionẽ, adeò vt pro maledictione Israel beatam illam præ omnibus omnes nunc prædicent generationes, Virgo certè admiranda, quæ licet sub lege viueret, tamen supra legem sic est philosophata, vt Euangelico Spiritu plena, ad eam corporis animique puritatem, qua maior esse non poterat, se totam componeret. Puritatem dico, quam mundus ridebat, non exigebat Lex, vsus ignorabat, populus pro nihilo ducebat, & fragilis fœminarum natura vix sustinere posse videbatur: O heroicum igitur & pluſquam virilem nouæ Virginis animum, quæ non muliebri moueretur affectu, non mundi iudicium attenderet, non sexus imbecillitati cederet, non carnis illecebris, & molli conditione seduceretur, non denique florida iuuentute impediretur, quo minus se vitámque omnem Deo dicaret, corpore simul & spiritu sancta vsque perseueraturam. Vt hinc velut attonitus idem Bernardus non temerè scisciteretur: Vbi legeras: Beata Virgo de virginibus, quia cantant canticum nouum, quod nemo alius cãtare potest, & sequuntur agnũ quocunque ierit? Vbi legeras: Laudatos esse, qui se castrauerunt propter regnum cælorũ? Vbi legeras: In carne enim ambulantes, non secundũ carnẽ militamus? Et qui matrimonio iungit virginem suã, benefacit: & qui nõ iungit, melius facit? Vbi audieras: Volo vos omnes esse sicut & meipsum: & bonum est homini, si sic permaneat secundũ meum consiliũ? Christo ergo deuoues te exhibere virginẽ: & nescis, quod ipsi exhiberi te oportet etiã matrem.] Verè igitur primitias accepit Spiritus, quæ multo antè intellexit, desiderauit, complexa est cœlibatum, quàm Christus hoc vitę genus vel per se, vel per Paulum suaderet, ac virgines corpore & animo incorruptas sãctásque commendaret. Hæc tanta Virginis est nostrę commendatio, quantam alia nulla promeruit, & in omne tempus non est promeritura: tanta, inquam, vt castior, sanctior, ornatior, augustior ac venerabilior alia virginũ nulla possit existimari. Sola Maria est supra virgines omnes quantumuis nobiles & sanctas, votique religione obstrictas, quæ noua & insueta religione permota, hanc primam viam inuenit, & inuentam Adę filiis dux & magistra demonstrauit, vt in carne vitam Angelicam degant, purúmque ac perpetuum cœlibatum voto sancto confirment.

Maria sub lege viuens, supra legẽ philosophatur, & perfectã meditatur pudicitiam.

Admirandum Mariæ consilium in promittenda virginitate.

Hom. 3. de beata Virg. Aspocal. 14 1 Cor. 10.

1. Cor. 7.

Ibidem.

Matth. 19 1 Cor. 7

NEC aliæ quidem virgines olim in Ecclesia commendabantur, perfectæque cẽlebantur, quàm quæ suam Deo continentiam sanctè promisissent, & quæ sicut [a] Augustinus loquitur, Deo dicatæ pia continentia essent virgines. Easdem [b] Ignatius Deo se consecrantes, [c] Cyprianus Deo dicatas, [d] Optatus velatas Christi sponsas, [e] Hieronymus Christi flamine consecratas, [f] Ambrosius velatas, & sacro velamine tectas, [g] Augustinus Dominicas, sanctimoniales & castimoniales, [h] Fulgentius Deo consecratas, ac alij demùm sacras, vel perpetuæ continentiæ sectatrices, aut virginitatem siue continentiam professas libenter appellant. Cuiusmodi virgines semper in Ecclesia floruerũt,

Maria spiritus primitias accipiens, ad sacram virginitatem prima peruenit. Maria virgines omnes alias longo post se intervallo reliquit.

Quibus epithetis ornentur virgines, quę cum Maria suam Deo dedicant virginitatem.

a *Lib. de sancta virg. c. 2.*
b *In epist. ad Antiochens.*
c *Lib. 1. epistol. 11*
d *Lib. 6. cont. Donatist.*
e *Ad Eustochium de custod. vir. Et in epitaphio Paulæ, nec non ad Demetriadẽ*
f *Lib. de inst. virginis ca. 18. Et ad virginem lapsam cap. 5.*
g *Serm. 23 in Euangel. 2. Matt. Et enarra. Psal. 83. & 75.*
h *Epistol. 3. ad Probam. de B. Vir.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacratum virginum ingés olim multitudo. *Matth.13. 1.Cor.7. a Hom.12 in Epist.ad Romanos. b Vide vitam Gregorij. c Lib.30. contra Faust. d Li. 6. de virginibus. In Apo pro Christian. Vide Ambr. de inst. virgin.c.18. Et ad virg. lapsam.c.15. In obiurga. Susannæ la psa. 1.Cor.7.*

quòd scirent eruditi, sermonem Christi de optimo Eunuchorum genere propositum, ad virgines inprimis pertinere, ac illas vnà cum Paulo coniugibus anteferrent. Proinde [a] Chrysostomus ætati sue gratulatur, quæ plures in Ecclesia virgines ac viduas quàm coniuges exhiberet. Tùm [b] Gregorius Magnus aliquot Virginum milia suis sumptibus aluit, & aduersus Mauritium Cæsarem eos propugnauit, qui passim casti monachi, quàm generosi milites esse maluerunt. Neque solùm in priuatis ædibus, sed etiam in conclusis monasteriis olim Virgines admodum fuere frequentes, calumniantibus interim Manichæis pium studium Episcoporum, qui suis suasionibus in populo tantùm efficerent, vt penè maior in Catholicis Ecclesiis sacrarú virginum, quàm mulierum numerositas haberetur. Id quod [c] Augustinus apertissimè tradit, simúlque confirmat [d] Ambrosius, suo quidem seculo pauciores homines in Occidentalibus Ecclesiis fuisse natos, quàm in Oriente & Africa virgines consecrarentur. Tùm peruetusti scriptores Iustinus & Athenagoras memoriæ prodiderunt, Christianos in vtroque sexu innumerabiles olim repertos esse, qui in sacro & perpetuo cœlibatu consenescerent, ac incorrupti planè perseuerarent. Attingam duntaxat ritum ac honorem publicum in velandis virginibus iam olim obseruatum, & à multis Patribus sacrisque Synodis comprobatum. Virgo quasi Regina in solenni conuentu Ecclesiæ, inter lumina splendida, & à candidatis comitata procedere, sacrúmque velamen ad sacrum altare à solis Episcopis accipere solebat, populo non solùm ad illú consecrationis diem cõcurrente, sed lætum etiam amẽ acclamante. Cæterùm post factam publicè promissionem & consecrationem, cuius memoriam perpetuam retinere debebant, vt Basilius etiam Magnus admonet, iam illæ Christo dicatæ sponsæ & sacræ virgines, quibus nihil esset inuiolabilius, à tota Ecclesia existimabantur. Igitur quod Paulus affirmat: Si nupserit virgo, non peccauit, sic veneranda semper antiquitas intellexit, vt ad virginem non dicatam Deo, neque voto continentię obnoxiam pertineret. Ad hunc enim modum Pauli verba declarant [e] Epiphanius, [f] Chrysostomus, [g] Ambrosius, [h] Theophylactus, [i] Photius. [k] Hieronymi verba luce sunt clariora: Si nupserit virgo, nõ peccauit, non illa virgo quæ semel Dei cultui dedicauit.] Quamobrem [l] Augustinus non semel docet, virgini castimoniali, vel quæ iam Christo dicata sit, nullam nubendi aut voluntatem, aut potestaté competere: lapsus autem & ruinam à castitate sanctiore, quæ vouetur Deo, adulteriis esse peiora. Igitur quod Paulus affirmat: Si nupserit virgo, non peccauit, ad nondum velatam Deóque consecratam, quum alij veteres, tùm Chrysostomus & Ambrosius referendum esse disertè testãtur. Nam quæ Christo se spopondit, & sanctum velamẽ accepit, vt verbis vtar Ambrosianis, iam nupta & immortali viro coniuncta est, vt si nubere voluerit, communi coniugij lege adulterium perpetraret, & ancilla mortis efficiatur.] Tantum abest, vt tàm sacrilegi complexus, & incestæ nuptiæ, quibus nunc Sectarij turpissimè tum indulgent, tum patrocinantur, honesto coniugij nomine apud cordatos vel tegi, vel excusari vnquam possint. Hinc

Virgines olim non sine ritu solenni velabantur.

Inexcusabiles esse Sectarios in sacrilegis nuptiis concedẽdis.

e Hæres. 61. con. Apost. f In 1. Cor.7 Et lib. de vera virgin. g Li. de vid. & ad virg. lapsam.c.1. Et in Epist. ad Cor. h In eandem Epi. Pauli. i In decimum locum Pauli. k Lib. 1. adversus Iouin. l In enarra. Psal.75. & 83. Et lib de bono vidu. cap.8. 1.Cor.7.

A illi canones iampridem in Ecclesia recepti, & à Synodis confirmati: Virgines quæ post consecrationem nupserint, non tàm adulteræ quàm incestæ sunt. Vouentibus non solùm nubere: sed etiá velle est damnabile.] Hinc iterum tantus veterum sanctissimorúmque Patrum zelus in illis corripiendis, à quibus promissa Deo continentia quouis modo esset labefactata. Certè Chrysostomus Theodorú Monachum, Hieronymus Sabinianum Diaconú, Ambrosius Susannæ virginis corruptorem seuerè prorsus obiurgat, quandoquidem illi à sanctæ virginitatis curriculo ad vitam malè castam deflexissent, sacrásque virgines non sine pudendo sacrilegio ad turpitudinem sollicitassent atque pertraxissent. Ac Hieronymus quidem cũ Diacono agés, qui virginem ad stuprum in sacro loco solicitarat, etsi veniam petenti condonet, tamen mulctam ab eo simul exigit. Hortatus sum, inquit, vt ageres pœnitentiam, & in cilicio & cinere volutaretis, vt solitudinem peteres, vt viueres in monasterio, vt Dei misericordiam iugibus lachrymis implorares.] Tanta erat seueritas veteris Ecclesiæ, si quis sacram virginem violare tentaret. Verùm hæc lõgius prosequi, licet aduersus nouatores momentũ habeat, tamen à nostro quidem instituto alienum est.

B Proinde vt ad Mariã redeat oratio, hæc vna virginũ Dux & Regina est, quæ viam pulcherrimã cæteris aperuit & muniuit, vt quod anteà probrosum & maledicto obnoxium videbatur, id honestum fieret ac in laude poneretur, plurimísque Christianis charum ac familiare per omnes ætates, & in omnibus fere hominum ordinibus haberetur. Secuti sunt ergo greges Eunuchorũ, qui seipsos tota vita sanctè castrarunt, & cum Maria constiliũ cœlibatus amplexi, perpetuámque continentiã spõtè professi sunt. De his veteres, præsertim [a] Athanasius & [b] Basilius accipiunt illud Prophetæ dictum. [c] Adducentur Regi virgines post eam. Nã & [d] Epiphanius manifestè testatur, ætate sua multis virginibus familiare fuisse, vt in nomẽ ipsius Mariæ (sic enim vertit [e] Cornarius) degere, castitatémq; seruare ac continere studerent. Tum ex [f] Eusebio Cæsarienſi, [g] Ambrosio, [h] Augustino, aliisque Patribus luculẽter apparet, quam ingens veteris Ecclesiæ studium nõ solum in fœminis, sed in viris etiá viguerit ad sanctã continentiam promittendam, colendam, conseruándamque. Scitè igitur à Bernardo dictũ est: Castissima Virgo mater in continio vtriusque legis votum consecrauit perpetuæ & integerrimæ virginitatis.] Ac rursus: Offerantur Regi virgines, sed post eam, nam primatum sola vendicat sibi.]

C Roget fortasse quispiam, quo tempore suã Maria virginitatem obtulerit ac consecrarit Deo. Haud dubiè priusquam ad illam salutandam accessit Angelus, quandoquidem [i] Beza reclamet. Præstat enim vni [k] Augustino id affirmanti credere, quàm Bezę ac vniuerso eius sodalitio, tale quidquam Marię vnquam in mentem venisse pernegandi, subscribere. Vnde fatetur etiam [l] Thomas Mariam antequàm viro desponsaretur, virginitatem in desiderio habuisse, suámque voluntatem diuino arbitrio commisisse, votum autem expressum post factam desponsationem, & ante Gabrielis aduentú, quum iam de voluntate diuina certior facta esset, accessisse, Iosepho quidem sponso in hunc ipsum consentiente,

a Hom. 1. in Matth. b In Psal. 44. c Cornarius in Psal. 44. d Lib. 3. haref. 78. e Cornarius in Psal. 44. f Lib. 6. cap. 8. g Lib. 2. de virg. cap. 4. h Lib. de virg. cap. 4. i Lib. 1. de virg. cap. 2. k Lib. 1. de virg. cap. 2. l Lib. 1. de virg. cap. 2.

consentiente, & ex communi voluntate sacra & perpetua virginitas obseruaretur. Ac rursus quæret aliquis hoc loco: Si vouit Maria virginitatem, quam vouendi rationem secuta est? Curiosa quæstio, sed cui tamen ex Abdia responderi potest, hanc illius vouentis fuisse formulam: Domine, offero tibi virginitatem meam. Quod votum ex diuina reuelatione conceptum, & non ex conditione, vt in Scholis loquuntur, sed absolutè factum & expressum esse, quidam magni nominis Theologi doctè & probabiliter annotarunt. Sed Abdiæ verba integrè ascribam, quum ad præsens institutum faciant, & authori Bartholomæo Apostolo tribuantur: Hæc Virgo quum exectaretur omnem virum, Prima Deo omnipotenti vouit. Primam autem ideò dixi, quia ex quo homo factus est, ab initio seculi nulla hoc votum Deo obtulit. Hæc ergo prima inter fœminas constituit in corde suo vt diceret: Domine, offero tibi virginitatem meam: quum hoc à nullo homine, nec verbo didicisset, nec exemplo ad imitationem vidisset inuita constituisset, vt Virgo pro amore Dei specialiter permaneret.] Quæ quidem oratio tàm malè satisfacit Centuriatoribus, vt eam nigra siue litura, siue censura coercere & castigare contendant: Sic enim loquuntur: *Quod Abdias in concione Regi Polimio Matthæum docere finxit, Mariam seruandæ virginitatis primum Deo vouisse, ab Apostolica tum historia, tum doctrinæ alienissimum est.* Egregium verò isthuc artificium, Centuriatoribus sane dignum, qui tàm callidè dissimulare nõrunt, quod odiosum esset fateri, de communi Patrum, quos indicauimus sententia, & vnum interim Abdiam oppugnandum arripiunt, quasi solus ipse Mariæ siue ioco, siue seriò tantùm largiatur, quæ seruandæ virginitatis votum Deo primum vouerit atque nuncuparit. Deinde nihil tale Matthæus, sicuti confingunt, sed Bartholomæus Apostolus apud Abdiam loquitur, & vterque virginitatis propositum ac institutum mirificè probat. Sit verò isthæc cuiuscunque vel Apostoli vel Apostolici viri oratio, quæ si à nobis recipiatur & legitimè ponderetur (nam de toto Abdiæ opere nunc iudicare necesse non est) quid quæso habet absurdi, quod Apostolica vel doctrina, vel historia indignum ac meritò reprehendendum censeatur? Sed notum est ingenium Centuriatorum, qui statim Apostolicum esse negant, quod cum nouis ipsorum, adeóque Iouiniani magistri placitis pugnat, præsertim si virginitatis aut meritum, aut votum aliqua ex parte commendetur. Contra verò docti multi sæpè probarunt, & nos alicubi significauimus, ea quæ ad sacri cœlibatus professionem & vouendi ritum pertinent, primo Ecclesiæ seculo recepta & confirmata fuisse, & à doctrina quidem Apostolorum minimè dissidere. Enimuerò si castitatis votum seculo Apostolorum erat ignotum, & à viduis Diaconissis non exigebatur, cur Apostolus Paulus eas viduas damnationi obnoxias facit, quæ primam conscientiæ fidem rescidissent, siue irritã & inanem reddidissent? Oblatrent hic Brentius, Vermelius, Bidenbachius, Centuriatores, quãtum velint: ac certè quidem haud decet, haud expedit nobis, defertores Ecclesiæ magis, quàm Doctores audire, qui præsentem Pauli locum de viduis con-

Lib. 8. de vita Bartholomæi Apostoli.

Quibus verbis Maria voueris virginitatem suam.

Bartholomæi Apostoli testimonia de Maria nouente virginitatem.

Cent. 1. li. 1. cap. 10.

Defensio loci Abdiæ contra Centuriatores.

In Ecclesia primitiua non suscipiebantur nisi piæ vouentes. Vouerant viduæ quæ fidem fecerant.

A tra Christum votúque religionem luxuriantibus siue lasciuientibus constanter interpretantur. In quem sanè modum docent [a] Tertullianus, [b] Ambrosius, [c] Hieronymus, [d] Augustinus, [e] Sedulius, Beda, Primasius, Anselmus, vt Theodoretũ, Theophylactum & Græcos alios his antiquiores, præsertim [f] Chrysostomum & [g] Basilium prætereamus. Tùm grauissimus author Epiphanius [h] proposítum Pauli locum de viduis post votum renubentibus adducit, vt suam sententiam, imò verò Apostolorum traditionem confirmet, scelus nimirum esse, si quis post decretam virginitatem ad nuptias conuertatur. Et Augustinus eundem Pauli locum tractans asserit, continentiam profitentes, nisi reddant quod Deo vouerunt iure damnari, quoniã primam fidem irritam fecerunt: id est, voluntatẽ ad nuptias B à proposito continentiæ deflexerunt.] Ad hæc Basilius Magnus ex hoc dicto Pauli probat, virgines seu fœminas post votũ emissum incontinentes grauissimo Dei iudicio subiici, illarúmque crimẽ maius, quàm eiusmodi viduarum esse: quum hæ velut ancillæ, illæ tanquàm sponsæ Christi in fœdũ adulterium prolabantur. Hæc aliáque id genus plura, quæ perpetua Ecclesiæ praxi (optima diuinæ Scripturæ interprete) corroborantur, sanctæ cõtinentię votũ in Ecclesia etiam Apostolica cognitum, receptũ probatúmq; fuisse haud obscurè cõmonstrãt.

Prætereà si paupertatis votum nullum erat, nec valebat, quùm Apostoli in viuis agerent, cur Petri animaduersione, imò cælesti etiam vltione Ananias & Saphyra tàm diré plectuntur, quòd suæ cupiditati magis, quàm promissæ paupertati contra suam ipsorum conscientiam satisfacerent, atque ita Spiritui sancto ob occulti voti perfidiam transgressionem mentirentur, quoniam quod abiicere, aliisue communicare vel in commune conferre sanctè promiserant, id aut retinere sibi, aut repetere infideliter voluerunt? Hinc iam Augustinus ad hunc modum ratiocinatur: Si Deo displicuit detrahere de pecunia, quam vouerant Deo Ananias & Saphyra, & vtique illa pecunia vsibus hominum fuerat necessaria, quomodo irascitur Deus, quando vouetur castitas, & non exhibetur? Vouetur enim ad vsus Dei, & non ad vsus hominum.] Ac paulò pòst adiicit: Potest ergo virgini sanctimoniali nubenti dici, quod ait Petrus de pecunia: Virginitas tua nunquid non manens tibi manebat, & antequàm eam voueres, in tua fuerat potestate?] Eodem exemplo veluti telo sese munit Basilius, vbi cum virgine post votum lapsa expostulat: non enim solum in Ananiæ crimen impingere, ac sacrilegij reos esse, qui rem sacram de loco sacro surripiunt, sed multò magis eos, qui dicata Deo corpora polluunt, & fornicando profanant. Cum his planè congruunt, quę Fulgentius in hunc modum scribit: Si quis rem Domino iam deuotam, carnali victus illecebra, crediderit denuò reposcendam, non est legitimus rei suæ possessor, sed diuini iuris pronunciatur inuasor. Nec immeritò continentiæ iã deuotæ violator immundus audit, quod auarus pecuniæ fraudator audiuit: Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? qui vtique fecisti hoc, Spiritui sancto mẽtitus es, hoc est Deo nedum hominibus.] Et passim quidem vetustissimi scriptores ostendũt,

Non modo continentiæ, sed & paupertatis votum agnouit Apostolica Ecclesia.

Actor.5.

Promissam continentiam violãs non minus quàm sacrilegus cõdemnatur.

a Lib. de nouogamia. b In 1. ad Timot.5. c In epist. ad Geronti am. d Li. de bono viduit. cap.8. Et in enarra. Psal. 75. e In eundem Pauli locum vide sequentes 3 theolog. f In dictum 1. Timo. g Lib. de vera virgin. h Cont. Apollinar. haref. 61. Lib. de bono vidue. ca. 8. In Epist. ad Amplilog.

Ser. 12. in editione Louanien si. In hom. Quo modo amitti mus & recuperemus imaginem Dei Epist. de continentali disci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virginitatis continentiæque votum in vsu Ecclesiæ primitiuæ fuisse, quemadmodum qui Apostolicis vixere temporibus [a] Dionysius, [b] Martialis, [c] Ignatius, [d] Philo, quique primum nascentis Ecclesiæ seculum proximè sunt insecuti [e] Clemens, [f] Tertullianus, [g] Origenes, [h] Cyprianus, vt de posterioribus nihil dicam, memoriæ prodiderunt. Rideant ergo, si velint, & pro libidine sua relaxent sacra vota insani Lamperiani: rideant, inquam, siue ringantur noui veteresque hostes Ecclesiæ: Orthodoxi verò ab eo canone, quem sacris è literis depromptum, & [i] Fulgentij libris insertum, sempérque in Ecclesia vsitatum tenent, nunquam se patienter abduci. Sic autem habet: Quisquis seipsum castrauerit propter regnum cælorum, & in corde suo continentiá vouerit, non solùm si mortifero fornicationis crimine maculetur, verùm etiam si aut vir vxorem accipere, aut mulier nubere voluerit, secundum Apostoli sententiam damnationem habebit, quia primam fidem irritam fecit. Sicut ergo secundum Apostoli sententiam dignum est, vt vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro: ita secundùm eiusdem Apostoli dictum: Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestáte autè habens suæ volũtatis, & vouerit continentiá suã Deo, debet eã vsque in finem tota mentis sollicitudine custodire, ne damnationem habeat, si primam fidem irritam fecerit. Vouenti autem Deo & reddenti quod vouit, ipse quoque Deus reddet cælestis regni præmia quæ promisit.

Nullam ergo fidem Centuriatores merentur, qui ab Apostolica tùm doctrina, tùm historia videri volunt alienum, quòd Abdias cum aliis tàm multis de Maria primùm vouente commemorauit. Quid quod Bullingerus, quantumuis Ecclesiæ inimicus tradit, Mariam firmiter sibi proposuisse æternam intactámque seruare integritatem virginitatémque suam, & hinc significanter dicere: Cognosco: non, cognouit: nec, cognoscam, nimirùm vt tenax suum propositum hoc modo rectùs declaret. Addit præterea, propositum idem Ioseph sponso castissimo fuisse, sic sanctificante corda vtriusque, Spiritu, vt verbis huius authoris vtamur. Erasmus in hunc docuit modum: Quod Maria Ioseph sponso nupserat, dedit gentis iudaicæ consuetudini, dedit authoritati parentum, & tamen virginitas erat in votis. Id aperit, quùm ait: Virum non cognosco. Nam hic verbum præsentis temporis animi propositũ significat.] Demum Galatinus notauit, veterum Rabbinorum esse traditionem de Iudaicis virginibus valdè lasciuientibus, quod earum impudicitia Deus grauiter offensus, diu Messiæ prorogaret aduentũ, solam verò Messiæ matrem, verè pudicam & integrã Virginem fore, quę viri amplexum non appetere t. Id quod Maria ipsa præstitit, propterea dicés: Non cognosco virum, pro, non cognoscam. Cùm enim Hebræa esset Virgo, Hebræorũ more locuta est, qui vna eademque voce & præsens & futurum tempus sæpè designãt. Quare si Bullingerum Erasmum & Galatinum sequimur, imò si Patres audimus, non est ineptum, vt Centuriatores ineptiétes vociferantur, nec infirmum, absurdum & ridiculum, quemadmodum [k] Caluinus cum suo Martyre somniat, sed Euangelio pulchrè quadrat id, quod sæpè diximus, Mariam tanto virginitatis amore flagrasse, suum vt cœlibatum certi propositi, aut sicut nos loquimur, voti religione firmaret. Secus vero qui sentiunt, præterquam quòd à Patribus temerè discedunt, Euangelij verbis per se non obscuris offundunt caliginem, & suspectæ nouitatis amantes, peregrinum alienúmque sensum induc unt.

ETSI verò non ignoramus, Petrum Martyrem hic tergiuersari, & in omnem se volutare partem, nullam vt vouendi rationem Mariæ concedat, tamen haud magnoperè cum illo contendendum putamus, quum respondendi labore nos Michael Medina leuarit. Is eruditissimè amplissimèque scripsit de sacrorum hominum continentia, neque solum dicti Pseudomartyris, sed aliorum etiam Sectariorum fraudes in præsenti causa detexit, vires- que ita confregit, alia vt confutatione haud nobis opus esse videatur. Fingit homo ille blasphemus, beatissimam Virginem, quoniam viro desponsata, cui corpus tradiderit, virginitatem Deo vouere nõ potuisse, & ad normam aliarum Iudaicarum virginum vitam suam instituisse. Cui cauillo satis est opponere, quod Germaniæ lumen Albertus Magnus iampridem respondit: Beatissima Virgo licet haberet votum continentiæ firmum, poterat tamen cõsentire in maritalem societatem, facta diuinitus inspiratione vtrique de altero, quod vellet Virgo permanere: & sic consensit in societatem maritalem, & non in copulam carnalem absolutè.] Eundem nodum ita dissoluit Dionysius Carthusianus, Virgine benedictam, quæ continium erat, & tanquàm horizon vtriusque legis, virginitatem quidem tanquam sibi placitissimam deouuisse: sed quoniam adhuc sub lege erat, non tàm absolutè, quin honestissimam hanc conditionem addiderit: Nisi Deus de ea aliud quidpiam disposuerit. Non quod ipsa dubitauerit, an intacta manere vellet, sed an deberet. Præterea Deus excelsus, qui legis autor Dominúsque existit, in amantissima sua supra legem operari elegit, & ob id ex speciali Spiritus sancti instinctu ipsa votum emisit, cum de proposito castimoniæ sponsi fuit cœlitus esset edocta. At verò ad celandum dæmonibus incarnationis mysterium, atque ad parcendum virginali teneritudini, neque vt tanquàm fornicatria lapidaretur, præsertim eũ de Sacerdotali esset prosapia, viro iusto desponsata est.]

Vtinam verò plerique voto castitatis obstricti (de Catholicis loquor) hoc mihi, hoc Ecclesiæ, hoc suo muneri largiãtur, vt sæpè multúmque secum animo reputẽt, quàm honesta, cõmoda, pulchra eximiáque sit sacræ virtus cõtinentiæ, si in vllis quidem aliis, at certè quidẽ in Ecclesię ministris, quos Angelos Domini exercituũ, & sanctos renibúsq; præcinctos esse conuenit, maximè cõmendanda. Neque verò sat est de hac Euangelica virtute præclare sentire, publicè- que cõtra Nouatores disputare: permultum fanè in eo quoque situ est, vt qui sacri cœlibatus legem amplexi sunt, in omni vita se castos purósque conseruent, & si vllis aliis, tũ sibi potissimũ Venerem & libidinẽ omnem, velut nocentissimã turpissimámque pestẽ fugiendam, & nisi perpetuis gehennæ flammis velint exuri, prorsus interdictam esse meminerint. Considerent illi, per Deum immortalem obsecro, quid ipsis continentiæ sacrę magistris Christo & Apostolis, quid d. uinis humanísq; legibus debeant.

Redeat

Redeat illis in mentem vetus & probata Ecclesiæ sanctio, facta voti professio, ipsa susceptæ muneris dignitas, publica hominum ob impuros Clericos offensio obtrectatióque. Cogitent, quid horum tẽporum sæuissimæ calamitates exigant, nimirum vt si vlli alij, certè sacris ordinibus initiati, à libidine ad castitatem, à luxu & crapula ad sobrietatem & abstinentiam pietatémque omnem se totos reuocent atque conuertant. Moueat eos adeòque permoueat nostræ Virginis imitãdum exemplum, quæ in Domini templo & apud suos domi forisque caruit omni reprehensione, quæ perpetuum vitæ cursum eum tenuit, vt excellens pietas & spectata integritas eam omnibus conspicuam redderet, quæ & sæpè complures ad perfectæ puritatis amorem & cultum suis virgineis & candidissimis moribus prouocaret. An verò in Mariam non peccant, qui sacrum ordinem vita obscœna conspurcant, & neque Dei timore, neque sacrorum reuerentia, neque votorum religione, neque Ecclesiæ authoritate deterrentur, quo minus tantæ Virginis filium fœdis manibus impurisque membris contrectent, dum altari simul & veneri seruiũt, & suum corpus, quod Christo & æternæ pudicitiæ consecrarunt, qualicunque turpitudine clàm palámue contaminant? Quisquis verò in fœdo concubinatus crimine, perinde ac sus in volutabro luti volutatur, præsertim sacerdotij dignitate insignitus, mirum certè nihil apud illum habere momenti quod Petrus Damianus non minus grauiter obiurgando, quàm piè adhortando dixit: Cur ô Sacerdos, qui sacrum dare, hoc est, sacrificium Deo debes offerre, temetipsum prius maligno spiritui nõ vereris victimam immolare? Fornicans enim à membris Christi absconderis, meretricis corpus efficeris, Apostolo testante, qui ait: Qui adhęret meretrici, vnum corpus efficitur. Et iterum: Tollam, inquit, membra Christi, & faciam membra meretricis? Absit. Quid ergo tibi cum corpore Christi, qui per carnis illecebrosæ luxuriam membrum factus es Antichristi? Quæ enim cõuentio lucis ad tenebras? aut quæ societas Christi ad Belial? Nunquid ignoras Dei Filium adeò carnis elegisse mundiciam, vt ne quidem de pudicitia coniugali, sed de clausula potius incarnatus sit virginali? Et ne hoc sufficere videatur, vt tantummodò virgo sit mater, Ecclesiæ fides est, vt virgo fuerit & is, qui simulatus est pater. Si igitur Redemptor noster tantoperè dilexit floridi pudoris integritatẽ, vt non modò de virgineo vtero nasceretur, sed etiã à nutritio virgine tractaretur, & hoc quum adhuc paruulus vagiret in cunis: à quibus obsecro, nunc tractari vult corpus suum, quùm iam immensus regnat in cælis? Si mundis attingi manibus volebat in præsepio positus, quantam corpori suo nunc vult adesse mundiciam, iam in paternæ maiestatis gloria sublimatus?] Sed ad nostra redeamus.

Quàm sit indigna & nefaria fornicatio Sacerdotis.

1. Cor. 6.

Christus de virgine matre natus, & à nutritio virgine educatus.

CAPVT XV.

Marię virginitati præcellens competere meritum & in cęlis præmium, quo sacris virginibus reliquis antecellat, vbi errores etiam Christianis meritis aduersantes disiiciuntur.

NTER alios multos & pestilentes errores, qui cõtra optimam sanctissimámque Virginem hoc tempore disseminãtur, duos valdè cauendos hoc quidẽ loco subiiciemus. Vnus horum est, qui tametsi perpetuam Mariæ virginitatem nobiscum profiteantur, atque Heluidianum dogma damnent: tamen proprium huic virginitati meritũ nec ipsi tribuunt, nec ab aliis tribui volunt. Alter ad plures pertinet, qui dici ægrè ferunt, Mariam vt mater Dei efficeretur aliquo modo promeruisse. Retinent quippe mordicus, quod à suo præceptore Luthero traditum acceperunt, Mariæ virginitatem non magnificandã nobis, magnificéque commendandam, eandémque ab omni vi & effectu meriti secludendam esse. Etenim coràm Deo matrimoniũ & virginitatem perinde valere: cœlibatum verò, virginitatem, aureolas non nisi nugas ac mera Satanæ mendacia iudicari oportere, vt eiusdem Lutheri verbis vtamur. Nec ignobilis Lutheri discipulus fuit Antonius Corninus, qui meriti rationem atque dignitatem satis pro imperio Virgini adimit, quùm isthæc malè sanus effutit: *Elizabeth laudat Mariam tanquam electam filiam Dei, quæ à Deo ingentem gratiam sine vllo merito consecuta sit, imo quæ propter hanc gratiam & fidem suam perpetuo in mundo glorificanda sit. Et hoc quidem modo nos quoque Mariam honorare, laudare & glorificare possumus.* Quasi verò sit nefas, Mariam sic etiam prædicari atque coli, vt opera eius meri-

Elisabeth quã topere Mariã eiusque meritã suspexerit.

Luca 1.

In explicat. Cent. Magd.

Quã indignè Mariã depingat ac laudet Lutherus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

giis insistant Centuriatores, claris verbis pronunciant, contra Dei verbum affirmari, quod Maria sua castitate meruit Domini esse mater. Etsi enim hoc quoque Catholici fatentur, tamen alio sensu & cum ea moderatione, quâ Scholastici & Patres, vt docebimus, adhibuerunt. In eodem luto hæret Franciscus Lampertus, nihil meriti Mariæ concedens, atque in hunc modum ridiculè colligens: *Si meritis suis nacta est gratiam, ergo non meritis Christi, & non est facta particeps gratiæ eius. Itidem si ex meritis facta est mater Dei, ergo non libero illius munere. Nihil ergo suis meritis nacta est, sed meritis eius, quem erat sancti Spiritus actione paritura.* Dissimulat interim versipellis, liberum arbitrium meritâque, Sanctorum & Mariæ sine gratiæ diuinæ iniuria, & salua Christi capitis gloria in Ecclesia Catholica prædicari. Sed & Erasmus ad Marianum meritum excludendum detorquet id, quod de se Virgo seruandæ modestiæ causa dixit: Respexit humilitatem ancillæ suæ, ac ægrè fatetur Mariam, vt mater Dei fieret, promeruisse, vel ut hoc diuino duntaxat fauori tribui debeat. De hoc autem posteà pluribus.

Centuriatores quomodo Marianũ meritum negent

Cant. 11. c. 4.

In paraphr. Lucæ 1.

Francisci Lampertí & Erasmi sententiæ.

In paraphr. Lucæ 2.

Quomodo de meritis operũ docerant Catholici.

Nunc priusquàm ad ipsum Marianæ virginitatis meritum accedamus, de Lutheri discipulis præfari cogimur, qui cum Manichæis ne liberum quidem arbitrium nobis concedunt, aut certè illud ad meriti rationem parum aut nihil valere contendũt. Nos autem [a] Augustinum, [b] Prosperum, [c] Fulgentium sequentes disertè testamur, diuina gratia liberum hominis arbitrium non adimi, sed liberari, nõ perimi, sed renasci: non euerti, sed conuerti, non auferri, sed roborari, non euacuari, sed reformari, renouari atque sanari. Deinde palàm affirmamus, Christianum meritum toties in diuina Scriptura commendari, quoties illa iustis eorúmque benefactis remunerationem, mercedem, coronam, gloriá attribuit atque promittit. Quod meritum benefactis fidelium conciliari, eáque coram Deo valere, nec solum temporaria, sed & perpetua remuneratione digna esse pronunciamus, non ipsorum quidem operum ratione, si in Adæ filiis nudè illa spectentur, sed partim ob gratuitam Dei promissionẽ, qua vltrò se ipse amicis fidelibus, eorúmque benefactis debitorem fecit, partim ob liberalem cõmunicationem Spiritus, qui per Baptismum & fidem acceptus, dum per charitatem in mente habitat, benè pieque operandi volũtatem simul & facultatem in Christo renatis suppeditat, ac simul eorum, tanquàm filiorũ, opera suo Patri grata, certísque præmiis digna efficit. Igitur gratiam ab operibus meritoriis non secludimus, imò ea ipsa ex Dei gratia & bonitate tanquàm radice, pendere fatemur: & rursus piorum opera suo merito & præmio non esse fraudanda dicimus, nimirùm vt & Dei misericordia & iustitia simul in renatis prædicentur. Valeant igitur morosi ineptique censores, qui ne quid meritorum Mariæ, Sanctis aliisque iustis concedant, meriti nomen Patribus omnibus vsitatum, & Scripturis cõsentaneum, ac ipsius mercedis seu præmij correlatiuum, vt in Scholis vocant, vix audire sustinẽt, quique cum Caluino, Christi etiam merita oppidò quàm petulanter oppugnant. Rectiùs autem nunc sapiunt ex aduersariis, qui Stoicum Lutheri & Caluini rigorem fugiunt, & cum Philippo moderatiores effecti, de bonorum meritis docent. Nam Philippus in vltimâ locorum suorum editione suam & A magistri Lutheri sententiam ita correxit: *In reconciliatis bona opera quàm placeant fide, propter Mediatorem mereantur præmia spiritualia & corporalia in hac vita & post hanc vitam, sicut clare ostendit parabola de negotiantibus: Habenti dabitur, &c. Et 1. Timoth. 4. dicitur: Pietas habet promissiones præsentis & futuræ vitæ. & Marc. vltimo decimo: Qui dederit potum vni ex minimis propter doctrinam, sed cum tribulatione, & post hanc vitam, vitam æternam.* Ac alibi rursus: *Verum est bona opera mereri remissionem pœnarum corporalium, sicut Ninuitæ meruerunt sibi pœnam remitti.* Qui præterea publicè disputans, hoc axioma defendit: *Bona opera merentur multa præmia spiritualia & corporalia, quæ dantur tùm in hac vita, tum post hanc vitam, vt multæ tristes pœnæ publicæ & priuatæ mitigentur propter pœnitentiam & bona opera aliquorum in Ecclesia, iuxta illud: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Et pòst subiicit: *Quia placet Deo obedientia in reconciliatis, merentur præmia in illis legalibus promissionibus proposita, vt: Date, & dabitur vobis. Item: Qui dederit potum aquæ vni ex minimis meorum, propter doctrinam habebit mercedem. Vult Deus & talibus exercere fidẽ, nec dubium est hæc promissa præstari.* His accedit confessio VVittenbergẽsis, quæ Philippo subscribens, tantùm bonis operibus largitur, quantùm est satis ad præmia quædam siue corporalia siue spiritualia promerenda. Verùm isti de spiritualibus duntaxat, non de cælestibus præmiis meminerunt, velut eos fateri pudeat, quod in Dei verbo expressè traditur, cælestia etiam præmia & vitam æternam piorum meritis à Deo rependi. Hoc enim est, quod legimus [d] vineæ operantibus denarium, [e] in agone certã tibus βραβεῖον siue palmam, vt Cyprianus atque Ambrosius legunt, [f] in stadio cursum consummantibus iustitiæ coronam, sed & [g] bona facientibus vel [h] in spiritu seminantibus vitam æternam à Deo iusto reddi, & [i] temporarias demùm afflictiones pie tolerantibus æternum gloriæ pondus operari. Præclarè igitur tradit [k] Augustinus: Vita æterna totum id est præmium, cuius promissione gaudemus, nec præmium potest præcedere merita, & priùs homini dari, quàm dignus est.] Et rursus: [l] Post hanc vitam merces perficiens redditur, sed eis tantùm, à quibus in hac vita eiusdem mercedis meritum cõparatur.] respondit. Atque hæc de Christiani meriti nomine atque ratione, quoniam plura dicemus posteà, nunc attigisse sat est. Gregorius Magnus perspicue dixit: Præueniente gratia, & bona voluntate subsequente, hoc quod omnipotentis Dei donum est, fit meritum nostrum.]

Nõ modo Mariæ & Sanctorũ, sed Christi etiam merita impiè oppugnantur.

a Lib. 3. hypognost. Et lib. de natu & & gratia. 6. cap. 32.

b Lib. contra Cassian. Et in epist. ad Ruffinum.

c Lib. de incarn. & gratia Iesu Christi cap. 20.

Iam verò ad Catholicam de Christiano merito confessionem illud quoque spectat, vt citra dubitationem omnem asseratur, Sanctorum merita, & quæ his respondent in cælesti regno præmia nequaquàm paria esse, quantumuis recentiores veterésque Iouinianistæ tingantur. Quomodò enim multæ [a] mansiones apud Patrem, si non pro varietate meritorum? quomodo & [b] stella à stella distabit in gloria, nisi pro varietate radiorum? Pro differentia mercedum, operarum credenda distantia est: Maiora certamina, maiora sequuntur præmia.] quemadmodum clarissimè loquitur Tertullianus. Variis sanè modis peccata punit Deus, & ex malis alios mitiùs, alios grauiùs damnat, vt è Scripturis euidentissimè constat, ac Ethnici quoque iam olim sibi persuasum habuerunt. Iam si iustitiæ diuinæ largimur, quæ ad castigandos improbos supplicia sumit, diuersa

diuersa decernat (Potentes enim potẽter tormenta patientur, & fortioribus fortior instabit cruciatio) quãtò magis est consentaneũ eum, qui summa est bonitas, in distribuendis præmiis amicorum, qui plus minúsue promeruerunt, rationem maximâ habiturũ esse? Aduersarij nõ tenent caput veritatis (vt cum Ambrosio loquar) quo euidentissimè cõprehẽditur, nõ in hoc seculo, sed in futuro repositã nostrorũ remunerationẽ esse meritorum.] Credere oportet accedentem ad Deum, inquit Apostolus, quia est, & quia inquirentibus se remunerator sit. Non est iniustus profecto Deus, vt obliuiscatur operis eiusdem Pauli, qui cunctis amplius laborauit, vtque dispar meritum æquali mercede compenset, sicut sapienter quidem Hieronymus ratiocinatur, qui multis & vrgentibus argumentis hunc ipsum Iouiniani errorẽ fortissimè dissipauit. Eundem coarguit [a] Augustinus, ac meritorum lumina in sanctis aliis magis, in aliis minus nõ solum hoc reperiri tempore, sed in æterna etiam vita fulgere commonstrat. Qui vero secus sentiunt atque tradunt horum velut agrestem vlulatum & absurdum plane dogma [b] Thelense Concilium reiicit & execratur, quandoquidem vt promiscuè confundant omnia, diuersorum gradus abrogant meritorum, & paupertatem quandam cælestium remunerationum inducunt, quasi Christo vna sit palma, quam tribuat, & non plurimi abundẽt tituli præmiorum.

Serm. 7. in Psa. 118. Deus propensior ad præmia iustis tribuẽda, quàm ad supplicia inobedientibus infligenda. Hebr. 11.

Lib. 2. cont. Iouinian.

a Ser. de ver. Domini. 46. & 49. Et li. de fanctâ virginitate. c. 26 & Sub Syricio Papa in Africa.

b Thelense Concilium damnat Origenem & Origenistas, Docetas, atque Virginibus. Matt. 5. Daniel. 12.

RETINENDVM est igitur, quod in Catholicis hucusque Scholis cõstanter asseritur, & à sanctis Patribus sæpissimè confirmatur, iustorum beatitudinem pro illorum præcedentibus meritis æstimari atque reddi, eámque in cælis duplicem esse, principalem vnam, quæ præmium essentiale dicitur, & accidentalem alteram, quæ specialibus illorũ operibus, laboribus, meritis ex Dei promisso attribuitur, quæque illis præter communem remunerationem, excellentis præmij perfectionem siue prærogatiuam quandam adiungit. Non quòd meriti rationem & gloriæ portionẽ externis duntaxat operibus metiamur, sed horum quoque radices fidem & charitatem semper complectimur, nullumque sine illis meritum & gloriæ gradum agnoscimus Orthodoxi. Habent igitur suam, vt vocãt in Scholis, Aureolam inuicti Martyres, qui legitime pro fide & iustitia ad mortem vsque certarunt, suámque erga Christum charitatem profuso sanguine testati sunt, quique iam stolis albis amicti, insigne victoriæ, palmas in manibus tenent, vt legimus in Apocalypsi. Habent suam insuper Aureolam sacri Doctores, qui ad iustitiam & pietatem alios sedulò instituerunt, veræque fidei doctrinam, vt magni essent in regno cælorum, vitæ singulari sanctimonia comprobarunt, & idcirco quasi stellæ, vt inquit Daniel, in perpetuas fulgebunt æternitates. Habent demum suam illustrem coronam siue Aureolam Virgines, quibus Christi fides amórque persuasit, non solùm de mundo mundique principe, sed etiam de carne seu lege membrorũ triumphum agere, nec spiritu minus, quàm corpore purum exigere cœlibatum. Hęc enim tria sunt genera operum excellentiorum, quibus cumulatiorẽ gloriam summus ille ἀγωνοθέτης Deus proposuit, vt huius vitæ stadio præclare certantes, ahósque Christianæ fortitudinis laude superantes, sublimioribus etiam ac præstantioribus præmiis tandem co-

Duplex iustorũ beatitudo, essentialis & accidentalis.

Apoc. 7. Aureolam & gloriã specialem in cœlo regni Martyribus, Doctoribus atque Virginibus.

honestentur. Etsi enim vnus idémque denarius, hoc est, summum æternúmque bonum cunctis in vinea Domini operantibus redditur, atque ita Sanctorum æqualis beatitudo, quam vocant obiectiuam, fore censetur: tamen alij alios, sicut in hoc seculo iustitia & sanctitate, sic in futura vita excellenti gloria, beatitudinéue essentiali præcellunt, maiorisque præmij se remunerationis participes fiunt. Vnde Christus multas & diuersas in domo patris sui mansiones constituit, sicut pluribus quidem [c] Augustinus, [d] Chrysostomus, [e] Cyrillus & [f] Gregorius cum tota Ecclesia docent atque cõfirmant.

Varia præmia beatorum in vna vita æterna communia.

Matth. 20. Ioan. 14. a Trull. 67. in c. 14. Ioan. Et de S. V. c. 26.

b Serm. 1. Ioan. 2. de præmiis Sanct. in cap. 14. Ioan. d in Euang. de vinea. Matt. 20. Et lib. 22. moralium. Rom. 7.

AC DE virginibus quidem hic multis agere non attinet, quarum admiranda virtus ac fi vsquam alibi, certè in subigẽda carne & cõprimendis naturæ libidinis aculeis, extinguendisque flammis tàm diu elucet, quãdiu lex membrorũ legi mentis repugnat, grauis illa inter carnem ac spiritum pugna, in vtroque sexu pios vel inuitos exercet. Ea non modo Paulo metum & gemitum attulit, sed & plerosque magna virtutis laude florentes ita prostrauit, vt & cordis & corporis amitterent integritatem. At quo rarior, eo sane præstantior Deóque gratior existit victoria, quæ de blando illo insidiatore & domestico hoste refertur, eóque augustiora beatitudinis præmia illibatæ virgines tandem consequuntur. His igitur Esaias nomen melius, adeóque nomen æternum pollicetur. His Ioannes canticum nouum, quòd solæ virgines sponso suo decantant, & familiariorem cum Agno conuictum adscribit. His demum Christus Dominus non sicut aliis, tricesimum, & sexagesimum, sed cẽtesimum fructum, vt veteres Euangelicum locum declarant, assignat. Ac grauiter eos verberat Augustinus, qui excellentem gloriam & singularem honorem virginibus perpetuóque continentibus tollunt, velut in regno cælorum, nihil illis amplius quàm cæteris à Deo promissum atque reddendum sit. Huic errori primum opponit illud, quod [g] Christus & [h] Esaias de Eunuchis siue spadonibus tradiderunt. Quid enim Christus ait eos, qui pio proposito à ducenda vxore se continuerint, castrare seipsos propter regnum cælorum, id ad cælestem remunerationem pertinere, & in eundem sensum ab Esaia proferri, Dabo eis locum multo meliorem, quam cæteris nempe coniugatis. Nomẽ æternum dabo eis. Æternũ enim hoc nomen gloriam quandam propriam excellentémque significare, quod Euangelici spadones cum aliis in Dei regno constitutis non commune, sed distinctum ac singulare habituri sint. Propria igitur virginum Christi gaudia, quæ alij beati non percipiant, à Ioanne describi, illísque duntaxat tribui, qui non solum cordis, sed carnis etiam virginitate Christo agno sese conformant & castissimis illius vestigiis aduersus omnes carnis illecebras voluptatésque muniti, diligenter insistunt. Quid multa? mirabiliter despiunt, inquit, qui putant huius continentiæ bonum non esse necessarium propter regnum cælorum, sed propter præsens seculum.]

Apoc. 14. Matt. 13. Luc. 18. Lib. de sanct. virg. ca. 12. sequentibus. e Mat. 19. f Esai. 56.

Esa. 7. Quæ præmia virginibus verbo Dei promittant Augustinus Scriptura probat excellentis præmiis virginibus in cœlo reseruatum.

Ibid. cap. 27.

Ibid. ca. 23.

VBI AVGVSTINO Gregorius Magnus pulchrè subscribit, quum dictum Esaiæ locum explicat in hunc modum: Eunuchi sunt, qui compressis motibus carnis, affectum in se praui operis abscindunt. Quo autem apud Patrem loco habeantur, ostenditur: quia in domo [i] Patris, videlicet æterna

Augustino stulti sumpsere celibatus laudem referri duntaxat ad præsentem vitam. *1. Cor. 3. per. ignem probatio cuiusque admonit.*

g Ioan. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorii testimonij de singulari mercede virginum in cęlo futura. *Apoc.14.*

mansione, etiam filiis præferuntur. Audiant quod per Ioannem dicitur: [4]Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque ierit: & quod canticũ cantant, quod nemo potest dicere, nisi illa centum quadraginta quatuor millia. Singulariter quippe canticum Agno cantare, est cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod tamen electi cæteri canticum audire possunt, licet dicere nequeant: quia per charitatem quidem in illorũ celsitudine læti sunt, quamuis ad eorum præmia non assurgent.] Vix attinet Fulgentij Isidori, & Bernardi verba referre, quibus illi supradictos Scripturæ locos eodẽ modo interpretantur, claréque commonstrant, prærogatiuas & dignitates eximias si vllis, aliis certe incorruptis Christi virginibus in cælo seruari atque reddi. Eligunt bonam partem, inquit Fulgentius, quæ non auferetur ab eis, sed perficietur in eis. Quod enim ab eis nunc inuiolatum seruatur in opere, hoc eis gloria immortalitatis cumulatum reddetur in munere.] Bernardus vero in hunc modum alicubi docet: Quanta putas ibi gloria fulgebunt virgines Christi, cordis simul & mentis puritate Christum sequentes? Quis sanctorum chorus melius Lunæ comparatur, quàm virgines? Solæ sequuntur Solem iustitiæ Christum, vt agnum Patris, quocunque ierit: vnde & solæ illi similes sunt atque simillimæ. Honorabuntur ergo præ cæteris in eodem regno existẽtibus splendore quidem excellentiori, sicut Lunam videmus præ cæteris sideribus præminere, posidebũntque in domo Domini locum meliorem multo quàm cæterorum filiorum & filiarum, qui virginitatis merito non sunt insigniti.] Plura id genꝰ, quæ passim apud Patres extant, hoc loco repetere supersedemus, quòd præter nostrum sit institutum, nunquàm satis laudatam propriam sanctarum virginum lauream hîc multis asserere, præsertim quum alibi aduersus eos disputemus, qui ne à Iudæis, Turcis & Epicuræis discrepent, Christianum omne meritum & cæleste præmium sacris virginibus inquisime tollunt.

Quomodo virgines singulare canticum Agno cantabunt in cælo.

Epistol. 3. ad Probam.

De passione Dominica. 31

Virgines Lunæ conferri, quæ splendore cętera vincit sidera

Etsi quidam coniuges virginibus sunt perfectiores, tamen status ipse virginitatis cõiugio dignior atque perfectior. *Lib. de bono coniugali cap. 23. Ibidem. cap. 21. 1. Cor. 7.*

Quomodo maritus Abraham non minus, quàm Ioannes virgo placuisse Deo dicatur.

Paulus quo modo virgines coniugibus anteponat.

Illvd semel admonuisse sat sit, virginitatem nobis commendari & cum coniugio comparari, non ob actiones illas, quæ vtrinque tum à virginibus, tum à cõiugibus bene aut perperam instituuntur, sed ratione status, ac propter annexa, quæ secundum rei naturam, ac vt plurimum à coniugibus fieri consueuerunt. Res ipsas si comparemus, inquit Augustinus, nullo modo dubitandum est, meliorem esse castitatem continentiæ, quàm castitatem nuptialem, quum tamen vtrũque sit bonum. Homines vero quum comparamus, ille est melior, qui bonum amplius habet. Igitur multi sæpe coniuges, si animi dores, si annexa virtutum officia contemplemur, plerisque in sacro cælibatu vetsantibus non dicam æquari, sed & anteferri omnino merentur. Nec desunt, qui Abrahæ coniugium Ioannis virginitati par esse dicant, quoniam hic in opere, ille vero in solo habitu, vt Augustinus loquitur, continentiam habuit, & sicut vnius cœlibatus, sic & alterius connubium pro varia dispensatione temporũ Deo insigniter militauit. Nos vero Apostoli Pauli morẽ sequimur, qui non personas personis, sed statum statui, cœlibatum coniugio confert, ipsam reconditionem & naturam rectissime A spectans, vt ab his quæ per se, & non per accidens fiunt, sicut in Scholis dicunt, perite ratiocinetur. Ad quem sane modum Patres omnes coniugium deprimunt, & cœlibatum Christianum extollunt, vt eos demum, qui propter Christum, regnique cælestis gratia se continent, ipsis coniugibus etiam piis beatiores esse concludant.

Ex qvibvs haud obscure constat, non modo veterum scriptis, sed & Scripturæ sacræ testimoniis esse consentaneum, vt Eunuchis Euangelicis & vtriusque sexus virginibus excellentia quædã merita, & quæ his respondent in cælo præmia, tribuãtur. Aliter etenim castitas coniugalis, aliter continentia vidualis, aliter integritas virginalis in patria illa cælesti fulgebit, vt licet commune cælum, dispar tamen splendor aliis aliisque contingat. Et erit B adhuc quispiam Censor tãm improbus, vt Mariæ virginitatem suo tum merito, tum præmio audeat defraudare? Mariæ, inquam, quę prima, vt diximus, sacræ virginitatis institutum amplexa est, quæ huius virtutis quasi primitias sponso cælesti tãm præclare obtulit atque confecrauit, quæ incomparabili spiritus & corporis puritate claruit, eámque omnibus numeris expletam habuit, quæ demum Euãgelicarum virginum & ducem & magistrã & principem se præbuit. Et quæ esset (cum Ambrosio dicere liceat) cui maius quàm matri Dominus meritum reponeret, præmium referuaret? Nulli enim vberiora (sic enim idem pergit dicere) quàm virginitati deputauit munera, sicut Scriptura nos docet.] Ac statim hunc Esaiæ locum adducit: Ne dicat spado, quia ego sum lignum aridum. Hæc dicit C Dominus spadonibus: Quicunque custodierint præcepta mea, & elegerint quæ ego volo, & amplectentur testamẽtum meũ, dabo illis in domo mea, & in muro meo locũ nominatũ meliorẽ filiorum, & filiarum nomen æternum dabo illis, & non deficient.] Tum alio in loco: Quid loquor, inquit, quãta sit virginitatis gloria, quæ meruit à Christo eligi, vt esset etiam corporale Dei templum, in qua corporaliter, vt legimus, habitauit plenitudo diuinitatis? Virgo peperit Vitam vniuersorum.] Quapropter Augustinus etiã [b] Susannæ coniugalem castitatem prædicat, tamen [c] Annæ viduæ pudicitiam præfert, Mariæ vero virginitatem sanctámque carnis eius integritatem, quarumlibet aliarum siue viduarum, siue coniugium laudabili continentiæ anteponit. In eundem fere sensum docet Ambrosius, & cum iisdem sanD ctis matronis Anna & Susanna cõfert Mariam, sed vt vni Virgini palmam tribuat, aliásque postponat.

Retineamvs ergo, quod à Sophronio accepimus, qui nos docuit hoc modo ratiocinari: Si quælibet virginitas tantum erigitur, vt Angelis cõparetur, multo magis beata & gloriosa Maria, quæ singulari commendatur priuilegio, & immenso dotatur mercimonio.] Hoc autem dicere videtur, vt locum nonnihil illustremus: Si tãm præclare beatę cum piis virginibus agitur, vt immensam coram Deo & Angelis gloriam promereantur, qualem quantámque coronãm Matri virginum in cælo rependi existimabimus, quæ inter sorores & sponsas Regis omnes hãc viam incultam, asperam, ignotam, despectam primum inuenit, inuentam, aperuit, apertam muniuit, consecrauit, ostendit, quandoquidem sola sine præcepto, sine consilio, sine exemplo

sine exemplo preciosum virginitatis munus, vt diximus, obtulit Creatori, tantúmque in hac virtute profecit, vt de alia nulla fœmina rectius dici possit: Adducentur Regi virgines post eam. Adducentur, inquam, post matrem filiæ, post Reginam pe- *Psal.44.* dissequæ, post Magistram discipulæ, & adductæ simul tali Principi, tùm suo tùm matris nomine gratias agent sempiternas. Accedet & illa remuneratio, vt non solum virgines, sed & cælites omnes hoc insigne virginum decus & lumen iucundissime contemplentur, cum stupore suspiciant, & studiosissime reuereantur, quando Regina optimis ciuibus gratior & augustior nunquam contigit, ad quam illi suos & animos, & oculos lætius ac iustius conuerterent. Verum quod ad beatarum virginum chorum attinet, vt olim Iudaicæ fœminæ Moysi sororem: sic hæ nominis eiusdem Antesignanum agnoscent, & præeuntem in laudibus Deo celebrandis vltro cupidéque sequentur, & simul sublatis cum illa vocibus, nec minus iunctis instrumentis musicis, vt humano more dicamus, suauissime modulabuntur. O dulce & mirificum melos tanti Regis aula dignum, vbi & mirantur cantores Angeli, & exultantes chori concinunt, modisque alternantibus & insigni harmonia miscent omnia, sed vt cuncti primas tribuant Mariæ tympanistriæ. Mentior, nisi Bernardus nobis hac in parte clarissime suffragetur: Nouum quidem canticum illud, inquit, quod solis dabitur in regno Dei cantari virginibus, ipsam virginum Reginam cum cæteris, imò primam inter cæteras esse caniturum, nemo est, qui ambigat. Puto autem illam præter illud, quod solis, licet cum omnibus, tamen virginibus ei, vt dixi, C commune erit, dulciori quodam atque elegantiori carmine lætificaturam esse ciuitatem Dei. Cuius vtique dulcisonos depromere vel exprimere modulos, ne ipsarum quidem virginum vlla digna inuenietur, quia soli merito decantandum seruabitur, quæ sola de partu & partu diuino gloriatur.] Cum his plane congruunt quæ apud eundem authorem alibi legimus, in hunc sane modum: Si omnes Virgines canticum istud cantabunt, nunquid illa Virgo virginum primiceria non cantabit? Cantabit vtique & tanto iucundius, quanto castior cæteris: præbebitque toti choro in cantando exemplũ, quas ad virginitatis amorẽ suo incitauit exemD plo.] Pulchra isthæc, & cum piorum omnium intima consideratione digna, tum puris castisque virginibus vel maxime sæpissimẽque perpendenda. Hinc enim facile colligent, quale quàtúmque eum Maria non modo meritum hic sibi vendicare, sed & præmium aliquando à Christo sponso consequi possint: Atque hinc spectat Hieronymi adhortatio Eustochio quidem scripta, sed cuilibet etiam Deo dicatæ Virgini accommodanda, maiorem vt consolationem, quomodocunque à carne Satanáque vexentur, in sacro suo capiant cœlibatu. Egredere, quæso, inquit, paulisper de carcere, & præsentis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi- A nis ascendit. Qualis erit ille dies, quum tibi Maria mater Domini choris occurret comitata virgineis? citu Pharaone, tympanum tenens præcinet respon- *Exod.15.* suris: Cantemus Domino: gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare. quum post rubrum mare submerso cum suo exer- Tum Tecla in tuos læta volabit amplexus.]

Maria in cælo non minus a virginibus, quam Moysi soror à Iudaicis fœminis honoratur. *Exod.1.*

Hom. 2. de B. Virgine.

Apocal.14. Quæ in cælo Mariæ cõ aliis virginibus communia. quæ propria. Mariam præ cæteris virginibus in cælo dulcissime canturam.

Hactenvs de Mariæ Virginis in cælo regnantis, omnibúsque sactis virginibus præluce- Quod virginũ genus, magis probãdum, & ad Mariæ gloriam propius accedat. ntis gloria & prærogatiua nos veluti balbutiendo diximus, quum nullis illa mortalium verbis explicari, sed ne mente quidem percipi posse videatur. Felix interim Virgo Christiana, quæ summæ Dominæ visendæ incensi desiderio, formæ fragilitatem, momentaneas carnis voluptates, vanáque mundi blandimenta & ornamenta contemnit, atque vt dulcissimo Mariæ contubernio perfruatur, *Psalm.39.* de lacu miseriæ & de luto fæcis, vt ille dixit, ad virgineum illum ornatissimúmque chorum noctes ac dies aspirat, in quo Regina non solum humanam, sed & Angelicam superat dignitatem. Felicior autem, quæ humanæ carnis ergastulo liberata, ad communem matrem & principem intuendam accedit, & ab hac porrò ad Filium comitantibus Angelis honestè deducta, lętéque ab obuio sponso susceptа, peramicis stringitur amplexibus, & blandissimis oscułis demulcetur. Tunc mellitis illis voci- *Can.4. & 7.* bus est locus: Veni sponsa mea, veni, coronaberis: quàm pulchra es & decora, charissima in deliciis. Tunc sponsam amor & ardor incredibilis occupat, quum adamati sponsi aspectu, amplexu, alloquio fruitur, & amore velut ebria fideliter inclamat: Di- *Cantic.2. Exod.15.* lectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Nec otiatur profecto Regina mater, quæ pro charitate sua vtrique, sponso & sponsæ, vt arbitror, ex animo gratulatur, & veteris Mariæ, quæ populo veteri præcinuit, complet officium, ne desit in cælestibus nuptiis, quæ totum & candidissimum Gynecæum cantando præcat, & epithalamium tali loco dignum, quo & sponsus & sponsa noua, cælitésque omnes velut nuptiarum amici recreantur, veluti magistra & princeps absoluat. Sedenim quæ dicendi vis, quæ orationis copia tantæ rei explicandæ, quantam ne mente quidem attingere licet, par vnquam esse possit? Gaudete, cantate, triumphate D purissimę Virgines. Adest nuptiarum Agni & tempus & apparatus. Inuitat sponsus, quo nihil cultius, blandius, augustius: inuitat, inquam, vt omni voluntatum genere diffluatis. Fauet mater & ordinis vestri Primiceria, qua nihil castius illustriúsque circumquáque resplender. Applaudunt & Angeli, vestri candoris ac decoris ob vitæ similitudinem studiosissimi semper amatores. Gaudete cæli lumina, Christique sponsæ tot ornatæ monilibus, quoniam merces vestra in cælis copiosa, & mensura bona, conferta, coagitata & superfluens, vobis inde ab æterno præparata, nunc vestrum in sinum effusa, nullis vel fortunæ casibus, vel temporum vicissitudinibus, vel hostium insidiis eripi, aut parte saltem ex aliqua intercipi ac imminui potest.

In epist. ad Eustoch. de cust. virgin.

Virginum est cælestem Mariæ gloriam sedulo meditari, & ad illius exemplum aspirare.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Quo pacto MARIA, vt Dei Mater fieret, promeruisse dicatur, & de illo Virginis dicto: Ecce ancilla Domini, deque aliis meritis eiusdem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patres sæpè & apertè testati, Mariã non sine speciali Dei gratia meruisse vt Deipara fieret.

GRAVIS ac ardua quæstio nunc nobis discutienda est, tantúmne Maria cũ aliis virtutum officiis, tum virginitate maxime promeruerit, vt Deipara facta dici & censeri possit. Quod nisi concedamus, eximios profectò Patres, qui doctorum Scholasticorum præcesserunt ætatem, sine omni candore perstringere, ac nimium severe damnare videamur. Chrysostomus quidem in hunc modũ est publice cõcionatus: Beata mater vltra omnem humanæ naturæ modũ modestiam ac temperantiam excoluit, & ob id vniuersorum Dominum in vtero gestare promeruerit.] Ac alibi rursus, quum locum illum: Quomodo fiet istud, explicat, Gabrielem inducit sic Virgini respondentem: Sane propter hoc erit, quoniam virum non cognoscis. Nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna, vt huic mysterio seruires.] Apud Basilium vero Magnum hæc verba reperiuntur: Quoniam ea tempestate nulla puritate par Mariæ virginitas, inter homines ad effectum sancti Spiritus excipiendum est reperta, & illa iam desponsatione erat occupata, electa est beata Virgo, ita vt nihil detrimenti ex desponsatione accesserit virginitati.] Eundem locum alius, ac fortasse paulo luculentius ita vertit: Quandoquidem id seculum hominum, in quo Maria viuebat, nihil cum puritate Mariæ comparandum haberet, vt sancti Spiritus operationem susciperet, electa est beata Virgo.] Vt cætera prætereamus. Ac postea idem Basilius: Sanctitate igitur compacta caro digna erat, vt sanctitati vnigeniti vniretur.] Vides quantum huic virginitati vir ille magnus tribuat, non solum de corporis, sed etiam animi puritate, siue de perfecta virginitate haud dubie loquens. In quem sensum etiam [a] Hieronymus dixisse videtur: Tantæ puritatis Maria extitit, vt mereretur effici mater filij Dei.] [b] Ac rursus: Hæc sponsa fabri meruit esse Mater illius, à quo ipse claues datæ sunt.] Consonat his [c] Ambrosius, vbi Mariam Virginem à Christo eligi, vt corporale Dei templum existeret, meruisse testatur. Tum [d] Bernardi vox est: Virginitas Mariæ digna fuit Spiritus sancti sacrarium fieri, & habitaculum filij Dei: vere lignum vitæ, quod solum fuit dignũ portare fructum salutis.] Nec est dissimile, quod ante [e] Bernardum iam ante commemoratus Chrysostomus dixit, Mariam, quoniam virum non cognosceret, seque Virginem seruare vellet, dignam esse habitam, quæ summo ministerio, vt Christi Mater fieret, inseruiret. Quid autem [f] Honorij dicto luculentius? Hæc prima inter mulieres vouit Deo virginitatem, & ideo sola inter mulieres meruit Virgo summæ prolis fœcunditatem.] Nihil ergo mirum, quod his consonans [g] Venantius Fortunatus in hunc modum canat:

Virginitas felix, quæ partu est digna Tonantis,
Quæ meruit Dominum progenerare suum.

IAM vero sunt & aliæ loquendi formulæ Patribus vsitatæ, quibus Mariæ meritum agnoscunt & prædicant, nulla etiam aliquando mentione facta virginitatis, sed generatim profitentes, illam non fortuito vel indigne, sed merito eam dignitatem, vt Mater esset Dei, obtinuisse. Hinc illud [h] Ambrosij dictum: Maria digna extitit, ex qua Dei filius nasceretur.] Et [i] Augustinus: Concipere & párere meruit, cum, quem constat nullum habuisse peccatum.] Tùm [k] Epiphanius: MARIA digna facta, quæ Vas & habitaculum filij Dei efficeretur.] Eusebius itidem [l] Emissenus: Hæc sola Mater Domini fieri meruit.] Suffragatur & Beda: Totius mundi Dominum & lucem seculis meruit generare perennem.] Sicut & [m] Petrus Damianus dixit: Ad instar cæli plenitudinis totius diuinitatis meruit esse sacrarium atque templum.] Aut iuxta [n] Euthymium digna æstimata est, quæ fieret Domini Mater.] Tùm qui sub Cæsare Marciano claruit [o] Chrysologus: Verè benedicta, inquit, quæ & superni conceptus meruit gratiam, & sustulit integritatis coronam.] Sed & [p] Maxentius MARIAM, vt fide plenam Deum conciperet, meruisse testatur. His omnibus [q] Prædẽtium vt vetustum, sic grauem sanè Poẽtam addo, eumque ita concinentem:

Edere namque Deum meruit,
Omnia Virgo venena domat.

NEC obscurum est aliud [r] Bernardi dictum: Magnum est Angelo, vt minister sit Domini: sed Maria sublimius quiddam meruit, vt sit mater.] Quibus demum, ne plura id genus loca conglomeremus, antiqua & celebris Ecclesiæ cantio non male respondet: Quia quem meruisti portare, resurrexit sicut dixit. Quocirca si è Patrum veterumque testimoniis, si ex Ecclesiæ confessione iudicare fas est, eximium & singulare priuilegium Maria obtinet, vt Mater Dei pro dignitate ac suo merito, id est, congrue vti vocant, & sit & prædicetur.

IN QVO argumento ne vel aduersariorum calumniis, vel imperitorum scrupulis locum relinquamus, superiores quidem Patrum sententias commode, neque sine certo temperamento accipi volumus & monemus. Primum enim quod ad meriti nomen haudquaquam fastuosum, vt quidam putant, attinet, Ecclesiastici sane Scriptores eo frequenter vtuntur, vbi actio etiam nulla est, hominis, cui præmium ex Dei lege proposita debeatur. Scribit ergo Cyprianus de infantibus, fide licet ac ratione carentibus, quòd in ipso statim ortu plorantes ac flentes diuinam misericordiam mereantur. Tum Gregorius Nazianzenus de Ioanne Baptista pronunciat: διὰ τοῦτο χαίρει καὶ κύριος ἐξιόων γαστρὸς, quod tantundem est, ac si dicas, ille Christi præco fieri meruit. Sed & Epiphanius Petro tribuit, quod meruerit vel dignus factus sit Princeps esse Apostolorum, & claues habere regni cælorum, primúmque inter discipulos locum obtinere. Ac durat etiamnum hæc loquendi consuetudo, vt Petrus Apostolatu, Augustinus Episcopatu, Gregorius Pontificatu dignus fuisse, aut talem dignitate promeruisse dicatur. Quare non tanta vis in meriti nomine statuenda est, quod sæpenumero tam laxe vsurpatur, vt ad qualemcunque bonam actionem vel facultatem piis concessam extendatur, etiamsi nulla ratio subsequentis præmij, cui meritum respondeat, annexa sit. Hinc illæ vt vetustæ, sic vsitatæ in templis precandi formulæ: Te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per quam (nempe Mariam) meruimus authorem vitæ suscipere. Et de cruce Domini: Digna fuisti portare talentum mundi. Nam & crebrò meruisse dicitur, qui precibus & fauoribus aliquid impetrauit, vel cui roganti beneficium diuinũ mere gratuitum contigit. Ad hunc

Serm. in Domini hypapante.
Lucæ 1. Hom. in 25. Ca. Gen.
Hom. de humana Christi generat.
a In epi. ad Eustoch. de custodia virginit.
b Ad Eustoc. Epist. 82.
d Serm. 1. in festo assum. Mariæ, & in aduẽtu Domini Ser. 2.
Maria signa fuit quę in Dei Matrem assumeretur.
e Hom. 49. in 25. cap. Genes.
f Serm. de festo nativit. Mariæ.
g In libr. de æternis gaudiis.
h Lib. 2. de virginibus.
i Lib. de natura & gratia ca. 36. & Li. de fide ad virgin. & Hieron. contra Helvidium. & Euseb. Emis. quinto tomo. & Ser. 3. de nativit. &c.
k In expos. Cant. Magnificat.
l Serm. 10. post Assumpt. Mariæ.
m In Ca. Magnificat.
n Serm. 10. de assumpt. Mariæ.

Matth. 18.

Ad hunc modum iniquus ille seruus, qui mala fide bona heri sui administrarat, vt soluendo esse non posset, tamen orando id promeruisse videtur, vt herus contracta debita illi condonaret, sicut & ipsa heri verba declarant in Euangelica parabola: Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me.

Patres non sine gratia præcedere Mariæ meritum statuunt & agnoscunt.

DEINDE quum de Mariæ merito agunt Patres, non tam sui immemores esse putandi sunt, vt humanum eius meritum cum diuinæ gratiæ iniuria efferre, nobisque commendare vnquam cogitarint. Non enim solius Bernardi, sed totius etiam Ecclesiæ constans est confessio: Nolo meritũ, quod gratiam excludit.] Stat firma & contra portas inferorum immota sententia: Sufficientes non sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, secluſa nempe gratia: sed sufficientia nostra ex Deo est: sufficientia, inquam, siue ad bonum opus faciendum, siue ad legem implendã, siue ad aliquid promerendum. Deus est nimirum, qui gratuita bonitate commotus, prout ipse vult, dona cuique sua distribuit, eámque largitur gratiam, sine qua nec infantes, nec ætate grandes iusti, sancti & salui esse possunt: largitur, inquam, gratis, vt [a] Paulus, & pro nihilo vt [b] Hieronymus, & sine meritis vt [c] Augustinus clarissime docent. Præclare igitur [d] Concilium Aurasiacense pronunciauit: Debetur merces bonis operibus si fiant: sed gratia quæ non debetur, præcedit vt fiant.] Ac [e] rursus: Quoties bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum vt operemur, operatur.] Ac tantum sane abest, vt vel Mariæ, vel cuiuscũque hominis primam gratiam sub meritum cadere fateamur, vt etiam de Christo ipso, cuius meritis Sanctorum merita inniti nefas est, aperte cum Augustino dicamus, nec illum quidem promeruisse, sed per gratiam accepisse, vt humana ipsius natura in vnitatem personæ vnici filij Dei singulariter assumeretur. Ac tota quidem Theologorum Schola in eo conspirat, nec primam hominis gratiam, qua illum à Deo præuenire, excitari & adiuuari necesse est, nec ipsam Christi Redemptoris incarnationem & passionem sub hominis qui iustificatur, meritum cadere posse. De Maria vero cum Bonauẽtura ingenue Scholastici docent, quod nec illa Dei mater esse ex condigno meruerit, quãdoquidem ea res omnem meritum & statum, qui creaturæ debetur excedat, ipsumque meritorum, quæ virgini competunt, fuerit fundamentum. Cæterum ad meritum congrui spectat quum Mariæ tribuunt Theologi, quod ante incarnationem Domini meruerit, vt præ cæteris Dei mater efficeretur. Quæ deinde postquàm assensit Gabrieli, & Spiritu sancto repleta fuit, non solum congrue, vt docet idem Bonauentura, sed etiam digne meruit esse Mater Emanuelis. Quin & Erasmus Scholasticam hanc distinctionem de congruo & condigno non improbat, & res ipsa Scripturis diuinis consonat, quantumuis doctrinam Scholasticam hîc siue imperiti, siue maligni aduersarij suggillent atque calumnientur. Quod si nomen meriti omnino rigide accipiamus, an quisquam in Scholis vnquam dubitauit, Mariam priusquam aliquid apud Deum meruisse, ex mera Dei gratia & benignitate ad hoc tantum Dei mysterium, vt Deipara fieret, prædestinatam, electam & assumtam ab eo fuisse, qui secundum cõsilium voluntatis suæ omnia in omnibus operatur, & quibus vult, gratis ac libere miseretur, Apostolo teste? Quæ gratia Virginem præueniens nihil impedit sane, quò minus Mariam peculiariter respexerit Deus, & pro sua bonitate magis illis fauerit, reliquisque digniorem præparauerit, ac eam præsenti gratiæ suæ vel maxime habuerit cooperantem, & cooperando merentẽ plus quam sensus humanus percipere possit.

1. Cor. 12. Rom. 12. Ephes. 4.
a Roman. 3.
b Li. contra Pelagianos. c Epist. 106. ad Paulinũ, & lib. 6. hypognosticon, & cap. 4. lib. de natur. & gratia. d Cap. 18. e Cap. 9.
Nec Christus quidem primam gratiam meruit.
Meritum cæli sub meritis primæ hominis gratiæ vel Christi in carnatio & passio iuxta Scholasticos.
f Libro 1. de præfinit. Sanctorum ca. 21. & in Enchirid. cap. 32.
g In li. 3. sententiarum distinct. 4. q. 1.
Maria non ex condigno, sed congruo meruit Dei mater effici. Deficit & meruisse Christũ incarnari.
In respons. ad Not. Bed. com.
Meritum de congruo scripturis & rationi quadrare.
Ephes. 1. & 1. Cor. 12. & 2. Thessal. 1.

Iam vero si Scripturas consulamus, frequens in illis loquẽdi phrasis sese offert, vt qui se ad gratiam Dei studiosè applicant, aut suscepto munere sedulo perfunguntur, tametsi non sine Dei gratia recte agant, tamen Deo Deique gratia digni esse dicantur. Cuius rei testem se Christus ipse præbet, de veré piis assetens, quod seculo illo & resurrectione ex mortuis digni habeantur, hoc est, mereantur. Sic enim Lucas Græce scripsit, οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν. Nec dissimilis est alia Domini sententia: Vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Vbi quod noster habet interpres, Digni habeamini, Græci pro eo legunt καταξιωθῆτε hoc est, mereamini. Consonat dictum in Apocalypsi: Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Quod postremum Græci dicunt significantius, ἄξιοί εἰσι: hoc est, quoniam meriti seu digni sunt, si Latine interpreteris. Nam & eloquentiæ Latinæ princeps Cicero, quum aliquoties hanc loquendi formã κατ' ἀξίαν vertit, pro dignitate Latine vertit, meriti certe rationem ostendens.

Nec dissentit Aristophanes ita scribens: τί παθὼν φήσεις ἄξιον εἶναι; Hoc est, quid meritus es? necem. Eodem spectat & illa Christi sententia: Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus. Ita enim subindicat, illos sibi fidos, suóque regno dignos haberi discipulos, qui cælestem magistrum suis parentibus bonisque mundi omnibus quantumlibet charis anteponunt, vt vnicum veluti suum thesaurum in Christo ipso collocant, quem sincere deamant, totóque pectore complectuntur. Eadem vis est in oratione Sapientis, quæ ad Sanctos proprie spectat: Deus tentauit eos, & tãquàm aurum in fornace probauit eos, & inuenit eos dignos se. Quid enim istud est aliud, quàm si meritos fuisse dixisset? Quo quidem verbo Paulus vti non dubitauit, quum suos Hebræos ad eleemosynas egenis fratribus erogandas, inhortans, hoc annectit: Talibus enim hostiis promeretur Deus, quod alij, demeretur & conciliatur Deus, vertere voluerunt. Nihil ergo mirum, quod vetusti etiam Ecclesiæ Latinæ Scriptores, vt Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Hilarius eodem modo sæpe loquãtur, nos Deum nempe piis operibus & iustitiæ officiis promereri. Imò verò, vt cite dixit Tertullianus: Promereri nolle, delinquere est.] Et qui Tertulliani perquàm studiosus fuit Cyprianus, iustitiæ opus esse dicit, vt quis Deum iudicem promereri possit. Ac rursus pronunciat: Præceptis eius & monitis obtemperandũ est, vt accipiant merita nostra mercedem.] Id quod Lactantius in hunc modum expressit: Vniuersos oportet operam dare, vt se quãprimum ad rectam viam dirigant, vt susceptis operatisque virtutibus, huius vitæ laboribus patienter exactis, consolatorem Deum habere mereantur.] Sed & Augustinus gratiæ licet assertor maximus

Iuxta Scripturę phrasim digni esse vel mereri dicuntur sæpe pij, cum gratiæ cooperantur.
Luc. 20.
Luc. 21.
Apocal. 3.
Quomodo Latini meritum per circumlocutionẽ ostendant.
Matth. 10.
Christo dignũ censentur, qui illum amant & colunt maximè.
Sap. 3.
Hebr. 3.
Meriti nomẽ antiquis patribus valde vsitatum.
In exorta. ad Castitat.
Lib. de vnitate Ecclesiæ.
Libro 7. de diuino præmio ca. vlt.
Libr. de prædest. sanctorum. ca. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac religiosissimus, præter alia quæ commemorauimus, dicere non veretur: Post corpus nemo erit in corpore, nisi in Resurrectione nouissima, non ad vlla merita comparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis præmia, vel pro malis luenda supplicia.] Quid quod longius etiam Patres progrediuntur, & meriti nomine delectati, impiis etiam hoc tribuunt, qui nec remissionem peccatorum, nec iustificationis gratiam, si proprie loquendum est, vnquam promerentur? Disputant quidem in Scholis, an aliqua meriti ratio in his, qui à Deo iustificantur, possit constitui, præsertim ob dispositiones & præparationes, vt vocant, iustificandorum. Verum Thomas, qui nunc primas in Scholis Catholicis merito tenet, in ea persistit sententia, quam ex Augustino hausisse videtur, vt doceat, meritum iustificationis siue ex congruo, vt appellant, siue ex condigno, in peccatore nullum prorsus existere. Veteres autem, vt dicere cœperam, meriti vocabulum etiam laxius vsurpant, & illis qui gratis iustificantur, quodammodo tribuunt. Etenim in cruce latro confitens, si [a] Ambrosio credimus, indulgentiam meruit. Et filius prodigus tam cito veniam meretur, vt veniente, & adhuc longe posito occurrat pater, [b] sicut idem affirmat. Tum [c] Cypriano teste, Publicanus in Euangelio meruit sanctificari. Rursus Niniuitæ dum se deiiciunt, omnipotentis Dei misericordiam facile meruerunt, vt habet [d] Gregorius. Probat & [e] Origenes exemplo verbisque Dauidis, quod pronũciare peccatum, remissionem peccati mereatur. Ac [f] Hieronymi dictum est: Qui peccata simpliciter confitentur, mererentur humilitate clemẽtiam Saluatoris.] Demum [g] Augustinus, Niniuitæ, inquit, pœnitentiam egerunt, & certam misericordiam meruerunt.] Atque vt anser inter olores accedat, Lutherus quantumuis merita contemnat & insectetur, dicere non formidauit: *Fides promeretur gratiam, & fide promeremur, vt detur Spiritus sanctus.*

Veteres etiã impropriè loqui de humanis meritis.

Sanniores Scholastici eũ Thoma censent nullum hominis esse meritum ante iustificationẽ.

In prima secundæ q. vlt. art. 5. & in explica. 4. Epistol. ad Rom.

a Sermo. 45.

b Lib. 2. de pœnit. ca. 1.

c In exposit. art. damnic.

d Lib. 3. in registro ca. 4.

e Hom. 3 in Leuit.

f Lib. 2. aduersus Pelagianos.

g In Psa. 50. In comment. epi. ad Gal.

Fides iuxta Lutherum meretur iustificationem.

PROINDE non adeo durum, asperum & absurdum videri debet, quod Maria tanto digna munere, vt Dei fit mater, aut quod Deipara esse promeruerit, appelletur. Scriptores enim orthodoxi, venerandæ præsertim antiquitatis, candide & secundum Ecclesiæ regulam commode sunt interpretandi, ne in communem huius seculi vel stultitiam, vel impudentiam præcipites feramur, quæ nullam veterum consuetudinem, vel Ecclesiæ authoritatem reueretur, & quod iam olim receptum, magnóque tum piorum, tum doctorum consensu probatum est, si nouæ Sectæ placitis aduersetur, id facile in calumniam rapit, magnóque supercilio siue iudicio damnat & execratur. Ecclesia vero non obscure suam mentem explicat, quod quum Mariæ meritũ prædicat, primas quidem gratiæ tribuat, ac tribui velit: idcirco enim Deum publice ita precatur: Qui gloriosæ virginis matris Mariæ corpus & animũ, vt dignum filij tui habitaculũ effici mereretur, Spiritu sancto cooperante præparasti. Gratiæ proculdubio, & Dei donum, sicut in Scholis vocant, indebitum fuit, quo dignatus est Mariã Deus, quodque nullis illa meritis consequi potuisset, vt cum æterno Patre filium communem haberet, atq; sine viro in carne suum procrearet authorem. Ad quam gratiam nulli alij creaturæ communicabilem tanto illa quidẽ cæteris aptior digniorque visa est,

Mouus mũdus sine omni cãdore de patribus & Ecclesia iudicat.

Ecclesia sic Mariæ meritũ agnoscit, vt simul gratiam Dei prædicet, ac inprimis prædicari velit.

A quanto inde à primis annis purius vixit ac sanctius, quantum homini fas erat, in quo veluti puro vase, summus Deus summum mysterium æterno consilio decreuerat operari. Vnde hoc electum diuini Spiritus organum non vulgaribus, sed excellentissimis donis virtutibúsque maximis debuit abũdare, ac simul nulli Sanctorũ in his cedere, quæ ad gratiã tum accipiendam, tum conseruandam, tum augendam ex parte liberi arbitrij pertinent, quemadmodum sub libri primi finem pluribus est demonstratum. Ac sacræ literæ non obscure quidem testantur, in hominis potestate situm esse, vt duce gratia, licet nulla eius sæpe fiat mentio, nos Deum diligere, & diligendo eius præcepta seruare, bonorũmque cælestium omnium participes effici valeamus. Vnde suauis & ampla illa Christi extat promissio, quæ in Maria proculdubio impleta fuit: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Alióquin sciebat vtique sapientissima Virgo id, quod multo postea docuit Prosper, gratiam in omnibus principaliter præeminere dando intellectum, inspirando consilium, cor ipsum illuminando, & fidei affectibus imbuendo.] Sciebat rursus, voluntatem hominis eidem gratiæ subiungi atque cooperari, vt diuino in se operi cooperetur, & ad meritũ incipiat exercere. Quod quum illa Dei spiritu plena cognosceret, vt in vacuum Dei gratiam nõ reciperet, accepta diuina virtutum semina studiosissime conseruauit, & ad frugem cumulatissime perduxit, donec diuinæ gratiæ vberrimã quasi segetem reportaret. Quemadmodum enim reliquæ puellæ, vt mundi gratiam emereãtur, auro, gemmis atque monilibus pretiosis vndique conquisitis corpus exornant, valdéque cõtæ procedunt, & amantibus adblandiũtur: sic illa Dei sponsa vt cælestem amatorem magis magisque sibi demereretur, illíque soli maiorem in modum placeret, externo omni fuco contemto, non nisi spiritualibus ornamẽtis suum instruxit animum, ad perfectam diuinæ voluntatis normam sese cõponens, atque in omni virtute progressus maximos faciens. Nec enim ignorabat, quàm vere dictum esset: Omnis gloria filiæ Regis ab intus. Quanto autem diligentius in hac parte diuina curauit, & summarum virtutum decore animam perfectius cohonestauit, eo dignior etiam cæteris visa est, quæ ad maximum amplissimúmque mysterium in Emanuelis Matre complendũ assumeretur. Digna plane, inquit Bernardus, quam respiceret Dominus, cuius decorem cõcupisceret Rex, cuius odore suauissimo ab æterno illo paterni sinus attraheretur accubitu.

Maria grãtia tecta humana fibi maximam delegatam Christum.

Serm. 4. de Assumpt. Mariæ.

Quomodo Maria dicatur, & fuerit mater Dei, & doctorum Scholastico.

Lib. 2. de veneratione sanctorum ca. 13.

SIC igitur habendum est, quod postquàm æterno Dei consilio definitum fuit, Messiam mũdique Redemptorem ex muliere nasciturum, nullam inter omnes fœminas ad hoc tantum munus obeundum, æquè ac Mariam idoneam reperiri potuisse, siue animi puritatem, siue vitæ sanctitatem, omniúmque virtutum perfectionem consideremus. Quamobrem veterum scriptorum studiosissimus, & Scholasticorum doctorum facile princeps Thomas affirmat, Mariam ex gratia sibi data, illum puritatis & sanctitatis meruisse gradum, vt mater Dei esse congrue posset. Decuit enim, sicut Anselmus ostendit, Christi conceptionem de matre purissima fieri, quæ tanta quidem puritate niteret, maior

In 3. part. q. 2. art. 11.

Maria ad conseruandam & augendã gratiam plus laborauit quàm alij omnes, quàm alij simul mundi fuerãt acquirendam & conseruandã ad seruitutem.

Psalm. 44.

In 3. part. q. 2. art. 11. In scholis communis opinio negat.

In 3. lib. sent. dist. 3. q. 2. a. 2.

vt sub Deo nequeat intelligi. His Bonauenturam consonare monuimus, quum doceat, condigni meritum in Mariam, vt Dei mater fieret, non cadere, sed congruè tamen illam ante Christi incarnationem hoc meruisse, quoniã præ nimia sua puritate, humilitate & benignitate, vt Dei mater fieret, erat idonea. Post annunciationẽ verò, inquit, postquã consensit, & spiritus sanctus in copiositate gratiæ in eam descendit, non solum congruitatem habuit, sed & dignitatem.]

In lib. de cõceptu virginali. In 3. lib. sent. dist. 4. q. 2.

Quatuor virtutes Mariæ imprimis notandæ circa illam sententiã: Ecce ancilla Domini.

Quod si Euangelicam historiam sedulò intueamur, salutata Virgo quatuor virtutes excellenter & habuit & ostendit, illíque plurimum haud dubiè meruit, ob suam nempè fidem, obedientiam, humilitatem atque charitatẽ. Quæ dictæ virtutes in vna Mariæ sentẽtia, si aduertas animum, luculenter apparent, quum Angelo respondet: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Magna certa fides, quod Gabrieli de summis & inauditis mysteriis, quæ captum humanum & intellectum omnem excedebant differenti, firmiter assentiatur, nihilque dubitet Deum fieri mortalem hominem, Deum de fœmina nasciturum. Virginem sine viro concepturam, Deum parituram, & virginem permansuram. Atque hæc inaudita veréque stupenda mysteria, quæ vnius testimonio nitebantur, plenissima Virginis fide comprehenduntur. Magna & prodigiosa humilitas, quod vltro sese deiiciat, & ancillæ loco statuat, quùm iam tot modis laudata, & Angelica legatione honorata, adeóque in Dei matrem delecta, & muneri maximo destinata esset Magna eiusdem obedientia, quod Angeli monitis & Dei voluntati per omnia sese conformet, quodque citra exceptionem se operamque suam omnẽ ad rem longè maximam tàmpromtè promittat, diuino quidem obsequio se totam impendens. Magna denique charitas, quod suæ gentis humanique generis miserta, optet ac desideret optatum illum Messiam promissumque mundi Redemtorem aduentare, suum etiam fidum ad hoc offerens ministerium. O dictum igitur aureum toti orbi reuerẽter amplectendum, quale nullius virginis aut hominis ore, cum maiore quidem fructu & pondere tot seculis prolatum reperias, quod insuper à prisCis illis Patriarchis, Prophetis aliisque veteris Testamenti Patribus, vti putant, iampridem desiderabatur. Vix autem dictum absoluerat. Fiat mihi secundum verbum tuum: & è vestigio Verbum caro factum est, quoniam operante Spiritu sancto ex purissimis Mariæ visceribus sanctum Domini corpus fabricatum, simulque anima perfecta dotatum, ac Dei verbo vnitum fuit, vt omnes omnis gratiæ thezauri in illo purissimo sanctissimóque diuinitatis templo continerentur. Etenim fœmina circum dedit virum, & Virgo concepit Emanuelem, sicut Propheticis oraculis fuerat prænunciatum. Adeò & Deo grata, & orbi salutaris isthęc Mariæ fuit oratio, vt pluribus quidem [a] Bernardus exponit: tunc-que Virgo, vt [b] Bonauentura loquitur, non solo merito congruitatis, sed & dignitatis meruit obũbrari, & altissimi virtute impugnari. Ex quibus abũde colligi potest, recentiorem quidem Scriptorem, sed eruditum Theologum [c] Chlichtouæum planè sapientérque dixisse: Rectè tam excellenti & singulari virtuti illud attribuimus præconiũ, quod meruerit portare Regem cælorum & Dominum, id est

Iuxta. 1. Astruam esse sententiam Virginis: Ecce ancilla Domini, quæ fruãtur beatissimi, qui sunt in hac beatissima sede collocati.

Hier. 31. Isai. 7. a Hom. 4. de laudibus virg. b In lib. 3. sentent. dist. 3. quæst. 2. c. Lib. 2. de veneratione sanctorum ca. 13.

Testimonium Chlichtouæi de Maria, quæ meruit portare Christum.

A digna fuerit atque idonea ex Dei munere primum & deinde sua ipsius apta dispositione per bonorum operum studium ferre castis suis visceribus Christum Dei filium. Extat præclarus apud Prophetam Danielem locus à Gabriele Archangelo in hunc modum recitatus. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super Vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia: & vngatur Sanctus Sanctorum. Dulcissimum, hoc est vaticinium, quo Gabriel mœstum Danielis animum egregiè consolatur, exoptati Messiæ certum & maturum aduentum, eiusque fructũ amplissimum promittens, ne Propheta dubitet de futura sui populi, imò & orbis redemtione atque instauratione. Quod autem ait abbreuiatum esse tempus, vt si humano more loquendum sit: Messias ptoperanter venire, ac tempestiuius suum inchoare officium velit, haud temerè dictum putare debemus. Valuerunt hic sanè aliquid, atque, vt multi existimant, suis precibus ardentibúsque votis quodammodò promeruerũt patres, vt de priore decreto, quod longiora temporis spacia requirere videbatur, nonnihil remitteret Deus, ac in orbem eitius prodiret Messias. Huius enim vox propria illa esse videtur: Propter miseriam inopum & gemitũ pauperum nunc exurgam dicit Dominus. Sed enim quanto est probabilius, Mariæ diuino amore languentis, & humani generis causam fidelìter procurantis sanctissima vota, maximáque desideria cœlos ipsos penetrasse, & Patris æterni gratiam ad Messiam citius exhibendum aliqua ex parte nobis conciliasse? Fuit certè Maria veteris Synagogæ vel optima pars, quemadmodum Rupertus indicauit, Synagogæ, inquam, tot tantosque prisCorum Patrum gemitus ad impetrandum sibi Messiam olim ad numen cæleste mittentis. Fuit isthæc vera [a] Esther summo regi vnicè grata, & ad singularem populo mortis terrore perculso gratiam emerendam efficax: fuit denique plusquàm Salomon in omnibus & præ omnibus [b] amabilis Domino, in precando præpotens, & ad incomparabile templum Deo vituo fabricandum idonea. Quid multis moror? vt semel finiam, Mariæ meritum, secundum quòd Dei mater effecta est, ita proponunt & asserunt Patres, sicut veterum Scriptorum studiosissimus, & Scholasticorum doctorum principes Thomas his ferè verbis declarauit: Maria meruit ex gratia sibi illum puritatis & sanctitatis gradum, vt congruè posset esse Mater Dei. Meruit igitur, vt sæpe diximus, ex gratia sibi data & oblata, quæ iustos omnes in benefactis vt præcedat & sequatur necesse est: meruit, inquam, quum liberam voluntatem ac ardentis animi studium præsenti adiunxit gratiæ, cumque se totam, vt nemo vnquam alius, diuino nutui exactissime accommodauit, nihil vt in illa verè humili & perfecte obediente ancilla Domini posset desiderari. Neque me committam vasto pelago, vt oratione iusta huius sanctissimæ Virginis merita persequar, metita, inquam, tàm preciosa, inclyta, immensa, nobis planè incomprehensibilia, illique soli perspecta, qui renes & corda scrutatur, ac est vere qui dicitur καρδιογνώστης An quicquã in Mariæ cogitationibus, desideriis, consiliis, dictis, factis, moribus fuit non nitidum, non integrum, non ab-

Testimonium Danielis de tempore venturi Messiæ.

Daniel. 9.

Ob quam causam abbreuiatum tempus aduentantis Messiæ.

Psalm. 11. Non minus ob Mariæ preces quàm aliorum Patrum vota, tempus Messiæ abbreuiatum. Maria pars optima Synagogæ.

Lib. 1. de operibus spiritus sancti ca. 8.

a Esther 7 & 8. b. 2. Reg. 25. 3. Reg. 3. Maria typo Reginæ perfectè satisfecit.

Quomodo Maria secundum Thomam meruit esse Dei mater.

In 3. part. q. 2. art. 11.

De Mariæ meritis quid sentiendum in vniuersum.

Hieron. 11. & 20.

O

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elizabethæ oculis & sensibus opus est, ad Mariæ merita recte contemplanda. *Lib. de bono coniugali ca. vlt.*

Luc. 1.

Mariæ merita ignorant, qui nō sentiūt Ecclesiā. Catholici Mariæ merita sic agnoscunt & celebrant ni laudi detrahāt Christi maiestati. Mariæ merita non obscurāt sed illustrant Christi gloriā. Nouatores obscurāt Christi beneficiū, Mariæ & Sanctorum merita reiicientes.

solutum, non meritorium, non summo Deo gratum, non denique simul & Angelis & hominibus iure suspiciendum? Verum ad has sublimes Virginis nostræ dotes, & infinitas opes ritè contemplandas nulli aptiores esse videntur, quàm qui Elizabethæ lynceos oculos & sensus adferunt vere spirituales, vt tantorum meritorum dignitatem licet plene non assequantur, religiosè tamen admirentur, ac prædicent studiosè. Clamat & Augustinus Ecclesiæ filiis, ac iure summo clamat: Mariæ merita quis ignorat? merita, inquam, tot seculis tantoque piorum consensu probata & decantata. Verum hanc Augustini Ecclesiæque vocem velut surdi prætereunt aduersarii, vt pote in Schola veritatis perperam instituti, qui Mariæ merita cū impiis omnibus ignorant, contemnunt, irrident, nosque Catholicos tātum non damnant superstitionis, qui hac meritorum Mariæ vel confessione, vel prædicatione Christi Domini gloriam insigniter obscuremus. Atqui, vt sæpe diximus, suam Christo capiti gloriam saluam imprimis & inconuulsam tuemur, eiusque meritis vel tantillum detrahere sacrilegium existimamus. Profecto nisi & sibi & aliis fons omnis gratiæ Christus meruisset, nullus in Maria influxus ac vigor gratiæ, nulla merendi vis atque facultas inesse potuisset. Videant interim Nouatores, ne quod ipsi diuinæ gloriæ illustrandæ studium verbis præ se ferunt, & apud suos iactant, id reipsa negent, dum arctissimam illam inter Christum Filium & huius Matrem vnionem tàm leuiter æstimant, & quæ bona meritaque ex hac ipsa coniunctione consequuntur, nullo in precio habere dignantur. Quid isthuc est aliud quæso, quàm Christi Redemptoris beneficium obscurare, dum tacite popularibus instillant animis, Christum electis amicis & Mariæ imprimis parenti aut nequiuisse, aut noluisse suo mereri sanguine donum charitatis & spiritum sanctum, & illis præterea merendi facultatem sicut & alia diuina bona, liberaliter impertiri?

Gregorii Magni testimonium nobis retinendum, de meritis Mariæ maximis. *In libro 1. Regū 1.*

E primariis doctoribus, quos Latina Ecclesia veneratur, magnus est ille Gregorius Romanus, quos cum ingenue profitemur, & iam ante professi sumus Orthodoxi: Beatissima semper Virgo Maria Dei genitrix mons fuit ab Esaia prædictus, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electione sua trāscendit. An non sublimis Maria, quæ vt ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes Angelorū choros vsque ad solium Deitatis erexit? Mons in vertice montium

Maria mōs in vertice montium ob meritorum excellentiam ab Esaia dicitur. *Esaiæ 2.*

fuit (vt idem Esaias appellat) quia altitudo Mariæ super omnes Sanctos refulsit. Nam sicut mons altitudinem, ita domus designat habitationem. Mōs quippè & domus apte dicitur, quæ dum incomparabilibus est illustrata meritis, Dei vnigenitum, in quo recumberet, sacrum præparauit vterum.] Cum hac Gregoriana, imo Catholica Confessione non male congruit, quod Caroli Magni quondam præceptor, idemque non vulgaris Theologus Alcuinus hoc modo tradidit: Beata Maria fuit Iana mundissima, & in virginitate clarissima, & incomparabilis vniuersis, quæ erant sub cælo hominibus: eratque talis ac tanta, vt sola digna esset, qua nullus alius indueretur, nisi augusta præditus dignitate.] Eodem spectat quod [a] Damascenus, [b] Nicephorus aliique

Alcuini sent. de Mariæ amplissimis meritis. *Lib. de Trinit. ca. 14.*

multi sæpe testantur, Mariam inuentam esse dignam, Deumque decens Verbi domicilium. Valeat igitur insultus aduersariorum garritus, qui Matrem Domini vt gratiæ & sanctitatis plenam, ita & meritorum præstantia reliquis præstare Diuis, & ad summum illud misterium digne assciti tàm ægre concedunt, quàm improbe Scholasticos calumniantur.

a Lib. 4. de fide Orthodox. ca. 15.

b Ex Hesych.

Quanquam haud ignoramus, nonnulla veterum extare dicta, quæ Mariæ merita si non excludere, at certè quidem eneruare ac negligere videantur. Vt enim nihil eorum dissimulemus, quæ aduersarius ansam præbere possint sua muniendi atque tergiuersandi, apud Hieronymum hæc verba quibus contra nos gloriatur quoque Caluinus, repiuntur: Beata Maria mater Domini conscientia in se inhabitantis Dei liberè proclamat: Ecce enim ex hoc beatam medicent omnes generationes? Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomē eius. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo. In quo animaduerte, inquit, quòd beatam se esse dicat non proprio merito atque virtute, sed Dei in se inhabitantis clementia.] Tùm Fulgentius perspicue docet, quòd Maria Deum hominem factum, & concipere, & parere non humanis meritis, sed concepti nascentisque ex summi Dei dignatione promeruerit. Accedit Bernardi quoque dictum: Maria non prætendit meritum, sed gratiam quærit.]

Pe quibus Patrum sententia meritum Mariæ obscurare videtur.

Li. 1. aduersus Pelagianos.

Luce 1.

Lib. de incarnat. Verbi gratia Christi ca. 7. Ser. in natiu. Mariæ.

Fatemur istthæc, atque alia id genus forta sse plura dici à Patribus, quæ tamen recte accepta superioribus ad Mariæ meritum astruendum adductis, non aduersantur. Etenim si Patrum sententiæ sedulo inspiciantur, non Mariæ modò, sed & omniū hominū merita illæ deprimere & negligere aliquādo videntur, meritum humanum rigidè accipientes, quatenus hoc Dei gratiæ & misericordiæ aduersatur, & in operibus sine Christi spiritu factis ponitur, quod præterea remissionem peccatorum aut iustificationis gratiam promereri existimatur, Cæterum quod ad citatum Hieronymi locum attinet, recte ille ad conuincendos Pelagianos profertur. Cum his enim ex professo author disputat, qui exclusa Christi gratia tantas humani arbitrii vires iactabant, quantæ ad charitatem perfectam obtinendam, & ad omnia Dei præcepta præstāda sufficerent, sicut de illis Augustinus affirmat. Talibus igitur, qui suis viribus ac meritis nihil nō tribuerēt in negotio iustificationis, Mariam vnam omnium sanctissimā opponit Hieronymus, non vt illam quidem meritis exuat, cui Zachariam & Elizabeth quamlibet sanctos, & in Euangelio probatos coniuges iusticia & meritis inferiores fuisse testatur, sed vt ostendat, Matrē Domini de sua sanctitate propriisque meritis atque virtutibus, quibus alio quin abundabat, nulla ex parte præsumsisse. Igitur beatā se dicit non proprio merito atque virtute, sicut Pelagianos facere non puduit sed omnem meritorum ac virtutum causam & laudem, sicut Lucas indicauit, in ipsum bonorum fontem Deum cum humili gratiarum actione transcripsit. Igitur insulsa est istorum ratiocinatio, quùm ex verbis Hieronymianis ita colligunt: Maria in se meritа non agnouit, non de sua virtute gloriata est, sed seipsam studiosè abiecit, Deique munificentiam

Lib. de incarnat. Verbi gratia Christi ca. 7. Ser. in natiu. Mariæ.

Luce 1.

Ser. 3. in Annunciat. dominica. Colossen. 3

Matth. 5

Virtus & effectus vere humilitatis.

Luce 18

In epistola ad Lugdunen.

Quid ad Fulgentij sententiam obiectū fieri possit, quod respondendum.

In sermo. de laudibus Mariæ.

Responsio ad obiectum, Scripturas, quæ nonnullis Patribus Mariæ meritum videntur oppugnare, vel detrahere.

Quo pacto Scripturæ meritis nostra & Sanctorum, solere exponi.

Responsio ad obiectum, quo Mariæ meritum videtur infirmari.

vnicè prædicauit: igitur nulla illi merita tribuit A quæ à Christi gratia & charitate dependent, frequenter inculcant vnicèque commendant. Hinc præclarum illud Bernardi dictum extat: Si quis iuxta Apostolum, vt verbum Christi, verbum gratiæ in eo habiter, gratus est, si quis deuotus, si quis sollicitus, si quis spiritu feruens, caueat sibi, ne suis fidat meritis, ne suis operibus innitatur: alioquin nec huiuscemodi quidem animum intrat gratia.]

Eo plura & maiora Mariæ merita, quo minus de suis meritis ipsa carnisit ob in signem humilitatem.

Hæc pluribus explicare visum est, vt de Mariæ meritis certius constet, & illustris illorum amplitudo intelligatur, quæ à nullo quidem pro dignitate possunt prædicari, ac multo minus à quoquam attingi. Felix Virgo, cui ad promerēdum non ad præsumendum merita suppetebant. Ipsum enim non præsumere, nonne promereri est? vt à [a] Bernardo traditur. Sciebat vtique Virgo prudentissima, quod à [b] Chrysostomo scriptum legimus: Si magna vis reddere merita tua, ea ne magna esse pures, & magna tunc erunt. Nihil enim Deo tam gratum, quam cum extremis peccatoribus semetipsum connumerare.] Erat igitur hoc Mariæ proprium, vt licet inhabitantis gratiæ amplissimo certissimoque testimonio gauderet, ac iustis aliis sese conferre atque præferre posset, tamen humilem Domini ancillam potius, quam dignā Dei Matrem seipsam agnosceret atque statueret, vtque non in se & suis virtutibus, sed in Deo salutari suo, cū in domo Elizabeth, tum alibi semper exultaret. In quem sensum etiam Ambrosius dixisse videtur: Non inflatur Domini Mater quasi secura de meritis, sed quo meritū magis cognouit, eo votum vberius exoluit, officium copiosius detulit, munus religiosius vexit. Atque hoc demum est sapere, sua sic merita cum Maria negligere vt collectum ex his thesaurum augeas, siue vt Christus loquitur, in cælo thesaurizes, atque in Deum diues efficiaris. Verum satis isthæc, vt arbitror, ad Nouatorum iniuriam propulsandam, qui aduersus communem veterum sensum atque cōsensum tantam Virginem in ordinem redigere, ac summis pulcherrimisque meritorum ornamentis spoliare tanto audacius moliuntur, quanto magis ipsi omnium sunt meritorum expertes, nullumque salutarem fructum proferre, aut bonorum operum præmia impetrare possunt, quamdiu velut palmites à Christo vite præcisi manent, Christique Ecclesiæ per pœnitentiam integrè non reconciliantur.

Luce 1.

Epist. 42. ad Horticum.

Qui Mariæ meritum tollat.

Ioan. 15

Qno referēda sit tractatio duorum capitum superiorum.

a Ser 68. in Cantica.

b Hom. 38. de humilitate & quiete.

Mariæ proprium habere & non ponderare merita sua, sed in Deo gloriari.

Luc. 1.

Ex de viduis.

Luce 12.

Ecclesia hostes meritorū expertes, Mariæ & Sanctorum meritis inuident ac obtrectant.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

An fides de Mariæ perpetua virginitate ob Ecclesiæ aut horitatem necessariò retinenda & prædicanda sit.

Sic veritas Nouatorum sententiæ de prohibita copula post partum. *a In scripto contra amaurianos.*

NON PRÆTEREVNDA nobis est Quæstio, quam Sectarij hoc etiam seculo agitare pergunt, de Mariæ perpetua virginitate. Sunt ex illis, qui cum Orthodoxis hic per omnia sentiant: alij disertè fateri non audent, recipiendum ac probandum hoc esse dogma propter Ecclesiæ au- D thoritatem. Quidam rursus putant, quod Mariæ semper Virgo perseuerauit, id probabilem piorum opinionem potius, quam necessariū fidei articulum existimari oportere. Petrus [a] Martyr, vt diximus, non vult Christianum hinc dogma extrui, & [b] Brentius in hunc modum pronunciat: *Si perpetua Mariæ virginitas non potest nec litera, nec ex sententia Scripturæ probari, non est articulus fidei creditu necessarius. Si autem hoc pro certissimo fidei articulo habendum est, necessarium*

b In postremo operis capo Apologiæ Wittenberg. gen.

Scripturis quidam probari vellet perpetuā Mariæ virginitatem, fi ra certo credenda sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est vt contineatur vel in litera, vel in sententia Scripturæ. Nec solum Brentius, sed & [c] Zuinglius & Bullingerus se diuinis è literis demonstrare posse confidunt, Mariam non solum in conceptu, sed etiam in partu, & à partu Virginem permansisse: ac idcirco necessariò ita quemuis credere Christianum, [d] Centuriatores autem Erasmi dictum repetūt, taciteque confirmant, nimirùm quod Maria perpetuo fuerit Virgo, licet in diuinis literis nusquàm exprimatur, tamen ex traditione probari, quam inde ab Apostolis Patres veluti per manus transmissam accepterunt, & ad nos deriuarunt, quamque Christianus orbis magno consensu semper comprobauit. Hanc Centuriatorum siue doctrinam, siue censuram nos libentius amplectimur, quā quod ab eisdem alibi frigidè satis adfertur: *Virginem vsque ad finem vitæ suæ permansisse consentaneum est, idque in honorem Messiæ, qui & donaei concesserit ad eam rem necessaria.* Etenim simpliciter fatendum & explicandum erat, non modo quid consentaneum, sed quid secundum fidei regulam certò & necessario cuique credendum sit atque profitendum, quum de perpetua Deiparæ virginitate quæritur atque disputatur. Quod autem addunt Centuriatores, hanc virginitatem ad honorem Messiæ pertinere, non grauatim recipimus, simulque miramur, hos homines in cæteris adeò esse præfractos atque contentiosos, quæ ad honorem eiusdem Messiæ de Maria totius Ecclesiæ testimonio, prædicantur.

Est ita quidem, vt fatetur Erasmus, Catholicam de Maria perpetua Virgine confessionem ad illa pertinere dogmata, quæ non Scripturæ authoritate, sed Ecclesiæ definitione nituntur, quæque summo Patrum consensu nobis tradita non minus tenemur, inquit, credere, quam si sacris literis essent expressa. Nullus enim Orthodoxus vnquam contradixit perpetuæ Mariæ virginitati, quæ cum sacrarum literarum euidentibus testimoniis doceri non possit, tamen quoniam magno consensu nobis à priscis Orthodoxis tradita est per manus, nemo tolerandum existimaret, qui illam si vllo tempore, tum post partum illum sanctissimum à viro cognitam fuisse blateraret. Quod verò contra Brentius, Zuinglius, Bullingerus & plerique alij sentiunt, ad solam Scripturam iudicem prouocantes nihil noui adferunt, sed antiquum vt semper, obtinent. Quum enim se hostes Ecclesiæ Catholicæ palam profiteantur, ac reipsa præstent, quid facerent aliud, quam quod fontes in causa non bona, libenter facere solent, vt contra iudicem excipiant, eiusque defugiant authoritatem, à quo castigari metuunt atque damnari. Non obscura est istorum tum defectio, tum rebellio, qui non ita pridem se ab Orthodoxis fratribus, à Catholicis Episcopis, à communis matris Ecclesiæ gremio segregarunt, & in quædam latibula se ipsi abdiderunt. Interea verò vt infamiam publicam fugiant, suæque nouitatis velut mantellum obtendant, ingentem verbi diuini asserendi zelum præ se ferunt, velut extra illud nihil quærant aut doceant, probandumque censeant. Eodem enim se suamque causam tegunt pallio, quo iam olim Ariani, imò & Iudæi suam peruicaciam operti esse conati, nihil interim Ecclesiæ iudicio, legibus, Conciliis, traditionibus concedentes. Ac de Arianis quidem meminit Gregorius Nazianzenus, quod fraudi suæ Scripturam prætexerent; cuius tantam apud se authoritatem esse dicebant, vt à voce τῷ ὁμοίῳ sibi prorsus abstinendum putarent. Et nota vox est hæretici Maximini, qui cum Augustino antiquarum traditionum obseruantissimo disputaturus, vt Nicenæ Synodi & Patrum authoritatem eluderet, atque ad solum Scripturarum examen omnia reuocaret, hanc legem præscripsit: *Si quid de diuinis Scripturis proferetis, quod commune est cum omnibus, necesse est vt audiamus: hæc verò quæ extra Scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur.* Quarè vt Arianos, sic istos etiam pudet pigetque confiteri, quod omnis recepit, probauit & docuit antiquitas, Christianam nempè doctrinam, quæ cuique ad salutem profitenda est, partim scripto, partim verbo seu viua voce à primis fidei magistris Apostolis traditam, ac in Ecclesia porro semper conseruatam, hodiéque nobis necessario retinendam esse, quemadmodum [a] Dionysius, [b] Irenæus, [c] Basilius, [d] Epiphanius, [e] Vincentius, [f] Damascenus perspicue docuerunt. Quod vsque adeò verum est, vt plerique Nouatores, qui secus nunc sentiunt, & ad solas Scripturas prouocant, vel inuiti multa sine Scripturis admittant, & ex Ecclesiæ traditione sola confirment, vtpote Baptismum paruulorum, Symbolum Apostolicum, Canonem librorum Biblicorum. Confessionem veterum Synodorum de multis magnisque rebus ad altissimum sanctissimæ Trinitatis mysterium pertinentibus, vt alia non pauca de Sacramentis, de disciplina Ecclesiastica, de ritibus Christianis dicere prætermittamus. Caluini verba duntaxat ascribam, quibus tam acerbus Ecclesiæ hostis Concilia præcipua recipit atque probat, quantumuis multa in illis absque verbo scripto definiantur. *Priscas*, inquit, *illas Synodos, vt Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, ac similes, quæ confutandis erroribus habitæ sunt, libenter amplectimur reuerenturque vt sacrosanctas, quantum attinet ad fidei dogmata.* Ac eadem ferè illorum est sententia, qui vt veterem religionem cum noua commutent, in Confessionem Augustanam iurarunt, sicut ipsi statim in vestibulo protestantur.

Hæc propterea monere visum est, vt Centuriatorum aliorumque Sectariorum inconsilas docendi & agendi ratio clarius intelligatur, & intellecta fortius reiiciatur, vt qui gnatonico more modo aiunt, modo negant, quod in Scripturis expresse nō est traditum, id credendum nobis vel obseruādum esse. At certè non temerè monet Tertullianus, aduersus Hæreticos plus traditiones, quam Scripturam habere virium, & ex illis legitimum Scripturæ sensum ostendi, omnemq; cum Hæreticis disputationem ad traditiones à maioribus acceptas referri oportere. Igitur Athanasius Arianos: Basilius Eunomianos: Epiphanius Apostolicos: Hieronymus Luciferianos: Augustinus Donatistas pro Hæreticis habet, legitimèque damnat, quādoquidem omnes illi Scripturæ verbis inhærentes, suo magis sensui crederent, quam in Scriptura interpretāda iudicio ac traditioni Ecclesiæ obtemperarent. Quid autē, nisi cuiusdam insolentissimę est insanię (vt Augustinus loquitur) in dubium reuocare, sint ne illa credenda vel obseruanda, quę licet diuinę Scripturæ non præscribat authoritas, confirmat tamen

c De vera & falsa religione.

d Centur. 1 cap. 11.

Quid centuriatores de hac quæstione sentiant, & præterea Erasmus.

Imperfecta confessio Centuriatorum.

Doctrina de perpetua Mariæ virginitate, & Ecclesiastica traditione, non autem Scripturæ locis probari.

In responsi. 26. ad obiecta artic.

Ob. Nouatores ad Scripturam prouocet in præsenti quæstione.

Ecclesię defectores contra iudicium eius libenter excipiunt ad solā Scripturā prouocantes.

Proprium est Iudæorū, Arianorum & Hæreticorū Scripturam suis erroribus prætexere.

Contra Nestorium.

traditio, & tota per orbem frequentat Ecclesia? Tùm præclarè Cyrillus admonet: Omnium hæreseon hæc sola via est, vt ab ea doctrina homines abducant, quæ ab Apostolis est tradita, quam suis scriptis sancti Patres ad nostra vsque tempora trāsmiserunt.] Sed ad rem ipsam propius.

Si Scripturæ sacræ verbis inhæreamus, nec aliud præterea subsidium requiramus, habet sanè vnde glorietur, suumque dogma confirmet Heluidius, qui Mariam perpetuò Virginem non esse censendam, multis & speciosis Scripturæ verbis astruit, nec omnino leuiter probare videtur. primum enim ex Matthæo repetit, quod Mater Iesu Ioseph viro fuerit desponsata: deinde quòd inuenta dicatur habere in vtero de Spiritu sancto, antequàm ambo conuenirent, velut maritalis congressus post Christum editum sit consecutus: præterea quod in eiusdem rei confirmationem scriptum videatur, Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Hinc iam ille colligit, Mariæ primogenitum fuisse Christum, quem secuti sint alij secundo & tertio ex eadem Matre geniti, & Iosephi opera procreati: hos autem esse, quos fratres Domini secundum carnem videlicet, Euangelica etiam historia sæpè nominarit. Nam apud [a] Lucam ita quidam Christo nunciat: Ecce mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre, sicut & [b] Matthæus & [c] Marcus eandem historiam narrant. Tum [d] Ioannes ait: Neque enim fratres eius credebant in eum. Marcus verò inter Domini fratres nominatim eos recensēt, qui Iacobus, Ioseph, Iudas & Simon appellantur. Quod si Deipara non solum Christum edidit, sed multos ex Ioseph filios, id est, Christi fratres habuit, quomodo perpetua Virgo saluretur? cur non mulieribus potius aggregetur? vt quæ non de Spiritu sancto, sed de virili semine tot liberorum parens effecta est, sicut & vulgus hominum voce clarissima confirmauit. Sic enim de Christo iactabant publicè Nazareni: Nónne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ Simonis? nónne & sorores eius apud nos sunt? Ad hæc si Virgo fuit mansitque perpetua, cur in nuptiis Cana, & de cruce ipsa non alio quàm mulieris nomine ab ipso etiam filio appellatur? Quid est demum, quod Paulus ne Virginis quidem nomine illam dignatur, sed simpliciter ait: Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege?

Hęc nimirum tela sunt Heluidianorum ad configendam Deiparæ virginitatem parata, nec aliunde, quàm ex maximo illo diuinę Scripturæ armamentario deprompta, quæ aliis eiusdem Scripturæ armis retundere & confringere, nemo facilè possit, & si nos illa prius vtcunque dissecerimus, sed patrum vestigiis insistentes. Imò verò quemadmodum sanctus Episcopus, adeoque Christi Martyr Ioannes Roffensis apertè fassus est, ita nos etiam ingenuè asseueramus, ne verbum quidem vnum è Scripturis proferri posse, vt Mariam perpetuò Virginem fuisse, liquido demonstretur. Ac tantum abeit, vt præsens controuersia solis Scripturæ verbis dirimatur, vt illis etiam augeri potius videatur. Nam quod Zuinglius, vt ne quicquam Ecclesiæ vel defensioni, vel authoritati concedat, hic se munit Esaiæ dicto: Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, parum sanè ad rem pertinet, neque obiectum nodam dissoluit. Hinc enim solum euincere licet id, quòd Orthodoxis omnibus est indubitatum, Mariam in ipso conceptu, & sicut Ambrosius probat, in partu quoque filij Virginem permansisse. An verò efficax hic est locus ad virginitatem Mariæ perpetuam astruendam, illisque comprobandam, qui cum Heluidianis Scripturas exigunt luculentas? minimè verò: vt omittam, quibus modis & strophis Iudæi quidem hoc ipsum dictum eludant, sicut iam anteà commonstratum est. Citat deinde Zuinglius, quod in Ezechiele scriptum legimus de porta clausa, quæ soli patere debeat principi. Et nos vltrò fatemur, rectè isthæc ad Mariam referri, sicut permultis Patrum testimoniis euidentissimum fecimus, etsi Nouatores longè alio, ad templum scilicet Hierosolymitanum, hæc Prophetę verba detorquent. Atque vt maximè donet Heluidius, præsentem vel Scripturam vel figuram probandę Mariæ virginitati quadrare, nondū tamen hinc obtinuit Zuuinglius, eādem Virginem post partum inuiolatam vsque perseuerasse. Id verò est, quod Heluidiani Scripturæ locis armati, ex eiusdem Scripturæ fontibus probari postulant, atque confirmari negant. Sedenim hic mos proprius est aduersariorum, vt quoties ipsis libet, commodumque videtur, partim nouas & à suis confictas interpretationes ascisćant: partim ad tropos, figuras & ænigmata confugiant, vt non modo Zuuinglius, sed & huius discipulus Bullingerus re ipsa probauit. Etenim is obscurissimum Psalmi locum à veteribus Rabbinis acceptum profert: In splendoribus sanctitatis ex vtero velut ex aurora tibi ros iuuentutis, vel natiuitatis tuæ: pro eo quod nos legimus vna cum Septuaginta: Tecum principium in die virtutis tuę, in splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Præclara fanè verba, sed quæ constanter Patres non de humana, sed diuina & æterna Christi generatione interpretantur, meritoque Iudæis & Arianis opponunt. [e] Chrysostomus verò & [f] Fulgentius eos infectantur, qui hæc Psalmographi verba ad humanam Christi natiuitatem detorquēt ac veluti pro luce tenebras inuehunt. Quid? quod Ochinus apertè blasphemus audet scribere, nihil pro Deitate Christi verbis illis colligi: Dixit Dominus Domino meo, quum tamen in Euangelio Christus ipse contrarium adstruat, planèque concludat, Messiam non solum filium esse Dauidis, secundum vnam videlicet humanamque naturam, verum etiam alterius, Dei nempe filium naturalem existere, quem Dauid pro suo Domino libenter agnoscat, ac Dominum vocet. Vana est igitur eiusdem Bullingeri gloriatio, quod authoritate diuina demonstrare possit, Mariam perpetuo Virginem permansisse. Ac tantę quidem veritatis est vis, vt ex aduersariis etiam nonnulli ad solam Scripturam in præsenti causa prouocare non audeant, sed fidenter vel ad Ecclesię, vel ad veterum confugiant authoritatem atque traditionem.

Hoc autem vt planius & euidentius fiat, in medium Sectarios pertrahamus, qui Catholicis armis aduersus Heluidianos decertant, & quod Scripturę verbis nequeunt euincere, Ecclesiæ traditione obtinere nituntur. Atque vt ab ipso Bullingero nō

Esai. 7

Zuuinglius frustra contendit ex Scripturis probare Mariæ perpetuam virginitatem.

Ezech. 44

Quomodo Scripturæ sacræ à Nouatoribus sæpè tractentur.

Sermo. 4. de B. Virgine.

Locus è Psal. 109. quomodo à Bullingero explicetur.

e Homil. in Psalm. 109

f Ad nouam obiectionem. Psalm. 109

Matth. 22

Deprauat Ochinus locum è Dixit Dominus Domino meo.

Sectarij nostri temporis cum aliunde non possint, traditione pugnant contra Heluidianos pro Mariæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignobili Sacramentario exordiamur, is alibi sui velut oblitus, hanc apertam edit confessionem:

In 1. Mar. Bucer. lenet.

Deiparam Virginem MARIAM *àpartu* CHRISTI *Dominum permansisse Virginem à primordiis Euangelij ad hùc vsque diem credidit, docuit & asseuerauit Ecclesia Catholica.* En tibi iudicium Bullingeri, qui non Scripturæ, sed Ecclesiæ authoritate confisus, perpetuam MARIÆ virginitatem ornat, & aduersus Heluidianos defendit. Facit idem quoque Bucerus in Lutheri schola doctissimus, vt hęc eiusverba minimè obscura testantur: *Pius animus de Maria vase tam sancto atque electo, vt Christum nobis pareret, non nisi sanctissima cogitabit: nec vnquàm suspicabitur, eam quæ grauida semel facta fuit ex Spiritu sancto, sustinuisse, vt postea grauidaretur ab homine. Ad quod credendum consensus perpetuus Ecclesiæ momentum præcipuum adfert.* Nihil hic è Scripturis adfertur, solus Ecclesiæ consensus proponitur, qui nobis satis esse debeat ad credendum, Mariam cum nullo vnquam viro fuisse congressam, sed Virginem perseuerasse, de qua non nisi sanctissima pius animus debeat cogitare. Eadem est Pichardorum siue VValdensium sententia, quos tanti facit Bucerus, vt solos propè in orbe vigorem disciplinæ Christi cum puritate doctrinæ apud se retinuisse contendat. Ac suam illi de Mariæ virginitate fidem hisce verbis declarant: *De puditissima Maria virgine credimus, & vsque ad vitæ extremum stabiliter credituri sumus, quòd plena gratia ex inspiratione Spiritus sancti electa est ad id, vt sit verbi incarnati immaculata genitrix. Quæ quidem electissima Virgo, vti ante Filij Dei incarnationem, ita eo tempore post vsque ad mortem nunquam virum cognouit, sed perpetua virginitate integra, casta tam animo quam corpore permansit. Hos reuerendo ordo salutis nostræ exigebat.*

Iudicium VValdensium in statu perpetuæ Virginis commendationem.

In scriptis duob. aduersus citra La tinum editis.

Habes igitur eximiam Mariæ commendationem istorum quoque verbis expressam, quod anima simul & corpore Virgo illa semper casta manserit, & nullum virum ad mortem vsque cognorit. Veruntamen plenior istorum esset confessio, si quod fateri vetuit fortasse pudor atque fastus, ingenuè adiunxissent, suæ nempe fidei rationem in hac parte non è Scripturæ, sed Ecclesiæ authoritate pendere. Quid quod Beza quum Pisiaci coram Rege ageret, Mariæ matris virginitatem in partu inter articulos Fidei recitauit? licet in ea sententia non diu perseuerarit, sicut aduersus Brentium scribens, apertè significauit. Postremò ne Lutherum Sectariorum huius æui principem præteriisse videar, perpetuam Mariæ virginitatem ille quoque propugnat, atque sicut Heluidii damnat errorem, sic Hieronymi confirmat sententiam euidenter. Idque in eo libello facit, quo sese purgat aduersus calumniantes, sparsoque in vulgus rumore confirmantes, secundum nouam Lutheri doctrinam, Christi Matrem ante & post partum illibatam nõ fuisse Virginem, sed ex Ioseph semine concepisse Christum, & alios præterea liberos enixam esse. His palam ac fortiter ille reclamat, atque vt intentatam impiæ doctrinæ notam depellat, apertè fatetur, in sacris literis nullam de illo fieri mentionẽ, an Maria post partum Virgo permanserit, sed hoc duntaxat exprimi, ante partum & in partu Virginem illam perseuerasse. At benè habet, quod Lutheros eiusque discipuli, vt obiecta hæreseos nota liberentur (nam & se mumò Hæreticos vocant atque damnant) Catholicis armis sese defendunt, & quando sic vsus postulat, ipsisque commodum videtur, ad veterum fidem Ecclesiæque authoritatem subinde prouocant confugiuntque.

Beza in hoc argumẽto inconstans.

Lutheri testimonium de Mariæ virginitate perpetua.

Quæret autem hoc loco aliquis, vbi & quando iudicauit ecclesia, vt de perpetua Deiparæ virginitate fides & doctrina certa constituatur: Respondemus hoc dogmatis genus inter illa recenseri, quæ Apostoli nostræ fidei principes viua voce magis, quàm scripto, vt [a] Basilius & [b] Epiphanius comprobant, Ecclesiæ initio tradiderunt, quæque porrò Ecclesia quum aduersariorum procacitas, & publica vtilitas ita postularet, conceptis etiam verbis contestata est. Extat liber non vulgaris de Ecclesiasticis dogmatibus Augustino ascriptus, quisquis eum tandem cùm aliis Patribus, tùm ex Augustino primum collegit: in quo etiam hæc fidei traditur regula: Integra fide credendum est, beatam Mariam Dei Christi Matrem & Virginem genuisse, & post partum Virginem permansisse. Nec est blasphemiæ Heluidii acquiescendum, qui dixit: Fuit Virgo ante partum, non Virgo post partum.] Hanc fidei regulam repetit Isidorus Hispalensis, cui fortasse totus ille liber debetur, sicut etiã inter eius opera legitur sub hoc titulo: Liber de doctrina & fide Ecclesiasticorum dogmatum, Qui verò impedit, quòminus ad perpetuam Deiparæ Virginitatem astruendam referamus, quod Augustinus ad Laurentium scribens affirmat? Totam, ait, confiteri Ecclesiam, quod Christus de Virgine Maria nascatur. Mox verò Lectorem admonet de legendo libro, quem nunc extare non arbitror, de virginitate sanctæ Mariæ, nisi fortasse sit cum illo vnus & idem, qui de sancta virginitate ab eodem Augustino inscribitur, cuius mentionem quoque facit in libris Retractationum. Iam verò Synodus, quæ Nicææ secundò celebrata est, hunc proponit anathematismum: Si quis non confitetur sanctam semper Virginem Mariam propriè & vere Deiparam, Anathema sit: vbi præterea legimus, Mariam immaculatam & explicitè castitatis Matrem appellari. Nec temerè factum est, quod sancta hæc & gloriosa semper Virgo dicitur in Concilio Constantinopolitano, sicut eadem Dei genitrix sancta semperque Virgo & immaculata in Laterana Synodo, quæ sub Martino primo est habita, prædicatur. Adhęc Sophronij epistola circumfertur, eaque digna iam olim visa Patribus, quę in Constantinopolitana Synodo recitaretur atque approbaretur. Huius autem testimonio Mariæ virginitas illibata est, quæ ante partum, in partu, & post partum intemerabilis perseuerauit. Postremò apud Ambrosium epistola legitur, multorum quidem Episcoporum nomine promulgata, & illos anathemate feriens, qui dixerunt, immaculatam Christi genitricem Mariam concepisse quidem salua virginitate, sed non peperisse. Ac rursus idem Ambrosius aliam scribit epistolam, in qua confirmat iudicium Episcoporum, illos planè damnantium, qui Mariam post partum haud mansisse Virginem, sed plures ex Ioseph generâsse filios mentiebantur. Loquitur autem Ambrosius de Synodo Thelensi, cui & ipse dicitur interfuisse, quamque Siricius Pontifex confirmauerat. Accedit quod solemni Ecclesię ritu iam olim receptum & probatum cernimus, vt contra Heluidianorum, Antidicomarianitarum & Hęreticorum omnium linguas mentesque blasphemas in templis publicè decantetur, quem admodum in

[a] Vbi Basilius definiens de virginitate perpetua eius Virginis.

[b] Epiphanius ait Ioseph semper secum habuisse vxorem, non tamen cognouisse.

In Hymno. Agnoscat omne seculum.

In Concilio Lat. sub Martino.

Epistola Sophronij.

Epistola Ambrosij.

Epistola Ambrosij.

Mariam semper Virginem Ioseph habuisse vxorem.

modum Orthodoxos omnes de Maria sentire & profiteri par est: Beata est Virgo Maria, quæ omnium portasti Creatorem: genuisti qui te fecit, & in æternum permanes Virgo. Ac rursus: Virgo Deum & hominem genuisti, & post partum virgo inviolata permansisti. Et complures quidẽ hymni de more veteri decantantur, in quibus eadem veritas publicè confirmatur, nimirum gratulante sibi Ecclesia de Mariæ perpetua virginitate, velut de monili perciosissimo. Hinc illud carmen ex Fortunato repetitum:

Radix Iesse iam floruit. Et virga fructum edidit.
Fœcunda partum protulit. Et virgo mater permanet

De Latina & Ambrosiana Liturgia dicere non attinet: satis enim constat gloriosam semper Virginem in vtraque prædicari. Sed & Græcanica Liturgia, sicut ex Basilio Magno discimus, Mariam semper virginem salutat vel quinquies. Demum veteres Christiani, non modò per Deum omnipotentem, verum etiam per sanctam gloriosam Dei genitricem, ac semper Virginem Mariam sua iuramenta firmarunt: eumque solemnem iurandi morem repetit ac approbat Imperator Iustinianus.

In Authent. Sacrosanctæ. quod præfatur ab Imperat. admissa, accipiunt Catholicorum ecclesiæ sine Scriptura probationi Mariam virginem perpetuam.

Habemus igitur, ni planè fallor, firmissimam Ecclesiæ Catholicæ authoritatem, & clarissimam nostrorum maiorum, omniumque Patrum traditionem, quæ veluti inexpugnabili muro, nos aduersus quoslibet hostium impetus tueantur, vt quorquot per Dei gratiam Catholici sumus, etiã si Scripturæ testimoniis destitueremur, tamen perpetuam Deiparæ pudicitiam ingenuè atque cõstanter summo iure ad vnum profiteamur. Qui secus autem sentiunt, quoniam ab Ecclesiæ fide, doctrina, consensu & authoritate discedunt, Hæretici esse possunt, siue Ebionitis, siue Heluidianis, siue Iouinianistis sese aggregent: Orthodoxi autem esse non possunt: ac licet Christianum nomen sibi vendicent, nullam tamen in regno Christi partem, quamdiu ab ipso Christi corpore manent aulsi, neque vnum idem cum illo sapiunt, vnquã consequentur. Etenim quiad Ecclesiam non concurrunt, semetipsos fraudant à vita, vt grauiter Irenæus affirmat.

Monstratæ iam sunt & abactæ, vt putamus, immanes belluæ, aut si Scripturæ more loquendum est, syluestres ac Dominicam vineam deuastantes ferę, quas ille serpens antiquus extrusit, & in quibus naturam viperarum in materna viscera grassantium liquidò cernimus. Quid enim nisi beluina quædam est immanitas, homines rationis, humanitatis & religionis omnis oblitos, impiaque barbarie incitatos, magno suo ipsorum malo irruere in montem illum sanctum, montem pinguem, montem coagulatum, montem denique in quo beneplacitum est Deo habitare? Quàm cœcus & præceps furor istos agitat, qui ràm purum & immaculatum Spiritus sancti sacrarium, venerandumque Dei templum, putidissimę linguæ, virulentissimique calami fordibus conspurcare non dubitant? Verumenimuerò sit satis, ac quibusdam forte Lectoribus plus satis, nos isthęc de virginitate Marię disseruisse, vt secundo Libro finis tandem imponatur. Iesu Christo Opt. Max. Redemtori, & Marię incomparabili Matri in cęlo terràque Gloria.

Cant. 2. *Psal. 79.* *Genes. 3.*

Huius libri secundi Epilogus.

Psal. 67.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN LIBRVM TERTIVM DE MARIA VIRGINE, ET SACROSANCTA DEI GENITRICE, PRÆFATIO.

EXCVSSVM est nobis argumentum, atque id vt arbitror, valdè copiosum de Mariæ virginitate, quæ desponsa viro, consecrata Deo, fœcũda partu, plena Spiritu sancto, & maximis dotibus vsque ad miraculum exculta, cauere tamen non potuit, quin multos & nefarios haberet obtrectatores atque insectatores, quorũ veluti canum latratibus & morsibus per iniuriam maximam appeteretur. Summa quippè virtus inuidiæ summæ inde à mundi primordiis patuit, atque ita comparatum videmus, vt sicut diuina Scriptura comprobat, electorum integritas iustitiáque rebus asperis, velut aurum admoto igne, probetur, & probata magis magisque splendescat: vt hinc etiam vulgò iactari cæperit: Vires cit vulnere virtus. Igitur nec Mariæ virginitas, velut clarissimum sidus tantum splendoris in Ecclesia obineret, atque in omnes ætates diffunderet, nisi multis & grauibus cum externorum, tùm domesticorum hostium insidiis, viribus atque artibus opugnata, durisque certaminibus exagitata fuisset. Ad quod Marianum bellum, vt iam antè diximus, malorum omnium sator & incentor Satan, draco ille magnus & serpens antiquus, vt Mulierem illam Sole amictam persequeretur, se totum instruxit, ac suos deinde satellites, qui huius mundi principi deesse non possunt, plurimos concitauit, armauit, extrusit, adeò vt tam inde à primo Christianæ Ecclesiæ seculo nihil intentatum reliquerit, quo suum liuorem & vetus odium aduersùs hanc omnium lectissimam fœminam, quæ talem tantúmque peperit Filium, à quo in terram ipse deiectus atque deuictus est, clàm palàm expleret. Ac Hæreticorum quidem artes & fraudes, qui sub tali duce Mariam, vt Dei ac Domini nostri Matrem, peculiariter impetunt, quique delatam illi ab Angelo salutationem, ne nobis inseruiat, variis modis obscurant atque eleuant, suo loco exponemus. Quod si vllus inter electos & Sanctos alius ab impiorum iniuriis est vindicandus, quis neget obsecro, Deiparæ inprimis honorem, quæ reliquis electis omnibus facilè antecellit, aduersus hostes nefarios à nobis defendi, saluúmque & integrum cõseruari oportere? Nam & Reipub. Christianæ permultùm interest, vt ad tuendam & illustrandam Christi Domini gloriam impura illa dogmata, quæ in Deiparam incurrunt, & olim maiore ex parte nata & extincta, nostro nunc seculo repullulant, singulari studio reiiciantur atque dissipentur, priusquàm infelix lolium agro Dominico pestilenter insperſum, per nostram socordiam malè sucrescat, & cum multorum pernicie longiùs propagetur. Neque desint interim, qui suapte sponte ad nouandam religionem insani procurrant, & pro licentia hæretica, vt loquitur Tertullianus, quosuis arripiant errores ac foueant, partim veteris Ecclesiæ odio incitati, à qua seipsos turpiter segregárunt, partim occulto superbiæ spiritu fascinati, ob quem sibi ferè vbi bene Christ. solis de religione iudicium sumunt, suáque placita pro sancto Dei verbo plebeis obtrudunt ac venditant. Eóque magis hodie aduigilandum est, præsertim in tanta fœdissimarum hæreseon colluuione, quanta nobis propè opprimit Aquilonem, vt doctrinæ capita cum Deipara causa coniuncta non modò cognoscamus, sed etiam cognita probè confirmemus, & aduersus hostiles Mariomastigum impetus, quo ad eius fieri potest, solidè propugnemus.

Opitur. quæque immunis & & virulent. ad aut. suis expositis effe.

Mariæ virginitas eò fuit gctior in Eccleſia, quò grauius oppugnata.

Satanæ studio multifariè Maria oppugnatur.

præsentis libri in duas partes sectio.

Igitur libris duobus nostri operis vtcunque confectis, iudicium penes Lectorem esto, nunc tertius in duas præcipuè partes distributus accedit. Prior Angelicam, vt vocamus, salutationem tractat, eóque fusiùs hoc argumentum explicat, quo iniquiùs & petulantiùs obsistunt aduersarij, nihil non molientes, vt salutationis eius vsum ferè nullum nobis concedant, & verba ipsa corrumpant, veterisque Ecclesiæ institutum Mariam libenter salutantis, more suo arrodant atque subsannent. Posterior libri pars in Virginis nostræ maternitate, si sic loqui liceat, consumitur: neque tamen Matris tantum, sed Filij quoque gloriam aduersus veteres & nouos Ecclesiæ hostes vindicat. Quibus de rebus ita disserimus, vt ad Scripturæ sacræ locos, & Patrum Orthodoxorum commentarios rectius intelligendos lucem fortasse aliquam, absit dicto arrogantia, plerisque Lectoribus præbeamus. Neque tamen ignoro, sic me pro Catholicis sæpè pugnare, multis vt surdis canere videar, simulque crabrones facile sim irritaturus in hac summa temporum peruersitate. Ego verò hoc vnum à Jesu Christo summi Patris & sanctissimæ Virginis Filio etiam atque etiam precor, vt adsit propicius cum virulentis aduersarijs congredienti, vtque pro sua summa benignitate hunc nostrum qualemcunque inscribendo conatum ipse spiritu suo adiuuet, beneque fortunet. Quod si non omnibus fortasse satisfacimus, id quod ne sperare quidem audemus, saltem à candidis censoribus hanc gratiam impetratam vellemus, vt nostrum de tantæ Matris gloria testimonium, aut certè quidem testandi studium æqui bonique consulant: præsertim quando res ipsa postulat, quæ scripta doctrinam & pietatem Catholicam muniunt ac defendunt, ea modo in lucem edi, atque à plurimis legi. Pax autem super Jsrael.

Psal. 127

SEQVENTIVM IN HOC LIBRO TERTIO Capitum cum suis Argumentis Index.

i. De duabus personis (Gabriele Archangelo & Maria Virgine) in Angelica salutatione primum obseruandis, & quod ille sit solus ad solam salutandam ingressus.

ii. De præstantia & dignitate Angelicæ salutationis à Luca descriptæ, quam Aduersarij frustra oppugnare conantur.

iii. De principio Angelicæ Salutationis, quo Aue dicimus, déque Catholico vsu & fructu totius Salutationis, quam in Ecclesia retinendam esse, quidam ex aduersariis etiam fateantur.

iiii. Retinendam esse veterem lectionem, Aue Gratia plena: quibus in verbis Nouatores multis modis varient ac hallucinentur, gratiæ nomine abutentes, & hoc ipsum cum aliis Lucæ verbis malè commiscentes.

v. Detectio quorundam errorum circa nomen gratiæ, multosque non solum de Mariæ & renatorum, sed etiam de Christi Domini gratia peruerse nunc docere ac scribere.

vi. Quomodo veteres Theologi, & ex aduersariis nonnulli plenitudinem gratiæ Virgini matri verè collatam confirment ac prædicent.

vii. Mariam gratiæ plenam etiam à Græcis Theologis hoc loco intelligi & comprobari, Lucæque verba Græca non repugnare Latinæ interpretationi, quæ nobis mordicus hoc loco retinenda sit.

viii. Mariam citra Christi iniuriam gratia plenam prædicari, fallique Lutherum, quum ex verbis Angeli, Virginem in ordinem redigit, & Sanctis reliquis exequat. Vbi & Lucæ locus expenditur: Inuenisti gratiam apud Deum.

ix. Aduersus Caluinum disputatio, qui obiicit, hanc salutationem magico exorcismo à nobis verti in precationem, & salutantes Virginem sibi alienum officium vsurpare: tum piorum laborem in officio Virginis salutandæ nequaquam vanum & irritum esse demonstratur.

x. Depulsio cauillationum & argumentorum, quibus inter alios Nouatores VVigandus, Brẽtius, Bucerus, Pellicanus, Bullingerus, Marbachius, Iacobus Andreę & Franciscus Lamberti Angelicam salutationem oppugnant, vt ab eius vsu reuocent ac deterreant Orthodoxos.

xi. Refutatio sententiæ Stephani de Maleschot, quo modo veteres vsi sint hac salutatione: ac Deiparam non solo imitationis cultu & exemplo honorandam esse: demum variis & præclaris modis à sanctis Patribus Mariam salutari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xii. Quibus ex cauſis vſus Catholicus in Maria ſalutanda hodiè potiſſimum improbetur: quomodo itidem ſalutationis Angelicæ verbis multiplex Mariæ dignitas & excellentia contineatur.

xiii. Illuſtrem ac primariam Mariæ laudem ac prærogatiuam eſſe, quod Chriſti Dei & hominis vera & naturalis mater exiſtat, ſicut non veteres modo, ſed etiam ex aduerſariis quidam profitentur.

xiiii. De nouis & antiquis Hæreticis, Mariam Dei & Domini noſtri matrem eſſe, nefariè inficiantibus.

xv. E Scripturis noui ac veteris Teſtamenti demonſtratur, Chriſti naturam humanam non alteri, quàm Mariæ tribui oportere, in illaque & ex illa Verbum æternum incarnatũ eſſe.

xvi. Græcos & Latinos Patres magno conſenſu tradere, Chriſtum Dominum ex matre Maria humanam ſumpſiſſe naturam: qui verò aliter ſentiũt, eos non modo turpiter hallucinari, ſed & ſalutis humanæ hoſtes eſſe pernicioſos, & Mariæ imprimis permultũ detrahere.

xvii. Diſputatio partim aduerſus Manichæos, Chriſto carnem, de Maria ſumptam impiè adimentes, partim contra Sacramentarios, corporis Chriſti veritatem in Euchariſtiæ Sacramento nefariè inficiantes.

xviii. Mariam non ſolum Chriſti, ſed etiam Dei genitricem eſſe, neque illam χριστοτόκον, ſed θεοτόκον dici oportere: ſimulque de tota hiſtoria & cauſa Neſtorij & aliorum ei iam olim, & hoc noſtro æuo ſuffragantium.

xix. Refutatio Neſtoriani dogmatis, ad Chriſti Domini ac Virginis Deiparæ honorem vindicandum, & de ipſo nomine Deiparæ.

xx. Diſputatio contra Mahometanos Neſtoriano fermento corruptos, & Pſeudochriſtianos, quibus Deiparæ nomen ingratum eſt, ac itidem aduerſus Conſtantinum Copronymũ Imperatorem.

xxi. De Maria complures olim hæreſes extitiſſe, quas veteris Eccleſiæ cenſura iure damnarit, & nos etiam condemnare debeamus.

xxii. Detectio & refutatio errorum circa quæſtiones ſequentes hodiè vigentium: An Chriſti cõceptio in vtero Virginis fuerit momentanea? Item, Chriſtuſne ſapientia, gratia & aliis animæ dotibus, quum puer eſſet, aliorum more hominum profecerit? Prętereà, poſſitne ignorantia, vel error vllus Chriſto aſcribi? Ad hæc, quomodo ille inde à primo conceptu ſanctus dicatur, veréque ſecundum animam in omni ſit virtute perfectus? Quomodo idem in Conceptione ſanctus, & quamobrem Mariæ dictum ſit: Virtus altiſſimi obumbrabit tibi? Rurſus, an ſtatim poſt colloquium Angeli cum Virgine habitum, conceptus fuerit Chriſtus? Demum, verumne ſit, Domini conceptionem XXV. die menſis Martij, & natalem eius XXV. Decembris contigiſſe?


IN SEQVEN-

IN SEQVENTEM EFFIGIEM

CARMEN PHILIPPI MENZELII, MEDICINÆ DOCTORIS, & in Schola Ingolſtadienſi Profeſſoris ordinarij.

ALIGER ô cæli iuuenum fortiſſime, tandem
Expectatus ades, quibus, heu, quantiſque piorum, &
Votis & deſideriis, dum nocte ſub ima
Extorres inhiant, quę tu demiſſus Olympo
Nuncia iam terris Superum caduciſer affers.
En nubes, atque aſtra ſuis rupere querelis.
Aſt ego felicem num te non iure putabo?
Diue ales, ſociis quem de tot millibus vnum
Omnipotens voluit ſuperum Rex ęthere ab alto
Ire oratorem, tanto in molimine rerum,
Vnde hominum, mundique ſalus, rediuiuáque vita
Omnis, & antiquæ paritur noua gratia culpę?
Felix tu certe, felix etiam aurea Virgo
Alloquiis dignata tuis, miſſáque ſalute
Cælitus: atque eadem fortunatiſſima matrum,
Plena Deo, genitrixque ſui miranda ſatoris.
Verè illam (quod te monita eſt interprete) complet
Gratia: verè illi dominator maximus orbis,
Quantus quantus, adeſt: & quod preſaga futuri
Heliſabe cecinit, Virgo illa puerpera longè
Fœmineum ſupra genus inſignitur honore
Auguſto, immenſo, immortali: atque ipſe ſine vllo
Nixu infans miſero partus ter maximus orbi
Laudibus & ſupera, & media inferaque omnia inundat.
Hoc equidem memores, ac tanti muneris ergo,
Cuius ab ętherea veniſti nuncius arce,
Siue dies, ſeu nox comitata fugacibus horis.
Ingreditur terras, ſparguntque crepuſcula lucem
Ambiguam, ſimul ac templorum è vertice ſacro
Aeriſonæ turres ſignum clangore dederunt,
Poplitibus cuncti flexis, & ſupplice geſtu,
Ritè ferimus humum (priſci docuere parentes)
Affamurque Dei magnam ſuper ęthera matrem,
Te verbis imitati: & ter tua dicta, pięque
Heliſabes grato depromere pectore auemus.
At (viden') antiquus quàm tali carmine ſerpens
Rumpitur? vt ſæuo dentes tumet ille veneno,
Multiplicęſque ciet tortus, atque æſtuat ira
Aeſtuet ille equidem: ſunt nobis pharmaca contrà
Mille ſacris decerpta libris, veterumque parentum
Congeſta auſpiciis, quę lecta (aniſius offert
Et ſpectata diu. Nulla hic ſunt toxica fraudi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



LIBRI TERTII DISSERENTIS de Maria Virgine per Gabrielem Angelum SALVTATA, EADEMQVE Christi dei et hominis Matre sacrosancta.

CAPVT PRIMVM.

De duabus personis (Gabriele Archangelo & Maria Virgine) in Angelica salutatione primum obseruandis, & quod ille sit solus ad solam salutandam ingressus.

Sequentis tractationis de Angelica salutatione, diuisio sine partitio.

DE Angelica salutatione dicturi, vt vulgaris loquêdi mos obtinet, tractationem & velitationem omnem ab historia Euangelica ordiemur, ideoque personam vtramque, salutantem nempè Gabrielem & salutatam Virginem, in ipso vestibulo expendemus. Deinde salutationis hujusmodi præstantiam, vsum & fructum, quem nobis tollunt ac intident Nouatores, asserere conabimur. Postremo, an & quomodo Mariam gratia plenam decenter salutemus, explicare pergemus. Intercurrent & alia quædam propositio argumento adhærentia, in quibus seculi huius noua improbitas & improba nouitas nos vel inuitos remoratur, ac pluribus quam fortasse quidam cupiant, respondere compellit. Scio interim facile dictu esse. AVE MARIA: sed res ipsa demonstrabit, quantum negotij nobis hic exhibeat Dei hominumque aduersarius, qui Satan idcirco dictus est, studiose pertentans omnia, vt partim sacrosanctæ Virginis dignitatem extenuet, partim Catholicæ fidei sinceritatem commaculet, ac Ecclesiasticæ domus tranquillitatem simul obturbet. Igitur quæ salutatio Catholicis gaudium & solatium adferre consueuit, tantum ea non est fudes in oculis aduersariorum, nihil non in sacris literis deprauantium, vt more suo lucida obscurent, ac candida in atra conuertant.

Salutationem Angelicam multis modis à nouatoribus eruptam.

VT igitur à Gabriele salutationis huius primario, vt sic dicam, secundum Deum architecto initium petam, fuit is non homo, sed Angelus, neque ille vulgaris, sed cumprimis illustris ex electis putisque spiritibus, qui maximis Dei donis ornati, perpetuam authoris sui gratiam & integram iustitiam conseruarunt, hoc est, qui à Deo iugiter steterit, vt loquitur [a] Basilius Magnus. Ac veteres quidem Theologi, inter quos [b] Ambrosium & [c] Augustinum pono Gabrielem, velut multis sui ordinis collegis imperantem ac præsidem, Archangelumque libenter appellant. [d] Irenæo quidem ille Archangelus Demiurgi dicitur, qui Mariæ manifestum aduentum & incarnationem Christi euangelizarit. [e] Gregorius summum Angelum summa nuncjantem, [f] Andreas Hierosolymitanus vnum è præcipuis Angelis vocat, qui & primum inter Angelos locum obtinet, teste [g] Damasceno, sicut & [h] Cedrenus principem Angelorum appellat. Quanquam alij præferunt Michaelem: vtrunque autem faciunt maximas & paris momenti lucernas diuinitatis, & totius orbis luminaria non occidentia, mystas arcanorum, & ad futurorum mysteria introducentes. Ita enim [i] Pantoleon à Metaphraste citatus loquitur, ac Gabrielem commendat, quod sit diuinissimus Angelus ab omnipotente Deo missus, qui veluti pronubus Dei verbi, ad sanctam Virginem in terras descenderit, nec solum antiquissimam & diuturnissimam primæ parentis Euæ molestiam depulerit, sed etiam orbem terræ vniuersum impleuerit lætitia. Præterea de hoc Gabriele narrat, quod Mariæ parentem Annam adhuc sterilem inuiserit, ac ei in horto precanti prædixerit fore, vt talem gigneret filiam, quæ mater fieret Redemptoris, imò quod Patres etiam antiquos de mysteriis diuinis instruxerit, & demum pastores Bethlehemiticos de felici ac læto Christi ortu reddiderit certiores. Quare hunc Gabrielem omnino præclarum & excellentem, ac de sublimiore Hierarchia esse Angelum putabimus, vix vt quisquam alius maiorem in sacris literis laudem consequatur, quod crebrius à Deo mittatur, & honestiore legatione fungatur, ac præterea æquè versetur in diuinis mysteriis exponendis, sicut præter Mariam Daniel & Zacharias experti fuerunt. Nec solũ Hieronymus, sed & vetustior illo Origenes annotauit, Gabrielé diuina prouidẽtia electũ esse, qui in gerẽdis bellis veluti præpositum agat. Tũ nomen ipsum quo insignitur, ad commendandã personæ maiestatem pertinet, quoniam Gabriel, si Latine versatur, perinde est ac si dicas, Dei virtus aut fortitudo, quemadmodum post [a] Hieronymum [b] Bernardus annotauit. Dei quippe virtutem Christum, quem, quæso, melius nunciare decebat, quam hunc quem simile nomen honorat? vt ab eodem Bernardo dictum est, qui hunc Angelum fortitudinem nuncupatiue: Christum autem sic etiam substantiue dici non perperam admonet. Illum quippe nunciare veniebat Gabriel, qui virtutum Dominus, & potens in prælio, ad debellandas aëreas potestates humilis apparere dignatus est, quemadmodũ [c] Gregorius & [d] Beda dixerũt. Sũt qui Gabrielis nomẽ aliter interpretẽtur, vt sonet idẽ, quod Deus & homo: quę nominis Etymologia non vacat insigni mysterio, nec solum à Proculo Archiepiscopo Constantino-

Euangel.
[f] Serm. de salut. Ange. & Serm. de virginis Assum.
[g] In epitome histor.
[i] Vide Metaphrasten. de S. Michaele.

Lucæ 2.

Gabriel præcęteris Angelis in Scriptura commendatur.
Daniel 8. & 9.
Luc. 1.
Gabriel Dei fortitudo dicitur.
Gabriel Dei fortitudo nũcupatiue, Christus autẽ substantiue iuxta Bernardum.
[a] Li. de nominibus Hebraicis.
[b] Hom. de laudib. Virg. Psal. 23.
Gabriel etiã sonat idem, quod Deus & homo.
[c] Hom. 34. in Euangel.
[d] In explic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In 1. c. Lyc. in Synodo Ephesina.

politano, sed etiam à Theophylacto traditur: Proculi verba, quibus coram blasphemo Nestorio disserit, in hunc habent modum: Reuerere nomen archangeli, qui nuncium illum apportauit Mariæ, qui Gabriel est appellatus: dictus Gabriel, id est, Deus & homo. Geber enim homo, El Deus, nomine ipso significans nuncium, quem apportat: quoniam is, quem Euangelizat, Christus Deus & homo erat oriturus, nomenclatura ipsa miraculum significat.]

Gabriel multis modis in Euangelio nobis commendatur.

Luc. 1.

VERVM vt ad historiam Euangelicam propius accedamus, ingentem profecto huius Angeli laudem esse necesse est, qui à summo Deo delectus, ad summum conficiendum negotium in terras destinatur, quique Domini sui legantis mandato ad vnguem paret, ac iniuncto munere in tota legatione sedulo perfungitur, vt Euangelicæ gratiæ ad communem salutem hominum prima quodammodo iaciat fundamenta. Quid illo nuncio expeditius? quid tali monitore sapientius? quid hoc procuratore fidelius? qui de arcanis cælestibus in conclaui Virginem inuisit, salutauit, instruxit, remque totam à piis omnibus tot seculis vel maximè desideratam rité confecit: Gabriel è sublimi per æthera ad terrestria loca demissus (Andreæ Hierosolymitani verbis vtor) in Nazareth constitit, & ad Virginem accedens, inscrutabilis illius dispensationis indicium ei placide pro suo officio fecit. Hoc illud est diuinæ cum humano genere reconciliationis mysterium.]

Serm. de Angelica salutatione.

Initium vero legationis, quam cum immortali laude Gabriel obiit, ab officio salutationis, de qua mox dicemus, sumitur: finis in eo consistit, vt Virginis assensus ad summum illud nobisque maximè necessarium Dominicæ incarnationis mysterium perficiendum accedat. Scite igitur à Bernardo traditur, Gabrielis typum in illo Abrahæ seruo exhiberi, quem prouidus pater amandarat ad quærendam puellam non quamlibet, sed qualem Dominus filio Domini sui præparauerat pulcherrimam atque purissimam: ac eundem seruum de puellæ hydria libenter bibere, vt sic etiam Gabrielem designet, qui quum Mariam vnicè à Deo electam, filioque eius præparatam puellam lectissimam adiret, cognata sibi virtute virginitate non potuit non plurimum delectari. De hoc Gabriele Chrysostomus monet, volitantem illum à pictoribus delineari nobisque repræsentari, non quod Deus illum pennatum condiderit, sed ob sublimes & excelsas cælestis naturæ vires, atque vt illum è supremo domicilio & cælesti collegio ad terram nostra causa deuenisse, gratis animis reputemus. Pulchrè igitur Chrysologus: Ad Virginem Deus aligerum portatorem mittit.] Et rursus: Agit cum Maria Angelus de salute, quia cum Eua Angelus egerat de ruina.] Quod postremum etiam attingit Irenæus, & luculentius explicat Bernardus, discrimen statuens inter bonum & malum Angelum cum Maria & Eua colloquentem. Sic enim loquitur: Missus est coluber tortuosus à Diabolo, vt venenum per aures mulieris in ipsius mentem transfunderet, & sic refunderet in totius posteritatis originem. Missus est Gabriel Angelus à Deo, vt Verbum Patris per aurem Virginis in ventrem & mentem ipsius eructaret, vt eadem via intraret & antidoton, qua venenum intrauerat.] Monet præterea quod scitu dignum est, Petrus Damianus, Gabrielem Archangelum & Ioannē Euangelistam duobus leonibus comparari, quorum alter dextræ Virginis, alter sinistræ custos deputatus sit: quoniam Gabriel mentem, Ioannes carnem eius peruigili solicitudine seruauerunt. Qui benè leones dicuntur propter rugitum altisonæ vocis. Sed iam à Gabriele nuncio ad Dominam ipsam transeamus.]

Imperuis. seruo Gen. 24.

Hom. de incomprehensibili Dei natura.

Cur Gabriel cū pennis vel aliis depingatur.

Serm. 140. & 142.

Discrimē boni & mali Angeli cū prima & secunda Eua colloquentis.

a Lib. 5. ad uers. hæres.

b Serm. 2. de fest. Pentec.

Gabrielem & Ioannem qua si duos leones ad Mariæ custodiam diuinitus datos esse.

Serm. 2. de ann. Virg.

HÆC, si sacram historiam rite ac sedulo inspiciamus, ex omnibus virginibus nomen nunquam intermoriturum, & primum in Euangelio tenet, semperque seruatura est. Hunc tanquam sactatissimum templum & suspicit & reuereatur Angelus, templum, inquam, in quod Deus ipse descendere, in quo naturam humanam assumere, & tanquam sponsus cum Ecclesia sponsa mysticas celebrare nuptias decreuerat. Hæc ab Archangelo priusquam ab homine compellatur, & singulari honorificentiæ priuilegio salutatur, vocibusque non fortuito quidem conflictis, sed certa Dei voluntate serieque dispositis ac pronunciatis cohonestatur. Hæc postquam salutata est, se oppido quam studiosè demittit, nec agit quicquam insolenter, ad respondendum fortasse tardior, ne mentem lingua præcurreret, in loquendo autem tam prouida & circumspecta, eius vt orationem tum grauitatis, tum sapientiæ plenam doctissimi homines fateantur. Huic tantum æterna sapientia deferre voluit, vt non nisi illius assensu accedente redemptionis nostræ mysterium inchoaretur, hoc est, vt sciens & volens illa fieret mater Emanuelis. Assentientis autem ea dulcissima vox est: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Sed enim quæ tunc Mariæ fides in stupendo mysterio, quod prima didicit, penitus acquiescentis? quæ modestia nihil in se ipsa præclarius, quam ancillæ nomē & obsequium agnoscentis? quæ obedientia diuinæ voluntati simpliciter & exactè obtemperantis? quæ charitas ad Messiam statim exciendum aspirantis? quæ puritas & sapientia vnum maximè necessarium partemque optimam eligentis? quod opus demum Deo gratius & magis salutare nobis, ipsa vero dignius, omnibusque seculis admirabilius iuxta & optabilius possit excogitari? Breuiter, tale tantique momenti inter Gabrielem & Mariam, quale nullum inde ab orbe condito, habitum est colloquium. In eo de personis & mysteriis diuinis longè omnium sacratissimis, de Dei virtute ac omnipotentia, de sancti Spiritus officio ac efficientia, multoque magis de filij Dei præstantia, & vtriusque in illo naturæ proprietate, ac demum de modo conceptionis, qui in Virginis vtero partim humanus, partim supernaturalis mox esset cōsecuturus, disseritur. Præclara ista hæc quidem, & luculentius ante nunquam tradita, vel ab vllo perceptaue sed longè præclariora, nobisque vtilior finis tam sacri colloquij fuit, quem finem salutata Virgo debuit imponere, vno velut verbo ita concludens negotium, vt & Gabriel & cæteri cælestes Spiritus, dicam & Patres in limbo versantes, velut ex Mariæ responso penderent, ac de accepto eius consensu haud dubie tum sibi, tum orbi maximè congratularentur. Hæc præfari visum est, vt ad Angelicam salutationem nobis quasi via sternatur, simulque lectorem admoneamus, ad totam historiam rectè cognoscendam, vtriusque personæ, sicut in cæteris

Serm. de nat. B. Virginis.

Matth. 22. Philip. 3.

Maria ut ex Euangelio constat, nomine Gabrielis non est contenta dubitauit.

Dialo-

Dialogismis, salutantis Angeli & salutatæ Virginis rationem imprimis haberi oportere. Neque me continere possum, quin in vtriusque personæ contemplationem defixus, cum Bernardo eadem & sentiam & dicam: Quid ni Angelum videas ô Virgo, quum iam Angelice viuas? Quid ni visitet Angelus vir e sociam? quid ni saluter ciuem Sanctorum & domesticam Dei? Angelica planè vita virginitas: & qui non nubent, neque nubentur, erunt sicut Angeli Dei. Erat Virgo corpore & spiritu, cui specialiter esset dicere: Conuersatio nostra in cælis est. Ascendit planè supra omne humanum genus, ascendit vsque ad Angelos, sed & ipsos vsque transcendit, & cælestem omnem supergreditur creaturam.]

Dubiū relinquit Lutherus an Maria verbum ad se nouerit Angelum: & an sola omnia cognouerit. In Psalm. 44.

MIRVM autem, quid in mentem venerit Luthero, quum in dubium nobis reuocare conatur, vtrum hunc Angelum Virgo agnouerit, & an illa domi aut in conclaui sola reperta fuerit, quam fortasse apud propinquum in familia fuisse, & certas operas pro suo captu in familia obiisse confingit. Quomodo autem illa Gabrielem ignoraret, quæ diuinis tum visionibus tum reuelationibus assueta, vt plerisque visum esse diximus, familiarem cum Angelis vitam degebat, quamque idem Gabriel inuisere solebat, vt author est Ambrosius? suum nempè colloquium libenter miscens cum Virgine, vt semper Angelis est cognata virginitas, Sophronio teste. Quid? quòd sola sancta Deipara Virgo nudam essentiam Gabrielis Archangeli purè contemplata est? quemadmodum in eo libro, quem de variis quæstionibus Athanasio cum alij, tum Centuriatores attribuunt, scriptum reperimus. Alij probabilius docent, Gabrieli cum Virgine colloquenti aspectabilem viri figuram formamque fuisse, vel sicut [a] Hieronymus asserit, illum in forma viri descendisse, aut sexus virilis speciem peregrinam, vt est apud [b] Ambrosium, assumpsisse. Nec dubitat [c] Augustinus dicere, hunc Archangelum facie rutilante, veste coruscante, ingressu mirabili, aspectu terribili apparuisse, quum Virginem salutaturus intraret. Illud certò affirmare licet, quod apud Damascenum legunt ac probant omnes eruditi: Transformantur Angeli, quomodocunque Dominator iusserit Deus, & sic hominibus apparent, ac diuina reuelant mysteria.] Quod si ex Euangelio coniecturam capere fas est, Maria non ob personam Gabrielis ignotam, sed ob salutationem eius inusitatam, quum oblatas laudes non agnosceret, nonnihil turbata est, ac cœpit animo fluctuare. Secus autem accidit Danieli, Zachariæ aliisque pluribus, quibus Angelorum Aduentus & aspectus tantum horroris incussit, præsenti vt vix animo esse, & rectè cogitare ac loqui quicquam possent. Maria verò cum Angelo fabulabatur intrepida, vt Hieronymus dixit. Quanquam non ignoro, apud Lucam Græcè legi, ἐταράχθη hoc est, Quæ cum vidisset, turbata est in sermone eius, sicut & Ambrosius legisse videtur: eamque lectionem in quibusdam vetustis codicibus reperiri, præter alios annotat Valla. Sedenim vtrumque fieri potuit, vt non solum ex inaudita salutationis forma, sed etiam ob admirabilem coruscantis Angeli aspectum Virgo sacra turbaretur, præsertim quod ille solito splendidius appareret, ac noua quadam luminis claritate suam legationem magis cohonestaret. Alioquin Chrysologus putat, hunc Angelum in specie blandum, in habitu mitem apparuisse: proinde Mariam, non quod personam videret, sed quòd sermonem audiret, fuisse turbatam. Ac in eundem sensum scripsit Eusebius: Turbata est non in vultu Angeli, sed in sermone eius: non enim Angelum, sed verbum Angeli attendebat, & quid illa tam officiosa salutatio sibi prætenderet, cogitabat.]

Dubiū relinquit Lutherus an Maria verbum ad se nouerit Angelum: & an sola omnia cognouerit. In Psalm. 44.

Qualem se Gabriel gesserit ad Mariam salutandam ingressus.

In Euangel. Missus est Angelus.

Angelum solum ad Mariā solam ingressum esse.

Psalm. 44.

Iudith. 8.

In Annotat. circa Euan. fest. Annunc.

In breui ex plicat. Euangeliorum.

Figmentum Iacobi in Protenangelio est Mariam non domi, sed foris primum ab Angelo salutari.

Luc. 10.

DEINDE cœcis velut oculis transit Lutherus, quod significanter dixit Euangelista: Ingressus Angelus ad eam, vt palam nobis indicet Virginem suo decoro seruientem, id est, non foris vagantem, sed domi potius latitantem, priuatimque sua curantem & sacris vacantem studiis, quod ad se quoque pertinere putaret diuinum oraculum: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui: & concupiscet Rex decorem tuum. Sciebat vtique, Virgini non minus, quam viduæ ad bene beateque viuendum conuenire secessum: idcoque Iudith viduam publicè ab omnibus prædicari, quod in penetralibus ædium suum haberet conclaue, & in ea secluſa libenter habitaret, ac sacris meditationibus & precibus operam daret. Quocirca præceptorem discipulus, Lutherum Lossius rectè corrigit, quum eundem Lucæ locum explanans, tale Scholion annectit: *Hinc creditur, Mariam solam fuisse in conclaui, aut alio loco precantem, legentem aut meditantem de promisso Liberatore, cuius aduentum in carnem, vt multi alij, ardentibus votis exoptauit.* Eadem Viti Theodori est sententia, Mariam nempè solam ab Angelo repertam esse, quum precationi absque dubio operam daret. Nisi fortasse delirat ita Lutherus, vt Iacobi Proteuangelium nobis amplectendum putet, quod inter alias fabulas ridiculè narrat, Mariam accepta hydria foras ad hauriendam aquam prodisse, atque tunc illi vocem, nescio vnde allatam, sonuisse: Aue, gratia plena. Virginem igitur in dextram & sinistram partem, vt insolitæ vocis authorem cognosceret, circumspexisse. Quum vero tremefacta domum rediisset, ac hydriam deposuisset, tum demum Angelum domi astitisse, & cum illa egisse pluribus. His nugis plusquam anilibus delectentur, qui parum fidunt sacro Euangelico, in quo Lucas Annæ filiam velut Mariam Magdalenam ocio sancto fruentem, soliqueDeo vacantem non obscure significauit, tacite, vt credo, admonens, permultum illam ab aliarum fœminarum moribus abfuisse, quæ vel cum [a] Martha curis domesticis distrahuntur, vel cum [b] Dina foris vagantur, vel cum [c] Iephtæ filia lamentis fœmineisque affectibus libenter indulgent, vel cum [d] Michol Dauidis vxore nugantur, vel cum [e] Moysi sorore murmurant: vel cum [f] Herodiadis filia impudice saltant, vel denique cum [g] filiabus Sion elatæ atque pomposæ, vt spectent simul & spectentur, luxu & mundo immodico delectantur. Nihil enim eiusmodi, quod fatuas virgines, vel mulieres vulgares decet, in nostram Virginem cadit, quæ in theatris, popinis, choreis quæri potuit, sed in loco duntaxat secreto, pijsque contemplationibus apto inuenta est, quum bonæ conscientiæ mille testium præsenti sinceritate gauderet, quæ à Spiritu sancto quietis & pacis amante, velut hospite suo, tota gubernaretur. Monet igitur & Hieronymus, Virginem hanc Hebræis

Maria virgo abscondita, & vix à vito saluata.

[a] Luc. 10.
[b] Genes. 34
[c] Iudic. 11
[d] 2. Reg. 6.
[e] Exod. 15.
[f] Mar. 6
[g] Esai. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ahalma, id est, secretam & absconditam haud A temerè nuncupari, vt & antea dictum est, quæ quum primum vidisset & audiuisset Angelum, idcirco conseruata & conterrita fuerit, vt respondere non posset, velut nunquam, aut ratius à viro prius conspecta & salutata.

In 7. Esa. & in epist. Eusseb. de euāg. virgin.

Lutheri mos est, libēter obtrectare Mariæ.

Sed antiquum obtinet Lutherus, nihil non excogitans noui, Mariam vt in ordiné redigat, ac omni splendore nominis inter æquales exuat. Haud illi satis est, quòd illustri Virgini parentes obscuros, conditionem vilem, vitam tantum non sordidam, abiectam & despectam affingat: nisi nunc etiam quum ab Angelo inuisitur, eandem nescio apud quos fabulantem, aut rei fortassis culinariæ vel agrariæ incumbentem depingat, nimirum vt suæ in maledicendo libidini potius inseruire, quam tantæ Virginis, vel vllius decori rationem habere videatur. Retundit autem hoc inane Lutheri figmentum, nec vno quidem in loco Ambrosius, clarissime pronuncians: Solam in penetralibus, quam nemo virorum videret, solus Angelus reperit: Sola sine comite, sola sine teste, ne quo de genere deprauaretur affatu, ab Angelo salutatur.] Ac alibi rursus: Hæc ad ipsos ingressus Angeli inuenta domi in penetralibus, sine comite, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obstreperet: neque enim comites fœminas desiderabat, quæ bonas comites cogitationes habebat, quin etiam tum sibi minus sola videbatur, quum sola esset.] Igitur hoc præclarum nostræ Virginis exemplum quod virgines omnes merito imitentur, vt libenter à publico abstineant, ac se domi contineant, sicuti superiore libro tractauimus, nunc nobis Nouatores auferre contendunt. Omitto, quæ ad verecundiæ commendationem ab eodem Ambrosio adferuntur, præfertim vt nec vidēre viros fœmina, nec videri velit, sicut Mariam fecisse dicit, quæ in cubiculo sola, tacens & mota fuerit illius ingressu, qui virilis sexus speciem præ se ferebat. Vbi enim timor, ibi & pudor, vt Suidas ab Epicharmo dictum esse commemorat. Et præclarè scribit Tertullianus: Qui præsumit, minus veretur, minus præcauet, plus periclitatur. Timor fundamentum salutis est. præsumptio impedimentū timoris.] Præterea coarguit Lutherum Bernardus, cuius iudicio Gabriel per clausum ostium ad abditā Virginis penetrauit, vt in secretarium pudici cubilis subito illaberetur, vbi illa clauso super se ostio Patrem in absconditō precabatur. Solent enim, inquit, Angeli astare orantibus, & delectari in his, quos vident leuare puras manus in oratione.] Sicut & Cornelij Centurionis exemplum ostendit. Et paulo post: Suspicandum igitur non est, quod apertum inuenerit Angelus ostiolum Virginis, cui nimirum in proposito erat hominum fugere frequentiam, vitare colloquia, ne vel orantis perturbaretur oratio, vel continentis castitas tentaretur. Clauserat itaque etiam illa hora suum super se habitaculum Virgo prudentissima.] Hęc pulchrè quadrant cum sententia Eusebiana, quæ Lucæ dictum: Ingressus Angelus ad eam, his verbis explanat: Non enim in plateis erat, non in publico morabatur: intus erat, in penetralibus sola sedebat, nec tamen sola tanto virtutum exercitu circumscripta.] Sed & Andreas Hierosolymitanus Mariam in thalamo collocat, quæ clausas fores habuerit, quū ad illam Angelus placide ingrederetur. Næisthæc Lutherum feriunt, ac vanum eius commentum, cui veteres omnes reclamant, euertunt: sed nos ad rem ipsam propius accedamus.

Solus Angelus solam virginem reperit domi.

In 1. ca. Luc.

De virginibus.

Maria suo exēplo docet, virgines omnes domi se continere.

Lib. 1. offic. cap. 28.

De visitatione.

Homil. 6. de laudib. Virg.

Matth. 1.

Angelus virgini non precatori, sed gratulatur & affirmationem optimæ mōdo deputat.

Ambr. in Luc. 1.

In expositione Euangel. secundum Luc. l. 1.

Inscriptio de salutatione.

CAPVT SECUNDVM.

De præstantia & dignitate Angelicæ salutationis, à Luca descriptæ, quam aduersarij noui frustra oppugnare conantur.

Nonatoribus vsitatum est aduersus Angelicam salutationem insurgere, & obcam Catholicis obtrectare.

Qvi Nouæ sunt hodie Religionis amantes, non nesciunt illi quidem Angelicam salutationem magno in precio & frequenti vsu apud Catholicos esse, sed quorum institutum reprehendere, quam comprobare malunt, & quod ex Euangelio maximè sumptum est, Euangelici homines non sine stomacho tum auersantur, tum calumniantur. Qui certè si positis paulum affectibus rem omnem ex æquo & bono metiantur, habent hic non quod fugiant ac insectentur, sed potius quod nobiscum cupide amplectantur, & ament. Nimirum sancta, sublimis, magnifica, & omni obseruatione digna isthęc est salutatio, siue vt Ambrosius vocat, benedictio, si primam eius originem spectent. Etenim non ab Ecclesiæ Præpositis condita, sed à sanctissimo Angelo profecta, & cælitus primum allata, nec ab hominibus inuenta, sed Sacrosanctæ Trinitatis nomine ac iussu haud dubiè tum pronunciata, tum scripta. tum conseruata est. Deinde hæc salutatio non modo Deum & Dei Angelum authorem habet, sed etiam quo sacris in literis rarior & inusitatior, eo illustrior atque commendabilior existimanda est. Vnde Culmannus, licet Lutheri discipulus, apertè fatetur, nouo quodam & inusitato modo hic Virginem salutari, ac idcirco turbari, quod nunquam alias audita esset talis salutatio, nec similis in sacris libris reperiatur. Non quod ille primus hunc sensum excogitarit, sed ita visum est etiam antiquis Patribus: ex quibus Ambrosius hoc scriptum reliquit: Benedictionis nouam formulam mirabatur, quæ nusquam lecta est, nusquam comperta: soli Mariæ hæc salutatio seruabatur.] Ac multo vetustior Origenes in eandem sententiam scribit, planeque docet, similem quidem salutandi formulam siue ad virum, siue ad fœminam factam, in omni Scriptura nusquam reperiri. Nec solum inconsueta est, verum etiam vt Sophronius admonet, omni admiratione digna, & ab Archangelo venerabiliter & officiosissimè facta, in qua diuinitus declaratur, qualis quantaque sit Virgo ad summum illud electa mysterium, vt hinc illius præstantiam idem Archāgelus mitaretur. Habent omnes ferè gentes in more positum, vt in primo ingressu occurrentes forte salutent, illisque bene precentur, sicut & tritæ illæ loquendi formulæ comprobant: Salue, Benè sit tibi, Fortunet te Deus, Felix dies. Est & solennis Iudæorum salutatio, qua mutuo sibi pacem optant, pacis deinde pignus osculum exhibentes, vt hinc etiam pro illius ætatis ratione iusserit Apostolus: Salutate inuicem in osculo sancto, ne fraudulento videlicet ac proditorio osculo, quale Iudas Christo præbuit, fallæque amicitiæ locus relinquatur. Sed & in Euāgelio Apostolis mandatur, suam vt beneuolentiam, quum peregre venientes domum ingrediūtur, amica salutatione, tanquam officiosæ Christianæque charitatis tessera, comprobent. Verum longè sublimius de Gabriele salutante cogitandum est, qui diuina luce perfusus, multo rectius & exactius, quam quisquam alius posset, Virginem Deique voluntatem perspectam habebat, ac idcirco ampliorem gratulandi occasionem comperiebat. Quod verò ait: Aue, gratia plena, duplicem sensum & optantis nimirum & affirmantis admittit. Quid autem vel optaret, vel precaretur Virgini, in qua multiugam gratiam & benè constituta omnia mirabiliter vtique & contemplabatur, & reuerebatur? Igitur affirmantis hæc est oratio, non futurum beneficium precantis, sed de præsente potius gratia illi gratulantis, simulque testificantis, nunciati à se gaudij iustam adesse causam, quoniam cæteris iustior ac sanctior mortalibus, plena iam esset gratia, & cum illa Dominus versaretur, nullique melieri secunda foret, sed inter fœminas benedictionem primariam obtineret.

Mariam non vulgeri more gentium hic salutari.

Quomodo Iudæi mutuo se salutare & osculari consueuerint.

Rom. 16. 1. Cor. 16. 1. Ser. 15. Matth. 26. Marc. 10.

Ser. 1. de natiuit. S. Virg. Dum vetus præsēs hoc natalitium Euangelium.

Atqve vt salutationis huius excellentiam pluribus prosequamur, ex Petro Damiano libet primū repetere, duo verba esse orbi nunciata, qualia in terris nec aliquando dicta, neque dicenda sint, in quorum etiam comparatione omnia muta debeant apparere: Primum verbum, quod ipse rugitum altissimæ vocis appellat, in hoc Archangeli dicto statuit: Aue, gratia plena: eo enim incarnationem Dei, redemptionem hominum, & mundi renouationem contineri. Alterum verbum Ioanni tribuit, qui vt vere filius esset [a] tonitrui, vocem illam tali Aquila dignam protulit: In principio [b] erat Verbum. Scribit ergo & Nicephorus, æternum & ante seculum Verbum Dei descendisse, & conditionem naturamque nostram inenarrabili modo suscepisse, quum Maria lætum nuncium, vel Angeli salutationem illam accepit, qua dictum est: Aue, gratia plena. Hæc verò ex Chrysostomo desumpta videntur, quem in celebranda Liturgia Græci sequuntur, ita publicè pronunciantes: Gabriele dicente tibi Virgo: Aue, cum voce incarnatus est omnium Deus in te sacrosancta arca, vt dixit iustus Dauid.] His Petrus Episcopus Alexandrinus, idemque Christi Martyr consonat, quum in Concilio Ephesino in hunc loquitur modum: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, tum videlicet, quum Angelus sacram Virginem eiusmodi oratione salutauit: Aue gratia plena, Dominus tecum, hoc est, Dei Verbum nunc tecum est. Nam illa Gabrielis salutatio Deum Verbū in vtero Virginis natum, & carné factum insinuat.] Alij verò aliter sentiunt, & ex Lucę verbis non obscuris colligunt, Verbum carnem in Virgine factum esse non inde ab initio Angelicę salutationis, sed post Mariæ consensum expressum, quum illa diuino mysterio à Gabriele nunciato se totam ac-

Angelica salutationis Verbi incarnationē cōmunitas est.

a Marc. 3.

b Ioan. 1.

c Lib. 1. hist. c. 23.

In Liturgia, vide Tom. 2. Concilii Ephesin.

commodasset. Veruntamen Græci Scriptores, quos iam citauimus, hac ratione defendi possunt, quod salutationi Angelicæ, quæ olim publicè recitabatur, singularem honorem deferre voluerint, maximè propter effectum proximè consequentem, quodque propterea initium simul & finem tam sacri colloquij permiscuerint, sat habentes, totius & salutationis & annunciationis fructum in Verbo ipso incarnato constituere, nobisque commendare. Ac rursus hac ratione innuunt, quem in modum salutatione Angelica in Ecclesia piè rectèque vti deceat, cum grata videlicet memoria summi beneficij atque mysterij, quod missus de cælo Gabriel benedictæ Virgini tunc annunciauit, operante simul Spiritu sancto, vt Dei Filius, Virginis Filius propter nos efficeretur. Eius rei caput in ipsa quidem salutatione consistit, quæ præterea mirabilis Virginis laudes & dotes breui summa complectitur, & eam continet orationis formulam, quæ non solum hominibus in terra, sed etiam Angelis in cælo ad lectissimam honorandam Virginem, vt alibi demonstrabimus, est accommodata.

Quo pacto Angelica salutatio sit recitanda.

Angelica salutatio compendium multarum laudū & dotium Mariæ, sed & formula hominibus Angelisque congruēs.

Quid nomen salutationis Angelicę contineatur.

Cur Angelica dicatur salutatio, licet non integre profecta ab Angelo.

Cæterum vt nomen ipsum sit apertius, quod sæpè nobis repetendum est, Angelicam salutationem appellamus, vniuersum illud complectentes, quod non solum Gabriel ad salutandam Virginem enunciauit, sed quod vetus etiam Ecclesia ex Elizabethæ sanctæ verbis adiunxit, sicut idem Lucas prodidit Euangelista. Quicquid igitur in ea salutatione continetur, prorsus est euangelicum, ex vno eodemque spiritu Dei per Gabrielem & Elizabetham loquentis profectum, atque ad nostram scriptum vtilitatem. His duabus veluti partibus contexitur salutatio, & tamen Angelica dicitur, quandoquidem Angelum primarium habet authorem, & ei præcipuè hoc debetur opus, qui & Angelicam sui memoriam, imò & exemplum nobis imitandum reliquit, vt si tantæ matri grati esse velimus, Angelicum & ipsi officium salutando præstare pergamus. Tùm eadem voce (Bedę verbis vtimur) Maria ab Elizabeth, quà à Gabriele benedicitur, quatenus & Angelis & hominibus veneranda, & cunctis meritò fœminis præferenda monstretur.] Nec mirum, inquit, si Dominus redempturus mundum, operationem suam inchoauit à Matre, vt per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore.]

In c. 1. Luc.

Non sine singulari fructu salutationem Angelicam à piis recitari.

Hæc præfari visum est, minus vt addubitemus, quod à Gabriele Archangelo & Elizabetha sancta cum vtriusque laude dictum & factum est, à Christiano quidem officio non alienum posse censeri, quum nos totidem verbis in sacrosancta Virgine salutanda versamur, & voces Euangelicas iteramus. Cæterum an hæc salutandi forma fructum aliquem adferat, vt operæ sit precium Deiparam hoc modo salutare, complures in dubium vocant, bonaque sectariorum pars negantem partem amplectitur atque defendit. Ergone inanem garritum, aut anilem cantionem esse dicent lætum initium veri Euangelij, aut potius primum ipsum Euangelium, quo nihil auspicatius atque felicius Angelus à Deo missus in terris nunciare, & orbis percipere poterat? Non intelligunt isti Gnostici, hoc ipso, quo Maria nunc salutatur, velut noui & aurei seculi principiū demonstrari, hocque pulcherrimum esse exordium

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctissimæ tractationis, quæ inter Gabrielem & A Virginem de negotio omnium grauissimo, humanæ videlicet redemptionis, nostra omnium causa interceſſit, & mox obstupescente natura feliciſſimè cõfecta fuit. Ascribã Laurentij Iustiniani verba, quę rem nunquam, satis memorandam magis explicẽt, rudibusque commendent. Merito, inquit, Angelus ad Virginem mittitur, vt nouam gratiam noui partus noua salutatione dissereret. Visitationis enim aderat tempus, in quo liberaretur reus, sapiẽtia corporaretur, deleretur culpa, atque cælestis Hierusalem reædificarentur mœnia. Quamobrem lętus Paranymphus effectus pro officio, exhilaratus pro gratia, pro obsequio expeditus, insolito fulgore vestitus, in humana effigie descendit ad Virginem. Didicit sane ex præfagio, quanta qualisque erat, ad quã dirigebatur salutandam: Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecum.] Ac talis quidem Gabrielis salutantis fuit affectus, qu in piis quodammodo sanctè renouatur, & eximiam illis consolationem creat, quum iisdem Angelicis verbis excitati cogitant, tã diu priscis exoptatũ nuptiarum tempus adesse, quæ præsente iam Paranympho in Virginis vtero celebrentur, vt inde perinde ac suo è thalamo cælestis ille sponsus procedat, qui Christianas animas veluti sponsas statim à sacro Baptismate puras sanctasque sibi cõiungat, ac in regno suo perpetuam beet. Quæ gratior ac iucundior homini Christiano memoria suboriretur, præterquam de Emanuele Virgini Matri per Gabrielem tam lætè promisso: quem nos inde ab eo tempore factæ salutationis præsentem humanæ salutis authorem, ac principem ex Maria nobis conceptum, nobis natum, planeq; donatum & exhibitum habeamus? Vnde noua & ardens diuinæ laudis confessio in nobis erumpit, sæpeque iustas amoris lachrymas verè piis exprimit, vt qui malorũ ferè omnium sibi videãtur obliti, & è seruis velut amici sponsi & sponsæ facti, ad Patrẽ illum misericordiarum fidenter accedant. Tum verò veterem abiiciunt luctum, quem Eua nostri fundi calamitas, filiis omnibus attulit, qui suam acerbam sortem intelligerent, quod infeliciter nati, ac morti perpetuæ destinati, pristinam illam humani generis dignitatẽ amissam recuperare non possent. Sed iidem colligunt animos, & mœrorem cum gaudio pulchrè commutant, quum à Matre prima ad secundam, quæ Adam secundum edidit, id est, ab Eua ad Mariam sese conuertunt, & vna cum Gabriele gratulabundi, voces Euangelicas recitant: Aue, gratia plena. Quod quum faciunt, an non illi velut ad cælestes nuptias vocati, nuptialem quoque vestem gestare videntur, & in Spiritu sancto exultantes, quid aliud quam cum Zacharia hoc epithalamion canunt: Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ? Ac deinde ad Redemptoris sui Matrem conuersi, & debitæ gratitudinis officio impulsi quid rectius facerent, quam quod suam & nostram felicitatem nouam ex animo illi gratularẽtur. Illi, inquam, vt Dei Patris quasi primogenitæ, vt Christi Dei & hominis Matri, vt sancti Spiritus sponsæ omnium dilectissimæ, quæ Angelicis verbis obediẽdo haud minus orbi commodauit, quam prima fœmina serpentinis consiliis consentiendo toti mortalium generi obfuit. Cur ergo illi non Aue dicamus, quæ tota pulchra, tota formosa, Dei amica semper perse-

In ferm. de annun. V. r.

Qualis animi & affectus Gabrielis in Virgine salutanda.

Quomodo hæc salutatio ad pios affectus excitandos conferat.

Matth. 22.

Luc. 1.

Quam multiplex commendatio Virginis in hac salutatione cõtineatur.

uerauit, quia gratia plena. Quæ non ignobilis, non imbecillis, nõ orphana, vel alienæ opis indiga, quia cum illa Dominus. Quę non communibus fœminarum ærumnis obnoxia, non muliebribus vitiis aut næuis infecta, non puella lasciua, non virgo fatua, non coniux immorigera, non vidua irreligiosa, quia benedicta inter mulieres. Quæ in coniugio nõ sterilis & infœcunda, non prolis obscuræ vel pœnitendæ mater, quia benedictus fructus ventris eius Iesus Christus, isque talis ac tantus, vt ad tremendũ eius nomen genua supra cælos, & in terris, atq; adeò apud inferos incuruentur, omnesque terrę tribus omnibus seculis in ipso benedicantur. O nos ingratos, dicam & maledictos, si benedictam vitę ac salutis nostræ, id est, Christi parentem adeò non amplectimur, non suspicimus, non colimus, vt ne salutatione quidem dignam esse arbitremur. B

Malefidi ad benedictam Virginem, & futuram gratiam.

Adhæc salutationis huius verba, nescio quam latentem vim spirant, nostrisque affluant animis, & noui Testamenti proprias dotes, siue, vt Paulus vocat, fructus Spiritus nobis occulte commendant. Nam & charitatem, & gaudium, & pacem loquuntur, & pretiosa dona Spiritus, quæ in Mariam primum abunde sunt effusa, per Christum etiam aliis offerri credentibus monent. Prima sensit illa, maximeque persensit vigorem Euangelicum, qui verbis illis Propheticis promittebatur: Et erit in die illa: stillabunt mentes dulcedinem, & colles fluent lacte, & fons de domo Domini egredietur. Sed non omnibus tantum lucis suppetit, vt videant vereque intelligant hæc arcana, quæ paucis & simplicibus verbis ab Angelo includuntur. Quam enim latè patet gratia, & Christianæ gratię iustitiæque plenitudo? quid non bonorum in eo continetur, Dominus tecum? Qualis & quam multiplex eius benedictio, quæ nunquam fuit maledicta? & illorum deinde, qui in omni benedictione spirituali benedicti, ac omni fructu iustitiæ repleti à Paulo dicuntur? Sed hos omnes longo post se interuallo Maria reliquit, tot prærogatiuis, donis, benedictionibus, fructibus ornata & cumulata, vt eos non dicam effari, sed ne mente quidem consequi valeamus. Cur ergo non sit honestum, non vtile ac iucundum, ducem sequi Gabrielem, & has Angelicas repetere voces, quæ non admonent Euangelice philosophari, & Christianam proponunt omnibus gratiam, vereque docent, non solum in Deipara, sed etiam in Domino & Emanuele dulcissime gloriari? C

Docet ex nostri hæc tractatio citatis dictis Bibliæ Sanctæ, Aliarũ Ecclesiarũ Patrũ, & nostrorũ Sanctorũ.

Postremo quis ambigat, salutationem hanc Virgini matri, ipsique Deo tanto acceptiorem esse, quanto maior & ardentior pietas animi salutantis accedit? Placet hoc officium salutatę Virgini, quę proculdubio piè salutantes quodam modo resalutat, votis illorum libenter annuens, & diuina munera clientibus pro materna fide procurans & impetrans. Nisi fortè aut non creditur Dei Filius honorare matrem (Bernardi verbis loquor) aut dubitare quis potest omnino, in affectum charitatis trãsisse Mariæ viscera, in quibus ipsa quæ ex Deo est charitas, nouem mensibus corporaliter requieuit. Ascendens ergo in altum Virgo beata, dabit ipsa quoque dona hominibus. Quid ni daret? Siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina cælorum est, misericors est, denique mater est vnigeniti Filij Dei.] Hæc quum legunt vel audiunt aduersarij, non nobis, sed Bernardo, aliisque vt veru- D

Salutationem hanc Virginis, ex ipsa Scriptura, & Patrum testimonijs probat.

stioribus, ita probatioribus Ecclesiæ Doctoribus, A quos alibi producemus, succenseant & obtrectent licet: nos illorum latratus & morsus suo loco depellemus. Ac rectè Patres in Euangelio annotarũt, Marię occursum & salutationem amicis eius adeò felicem ac salutarem fuisse in Zacharię domo, vt præcursor Domini Ioannes in matris vtero, & mater ipsa Elizabetha virtutem illius maximam senserint, vtque ingentibus Dei donis ambo præditi, vna cum ipsa Virgine in Deo salutari sio mirabiliter exultarint. Hac velut imagine nobis præmonstratum putant, nec Mariæ fauorem, nec Dei benedictionem defuturam iis, qui Domini Matrem velut præsentem reuerenter excipiunt, dignisque modis honorant, aut maternam eius opem conuenienter implorant. Quid autem istis facias obsecro, qui implacabili Ecclesiæ odio impediti, oculos habent quidem, sed non vident, & quicquid ipsorum placitis repugnat, magno mox supercilio auersantur atque damnant, quique Christum caput à præcipuis eius membris tam indigne separant, quasi Iesum soluere velle videantur?

Quid sibi velit Mariæ in Zachariæ domũ ingressus, & mox consequens gratiæ operatio.

Luc. 1.

1. Ioan. 4.

CAPVT TERTIVM.

De principio Angelicæ salutationis, quo Aue dicimus, deque Catholico vsu & fructu eiusdem totius salutationis, quam in Ecclesia retinendum esse quidam ex aduersariis fateantur.

Age vero prima illa Salutationis verba (Aue gratia plena) parumper expendamus, quæ à Nouatoribus nõ intelligi res ipsa monstrabit. Multi cum Erasmo arbitrãtur nihil omnino referre: Salue ne an Aue vertatur, quod à Luca Græcè scriptum est χαῖρε. Et si verò Græcum hoc verbum iam saluere, iam gaudere designet, multò tamen rectius & verius Aue vel gaude quam salue hoc loco redditur. Nam auere, si Festo credimus, etiam pro gaudere sumi solet. Aptissimum autem erat, vt gaudij vocabulo salutaretur, quæ veræ voluptatis authorem erat concepturа, & Iesum salutaris gratiæ Principem parituta, sicut & [a] Erasmum fateri necesse est. Monet igitur Andreas Hierosolymytanus accedenti Gabrieli hoc propositum fuisse, vt lętitiæ signa statim Virgini annunciaret, vtque ad mẽtem eius demulcendam exordium sermonis à gaudio aufpicaretur. Sic enim decuisse dicit, lætis vt præconiis Reginam salutaret, quam & lætitię organum & immensi gaudij genitricem appellat. Ipsum verò Aue, ceu pignus quoddam esse instituendi cũ Maria colloquij, salutis consilium, & immensi gaudij præcõnium. Nec temere Chrysologus annotauit, in hac voce Aue, non simplex officium salutationis, sed muneris potius oblationem esse, quemadmodum & Sophronius diserte scripsit: Non simplex, fateor, vel consueta fuit ista salutatio, sed omni admiratione digna: siquidem venerationis fuit delatio, oblatio muneris, famulatus obsequij.] Hæc eo quidem probabiliora videri debent, quo causa erat vberior Gabrieli non solum ad salutandum, sed etiam gratulandum Virgini. Qua de re ita loquitur Laurentius Iustinianus: Ipsius gratiæ plenitudinem, quæ nimirum in Maria erat, cęlestis nuncius persensit, cognouit, manifestauit & dixit: Aue, gratia plena. Salutat illam tanquam sibi Dominam, honoreque dignissimam, ac à Deo singulariter electam atque dilectam. Nec aliunde quam à salutatione debuit inchoare, quando per hanc nouæ salutationis gratiam Saluatoris mundi prænunciabatur aduentus.] B

Aue in salutatione pro Gaude, non falsæ accipiendum.

In annotat. noui Testamenti.

[a] *In annot. noui Testamenti circa 16. Luc.*

Serm. in Annunciata Gabrielis prophetis fuisse, & Virgini lætanuntiaret.

serm. 140. tom. de Annunc. Virg.

In verbo Aue non est nuda salutatio accipienda.

Gaudium exigit Mariæ & omnium ferè credentium.

De ratione dispari primæ mulieris & Mariæ præsertim obtrectatricis & gaudium.

In Genes. cap. 3.

Paulo verbosa Erasmicæ interpretationis refutatio.

Verbum Aue tam tristitiam excludit, tum

Proinde quicquid tandem fingant Nouatores, ne mysterio quidem caret vox prima huius sa- C

gaudium simul & veterem excludit tristitiam, quæ pro multa primę mulieri irrogata, totam inuaserat posteritatem, & nouam gaudendi causam præbebat, quam Maria primum persentisceret, & credens Ecclesia, cuius tunc Maria typus erat, deinceps experiretur. Ac pulchrè quidem congruebat gaudiũ illi ante omnes alios prænunciari atque offerri, quę secundam Euam se præstare debuit, vt primæ matris, cui dictum est: In dolore paries filios, tristitia soluueretur. Huc spectans Procopius Gazæus, memorabiliter dixit, mulierem secundum Dei sententiam doloribus, luctu & gemitibus, imò & execrationi addictam esse: Christum verò benignum ex muliere natum hæc incommoda sustulisse. Igitur Angelum præcurrentem & gaudio exultantem lætum Mariæ nuncium obiecisse, atque sic orationem inchoasse, Aue, moxque causam lætitiæ subdidisse, cum diceret: Dominus tecum. Euam quidem Virginem deliquisse, ac proinde tristitiam & dolores à serpente traxisse, quos deinde in omnes peccatrices transfuderit. Verum Maria, inquit, gaudium & lætitiã toti mortalium generi obnunciauit, humanique generis maledictionem, in quam deuenerat, fugauit.] Retinẽdum est igitur quod Gregorius Nyssenus perspicuè docet, hanc Angeli orationem illis aduersari vocibus, quas tristes & acerbas prima mulier audiuit, quæ doloribus propter peccatum damnata est. In quem sensum scripsit etiam Fulgentius, fœminas à ruina primæ maledictionis per Mariam eximi. Tria, inquit, mala Euæ à tribus bonis Mariæ probantur exclusa. Nam Euæ dictum est: In doloribus & in tristitia paries, & ad virum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Tribus ergo his malis se subiungant fœminæ, quæ Mariam non sequuntur, dolori, tristitiæ, seruituti. Maria autem è contrario quam præclarissimis tribus bonis sublimetur auscultatione, salutationis Angelicæ, benedictionis diuinæ, & plenitudinis gratiæ. Sic enim eam legitur salutasse: Aue Maria, gratia plena, benedicta tu inter mulieres. Quum dixit: Aue, salutationem illi cælestem exhibuit. Quum dixit: Gratia plena, ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Quum dixit: Benedicta tu inter mulieres, virginitatis eius benedictũ fructum expressit, vt ex ea benedicta dicatur inter D

Orat. in natalem Domini.

Serm. de laudibus Mariæ exparte Salutationis. Genes. 3.

Tria bona Mariæ contra tria mala Euæ diuinitus ordinata.

Luc. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mulieres, quæcunque perseuerauerit Virgo.] Ita Fulgentius in hisce primis salutationis Angelicæ verbis philosophatur, Mariã cum Eua, imò & toto fœmineo sexu componens, sicut ante illum & [2]Cyrillus Hierosolymitanus, & Martyr [b] Irenæus Mariam cum Eua comparauit. Nobis verò sat erit verba citare Bernardi, quæ totum hunc Euangelij locũ illustrent magis & comprobent. Iniungitur, inquit, noua legatio Angelo Gabrieli, & noua Virgo professa virtutem, nouæ salutationis honoratur obsequio. Antiqua excluditur maledictio mulierum, nouam noua Mater accipit benedictionem. Impletur per gratiam, quæ concupiscẽtiam nescit, vt Spiritus superueniente altissimi pariat filium, quæ virum dedignatur admittere.] Igitur quod Angelus primum Aue, vel vt quidam vertunt: Salue dixit, tum ad Mariam, tum ad Ecclesiam exhilarandam non parum adfert momẽti, perinde ac si dicere vellet: Aue vna ex millibus electa & sancta priusquam nata Virgo, quæ vt alia nulla fœmina, tuo iure gaudere potes, quãdoquidem fœmineo sexui, & ex hoc procreatis vetus illud infelicitatis eulogium præscindis, & solidæ voluptatis causam, imò & borum omnium fontem orbi largiris. Gaude sola mulier perpetuæ obedientiæ laudem consecuta, & parens augusta benedicti seminis, quo serpẽtis antiqui caput, omnis humanæ calamitatis seminarium, conteritur, & in quo Gentes omnes huc vsque maledicto subiectę benedicuntur. Gaude & lætare magnificum diuinæ gloriæ templum, consecratum Regis æterni palatium, & thalame immaculate, in quo humana natura vnico Dei filio desponsatur. Gaude immensæ lætitiæ parens, & noua, pura, preciosa, nobilis arca, quæ panem cælestem prima tuo complecteris ambitu, & mundo illum deinde vniuerso subministras. Præterimus multa id genus epitheta, quæ in hunc ipsum locum confert Andreas Hierosolymitanus, hoc etiam coronidis loco pulchrè adiiciens: Decet lætis præconiis ita Reginam salutari.] Nec sine certa numinis prouidentia factum arbitror, vt multo ante Mariam natam Sibylla sit Ethnicis vaticinata, de nostra Virgine proculdubio canens, & salutationis huius initio perbelle consonans:

Εφεσάνθη κόρη καὶ ἀγάλλεο. σοι γὰρ ἔδωκεν
Εὐφροσύνην αἰώνος, ὃς ἔφανεν ἔκπαγλον καὶ γλῶ
σσι σοὶ δ' οἰκήσει, σοὶ δ' ἔσεται ἀθάνατον φῶς.

Hoc est:

Si simpliciter interpretari velimus: Lætare & exulta ô puella: tibi enim gaudium donauit æternum, qui cælum & terram condidit. Is verò in te habitabit, tibique erit immortale & indeficiens lumen.

Qvam ergo aptè & conuenienter Aue illi dicimus, quæ nihil prisținæ retinet maledictionis, quæ à communibus veræ tristitiæ causis ex peccato manantibus perseuerat immunis, quæ summam gaudendi materiam in seipsa ob incredibilem conscientiæ putitatem circumtulit, ac demum in ipso gratiæ gloriæque fonte Christo consolationem & voluptatem maximam primò persensit, nobisque persentiendam obtulit & reliquit? Vt mihi sanè prudendum videatur, hæc sacra verba tam pãrum à Christianis expendi, adeoque à multis fœde negligi, velut ea loco vel aliud agens dixerit Angelus, nihilque ad nos illa voluerit pertinere. Atqui A longè secus res habet, quoniam præter quam quod officium ille suum egregiè præstitit, simul & nobis præstandi reliquit exemplum, quum adeò reuerenter, atque admiratione plenus ad hanc ipsam salutationem accessit, vt Sophronius notat. Nec dubium, quin, vt idem existimat, secum Gabriel præmeditaretur, aut potius semper perpensum haberet, qualis & quanta esset Virgo sibi saluranda, quam summus ille Deus ex tot millibus ad maximam & gratiam & gloriam vnicè delegisset. Varias autem iustæ admirationis causas, quæ tunc in Angelum inciderent, facilè intelliget, quisquis Epiphanij verba sequentia ritè perpendet. Hunc enim sensum ille loquenti tribuit Gabrieli: Aue, gratia plena, multis virtutibus exornata Virgo, in lampade gestans lucem inextinguibilem Sole splendidiorem. Aue, gratia plena, hami esca spiritualis: in te siquidem hamus diuinitatis. Aue, gratia plena, gloriæ arca spiritualis. Aue, gratia plena, quæ es vrna aurea continens manna cæleste. Aue, gratia plena, quæ sitientes perennis fontis dulcedine satias. Aue, gratia plena, mare spirituale habens gemmam cælestem Christum. Aue, gratia plena, splendidum cælum, quæ in cælis incomprehensum continues Deum. Aue, gratia plena, quæ Cherubicum thronum diuinitatis fulgore superas. Aue, gratia plena, quę cæli circulum habes, & Deum incomprehensum angusto potissimum loco in te ipsa continues. Aue, gratia plena, nubes columnæ similis, quæ Deum habes, qui populum deduxit per desertum. Quid dicam? & quid proloquar? quo pacto prædicabo gloriæ radicem? Solo enim Deo excepto cunctis superior existis: natura formosior es ipsis Cherubin, Seraphin & omni exercitu Angelico: cui prædicandæ cælestis ac terrena lingua minimè sufficit, imò verò nec Angelorum.] Et adhuc erant Christiano digni nomine, qui ad hanc auream verè salutationem nauseant, ac piis etiam vitio vertunt, quod libenter, frequenter, alacriter Gabrielis, Epiphanij ac Patrum aliorum, de quibus postea dicetur, exempla sectentur, totidemque verbis vtentes, in sacrosancta Virgine salutanda versentur.

Ego vero apprime laudandum dixerim vetus institutum, quod ab optimis maioribus sanctissimisque Patribus traditum & acceptum, hodieque apud Catholicos obtinet, nimirum vt semel atque iterum manè ac vesperi campanæ pulsus in templis edatur, eoque Christiani omnes ad salutandam Virginem excitentur. Hinc enim populus tot curis distractus, & in profanas occupationes continenter intentus, saltem in cuiusque diei principio & fine ad sacrorum memoriam reuocatur, vt Christiani homines cogitent, se ab illo Christo nomen, vitam, salutem accipere, qui sub huius mundi finem, ac velut vesperam primum in Mariam cælitus aduenit, & aduentu suo longæ & miserandæ noctis, quæ totum genus humanum oppresserat, tenebras discussit, sed & nouum gratiæ diem adeoque Solem iustitiæ attulit, nimirum vt nos ex filiis tenebrarum filij lucis effecti, ipsam mundi lucem non modo præsentem contueri, sed præeuntem etiam sequi, & relictis tenebris, in eius splendore ambulare possimus. Hoc summum beneficium in Maria certe inchoatum est, huius Christianæ gratiæ primitias illa percepit, hunc exoptati diu Messiæ aduentum, quem Gabriel

Serm. de salut. Angel. Oracul. Sibyllin. lib. 3.

a Catech. 12. de illuminand.
b Lib. 3. ad oes hæres. Serm. 2. de Annunciat. Virginis.

Maria nouæ salutationis obsequio honorata, & noua benedictione aucta.

Quid sibi velit initium salutationis.

Genes. 3.

Genes. 12. & 21.

Serm. de Annunciat. Virginis.

Quomodo Gabriel Mariam salutauerit, & quæ primæ fuerint huius salutationis intellectrices.

Religiosa corporis compositio ad salutandam Virginem, cum pia ad. hibetur.

Euseb. Emis. Serm. de Annunciat. Dominic. Ambr. Ser. super Cantic. Ioh. libr. de mysteriis cap. 9. Hieron. contra Eustrogium.

Postratio Ecclesiæ.

Quibus de causis Ecclesia Dei Virginem Mariam salutare voluerit.

Gabriel

Gabriel in ipso diei crepusculo Virgini nunciasse creditur, ante alios Maria complexa est, adeoque orbi auspicatissimè communicauit. Eius ergo rei memoria ne vnquam nobis excidat, qui rerum diuinarum alioquin sumus plus satis obliuiosi, rectene prouida illa vetustas instituit & obseruauit, vt manè & vesperi campanæ pulsus in oppidis & pagis omnium aures feriat, omnium mentes inciter, omnium fidem renouet, omnium fiduciam corroboret, omnium gratitudinem excitet ac instauret, hucque demum permoueat, vt summam gratiam, & augustissimum incarnationis Dominicæ Sacramẽtum, quod redemptionis nostræ fuit exordium atque caput, in imos demittant animos ac singulari religione testentur? Vnde laudabilis ille B mos, qui apud Sectarios quidem exoleuit, apud autem Catholicos passim durat, vt multi dictæ campanæ audito sono, ab omni negotio seuocent animos, caput aperiant, humi procumbant, manus iungant, ipsoque demisso corporis habitu summam & ineffabilem demissionem commonstrent, quam Deus propter homines limus siue homo factus ostendit. Quæ omnia non solum ob Virginis merito salutandæ fiunt reuerentiam, sed ad illius etiam honorem cum primis pertinent, de quo tum cogitamus, sæpeque dicimus: Angelus nunciauit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vbi præter Angelicam salutationem etiam Dominica precatio recitari, vel sequens Ecclesiæ Collecta, vt veteres appellarunt, à multis annecti consueuit: Gratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde, vt qui Angelo annunciante Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Præterea vt sanctissimum hoc mysteriũ nobis firmius imprimatur, in quo summũ erga nos amorem summus Deus orbi efficacissimè probauit, tempus proprium, quod Aduentus Domini nuncupatur, iam inde ab annis amplius mille institutum, quotannis in Ecclesia solenniter celebratur, nimirum vt tanti muneris accepti grata memoria, quę perpetuo vigere debebat, hoc saltem tempore nostris animis reuiuiscat, & ad reddendam amoris vicem Redemptori Christianos etiam aliud agentes incitet, ac eodem præsertim tẽpore primum & precipuum Euangelicæ doctrinæ caput, quod tunc in Ecclesia multis ritibus commẽdatum proponitur, secum fideles omnes diligenter D expendant. Et adhuc tam sanctum & salutare hoc institutum accusabit [a] Brentius, [b] arrodet Smidelinus, ridebit [c] Marbachius, cæterique pietatis veteris desertores & hostes calumniabuntur? Quid autem aliud efficiunt tandem, nimirum vt ordine perturbato iaceat Ecclesiæ disciplina, & in vulgo Christiana pietas magis magisque langueſcat? Vnde nõ modo Maria, sed & Christus debito fraudatur honore ac gloria, & è plurimis pauci de Euangelio vix toto die semel cogitant, pauciores cogitando precantur, paucissimi in precando verè pios experiuntur affectus. Bona verò pars Euangelicorum quos vocant, rem præclarè confectam putat, si quæ in veteri Ecclesia bene didicerunt, male dediscant, ac præterea si partim in dogmatibus, partim in cæremoniis nũquam satis intellecta suggillent atque damnent. Sũt & plurimi, quos contra conscientiam pudeat, ne fortassis pro Papistis habeantur, suam fidem & religionẽ externo signo vel symbolo vllo testati. Vulgaris autem pietas duabus maximè rebus, verbum audiendo & psalmos nouos, non dicam quales cantillando perficitur: reliqua si accedant, hypocrisi Pharisaicæ & superstitioni anili fere attribuuntur. O mirè spirituales homines, ne dicam spiritus meros, qui vt Deum in spiritu & veritate colant, nullis ritibus externis propemodum vel vtuntur, vel mouentur atque excitantur, sed omnia veteris pietatis vestigia in populo delere & exterminare prorsus, Euangelicum esse studium putant. Igitur neq; manè, neque vesperi, non sabbatinis diebus, non in Aduentu Domini, vt diximus, non sanctis feriis tantum Mariæ deferunt, vt eius peculiarem memoriam publice celebrent, vel qualicunque honoris significatione declarent. Affingunt interim venerandæ antiquitati, quod voluerit ac docuerit, vt Mariam homines pro summo numine venerarentur, ac diuinis illam honoribus afficerent, cum Ecclesiæ mens & institutum semper eo spectarit, vt credentes cũ Elizabetha per Mariam benedictam fructum ventris eius magis benedictum agnoscerent, & per matrẽ filium maioris semper faciendum, magis laudandũ, magis amandum, magis colendum assurgerent, ac denique vt arborem propter fructum, Mariam ob Christum maximis semper honoribus prosequerẽtur. Sed postea videmus, quam vim habeant argumenta, quibus isti doctores noui ob auream hãc salutationem Catholicos inuidiosissime tractant.

Age verò si nobis ac Patribus negatur fides, vt vsum & fructum huius salutationis agnoscant ac probent aduersarij, suos saltem ipsi magistros Spangenbergium, Brentium, Lutherum, Rhegium audiant: eorumque sententias vt in rebus aliis, ita hic etiam apud se valere sinant oramus. Primum igitur Ioannes Spangenbergius pro concione Germanos docuit, & Latinè scripsit in hunc modum: *Hæc est salutatio, quæ sancta Trinitas Virginem Mariam dignata est alloquio: ideo & nos non derrectemus eam eiusdem verbis salutare. Ipsa canit in suo cantico: Humilitatem ancillæ suæ respexit: ecce ex hoc tempore beatam me prædicabunt omnes generationes. Si hæc verba sunt implenda, necesse est profecto esse homines, qui eam laudibus vehant ac ornent. Elizabeth incœpit Lucæ primo, dicens: Beata quæ credidisti. Similiter & mulier Lucæ 11. Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Quis eam nunc beatam prædicabit? Iudæi, Turcæ, Gentes, Hypocritæ & Pseudochristiani procul dubio non facium, sed summa ignominia & blasphemia eam afficiunt. Proinde nostri erit officij, qui Christi Euangelion profitemur. Quare pernerse agunt* (obserua, quæso Lector) *qui præ nimia sapietia & sanctimonia ferre non possũt, vt hæc salutatio recitetur.* Deinde obiicit sibi, quod ab aliis, vti Caluino, Bullingero, Luthero & aliis, sicuti ostendemus, Ecclesiæ obiectum esse legimus: *Verum est*, inquit, *non esse orationem: nihil enim in ea precamur: sed est salutatio, qua sancta Trinitas Mariam salutari voluit. Si ergo placuit sanctæ Triadi, cur non itidem nobis placeat?* Postea mouet hanc quæstionem, Num hac salutatione piè vti possimus? Respondet protinus: *Trifariam hac salutatione vti licebit. Primum inde discimus initium nostræ salutis & redemptionis. Secundo videmus, quantam gratiam Deus Mariæ largitus sit. Tertio tam gratuitis Dei beneficiis in operibus accendimur & adducimur ad orandum Deum, vt & nobis vel scintillam diuinæ impertiat gratiæ.*

Ex tibi luculentum Spangenbergij testimonium,

Duo exercitia Euangelicæ in religione præcipua.

Quam præpostere spiritus sectarij velint esse Nouatores.

Quomodo ecclesia Mariæ cultum instituat ac probet: vt ille diuino cultui seruiat.

Luc. 2.

Testimonij nouatorũ, qui salutationis huius vsum & fructum commendarunt. Ioannis Spangenbergij testimonium.

Luc. 1. Postilla in die Annunc. Mariæ.

Salutatio hæc iuxta Spangenbergium vsui nobis esse debet, licet non sit oratio.

Triplex vsus Angelicæ salutationis à Spangenbergio traditus.

a Instr. tit. Euangel. de Annunciat. Dominic. b In 2. cap. Luc. c In libr. de sacrificulis contra Eustrogium.

Euthymius & Ecclesiæ disciplina Euangelicorum.

Ioan. 1. Esai. 60.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Summa doctrinæ Spangenbergij de Angelica salutatione.

quo literis ex Euangelicis astruit, & ab omnibus credi vult, sanctissimæ Triadi ita visum esse, sic Euāgelij professioni congruere vt hæc salutatio in Ecclesia recitetur: quod quum facimus, Mariæ vaticinium impleri, Euangelium & Euangelicam veritatem corroborari, salutis & redemptionis nostrę initium recoli, Mariæ dona cognosci, fidem in Deum augeri, animum demum ad orationem & gratitudinem excitari & accendi: eos verò qui salutationis huius vsum ferre non possunt, præposteræ sapientes, male sanctos, pseudochristianos & hypocritas esse. Cæterum ne quod hoc loco Spangenbergius de implendo Mariæ vaticinio meminit, nouum ac fictitium esse putemus, Leonis Imperatoris qui sapientis cognomentum inuenit, consonantia verba subiiciam: Αλλὰ γὰρ παρέσχεν ὁ μακάριος ἐπὶ τῆς παραγμάτων τὰ σάφαντα λαβὼν ῥήματας ἰδοὺ γὰρ πᾶσαι φυλαὶ τῆς γῆς μακαριοῦσι με διὰ τὸν μακαρισμόν σοι προσάγει. Hoc est: Quin & ipsa tua lōgè verissima verba, ô Maria, ad res ipsas, firma præsto sunt testimonia. Ecce enim omnes tribus & populi te laudāt, te beatā prędicant.] In eundē sensum scripsit Eusebius: Vera est prophetia, (Beatā me dicent omnes generationes) quā veritatis mater de se ipsa prophetauit. Nulla enim ex eo tempore generatio fuit, quę eius beatitudinem non prædicauit. Semper eius beatitudinem Ecclesia concinit, in qua simul omnes generationes continentur. Quia fecit mihi magna qui potens est, imò qui omnipotens est. Verè vtique magna & tam magna, quam magna nulli alij & fecit & facturus est. Ex ea carnem suscepit, & cæli terræq; dominam & reginam eam constituit.]

Quales habēdi sunt hostes contemtores Angelicæ salutationis.

Impleri oportere Mariæ vaticinium, vt vbique gentium beata prædicetur.

In euangel. sexte ferie Aduentus

Quam magna Deus fecit Mariæ.

Nequè solum Spangenbergius hanc salutationem nobis defendit, sed & nobilior illo inter Nouatores Brentius eandem sanctam & obseruatione dignam esse, optimisque constare verbis asserit, hæc etiam adiecta siue censura, siue regula: *Si absit superstitio & impia opinio, non solum licebit, verum etiam valde vtile est, hanc salutandi formam sæpe recensere.* Ac iterum velut ad eam recitandam adhortans: *Quia*, inquit, *Angelus ornat Mariam in salutatione sua magnis laudibus, commemoremus salutationem non ad superstitionem, sed ad pietatem.* Nunc audi, quo pacto is homo velit Mariā piè salutari. *Primum*, inquit, *quum recitamus Mariam gratia plenam & benedictam inter mulieres, cogitemus hæc verba significare, Mariam præ omnibus mulieribus electam, vt sit mater benedicti seminis Abrahæ, veri Messiæ, & excitemur ad gratiarum actionem, quod quæ Dominus tot retro seculis de mittendo Messia in orbem terrarum promisit, ea per Mariam virginem impleuerit. Deinde confirmemus fidem nostram, non solum hoc nomine, quod ex hac salutatione certificamur, Christum tandudum in hunc mundum natum, nec alium expectandum esse, sed etiam hoc nomine, quod etsi Maria fuerit mulier in hoc seculo contempta & abiecta, elegit tamen Deus ipsam in matrem Christi filij sui. Quum igitur Deus sit tantæ clementiæ, quod respiciat humilia, fiduciam concipimus, Deum nos etiam in humilitate nostra respecturum & seruaturum.* Vides hic Brentio non malè cum Spangenbergio cōuenire, qui veritatis vi coactus fatetur, hanc salutandi formam, si verus & pius vsus accedat, tum ad fidem confirmandam, tum ad fiduciam nutriendam conducere, & eandem salutationem à pijs vtiliter iterari, aut sæpius recitari. Quanquam in eo sanè Brentius fallitur, nimiumq; sibi vna cum Luthero permittit, quod Mariam facit mulierem in hoc seculo contemptam & abiectā,

Bremij testimonium pro Angelica salutatione non solum recitanda, sed etiam sæpius recensenda.

Homil. 6. in 1. ca Luc.

Quomodo piè recitetur hæc salutatio iuxta Brentij sententiam.

Summa doctrinę Brentianæ de Angelica salutatione.

Errat cum Luthero Brentius, Mariam contemtam & abiectam vulgo puellam tuēnes.

imò verò, vt paulo post subiicit, longè omnium ea ætate miserrimam cōtemptissimamque. Eiusce modi commētum nos libro primo refutauimus, & nullus veterū ne per somnium quidem cogitauit, imò & Angelus ipse satis explosit, Mariam inter mulieres benedictam, hoc est, laudatam, dequa omnes benè loquerentur, prædicans, si quidem Erasmo & Culmanno assentiamur. Qua de re postea, quum de Virginis humilitate disseremus, opportuniore loco dicemus.

Plerique Scriptores Catholici apud Euthymium asserunt, negantque quidem Angelicam salutationem.

Quid verò si nobis etiam faueat Lutherus? qui aduersus hanc ipsam salutationem impetum quidē facit, ac more suo debacchatur, sed vt nobis interim vltro largiatur, ac apertè doceat, dupliciter eandem posse tractari, *Primū quidem, vt eam tanquam piam aliquam meditationem accipiamus, in qua donorum quæ à Deo accepit Maria, fiat enumeratio. Deinde vero, vt ceu votum addamus & precemur, omnes vt sentiant & cognoscāt, eam talem esse qualis hic prædicatur.* Probat ergo magis quam reiicit hanc salutationem Lutherus, quum palam affirmet, quomodo illa rectè & conuenienter vtamur, nimirum vt eadem partim nobis ad piam meditationem, partim ad desiderium ac precationē seruiat, etsi ne sic quidē Lutherus acu, vt aiunt, rem attigit, neque proprium salutationis vsum explicauit. Quid verò Vrbanus Rhegius? à magistro quidem Luthero tantoperè commendatus, vt hunc sui discipulum iam demortuum catalogo Sanctorum adscripserit & magnis in cælum laudibus vexerit. Is Vrbanus recepit ac probauit vsum dictæ salutationis, eumque in Ecclesia retineri voluit, his verbis illam exornans: *Iure & nos hanc Virginem benedictam cum Angelo, & beatam appellamus cum Elizabetha, quæ beatitudinis & veræ salutis authorem Christum immaculata peperit, vt impleatur prophetia benedictæ Virginis, quæ Seruatorem nostrum in vtero gestans virgines cecinit: Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.* Hæc non malè quidem cum aliis congruunt, quæ Spangenbergius antè tradidit, imò quæ & Euāgelicis verbis explicantur. Sed reliqua subiungamus, quæ discipulus porro interrogat ex Pædagogo, hanc illi quæstionem proponens: *Cur Christiani hanc salutationem Angelicam quotidie recitant?* Respondet mox Pædagogus, Vrbani nempe personam sustinens: *Ad renouandam assidue memoriam maximi illius mysterij, quod Deus homo factus est in plenitudine temporis ante M. D. XL. annos, & quod promissiones Abrahæ & patribus factæ, exhibitæ sunt. Beatissima enim Virgo Mariæ filia est Abrahæ & Dauidis, ex qua nobis genitus est Iesus Christus vnicus ille Saluator mundi. Quoties enim salutationem repetit Angelicam, gratias agito ex toto corde misericordi & veraci Deo, qui sic dilexit nos, vt filium suum vnigenitum miserit in hunc mundum, vt homo factus homines ab omni malo liberaret.* Vbi paulo post ab eodem authore veteres laudari videntur, qui in hac salutatione attentissimis & religiosissimis animis, quemadmodum sanè decebat, dominicæ incarnationis mysterium semper sunt meditati. Docet ergo Vrbanus Rhegius vel lint nolint alij Sectarij, adeo non aspernendam esse hanc siue Angelicam, siue Euangelicam salutationem, vt eam sæpius, imò quotidie vtiliter & piè recitent Christiani. Tum alius ex aduersariis Ioannes Conradus Vlmerus, hac salutatione compendium Euangelij, & redemptionis nostræ exordium contineri apertè testatur. Verum recentiores tei Catechisticæ

Saluatio Angelica Pontificiis non est baptismo necessaria.

Inuocatio Angelica.

Tychonius Vrbanus Rhegius primus Angelicā.

Iunioris Catechismus.

Vrbanus Rhegius in Catechismo citatus.

chisticæ Scriptores, qui post primos Lutheranæ Sectæ antesignanos prodierunt, tam infeliciter in hac pietate progressi sunt, magna vt religione cauisse videantur, ne suis in scriptis locum vllum Angelicæ salutationi reliquum facerent, cuius ne meminisse quidem voluerunt. Et noui blatherones passim vociferantur, de salutanda Virgine nullum Dei extare præceptum, nullum salutationis huius vsum & fructum accipi posse, sed oleum, quod aiunt, & operam in Virgine salutanda perdi mortalibus, & quasi surdis à nobis fabulam cani. Tam varias & pugnantes inter se sententias vt alibi sæpè, ita hoc etiam loco doctores noui adferunt, seque ipsi mutuo confodiunt, velut Andabatarum more concertantes, ipsoque Protheo mutabiliores. Nos verò priusquam aduersarijs hic oblatrantibus, & salutationis huius vsum Ecclesiæ inuidentibus respondeamus, committere non possumus, quin Angeli testimonium, quo Maria gratia plena eximie celebratur, primum sedulo excutiamus.

CAPVT QVARTVM.

Retinendam esse veterem lectionem, Aue gratia plena: quibus in verbis nouatores multis modis varient ac hallucinentur, gratiæ nomine abutentes, & hoc ipsum cum alijs Lucæ verbis malè commiscentes.

Angelus Mariam gaudere vult, & gaudendi causam simul explicat. In principio salutationis. Gratia nomē generale est in salutatione.

NON satis visum est sapientissimo Angelo Gabrieli, si inde ab initio sui ingressus & colloquij Mariam ad gaudium prouocaret, nisi & veram propriamque gaudendi causam illico depromeret dicens, χαῖρε κεχαριτωμένη. Vbi non de gratia speciali, sed generali vniuersim loquitur, à reliquis credentibus Virginem proculdubio eximens, ac omnibus anteponens, qui gratia diuina præditi, sed non adeo pleni sunt inter electos. Neque enim iustitiæ tirulum accipere, vel retinere, sine gratia quispiam potest: sed sigillatim cum Paulo fateri coguntur omnes: Gratia Dei sum id quod sum.

1. Cor. 15. Rom. 13. 1. Cor. 12.

Quis prior dedit illi, & retribuetur? Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Cæterum inæquales acceptæ diuinæ gratiæ portiones & gradus in sanctis & credentibus esse res ipsa cōprobat, qui ex eodem quidem fonte, sed valde dispare donorum mensuram hauriunt, sicut & Euangelica parabola de talentis à diuite hero datis, & inter seruos aliter atque aliter distributis ostēdit. Nullus quidem omnino expers gratiæ Dei, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: sed aliis tamen seruis vnum, aliis duo, aliis quinque talenta tribuit paterfamilias, & maiorem pauperum quam diuitū numerū semper & vbiq; inuenire est.

Matth. 25

Rara nimirum auis, cui nihil desit, & quæ abundet omnibus, vt in suo genere felicissima esse videatur. Rectè igitur Apostolus: Diuisiones gratiarum sunt: idem autem Spiritus. Quis porro mortalium ante Mariā plenus gratia vnquam salutatus? Ingens hoc profectò, nec solum Angeli, sed Dei etiam per Angelum loquentis testimonio confirmatum Virginis est præconium, quod & veteres Theologi, sicuti postea monstrabimus, præclaris sententiis exornarunt. Maria vero tāto plenior ac dignior incredibili gratia fuit, quanto magis hanc suam gratiam ignorauit minusq; ponderauit, quę vt erat semper modestissima, se omni gratia indignam ac minimam arbitrari mauult, quam ab Angelo delatam sibi laudē agnoscere, adeo multum scilicet sibi sumens, atq; placens vt ex accepta etiam commendatione timorem capiat, ac pudore suffundatur, nihilque respōdere audeat, ac duntaxat cogiret, quid sibi velit ista hæc noua, rara & præclara siue salutatio, siue compellatio χαῖρε κεχαριτωμένη. Aue gratia plena.

Luc. 1.

Iacob. 1.

1. Cor. 12.

Plena gratia non nisi Mariæ post Christum propriè competit.

Maria quæ gratiæ plenitudinem nobis impetrauit, agnoscere modestiæ studio.

SCIMVS interim, ac vltro fatemur, in Scripturis non esse rarum, vt iusti & sancti gratia, imò & gratiæ fonte Spiritu sancto pleni vel repleti esse dicantur. Siquidem de Ioanne Baptista legimus: Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Tum Ioannis mater Elizabetha repleta Spiritu sancto, & pater Zacharias Spiritu sancto repletus à Luca dicitur. Haber præterea Stephanus hanc laudem vt plenus Spiritu sancto, plenus gratia & fortitudine appelletur. Fatemur, inquam, isthæc aduersariis, simulque mirandum dicimus, eos adeo Mariæ rigidos, inuidos simul & iniquos esse censores, vt quam nominis commendationem & excellentiam sanctis aliis non grauatim concedunt, hanc vni Mariæ adimant, ne & ipsa vel ab Angelo, vel à nobis plena gratia salutetur. Querentur enim cum Marbachio, Latinum interpretem, quem constanter Latina sequitur Ecclesia, Lucæ mentem & sermonem Græcū non assequi, sed perperam vertere, Aue gratia plena. Quo pacto igitur locū nobis & Latinis propriè reddi voluit ad hunc nempe modum, Aue gratiosa, vt docet Bucerus, vel gratiam consecuta, vt Caluinus, vel gratis dilecta, vt Beza, vel gratificata & dilecta, vt Bullingerus, vel grata Deo passiue, quod ipsa sit in gratia, sicut Sarcerius & Æmilius, vel cui Deus faueat, vt Lossius, vel accepta, vt Castalion, vel quæ in gratiā à Deo recepta sit, vt Hemingius interpretatur. In tot quippe partes vel frustra isti interpretando concidunt ac distrahunt hanc Græcam vocē κεχαριτωμένος vt vix Hippolytus, quemadmodū in fabulis est, in tot partes laceratus ac distractus fuisse videatur. Idq, faciunt religiosi homines scilicet, ne quid cum veteri versione & Ecclesiastica cōsuetudine cōmune habeāt, quæ perpetuo tot seculis legit publicēq; decantat, Aue gratia plena. Primum autem, vt opinor, Erasmus hoc loco gratiosam est interpretatus: sed qui tamē ad excusandam nouitatē se ideò non negare Mariam gratia plenam fuisse professus est. Reprehēdit autem Erasmum Beza, se mirari asserens, cur gratiosam ille sit interpretatus. Etsi enim hoc epitheto exprimitur propensus Dei fauor, tamen negligitur quod præcipuū erat, Deum nēpè pro sua gratuita bonitate Mariam gratā & acceptā habuisse, vt idem Beza notauit. Certè Ioannes Oecolampadius, linguarum peritia nulli Sectariorū hac ætate secundus, quum Theophylactū interpretatur, non solū ita vertit: Gaude gratiosa, sed & plenam gratia dici posse meminit, vti probat Andreæ

In Scripturis multi gratia pleni esse dicuntur, sed nō sicut mater Domini.

Luce 1.

Actor. 7.

Nouatores Mariæ non concedant titulum, quem sanctis aliis interioribus tribuunt.

In Apologia contra Eisengrimum de miraculis.

Quam varie noui vertant interpretes illud, gratiā plena.

Primus inter Nouatores Erasmus ab Ecclesię interpretatione hoc loco discessit, à Beza reprehensus.

In Annotat. noui Testamenti.

Circa 1. cap. Luc.

Oecolampadius vtroque modo legit gratiosa & gratia plena.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cratandri editio, quæ anno XXIII. Basileæ, viuo adhuc Oecolãpadio, fuit euulgata, & nescio à quibus postea male correcta. Vbi enim scripserat Oecolampadius: Hoc est gratiosam esse vel plenã gratia, substituerunt recentiores: hoc est, gratiosam esse vel gratificatam. Vbi autem Lutherus Nouatorum omnium antesignanus, hunc Lucæ locum Germanice quidem parum gratiæ habiturum, si nouos Græci Euangelij interpretes in versione Germanica æmularetur: nec veterem tamen & communem Ecclesiæ interpretationem hostis immanis Ecclesiæ voluit retinere. Aliam igitur fraudem excogitauit, vt loquentem hoc modo Angelum introduceret: Cæterum qui linguæ Germanicæ vtcunque periti sunt, probè norunt, non singularem Dei gratiam sed humanum fauorem, imò etiam amatoriũ quidã hac voce holdselig contineri, vt idcirco etiã proci amatis puellis adblandiẽtes, hoc ipso nomine illas haud illibenter appellẽt, ac illę vicissim se appellari gaudeant. Culmannus vt magistri Lutheri figmentum comprobet, æquè insolenter hanc nobis interpretationem obtrudit, Aue gratiosa, id est, cuius conuictum & consuetudinem plerique omnes ambiunt. O lepidos interpretes, qui Mariam antè vilem, obscuram, sordidã, nunc adeò gratiosam, celebrem, multis familiarem, gratam amabilemq; depingunt, ac tantum non omnibus spectandam & amandam proponunt. Erat curę scilicet, tantæ Virgini, vt aut adolescentibus aut vulgo placeret, & hominum vel gratiam vel fauorem aucuparetur, ideoque gratiosa tum ab Angelo dici, tum ab Euangelista scribi debuit. Mira certè istorum in fingendo licentia impudentiaque, qui velut duabus sedeãt sellis, Mariæ diuersa prorsus; cõtraria tribuunt sæpe. Nam & idem Culmannus locum sic interpretatur: Salue vel gaude gratificata, dilecta, inquam, & recepta in gratiã insignem, adeoque fauorabilis & plurimum consecuta gratiæ, à Deo multiugis gratiis insigniter dotata & locupletata. Rursus verò: Aue gratiosa, hoc est, summe grata, suauissima, dilectissima ipsi Deo, & Angelis & Sanctis eius summè placens salue. A quibus non discedit Franciscus Lambertus, in hunc modum scribens: *Aue gratiosa, hoc est, summe grata, suauissima dilectissima ipsi Deo, & Angelis & Sanctis eius, ei summe placens salue. Nuncius Dei sum, eius te nomine saluto. Grata & accepta es illi: te amat, te præ cunctis diligit, quam præcelsis muneribus donet.* Sed enim siue laudent, siue vituperent instabiles aduersarij, ô nos planè vel stupidos, vel insanos, tantum si concedamus, quantum ipsi à nobis perquam inique postulant, vt in ipsorum nunc primum ebullientiũ gratiam, Euãgelicæ Scripturæ verba circumcidi, lacerari, mutari, mirisque modis transformari patiamur, atq; adeò leuiter à veteri interpretatione discedamus, quæ sanctissimis, doctissimis, sapientissimisque Patribus hucusque satisfecit, quæ venerandæ semper placuit antiquitati, quę suã Virgini matri laudem quam meretur assignat, quæ demum ipsam loquentis Angeli mentem explicat luculenter. Itane istorum libidini seruiemus, qui in verbo Dei nihil non arripiunt sibique sumunt, matrem vt Ecclesiam, à qua semel perfidi defecerunt, suis latratibus ac morsibus appetant, vtque suas in religione nouationes porro augeant atque defendant? Meliorem, vt spero, mentem Christus Catholicis dabit, ac perpetuo haud dubiè conseruabit.

Quomodo Lutherus Germanice vertit Gratia plena.

Concione 4. in festo Annunciat.

Culmanni noua interpretatio, quomodo Maria fuerit gratiosa.

Concione 2. & 3.

Francisci Liberti expositio.

In cap. 1. Lucæ.

Haudquaquã expedit Catholicos Nouatoribus cedere, & nouis credere interpretibus hoc loco.

A

B

C

D

Sed illi fortasse moderatiores & astutiores à Nouatoribus videbuntur, qui nobiscum verbis quidem conuenire, & vsitatum titulum Mariæ largiri dignantur, eam gratia plenam apertè pronunciantes. Vbi nos ab Athanasij regula non discedemus, qui sapientissimè docet, omnia Hæreticorum verba esse suspecta, eosque semper insidias cogitare ac tendere, nihilque propemodum sine animi peruersitate dicere vel facere. Ac verè nostri Sectarij dolos hic meditantur, qui vt maximè Virginem gratia plenam asserant, tamen gratiæ vbertatem vel plenitudinem eidem Virgini non ampliorem quam aliis electis deferunt, ipsoque gratiæ nomine ad iustitiam illam, vt vocant, imputatiuam subdole abutuntur. Scribit ergo Brentius: *Ne hæc quidem vocabula, gratia plena, reiicimus, modo vertè iuxta analogiam fidei intelligantur.* Quæ autem istiusmodi analogia Brentij? Dicitur inquit, *plena gratia, quod sit à Deo recepta in gratiam, & quod Deus faueat ei.* Sed hanc mirificam & Patribus nostris incognitam fidei analogiam sibi seruet Brentius, ac tota schola Lutheri, si velit, posito in delitiis habeat. Nos longè aliter in Ecclesiæ schola de Christiana gratia, & sanctorum iustitia sentire ac tradere sumus instituti, sicut sequenti mox capite pluribus disseremus. Non igitur nos fallent noui Antidicomarianitæ, qui verbis quidem gratia plenam Virginem aliquando celebrant, sed si propius inspicias, re verâ illi gratiam tollunt, eamque omni ferè gratia exundante, quæ & hominibus & Angelis non contingit, vacuam prope relinquunt.

Postremo quid nisi fraudem & impostu ram Nouatorum redolet, quod quidam vt gratiæ plenitudinem obscurent, vel potius eludant, Angeli dictum gratia plena, cum eo quod postea subsequitur: Inuenisti gratiam apud Deum, omnino confundunt? Hæc enim duo apud illos vim eandem obtinent, ac tertium etiam illud, Dominus tecum, admiscent, velut hoc quoque ab Angelo dictum sit, ad rem eandem magis explicandam atque inculcandam. Docet ita Bucerus, nec dissentit Brentius, in hunc modum differens: *Quid sit gratia plena, Angelus ipse his verbis quæ in salutatione sequuntur, explicat. Addit enim, Dominus tecum.* Respondemus autem, sermonis Angelici maiestatem repugnare, quo minus verba confundamus, in quibus singula quæque suum habent pondus, nec tam leuiter æstimanda, fœdeque cum dictis aliis commiscenda sunt. Verissimum est enim quod scripsit Athanasius, Gabrielem circumspecte & cum cautione euangelizasse, quum legatus ad Virginem destinaretur. Vnde aduersus Gabrielis moderationem & exemplum faciunt, qui aperta simplicique Scripturæ verba peruersè deprauant, & in alienos planè sensus vi quadam pro libidine sua detorquent. Et Franciscus Lambertus ne parum Euangelica verba confundat, dicere non veretur: *Sequi Christum est in eum credere: quod pariter est esse perfectum.* Et Brentij vox est: *Si quis me diligit, sermonem meum seruabit, id est, credet. In Christo manere est credere, manere in dilectione mea, id est, credite in me, & in fide perseuerate.* Æquè nugatur in Christi verbis Melchiton, qui tractans Christi sententiam: Si quis sermonem meum seruabit, mortem non videbit in æternum, hoc scholio corrumpit locum: *Dicit se mitti, vt sit victima pro peccato, & homines reconciliari Deo*

Cautela in nouatores, ne Mariam magnificãtes, plus æquo tribuãt, intelligere.

Seruata regula Athanasij.

Athanasij regula ad cauendas insidias Hæreticorum.

In Ioannis cap. 1. & de Annunciat.

Aduersus verba Brentij, quæ Maria plenitudinem gratiæ.

Alia dolosa Sectariorum in verbis Angelicis perfidia.

In Euangel. Luc.

In Euangel. Ioannis 14. & 15.

Quomodo Euangelij verba corrumpat.

Deo non per legem Moysi, sed fiducia Messiæ, & hac fiducia Deum inuocandum esse. Videt haud dubie Lector, quàm multa hîc temere confundantur, quæ nihil faciant ad institutum. Quod si commentis horum astipulamur, eò facile delabemur, vt partim Gabrielem, partim Virginem reprehendere aggrediamur. Illum quidem, velut qui nesciret sua sensa verbis propriis enũciare, ac propterea vnum idémque toties repetat: hanc verò, quæ tàm rudis, crassa & indocilis fuerit, sermonem vt Angelicum non caperet, eadem de re sæpius admonenda. Quis verò pius dubiter quæso, tum Gabrielem Archangelum suo perfunctum esse munere, vt sapienter & aperte diceret omnia: tùm ingeniosissimam ac religiosissimam Virginem, quicquid diceretur, attente percipere, facile intelligere, ac retinere fideliter potuisse? Testantur Orthodoxi, quandam gratiæ plenitudinem, quæ aliis renatis non contigit, inde à primis annis Mariæ cælitus esse collatam, vt & ipse Lutherus postea citandus agnoscit, quæ post virtutes infusas ad eam dignitatem, vt Filij Dei mater eligeretur & esset, peruenerit, hinc cum illa & ex illa Dominum mirifice perfectéque fuisse.

Sed et ipse Gabriel velut omnem hallucinandi ansam submouens, suum sermonem ita moderatur, vt inter gratiam & ipsius gratiæ authorem, inter effectum & causam, discrimen apertè statuat, velitque obseruari. Nimirum ad donum gratiæ pertinet illud, Gratia plena: authorem verò & causam gratiæ quod adiectum est indicat, Dominus tecum. Vtrunque porro in verbis illis coniunctum & amplificatum videri potest: Inuenisti gratiam apud Deum: de quo præclaro dicto posteà fusius. Nam & antequam Gabriel accederet, vt diximus, Mariam gratia præditam, imò & plenam fuisse non dubitant eruditi, & post Gabrielis accessum cæpit cũ illa & in illa esse Dominus, vt & anteà postea nunquàm in vllo fuit electorum. Dominus tecum in mente, tecum in ventre, tecum in thalamo, tecum in præsidio, vt dixit Laurentius Iustinianus. Habitat in Angelis Deus, sed non cum Angelis: quia cum illis eiusdem non est essentiæ. Habitat Deus in virgine, Habitat cum illa, cum qua vnius naturæ habet identitatem.] vt Petrus Damianus meminit, pulchre docens, multis modis Deum rebus creatis, sed identitate, vt vocat, Mariæ duntaxat inesse, quoniam idem sit quod illa secundum carnis assumtæ naturam, non communi tantum illa cum cæteris hominibus ratione, sed & alia peculiari, carnis videlicet ex ipsa ipsiúsque purissimo sanguine assumtione, quæ incomparabilem, ac ipsis etiam Angelis admirandam identitatem constituit. Vt enim scholastice quidem, sed luculenter Dionysius Richelius dixit: Vnio ex amore procedit. Tanto itaque specialius ac eminentius Deus adorandus dilexit, & prælegit Mariam: quanto intimius, propinquius ac familiarius se illi vniuit. Sed huic Virgini Deus se coniunxit, non solum per gratiarum charismata, per illuminationem, per dilectionem, aut adhæsionem extrinsecam, sed etiam per naturalem & realem quandam identitatem, quia factus est aliquid sui parentis.

A

B

C

D

Dionysius Areopagita inter gratiã & gratiæ authorem.

In Serm. de Annuntiat. Virginis.

Serm. de Mariæ nativit. Identitas naturæ inter Mariam & Christum.

Libro 1. de præconiis & dignit. Virg. & Annunciat. 21. Quomodo vnio inter Mariam & Dei filium.

a *In actione prima Synodi Calcedonensis.*

b *In definitione primi anathematismi.*

c *Hom. 3. de B. Virgine. Serm. 3. de Annunciat. dominica.*

In Maria generalis & specialis gratia considerandæ.

Tota Trinitas cum Maria est ac manet peculiariter.

Maria nobile triclinium Trinitatis.

In Scripturis etiam minima quoque considerandæ quæ suum pondus habeant nec sint otiosa.

In præconio de Spiritu sancto. Hom. 2. in 1. lib. Samuelis Matth. 5

Etenim aliquid substantiæ Virginis sacræ assumpsit, & hypostatice atque realiter sibi vniuit, & habitauit in medio eius.] Proinde inter omnes, vt ita loquar, gratias huic Virgini copiosè collatas nulla vel esse, vel fingi maior potest, quàm quod cum ea, vt alia creatura nulla, Dominus esse dignatur, merito vt illi dixerit Gabriel, Dominus tecum. Id quod Petrus Martyr Alexandrinus [a] interpretatur, perinde ac si affirmasset, Dominus verbum tecum, Dominus verbum in vtero tuo caro fiet. Quam Martyris huius interpretationem tanti fecit [b] Cyrillus, vt eam repetere non dubitarit. Nec temere notat [c] Bernardus, non solum in, sed etiam cum Maria fuisse & Patrem, cuius Filium concepit, & ipsum Filium, quem carne sua induit, & Spiritum sanctum, de quo concepit in vtero sanctificata. Ac rursus idem Bernardus notat, gratiam non modo generalem, sed & singularem in Virgine prædicari: generalem enim esse, quam de ipsa Christi velut fontis plenitudine accipiunt vniuersi, singularem vero, quod illa sola præ omnibus plenitudinem gratiæ sit consecuta.

Quanquam nihil impedit, quo minus hoc dictum, Dominus tecũ, non solum ad secũdam, sed etiã ad primã & tertiã in sanctissima Trinitate personam vna cũ Bernardo referamus. Neque Sanctorum vlli potest adscribi, quod Angelus velut de tota Trinitate differens, soli Mariæ tribuit: Virtus altissimi obumbrabit tibi. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei: Spiritus sanctus superueniet in te. Hinc Maria thronus pudoris dignissimus, aula regia, cella cælestis, ac totius Trinitatis triclinium iampridem appellatur. Cur igitur, vt cætera quæ ad horum verborum explicationem pertinent, omittamus, cur inquam, à verbis Euangelicis discedamus, & ea quæ Gabriel diserte distinxit, pro eodem accipiamus, velut imperitiæ illum arguentes, quod affirmet Mariã inuenisse gratiam, & eam gratia plenã esse, ac Dominum itidem præsentem habere? Nec enim fas est Angelicas, dicam & Euangelicas, commiscere voces, præsertim admonente nos Basilio Magno, sacras literas sic legi oportere, vt quia Spiritum sanctum habent authorem, in illis etiam literæ, syllabæ & apices, in quibus magna mysteria contineantur, magna religione ab omnibus obseruentur. Id quod Brentius quoque, licet aduersarius, hac oratione confirmat: *Meminerit is obsecro, nullum apicem diuinæ Scripturæ esse, qui non aliquam vtilitatem animo pietatis doctrinam afferant adferat. Quid enim Spiritus sanctus ociosum, quid superuacaneum nobis obtruderet? Et si ista vnum ex lege, tanti momenti reputetur, vt donec prætereat cælum & terra, ipsum non præstet, quo ad omnia facta fuerint: qui fieri posset, vt historiæ sacræ apices, quamuis minuti, non suam haberent æstimationem & commeditatem?* Atque hæc satis esse puto ad illorum corruptelas ac fraudes parefaciendas, qui hoc illustri Gabrielis testimonio simul & Mariæ præconio per inscitiam, siue potius per malitiam nequiter abutuntur. Quid autem veteres Theologi tum Latini, tum Græci his de rebus iam olim iudicarint, postquam de ipso capite, id est, nomine gratiæ dixerimus, in medium adferre non omittemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT QVINTVM.

Detectio quorundam errorum circa nomen gratiæ, multósque non solum de Mariæ & reparatorum, sed etiam de Christi Domini gratia nunc peruersè docere ac scribere.

Hæreticorum est proprium, in Scripturæ verbis fallere hoc præsertim tempore. *Orat. in laudem Cypriani.* *In li. ad Constantium Augustum.*

NON TEMERE scribit Gregorius Nazianzenus, Hæreticos esse syllabarum verborúmque captatores: & [a] Hilarius de illis ipsis quæritur, quod callidi & astuti artificio quodam vtantur, & inclusam pernicioſam, corruptelam exquisitorum verborum velamine contegant. Huiusmodi autem verborum captatores, & artificiosi sacrarum vocum corruptores si ante hac vnquam, nunc agminatim quidem itrumpunt, & sub speciosо verborum prætextu pestilentes errores mirabili astu ferunt, tegunt atque defendunt. Exemplo esse possunt Lex, Euangelium, Sacrificium, Sacerdotium, Fides, Iustitia, Traditiones, Claues, Peccatum & quæ sunt id genus plurima vocabula in diuinis quidem literis vsitata, sed nunc in hunc, nunc in illum sensum, prout cuique Sectario commodum videtur, insidioſe & praue detorta. Idem est iudicium de gratiæ nomine, valde quidem gratioſo, & in sacris literis trito, sed sub quo isti nouarum opinionum vel parentes vel educatores alunt tetra monstra, ac præsertim pulcherrimam de iustificatione doctrinā magis magisque corrumpunt, non Mariæ solum, sed & iustis & sanctis omnibus, ne illis vera constet gratia, mirabiliter iniurioſi. Id quod euidentius fiet, si gratiæ definitionem à nouis Theologis acceptam in medium adferamus, ac aliquanto presſius hoc loco expendamus, vt hoſtiles eorum laquei & pestilentes errores, qui simplicium oculos præstringunt ac fallunt, rectius intelligantur.

Gratiæ nomine multi hodie abutuntur.

[b] IOANNES Bugēhagius Pomeranus: *Gratia*, inquit, *fauor est, quo nobis bene vult Deus.* Aut sicut [c] Heerbrando visum est, *gratuitus fauor, acceptatio ac benevolentia Dei, qua peccatores remissis peccatis recipit, adeoque gratuita peccatorum ac iustitiæ imputatio gratiæ nomine significatur. De tali enim gratia Paulum disserere, quando de iustificatione tractat.* Vnde illud etiam Buceri dictum exat: *Paulus gratia Dei seruari nos prædicat, & passim pro gratuita Dei benevolentia & misericordia nomine χάριτος vtitur.* Tum Franciscus Lābertus nobis exprobrat: *De gratia qualitatem fecerunt, quum tamen nihil aliud sit quam fauor Dei.* Suffragantur his quoque Centuriatores, quorum testimonio *Gratia est acceptatio gratuita propter meritum Christi, eiusque integra ac plena imputatio. Atque idem valet,* inquiūt, *in hoc dicto Aue gratia plena.* Postremo Losij vox est: *Gratia fauorem significat, non qualitatem seu virtutem, quæ tum in Maria fuerit.* Nos vero priusquam de Mariæ causa respondeamus, aperte testamur, vehementer istos, in Paulo interpretando falli ac fallere. Ardenter is quidem ac fortiter, vt nullus alius Apostolorum, in suis scriptis gratiam prædicat & inculcat: non fauorem quidē solum, & donū quoddam externum Dei, sed internum & qualitatem, vt in scholis vocant, inhærentem, & ab externo illo Dei fauore profectam hoc nomine complectens, tantum abest, vt istis, qui hominē gratiæ & charitatis donis internis iustificati peruicaciter negant, assentiatur. Etenim gentium ille in fide & veritate Doctor, gratiam etiam legem vocat, quæ sicut per [d] Hieremiam promiserat Deus, Spiritu Dei scripta sit in cordibus. Deinde hanc [e] gratiam thesaurum nominat, quem iusti, siue iustificati in vasis fictilibus circumferunt. Hunc prætereà [f] Spiritum inhabitantem esse dicit, in renouatorum nempe mentibus, ac demum [g] hāc Dei nostrámque iustitiam facit: quoniam non nobis innata, sed ab illo ceu fonte, qui nos vere iustos facit, propter Christum infunditur atque donatur, vt hoc sublimi Dei munere, quod iustificatorum est proprium, eósque Deo dilectos ac vere pulchros efficit, locupletentur. Præterea idē Apostolus hāc gratiam, & [h] quæ cum illa infunduntur dona, non excludit à iustificatione, sicut isti cōtendunt, sed clare pronunciat, non modo gratiam siue misericordiam Dei, sed & donum per gratiam in multos, qui ex Christo scilicet renascuntur, abūdasse, loquens procul dubio de ipsorum credētium iustificatione, quos & alibi, ne in vacuum gratiam Dei recipiant, néue Spiritum sanctum in sacro Baptismo acceptum contristent & extinguant, sapienter hortatur. Tum eiusdem Apostoli dictum exat: Lex Spiritus vitæ in CHRISTO IESV libetauit me à lege peccati & mortis. Vbi pro gratia legem à Spiritu sancto in corda credentium scriptam, & ipsos propter Christum viuificantem nominat, gratiam, inquam, adeò efficacem, vt eosdem à lege dominóque peccati, cui antea seruierant, ac mortis æternæ liberet. Adiungit deinde finem huius gratiæ iustificantis, vt videlicet iustificatio legis non dico imputetur, sed impleatur in credentibus, qui nō secundum carnem, sed secūdum spiritum ambulant, vt nempe opera fidei & charitatis præstent, atque ita legis factores efficiantur. Lex enim data est, vt gratia quæreretur: grati a data est, vt lex impleretur. Lex iustitiæ facit auditorem, gratia factorem.] vt præclare dixit Augustinus.

ERRORIS autē huius, sicut & aliorum plurium, causam vel maximam dedit Lutherus, qui vt Christianam gratiam insigniter labefactaret, habitus & qualitates, vt in scholis vocant, à Deo humanis infundi mentibus pernegauit. Vnde inter alia scripsit: *Gratiam accipio pro fauore Dei, sicut debet nō pro qualitate animi, vt nostri recentiores dixerunt: Gratia Dei est extremum donum, fauor Dei, opposita iræ.* Contra vero æquissimè quidem censuit Synodus Tridētina, hoc ipso etiam proposito anathematiſmo: Si quis dixerit, gratiā qua iustificamur, esse tātùm fauoré Dei, anathema sit.] Ac multa quidé Pauli testimonia prætereo superiora proferri possunt, quibus ille de gratia sic differit, vt internū Dei donū & qualitatem inhærētem necessario intelligamus. [h] Gratia eius, inquit, in me vacua nō fuit. [i] Secūdū gratiā quæ data est nobis. [k] Propter eminentē gratiā Dei in vobis. [l] Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes. [m] Vnicuiq; nostrū data est gratia secundum mensurā donationis Christi. Neque dissentit Melanchthon, [n] vt arbitror, qui nisi gratiā pro interno Spiritus dono & inhærente qualitate sumeret, procul dubio nō ita loqueretur: *Veri simile est habitare eiusmodi*

b In Epistol. ad Rom. c. 1. Quid sit & dicatur gratia Novatoribus. c in li. disputationum.

In 1. c. Epist. ad Rom. In 1. c. Luc. Cent. 1. c. 4. In lib. annotat. scholast. circa Euang. in die annunciat. Mariæ.

Deum in sanctis, & in eis efficacem esse, & illas pulcherrimas virtutes in Ioseph, Daniele & similibus sine vlla dubitatione esse motus diuinos, iustitiam & sacrificia Deo grata. Nec modò Melanchthon, sed Chemnitius [a] etiam negat remissionem peccatorum aut gratiam ociosis mentibus contingere, & ambo concedunt, neminem sine pœnitentia, charitate & aliis motibus gratiam consequi, hominem verò quùm in gratiam recipitur, quibusdam donis supernaturalibus affici, quibus ad inchoatam, vti vocant, obediētiam præstandam roboretur: etsi hominem hisce qualitatibus iustificari aut Deo gratum esse more suo inficiētur. Quid quod Bucerus [b] nobis admittit, sanctos Doctores omnes in hac esse sententia, vt iustitiam siue charitatem ac gratiam in iusto inhærere testentur?

Ecclesiæ & aliorum bonorum. a Contra Sess. 6. Conc. Trident.

b In concordia de controuersia de iustificat.

Veterum testimonia de gratia, quod sit donum inhærens piorum animis neque fiunt, Dei dilectrix.

SED PRAESTAT veteres ipsos audire Doctores, vt constet planiùs, talem gratiæ à Paulo traditæ naturam atque qualitatem esse, quæ mentibus renatorum inhæsit, eáſque Deo gratioſas, imò & diuinæ naturæ consortes efficere possit. Dionysius ille magnus [c] gratiam hanc vocat deificationem, quæ, quùm accesserit similitudo, creaturam creatori amabilem & dilectam reddit. Eadem gratia [d] Gregorio Nysseno puritas dicitur, à fonte Christo in nos deriuata: vel sicut [e] Basilius loquitur, Spiritus sancti participatio. [f] Chrysostomus bonitatem infusam, [g] Eusebius puritatem occultam, [h] Cyrillus Alexandrinus sanctitatē (quæ nobis insit) à Christo communicatam, Prosper virtutem & Deum ipsum in nobis habitantem, [k] Macarius arcana quædam cælestis pulchritudinis vestimenta nuncupat. Postremò [l] Diadocus author & ipse vetus, sed recens editus, de hac gratia pulchrè testatur, quod illam ex quo tempore baptizamur, in ima sede mentis abditam, & in profundo animæ residentem habeamus, quæ suam præsentiam & vim sensu quodam inexplicabili declaret maximè, quùm baptizatus ad Dominum sese cōuertit, eúmque toto animo amare incipit: ex hac demùm gratia ingens & mirabile gaudium in ipso amante consequi solere. Ac eòdem referri potest, quod scripsit Ambrosius: Fidei gratia hanc habet potestatem, vt deuotis sibi diuinam infundat medelam, in deuotis verò conferat morbum, per quem totus homo intereat.]

Ser. 2. Epist. prouis ad Timoth. Augustinus lib. 83. & consist. loco cit. gratiam, præterea apud Vasæum, inhærēs esse donū Dei Lib. de peccatorum & remiss. c. 10. Item lib. 4. cant. 2. Epist. Palæstinorum cap. 5. 1 Epist. 65. ad Constantium. m Lib. de spiritu & litera cap. 15. Item de spiritu & litera cap. 30. n Relatio Augustinus modis diuersis iustificetur sanctus in hac vita.

QVANQVAM vnus est Augustinus huius gratiæ vt diligentissimus, ita integerrimus vindex, qui pro multis sufficere possit, vt genuinum Paulinæ doctrinæ sensum de gratia & percipiamus, & retineamus. Vocat illam, occultam quandam communicationem & inspirationem gratiæ spiritualis & dilectionis, quam Deus infundat & paruulis. Vocat interioris hominis pulchritudinem, & [m] pignus donúmque Spiritus, per quod operamur iustitiam, & à præuaricationis damnatione liberamur. Eidem gratiæ tribuit nouitatem, & virtutem tantam Spiritus viuificantis, quæ iustificatos non solùm à lege peccati & mortis liberet, sed etiam intus hominem iustificet, ac legem vniuersam donet impleri: conuersos enim à Deo gratia eius adiuuari, vt carnis vincant concupiscentias, & in accepta iustitia tum proficiant, tum perficiantur. Ac digna est Augustino sane oratio sequens, è pulcherrima gradatione contexta, nec minus huic commoda loco: Per legē cognitio peccati: per fidem impetratio gratiæ contra peccatū: per gratiā sanatio animæ abolitione peccati: per animæ sanitatē libertas arbitrij: per liberū arbitriū iustitiæ dilectio, per iustitiæ dilectionem legis operatio. Ac per hoc sicut lex nō euacuatur, sed statuitur per fidē, quia sicut fides impetrat gratiam, qua lex impleatur: ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, sed statuitur: quia gratia sanat voluntatem, qua iustitia libere diligatur.] Tām luculenter Augustinus, quem pro se audent citare aduersarij, eos ipsos verberat, qui gratiam in solo Dei fauore ponunt, eámque à charitate & legis implendæ studio secludunt, sola fide contenti. Sed & multis Augustini sententiis, quas vltro prætermittimus, euinci facile potest, quod censeat nos iustificari gratia, id est, charitate cordibus nostris per Spiritum sanctum infusa, eámque charitatem concupiscentiæ victricem, & sicut Paulus dixit, legis plenitudinem, adeóque verissimam, plenissimam & perfectissimam hominis iustitiam vocat. Id agit gratia, inquit, vt dilectione impleantur mandata Dei, quæ timore non poterant. Gratia quippe Dei diffunditur charitas in cordibus nostris per Spiritū sanctum, qui dat est nobis. Propter quod ipse Dominus dicit: Nō veni legē soluere, sed implere. Et idem Apostolus, [o] Plenitudo legis charitas est.]

Augustinus iustificat nos gratia id est charitate iustificati. *Lib. 1. Retractat. cap. 23. & li. de gratia Christi cap. 30. & 42 & epist. 44. ad Anastasium. Rom. 5. Rom. 13.*

In Psal. 118 n Matth. 5. o Rom. 13.

QVIS autem non videat, hæc Augustini aliorúmque Patrum dicta non solum vero similia, sed & diuinis literis prorsus consentanea esse, in quibus loquente Spiritū sanctū audimus: Omnis gloria filiæ Regis ab intus. In maleuolā animā non introibit sapiētia: Quū sit vna sapiētia omnia potest, & permanēs in se omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, quemadmodum hic locus etiam à Gregorio Nazianzeno citatur. Prætereo alias id genus voces plane diuinas, ex quibus & illæ sunt: [p] Ego diligentes me diligo. [q] Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quod si pulchritudo & gloria renatis Dei filiis inest, si sapientiæ Spiritus in corda pia ingreditur, & illic inhabitat, seque in animas sanctas transfert, si denique se aut Christum diligentes diligit Deus, non potest gratia non habitus quidam & donum infusum siue supernaturale, multóque amplius esse, quàm gratuitus Dei fauor erga eos qui iustificantur, vel qui in ipsa iustitia per Christi meritum accepta, cooperante fide bonis operibus crescunt, atque magis iustificantur. Alióquin si hæc gratia, qua per Christum iustificamur, & in Christiana iustitia conseruamur, vel solo Dei fauore, vel sola hominis fide constaret, Apostolica Scriptura non traderet: [r] Qui non diligit, manet in morte. [s] Si quis non amat Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, sit anathema, [t] etiamsi videlicet omnem fidem habeat, ita vt montes transferat, aliisque præclaris & admirandis Dei donis conspicuus videatur. Vnde satis patere arbitror, haudquaquàm aspernandū esse, quod Petrus Cluniacensis, vir suo seculo perquàm eruditus tradidit, Angeli dictum: Aue gratia plena, sic interpretans, vt quoniā Virgo charitate cæteris præstitit, gratia plena celebretur. Sed enim perbelle, nec sine numinis prouidentia factum puto, vt aduersarij quoniam à Christi corpore se ipsi segregarunt, ac idcirco à Christi spiritu sunt alieni, diuinam hanc gratiam, quam per contentionem amiserunt, velut impatientes oppugnent.

p Prouer. 8. q Ioan. 14.

r 1. Ioan. 3. s 1. Cor. 16. t 1. Cor. 13

Maria plena gratia, id est, charitate iuncta Petrus Cluniacensis. *Lib. 5. Epistola 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Errare Nouatores etiam in eo, quod remissionē peccatorū & gratiam planè confundant, vtpro eodem capiant.

SED NEQVE illud fraude vacat, quod isti gratiam nobis ita describunt, vt eam cum peccatorum remissione misceant atque cōfundant, totam nempè hominis iustitiam in sola criminum venia collocantes. Reclamat autem huic sententiæ, vt cæteros prætermittam, Augustinus apertè pronuncians: Neque scientia diuinæ legis, neque natura, neque remissio peccatorum est illa gratia, quę per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum datur.] Reclamat & Paulus baptizatos ita compellans: Et hæc quidem aliquando fuistis, variis nempè grauibúsque peccatis conspurcati, sed abluti estis. Neque hoc verbo contentus, addit & illud: Sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, & in Spiritu Dei nostri. Quare sicut inter Christi mortem & resurrectionem distinguere necesse est, sic peccatorum veniam à gratia renatis inhærente discernere conuenit, eodem Apostolo admonente, vt non solùm Baptismate in mortem cum Christo sepeliamur, sed cum eodem etiam in vitæ nouitatem resurgamus. Ac rursus idem Paulus, ne in sola peccatorum remissione acquiescamus, nouam creaturam & mentem Spiritu renouatam, nec solùm peccato mortuam, sed & iustitiæ seruam exigit. Atque hoc est, quod nouo populo Christianam gratiam promittens Deus, per Ezechielem luculenter expressit: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Habes hìc remissionem peccatorum, primam quidem Euangelicæ gratiæ partem diuina voce prædictam, sed mox pars altera quæ renatos perficit, his verbis annexa est: Et dabo vobis cor nouum, & Spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Id quod magis etiam explicans, & ad legem implendam accommodans, (factores enim legis iustificabuntur) hoc adiicit: Et Spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Rectè igitur Augustinus vtrunque tribuit gratiæ, peccata donare & Spiritum charitatis infundere, quò & non sit molesta, & sit etiam iucunda iustitia.] Factum enim est homini facile in nouo Testamento, vt idem affirmat, quod in veteri difficile fuit, habenti fidem, quæ per dilectionem operatur.]

Rom. 6.

2. Cor. 5. Ephes. 4. Rom. 6. 8

Exec. 36. Christiana gratia incipit à remissione peccatorū, sed & dona interna complectitur, vt docet Ezechiel.

Rom. 2.

Lib. 1. ad Simplicianum q. 2. Lib. super Exod. q. 166.

Alia gratia conuertimur, alia conuersi seu iusti ficati adiuuamur, alia probati remuneramur. Quibus titulis ornentur à Scripturarius ti & electi.

VIM ERGO Scripturis inferunt Nouatores, qui ad solam peccatorum veniam ea, quæ de iustorum & in Christiana iustitia proficientium gratia legimus, contrahunt, quique cum Bernardo non distinguunt inter gratiam, qua impij primùm conuertuntur, & qua iusti siue iustificati porrò adiuuantur, & qua demùm probati remunerantur. Neque sanè Christi gratia vsquam apparet illustrius, præterquàm in his, qui postquàm sordidam illam ab Adam acceptam vestem cum veste nuptiali per Christum donata commutárunt, præclaris illis tituDoctrinam aduersariorū Ecclesiæ authoritate damnari.

Serm. 5. de Assumt. Virginis.

lis ornantur, vt in Scriptura vocentur, [a] recti & [b] mundi corde, [c] iusti ante Deum, [d] immaculati, [e] sinceri, [f] fructu iustitiæ repleti, ac demùm [g] in omnibus Dei mandatis & iustificationibus ambulantes. Vbi multis velut in spacioso campo, pugnare non attinet, quando certam & constantem Ecclesiæ doctrinam, quæ in Tridentina Synodo confirmata est, ad manum habemus, nimirùm Iustificationem

a Psalm. 7. & 31. b Matth. 5. c Luc. 1. Genes. 6. d Psal. 118. e Philip. 1. f Ibidem. g Luc. 1. Sess. 6. can. 7

A non esse solam peccatorum remissionem, sed & sanctificationem & renouationem interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ: per hanc verò fieri, vt non modò reputemur, sed verè iusti nominemur & simus: neque solùm remissionem peccatorum, sed cum illa quoque fidem, spem, charitatem, vt dona simul infusa, & iustitiam inhærentem accipi. Vnde perpetui etiam anathematis pœna illis decreta est, qui asserunt homines iustificari vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate cordibus infusa & inhærente. Sed & [h] Cœlestinus Papa, qui Augustini ætate celebris, ab eóque laudatus fuit, eam [i] Concilij Mileuitani partem comprobat, qua diserte damnatur, quicunque dixerit, gratiam Dei, qua per Christum iustificamur, ad solam remissionem peccatorum valere atque prodesse. Ex quibus omnibus diuinæ gratiæ vis eximia perspicitur, vt per quam non solùm peccata hominì à Deo remittuntur atque tolluntur, sed quæ hominem etiam iustum Deóque gratum efficit, tantáque facultate illum corroborat, vt Dei sui legem & præcepta præstare, & Christum diligere possit. Fallunt autem aduersarij imperitos, quod ad obscurandam & extenuandam Christi gratiam, fauore quodam & amore nescio quo extrinseco in Deum reiecto, donum gratiæ in Christiano inhærens tollant, & hominem fingunt iustum Deóque gratum per ipsam Christi iustitiam ac gratiam tantum. Quasi gratia in quam homo recipitur, sola sit acceptatio ad gloriam, quæ homini propter Christum promittitur decernitúrque, & Christi iustitia omnes formaliter, vt dicunt, ac æqualiter iustos reddat.

h Ep. 1. ad Vrsinum, Massilien. &c.

i Can. 1.

VERVMENIMVERO Centuriatores vt errorem ex errore serant, quemadmodùm in gratia definienda peccant, ita peiùs etiam definitionem suam ad Mariam applicant. Etenim hanc non aliter plenam gratia dici censent, nisi ob acceptam veniam peccatorum, quæ illi propter Christi meritum non sint imputata. Nullum quippè aliùm gratiæ Diuinæ vsum, nisi in peccatorum remissionem nôrunt constituere, & quoties de gratia sermo est, ad iustitiam illam imputatiuam inscitè relabuntur. Deinde Augustino sapientiores videri volunt, qui sacrosanctam hanc Virginem, quùm de peccatis agitur, vnà cum Filio eius CHRISTO IESV Domino nostro, vt primo libro diximus, semper excipiendam esse iudicauit. Ex eodem fonte manat illorum hallucinatio, qui vt receptam Ecclesiæ lectionem supprimant, & veritatis quoque lucem defugiant, ad nouas illas translationes confugiunt, pro gratia plena gratiam consecuta, vel in gratiam à Deo receptā legentes, vt iam antè memiCenturiatores Mariam plenam gratia fingunt.

nimus. Sed benè habet, quod ex aduersariis quidam ad veritatem propiùs accedunt, & inter hos VVolfgangus Musculus modestè quidem, sed iustè & doctè sociorum castigat errorem, quùm præsentem MARIAE causam hac oratione defendit: *Non semper gratia peccatorum remissionem significat: peccatorum verò remissio semper gratia vocari potest. Beata Virgo dum ab Angelo salutatur, vocatur* κεχαριτωμένη: *vbi non statim exponendum, quod propter peccatorum condonationem sit dicta gratiosa.* Et rectè quidem hoc loco Musculus, Græcæ linguæ non imperitus, suos perstringit collegas, præceptoris

Quomodo Patres Mariam gratiosam dixerint.

Fatetur Musculus Mariam plenam gratia dici posse, sed non ob peccatorum remissionem.

Nouatores Mariam non potuisse plenam gratia, nisi omnibus fuisset peccatis.

præceptoris Lutheri, vt puto, sententia m sequens. Is enim aperte confirmat, quicquid alibi garriat, & ex ipsis Angeli verbis probat, vt posteà monstrabimus, Mariam plenam gratia, etiam in Matris vtero conceptam, simúlque ab originali peccato præseruatam extitisse. Et tamen Lutheri discipulis libet non solùm in ipsa versione, sed etiam interpretatione Lucæ, de remissione peccatorum hìc somniare, hoc est, pro auro carbones, vti dicunt, vendere, tantùm vt tetram peccati vel labem, vel suspicionem inurant purissimæ Virgini, quam vt gratia plenam, sic & innocentiæ laude incomparabilem verè & dici & censeri non sustinent. Tam acerbo, tàm iniquo isti odio Matrem Domini insectantur.

Iustificatos etiam non actuali gratia donari, nec æquales omnibus & cunctis apud Deum esse.

ACCEDIT & alius haudquaquàm prætereundus error Centuriatorum, qui vt dictum est, totius obedientiæ & impletionis legis iustitiæque per Christi sanguinem partæ imputationem gratuitam, vno gratiæ nomine comprehendunt, eósque coram Deo æqualiter iustos faciunt, qui Christi iustitiam fide apprehendunt. Hoc vt euincant, Scripturæ loca conglomerant, eáque non minùs ridiculè quàm falsò explicant, in hunc modum pronunciantes: *Pro æquipollentibus vtuntur iustificare, remittere peccata, saluare, accipere gratiam, vitam habere: item iustitia, remissio peccatorum, salus, gratia, beatitudo.* Neque dissentit VVigādus, qui gratiam, charitatem, misericordiam Synonyma esse contendit, quantumuis significatione diuersa sint, & aliter atque aliter Deo tribuantur. Pari confidentia, ne dicam impudentia, diuinas illas virtutes, fidem, spem & charitatem, quas Paulus non semel apertè distinxit, pro arbitratu suo cōfundunt: sicut & æquiualentes formulas in verbis illis constituunt, quibus iubemur Dei verbum audire & facere, in Christo esse & manere: hæc enim tantundem valere, perindè ac si dicas credere. Quis verò pius non stomachetur & horreat, quùm videt ac audit tàm multa & præclara Scripturæ verba contra sensum & consensum Doctorum, adeóque contra mentem expressam Spiritus sancti tàm fœde commisceri, & in sensum non dicam alienum, sed Hæreticum peruerse conuerti, vt hinc demum isti Apostolicæ doctrinæ perfidi corruptores suum dogma, vel potius idolum extruant? Tale idolum dixerim, Imputatio sanguinis seu obedientiæ Christi, vt isti loquuntur, est legis integræ satisfactio. Et quod istorum coryphæus Lutherus euomit: *In Christo omnia paria sunt, & gratia is plene concedit, & vnicuique perfectam salutem aportat, vt certum sit eum omnia habere, qui Christum habet. In fide omnia opera sunt paria, & vnum alteri simile est. Omnes iustorum commendationes, quæ in Scripturis nempe proponuntur, eodem modo intelligendæ sunt.* Hæc noua & portentosa istorū Theologia est, plena vel idolis vel paradoxis, eō contendens maxime, vt omnem in Ecclesia ordinem, omnem iustorum dignitatem, omnes meritorum gradus aut abrogent, aut labefactent, vtque sub Christianæ simplicitatis prætextu, nouum nobis Iouinianissimum obtrudant, ne quid inter cœlibes & coniuges, inter ieiunantes & edentes, inter sacrum & prophanum interesse videatur. In hos autem scopulos non impingerent, nisi absque clauo in vasto Scripturæ pelago nauigarent & tanquam Sirenum cantu fascinati, circa inanes speculationes hærerent de gratuito illo Dei

Lutherī paradoxa vt omnes iustificatos Ecclesiæ.

Quibus Nouatores sit Theologia.

A fauore, de seruo hominis arbitrio, de imputatitia iustitia, de sola fide iustificante. Nos Augustinum ducem sequimur, & cum illo ingenue profitemur: [a] Ex operibus bonis quæ fiunt per gratiam Dei, iustificati sunt homines, iustificantur & iustificabuntur.] Deinde cum eo ipso [b] testamur, gratiam in quibusdam pleniorem & euidentiorem infundi: in aliis tantam esse fidei gratiam, quanta ad obtinendum regnum cælorum non sufficiat.] Rursus sicut ab eodem edocti sumus, intrepide pronunciamus: [c] Charitas siue gratia inchoata, inchoata iustitia est: charitas prouecta, prouecta iustitia est: charitas magna, magna iustitia est: charitas perfecta, perfecta iustitia est, quæ tunc maxima est in hac vita, quando pro illa ipsa contemnitur vita.] Nam pro eodem Augustinus gratiam qua iustificamur, & charitatem, quæ cordibus nostris infusa, Dei dilectores facit, accipere solet. Meras ergo nugas Culmannus profert, quum in hunc modum scribit: *Quilibet Christianus est plenus gratia, & Deus plene sanct nobis, quando nos habet pro filiis suis, nec reputat nobis peccata nostra.* Atque hoc ille, vbi de Maria plena gratia cōcionatur effutit: sed qui profectò ignorat, quid sit plenum esse gratia, aut contra propriam Scripturæ phrasim loquitur, quæ non nisi paucis & valde selectis hoc tribuit eulogium, idque non tam ob peccatorum veniam, quam propter eximia dona gratiæ iustificantis accepta, & ob alia peculiaria munera, quæ diuina bonitas non ita multis electis & iam ante iustificatis liberaliter elargitur. Tales vero præter Apostolos virtute indutos ex alto, Stephanus, Paulus & Barnabàs à Luca commendantur.

Retinēde Augustini sententię contra Sectarios.

a Li. 3. Hypognost.

b Lib. 1. ad Simplicianum q. 2.

c Li. de natura & gratia c. 70.

Culmanni error notatus.

Lib. de gratia Christi c. 30. & li. de Spiritu & litera c. 32. Concio. 4. de Annuncia. Virg.

Actor. 2.

Actor. 6. & 7. & 11.

EX QVIBVS haud difficulter apparet, Mariam sic ab aduersariis gratia plenam intelligi, nihil vt illi magis quàm Magdalenæ, quàm [d] Samaritanæ, [e] Cananeæ vel alteri boni fœminæ largiantur, quum earum vnam hoc fauore dignatur Deus, vt illam propter Christi meritum in gratiam recipiat, illique peccata commissa non imputet. Quid verò de piis & laudatis in Euangelio fœminis dico, quibus credentibus peccata citra controuersiam remisit Deus, quas & ex impiis iustas effecit? Certe horum si cœco iudicio stare velimus, Deiparæ conditionem nihilo fere potiorem quàm latronis faciemus, qui quum ad latus Christi dextrum in cruce penderet, & optatam acceptæ gratiæ plenitudine potuit scilicet gloriari. Ac fingunt interim vanissime, homini etiam per gratiam sanato peccatum originis adhærere, & iustis adeo mancam & imperfectam obedientiam esse, quæ in se contaminata & damnatione digna sit, & quæ solum propter Christi merita, cui iustus per fidem est reconciliatus, Deo placeat & acceptetur. Proinde nec Dei præcepta iustis seruari posse contendunt, ac infirmam hominis naturam per gratiā sanari negant, & quicquid boni duce gratia homo faciat, id originali peccato inquinari, ac meriti ratione carere constāter asseuerant. Tā præclare isti non solū de piorū benefactis, quæ tot præmiis & laudib' diuina Scriptura exornat, sed & de sanctissimæ passionis Christi merito & gratia sentiunt, propter quā diuino dono nos afficit Deus, & vbi abundauit delictū, superabūdat gratia. Quo autem iure, quáue ratione licebit vnquā, per Christū

Nouatores gratiæ plenitudinem Mariæ non maiorem, quam aliis fœminis, imo latroni in Euangelio laudatis, tribuunt.

d Ioan. 4.

e Matth. 15.

Luc. 23. Figmenta noua Euangelicorum.

Rom. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obsecro, vt quod Mariæ concessum, & ab Angelo confirmatum est priuilegium, id ad omnes & quoslibet pœnitentes, aut etiam se propter Christum in gratiam recipi credentes detorqueatur? Ergóne Sectarios, & in his Anabaptistas siue iustitia inhærente iustos, siue interiore sanctimonia sanctos, quin & diuina gratia plenos homines existimabimus, quandoquidem secum ipsi statuunt certóque confidunt, Mediatoris Christi iustitiam, meritum, satisfactionem & obedientiam, qua pro nobis legem impleuit, sibi per fidem imputari, adeóque tam cumulate donari, perinde ac si perfecta obedientia legi satisfecissent, & absolutam Christi iustitiam coram Deo præstitissent? Somnia sunt istiæc, imo pudenda & damnanda sunt phantasmata Sectariorum, qui tametsi gratia iustificante donisque diuinarum virtutum careant, vtpote non minus à Christo capite quàm eius corpore separati, tamen de fidei iustitia, & salutis vt vocant, certitudine tàm superbe, quàm friuole gloriantur. O stultos vere homines, qui secundum Christi Spiritum non sapiunt, non tenuantur, non ambulant, viuæ tum fidei, tum charitatis expertes, & tamen sibi persuadere audent, se minimo negotio, & quasi dormientes, ad maximam illam Apostolorum Petri & Pauli iustitiam peruenire: imò etiam eandem gratiæ plenitudinem, quæ in purissima & perfectissima Dei matre vberum inerat, & aliis non est communicata, subitó sibi contingere, quandoquidem Dei verbo credunt, sibique persuasum tenent, quod integra legis obedientia in Christum credentibus imputetur. De qua imputatitia Christi iustitia per fidem apprehendenda, sicut isti plenis buccis crepant, multi multa scripserunt, & nos etiam de Ioanne Baptista disputantes meminimus, plura vt subiicere non sit operæpretium. Hæc autem nobis repetuntur, partim vt obscurum non maneat, cur liberat aduersariis nouas diuinæ Scripturæ interpretationes comminisci, sub quarum inuolucris & succis, suum de iustificatione virus occultent, & receptas in scholis distinctiones de operante & cooperante gratia, déque gratum faciente & gratis data subterfugiant: partim vt quàm viliter & abiecte de Matre Domini sentiant, rectius ab omnibus animaduertatur. Sic enim gratiæ nomine abutuntur, vt nullam in Virgine gratiam excellentem, plenam & perfectam nobis reliquam faciant, sed Mariam duntaxat velut puellam nescio quam, in gratiam à Deo receptam, illique reconciliatum imperito vulgo contemplandam proponant, quæ neminem Sanctorum iustitia & gratia superarit. Egregium sane artificium talibus dignum Præconibus, qui Mariam nisi peccatis defœdatam intueri ac prædicare non possunt, quique vt illam contractis, quas fingunt, maculis liberent, ad gratuitum illum fauorem & imputatitiam iustitiam more suo confugiunt, adeóque Mariæ confugiendum esse putant. O Doctores ingeniosos, qui in his Angeli verbis, Aue gratia plena, tam acute philosophantur.

Quinis Sectarij gratiæ plenitudinem hodie sibi vendicant, & se Mariæ possint æquare, si verum dicant aduersarij.

Quàm stulta sit multorum persuasio, se tantum imputatiue iustos & gratia plenos esse.

Quo referenda sit superior tractatio.

Nouatores non solũ Mariæ, sed & filio Christo gratiæ plenitudinẽ derogare. *Ioan. 1.*

VERVM ENIMVERO cur miremur Nouatores Virgini derogare, eique gratiæ plenitudinem demere, quando summo etiam Regi Christo sunt adeo vehementer infesti, vt præclarum epitheton, quo plenus dicitur gratia, mirabiliter obscurare & contaminare non erubescant? Valde illustris & pueris notus apud Ioãnem est locus, qui Christum, aut potius Verbum plenum esse gratia & veritate summa cum nostra consolatione asseuerat. Insurgit autem [2] Cruciger & vociferatur, hic gratiam pro fauore Dei dici, & Christum esse plenum gratia, quia sit Patri vere dilectus, vt & propter ipsum diligantur electi. Bucerus in hunc modum: *Quod b Christum Euangelista prædicat plenum gratia, eo significatur, ipsum per omnia Deum adeo apparuisse, vt & Dei erga eum fauor egregie declaretur, & honorem simul fauore iudicaretur simul dignissimus.* Nec dissentit [b] Hieronymus VVellerus, sustragantur & [c] Centuriatores, quorum iudicio gratia hic pro Dei fauore nominatur, sicut & in locis adiunctis: Plenum gratia & veritate. Gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta est. De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Quod postremum ita Brentius interpretatur: *Accepimus fauorem Dei pro fauore Christi, hoc est, Deus idcirco fauet nobis, quia fauet Christo filio suo.* Vnde colligit argumentum vt probet, non posse quemquam suis operibus, sed alieno tantum Christi beneficio seruari, verámque salutem consequi. Postremo Filius Dei Iosio plenus gratia, *id est, fauore Patris dicitur, quia ipse Patri placet præ omnibus: omnes autem ex Christi plenitudine accipere gratiam pro gratia, hoc est, fauorem Dei erga nos propter fauorem Patris, quo filium complectitur. Alioquin totum genus humanum esse sub peccato & reum iræ Dei, plenum tenebris & mendacio.* Quare sic istis gratia plenus est Christus, quoniam pleno fauore Pater illum complectitur, eumque inprimis acceptum habet atque charum.

QVOD si verum & germanum propositi loci sensum requirimus, longe quidem sublimius quàm isti putant, cælestis Aquila volat, eóque contendit maxime, vt Christi Dei simul & hominis maiestatem commendet ac illustret. Illum igitur quatenus est Deus, verbum, vitam & lucem esse dixerat, & deinde Christum hominem factum, à cæteris electis eo ipso distinguit, quod plenus gratiæ & veritatis existat. Ac ne putemus illum, sicut plerosque alios, Deo & hominibus duntaxat gratiosum esse censendum, euidenter seipsum explicauit, quod de illa scilicet gratiæ & Spiritus plenitudine loquatur, quam illi Deus non ad mensuram vt reliquis, largiendo dedit, & de cuius plenitudine redundante nos omnes accepimus, & quidem gratiam pro gratia, id est, pro his meritis quæ contulit gratia, vt [d] Augustinus, vel pro imperfecta legis gratia perfectam Euangelij gratiam, sicut [e] Chrysostomus interpretatur. His addit demum idem Euangelista: Lex per Moysen data est, gratia & veritas per IESVM facta est. Sic ergo Christus Ioanni gratia plenus dicitur, vt omnem eminentis perfectæque gratiæ quæ porro in credentes defluit, influxum & principatum huic vni, ceu fonti & capiti, adscribendum esse cognoscamus. Qui sensus aliis etiam Scripturæ locis cõsonat, quibus liquido asseritur, quod Christum, vt nomen ipsum indicat vnxerit Deus præ participibus suis, ita vt super alium nullum, sicut super illum vnum requieuerit Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ & intellectus, quemadmodum fusius Esaias de hac gratiæ in Christo plenitudine commemorauit. Vnde Paulus etiam de Christo loquitur, & sæpe quidem, illum Ecclesiæ caput esse, totúmque corpus mysticum ex illo capite pendere, foueri, regi atque gubernari, Vnicuique nostrum,

Esaiæ.11. Coloss.2. 1.Cor.12. Ephes.1. Ephes. 4.

nostrum, inquit, data est gratia secundum mensuram donationis Christi: & addit, quod ascendens idem in altum dederit hominibus dona, vt impleret omnia, Christum nempè gratia plenum ostendens. Eodem modo Patres Christum etiam secundùm naturam humanam gratia plenum agnoscunt, multisque sententiis comprobant, præsertim [a] Origenes, [b] Basilius, [c] Cyrillus, [d] Gregorius, sed quorũ verba hoc loco repetere supersedemus. Hinc & Theologi quidam fontanam, vt loquuntur, gratiam atque iustitiam in Christo locant, quã postea Scholastici in gratiam habitualem, vnionis & capitis, dotis cendi gratia distinxerunt, solíque Christo vt pleno gratia, competere demonstrarunt. Quæ doctrina vt singularem Christi præstantiam & dignitatem astruit, ita longè magis & efficacius credentes consolatur, quam quùm audiunt, Christum ob solum Patris fauorem, vel quod Deo & hominibus fuerit gratiosus atque dilectus, plenum gratia nuncupari. Hæc enim interpretatio, præterquàm quod Ioannis sublimitati minus conuenit, ad alios etiam eximiè iustos homines potest extendi: quùm de Moyse scriptum legamus: Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est. Sed enim qui natos gratia inhærente & charitate infusa spoliant, huc demum videntur progredi, vt gratiæ inhabitãs plenitudinem vix etiam capiti Christo permittant, ac eo ipso non modò Matris gloriam, sed & insignem Filij maiestatem non sine blasphemiæ suspicione magis ac magis obscurent extenuentque.

a Hom.2. in diuersos. b Homil. de pœnitentia. c Lib.1. cap. 13. & 17. in Ioan. d Lib.23. Moralium.c.23.

Testimonia veterum Patrum, qui con Batter legit, Aue gratia plena.

Cur aduersariorum interpretatio fugienda. *Eccles.45.*

CAPVT VI.

Quomodo veteres Theologi, & ex aduersariis nonnulli, plenitudinem gratiæ Virgini Matri verè collatam confirment ac prædicent.

HACTENVS quidé satis ostensum putamus, eos magnopere hallucinari, qui Euangelicum titulum Virgini matri de cælo allatum, tótque seculis in Ecclesia conseruatũ, quo gratia plena vbique gentium celebratur, haud obscurè inuident, ac palàm derogare conantur. Ex quibus nonnulli eó impudentiæ progrediuntur, sicuti monstrauimus, vt seipsos ac suos, pro nefas in gratiæ cumulo Virgini sacrosanctæ tantùm non exæquare contendant. Fingunt enim se à Deo receptos in gratiam, & per Christi fidem acceptos atque reconciliatos, qui idcircò non secus quàm Dei mater, pleni gratia possint nominari atque censeri. O miros & miseros vanæ gratiæ iactatores: diuina verò & Christiana gratia non plenos, sed vacuos, & à nullo bono Angelo prædicandos, multóque minus imitandos, quos nobis Quintum hoc Euangelium procreauit. Nunc promissas Patrum sententias in medium producemus, qui tùm vitæ sanctimonia, tùm nominis celebritate, tum doctrinæ præstantia, ac omnis gratiæ splendore commendati, recentiores quidem Theologos, vt nihil dicam aliud, longo post se interuallo relinquunt.

Quam vane & falsò quidam filij Mariæ ipsorum similitudinem sumãt, vt gratia plena esse dicti, atque videãtur.

Ordiemur autem ab Hieronymo tùm Latinæ tũ Græcæ linguæ peritissimo, qui, gratia plena, nobiscum constanter legit, eámque suo iam tempore vsitatam in Ecclesia lectionem nullo in loco mutauit, hoc ipso indicans, quid aliis faciẽdum esse putaret. Ac velut rationem retinendæ lectionis huius redderet: Sancta Maria, inquit, quia conceperat eum, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, plena gratia salutatur.] Vnde alibi Mariam flumini confert pleno alueo fluenti, & Spiritus sancti gratia redundanti. Tùm à Sophronio Hieronymi familiari scriptum legimus: Dei genitrix electa & præelecta iure ab Angelo salutatur & prædicatur gratia plena: Verè plena, per quã largo sancti Spiritus imbre superfusa est omnis creatura.] Nec multò post: Etsi in sanctis Patribus & Prophetis gratia fuisse creditur: non tamen eatenus plena. In Mariam verò totius gratiæ, quæ in Christo est, plenitudo venit: Eiusdem illa vox est: Maria cunctis tantò venerabilior, quantò gratiosior: & quantò virtute altissimi extollitur ad sublimia, tãò clarior resultat in gloria. Plena siquidem gratia, plena Deo, plena virtutibus: non potest non possidere plene gloriam claritatis æternæ, quam plenissimè accepit vt Mater fieret Saluatoris.] Et quoniam plena virtutum gratia fuit, rectè monet illam agro pleno, vt Isaac locutus est, & diuinitus benedicto conferri. Quid autem illo luculentius, quod post Sophronium etiam Chrysologus repetiuit: Benè plena, quia cæteris per partes præstatur: Mariæ verò simul se tota infudit plenitudo gratiæ? Hoc quippe est quod Dauid canit: Descendit sicut pluuia in vellus.

Neque dissentit Ambrosius, vt ex verbis eius iã antè citatis, sed nũc repetendis potest animaduerti: Benè plena gratia dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat, consecuta est, vt gratiæ repleatur authore.] Quod si discipulus magistro, Augustinus Ambrosio iungendus est, vnum profectò idemque ambo senserunt. In Enchiridio Augustiniano hæc extat oratio: Sic & eius matrem Angelus salutauit, quando ei futurum annunciauit hũc partum, Aue, inquit, gratia plena.] Et paulò post: Inuenisti air, gratiam apud Deum. Et hæc quidé gratia plena, & inuenisse gratiam apud Deum dicitur, vt Domini sui, imò Domini omnium Mater esset.] Tùm alibi ab eodem Augustino scribitur: [a] Quùm dixit Angelus: Aue, gratia plena, ostendit ex integro iam excluſam primæ sententiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam.] AC rursus: [b] Gratia refertur pro culpa: plena dicitur non vacua. Impleta est gratia, & euacuata est culpa. Hoc modo ipsa venerabilis Virgo nostra in suo cantico plausit: Esurientes impleuit bonis.] Ac Ambrosio quidem consonat Beda, quum luculenter inquit: Benè gratia plena vocatur, quæ nimirùm gratiam, quam nulla alia meruerat, assequitur, vt ipsum videlicet gratiæ concipiat & generet authorem.]

Maria plena gratia plusquam alij Patres & Prophetæ.

Genes.27.

Serm.142.

Maria totum accepit, quod sanctis aliis per partes distributum est. *Psal 71.*

Ini.cap.Luc. Maria tantum accepit gratiæ quantum alij non meruerunt.

Ad Laurent. cap.36.

Cum his pulchrè congruunt, quæ apud Eusebiũ Emissenum, aut si quis alius Eusebius librum illum edidit, in hunc modum traduntur: Quis vnquam

a Serm. 2. in natali Domini. In Maria benedictio gratiæ plena. *b Serm.17. in natali Domini.*

Luc.1 In 1.c. Luc. Quam gratiã nulla meruit assequitur Maria plena gratia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Euangel. Lucæ Missus est Gabriel

tantam gratiam habuit, quantam virgo Maria? Aliis enim ad mensuram datur: hæc autem gratia plena dicitur. Considera modò, quantæ ante eam, quantæ post eam mulieres & virgines fuerunt. Hæc tamē sola Mater Domini fieri meruit. Magna enim & ineffabilis gratia est, vt vna ex tantis millibus eligatur, quæ quùm gratia plena sit, priusquàm concipiat, post conceptionē quanta Dei abundauit gratia, quis cogitare possit?

Nullos gratię plenior ac Maria.

Vnde non perperam sentiunt, qui de Maria dictum accipiunt, quod in Canticis loquitur Spiritus sanctus: Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Nota est enim Scripturæ phrasis, quæ per vnguenta sæpè præclara charismata,

Si Maria plena gratia ante conceptum filii, plenior post ipsum cōceptum.

ipsúmque donorum authorem Spiritum sanctum accipit, Ambrosio teste. His vnguentis perfusa Virgo, non potuit non plena esse gratia, vt hinc eius odore tota Ecclesiæ domus mirificè fragret, sic vncta nimirum ab hospite suo, quem domi suæ nouem mensibus occuluit, vt gratiarum omnium particeps foret, sicut Rupertus notauit: Tota omninò munda materia, inquit, de qua sancta Dei sapientia domum æternam sibi ædificaret.] Ac alio in loco,

Cantic. 1.

Maria vnguēto gratię fragrāti repleta. Per vnguēta mistice charismata spiritualia designari.

Lib. 1. de Spiritu sancto cap. 8.

vt datam Mariæ plenitudinem gratiæ clariùs demonstret, hunc sermonem inducit: Accepit Maria diuisionem gratiarum, ita vt operationem virturū omnimodam, maximéque fidem & prophetiam, siue omnem haberet propheticam gratiam. Et hæc est, ait, gratia plena.] His affine est quod idem alibi docet: Nec inter Angelos, nec inter homines similem vel primam habet Maria, vel sequentem habitura est: verè columba, quia gratia plena: verè electa, quæ non solùm salua existeret, verum etiam salutem pareret.] Vocat igitur eandem virtutum operatricem, ac totius sanctæ religionis magistram, qualem nunquàm oculus vidit, & qualis ab initio quando Eua facta est, non fuit, nec est, nec erit in cogitationibus suis, in verbis suis, in factis suis, in omni odore suauitatis, in omni flore & fructu honestatis.] Tot ille modis gratiæ magnitudinem, imò plenitudinem Virgini defert, & summa quæque dona in hoc electo vase iubet suspicere ac reuereri. Quid porrò Petrus Damianus? O nouū, inquit, & inauditum, Angelicæ salutationis obsequium. Plenam appellat gratia, quia ipse in eam descendebat, per quem omni mundo collata est gratia.] Et rursus: Quid sanctitatis, quid iustitiæ, quid religionis, quid perfectionis singulari huic Virgini deesse potuit, quæ totius diuinæ gratię charismate plena fuit? Sic námque ab Angelo, dum salutaretur, audiuit: Aue, gratia plena, Dominus tecum. Quid rogo vitij in eius mente vel corpore vendicare sibi potuit locum, quæ ad instar cæli, plenitudini totius Diuinitatis meruit esse sacrariū? In Christo enim, sicut per Paulum dicitur, habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Nec mirum, si cunctorum merita transcendat mortalium, quæ & ipsam super excedit celsitudinem Angelorum.] Luculenta sunt hæc sanè ac fortia, quibus diuinæ gratię plenitudinem, abundantiam, perfectionem Mariæ ab Angelo tribui liquidò significatur.

Lib. 6. in Cantica.

Serm. 3. de natiuitate Maria.

Sic Virgo plena gratia, nullis vt careret virtutibus atque donis præstantibus, quę meruit sacrarium esse diuinitatis.

Colossen. 2.

Nihil verò sit operosum, ex Bernardo multa coaceruare, quæ hanc ipsam gratiæ Marianæ plenitudinem astruant, quùm in hoc quidem campo sæpè ille versetur. Sed vt paucos duntaxat ex illius horto flosculos decerpamus, Inuenit gratiam plena iam gratia, inquit, vt charitate feruida, virginitate integra, humilitate deuota, fieret nihilominus sine viri cognitione grauida, sine muliebri dolore puerpera.] Tùm alibi rursus: Legimus in Actis apostolorum & Stephanum plenum gratia, & Apostolos fuisse repletos Spiritu sancto, sed longè dissimiliter à Maria. Alioquin nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporalirer, quemadmodum in Maria: nec illi conceperunt de Spiritu sancto, quomodo Maria. Quid mirum, si gratia plena erat, cum qua Dominus erat?] Ac iterum idem: Est sagitta electa amor Christi, quæ Mariæ animam non solùm cōfixit, sed etiam pertransiuit, vt nullam in pectore virginali particulam vacuam relinqueret, sed tota virtute, toto corde, tota anima diligeret, & esset gratia plena.] Neque solùm Bernardus, sed etiam æqualis eius Petrus Cluniacensis, vt anteà meminimus, plenam & redundantem in Maria gratiā nominat charitatem, omnium nempè diuinorū charismatum parentem ac principem. Quis enim illud primum & maximum mandatum sic vnquam impleuit, quis sic vnquam implere poterit, sicut Emanuelis nostra puerpera? in qua diuinus amor adeo conualuit, ipsámque in omni bono tantoperè solidauit, vt spiritualis qualiscunque defectus in eam omninò incidere non posset. Quandoquidem non solùm in omni gratia consummata, verùm etiam in omni bono & dono quod acceperat, confirmata fuit, sicut Richardus Victorinus affirmat. Cùm igitur in matris vtero esset sanctificata, & ante Verbi incarnationem gratia plena, in ipsa quidem incarnatione, auctior illi gratię plenitudo contigit, sicut verbis illis Angelus indicauit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. In hac gratia porrò magis magisque profecit, vt semper amore diuino flagraret, gratiæque vigorem perpetuum conseruaret, quam neque per culpam neque per negligentiam minueret vel obfuscaret, vt pluribus explicat Dionysius Carthusiensis.

Ser. de nativit. Mariæ.

Hom. 3. de B. Virgine. Ad. 6. 7. 8.

Plenitudo gratię perfectionis Mariæ quam Sanctis aliis tribuitur.

Colossen. 2.

Homil. 2. super. Cant.

Maria vt gratia, sic & claritate plena: atque perfecta.

Lib. 1. epist. 3.

Maria ejus vt ceteris perfectum claritatis simplum.

Lib. 2. de Emanuele, c. 29. & 30.

Etsi verò tàm morosi sunt aduersarij, vt ad Scholasticorum doctorum mētionem subindè nauseent: tamen communis & constans horum sententia nō potest apud cordatos æquósque censores non ingens habere momentum. Atqui consentienter illi aditruunt, nunciatam ab Angelo gratiæ plenitudinem nulli Sanctorum magis quàm Virgini conuenire. Proinde Thomas Aquinas, qui Scholasticorū doctorum facilè princeps est, ac veteres quidē summa fide sectatur, dicere non dubitat: Beata Virgo Maria tātam gratię obtinuit plenitudinem, vt esset propinquissima authori gratiæ, ita quod eum qui est plenus omni gratia, in se reciperet, & eum pariendo, quodammodo gratiam ad omnes deriuaret.] Ac subiungit non esse dubitandum, quin eadem Virgo donum sapientiæ & gratiam virtutum, sicut & Prophetię acceperit excellenter, licet horū donorum vsum non habuerit, nisi quantum personę & sexus ratio pateretur. Ac Virginem quidem sanctis aliis, sicut & Angelis, gratię plenitudine triplici de causa antecelluisse restatur: Primùm quidē, quod animam omni gratiæ copia refertam haberet tum ad omne peccati fermentum euitandum, à quo illa quidem fuerit immunis, tota pulchra & sine macula: tum ad omnia virtutum genera exercitanda, in quibus illa velut viuum & absolutum exemplar

Tertio p. q. 27. art. 5.

Testimonia Scholasticorum Doctorū de Mariæ gratiæ plenitudine, & excellentia.

Triplex ratio de Maria plenitudine gratię singulari.

Bernardus Mariam a plenitudine gratię sedulo laudat.

Vide plura de hac re Suarez. in 3. tom. 3. disput. 27. sect. 2.

Albertus Magni testimonium de plenitudine gratiæ omnibus aliis Sanctis Mariam antecurrentis.

De laudibus B. Virginis l. 2. 70. 71.

Ecclus. 24.

Quomodo populi gratiæ aliarum Christianarum Virginū sanctæ.

Wasse. 2.

Gratiæ plenitudo altera in Christo, quā in Maria, vel sanctis inuenitur.

Alberti regula de Mariæ perfectione.

Psalm. 11. Cantic. 1. Matth. 1. Ruperti. 2. Bernard. 82.

Quomodo Theologi recentiores distinguant inter plenitudinem gratiæ Christi & matri congruam.

In 3. dist. 3. q. 13.

plar se omnibus præbuerit atque præluxerit. Deindè quandoquidem plenitudo gratiæ ex anima eius ad corpus siue carnem, sicut in nullo alio, redundarit: adfuisse quippè illi Spiritum sanctum, cuius amor non modò sanctificationis gratiam in pectus Virginis infuderit, sed etiam in eo singulariter arserit, nec solùm in eius corde, sed etiam carne mirabilia fecerit, illúdque potissimùm, vt ex illa Deus & homo procreatetur. Postremò illam non sibi tātum, sed ad communem etiam totius humanæ gentis salutem præ cæteris omnibus & Sanctis & Angelis, qui neque à Deo sic illuminantur, neque mūdum adeò illuminare possunt, abundante gratia cumulatam fuisse. Accedit & maxima quæ illi cum Deo est familiaritas, ne Angelis quidem obtingēs, quæ illam totius Trinitatis nobile tricliniū & omnium creaturarum quasi dominam fecit. Hæc enim summa eius doctrinæ est, quam idem Thomas erudite proponit, ac variis in locis de Mariæ gratia enucleat diligenter.

Sed & Thomæ præceptor Albertus inter Philosophos & Theologos, sui temporis verè Magnus, idemque Sueuus Lauingæ natus & Episcopus Ratisponensis, nullam omninò creaturam censet existere, quæ ampliorem gratiæ plenitudinem, præterquàm Virgo Deipara, suscipere possit, iure vt in eius persona decantet Ecclesia: Ego Mater pulchrę dilectionis & timoris & agnitionis & sanctæ spei: in me gratia omnis vitæ & virtutis. Mariam igitur vas veluti plenum, in quo nihil sit vacuum, quódque plus liquoris recipere nequeat, posse censeri: solùm Christum interim plenum gratię & veritatis perstitere, quòd hic solus homo citra mensuram per gratiam habeat, quæ per naturam sibi vendicat Deus, quódque plenus sit gratia & veritate: gratia, inquā sicut ipse vocat, datiua & effluxiua, non autem receptiua: Mariam verò, quæ ad mensuram accepit gratiam, plenam dici gratia quantum ad affectum, non quantum ad intellectum pertinet, quandoquidem in via non habuerit rerum omnium, nec plenā diuinitatis per speciem, vt vocant, cognitionē, quę vni Christo competit, vt in quo thesauri sapientiæ & scientiæ omnes absconditi reperiantur, imò in quo diuinitatis plenitudo corporaliter habitet, Apostolo teste. Igitur in Christo esse quasi fontis, in Maria velut fluminis, in Sanctis tanquam riui à flumine descendentis plenitudinem. Domum quā gratiæ plenitudinem Angelus in Maria prædicat, hanc Albertus tàm latè patere docet, vt eius ambitu gratia quam vocant, Sacramentalis, & gratia virtutum siue Theologicarum, siue Cardinalium, sed & septē dona apud Esaiam, fructúsque duodecim Spiritus à Paulo enumerati, octo itidē beatitudines in Euangelio traditæ comprehendantur. Addit porrò memorabilem regulam, ipse principium per se notum appellat, non esse dubitandum videlicet, quin Mariæ tribui conueniat, quicquid boni pura quæuis creatura vel fecerit, vel receperit, quùm Virgo à nullo illustrium, vt Damascenus asserit, superetur. Omitto alios non ignobiles Theologos, qui vno velut ore confirmant, plenitudinem quandam prærogatiuæ, sicut Bonauentura vocat, vel vt alij nominant, abundantiæ vel singularis præeminentiæ, vni Virgini, ac nullis aliis, tribui oportere, illo semper excepto, de cuius veluti capitis absoluta plenitudine nos omnes, veluti membra, & gratiam & gloriam accipere necesse sit, vt tota Scriptura diuina confirmat.

Proinde liquidò demonstratum est, quum hodie Catholici, vel iampridem Scholastici Theologi, gratiæ plenitudinem Virgini Matri assignant, id ab illis ita doceri, vt summę perfectissimæq; Christi gratiæ nihil velint esse detractum. Hunc enim solùm propriè & absolutè gratia plenum prædicāt, nulla vt creatura eminentem & perfectum illū gratiæ gradum sicut Christus, attingat, siue ipsam gratiæ essentiam, vt vocant, siue operandi virtutem, siue nobilissimos effectus gratiæ libeat contemplari. Gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Per hunc habemus accessum in gratiam istam, in qua stamus & gloriamur, in spe gloriæ filiorum Dei. Abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Per vnius obedientiam iusti constituentur multi. Iustitia Dei per fidē Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt in ipsum. Euoluantur autem libri omnes Catholicorum, in quibus nihil tale de Mariæ gratia & iustitia, quale Paulus vni Christo iustissimè fert acceptum, licet deprehēdere. Breuiter, in ipso Christo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia per ipsum pacificās, vt eiusdem Apostoli verbis vtamur.

Longe aliter Christo quam Matri tribuit plenitudinem gratiæ à Catholicis.

Rom. 5. & 3.

Coloss. 1.

Superest vt ab aduersariis suffragium quoque petamus, aut oblatum potius accipiamus, ne illis videamur ingrati, vbi aliquid de rigore suo remittūt, & velut humaniores facti, nobiscum: Aue gratia plena, dicere non dedignantur. Atqui hoc modo legunt & scribūt Vitus Theodorus, Antonius Corvinus, Nicolaus Hemingius, & Georgius Æmilius, quibus addo etiam Centuriatores aliósque omnes, qui suos prælatos duces Lutherum & Brentium hac in parte sectantur. Lucas autem Lossius mihi prætereundus non est, qui hanc argumentationem ex aduersarij persona proponit: Maria dicitur ab Angelo plena esse gratia: ergo Christus non est solus plenus gratia. Dissoluit nodum hoc pacto. *Respondeo*, inquit, *per distinctionem ad antecedens. Maria est plena gratia, scilicet communicata, hoc est, ornata à Deo multis virtutibus præ cæteris mulieribus. Christus autem est plenus gratia, non communicata, sed propria, quam alius impertiit siue communicat.* Obsecro te Lector, quid hic aliud facit Lossius, nisi quod veterem Scholasticorum, adeóque totius Ecclesię doctrinam repetit atque confirmat? Tum Bullingerus Mariam gratia repletam agnoscit, quę Deo sit gratissima facta, & insigniter à Deo multiugis gratiis dotata & locupletata. Quid autem hoc est aliud quęso, nisi gratia plenam Virginem pronunciare? etiamsi hæc sequētia non adiungerentur: *Agnoscimus libenter illam esse illam benedictam in genere fœminco, quæ ex omnibus delectas, gratuita Dei misericordia & dilectione carnem veram dederit Filio Dei: ac ideirco Mater sit filij Dei, & proinde sponsa Dei æterni, Virgo perpetua & intacta, sancta Deo, dilecta, benedicta, felix & laudata adeo & omnibus aliis hisce donis & gratiis prælata diuis.* Atque vtinam hoc Bullingeri præconium alij plures, qui nouas amant opiniones, & contentionibus vacant, ingenuè profiterentur: longè quidem reuerentius de Maria scriberent, & Euangelium fidelius explanarent, simúlque ad veterum Patrum sensum propius accederēt, in quibus velut electis organis, tàm efficaciter se

Mariam gratia plenam fatentur multi ex aduersariis.

In suis Postillis, maximè vbi Euangelium de annunciat. Virginis Luc. 1. tractant.

In Euangel. de natali Domini.

Lib. 1. in Luc.

Quomodo Bullingerus Mariam velut gratia plenā exornet ac celebret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prodit Spiritus sanctus. Cæterùm quod ad Mariæ gratiæ plenitudinem declarandam pertinet, posteà fortassè aliquid in hoc ipso Bullingeri testimonio desiderari, sed quod abundè tamen Lutherus compensauerit, si verba eius sequentia probè considerentur: *Maria gratia plena est, per quod omnis peccati pura cognoscitur. Atque hoc magnum quidem & sublime. Si quidem gratia Dei ipsam omnis boni abundantem facit, & ab omni malo liberat.* Ac alibi rursus: *Vt cæteri homines*, inquit, *non anima quàm corpore in peccato concipiuntur, Christus autem sine peccato tàm corpore quam animo: ita Maria Virgo iuxta corpus quidem sine gratia, iuxta animam uerò plena gratia concepta est. Hoc sibi volunt verba illa, quæ Angelus Gabriel ad eam dicebat: Benedicta tu inter mulieres. Non enim ad eam dici posset, Benedicta tu, si aliquando maledictioni obnoxia fuisset.* Nec multò post adiicit: *Illud enim proprie benedictum vocatur, quod diuina gratia donatum est, hoc est, quod peccato caret.* Sic Lutherus perspicuè scripsit, & pro concione docuit palàm, nullum vt tergiuersandi locum illius discipuli possint obtendere, qui hodiè nobis tàm ægrè concedunt, adeóque peruicaciter negant, Mariam inde ab ipso conceptu gratia plenam, & ab omni peccato immunem, imò & ab originis vitio præseruatam fuisse, quemadmodum Lutherus ingenuè profitetur. Confirmat præterea his verbis, quod multi Catholici cum Cardinale Cusano explicatius tradiderunt, Mariæ inde à primo ortu, imò conceptu, plusquàm aliis in vtero sanctificatis, gratiam adfuisse singularem, tantámque gratiæ plenitudinem perpetuò adhæsisse, vt Eua in statu innocentiæ nō inferior, & sanctis reliquis cuiuscunque ordinis sanctior, ac demum pro dignitate Dei Mater esset. Sed enim nec veterum, neque Scholasticorū Theologorum, & ne Lutheri quidem parentis, aut sociorum eius authoritas tanta esse potest, vt hac se constringi & coerceri sinat licentia Nouatorū, quorum plerisque nunc religio est eum honorem Mariæ deferre, vt gratiæ plenam verbo tenus dicant, nedum vt eam nobiscum talem esse integrè sentiāt atque cum Ecclesia Catholica profiteantur.

Lutherus Mariā gratia plenam luculenter asserit, eāque sanctissimis antè posuit.

Maria nunquam habuit originale peccatum.

In Postilla maiori circa Euang. annunciat. Mariæ. Circa Euangel. festii de conceptione Mariæ.

Maria sine peccato, & plena gratia, quo ad animā concepta est teste Luthero.

CAPVT VII.

Mariam gratia plenam etiam à Græcis Theologis hoc loco intelligi & comprobari, Lucæque verba Græca non repugnare Latinæ interpretationi, quę nobis mordicus retinenda sit.

Catholici à Sectariis etiā olim habiti imperiti.

VIDEOR hic mihi videre Stomachabundos, qui vt superiora eludant omnia, imperitiæ nos libenter arguent, ac fortassè sicut Arius olim fecit, ita nunc etiam Catholicos, ἀχαριτήτους, hoc est, ineruditos appellabūt. Igitur vt sæpè alias ad Græcam linguam prouocant aduersarij, in qua Lucas circa controuersiam suum Euangelium scripsit, & Mariam sic ab Angelo salutatam esse meminit, χαῖρε κεχαριτωμένη. Quod verò ad Catholicos siue recentiores, siue vetustiores attinet, eos ob Græcæ linguæ ignorantiam communi errore teneri contendunt, qui Lucæ sermonem non assequantur, ac in nomine quidem gratiæ immodicè philosophētur: sicut & Erasmus tale aliquid in Bernardo suggillat. Verum enimuerò nec Erasmus, nec Sectarius quisquam nobis persuaserit, tot seculis Ecclesiam Catholicam cœcutiuisse, & omnium ferè populorum Antistites, Doctores, Sacerdotes, nec dicere, nec intelligere potuisse, quid Lucas Euangelista scripserit, quidue hoc loco Angelus Gabriel sibi voluerit, & quibus verbis nos doceat Deiparā salutare. Quod verò istorum supercilium, quem fastum esse dicemus, qui nunc primùm ebulliētes, in diuinis literis tùm vertendis, tùm interpretandis tantum sibi sumunt & arrogant authoritatis, quantum soli Ecclesiæ Scripturarum custodi atque interpreti tribuere par est? Hine soli primùm sapiunt, aut plus sapiunt receptis, probatis, sanctisque Patribus, quibus veritatis amor, studium, doctrina, pietas minimè defuit, & quibus tantum præsidij proculdubio tribuit Deus, vt mentem Euangelistæ & Gabrielis verba rectè perciperent, bonāque fide aliis interpretarentur? Quin & illud constanter asseueramus, Nouatores in linguis nihilo magis meliùsque versatos esse, quā veteres, præsertim Græcos Theologos, quorum sententias modò subiiciemus. Nisi fortasse fingent, quod planè ridiculum foret, Scriptores etiam Græcos, qui præclara hominis authoritate fulgent in Ecclesia, vti Græcæ, sic & maternæ linguæ prorsus ignaros, nimiúmque negligentes olim, quùm scriberent ac florerent, extitisse.

Catholicos in simulari quod ex ignorantia linguæ Græcę dicant: Aue gratia plena.

In annotationi Testament.

Ecclesiam tot seculis non errasse, quum legit & dixit: Aue gratia plena. Nouatoribus credendum non esse, qui nimium sibi sumant in mutandis verbis vulgatę lectionis.

Ac primū hic sese nobis offert Magnus ille Athanasius, quem Græci omnes suspiciunt, doctique meritò venerantur. Is Mariam hoc modo differè compellat: Factum est vt gratia plena appellata sis, vt porè quæ omni gratia abundares, idque per superuentum Spiritus sancti, ideóque vultum tuum deprecantur omnes diuites plebis, ditati scilicet istiusmodi bonis & spiritualibus contemplationibus.] Hoc si satis non est, vt Mariam ab Angelo gratia plenam appellari certò statuatur, audi rursus eundem Athanasium: Spiritus sanctus air, in Virginem descendit cum omnibus virtutibus essentialibus, induens eam gratia, vt in omnibus gratiosa esset. Atque idcircò gratia plena cognominata est, eò quòd ab impletione Spiritus sancti omnibus gratiis abundaret.] Hæc ille tàm luculenter, tàm grauiter in ea oratione proposuit, quā Græci Scriptores cum Michaele Glysca erudito authore, verè ac propriè Athanasij esse testantur. In eadem repetitis sæpè verbis affirmatur, Mariam singulari gratia imbutam, & per Spiritum sanctum repletam fuisse, omnibus vt gratiis & virtutibus abundaret, ac per omnia gratiosa, omnibúsque virtutibus & charismatibus insigniter cumulata esset. Etenim sacris literis est familiare, virtutes gratiæ nomine complecti, illúmque solùm diuitem facere, qui non fortunis, sed gratia virtutum omnium regina & principe cæteris

Athanasius Mariam gratia plenam appellat.

Ad Virginem.

Athanasius de Virginitate.

Ibidem.

Ibidem.

In oratione de Virginis celebrat.

In sermone de sanctissima Annuntiat. Deiparæ. Virginis Mariæ. Ibidem.

cæteris antecellit. Talem[a] Christus in Deum diuitem, & [b] Paulus in bonis operibus diuitem vocat. Equidem non video, quid Athanasius ad lectionem Latinam nobis comprobandam, quæ Mariam gratia plenam astruit, clarius adferre, atque ad os Nouatoribus obstruendum vehementius opponere potuisset.

[a] Luc. 12. [b] 1. Tim. 6.

Epiphanij testimonium, qui Mariam gratia plena inhæserit atque prædicarit.

Quomodo Maria plena gratia per Epiphanium definiatur.

In oratione de Virginis celebrat.

Ad Athanasium Patrum grauissimum accedat Epiphanius Cypri Episcopum transeamus, quem inter Græcos Theologos percelebrem esse constat, quique Gabrielem his verbis loquentem induxit: Aue, gratia plena, Dominus tecum, sicut Latina illa fecit Ioannes Picus Parisiensis. Docent autem sequentia, sic locum rectissimè verti, quoniam sanctæ Virginis gratiam vocat Epiphanius immensam & personam multis virtutibus exornatam, gloriæque spiritualem arcā, & auream vrnā, quę manna cæleste continet, mare itidē spirituale, ac demū eā, quæ Cherubicū thronum diuinitatis fulgore superet, multisque insuper aliis & præclaris admodum titulis Deiparam illustrat ob id, quòd ipsa sit plena seu affluens gratia. Vbi sanè Chrysippus Presbyter Hierosolymitanus Epiphanio astipulatur, qui & ipse Græcus est author, & eodem modo Latinè versus legitur, vt dicat & explicet, Aue, gratia plena. Vocat ergo Mariam armarium vitæ, hortum patris, pratum totius fragrantiæ Spiritus sancti, puteum semper viuentis aquæ, vt reliqua id genus epitheta omittamus. Tàm pulchrè atque copiosè, nec minus ad Scripturam accommodatè ambo illi Theologi admonent, quomodò præsentem Euangelij locum ritè accipiamus, vt Maria videlicet gratia plena priuatim & publicè meritò celebretur. Nihil illi quidē apertius in istos dicere potuerunt, qui ad tantam Virginem obscurandam, ex se illam indignissimè metiūtur, quum tantum ex peccatrice in gratiam receptā, vel imputatiuè iustam, sicut iam antè diximus, stultè fingere, ac stultius apud populum pronunciare nō verentur.

Chrysippus Presbyter Hierosolymitanus.

In sermo. de sanctissima Annuntiat. Deiparæ.

Alia epitheta Virgini tributa, vt plenæ gratia.

His iam alius è Græcis, & præclari quoque nominis doctor accedit Ephrem, Edissenæ Ecclesiæ Diaconus, & cui Græcæ linguæ peritiam Basilius ille magnus à Deo mirabiliter impetrauit. Is verbis perspicuis Mariā ita compellat: Aue Dei splendidissimum & luculentissimum vas: Aue, domina Maria, gratia plena: Aue in mulieribus, Virgo beatissima.] Vt reliqua in eiusdem Virginis laudem amplissimè ab eo dicta prætermittamus. Nihil ergo mirū, quod horum Patrum vestigiis insistat Andreas Hierosolymitanus, multa de hoc ipso verbo, gratia plena, excellenter disserens, ac inter cætera hoc adferens: Gratia plenam te appellamus, quòd omnem lætitiā ventre tuo complexa es, & stolam omninò refertā gratia diuinorum donorum splendore.] Græcus & hic fuit, vt eius scripta testantur, idémque Patriarcha Ecclesiæ sanctissimæ Hierosolymitanæ. Græcus & Ioannes Damascenus, in cuius carminibus illud, Aue, gratia plena, Dominus tecum, non semel videas repetitum. Vere, inquit, [c] piorum labia Dei genitrici Angeli vocem sine vlla intermissione modulantes cum exultatione clament: Aue, gratia plena, Dominus tecum.] Ac alibi velut præsentem locum explicans, Mariam ita [d] compellat: Tota spiritus thalamus es, gratiarum pelagus, tota pulchra, tota Deo propinqua. Ad hæc Græcus & celebris author fuit Gregorius Episcopus Neocæsariensis,

Ephrem Diaconi, ac aliorum Patrum testimonium.

Ser. in Sanctiss. Deiparā.

Basilius Magnus.

Ad Virginem.

Andreas Hierosolymitanus.

In Dormit. Virginis.

Damascenus.

[c] In hom. de Annunciat. beatæ Virginis.

Græcorū Patrum interpretes recte vertere gratia plena. Nihil certius nobis sine Ecclesiæ autoritate. Cuiusmodi testimoniū de vero sensu Scripturæ. De aduersariorum impudentiadi pergant hic esse contentiosi.

qui Mariam sic gratia plenam dici asserit, [e] quod in illa Virgine totius gratiæ thesaurus reconderetur, quæ sola ex omnibus generationibus sancto corpore & spiritu fuerit, sola ferens eum, qui Verbo portat omnia. Et non solùm, inquit, angelus pulchritudinem, sanctæ Virginis, sed & virtutes animi admiratur, ac ideircò κεχαριτωμένην appellauit.] Et iam antè meminimus Oecolampadij, qui quū Latinè vertit Theophylactum, licet verba Lucæ ita reddat: Gaude gratiosa, tamen in sequenti mox interpretatione vtranque dictionē, gratiosam & gratia plenam coniungendam esse putauit.

Quapropter nihil mirum videri debet, multos Græcorum Patrum interpretes vulgatam sequi editionem, & pro κεχαριτωμένη plenam gratia, vertere, quùm in hunc sensum iidem scripserint Patres, ac velut se ipsos vt intelligi vellent, exposuerint. Quid verò non anceps & ambiguum erit in religione, neglecta veteri Bibliorum editione, contempris Patrum interpretationibus, & omni Ecclesiæ tùm traditione, tùm consuetudine repudiata? Est ita profectò, sicut Caluinus veritate coactus pronunciauit: *Peculiariter notandum est, quod non est extra Ecclesiam sanæ intelligentiæ Scripturarum lux.* Legunt & Græcè & Latinè aduersarij, & in sacris literis legūt multos gratia plenos & Spiritu sancto repletos, ob præstantes & copiosas illorum virtutes, vt diximus, prædicari. Cur parem titulum inuidēt Virgini matri, omnium proculdubio sanctissimæ ac beatissimæ, sicut Petrus Cluniacensis affirmat? An ira & odium contra Ecclesiam iampridem conceptum hic plus apud illos, quàm Patrum authoritas, & piorū consensus Ecclesiæque iudicium obtinebit? Atque vt maximè peruicaces esse pergant, nec à suo sensu velint abduci, quam obsecro contentionis huius laudem & gloriam assequentur? Eam videlicet, vt omnes tandem intelligant, quàm sint prauo affectu in Mariam Ecclesiāmque prædicti, tùm quanta libidine sanctis Patribus contradicendi, sacrisque de rebus altercandi sese abripi & occupari patiantur, dū neque Græcos neque Latinos Theologos audiunt, ac neque cum suæ quidem Sectæ doctoribus conueniunt. Sed nimis verum est, quod Caluinus de suis similibus dixit: *In omnibus hæreticis reperiri, vt addicti sint suis commentis, ac sibi permittant libertatem, imo effrenem licentiam reiiciendi, quicquid visum est: tam pertinaciter desixi sunt in suis erroribus, quia & suas nugas Deo præferunt.*

[e] In hom. de Annunciat. beatæ Virginis.

Lib. contra Petrobrusf. de veneratione crucis.

Ad Ephesios.

Quid propriè sit hæreticus iuxta Caluinum.

In caput 7. Hiere. Prophetæ.

Ac probabile quidem videtur Gabrielem Syriacè, hoc est, vulgato illius gentis & ætatis sermone, non Græcè autem ad Mariam huiusce linguæ imperitam loqui voluisse. Syriace autem ita legitur: Pax tibi ô plena gratia, sicut & Latinus vertit interpres. Sed enim si contentiosi esse pergant, & vocem Græcam à Luca positam nobis obiectent, aperte fatemur, κεχαριτωμένον Græcis sonare gratiosum aut vnicè charum, quum sit participium à verbo χαριτόω quod est gratiosum facio. Vnde Achilles apud Homerum adamatum suum Patroclum his verbis affatur: ἐμοὶ κεχαριτωμένε θυμῷ. Sed & Apostolus Paulus hoc vtitur nomine, quū ad Ephesios primo capite scribit: In laudem gratiæ eius, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionē. Vbi à Paulo vsurpatur ἐχαρίτωσας, hoc est, gratos & charos reddidit. Cæterū haud fine diuino numine factum est, vt Latinus

Iuxta Syriacę interpretationem Mariam gratia plenā Angelus salutauit.

De significatione vocis κεχαριτωμένη.

Universidad de Deusto
Biblioteca

interpres Græcam vocem in hunc sensum potiùs A quàm alium voluerit interpretari, vtque hanc eius interpretationem doctissimi Patres, ac vniuersa Ecclesia tot iam labentibus annis & seculis comprobarit. Nec vllus intereà repertus est, qui hac de re vel cum antiquo interprete, vel cum iudice & matre Ecclesia expostularet, aut litem vllam instituendam putaret. Nunc autem tanto magis vulgata, multisque Synodis probata hęc lectio retinēda est, quanto iniquius & petulantius agunt aduersarij, nihil non suis lactatibus & morsibus in Latina Euāgelij lectione appetentes, vt pro sua libidine non modò sacra verba supprimant atque transforment, sed etiam sub nouis verborum formulis nouos errores aut inuehant, aut tueantur.

Vnde non attinet, multis hic Lossio respondere, qui vt neget Mariam gratia plenam vel abundanté esse, hoc nobis argumentum obtrudit: *Vox κεχαριτωμένη gratiosam significat, hoc est, acceptam a Deo,* B *cui Deus fauet, quam singulari gratia præ ceteris complectitur. Nam gratia fauorem significat, non qualitatem seu virtutem, quæ tum in Maria fuerat.* Etenim hic disputator in eundem impingit lapidem, qui alios multos gratiæ nomine abutentes offendit: neque intelligit, gratiam ad habitum inhærentem ac virtutem infusam etiam à Paulo referri, adeóque cum ipsa charitate coniunctam esse, neque ad externum Dei fauorem solummodo pertinere, sicut anteà demonstrauimus. Accedit quod in præsentia non quæratur, an Maria fuerit gratiosa: id quod persuasissimū nobis habemus, sed an vox Græca, cuius hic meminit Lucas, diuinas Mariæ virtutes & habitus, qui in iustificatione donari solent, maximéque charitatem excludat: Hoc quisquis cum Lossio asserit, aut Mariam solùm Deo reconciliatam, vel imputatiue iustam interpretatur, non potest sanè, vt docuimus, C in Matrem Domini non esse contumeliosus. Rectiùs ergo sentit Erasmus, qui vocē κεχαριτωμένη non modò gratiosam, sed & dilectam sonare fatetur, simúlque declarat, sibi non negari Mariam gratia plenam fuisse. *Quid enim*, inquit, *pios homines implet gratia, nisi charitas, qua Deus illos complectitur, & ad se trahit.* Cæterùm siue gratiosam, siue dilectam, siue gratificatam hoc loco legas, siue alio modo cū Nouatoribus vertas, grandius quiddam & efficacius profectò vox, κεχαριτωμένη continet, nec potest à quoquam rectius ac propriè magis, quàm ab antiquo interprete factum est, reddi, vt simpliciter dicas. Aue, gratia plena, nimirum ad significandam vnicè charam Deo, & spiritualibus donis cumulatā atque repletam Virginem, quemadmodum vulgata quidem interpretatione palàm nos admonet magister Ecclesiæ Spiritus sanctus. Quam Latinæ versionis lucem proculdubio refugit & exosam habet ille, qui princeps est tenebrarum, de cuius proprio sodalitio dixit Christus: Omnis qui malè agit, odit lucem. Obseruandum & illud, quod apud Lucam articulus participio non adiungatur, quum Angelus dicere potuisset, χαῖρε ἡ κεχαριτωμένη: sed absolutè vocat Virginem κεχαριτωμένη, nempè vt ex fœminis omnibus hanc vnam singulari & omniuga gratia donatam ornatámque designet. Quod autem hoc participium sine articulo positum vim illā adferat, non est nouum sanè commentum, sed antiqui Grammatici [a] Apollonij testimonium & ab [b] Epiphanio confirmatur, quùm inquit, χαῖρε πάντα τέλειον κεχαριτωμένη. Igitur [c] Athanasius quoque Mariam κεχαριτωμένη vocat: quia vt inquit, in omnibus fuit repleta gratiis à Spiritu sancto. Et paulò pòst: Sic enim sentimus, quod erant illi omnia χαριτωμένη per Spiritum sanctum & virtutem altissimi. Nec multò pòst: A diuitiis diuinorum charitatum vocata est, κεχαριτωμένη sicut anteà pluribus est explicatum. Verum his relictis, ne cum Grammaticis contendere videamur, alia tela, quæ Nouatores aduersus salutationem Angelicam eiaculantur, nobis excipienda simúlque dissicienda sunt.

Vetus interpres ita locū reddidit, vt omnibus doctis, si sectarios excludas, satisfecerit.

Cur cauenda Nouatorū licentia in veteri lectione matranda.

Eo Annotat. circa Euangelist. de Annunciat. Mariæ.

Error Lossij negantis, Mariā gratia plenā rectè dici.

Ad Edmundi Les notationes in Luc.

CAPVT VIII.

Mariam citra Christi iniuriam gratia plenam prædicari, fallique Lutherum, quum ex verbis Angeli Virginem in ordinem redigit, & Sanctis reliquis exæquat. Vbi Lucæ locus etiam expenditur: Inuenisti gratiam apud Deum.

Catholicos falsò accusari, quod Mariam Christo exæquem in gratiæ plenitudine.

ETSI superiora, vt speramus, D non obscure commonstrant, quo sensu Deiparā gratia plenam profiteamur: tamen quoniam ab aduersariis hic crebrò & grauiter accusamur, horum calumnias modesto respondendas potius diluendas, quàm inutili silentio committēdas esse putamus. Sic enim nos vulgò traducunt, quòd Mariam cum aperta Christi iniuria plenam gratia celebremus, quódque Virginem suo Redemptori exæquemus, qui citra controuersiam est & dicitur plenus & gratia & veritate. Ac [a] Marbachius quidem apertè scribit, Mariam gratia plenam sic à nobis agnosci, vt sit veluti fons mundans, & de se ipsa fundens aquas, qui nec possit exhauriri, nec minui. Suggillat & [b] Brentius illorum errorem, Catholicos haud dubie notans, quibus Maria sic plena dicitur gratia, quòd habeat plenitudinem gratiæ, de qua hominibus communicet. & qua mortales reconciliet Deo patri, remittātque peccata. Nihil enim istos pudet hæc aliáque id genus probra iacere in Orthodoxos, quibus ne in mentem quidem venire solet, vt Mariam cū Christo componant, & parem vtrobique gratiā statuant. Quantum enim inter solem & lunam est discrimnis, est autem plurimum, tantum inter Christum & Mariam intereſſe censent. Sicut ergo Luna inter alios planetas, quantumuis fulgeat, non suo tamē, sed alieno, & à Sole quidem accepto lumine nocte splendet: ita Dei ac Domini nostri Mater, licet gratia & pulchritudine reliquos Sanctos excellat, multóque illustrior habeatur, tamē quicquid hoc splēdoris & fulgoris est, ab ipso authore cælique principe, qui Sol iustitiæ dicitur, ex confessione Catholicorum omnium certò mutuatur. Præterea inæ-

Ioan. 1. & in lib. de miraculis contra Eisengreinium. b In explic.

qualem splendorem Luna præbere solet, quæ non A semper æquè rotunda, plena & fulgens apparet, vt idcircò iam δίχομηνος & διχότομος, iam παντέληνος appelletur. Ad hunc modum nos gratiæ profectum & progressum Christo, sed non Mariæ largimur, quæ tùm quidem solitò admirabilius claruit, quum Christum ipsum concipiendo & pariēdo velut mulier amicta sole facta est, quúmque de hoc mundo assumta maximis gratiæ ac gloriæ opibus, vt antea nunquam, abundauit. Sic enim Rupertus multò ante nos docuit, dignus sanè vt eius verba, quæ differentem Christi & Mariæ gratiam explicant, hoc loco subiiciamus. Quando, inquit, Spiritus sanctus in te superuenit (Mariam enim affatur) & Virgo concepisti, & Virgo peperisti: tunc tu & ex tunc pulchra pulchritudine diuina: inquā, B non quomodocunque, sed vt luna. Sicut enim luna lucet & illuminat luce non sua, sed ex sole concepta: sic tu ô beatissima hoc ipsum quod tàm lucida es, non ex te habes, sed ex gratia diuina gratia plena. Quando autem de hoc mundo assumta, atque ad æthereum thalamum translata es, tunc tu ex tunc electa vt Sol: electa inquam nobis: quia sicut ex te natum Dei filium solem verum, solem æternum adoramus & colimus vt Deum verum: sic & te honoramus atque veneramur, vt veri Dei genitricem, scientes quia Totus honor impensus matri, sine dubio redundat in gloriam filij.] Præclarè hæc sanè Rupertus, velut malignantium ora obstruens, qui parem Christo & Mariæ gratiam, gratiæque plenitudinem à nobis arcribui, hoc seculo vanissimè calumniantur. Nec est dissimilis Bernardi locus, qui pulchrè monet fontem vitæ Christum, Mariam vero aquæ ductum esse, ac fontis quidem plenitudinē de patris æterni corde manare, sed ab hoc aquæ ductum primùm excipi, ac inde aliis porrò spiritualis gratiæ fluenta communicari, tantū verò gratiæ hauriri à Virgine, quantum aliis nullis propinetur: igitur non solùm ab Angelo, sed etiam ab omni creatura rectè dici Mariæ, Aue, gratia plena, & quæ suo etiam iure hoc sibi sumere possit: Ego sicut aquæ ductus exiui de paradiso.

Quando Maria ad maiorē gratiæ plenitudinem perueniat.

Rupert. lib. 12. in Cantica Cant.

Bernard. Serm. de aquæductu.

Cæterum inter veteres alios etiam Origenes annotauit, aliter atque aliter in Scripturis accipi oportere, quùm plenitudo gratiæ quibusdam personis accommodatur. Non enim eandem habere vim, quod Apostoli Spiritu sancto repleti, & quod Iesus Spiritu sancto plenus fuisse commemoratur. Verū D qui Origenem secuti sunt Scholastici doctores, vt rem breuiter simul & luculenter traderent, de hac gratiæ plenitudine discrimen statuendum hoc modo indicarunt. Est plenitudo sufficientiæ, per quā Apostoli & Stephanus eximiæ vocationi suæ satisfecerunt. Est item plenitudo singularis præeminētiæ, quæ matri Domini præ Sanctis reliquis competit. Est demùm omnimoda & omni ex parte perfecta gratiæ plenitudo soli Christo, tanquam fonti tribuenda, vtpotè de cuius plenitudine omnes acceperint. Est plenitudo Christi, inquiunt, quasi fontis, Mariæ autem quasi fluminis, & Sanctorum quasi riui à fonte descendentis, sicut & anteà commemorauimus. Igitur Mariam plenam gratia dicunt atque intelligunt, non cum Christo capite, quod suam gloriam sibi semper vnicè vendicat, sed cū membris huius capitis quantalibet gratia præditis, facta collatione. Tanto autem plus gratiæ in Mariā effluxisse confitentur, quantò magis illā ornari decuit, quæ pura purum gratiæ omnis authorem sacro vtero complecti, & digna Dei genitrix esse debebat, ad suum nempè munus obeundum conuenienter instructa. Vnde qui Scholasticorum doctorū sunt principes Thomas & Albertus, gratiæ plenitudinē Christo & Mariæ aliter atque aliter tribui, verbis perspicuis, vt diximus, exposuerunt.

Vbi rursus contra nos Lutherus insurgit, atque vt Mariam in ordinem redigat, hoc modo cauillatur: *Quamus Virgo Maria benedicta sit inter omnes mulieres, quod nulli mulieri vnquam talis bonus a Deo contigit, tamen Angelus ipsam in ordinem redigit, & omnibus aliis Sanctis æquat, dicens: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Deum. Non aperte dicit gratiam esse, & non meritū.* Vbi veteri more suo Lutherus in verbo, gratia, fucum facit, per quod fauorem Dei rigidè accipit, alia interiora dona & meritum omne Mariæ simul excludens atque repudians. Quis autem æque ac Lutherus, Christianum meritum vt Mariæ, sic & Sanctis omnibus derogauit? quisue longius ac turpiùs ab illa Prosperi regula semper obseruanda discessit? Deus, inquit, his, quos elegit sine meritis, dat vide ornētur & meritis.] Ac rursus: Datur vnicuique sine merito, vnde tendat ad meritum.] Vt reliqua iam antè contra Lutherum de meritis allata prætermittamus. Deindè prorsus infirma est istæc collectio: Maria inuenisse vel nacta esse gratiam dicitur, id quod etiam de Christo in aliquo sensu vere affirmaueris: igitur Angelus ipsam in ordinem redigit; & omnibus aliis Sāctis exæquat. Etsi enim nihil aliud Gabriel dixisset, nisi quod salutatione priùs facta continetur, certè Mariam, vt ostēdimus, hoc encomio ita cohonestasset, vt illā Sanctis reliquis anteponit, nullóque modo in ordinem redigi, abundè significarit. Proinde non solum à vero, sed etiam à mente Gabrielis alienū est, quod illi affingit Lutherus, ob verba sequentia Virginem sua orbari prærogatiua, quam præ aliis vtriusque sexus iustis hominibus in his, quæ ad gratię mensuram & iustitiæ magnitudinem meritáque spectant, incomparabiliter tenet. Accedit, quod improuidus Lutherus suo quasi gladio seipsum ferit, ea verba nobis ad Mariam obscurandam opponens, quæ maiorem in modum illam illustrant, & Sanctis reliquis præstantiorem ostendunt, sicut veteres interpretes liquidò demonstrarunt. Chrysologus enim in hūc modum clarissimè docet: Beata quæ inter homines audire sola meruit præ omnibus: Inuenisti gratiam. Quantam? quantam superius dixerat plenam, & verè plenam, quę largo imbre totam funderet & infunderet creaturam. Inuenisti enim gratiam apud Deum. Hæc quum dicit, & ipse Angelus miratur, aut fœminam tantum, aut omnes homines vitam meruisse per fœminam: stupet Angelus totum Deū venire intra virginales vteri angustias, cui tota simul angusta est creatura.] Quocirca quod à Gabriele profertur: inuenisti gratiam apud Deum, eximia est Virginis commendatio, simúlque iam antè dictorum confirmatio, præsertim illam gratia plenam esse, sicut eundem locum [a] Beda interpretatur. Eodem pertinet, quod [b] Andreas Hierosolymitanus annotauit, præsentem Angeli sermonem de illa institui gratia, qualem apud Deum nec Sara, nec Rebecca, nec Rachel, nec Anna, veteris instrumenti matronę honestissimę, nec

Lutherus Angeli verba detorquet, vt eam in ordinē redigat, & Sāctis aliis æquet.

Confutatio verborum Lutheri, ac primum de nomine gratię.

In Postillā. circa Euangelium de festo Annunciationis Mariæ.

Li. 2. de vocatione gentiū. c. 1. li. 1. cap. 2.

Lutheri collectionem prorsus inualidam esse, quod Angeli verba prorsus ad suum sensum detorqueat violenter.

Gabriel Mariam sic laudauit, vt illam Sanctis omnibus præponeret.

Quomodo Mariam commendet, & Sanctis excellentiorem ostendāt dictum Angeli Inuenisti gratiam apud Deum.

Serm. 142.

a In 1. cap. Luc. b In fer. de Angelica salutatione. Serm. 143.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortalium quisquam aliquando perceperit. Nam A vt Chrysologum quoque dixisse meminimus, singulis electis gratia se est largita per partes, Mariæ verò simul se totam dedit gratiæ plenitudo.]

De vero sensu verborum: Inuenisti gratiã apud Deum.

Atque hæc satis, vt arbitror, vanum Lutheri cõmentum euertunt, & communem piorum sensum stabiliunt, qui præstantis perfectæque gratiæ gradũ Mariæ, vt nulli Sanctorum alij, constanter assignãt. Cæterùm eo tendit præsens Gabrielis oratio, si veram eius sententiam assequi cupimus, vt Virgo pauida certam capiat consolationem, illíque metus omnis excutiatur, quæ præ summa humilitate ferre non poterat, se tãm glorioso insolitóque titulo à gratiæ plenitudine sumto compellari. Ne igitur timeas, inquit, Maria, Inuenisti enim gratiam apud Deum. Ac mox eandem gratiam explicans, adiungit: Ecce concipies in vtero, & paries filium. Quæ verba non obscurè significant, Mariam ab Angelo non in ordinem redigi, sed Sanctis omnibus à Gabriele præponi, quantumuis obstrepente Luthero. Certè Bernardus Angeli verba, Inuenisti gratiam, diligenter expendit, & sensum longè augustiorem, reíque dignitati cõgruentiorem illis attribuit, quasi dixerit Gabriel: O si scires Maria, quantùm tua humilitas altissimo placeat, quanta te apud ipsum sublimitas maneat, angelico te indignam nec alloquio iudicares, nec obsequio. Vt quid enim indebitam tibi dixeris gratiam Angelorum, quæ inuenisti gratiam apud Deum? Quam gratiam? Dei & hominũ pacem, mortis destructionem, vitæ reparationem. Hæc est ergo gratia, quam inuenisti apud Deum.]

Confirmatio ab Authoritate Bernardi Mariæ gratiã excellentem competere

Homil. 3. de B. Virgine.

Singularis Mariæ charitas in gratia pro omnibus inuenienda.

Neque vulgaris est author, & Bernardi æqualis ferè C Richardus Victorinus, qui Mariæ tantam charitatem ascribit, vt non modò Iudæos, sed ignotas etiã gentes, omnésque homines amore maximo prosequeretur, pro his indesinenter oraret, ac orando etiam exaudiretur. Hinc enim Angelum illi dixisse: Inuenisti gratiam apud Deum, nimirum quam quęrebas. Omnium autem salutem, inquit, desiderauit, quæ fuit & obtinuit: imo salus omnium per ipsam facta est.] Quare Bernardi etiam discipulus non ignobilis Guericus ita scripsit: Sicut Salomõ in omnibus thesauris suis & opibus tantis nihil habuit tã pretiosum, quod in opus illud magnificum, thronum scilicet gloriæ suæ, iudicaret ebori præferendum: sic Maria singularem præ omnibus electis Angelorum & hominum inuenit gratiam apud Deum: vt videlicet Dei conciperet & pareret filium, atque ex ebore corporis eius thronum sibi virtus Altissimi sine manibus excinderet gloriosum. Gloriosus prorsus ille thronus ac mirabilis, de quo Scriptura perhibet quia non est factum tale opus in diuersis regnis.] Tantùm igitur abest, vt hic Euangelij locus Luthero Mariam in ordinem redigere molienti faueat, vt etiam contra illum haud leuiter probet, eandem Virginem cæteris præstare Sanctis in gratiã & gratiæ plenitudine inuenienda atque comparanda. Inuenit certè gratiam non solùm generalem, quam de fontis Christi plenitudine hauriunt vniuersi, sed & singularem & specialem, vt Bernardus appellat. Albertus Magnus in hunc modum, & acutè quidem locum excutit: Inuenisti gratiam, non creasti vt Deus, non semper habuisti vt filius, non rapuisti vt Angelus, non perdidisti vt Adam, non emisti vt Simon Magus, non abscondisti vt infidelis doctor, sed restituisti potiùs. Gratiam dico increatam, & cum illa omnem creatam, spiritualem & corporalem. Spiritualem, inquam, summã nempè charitatem, & specialẽ summã, quæ fuit in aliis creatura est, nec solùm Dei creantis, sed & redimẽtis & iustificantis & glorificantis gratia indiguit, sine qua nihil bonorum habere, nedum mereri potuisset, vt in illam etiam Ambrosij dictum competat. Nullo bono hominis merito Dei gratia præuenitur.] Negamus autem Luthero & eius discipulis omnibus, Mariam ab Angelo in ordinem sic redigi, vt in acceptæ gratiæ mensura, iustitiáque & sanctitate iustis reliquis debeat exæquari. Cæterùm hoc non possunt illi non inficiari, qui Christianam & proficientem quandam in renatis gratiam tollũt, ne alij aliis iustitia & meritis perfectiores Deóque gratiores esse dicantur, quùm tamẽ & Petrus Apostolus gratiam optet in ipsis credentibus multiplicari. Cuiuscemodi gratiam in Maria dicimus exundasse, vt perfectionem eius ac plenitudinem nullus aliquando iustorum fuerit assecutus. Neq; verò ista hæc ad obscurandam Christi gloriam pertinent, vt sæpè commonuimus, sed eam potiùs maiorem in modum illustrant, quòd is erga matrem ea sit vsus munificentia, nullum vt seruorum & ancillarum æquè ac illam longè sibi charissimam exornarit, tãtisque donorum muneribus locupletarit, sed eandem omnibus prætulerit, pluribúsque donis cumularit, quæ, tùm Angelis, tùm hominibus, obincredibilem pulchritudinem maximæ tũ admirationi, tum venerationi perpetuo esset. Ita igitur de vllo alio rectiùs diceretur: Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Decebat enim prorsus, Laurentij Iustiniani verbis vtar, vt immaculata esset mente, & corpore sancta, plena gratia, meritis locuples, virtutum vniuersarũ varietate decorata, quę de cælo susceperit Verbũ, fide concepit filium, conuersatione illustrauit mundũ, manna pauit turba fidelium, obumbrante Spiritu circumdedit virum, ex se nobis protulit hominem cum honore virginitatis, cum integritate carnis & fœcunditate prolis.] Fient autem illhæc non paulò illustriora, si aliorum veterum, quæ posteà subiungemus, testimonia cum superioribus, adeóque cum ipsis lireris Euangelicis sedulò conferantur.

Hom. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tholicis est videri que debet eò gratior, quòd eadem multis retrò seculis à tot piorum cœtibus vsurpata, hodieque in sancta Romana Ecclesia, quæ apud Orthodoxos irrefutabilem obtinet authoritatem, trita atque probata, sed & multis veterum Patrum sententiis sinul & exemplis adeò comprobata sit, nullis vt hostium aut circumlatrantium, aut grassantium machinis possit aboleri. Igitur salutatio Angelica quæ nobis recitatur, non solum veræ fidei de Maria eiúsque filio præclarum est testimonium, ex Euangelio ipso desumptum, verùm etiam præter debitam vtrique personæ laudationem, certam precationem continet, eáque nostrum in Virgine matre tùm honoranda, tùm inuocanda officiú declaramus, simúlque nouis Ecclesiæ calumniatoribus & Mariomastigibus omnibus abrenunciamus. Qui verò præter hanc peritionem, quod reliquum est, in salutatione recitant, non magis illi sanè quá [a] Moyses, [b] Dauid, [c] Zacharias hymnos duntaxat meros concinentes, à precando aliem debent existimari.

a Exod. 15. b Psalm. 102 103. 104. c Luce 1.

Alia porrò Caluini cauillatio est, vt audiuimus, salutationem hanc recitantes, in alienum inuolare officium, vtpotè quod Angelo à Deo fuit iniunctú, sibi arrogantes. Sic enim nobis obiicit: *Præterquam quod sola gratulatio hic habetur, temere sibi alienum officiú vsurpant, quod Deus non nisi Angelo iniunxit: his autem stulta æmulatio, quod absentem salutant.* Vbi certè aut suam prodit impertitiam cauillator, aut veritatem ipsam malignè dissimulat, alióquin haudquaquam ignarus, thesaurum diuinæ Scripturæ communem, amplum ac locupletem esse, vt in illa minima etiam quæ videntur, latissime pateant, & quod de vno cõmemoratur, multis multorum vsibus inseruire possit, ac quæcunque demum illic scripta sunt, ad nostram doctrinam, & totius Ecclesiæ profectum, atque communem mortalium vtilitatem scripta esse. Alioquin certè vel sacras literas planè deprauat, vel genuinum illarum vsum ignorat, qui sic illas in arctum contrahit, vt quod ab vno factum est, ad aliú nullum velit pertinere. Salutauit Mariam vtique Gabriel, vt illi Deus iniunxit, seque Paranymphú fideliter præbuit, vt cœlestes diúque optatæ nuptiæ in hac lectissima Virgine feliciter demùm inchoarentur. Quid autem habet incommodi, imò quid non habet emolumenti, si nos illam verbis totidem salutemus, neque solùm Gabrielis, sed etiam Elizabethæ, & alterius Euangelicæ mulieris, Mariam beatam prædicantis sectemur exemplum, & quod à multis verè piis dictum ac factum est, salutatione vna comprehendemus? An fortassis & illi alienum officium sibi vsurparunt, quando id quod non iniunxerat illis Deus, in salutando præstiterunt? Igitur quod his ipsis & aliis Deum in Sanctis vltrò prædicantibus, omnium quidem bonorum iudicio laudi vertendum est, nobis vitio tribui non debet, præsertim quum duces huiusmodi sequimur, Deique spiritum in ipsis loquentem nobis audiendum, eiúsque ductum sequendum putamus. Quod sanè quùm facimus, Dei verbum ornamus, fidem profitemur, Euangelium confirmamus, religionis præstamus officium, planéque testamur, non vanú esse Mariæ vaticinium, sed in hunc vsque diem impleri, quandoquidem cum tot piorum myriadibus illam æternæ lucis vitæque nostræ parentem sanctissimam, pulcherrimam, augustissimam agnoscimus atque celebramus. Et verò hæc pictas cum fide simplicitate deique confessione coniuncta eò laudabilior videri debet, quò magis Euangelicis verbis magni Angeli ore prolatis, & à Spiritu sancto dictatis consonat, & quò firmiùs perpetuò piorũ vsu & singulari Ecclesiæ authoritate constabilitur, nullum vt iam hostium impetum ac furorem pertimescat. Aboleri quippè nunquam potest isthæc salutatio, Deo res Ecclesiæ suæ tàm fideliter moderante, semper vt inueniantur, quos iuuet ex animo has Angelicas fonare voces, & in illis Deiparam celebrare.

Quam diu ergo in hoc orbe vigebit Euangelió, præsens etiam vigebit salutatio, & in ea beatam, ac præomnibus aliis benedictam Virginé dicent omnes generationes, quantumuis fremant ac frendeãt Antidicomarianitæ. Quid verò mirum, imò cur nõ congruum, in terris illam sedulò & salutari & coli Reginam, de qua cecinit Dauid, vt multi veteres interpretantur: Adest Regina à dextris tuis, in vestitu deãurato, circundata varietate? Testatur maximus ille Diaconus Ephrem, hac salutatione maximos Angelicum contineri, quod Gabriel ille clamans decantarit, eámque salutationem maximè congruam & dignissimam, sed & mundi salutem, cunctarúmque animarum tutelam esse. Tùm si Athanasio Magno fidem habemus, Gabrielis istud præconium non hominum tantùm, sed angelorum etiam tali Reginæ gratulantium est proprió, quod partim in terrestri, partim in cælesti Ecclesia suum habere vsum debeat: tres quidem Angelorum hierarchias non sine magna & sonora voce his verbis identidem decantare scribit. Tantùm apud cælites valet, tàm honestum, frequens & iucundi est Angeli Gabrielis præcinentis exemplum ex Athanasij sententia, quod nunc Sectariis propemodum vel anilis fabula, vel puerilis ludus, aut nescio quorum hominum nugantium inanis garritus imò & magicus exorcismus, existimatur.

Ponat igitur inanem suum metum Caluinus, ac si sapit, timere desinat, in salutatione aurea recitanda, nobis officium alienum vsurpari. Non ideircò Gabriel suo spoliabitur munere, ô vir bone, neque nos alienum nobis officium vsurpabimus, sed laudem hanc Angelicam iterantes, aptos & gratos nos illi duci comites ac socios adiungemus. Probet interim nobis hic homo nimiùm vel curiosus, vel morosus, vel proteruus, Deum hoc Angelo suo iniunxisse, solus vt ipse, & post illum nullus alius, Mariam salutare possit, sicut alioquin Elizabetha non piè minus, quàm reuerenter illam postea salutauit. Probet, ad solos Angelos pertinere dictum: Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: nullus vt Euangelij doctor, præfertim in Christi natalitio die verba eadem pro concione sibi sumere, & iis populum Angeli loco excitare possit. Probet, Angelicum Canticum, Gloria in altissimis Deo, & quod apud Esaiam exstat, Sanctus, sanctus, sanctus, ita cælestium spirituum esse proprium, vt nobis & Ecclesiæ non liceat, nec deceat eadem verba in vsum reuocare. Probet demùm, quod Raphael Tobiæ dixit: Gaudium tibi sit semper, Pax tibi, id à nobis vsurpari, & ad loquendi consuetudinem transferri nullo modo posse: quemadmodum hoc loco asserit, Gabrieli dimanxat has voces: Aue gratia plena, seruari & relinqui oportere.

Cæterum

An aliorum officium sibi vsurpent, Mariam salutantes.

In harmo. Euangel.

Scriptura cõmunis thesaurus omnibus pijs inseruiés ac salutaris.

Rom. 15.

Gabrielis exẽplum eriã ad nos pertinet in Virgine salutanda.

Maria etiam a pluribus, quã Gabriele, in Euãgelio sine mandato Dei celebratur.

Luce 1. 11.

An Mariam salutantes eũ absente agãt.

Cæterum Caluinus ne hac quidem cauillatione contentus, eo stultitiæ progreditur, vt vanum & frustraneum nobis laborem in ea quæ absit, salutãda consumi cauilletur. Quæ verò (malum) hæc stupiditas? quanta mentis vesania, aut potius linguæ calamique virulentia, vt magister in Israel tàm pueriliter ac insulsè loquatur, perinde ac si Mariá nemo salutare queat, nisi procul absentem quærat & accedat? Quasi verò illa in Pathmos exulet, vel apud Garamantes latitet, aut in fortunatis insulis peregrinetur, vel fortasse humano more dormiens, sopitos habeat sensus, aut eorum mortuorum instar, qui nondum beati sunt, vota & preces mortalium percipere nequeat, aut velut denique res humanas longè minus intelligat atque curet, quam fidi custodes, & procuratores hominum Angeli perpetuò facere solent? Hi certè nobis nusquàm non adsunt, hi res agnoscunt mortalium, pro his curam gerunt & orant: & præterquam quod ob clarissimam Dei visionem summa perfunduntur voluptate, nobis ministrare gaudent, & quos homines improbioris vitæ pœnitudo cœpit, illis ex animo fauent, ac eisdem non sine communi tripudio gratulantur. Ad hæc non solum mœstos & afflictos in mediis ærumnis consolantur, sed piis etiam defunctis amicam operam præbent: ac præterea nunquam non suas pro nobis preces fundunt, nostrásque demum ad sublimem Dei thronum deferunt, quemadmodum diuina Scriptura non obscure testatur. Vnde in hunc etiam modum, vt alios præteream, scripsit Augustinus: Sancti Angeli sicut habent permanendi æternitatem, ita cognoscendi facilitatem, & requiescendi felicitatem. Sine difficultate quippè nos adiuuant, quoniam spiritualibus motibus puris & liberis non laborant.] Ac alibi rursus: Grandis est eis cura de nobis: magnus est affectus dilectionis erga nos.] Id quod scribens in Psalmos pluribus & [a] ipse, & [b] Hilarius comprobat.

Angeli tamet si non videãt Deũ, cognoscunt tamen humanas simul intelligunt & curant.

Li. 11. de ciuit. Dei c. 29. & in Solãge. 27.

a In Psal. 62. b In Psal. 129

Quod ergo sanctis Angelis tribuit Deus, vt cùm alios, tum in primis credentes clarissimè videant & intelligant, eósque fidelissimè ament, & custodiant in viis omnibus, id Angelorum Reginæ negatum esse credemus? Reginæ, inquam, quæ ascendens de huius mundi deserto, etiam Angelis sanctis, vt firma cum fide canit Ecclesia: Speciosa & suauis in delitiis suis facta est, quæque vti Bernardus prædicat, quantum gratiæ in terris adepta est præ cæteris, tantum & in cælis obtinet gloriæ singularis. Vtinam verò tantum veræ lucis aduersariis affulgeat, vt ipsi, positis affectibus, quod multi tùm ex Scripturis, tũ è Patribus copiosè monstrarunt, considerarent: ita profectò cognoscerent: nõ Mariæ modò, sed aliorum etiam Sanctorum animas, quæ sempiterna felicitate fruuntur, vera nobis velut in Christo commembris charitate connecti, assiduam salutis nostræ curam gerere, pia mortalium desideria percipere, nimirùm fulgore diuini vultus cælites omnes irradiante, in quo tanquàm in speculo, res humanas ex alto perspiciant, multò quidem magis & efficacius, quàm in hac vita mortales, communem pro nobis Deum, Deique gratiam implorantes atque impetrantes facere possint. Etsi enim aliud Sãctorum sit officium, aliud Angelorum, quos constat nobis ministros siue administratorios, vt Paulus vocat, spiritus mitti: tamen vtrique sincera erga nos charitate flagrant, eámque virtutem sibi communem obtinent, vtpotè quæ sicut & ipsa quam habent inferorum mortaliúmque rerum cognitio, ex communi vtrisque beatitudine proficiscitur.

Licet Sancti ab Angelis differant, tamen communem habent cum illis charitatem ad iuuandos mortales.

Verùm hæc roties à doctissimis viris disputata, probata, repetita sunt, vt nos frustrà eos pluribus coarguamus, qui solidis tot tantísque argumentis solam peruicaciam, immedicabilem certè morbum opponere solent. Tantùm Germani, præclari certè Patriarchæ Constantinopolitani, dictum asscribam, qui clarissimis fidei oculis Mariam non absentem, sed præsentem aspiciens, vti grauiter, sic etiam opportunè dixisse videtur: Ζῇ σὲ τὸ πνεῦμα Δέσποινα πάντος, καὶ ἡ σὰρξ σὸν διαφθορὰν ἔκ ὑπέμεινεν ἐν τάφῳ, πάντα ἐπισκέπτεις καὶ ἡ ἐπισκοπὴ σὸ πάντας. ὡς γὲ ἂν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν κεκράτωνται τὸ μὴ βλέπειν σὲ, ἀλλὰ σὺ παραγία τοις ἀξίοις σεαυτὴν ἐμφανίζεις· ἡ χὰρ σὰρξ ἔκ ἐμποδίζει τῇ δυνάμει καὶ ἐνεργία τὸ πνέματός σὸ. Latinè sic verti poteit oratio: Spiritus tuus (ô Maria) viuit in æternum, & caro tua in sepulchro corruptionem non sustinuit, omnia obseruas, ac contueris, & inspectio tua ad omnes se porrigit. Quãuis autem oculi nostri impediti detineantur, ne te videre queant, tu tamen sanctissima Virgo dignis te ipsam patefacis ac tacitè manifestando insinuas. Caro enim tua spiritus tui virtutem & efficacitatem nihil quicquam remoratur.

Germani patriarchæ testimonium, Mariã nobis præsentem esse contemplandam.

Serm. 11. de Virg. Assum.

Quod si iudicio carnis isti non obcœcarentur, & vitæ gratiæque spiritualis non essent expertes, multò quidem sublimius de Virgine tàm gloriosa sentirent, neque illam adeò cœcam, surdam ac impotentem fingerent, quę neque mortales de cælo aspicere, non vota eorum audire, nec ærumnis electorum affici, nullâque ex parte opem adferre mortalibus, aut quippiam à Deo impetrare posser. Sed antiquum obtinent, qui animales quum sint, de spiritualibus nequeunt rectè iudicare, mortis vmbris nescio quibus semper affixi. Nam vt Christũ etiam ex viuo mortuum faciant, plerique ipsum viuo corpore & sanguine spoliant in sacrosancta Eucharistia. Ecclesiam verò nescio quod cadauer, veritatis spiritu iampridem vacuum, & in densis errorum tenebris tot ætatibus quasi sepultum effingunt, ac Sanctos demùm omnes, qui cum Christo in cælis coniunctissimè beatissimèque degũt, mortuos magis quàm viuos appellare atque constituere solent. Sinamus vero cœcos istos cum cœcorum duce Caluino densis adhærere tenebris, quas in Iudæis ac Mahometanis ab omni Christiana pietate remotis vtcunque dissimulare possemus, in hominibus autem Euangelicis cum impiis tàm crasse philosophantibus omninò execrari debemus. Quantò autem & sapientior & religiosior fuit, qui Catholicorum sententiam velut explicans, & supinam istorum ignorantiam verberans, dixit: Oportet vt nobis præsentem esse dicamus, quam præsentem salutamus: & vt totam animæ nostræ trinitatem in eam dirigamus quam tàm deuotissimis precibus exoramus. Agnoscit certè, & diligit diligentes se, & propè est in veritate inuocantibus se, præsertim his quos videt sibi conformes factos in castitate & humilitate.]

Aduersarij iudicio carnis obcœcati, cœcam & surdã Mariam fingere solent.

Quomodo sectarij circa mortis speculationes hæreant.

1. Cor. 2.

In Se. 1. Itaque status super Salue regina apud Bernardum.

Deiparam salutante ide illius præsentia certo statuere debent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT DECIMVM.

Depulsio cauillationum & argumentorum, quibus inter alios Nouatores VVigandus, Brentius, Bucerus, Pellicanus, Bullingerus, Marbachius, Iacobus Andreæ & Franciscus Lampertus, Angelicam salutationem oppugnant, vt ab eius vsu reuocent ac deterreant Orthodoxos.

Commune studium est Sectariorum, salutationis huius vsum reprehendere.

QVI hodie Catholicum nomen profitemur, non solum à Ioanne Caluino, verùm etiam ab aliis aduersariis incusamur, quòd solennem frequentémque morem in Virgine matre salutãda retineamus atque defendamus. Ac longo quidem

Cur vsu recepta fit, vt Dominicam orationem recitantes, Angelicam etiã salutationem adiungant.

piæ vetustatis vsu comprobatum est, vt qui Dominicam recitant precationem, Angelicam quoque salutationem, quam isti petulanter arrodũt, statim adiiciant. Etenim postquã diuina institutione formati, sed per Christum adoptionis esse filios declararunt, & quæ ad bona comparanda maláque depellenda pertinent, à Patre suo cælesti precati sunt, ad sacrosanctam illius Virginis memoriam libenter descendunt, quæ ipsis & mundo peperit Redẽptorem, & humanæ salutis in Christo iecit quodámodo fundamenta. Etenim non satis est precari, nisi & eum per quem impetret, precator obseruet, hoc est, vt Patrem oret in Christi nomine, sicut Christus ipse postulat hac addita promissione: Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Cùm verò salutationem Angelicam recitamus statim Christus benedictus ille Mariæ filius, omnisque gratiæ & eorum quæ peti accipique possunt perennis fons, sese nobis offert, nostrámque tùm ad orandum, tum ad obtinendum fiduciam auget vehementer. Deinde cum Dominica precatione hanc salutationem coniungimus, vt eo magis admoneamur, quemadmodum in lapsu humani generis sexus vterque concurrit, & communis mortalium perditio ex Adam & Eua profluxit, ita virum & mulierem vt salus restituatur humana diuinitus constitui atque adhiberi oportere. Adhæc quoniam per Christum redempti summas & perpetuas Redemptori suo agere gratias debent, præsertim pro amplissimo incarnationis Dominicæ Sacramento, in quo Deus plebem suam benignissimè visitauit, commodè gratitudinem nostram hac salutatione testamur, nec Mariam solùm, sed & Deum ipsum tanti beneficij authorem celebramus, qui sanctissimam Virginem omnium cælestium donorum munere cumulauit, eámque perditis nobis alteram Euam, hoc est, vitæ parentem donauit: hinc Virgini matri singularem quoque felicitatem ex animo gratulamur. Succedit deinde precatio siue inuocatio: Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus. Ita enim sanctæ Dei Ecclesiæ visum est, cùm superiore gratiarum actione preces coniungere ac inuocationem, qua piè atque suppliciter ad matrem Dei sanctissimam confugeremus, rati per illam sæpè multos criminibus obrutos, Deo summo conciliari, eáque bona consequi, quæ tum ad hanc, tùm ad æternam vitam necessaria summatim in Dominica precatione petuntur. Atque in hunc ferè modum [a] Catechismus Romanus docet, verbis etiã luculentis adiungens: Nos exules filij Euæ, qui hanc lachrymarum vallem incolimus, assiduè misericordiæ matrem, ac fidelis populi aduocatã inuocare debemus, vt oret pro nobis peccatoribus, ab eáque hac prece opem & auxilium implorare, cuius & præstantissima merita apud Deum esse, & summam voluntatẽ iuuandi humanũ genus, nemo nisi impiè & nefariè dubitare potest.]

Verum hæc Catholica sententia si vllos alios, certè Vigilãtianos, VVicleuistas, VValdenses, horumque doctorum discipulos nouos, maiorem in modum offendit, quantumuis cũ veterum & sanctissimorum Patrum testimoniis egregiè quadret, sicut ex professo posteà conuincemus. Stant enim pro nobis, & Mariam reuerenter salutant ac inuocant [b] Athanasius Magnus, [c] Gregorius Nazianzenus, [d] Ioãnes Chrysostomus, [e] Ephrem Diaconus, [f] Ambrosius Mediolanensis, [g] Augustinus Hipponensis, nunquàm satis laudata ac toti orbi cõspicua Ecclesiæ lumina, quibus [h] Fulgentium, [i] Damascenum, [k] Anselmum, Bernardum multósque alios alibi latos commemorandos Ecclesiæ Doctores volumus esse annumeratos. Ac nos quidem eum talibus tãtisque Patribus malumus errare, quàm cum istis religionis aut nouæ, aut damnatæ professoribus bene sapere, vbi de cultu Virginis agitur. Habeant interim acientes suam isti pietatem atque prudentiã, qui Euãgelici esse non possunt, nisi Sanctis aliis, ac in primis Deiparæ nullum cultum, veneratiõnẽ nullam, priuatim publicéque deferant, nisi cælites omnes meritis, precibus, patrocinijs spolient, nisi demum nouam fidei regulam condant, atq; definiant nimirum Sanctos Deo in cælis coniunctissimos, nobísq; addictissimos longè minus, quã viuos in terra mortales pro fratribus efficere ac impetrare posse. Sed ne aliena intempestiuè commisceamus, tem nostrã, hoc est, Angelicam salutationem ab Ecclesiæ hostibus oppugnatam, & minore in precio apud multos nunquàm habitam, recta persequamur.

VVIGANDVS inter Stoicos Lutheranos non infimus, sicut & [l] Iacobus Andreas inter Vbiquitarios modò primus, mandatum à nobis diuinum exigunt, quò probemus, credentes omnes ad Mariam salutandam impelli. Sic enim istis libet, vt Ecclesiæ vel consuetudini vel authoritati nihil tribuant, ad solas Scripturas, quarum etiam sensum sibi solis vendicant, omnia reuocare. Quasi verò Augustino sint sapientiores, à quo grauissimè dicitur, in re dubia ad fidei certitudinem valere Ecclesiæ authoritatem. Qui præterea legem hanc tradidit: Multa sunt facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officiis grauiora, quæ quum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus.] Qua ratione priscos illos valdeque laudatos homines Abel, Noe, Abraham, Iob, qui ad altare summo Deo sacrificarunt, defendimus,

Sine Dei mãdato multa cum laude facta esse negantur.

Nouatores facilèque multa tentant, non iussa, sine mãdato Dei.

Matth. 18.

Rabbi Mariã salutare nobis cum Gabriele non fas omnia communia.

Refutãdo VVigandũ quomodo eam aliter consideremus quã Gabriel.

mus, & Magdalenam Christi pedes & caput vngentem, ac egenam viduam in gazophylacium bona sua omnia conferentem, sed & Niniuitas vehementis pœnitentiæ indicia declarantes probamus, tametsi hæc pia illorum facta è nullo expresso Dei mandato penderent. Deinde quàm multa, quæso, Sectarij nullo Dei vrgente præcepto sibi permittunt, ac permissa volunt, vtpote pueros tingere, certas ferias obseruare, quibusdam ceremoniis ornare Sacramenta, nouos ritus inducere, veteres abrogare, multáque alia in sacris & templis constituere, ac subinde variare, non vt Dei verbo, sed vt suo arbitrio, & insano sæpe cerebro satisfaciãt? Et non licebit sed prorsus interdictum erit Catholicis, vt in plerisque matrem & magistram sequantur Ecclesiam, quam Christus serio audiendam esse præcepit, & è cuius præscripto, sensu atque consensu tam multa & salutaria quæ scripta non sunt, Christianus orbis tot seculis obseruauit? Postremo si veteris Ecclesiæ institutum, quo Mariam salutare docemur, pergent calumniari suæ Sectæ Doctores & Collegas, qui nobiscum faciunt, & receptum Ecclesiæ morem, vt diximus, defendunt, simul ab illis condemnari necesse est.

IDEM vero VVigandus, ne à duce Caluino discedat, etiam hoc obiicit, Gabrielis officium & factum esse singulare in Virgine salutanda, ac eius exemplum ad alios non pertinere. Habet certe Angelus iniunctum sibi munus propriæ legationis, vt non modo salutet Virginem, sed etiam de futuro eam instruat mysterio. Vtrunque sedulo præstitit, non modo eximium præconem & lætum nũcium, sed fidum etiam admonitorem, siue vt quidam appellant, Pædagogum Mariæ exhibens. Atque hoc quidem officium ille sibi retinet singulare, qui præterea nobis & Ecclesiæ seruiens, suo præludit exemplo, tacitéque monet, quod ad eiusdem Virginis salutationem pij erant porro non sine diuino Spiritu dicturi atque facturi, totque iam seculis cum laude ab illis dictum & factum esse constat. Nihil itaque prohibet, etiamsi Gabriel in hac salutatione habuit aliquid sibi proprium & peculiare, quum primus ad Virginem cælitus demissus fuit, nobis tamen hoc cum illo esse commune, vt quum ad Virginem salutandam accedimus, haud sine admiratione & reuerentia peculiaria Dei dona in ea ipsa contemplemur, & contemplando tali matri præ cæteris gratulemur, nósque illi gratos & deuotos exhibeamus. Id vero vt faciamus, tanto magis haud dubie probat Gabriel, quanto perfectius intelligit, ad salutandam atque laudandam Virginem nunc nobis potiores atque vberiores causas suppeditari. Etenim non in Nazaræno cubiculo latitantem, paucisque notam & obscuram Virginem quærimus, sed in amplissimo cæli palario regnantem, atque vt nullam aliam, vere sublimem, toróque orbi celebratam Dominam nobis præsentem apertis veræ fidei oculis contemplamur. Neque vero eandem humanis calamitatibus ac pœnis, quas in carne multas grauésque pertulit obnoxiam, sed ab omnibus corporis vitæque huius ærũnis remotam spectamus, ipsámque ad felicissimum cælestis vitæ statum perductam, & Angelicis prælatam choris suspicimus atque veneramur. Rursus non suademus, non expectamus, quemadmodum Gabriel fecit, vt Maria diuinum consilium amplectatur, & venturo Emanueli & animum & corpus paratum offerat, seque simul & matrem & Virginem futuram credat, sed in eo perfectè beatam ducimus, & salutando confirmamus, quoniam Angeli verbis credidit, diuino nutui paruit, de Spiritu sancto cõcepit, & casta pepererit mundi Redemptorem. Igitur, quæ laudes salutatione Angelica continentur, tanto nũc in Mariam rectius pleniusque competunt, quanto illa plus veræ virtutis, dignitatis & gloriæ obtinet, quanróque sublimiorem cælestis vitæ statum, qui omnem mentis humanæ captum excedit, iampridem consecuta est. In quem sensum dixit Eusebius Emissenus: Quum gratia plena sit Maria, priusquam concipiat, post conceptionem quanta Dei abundauit gratia quis cogitare potest?] Sic enim & nos profitemur, sic Virginem salutamus, certo persuasi, quicquid gratiæ in Maria primum laudauit Gabriel, id non solum post conceptionem Verbi in matris vtero, sed post Virginis etiam in cælos assumptionem ingentes accepisse profectus, & longe perfectiorem habere sensum, & in illam, à quocunque demum salutetur, pulcherrime quadrare. Quando enim illa sic in terris vnquã plena fuit gratia, sicut hoc tempore, quo post peractum diuinæ dispensationis mysterium & gratiæ & gloriæ bonis in cælo sempiternis affluit? Quando magis cum illa Dominus præterquàm eo loco, vbi sine impedimentis, quæ mortales à vita cælesti remorantur, diuini vultus gloria perfruitur, & cum regnante filio coniunctissime viuit? Quando autem rectius ac plenius inter mulieres benedicta, nisi cùm perfecta & exhibita sunt illi, quæ matri suæ Filius & munera & præmia præparauit, donauit, impendit? Et adhuc nobis cantillabit VVigandus dicétque Sectarius, salutationem haud sine piaculo recitari posse, vel à Gabriele quidem vetitum esse, ne matrem Domini ad immensum illum beatitudinis gradum euectam, velut cæli Reginam suspiciamus, & suspiciendo compellemus, & demum compellando dicamus: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui?

De munere singulari quod Gabriel in hac salutatione ad Virginem gessit, iniungitur ei Virginem salutandam.

In Euangel. Missus est Angelus. Nunc rectè salutari Virginẽ Angelicis verbis, non minus, quã olim à Gabriele factum est.

VBI ALIVD & grauius telum in nos intentat VVigandus, haud sine impetu quodam, si non furore, in hæc verba prorumpens: *Qui Maria hac salutatione compellant, in crimen superstitionis incurrunt, quia contra Dei verbum ex creatura efficiunt Deam, & Mariæ diuinitatem adscribunt.* Grauis hæc quidem & seuera censura est, qua vnus homuncio & nupernatus Lutheri discipulus tot piorum millia sine omni candore perstringit, atque in vniuersum idololatriæ condemnat. Ego vero demiror, Doctorem Euangelicum in primo Dei præcepto tum intelligendo, tum interpretando tantopere hallucinari, vt ex eo nos ac vniuersam Ecclesiam execrandæ damnet idololatriæ. An enim quisquam Catholicus ex Maria facit idolum? sicut non modo VVigandus, sed & [a] Caluinus & [b] Pomeranus nobis audent imputare, perinde atque Virginẽ super ipsum Christum efferamus, & supremi loco numinis habeamus, quemadmodum etiam falso nobis [c] Bullingerus affingit. Adeo illos non pudet Satanæ partes sibi sumere, dum aperte calumniantur & falso fratres accusant, eáque maledicta euomunt, quæ mala mens ira, odio, inuidiáque flagrans suggerit, nimirum vt hoc modo suam effrenem in proscindenda

Quam grauiter à VVigando damnetur Virginem salutantes.

Refutatio cẽsuræ VVigandi tam atrociter damnãtis Catholicos, ob vsum Angelicæ salutãtionis.

[a] In Postill. de fest. Annunc. Mariæ.
[b] In cap. 44. Hieremiæ Prophetæ.
[c] In cap. 2. Ioannis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesia & obscurãda Virgine libidinem expleant. Inauditum est Catholicis, Mariam pro Dea colendam, aut honorem diuinumin illam transferendum esse. Hunc enim cultũ, quem Græci λατρείαν appellant, & [a] Augustinus seruitutem proprie diuinitati debitam interpretatur, nec cælestibus spiritibus, nec terrenis hominibus, nec alicui creaturæ, nec ipsi omnium creaturarum beatissimæ Matri suæ Creator largitus est. Sic enim [b] Petrus Cluniacensis, quem Bernardus prædicat, non suo tantum, sed & totius Ecclesiæ Catholicæ quam defendit, nomine publice confitetur. Damnat igitur Ecclesia Collyridianos Mariam pro Dea colentes, & quotquot olim fœminæ Virgini matri nefarie sacrificarunt, illámque loco numinis adorandum esse putarunt, sicut Epiphanius annotauit. At vide interim nouam istorum sapientiam, qui dum Catholicis, imo sanctissimos Patres ob inuocatam Virginem superstitionis, adeóque idololattriæ audent insimulare, Cõstantinũ Copronymũ pro pio & religioso principe coguntur agnoscere atq; prædicare. Copronymum, inquã, qui tũ in religione, tum in vitã ac moribus, omnium veterũ iudicio impurissimus, & Satanæ organũ lectissimũ fuit. Is enim non modo Mariæ cultum in Ecclesia receptum improbauit, sed hanc Legem etiam publice promulgauit: *Ne Mariæ quidem intercessionem quisquam petat, neque enim iuuare illa quenquam potest*, sicut Suidas & Paulus Diaconus memoriæ prodiderunt.

Mariam pro Dea colere & adorare nefas in Ecclesia. a *Lib. 8. cap. 27. & lib. 22. c. 10. de ciuitate Dei.* b *Li. contra Petro brussianos ca. de veneratione S. Crucis. Hæresi. 79. contra Collyridianos.*

Constant Copronymi decretum impium.

EANT igitur Nouatores, & hunc sceleratissimum principem, si velint, æmulentur, habeántque patronum, vt ne sit illis quicquam cum Mariæ inuocatione commune. Fingant præterea, totam Christi Ecclesiam tam diu in tenebris iacuisse, & idololatriæ sordibus immersam fuisse somnient, quandiu sonuerunt hæ voces: Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus. Atq; hoc est scilicet, si nouis & cœcis Catechistis credimus, primũ Dei præceptum violare, Christũ abnegare, ex Maria numen cõstituere, & creatori demũ creaturã exequare. Cur ita rogas? Quoniã Mariæ inuocatio, vt dicunt, cum Dei verbo pugnat, & est idololatrica. Sed probandum hoc erat inprimis, quam nos inuocationem Mariæ & Sanctis deferimus, ac olim detulit Ecclesia, cum excellenti cultu, qui soli naturæ diuinæ cõpetit, impie coniungi atque commisceri. Quam inuocationem (nec enim Dei solum, sed & hominum, licet defunctorum, inuocationem Augustinus agnoscit ac statuit) haudquaquam idololatricam esse, multi é nostris sæpe ac solide demonstrarunt. Tum Sectariorum antesignanus Lutherus non repugnat, quo minus pro veteri more Sanctos inuocemus, si tamẽ ita sensit, quemadmodum scripto testatus est. Scripsit autem in hunc modum: *De intercessione diuorum cum tota Christianorum Ecclesia sentio & iudico, pios sanctos à nobis esse honorandos & inuocandos. Quis enim potest contradicere his, quæ adhuc hodierna die mirabiliter & visibiliter apud Dinorum corpora & sepulchra operatur Deus? Hoc tamen fateor me dixisse, non esse Christiani hominis, dinorum suffragia magis pro temporalibus quam spiritualibus rebus & commodis inuocare.* Et paulo post: *Proinde sic inuocandi sunt, vt Deus per illos inuocetur, sicut in Psalmo 131. legimus: Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius. Sic sanctus Moyses in precationibus suis adfert Deo Abraham, Isaac, Iacob, quemadmodum & Ecclesia hæc omnia*

Spernendi ad uersarij, dum negant Sanctorum inuocationem.

Lutherus inuocationem Sanctorũ confirmat ab authoritate Ecclesiæ à miraculis, & exemplis, quæ in Scripturis extant.

A *suo exemplo pulchre docet.* Tum in Postilla, quæ germanum Lutheri spiritum cum arrogantia maledicentiáque summa coniunctum egregie prodit, hæc eius verba leguntur: *Ad hoc sanctis opus est, sed quod proximo tuo. Quemadmodum enim proximo dicis: Ora pro me Deum, sta de illis dicere potes, D. Petre ora pro me, Non peccas, sietis vt pro te orent, instes.* Ac alibi rursus Maria loquitur: *Pro deprecatrice eam libenter habebimus, vt & alios sanctos.* Atque iterum vt se Vigilantianum non esse commonstret, ingenue scribit ad Gregorium Spalatinum: *Non fuit mens mea vnquam, venerationem Sanctorum esse superstitiosam: neque inuocationes vitiosas pro causis vel corporalissimis. Hoc enim sapunt Hæretici nostri Pichardi & Bohemi.* Eodem modo sese purgat, quum pugnat contra Louanienses: *Non negami vnquam, inquit, nos meritis & precibus Sanctorum quantumlibet imperfectis iuuari, quod subdole mihi mouere conantur miseri homines.* Tam crebro ac sectio agit Lutherus, vt communem Ecclesiæ doctrinam de Sanctis inuocandis non abiicere, sed potius approbare videatur. Et qui Lutherum, licet non per omnia, secutus est Bucerus, ingenuam hanc confessionem edidit: *Intellexerunt sancti Patres, etiam Dinos, qui iam apud Christum viuunt, pro nobis intercedere, & hoc pacto intercessionem meritaque eorum respici à Deo & orauerunt.* Sed neque Camerarius ab hac Sanctorum inuocatione alienus est, quam nisi probaret, nunquam ita scriberet: *Pia affectio erga illos & votum communium precum non posset, vt opinor, damnari, quum neque aduersetur doctrinæ veritatis cælestis, & exempla vetustatis extent.* Quid vero Oecolampadius? *Sancti in cælis, ait, sua charitate flagrantes non desinunt pro nobis intercedere. Quid igitur mali, si hoc petamus fieri, quod credimus Deum velle, etiamsi nihil tale præceperit? Quid mali, si & concedamus patrocinia Sanctorum, modo id cum specte opportune & modice fiat pro auditorum qualitate? Id quod agit Chrysostomus, & Nazianzenus quoque in laudibus Cypriani: & obseruãt hoc fere omnes Ecclesiæ tam Orientis quam Occidentis.* Ego vero id genus plura, quæ Mariæ inuocationem confirment, ex [c] Bucera, quæ Mariæ inuocationem confirment, ex [c] Bucera, quæ Mariæ inuocationem confirment, ex [c] Bucera

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacro Euangelico colliguntur: horum sacra est, & piis frequens esse debet meditatio: ea igitur in recitando Rosario adhibetur. An hoc criminis loco ducent? Quibusdam placet quinquagies duntaxat, aliis frequentius Virginem ex more salutare, intermixta dominica precatione. An isthuc nefario sceleri dabunt? Vbi tamen nihil certi præscribit Ecclesia, sed in suo quémque sensu, qui cum aliqua sit pietate coniunctus, sinit abundare, vt qui velit, hoc illóue modo Matrem Domini salutet ac veneretur. Qui maiore iudicio valent, & Euangelicæ historiæ sunt vtcunque peritι, vtiliter ita Rosarij pensum absoluunt, vt secum animo reputent, quæ læta & tristia Christo eiúsque matri in Euangelio legimus potissimum accidisse. Hinc porro & gratulandi & commiserendi occasionem Christianus colligit animus, seque ad Mariæ imitationem præclarè componit. Hæc enim Virgo est, quæ vt nemo alius, diuina & humana Christi opera intimis animi sensibus percepit, ac præsens fere conspexit omnia, quæ nos ex Euangelio discimus, & iam olim gesta fidei tantum oculis contemplamur. Felix & sapiens illa meditatrix, quę in scrinio sancti pectoris ea, quę & in Christo videbat & audiebat, acuratissime cõseruabat, ac subinde animo ardentissimo post Christum etiam in cælos subductum secum reputabat. Ad huius exemplum ea pietatis exercitatio pertinet, quam nostri maiores in recitádis, vti vocantur, Rosariis religiose admodũ posuerunt. Igitur globulos precatorios, siue calculos benedictos, vti vocant, in vsu habuere, & ad salutandam sæpe Virginem seipsos & alios excitarunt, rati & Deo & Matri gratum offerri munus, quum spirituale velut sertum mysticis contextum floribus, & ex Euangelicis conflatum tum vocibus, tum mysteriis, in fide non ficta apportarent. Rideant isthęc Sectarij, quos iuuat quamuis probata Ecclesiæ instituta, ipsaque Christi veneranda Sacramenta vel flocci pendere, vel subsannare, vel conculcare. At certe quidem res ipsa, quæ cum Euangelicæ veritatis meditatione, & cum Christianæ precationis vsu coniuncta est, non modo iusta reprehensione vacat, sed & sapientum laudatione, & bonorum imitatione digna est. Neque vero de hoc modo agitur, vt in huiusmodi rebus externis vel iustitia, vel fiducia, vel salus animi collocetur, sicut aduersarij calumniantur: sed huc itur, vt inter alia veteris pietatis exercitamenta, quæ veluti per manus nobis tradita accepimus & retinemus, hoc etiam aduersus hostes Ecclesiæ tueamur, & in vium legitimum ad Christi Mariæ gloriam sedulo reuocemus.

Variam piorũ esse consuetudinem in hac salutatione sę pius recitãda

De ratione & fructu vtiliter versandi circa Rosaria, vt vocant, in laudem Virginis.

Luce 2.

De veteri vsu Rosariorum.

Contemnendos esse nouos calumniatores, qui sacra fere omnia deridẽt

Non collocari a piis fiduciam in ritibus externis, quando illis vtuntur.

Landandos & promouẽdos bonorum effectus ad Dei ac Mariæ cultum conspirãtium.

VBI RVRSVS offendit æmulos, quod ex his qui Mariæ deuoti velint esse cultores, cœtus aut soliditas quædam (vulgo fraternitatem vocant) pie constituatur. Cur autem offenduntur, si in hoc studium pij cõeant, sanctámque ineant societatem, nullius quidẽ lucri aut quæstus, vanæue cupiditate permoti, sed diuini cultus & Marianæ laudis amore ac desiderio inflammati? Deinde cur non ferat, non probet, non sibi gratum ostendat, non spiritualibus præmiis, non sancta liberalitate compensẽt mater Ecclesia, quicquid pie ac piis filiis in hoc genere instituitur, præsertim vt per hanc occasionem plerique non solum in fide, sed etiam in precatione & charitate piisque operibus magis exercitentur? Atque vtinam permultos habeamus, qui in hanc præclaram societatem dent nomina, & parte saltem ex aliqua compensent, quod alij tam multi siue per socordiam, siue per malitiam in colenda Virgine prætermittunt. Etenim si verum fatebimur, auita fides ac pietas passim iacet proculcata, oratio tum priuata tũ publica prope in desuetudinẽ venit, diuini timoris & amoris vincula quælibet disrupta videntur, ac demum nouarum de fide contentionum & hæresum flammæ sic populares animos incenderunt atque deuastarunt, vt plerique solius fidei & nudi Christianismi professione contenti, non Deũ reuereantur, non Christo gratias agant, non Mariam ament, non Superos agnoscant, & vix inferos quidem esse credant. Ac licet multis inter se modis hodie Sectarij de fidei rebus grauissimis cõfligentur, multáque errorum monstra foueant, & ab omni veteri sint pietate remoti, tamen in hoc facile consentiunt atque conspirant omnes, tem vt credant cumprimis egregiam Deoque gratam, & orbi salutarem se facere, si possint mortis Christi memoriam in Messiæ sacrificio abolere, decretos Mariæ & Sanctis honores è medio tollere, omnémq; veteris Ecclesię disciplinã dissoluere & exterminare. Hæc obiter indicasse sat sit, non solũ vt putres arbores à tetris fructibus rectius agnoscantur, verum etiã vt Catholici in Virgine salutanda magis magisque confirmentur, & neque per apertos, neq; clancularios Ecclesiæ hostes, quibus núc plena sunt omnia, se à veteri pietate diuelli facile patiãtur. Sed enim quidem hac salutatione solent abuti. Quid vero isthuc noui, vt rebus optimis, ac sacris etiam diuinisque literis pessimi abutãtur? Ineptiũt prorsus, quibus tantopere placet argumentandi ratio à quorundam abusibus deducta, quia zizaniis, vticis & spinis nec vacauit, nec vacabit vnquam ager Dominicus, quantumuis in eo repurgando & excolendo fidi laborent agricolæ. Nulla domus, nulla religio tam casta & pura vnquam extitit, in quam non naui, maculæ, sordes non irreperent, & cuius sinceritatem incuria hominum, & diuturnitas temporũ non aliqua ex parte vitiaret. Nam & apostatas ex Angelis in cælo factos legimus, & in Christi familia proditorem sacrilegum, multósque dominica reprehensione dignos reperimus. Sed ô præpostéros ac ineptos reformatores, qui vt malas fruges auferant, etiam bonas euellunt, & in curandis morbis nullum nisi præcisionis remedium nõrunt, ac demum abusus non corrigũt, sed augent miscéntque nouis & insanis erroribus.

Ecclesia nunquam fuit sine his quibus se certissime tuetur Sedes Apostolica.

CAPVT VNDECIMVM.

Refutatio sententiæ Stephani de Malescot, quomodo veteres vsi sint hac salutatione, & Deiparam non solum imitationis cultu & exemplo honorandam esse: demum variis & præclaris modis à sanctis Patribus Mariam salutari.

STEPHANVS

De noua opinione Stephani de Malescot quomodo veteres vsi sint Angelica salutatione

In noua sua Catechesi.

STEPHANVS de Malescot Belarborensis, qui se Theophilogum vocat, litè in præsenti causa nobis aliam mouet, modis & ipse obsistens omnibus, ne cum Angelo, Aue Maria dicamus. Etsi enim fatetur, morem salutandæ Virginis veteribus Orthodoxis agnitum & vsitatum fuisse, quod alij inficiantur: tamen hoc ita factum videri vult, vt Euangelij quædam esset lectio, ex qua populus veram fidem de Mariæ virginitate & Christi cõceptione in templis confiemare admoneretur, præsertim quo tẽpore hæc ipsa fides à Manichæis & Hæreticis aliis non leuiter oppugnabatur. Pulchrum scilicet inuentum Sacramentario doctore dignum, qui nunc primum nobis persuadere conatur, veteres hanc salutationem pro lectione Euangelij habuisse, ac duntaxat ob Hæreticos, vsum eius ad tempus recepisse.

Opus diligentia vtendum, ne spiritus Antichristi quem in Pontificatu habemus, fidem Catholicam subuertat.

Refutatio dictæ opinionis. Quomodo veteres hac vsi sint salutatione.

Vide de salutatione Angelica. Extat Græce & latinè

CVR VERO non profert vel testimonia, vel indicia saltem leuia eruditæ vetustatis, quibus facilè cidam coniecturam suam approbet, fidémque nostris faciat de prælecta vel decantata in templis eiusmodi salutatione? Certe non recens est author, sed ante annos fere mille floruit Andreas Patriarcha Hierosolymitanus, qui nulla Hæreticorum ratione habita, commentariũ in hanc ipsam salutationẽ luculentum edidit, atque vt videtur, apud populũ eandem est concionatus. In qua concione latis ostendit, sibi non cum Hæreticis, sed cum Catholicis esse negotium, quibus hui[a] salutationis vsum & fructũ explicat, sui nempe seculi cõsuetudinem receptam ostendens. Igitur eandem salutationem diuinæ Scripturæ sententiis multis exornat, & ad Mariæ commendationem singularem applicat, etiamsi hoc præclarum eius studium suggillent mordaces lusisque fugientes Centuriatores. Tum qui hoc ipso Andrea vetustiores & celebriores fuere scriptores Athanasius & Ephrem, hanc salutationem in tanto pretio habuerunt, illam vt suis monumentis & precibus inserere non dubitarint. Ac plura quidem id genus Patrum testimonia, quæ fortasis hic homo nunquam aut legit, aut perpendit, paulo ante citauimus, ac postea in medium adducemus.

Omnia vtilia docetis & cum nihil pugnantia retinetis.

Centur. 6. cap. 4.

Quod ad veterem Ecclesiam attinet, longe illa prudentior atque cautior profecto fuit, quam vt præsentes Hæreticos per salutationem Angelicam coarguendos conuincendósque putaret. Sciebat vtique sagax vetustas, aperta Scripturæ testimonia non deesse, quæ magis in rem præsentẽ facerent, & impugnatæ fidei causam contra Hæreticos solidius vindicarent, eáque sapiẽter haud dubie à Doctoribus in suggestu tradebatur, ac fortasis etiã publice decantabatur. Cui rei maiorem fidem præbet, quod iam olim, quum antiqua floreret pietas, ad altare sacrificantes, siue sacris operantes hac salutatione passim vterentur, quemadmodum formulæ de re Liturgica Græce conscriptæ non obscure demonstrant. His vero Iacobus Apostolus, Ioannes Chrysostomus & Basilius Magnus ediderunt, editásque recepit, ac multis porro seculis in vsu habuit Ecclesia Orientalis. Quid vero mirum, salutationẽ hanc de more, pietatis causa tũc dictam esse, quum solenne ac vsitatum etiam foret, Sanctorum nomina quotidie in sacrificio recitare, & eorũdem apud Deum pro vtilis ac mortuis fratribus petere intercessionem? De hoc enim more [a] Cyrillus meminit Hierosolymitanus, sed & [b] Augustinus, cóque vetustior [c] Dionysius Areopagita testatur. Nec erat veteribus inusitatum, vt ostendimus, ad hanc ipsam salutationem alios inhortari.

Non esse Pontificum interdicta fidei in quibus communicamus.

Pene frequens & solennis olim vsus fuerit Angelicæ salutationis.

a In Cateches. 5. mystagog.
b Lib. 20. contra Faustũ. Et lude cura pro mortuis agenda.
c De Eccles. Hierar. ca. 3. Sup. finem epilogum.

Succincta explicatio Angelicæ salutationis.

QVOCIRCA vt semel finiamus, & libenter & frequenter, si sapimus, Deiparam salutemus nostræque & auitæ pietatis declaremus affectum, vt Euangelico spiritu afflati, & ex hostium maledicẽtia ad benedictionem quodammodo inflammati, sæpe multúmque dicamus: Aue Maria gratia plena, Dominus tecum. Gaude, inquam, Virgo sacrosancta, multis Prophetarum promissa oraculis, prisci desiderata Patribus, & magno Dei summi munere nobis exhibita, non morientium, sed reuiuiscentium, imò Dei etiam ac hominis Mater. Gaude nõ solum ab omni peccatorum næuo libera, sed & inexplicabili gratia præ Sanctis omnibus plena, vere stella, cælum & terram illustrans. Gaude adeo vnita Deo, vt carnis tuæ substantiam diuinæ naturæ in vna persona copulandã suppeditaueris, ita vt & Deus homo, & homo fieret Deus. Gaude quæ sola incomprehẽsibili modo, & summa summi Dei virtute concepisti, gestasti, peperisti, lactasti, educasti dulcissimum Emanuelem. Gaude benedicta inter Virgines, quibus sterilitatis opprobrium abstulisti, & inter mulieres omnes, quibus primã dignitatem à prima muliere corruptam & perditam restituisti: nec minus benedicta inter & supra creaturas omnes, solo Filio ac Deo inferior. Et benedictus fructus ventris tui, in quo tribus terræ & hierarchiæ Angelicæ in æternum benedicuntur atque sanctificantur: fructus inquam, IESVS CHRISTVS, quem tu sola communem cum Deo patre habes filium, & perdito mundo exhibes Redemptorem. Sancta Maria mater Dei, quam Deus in summum prouexit honorem, vt generationes omnes te in primis beatam celebrent, magnóque cum fructu colant, ora pro nobis peccatoribus, vt quem tu Saluatorem pastoribus atque Magis, hoc est, Iudæis & gentibus primum manifestasti, eum nos etiam propitium iudicem habere, & in Regnõ eius tecum perpetuo gaudere possimus.

Luce 2. Matth. 2.

NOS VERO in depellendis aduersariorum argumentis finem faciemus, si vanum & illud commentum reiecerimus, quod nobis obiectare solet, Mariam imitatione morum & exemplo vitæ honorari oportere, ac idcirco factam ab Angelo salutationem, quæ ad laudationem, non ad imitationem faciat, frustra nobis repeti & vsurpari. Hinc dictus ille Stephanus auder dicere, Mariam imitatione morum & vitæ duntaxat honorandam esse. Equidem non negamus, quin & libenter fatemur, Mariam vna cum Sanctis aliis in exemplum nobis proponi: vt quorum triumphos & æternam gloriam suspicimus, præclara etiam facinora imitando exprimamus, eósque duces ad felicitatem præeuntes eadem velut via sequamur. Ex his ducibus erat, qui cæteros Christi milites fidenter exhortans, ac velut signum erigens, dicebat: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quem sanctæ imitationis cultum, vt Maria rite à mortalibus honoretur, non modo semper laudabilẽ, sed & imprimis necessarium esse pronunciamus, ne quis fortasse sola Virginis veneratione vel inuocatione contentus, eor-

In sua Catechesi. Citra controuersiam in exemplum & ad imitationẽ nobis Mariã, vt sanctos alios proponi l. 3. c. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rigendæ vitæ curam abiiciat, & contra Mariæ morem & exemplum à præscripta diuinæ legis norma, quæ Christi & Sanctorum imitatores exigit, pudendo studio sese subducat. Præposterum enim & frustraneum prorsus in colendis Sanctis est studium, vbi de sectandis illorum vestigiis & exemplis nulla vel exigua cura suscipitur, quemadmodum [a] Augustinus & [b] Chrysostomus prudenter admonuerunt.

a Serm.1. & 22.de Martyribus. b Hom.42. in 1.ad Cor. epistolæ.

Mariæ & sanctorum cultus plus à nobis exigit quàm imitationem.

VICISSIM autem & illud testamur, qui cultus & honos Mariæ Sanctisque debetur, non sola imitatione constare ac perfici, sicut suo quidem exemplo Ecclesia tot seculis in Sanctis eorúmque festis celebrandis luculenter ostendit. Sanctorum enim memoriam celebrat, & inde ab initio celebrauit, non solum ad excitandam in nobis imitationem, verum etiam vt meritis ipsorum consociemur, atque orationibus adiuuemur, quemadmodum [c] Augustinus, [d] Isidorus, [e] Rabanus perspicue docent, ac post [f] Origenem [g] Bernardus quoque confirmat. Hinc illæ solennes, antiquæ, probatæ, quæ adhuc durant in Ecclesia, loquendi formulæ Deum ita precari docent: Vt quorum natalitia colimus, per eorum ad te exempla gradiamur: Vt quos veneramur obsequio, eorum pium ingiter experiamur auxilium: Vt quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Præsta nobis ex eorum imitatione proficere, & oratione fuleiri, per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum. A quo Latinorum vsu non dissident Græci, quemadmodem eorum non modo preces quotidianæ sacris è Patribus collectæ, sed etiam Liturgiæ tot seculis recitatæ commonstrant.

c Li.20.contra Faustum ca.21. & lib.8.de emit. Dei cap.27. d Lib.1.de offic.Eccles. cap.34. e Lib.2.de instit.cleri. cap.43. f Hom.3.in diuersos. g Sermo.in Virgilia Petri & Pauli Apostolorum.

Aduersarios moliri, vt nec imitationis cultu Sancti honorentur

VIDEANT interim ac iudicent sapiétes, recte ne aduersarij de Sanctis hodie mereantur, quibus vt cultum omnem adimant, imitationis etiam honore eos fraudare, & nos fructu eius spoliare, quicquid tandem fuci prætexant errori, haud obscure nituntur. Exemplo sit Ioannes ille Baptista, quo maior nemo Sanctorum Christi testimonio in orbe prodiit, sed qui à nouis doctoribus ita depingitur, populóque commendatur, diserte vt moneant, doctrinam eius, non vitam obseruandam esse. Igitur de imitando illo, quod ad abstinentiam, continentiam, pœnitentiam attinet, nullum sollicitum esse oportere contendunt. Imo vero illorum studium reprehendunt, qui rem familiarem pietatis ergo deserunt, qui paupertatem voluntariam colunt, qui vitam priuatam & austeram pietatis ergo deligunt, hoc est, qui Ioannem Zachariæ filium summumque Prophetam quadantenus imitari in animum suum inducunt, etiamsi ad imitandum illum se sentiant diuinitus excitatos. Atque vt ad nostram Virginem redeam, etsi hanc isti verbis aliquando prædicant & honorant, tamen si propius inspicias, reuera eleuant paruique pendunt, & ab eius imitatione homines auocant, dum fabulantur, decretam illius pudicitiam ne illis quidem, qui legem sacri cœlibatus amplexi sunt, in exemplum esse vertendam, nec virginitatem magis, quam cõiugium Deo placere, hominique prodesse. Prætermitto alia id genus recensere, quæ nos de Ioannis Baptistæ historia disputantes produximus, simulque planum fecimus, Sanctos ac præclara eorum facinora, vota, decreta, instituta, quæ tot seculis probauit Ecclesia, ab aduersariis odiose conuelli, ac vulgo tãtum non

Quomodo nunc honorẽt Ioannem Baptistam nouatores, præsertim cultu imitationis.

Mariam vero imitationis cultu hodiè spoliari.

deridenda proponi. Tam pulchre isti, quod à nobis exigunt, præstant, vt Sanctorum imitationem veram proponant, eósque sincero imitationis cultu in Ecclesia vel ipsi prosequantur, vel alios prosequi doceant atque finant.

Multa in Sanctis admiratione potius digna, quam ad imitationem trahenda.

SCIMVS autem, ac ingenue profitemur, multa in Sanctis admiratione potius digna, quam ad imitationem trahenda reperiri, & res ipsa docet, rara quædam Dei dona, quæ in electis illis Spiritus sancti organis iure laudantur, omni omnium hominũ ordini minime congruere, neque præterea vocationes varias misceri oportere. Quocirca seueram Ioannis Baptistæ vitam magistratibus, perpetuam Mariæ castitatem coniugibus, Apostolicam rerum omnium abdicationem ciuibus & mercatoribus imitandam proponi, aut præstandam iniungi, quis demum obsecro, nisi stolidus, aut doceat, aut probet? Reprehendimus autem in aduersariis, quod Sanctos nõnullos, vt Gregorium, Christophorum, Catharinam, Barbaram, de quibus nihil ipsi forte legerunt, pro meris Chimeris deputãt, & in rerum natura nunquam extitisse, nunc primum impie fabulantur. Reprehendimus, quod præclare & diuine ab illis facta, quæ naturæ nostræ captum excedunt, carnis iudicio metiuntur, atque tam leuiter inficiantur, & stulte cõtemnunt. Reprehendimus, quod quum alibi, tum in Sanctis bonorum operũ doctrinam mala fide tractant, obscurant atque deprauant. Reprehendimus, quod Sanctorum opera quantumuis Ecclesiæ calculo comprobata, ipsi pro næuis, corruptelis & lapsibus sæpe ducunt, nonnũquam superstitioni, vel hypocrisi deputant, eáque vanissime insectãtur, quoniã Dei verbo & præcepto expresso, vt dicunt, caruerint. Reprehendimus, quod simul communes, vt sic loquar, & peculiares virtutes, quas velut lumina in Sanctis Deus voluit elucere tenebriones isti si non extinguere, at certe multum offuscare & imminuere, nec raro suspectas omnibus reddere sine vllo candore conantur. Reprehendimus demum, quod multis ad socordiam aperire fenestram solent, ne facile modo quisquam ad heroicas Sanctorum virtutes aspiret, neue ad meliora charismata cum Sanctis æmulanda, vel ob meritum, vel ob præmium sese alioſue excitet atque cohortetur.

Quibus in rebus aduersarij reprehendi, & quibus ratione sanctorum facta defendi possint.

VERVM vt à nostra Virgine non longius discedamus, constãs doctorũ hucusque fuit & est sententia, illam non solum in vita & moribus imitandam, sed & egregiis laudibus, publicisque honoribus afficiendam esse. Vnde nec Erasmum fateri puduit, sanctissimæ Virginis cultum quatuor in rebus potissimum consistere, in laudibus, in honoribus, in inuocatione & in imitatione. Tum vetus author Sophronius, vt inter venerationis & imitationis Marianæ cultum distingueret, in hunc modũ scribit: Quoniam hæc est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viuentium, ad quam nulli potuerunt doli irrumpere, nec prævalebit fraus inimici, sed permanebit sancta mente & corpore, multis donorum priuilegiis sublimata: idcirco hanc imitamini moribus, sequimini castitate, huius implorate auxilium.] Agnouit & Bernardus, nec solum venerandam, nec solum imitandam esse Mariam, ac propterea dixit: Veneramini coniuges in carne incorruptibili integritatem: miramini etiam vos sacræ Virgines in virgine fœcunditatem, imi-

Marię cultus plurimis in rebus à cultu aliorum Sanctorum differt.

Possumus quam vellemus Liturgiam Zuingliã. Serm.de Assumpt. Mariæ Virginis. Parere non venerari Virginem imitari Virginem, non adorare. Hom.6. cantu. Nestorium dicta. Hymn.3.de B.Virgine. Hymn.2.de Maria virg.

tamini omnes homines Dei matris humilitatem.] Ac alibi dilucidius, quũ de Maria inuocãda nõ pauca dixisset, hoc etiam adiecit: Nõ recedat ab ore, nõ recedat à corde: & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras cõuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias: ipsam rogans non desperas: ipsam cogitãs non erras. Ipsa tenente nõ corruis: ipsa protegente non metuis: ipsa duce non fatigaris: ipsa propitia peruenis.] Tam sapiẽter monet Bernardus semperque docuit Ecclesia, Marię sola inuocatione nobis non esse nitendum, sed & imitandi studium, quoad eius fieri potest, ad benè beateque viuẽdum à singulis adiungi oportere. Vnde mulier Euangelica, quæ Mariam peculiariter extollebat, hoc à Christo responsum tulit, eos demum beatos esse, qui simul Dei verbum audirent & custodirẽt, Mariæ scilicet prædicatæ moribus & vestigiis adhærentes. Hoc enim est dicere: & mater mea quam appellatis felicem, inde felix, quia verbum Dei custodit, vt Augustini verbis vtamur.

Nonveneranditum, sed detorquendo Mariam, feliciter reddimur.

Luc.11.

Tract.10. in Ioan. Euã.

IAM verò Patres quum de Maria tractant, de hac eius imitatione nullam fæpè faciunt mentionẽ, sed duntaxat in eius vel inuocatione, vel laudatione versantur, vt sequentes veterum sententiæ cõmonstrabunt. Illustris Poëta Sedulius, qui ante annos mille notus etiam Hieronymo floruit, Virginem Matrem hoc Carmine prædicat atque salutat:

Tethimonium Sedulii & Nazianzeni de Maria & inuocata matris.

Lib.2. Carminum.

Salue sancta parens, enixa puerpera regem,
Qui cælum terramque tenet per sæcula, cuius
Numen & æterno complectens omnia gyro,
Imperium sine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia Matris habens, cum virginitatis honores
Nec primam similem visa es, nec habere sequentem,
Sola sine exemplo placuisti fœmina Christo.

In Tragœdia Christus patiens.

TVM Gregorius Nazianzenus, qui Theologi nomen promeruit, ac Græcis irrefutabilis Doctor est, in suis Poëmatis sic Domini Matrem affatur:

O filia cælestis & interius gloriosa,
O magnis choris assistens regnaturis
Canoribus, & sit te corpus & terra continet,
Huc ades, & fare verbum: ego vero ante te
Stabo, quippe enim mihi diuino munere
Venisti.]

Matth.11.

QVID isthæc quæso, aliud sibi volunt, nisi quod vir tantus Mariam allocuturus, seipsum prorsus deiicit, & venerabundus tantæ Reginæ ambit gratiam, quam apud Deum valere, & mortalibus prodesse posse, certo credebat? Nec solum Gregorius, sed & Sedulius nos admonet, Mariam etiam seposito, sed non contempto imitationis cultu ritè laudari, adeoque inuocari mortalibus. His adiungam Cyrillum Alexandrinum, coram grauissimo Patrũ cœtu, & in Ephesino templo Deiparæ dicato dissentem, quam & præclaris epithetis additis reuerenter ita compellat: Salue sancta & arcana Trinitas, quæ nos omnes ad hanc Deiparæ Mariæ celebritatem conuocasti. Salue & tu quoque Dei genitrix Maria eximium vniuersi terrarum orbis decus & ornamentum. Tu lampas inextinguibilis, tu virginitatis corona, tu rectæ fidei sceptrum ac norma, tu templum inuiolatum, tu eius sedes, qui nullo capitur loco. Tu Virgo & Mater, per te benedictus qui venit in nomine Domini, in Euangeliis appellatur. Salue quæ incomprehensibilem in sancto virginali vtero cõprehendisti. Salue per quam & sancta Trinitas sanctificatur, & veneranda crux colitur, & in

Cyrilli salutatio Deiparæ in templo cũ decreta eius synodus commendata fuit.

A vniuerso terrarum orbe adoratur. Per te cælũ exultat, per te Angeli & Archangeli lætantur, per te dæmones fugantur, per te diabolus tentator è cælo decidit, per te prolapsum plasma siue figmentum in cælum recipitur. Per te vniuersa creatura idololatriæ vanitate occupata, ad veritatis cognitionem deducta est. Per te sacrum Baptisma & oleum exultationis obtingunt credentibus. Per te in vniuerso mundo fundatur Ecclesiæ. Per te gentes & infideles ad pœnitentiam adducuntur. Et quid multis moror? Per te vnigenitus Dei Filius iis, qui in tenebris & vmbra mortis sedebant, tanquam lux vera resplenduit. Per te Prophetæ futura prædixerunt. Per te Apostoli salutem gentibus prædicarunt, per te mortui resuscitantur, per te Reges sancta Trinitate duce regnant. Et quis adeo valet eloquentia, qui Mariam plurimum laudatam Matrem & Virginem (stupendum rei miraculum) pro dignitate celebrare & deprædicare possit? Ac scio isthęc præconia morosis aduersariis non placitura, quæ tamen Theologus ille sapientissimus simul & religiosissimus ad Mariam ornandam coram doctissimis Patribus, & sacro in loco confidenter exposuit, nihil veritus eiusmodi momos, qui sua verba laudatoria improbè calumniarentur. Similis autem Damasceni est oratio, Mariam hoc modo salutantis atque prædicantis: Salue decus omnium honorificentissimum. Salue ô Deipara ac Verbi mater. Tu enim paradisi clausirum nobis aperuisti, tu aditum nobis ad cælum patefecisti: tu Filio ac Deo familiares nos reddidisti.] Ac alibi orationem iterum habens de Deipara, Saluto, inquit, te Maria, dulcissimum Annæ pignus, ac eandem orationem verbis Angelicæ salutationis apertè concludit. Quod salutandi genus atque officium Damasceno vltarum & familiare fuisse, carmina eius Ecclesiastica comprobant, ex quibus vnum saltem adscribam: Salue fons perennis fluenti. Salue Paradisi delitiæ. Salue turris fidelium. Salue intemerata, omnium lætitia. Salue tu per quam nobis exortus est laudabilis Patrum Deus atque superglorioſus.]

In orat. de dormitione Virgin.

Orat.1. de Natiuit. Mariæ.

Extat Chrysippi presbyteri Hierosolymitani oratio nõ ita pridẽ Latinè versa, quę de Maria præclarè disserit, atq; ad Angelicã salutationem recitandam hortatur, his etiã verbis prima eius verba declarans: Aue semper. Aue gratia plena. Aue quęvuluã adepta es præter naturã, vel ipsis cęlis latiorem: quãdoquidẽ per hanc comprehendisti eum, quem ne cęli quidẽ capiunt. Aue fons lucis omnẽ hominẽ illuminantis. Aue solis ortus, qui nullũ ferrepotest occasum. Aue armarium vitę. Aue, quę es hortus Patris. Aue, quæ es pratũ totius fragrantię sancti Spiritus. Aue radix omnium bonorũ. Aue specimẽ gemmæ omne pretium excedentis. Aue vitis vuas pulchras producẽs. Aue nubes pluuię potum animis Sanctorũ exhibẽtis. Aue quę es puteus semper viuentis aquę. Aue quæ es rubus ardens igne spirituali, nusquam tamẽ adureris. Aue porta clausa, soli Regi aperta. Aue mõs, vnde lapis angularis absciſſus est sine manibus. His enim atque aliis multis huiusmodi cuncti qui Deũ gestant, particulatim eam alloquuntur.] Quæ postrema verba non obscure commonstrant, multorum frequentem tum fuisse consuetudinem vt in salutãda & celebranda Virgine versarẽtur. Quid autem Methodius? qui superiores Græciæ doctores nõ ætate solũ, sed & splẽdore martyrij & celebritate

Chrysippus Mariã egregiè salutat, & salutare docet.

In sermo. de S. Maria Deipara.

Ioann.1.

Cant.4.5.

Exodi.3. Ezech.44. Daniel.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo Methodius reuerenter Mariã salutet, simulque commendet.

nominis facilè superauit? Salutauit & ille profecto A Virginem Matrem, ac nos etiam docuit hoc modo salutare: χαῖρε εἰς ἀεὶ ἡ ἀλάλητος ἡμῶν χαρὰ παρθένε μαρία. ὅπισθε γὰρ πάλιν ἀνατρέχομεν. Σοὶ τῆς ἑορτῆς ἡμῶν ἀρχή, σὺ μεσότης σὺ τέλος. ὁ πολύτιμος μαργαρίτης τῆς βασιλείας. τὸ ὄντως ἅγιον ὄρος. χαῖρε ἡ ἔμψυχος θυσιαθήκη τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς. χαῖρε ἀγάπης θεῦ θησαυρέ. χαῖρε φιλανθρωπίας ὕδατος πηγή, χαῖρε πνεύματος ἁγίου κατάσκιον ὄρος. ὑπέρλαμπες γλυκὺ δῶρε γέννησε ὀρθοδόξως ἡλιακῶς πυρσοὺς ἀκηρεπήτους, ἀγαλλιάσεως ὑπερβολῆς. τὸ τῶν ἀρχῆς συλλήβδην, ὅτι τῷ τέλει τεκοῦσα. φανερώσασα τὸ χρυσοῦν μυστήριον, καὶ ἀλάλητον ἀφεῖσα τὸν πατρὸς υἱόν, εἰρήνης ἀπολυτρωτὴν ἅπασης γενόμενον.

Tu oratione quam habuit in hipapante Domini.

Sensus verborum est: Salue in æternum ineffabile gaudium nostrum. Ad te namq; rursus recurrimus: B tu festiuitatis nostræ principium, tu medium, tu finis. Tu pretiosa cælestis regni margarita, tu verè fons vberrimus totius sanctitatis. Tu animatum altare panis vitæ. Salue diuinæ charitatis promptuarium, salue humanitatis filij fons, salue Spiritus sancti vmbrose mons. In hanc tu ô pater suauium donorum largitor superefferuetis charitatis flammas, quasi confertos quosdam solis radios ac faces ceu fulgurando eiaculatus es, atque hæc quidem, quod ante secula conceptum erat, in fine temporum enixa est. Patefaciens (mundo) mysterium absconditum, & ineffabilem inaspectabilis patris filium, qui vniuersæ pacis nobis factus est administrator.] Succedit postea, quæ hæc omnia concludit ad Mariam facta inuocatio, vt ipsa nostri apud Deum perpetuo meminisse dignetur. Hæc ille Olympi Episcopus Methodius, qui singulare doctrinam martyrij laurea cumulauit, sub Valeriano & Decio suum pro Christo sanguinem fundens, & à Nouatorum quidem fide alienus, qui Mariam salutari prohibent, quasi multum momenti in eo sit situm, si nullus Gabrielis exemplum sequatur, nullus augustissimam Dei Matrem religiose compellet, honorificisque titulis illi congruentibus prosequatur.

Præclara epitheta Deiparæ attributa per Methodiũ Martyrem.

Præterea alia id genus, quæ apud Patres tum Græcos, tum Latinos extant, atque a nobis alibi proferuntur consona testimonia, in quibus suam illi venerationem reuerentiamque maximam Virgini matri deferunt, ac nos etiam hoc sanctum salutandi, non autem solum imitandi officium docent. Quocirca istorum latratus contemnendi, surdisque auribus transeundi sunt, quibus nec angelica, nec humana Mariæ oblata salutatio satisfacere, sed potius fœtere videtur. Esto sanè, vt isti perfrictæ frontis esse pergant, ac benè monentes non audiant, sed piorum etiam in salutanda honorandaque Virgine studium omne subsannent ac probris afficiãt. Quid? ergo pij & idonei tantæ Matri præcones deerunt, quos istorum quidem maledicentia, vt sæpius Aue & Salue clam palamque inclament, fortius excitabit, ac fortassis etiam vt eiusmodi maledicis illusoribus Anathema perpetuum dicant, ardentius permouebit. Habuit hactenus, & deinceps habebit Ecclesia innumerabiles credentium generationes, quæ vt frequenter, sic & reuerenter te Domini ac Dei nostri mater Maria salutent, suamque de te fidem, & erga te pietatem tum solennibus ritibus, tum frequentibus cœtibus, tum lætissimis canticis ingenuè contestentur. Atque huc spectant illæ voces, suaui quidem melodia conditæ, & vbique ferè gentium in Ecclesia Latina modo receptæ: Salue Regina misericordiæ, Aue maris stella, O gloriosa domina. His verò canticis vt piorum mentes in luce Ecclesiæ versantes mirifice afficiuntur ac recreantur, sic nostri Mariomastiges in suis speluncis errorum caligine obductis circumerrantes, mirabiliter offenduntur, ac misere discruciantur. Cæterum quod ad eximios titulos Mariæ delatos attinet, in quibus maximè reprehendimur, & Virginis causa grauiter premi, ac vulgo traduci solet ab aduersariis, postremo libro respondebimus, quandoquidem nunc ad finem tractationis, quæ de salutatione Angelica nobis suscepta est, non temere properamus.

CAPVT DVODECIMVM.

Quibus ex causis vsus Catholicus in Maria salutanda hodiè potissimum improbetur: quomodo itidem salutationis Angelicæ verbis multiplex Mariæ dignitas & excellentia contineatur.

Libertas de suis iudicandi multos impedit, ne salutationem hanc intelligant ac probent.

Cogitanti mihi pauloq; D acutius inquirenti, quamobrem aduersarij tam multa præclaræ huic & maximè prędicandæ salutationi obiiciant & frequenter insultent, nullumque eis vsum nobis Catholicis ferè permittant, hæ quidem causæ potissimũ in mentẽ veniebãt. Primũ hodie viget libertas de sacris iudicãdi, pestis vna in religione omniũ perniciosissima, quæ multorũ hodie ingenia nequaquã infelicia deprauauit, eoq; deduxit, nulla vt veterũ aut Ecclesiæ authoritate cõmoueantur, sibi verò sumant ac fidant plurimũ. Ex hac libertate, aut potius licentia, quidam non aliter Angelum hic salutantem intelligũt, quã qui voluerint, vt omnium ferè gentium mos est, in primo congressu Virginem salutare, eiq; salutando fausta precari. Vnde Marbachius hoc modo prima verba Germanica interpretatur, Eia lætare, bono animo esto, siue frontem porrige, teque iucundam præsta, etsi Germanicus idiotismus, nescio quam maiorem vim & emphasin tenet. Quid verò istud est aliud quæso, præterquam ad vsum ciuilem, imò & rusticanum, quo vel infimæ sortis homines vtuntur angelica verba transferre ac transformare? Nã & nostri compotatores quum in caupona sedent, ad frõtem exporrigendam, & ad calices epotandos, simili oratione, quæ illis valde amica videtur, se inuicẽ strenue prouocant, & sicut boni milites in acie ad feriendos hostes, sic ipsi ad siccandos cyathos iisdem ferè verbis sese mutuo excitant, & libenter incendunt

cendunt. At facessat procul tam crassæ mentis, tam A pinguis & stolida imaginatio, vbi Gabriel & Maria, Angelus & Virgo, id est, personæ ab omnibus mundi cogitationibus vanisq; studiis alienæ, & summa puritate sapientiaque præditæ de rebus inter se sacratissimis colloquuntur.

Ioannis Agricolæ scurrilis, & impia inter pretatio de verbis Angelicæ salutationis.

Vbi magis etiam peccat Ioannes Agricola tam crassus & impurus, vt scribere non perhorrescat: *Ingressus cubiculum puellæ Gabriel adolescentis forma amatorium quiddam & nuptiale ordiritur, Virginem, vt apparet, pellecturus ad concubitum. Aue, inquit, χαῖρε στωμύλη gratiosa, cuius conuictum & consuetudinem plerique omnes ambiunt.* Ac ne putemus hæc tali authori leuiter excidisse, confirmat postea eandem sententiam, hisque verbis Lectori magis inficit: *Meditetur apud animum suum, qui volet, pia curiositate, quid sit videre comtulum adolescentem solum cum puella clauso cubiculi ostio dulciter alloquentem Virginem, quam se ambire nihil obscure & gestu & oratione declarat.* Quid ergo mirum, in- B stitutum ab hisce doctoribus populum de hac aurea salutatione perperam iudicare, adeoque ab ea penitus abhorrere? Pro pudor, tam fœdos, lasciuos & salaces prorsusque obscœnos ministros & magistros. Quinti Euangelij prorumpere, & in diuinis literis adeò impudice & scelerate nugari, vt ex Angelo Gabriele procum & Amasium faciant, in cuius oratione nullus post hominum memoriam quicquam amatorium & nuptiale vnquam deprehendit. Sed enim hoc plusquam Poëticum atque portentosum commentũ, hæc intolerabilis ac piis execranda petulantia, quæ & scurris & lenonibus indigna forer, leuissimis Lutheri discipulis egregiè quadrat. Quis verò Euangelicæ sinceritatis ac Christianæ pietatis amans, tam malè castis doctoribus non succenseat, atque ex hac prophana in sacris ludificandi licentia molestiam animi singularem non capiat, ac præ se ferat? An hic iure non dixeris. Vade retro me Satana? non enim sapis, non loqueris, non suggeris quæ Dei, quæ Mariæ, quæ Gabrielis, his enim personis nihil in Euangelio castius ac sanctius sed ea quæ hominum carni & Veneri obsequentiũ sunt manentque propria.

Matth. 16.

Gabriel Mariæ bona, non quidem præsentia: iuxta vulgi opinionem.

Ex eadem ingeniorum libertate & insolentia, quæ hoc seculum, vt diximus, vitiauit, factum est, quod nonnulli Angelum fingunt ea bona precari & optare Virgini, quæ ex hominum arbitrio & opinione pendent, non quæ animi verè bona sunt, & ad interiorem hominis iustitiam spectant, ac iustos Deo summo commendant. Quare Culmannus vt D paraphrasten hoc loco agat, Angelum sic salutantem inducit: *Aue gratiosa, cuius conuictum & consuetudinem plerique omnes ambiunt. Benedicta vero seu prædicata præ omnibus mulieribus, vt de qua omnes omnia bona dicant & laudent vehementer.* Nã & [a] Erasmus pro benedicta laudatam interpretatur, de qua omnes benè loquantur, & iuxta [b] Brentium, Hebraicã phrasin hic sapit benedictio, bonamque fortunam designat. Verum hoc rursus est in Euangelicis verbis ludere, & sensum Iudaicum vel Ethnicum potius quã Christianum veræque pietati consentaneum inducere, imò verò carnis iudicio contra omnem decori rationem & Scripturæ morem ridicule indulgere, suumque pondus Angeli verbis adimere prorsus.

Quomodo Mariam bene dicãt accipiãt Nouatores.

Hæc ipsa liberrima philosophandi, & in sacris literis commentandi ratio facit, vt opinionum &

[a] In annotat. Noui Testamenti.

[b] In Euang. de Annun. Virginis.

errorum fœda colluuies magis ac magis indies inualescat, ac præsertim eam doctrinæ partem, quæ ad Mariæ & Sanctorum cultum pertinet, in multorum animis labefactet atque corrumpat. Exorti sunt igitur, qui Sanctis è vita migrantibus, etsi hoc plerique fateri vereantur, nullum ad cælos aditum præbent, nullumque in cælesti patria locum relinquunt, sed illorum animas corporeis vinculis solutas, ad carnis vsque resurrectionem sine sensu & intellectu dormire arbitrantur. In ea opinione fuit Thomas Denuayius Vngarus: ac eundem pudendũ errorem mordicus retinent quidã ex nefariis Anabaptistis. Quod ergo Christus Sanctis & priscis illis Patriarchis Abraham, Isaac & Iacob apertè tribuit, quod latroni in crucem suffixo promisit ac præstitit, hoc isti Mariæ & Sanctis aliis adimere nõ formidant, vt nempè non illi viuere, sed mortui esse, & manere debeant tantisper, donec ad mundi finem ventum sit, ac corpora defunctorum simul ad vitam excitentur. Alij vt paulo prudentiores, Sanctorum animas in pace esse, & in cælo versari, atque apud Christum præsentes viuere confitentur quidem, sed quæ suo gaudio contentæ, vel fortasis ebriæ, haud sciant aut curent res mortalium, & ne illa quidem, quæ sub vexillo crucis militans in terris Ecclesia vel facit, vel sustinet, vel precatur. Atqui perspicue docet [c] Irenæus, beatorũ spiritus ante supremum iudicium clara Dei visione frui, & præterea mortalium, à quibus recesserũt, meminisse, suamque sententiam illis verbis, quæ Christus de Diuite & Lazaro recitauit, comprobat. Tradit & [d] Cyprianus hoc piorum solatiũ, qui à magno amicorum numero in cælis expectentur, & [e] Augustinus vt viduam Italicam consoletur, ipsius coniugẽ in cælo ei notissimum fore pollicetur.

Errores huius temporis crassi & pernicio si circa cultũ Sanctorum.

Animas ad diẽ iudicij vsque dormire multis persuasum est.

Matth. 22. Luc. 23.

Animas in cælo erga mortales non affici, nec humana curare multi putant.

[c] Lib. 5. c. 63.

[d] Lib. de mortalitate.

[e] Epist. 6.

Svnt rursus, qui concedant in Sanctis ac beatis omnibus vigere charitatem, per quam bene velint fratribus, vt de illorum salute in cælesti patria sint solliciti: ac propterea piam esse cogitationem, quod illi pro Ecclesia nostra precari existimentur. Cæterum hanc illorum precationem pro credentibus in genere tantum offerri Deo contendunt, & illis facultatem vota nostra percipiendi adimunt, nostrique curam ac patrocinium ab illis suscipi negant, nullo autem modo eos ad opem & auxilium inuocari posse sustinent, perinde ac si hoc nihil sit aliud, quam Deo contumeliam, & Christo iniuriam manifestam inferre, ac primum violare præceptum. Interea vt nouum inuocationis genus, quod prorsus Arianismum sapit, inuehant ac vsurpent, sedulo inclamant, Iesu Christe, ora pro nobis. Quasi verò Christi duntaxat proprium sit, iuxta formam hominis pro nobis apud Patrem intercedere, ac non potius etiam ex communi quam cum Patre habet potestate, nobis posit auxiliari. Impium certè phantasma est, Christum in cælos modo receptum, & sedentem ad dextram Patris, perinde ac prostratum coram Patre iacere supplicem oportere, qui præterea solus pro nobis conficiat omnia, vt singularis eius tum intercessio, tum mediatio quaslibet amicorum operas ac preces excludat, quum ille Sanctorum caput & corona, fidis eorum patrociniis iuuare nos gaudeat ac soleat, sicut antiquitas vniuersa literis & exemplis clarissime confirmauit.

Piam tantum esse cogitationem affirmat, quod in cælo Sancti nos amare & pro nobis orare dicantur.

Sanctos in genere tantum, non in specie pronobis orare, neque ab vllo mortali is inuocandos velut intercessores atque patronos esse contendunt

Qvvm itaque tam multi diuersi & aduersi, sæpeque iampridem profligati & damnati hodie graſ-

Qualem Christũ hodie sibi pleriique confingant.

Populum parũ aut nihil credere de vera Sanctorum cõmunione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentur errores, quibus vulgus hominum misere circumagitur, & in varias partes scinditur, nihil ferè iam sublime, nihil excellens de Maria & Sanctis aliis in Christi regnum ascitis, hoc est, de vera & præcipua Sanctorum communione iam credit, vel cogitat, sibique sinit persuaderi, præsertim quod iustorum animæ in cælis sacrificia pro nobis offerant, ac preces pro populo fundant, vt Gregorius Nazianzenus alicubi dixit. Vnde rursus & illud consequitur, complures ab huius etiam salutationis vsu & amore auocari, adeoque abhortere, nimirum circumfusis istis Sectariorum velut nebulis, densaque caligine miserandum in modum impeditos. Ex quo fonte dimanat & illud, quod crassi homines in Angeli verbis parum inesse mysterij putent, quodque totam salutationem cum vno Gabriele simul & venisse & abiisse statuant, quasi ad virginis salutationem vel inuocationem hodiè factam fructus nullus consequatur. Quid multa? Homines iudicio carnis inflati, & Ecclesiæ odio excæcati, perindeque gratiæ Spiritu vacui, Christum plenis buccis crepare possunt, Mariam à limine salutare, ac salutantes ferre non possunt in hac summa rerum iniquitate, & horribili tot errorum cõfusione.

In oratione de laude Basilij Magni.

Quam impiè de Maria scribat Guilielmus Rodingus Refutatio superiorum quæ Rodingus aduersus Mariam & sanctos improbe fabulatur.

VBI ex aduersariis vnum, valdeque petulantem & maledicum, rhetorem dicam an scurram Guilielmum Rodingum in medium sistam, qui recentem orationem quasi furiosus edidit, & in ea Deiparam his verbis loquentem induxit: *Desine me salutare, & salutando venerari: desine Sanctos & vita defunctos adorare: istam tuam salutationem tuasque preces execramur: tu vbi terrarum sis, quid agas, viuas, denique an mortuus sis neque scimus, neque curamus, tantum abest, vt te precantem exaudiamus.* En tibi præclarum exemplum non dicam Sacramentarij, sed Epicuræi, qui de Maria & Sanctis vti sentit, ita loquitur impie, quum tantum non cœcos, surdos ac stupidos illos cælestis patriæ ciues constituat, qui nihil in cælis intelligere, nihil curare, vel audire vnquam possint eorum, quę in terris Ecclesiaque nostra geruntur. Modestius sanè Confessio Saxonica docet, & ex colloquio Moysis & Heliæ cum Christo colligit, beatis in cælo curæ esse Ecclesiam, & beatos orare pro Ecclesia, ne videlicet quis arbitretur, animas piorum post separationem à corpore, vt fanaticos somniare iam diximus, vsque ad resurrectionem carnis, sine sensu & intellectu nescio vbi dormire & stertere. Quid verò frontis aut mentis obtinet Rodingus, tam parum in sacris versatus, vt de Mariæ & Sanctorum felicitate cum tota pugnet antiquitate, simulque Iudæorum ac Ethnicorum amentiam stabilire videatur? Si [d] Agnus vbique, vt [e] Hieronymus ratiocinatur, ergo & qui cum Agno sunt, vbique esse credendi sunt. Et quum diabolus & dæmones toto vagentur in orbe, & celeritate nimia vbique præsentes sint, Martyres post effusionem sanguinis sui ara operientur incluſi, & inde exire non poterunt?] Ex iisdem sacris literis Euchetius non malè argumentatur: Si Prophetæ Helisæus puerum suum Giezi absens corpore vidit accipientem munera, quanto magis in illo corpore spirituali videbunt Sancti omnia? non solum si oculos claudant, verum etiam vnde sunt corpore absentes?] Vnde nec Maximum piguit affirmare: Non clauditur locis, quod diffunditur meritis. Inuocasti vbique Martyrem, vbique te exaudit ille qui honoratur in Martyre. Moderante itaque eo, qui pensat vota tua & dispensat munera sua, in tantum vicina præsentia efficacis præbebitur aduocati, in quantum fuerit fides deuota susceptı.] Proinde quod Angelis rerum humanarum conscijs & administris largiri necesse est, si Scripturis fidem habemus, id homo hic inuidus Mariæ & beatis omnibus auferre non veretur, & Catholicos præterea improbe calumniatur, qui adorationem supremo numini debitam ad Sanctos impiè transferant, eosque mortuos potius quam viuos censor insanus æstimat & appellat. Quantulum hic quæso à vesano differt Vigilantio iam olim garriente, Sanctos alicubi considere, nec posse suis tumulis & vbi voluerint, adesse præsentes, quique postquam cum Christo in cælesti patria esse cœperunt, minus quam olim in carne constituti valeant, ac proinde suis fratribus, imò commembris prodesse nec velint, nec possint. Sed nota, imò & damnata est Eunomij Vigilantiique sobales, quæ in hunc vsque diem nos Catholicos petulanter irridet, quod Sanctorum suffragia postulemus, [a] Bernardi verbis vtamur, nosque sicut [b] Hieronymi sęculo factum est, probrosè idololatras ob Sanctorum cultum appellat.

d Apoc. 14. e Lib. aduersus Vigilantium.

Quomodo vetere & Scripturis probẽtes nostras à sinceris cognosci.

CÆTERVM vt his relictis, quos alibi satis confutauimus, nostra persequamur, è superioribus iam satis constare putamus, Gabrielem summi mysterij & diuinissimi operis nuncium ac interpretem, non humano more, sed ex Dei voluntate, & longè quidem sublimius, quam hæc salutationis verba præferunt, suam obiisse legationem, eique grauissimũ & augustissimum exordium tribuisse: in quo exordio talis orator supra vulgarem captum dissenuerit, nec humanas loquendi formulas admiscuerit. Neque optanris, sed affirmantis Angelicum hunc esse sermonem, qui simul ob inhærentes Mariæ dotes sit gratulatorius, & præsentem Dei gratiam in Virgine prædicet, illamque Sanctis omnibus anteponat, ac demum haud sine maxima erga Virginem reuerentia sit pronunciatus. Quod salutantis Angeli officium tanti apud Catholicos valet, vt istud sibi perpetuo retinendum, ac nouo subinde studio in vsum reuocandum, putent, nulla vt obrepat obliuio, sed grata vigeat semper memoria summi beneficij, quo Deus vt redemptionem erdiretur humanam, hanc suam ancillam è cælo respexit, & in electissimam Matrem elegit, ac præ Sanctis aliis glorificauit, nosque per illam in Christo Christianos effecit. Igitur ad Christianum officium pertinere arbitrantur, vt filij Dei Gabrielem ducem sequentes, MARIAM & CHRISTI & suam parentem iam immortalem effectam, nullique cælitum secundam reuerenter admodum habeant, atque cum aliis modis, tum his etiam verbis è cælo delatis officiosè salutent. Quod quum faciunt, satis autem facere non posse videntur, Deum æternum in tali tantaque Regina prædicant, tantò quidem libentius huic Matri gratulantes, quantò rectius illam de se & humano genere meritam esse norunt, quantoque certiores facti sunt, constantem illius erga nos maternæ pietatis affectum perseuerare, quum illa nunc in cælesti regno apud omnipotentem Deum, haud minus, sed multo amplius quam iustorum quilibet in tertis, orando valeat, & magna nobis subinde munera impetret atque procuret. Quam piorum fiduciam Deo eiusque matri gratam, ac hominibus salutarem esse,

Lib. 4. in li. Reg. cap. 20.

Sententia Saxonicæ Confessionis de statu sanctorũ in cęlis.

Matth. 27.

Sermo. de S. Nazario & Celso.

A na diuina percepit vberius, gustauit suauius, pleniusque conseruauit? Cum qua creatura, sicut cum hac ipsa, supremus Monarcha egit, ac agere quodammodo debuit clemẽtius, liberalius, admirabilius, diuiniusq;? Cuius demum corpus & animũ ad maius honoris fastigiũ euheret atque transferret?

Fallitur quisquis putat tractationis de Angelica salutatione.

IAM si benedicta hæc in mulieribus, vt sane dubitare sit nefas, cur eadem à communi, tristi, ærũnoso & multiplici fœminarum maledicto non libera pronuncietur? quid illa cum morbis & vitiis fœmineis habeat commune? quo vel tenui vanitatis aut libidinis sensu afficiatur? Si benedicta, inquam, in mulieribus, quid mirum illam sine corruptione effœtam, sine onere grauidam, in ipso partu integram, & absque dolore puerperam, semperque inuiolatam Virginem perseuerare? An isthæc inter mulieres tot modis benedicta, prima muliere infelicior fuit, quã ab omni peccati labe, quum primum à Deo formaretur, immunem fuisse certissime constat? Si inter omnes alias hæc benedicta, quomodo non tota pulchra & immaculata, quam vnam cælestis ille sponsus & amator se susque amplexibus dignam amicam & sponsam haberet, cui se maxime adiungeret, & cuius in sinu iucundissime recubaret? Cur igitur quod Euæ datũ est, huic non competat, vt ipsa etiam virago, ac omnium viuentium, qui secundum Spiritum Deo viuunt, in Christo regenerati, mater appelletur? Quæ laus, quæ virtus aliis vnquam fœminis tributa, & huic adimenda est? Præclara apud Ægyptios Cleopatra, fateor. Celebris apud Romanos Lucretia, quis neget? Nec ignobilis apud Carthaginenses Dido, demus & hoc Ethnicæ antiquitati. His longe tamẽ præstant, quæ in verbo Dei cõmendantur, & apud Hebræos olim floruerunt matronæ Sara, Rebecca, Rachel, Anna, Hester, Iudith, Machabæa. Illustrioresadhuc illæ Christi sponsæ, totque monilibus & Euãgelicis opibus exornatæ virgines, Tecla, Valeria, Agnes, Cecilia, Iustina, Dorothea, Lucia, Vrsula, quæ cũ candida virginitatis stola purpuream Martyrij coronã pulcherrimè coniunxerunt. His demùm, si libet, adiunge virgines, viduas, matronas, quotquot vlla vel nominis celebritate, vel virtutis laude in orbe tot seculis clarueriũt. Et tamẽ omnium, velut siderum igniculos, clarũ Mariæ lumen absondit, Hieronymo teste, aut sicut Poëta dixit, velut inter ignes Luna minores. Hæc vna est Regina nostra Hester, quæ ab hostibus afflicto, ac tantum non desperanti populo præsidium solatiumque maximum præbet. Hæc virago & victrix illa Iudith, cui credentes omnes de superato Tyranno, déque libertate suo populo restituta merito gratulentur. Postremo si benedictus est fructus ventris Mariæ, quomodo non selecta & generosa censeatur arbor, fructũ hunc longè lectissimum & generosissimũ ferens? Quanta illius paradisi vbertas & amœnitas, Deus bone, quæ hoc vitæ lignũ ad mortem arcendam & immortalitatẽ conseruandã edentibus præbet? Quæ autẽ rursus peccati labes, quæ impuritas illic hærere possit, vbi mũditię omnis author ac amator suum domiciliũ collocauit, totque mensibus tenuit? Quid inde pollutũ ac fœdũ oriatur, vnde peccati destructor mortis profligator, vitæ restitutor, omnisq; iustitiæ præceptor, velut Sol è cælo post densam noctẽ apparet? vnde lapis à monte sine manibus abscinditur, vnde tanquam sponsus è suo procedit thalamo, ac velut

Quomodo mariæ imperetur honor. Nouatio. Et quomodo ei honores & laudes debitæ tribuendæ sint, quæ scripturis diuinis omnino consentanea.

Quantum sit peccati horrori: Dominus tecum.

Quantum laudis Virgini tribuat, quòd benedicta inter mulieres prædicetur.

Maria ex aliis laudatis fœminis collata, contra controuersiam omnes excellit.

Vbi præfatur in Sophoniã. Iudit. 15.

Mariam valde commendat, quod benedictum sui ventris fructũ habeat.

Daniel 2 Psalm. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gigas ad currendam viam exultat, in qua se nobis A
frattem, mediatorem ac ducem præstat ad consequendam immortalitatem? Quid illo Dei templo viuo sanctius, in quo Sanctus Sanctorum tanto cum gaudio requieſcit? Quid illo vtero benedicto purius, qui totius puritatis & gratiæ fontem ambitu suo concludit, fontem, inquam, patentem domui Iacob & habitantibus Hierusalem, vt peccatoris & menſtruatæ perfecta fiat ablutio, sicut loquitur Zacharias.

Zachar. 13.

Multa & magna mysteria huius salutationis verbis includi. Luca 1.

QVID moror? nec mente concipi potest, nec oratione explicari potest, quàm longè latéque pateat hæc nunquàm satis laudata salutatio, si quis modo non crasso, vt aiunt, in aëre natus, verba eius ritè perpenderit, & in illis ipsis dotes Mariæ, cui magna profectò fecit, qui potens est, paulò accuratius consideravit. Equidem, vt paucis dicam, tàm multa ac magna illic mysteria & admiranda sensa mirificus Angelus, & post illum Elizabetha sancta, imo Spiritus diuinus concluſit, vt qui de his verbis conscripti extāt commentarij, multi autem circumferuntur, Marianæ virtutis & gloriæ opes non explicare, sed parte saltem ex aliqua tenuiter ostendere videantur. Delirat ergo Sarcerius, & to-

Sarcerij & Aemilij commenta de hac salutatione.

to, quod aiunt, cælo aberrat, summam huius pulcherrimæ salutationis in eo statuens, quod Maria sine suis meritis in tantam gratiam, & ad tantam opus suscepta esse dicatur. Cæcutit & Georgius Æmilius, dum hæc Angeli verba velut ad excitandam Virginis attentionem & fidem dicta ieiunè detorquet, quasi studioſe caueat, ne ad Mariæ dignitatem illa, quæ possunt & debent legitime referantur. At nos iam supra docuimus, hoc Angelicæ orationis exordio, non modo singularem Dei bonitatem & misericordiam erga Mariam ostendi, sed eximiam etiam ipsius Virginis dignitatē astrui, nobisque & posteris omnibus commendari. Hæc habui, quæ prolixus simul & succinctus in Angelicam salutationem, hoc est humanæ salutis inchoationem, pro mea tenuitate conferrem: prolixus fortasse tibi, si properas Lector, & maiore compendio delectaris: mihi vero succinctus fuisse videor, cum & rei quæ tractāda fuit amplitudinem, & salutatæ Virginis dignitatem, & aduersariorum petulantiam mecum mente perpendo. Reliquum est, vt Mariæ titulum, ob quem Christi Deique genitrix celebratur, ac maternā eius excellentiam inspicere & excutere aggrediamur.

In explicat. Euangel. Annunciat. B. Virginis.

Reliqua huius tractationis hanc

CAPVT



Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Illustrem ac primariam Mariæ laudem prærogatiuam esse, quòd Christi Dei & hominis vera & naturalis Mater existat, sicut non veteres modo, sed etiam ex aduersariis quidam profitentur.

Gabrielis affatum fuit, Mariam non modo salutare, sed etiam vt Dei mater fieret præparare atque declarare.

Luce 1 De sensu verborũ Gabrielis, Spiritus sanctus superueniet in te,

ANGELO Gabrieli satis visum non est lectissimã Virginẽ in Nazareno cubiculo salutare, nisi statim illi quòd Mater Emanuelis esset futura, verbis perspicuis, magnoque refertis pondere denunciaret. Cùm enim Virgo eadem admiraretur, & admirando percunctaretur, qua ratione iuxta promissum Angeli Mater euaderet, quæ cœlibatum integrum atque perpetuum, vt antea probauimus, æterno Deo dicasset, hoc responsum ab eodem Angelo tulit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obũbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur Filius Dei. Qua verborum periphrasi Gabriel tres in sanctissima Trinitate personas non obscure discreuit, ac singularem earum in Sacramento arcanæ conceptionis operationem ostendit: quoniam & Dei Patris virtus obumbrans assisteret, & Dei Filius ab æterno genitus ex tempore iam homo procrearetur, & Spiritus sanctus Virginẽ fœcundaret. Cætera quæcũque in cælo & terra creauit DEVS solo nutu & verbo suo perfecit: ipse enim dixit, & facta sunt. Verùm hoc opus quoniam longe fuit diuinius, præstantiore quadam & admiranda magis virtute summi numinis indigebat. Nam hominem ex homine, carnem ex carne concipi atque nasci, quoniam generale Dei decretum & vsitatum naturæ opus est, nullus miratur. Illud vero iustam admirationem postulat, ac nostræ mentis captum excedit, quod audimus Deum se humanæ miscere naturæ, Deum ab homine cõcipi, ex homine gigni, adeoque Virginis filiũ procreari. Cuius inusitati & sacrosancti operis quis author nisi Deus ac tota perbeata Trinitas esse posset? & ideirco Angelus de hac Dei virtute tàm nuntiat luculenter, quum Virginem matrem instruit, perindè ac si dicat, In te Maria Dei maiestas tota descendet, quia ex te nascetur Filius Dei, sicut locum explicat Cassianus. Ac totius quidem Angelicæ salutationis atque legationis, quam sedulo describit Lucas, hæc vel præcipua causa fuit, vt Virgo diuinum ac stupendum opus, quo Verbum caro factum est, nostramque naturam assumpsit, præsenti fide complecteretur sciénsque ac volens fieret mater Emanuelis: quum prorsus cõgrueret, adesse nostræ reparationi sexum vtrunque, quorum corruptioni neuter defuisset, vt Bernardus affirmat. Sed nunc operæprecium fuerit, quale quãtumcunque isthuc donum sit, Dei matrem existere, paulo accuratius consideremus.

Opus incarnationis Christi excellit reliqua Dei opera vnquam facta.

Præcipua causa missi ad Mariam Angeli Gabrielis.

Lib. 2. de incarnatione Domini.

In sermo. ex verbis Apoc. Signum magnum.

Propositio sequentis tractationis.

POTERAT haud dubie summus Deus, cuius potentia semper infinita est, nec è causis pendet secundarijs, poterat, inquam, filium suum vnigenitũ cælitus mittere nobisque donare, qui sine matris opera corpus è cælo vel aëre, aut cæteris elementis conflatum, vel aliundè cõpactum assumeret, quale

Christo nonnulli, vt postea dicemus, impie attribuerunt. Ac de Angelis quidem constat, quod etiamsi ex patre & matre non generentur, tamen Abrahæ, Loth, Danieli, Zachariæ, multisque aliis sub humana specie apparuerint, humanoque more fuerint cum illis versati, quorum vnus cum Tobia cibum sumere, & alter cum Iacob nocte lubctari videbatur. Quare omnipotenti Deo difficile non fuisset, peculiari & arcano quodã modo suum nobis filium communicare, & per illũ genus humanum restituere, matre nulla intercedente, sicut & pater ad Christi hominis procreationem mirante natura, nullus accesit. Sedenim qui non solum maximus, sed etiam sapientissimus & optimus est Deus, se decere, & nobis conuenire magis iudicauit, summum vt redemptionis humanæ mysterium, in matre Virgine inchoaretur, ac Messias etiam filius hominis nuncuparetur & esset. Quocirca quod inde ab æterno constitutum habebat, in mundi etiam primordiis homini lapso denunciauit atque promisit, fore nimirum, vt caput nequissimi serpentis, qui hominem sibi seruum, & Dei hostem fecerat, per semen mulieris contereretur. Ad quam rem deinde certus electus est populus, certáque Iudæ & Dauidis familia cõstituta, vt de hac promissa muliere, eiusque semine, in quo benedicerentur Gentes omnes benedicerentur, maior fides atque fiducia conciperetur. Rursus hanc non putatiuam aut fictitiam, sed veram & naturalem Matrem simul & Virginem futuram, vel inde Iudæi discere poterant, quod ad Regem Achab diuinum dixisset oraculum: Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomẽ eius Emanuel. Ad quæ verba velut alludit Gabriel, quum hoc vaticinium non in alia fœmina nisi in Maria complendum ostendens, luculenter affirmat: Ecce concipies in vtero & paries Filium, quemadmodum de his aliisque Scripturæ locis huc pertinentibus liber secundus fusè disseruit. Nihil ergo mirum videri debet, quod hæc tories in [a] Euangelio Mater Iesu absolute dicatur, & constanter in Ecclesia Dei genitrix siue Deipara celebretur, quoniam vt Matthæus liquido asseruit. Inuenta est in vtero habés de Spiritu sancto, & sicut ANGELVS diserte pronunciauit, quod natũ est ex Maria sanctum, Filij Dei nomen accepit, imo & vere Filius Dei exstitit.

Præcipua causa, cur Maria in spiritu exultaret. Deoque gratias ageret.

Luc. 1.

Homil. in Euang. ferie 6. Aduent.

Quæ magna inprimis Mariæ fecerit Deus.

Summa misteria incarnationis diuinæ in Mariæ vtero peracta.

ABSIT autem fœda falsáque cogitatio, quod in illo cõceptu virginali, quo nihil castius ac sãctius fingi potest, sensus vllus libidinis & concupiscẽtiæ accesserit, locumue vllum habere potuerit. Etenim ne istiusmodi sensu, qui matres omnes vitiat, Mariæ caro adureretur ac inficeretur, Spiritus sanctus illi & promissus & exhibitus fuit, qui supra naturæ ordinẽ id efficeret, vt Christi corpus ex purissimo ipsius sanguine formaretur, simulq; cũ eo corpore anima cõiungeretur, & diuinitas copularetur, atque eodẽ tẽporis puncto perfectus Deus & perfectus homo esset: Virgo autẽ ipsa quæ Deũ & hominem

& hominem concepisset, verè ac propriè mater Dei & hominis diceretur. Hoc illud sublime, nec satis vnquam extollendum est mysterium, à quo salus humana dependet, quodque solus Dei Spiritus in Virgine potuit operari, simulatque illa verbis & promissis Angeli obedienter assentiens dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum Tunc enim Spiritus sanctus in illam efficaciter superuenit, ac mirificam virtutem diuinitatis Verbi susceptiuam, simul & generatiuam, sicut in Scholis loquuntur, eidem Virgini subministrauit, quemadmodum Damascenus luculenter affirmat. Proindè non potuit non beata esse quæ non modo credidit, sed & ipsam Angeli promissionẽ in se compleri experta est, quando non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, id est, non ex coniugali cõgressu aut virili semine, neque cum vllo sensu libidinis, sed ex Patris bona voluntate & Spiritus sancti cooperatione tantũ virginei purissimique sanguinis Christo prębuit, quantum ad hominis humanique corporis formationem sufficeret. Quod si de sacro tantum sanguine cordis Mariæ corpus suum Christus assũsisset, vt quidam existimarunt: non verus ille vel Abrahæ, vel Dauidis, sed nec Mariæ quidem Filius diceretur & esset, vt potè de communi generationis materia, & ex humano semine neutiquam procreatus. Talem verò Christum nobis Paulus depingit, qui homo ex semine Dauid secundum carnem factus sit, hoc est, qui ex Virgine Dauidica, & è purissimis eius sanguinibus, licet sine vlla viri opera, formatus fuerit atque cõceptus. Vnde cùm Bernardus explanat Propheticum dictum Flos de radice eius ascẽdet: Si noua, inquit, Christi caro esset ex nihilo, quod æstimare nonnulli, nõ de radice flos dici posset ascendisse. Nunc autem qui prodiit de radice, sine dubio communi ab origine communem probatur habuisse materiam.] Quocirca quam audimus, Christi corpus de semine Virginis conceptum fuisse, materiam illam communem, quam aliæ fœminæ ad prolis conceptionem largiuntur, Virgineæ matri attribuemus, vt quæ Spiritu sancto peculiariter cooperante naturalem simul & supernaturalem virtutem habuit ad Christi filij corpus non modo formandum sed & in suo vtero nouem mensibus confouendum, suoq; materno lacte nutriendum eum, quem ex suo semine, vt [b] Beda, siue ex suo sanguine, vt Damascenus [c] loquitur, in virginali vtero concepérat. Vnde liquido cõsequitur, Dei Filium & vnigenitum Mariæ quoque Filium & vnigenitum esse, vtpotè qui de purissimo matris huius sanguine corpus humanum in sacro eius vtero formatum assumpserit, ita vt qui conceptus & natus est de ipsa Virgine, non homo tantum, neque Deus tantum, sed homo & Deus existat, nec solum Filius hominis, sed etiam Emanuel, id est, nobiscum Deus, merito appelletur.

Luce 1.

Lib. 1. cap. 2. & lib. 4. cap. 15. de fide Orthodoxa.

Christi cor. pus ex Mariæ cordis sanguine non assumptum est.

Rom. 1.

De septiformi Spiritu.

b In Luc. cap. 1. Li. 4. c. 15.

Idem Dei & Mariæ Filius Christus, idéque Filius hominis & Emanuel.

a Matth. 1.

Multa cum essent admiranda in vtero virginali concipiendo Christum.

Item. 2.

QVID vero admirabilius, tam multa, tam grandia, tam celeriter ac perfecte in Mariam concurrere, ita vt corpus coagulatum, tenui membranula vestitum, in masculum formatum, rationali anima informatũ, in Verbi persona, quę in principio apud Deum, adeoque Deus erat, naturæ diuinæ arctissime sociaretur, & hinc verè diceremus omnes, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis? Et quã felix illa Virgo, quæ dicto citius perfectum Deum hominemque concepit? vt mundus illi merito gratularetur, quod Mulier virum circumdedisset, virum inquam, tam plenum gratiæ, vt de plenitudine eius nos omnes acceperimus?

QVARE si vnquam alias, tunc sanè sacra Virgo vel maximè, quum Dei mater esse cœpit, tanti muneris authorem prædicare, & plena Spiritu sancto, in Deo salutari non sine summo mẽtis iubilo exultare, suoque iure pronunciare potuit: Ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est. Quem locum tractans Eusebius: Vere vtique magna, inquit, & tam magna quam magna nulli vnquam alij & fecit, & facturus est.] Rogas fortasse quænam istiæc magna sint siue magnalia? Nimirum quod superuenit in illam Spiritus sanctus, quod altissimi virtus eam obumbrauit, adeoque penitus occupauit, quòd Virgo sine viro concepit, & pura peperit Emanuelem, cuius & corpus quamuis sensibile atque passibile, sine onere vllo prægnans gestauit, & clauso demũ vtero, in mundum effudit. Hoc est, vt breuiter dicam, quod ex æterno sanctissimæ Trinitatis decreto Dei parens facta est. Id quod fieri non poterat, nisi summa illa, & ne Angelicis quidem mentibus peruestiganda mysteria in virgineo Mariæ vtero concurrerent, infinite distantium immediata vnio, præ subsistentis personæ vera generatio, diuinæ ac humanæ naturæ hypostatica coniunctio, infiniti circumscriptio, & recens æterni productio, vt paucis multa, & scholastico quidem more complectar. Spectet ac miretur qui velit, pulcherrimi huius mundi fabricam atque gubernationẽ: quicquid autẽ vel in cælo, vel in terra creatum est, quantumuis amplum, excellens, illustre videatur, ab hoc opere vno diuino, quod in Maria tam electo vase peractum est, multis sanè modis superatur atque obfuscatur. Pensa si potes, inquit Richardus Victorinus, quæ & quanta sit ista mirificentia. Virginem cõcipere, Virginem parere, & post partum Virginem permanere. Æstima si vales, quæ & qualis sit ista mirificentia, partum virginis ab hora conceptionis suæ omnem plenitudinem accipere, & in humanitatis veritate plenitudinem diuinitatis obtinere. Singularis gloria, spectalis & gratia beatæ Virginis Mariæ, quæ cum virginitatis honore genuit & peperit Filium, nec qualemcunque sed Deum. Merito igitur dictum, merito dicendum: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris. Quis crederet, quis credere potuisset, quod talem fructum Prophetæ de Dei domino promitteret, cum diceret: Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suũ: Cumq; scriptum sit, quia omnis homo mendax, quam magnificum esset genuisse hominem veracem? Quale quæso, ergo, vel quantum erit genuisse ipsam veritatem? Veritas, inquit, de terra orta est.] Ac merito quidem doctissimus ille Richardus, rem incredibili gratia & inæstimabili dignitate plenam in eo statuit, quod creatura gignat Creatorem, atque ita sicut Maria gignat.

Præcipua causa, cur Maria in spiritu exultaret. Deoque gratias ageret.

Luc. 1.

Maria terra fructum verũ proferens.

Psal. 84.

Psal. 115.

Eccles. 24.

Maria veracẽ, & Veritatem sola genuit.

CERTE in rebus creatis & porro creandis, quæ vllum generis & propagationis habent ordinem ac successionem, nihil adeò fœcundũ reperimus, quod cum hac virginea fœcunditate, & fœcunda virginitate comparari vnquam possit. Sola enim hæc mater suum & rerum omnium genuit Creatorem, sola vt suo iure testari queat: Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Quod cum ita sit, spectabi-

Quam sit excellens dignitas in Dei genitrice Maria Richardum Victorinum,

Libr. 2. de Emanuele cap. 25.

Mariæ fœcunditati nulla fœcunditas conferenda.

Eccles. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Summa nobilitas Mariæ quia Dei parens existit.

lior nobilitas, quam quæ huic inclitæ parenti congruat, apud mortales quidem nusquam cõspicitur. Nam & filiorum principum nobilitas ad matres redundat, regiaque proles parentem suam reddit illustriorem, sicut Bersabeæ docet exemplũ. Hæc enim stipendiarij militis primum vxor, post à filio rege Salomone sic nobilitata est, vt regnandi potestate & gloria publicè potiretur, atque tum à Rege ipso, tum ab Israelitis omnibus summo in pretio haberetur. Norunt Ethnici quoque inter parentem & filium summam & perpetuam esse necessitudinem, tantamque huius propinquitatis manere vim, vt filius parenti parem referre gratiam in omni vita nõ possit. An verò minor Christo cum matre sua necessitudo intercesit? qui præterquam quod patrem communi more in terris non habuit, certè in conceptione haud minus, quam quisquam filius, à matre sua percepit, eamque idcirco & chariorem sibi & deuinctioré esse debere semper existimauit. Vnde quod non Angeli, neque Archangeli, non Cherubin aut Seraphin sibi sumere vnquam possunt, personam vt diuinam filij loco habeant, suumque Filium verè dicant, id Maria iure quodammodo facere potuit, sicut his etiam verbis Bernardus affirmat: An non Deum & hominum & Angelorũ Maria suum audacter appellat filium, dicens: Fili, quid feciſti nobis sic? Quis hoc audeat Angelorum? sufficit eis, &pro magno habent, quod cum sint spiritus ex conditione, ex gratia facti sint & vocati Angeli, testante Dauid: Qui facit, inquit, Angelos suos spiritus. Maria verò matrem se agnoscens, maiestatem illam, cui illi cum reuerentia seruiunt, cum fiducia suum nuncupat filium.] Huc præterea refert Bernardus illam salutationis Angelicæ partem: Dominus tecum: specialiter enim cum Maria Dominum esse plus, quam cum creaturis & Sanctis aliis, cum qua duntaxat ei tanta fuerit cõsensio, vt illius non solum voluntatem, sed etiam carnem sibi coniungeret, ac si sua virginisque substantia vnũ Christum efficeret, vel potius vnus Christus fieret] Tum alio in loco Ipsa est, inquit, Virginis nostræ gloria singularis & excellens prærogatiua Mariæ, quod filium vnum, eundemque cum Deo Patre meruit habere communem.] Et rursus. Quod verum Deum & Dei filium genuit, vt idem ipse Dei atque hominis filius, vnus omnino Deus & homo prodiret ex Maria, abyssus est luminis: nec facile dixerim, quod vel Angelicus oculus ad huius fulgoris vehementiam non caliget.] Tam accurate notat, totiesque nobis commẽdat Bernardus summam hanc nostræ Virginis prærogatiuam, ob quam cum Ignatio tum Christiferam, tum Deiparã eandem appellat. Hancque solam esse dicit, quæ in se felicissime meruerit experiri mysterium, quod sola per se Trinitas in ipsa sola, & cum sola voluit operari: quum nos ne intellectu quidem percipere, vel ratione discernere possimus, quomodo splendor ille inaccessibilis virgineis sese visceribus infuderit, illaque inaccessibilem accedere ad se sustinuerit.

Maxima virgini cũ Christo necessitudo intercedit.

Maria filium habẽs Deum, excellit cæteras omnes spiritus.

Sola Maria Deum audet vocare filium

Hom. 1. de Maria Virg. Luc. 2. Psal. 103. Hom. 3. de beata Virg.

Præcipua Virginis nostræ gloriæ Deiparam esse.

Serm. 2. de incarnat. Virg.

Maria quatenus Dei matre, abyssus est luminis.

In Serm. ex verb. Apoc. Signum magnum. Serm. 6. in Psal. 90. Hom. 4. de beata Virg.

Mutuus & vehemens amor inter Mariam matrem & filium, vt nusquam alibi.

PRÆTEREA ex hac illustri prærogatiua, quod in carne Christum Maria genuit, suumque filium fecit, reciprocus & immensus quidam amor, qui inter matrem & filium singulariter intercesit, euidẽter apparet. Cur enim illa non summe summum amaret? quem summe amabilem, vtpotè pulcherrimum, nobilissimum, sapientissimum, optimũ, maximum, perfectissimum nouerat, quem & vnicum, & sibi cum nullo viro communem, sed è suis duntaxat visceribus progenitum esse certum habuerat: quem denique infantem & puerum cum tanta voluptate in suo gestabat gremio, & vbere lactabat, & brachiis amplectebatur, & sinu fouebat, omnique charitate materna domi forisque prosequebatur? Aliæ matres sic adamant proles quamuis deformes & fœdas, vt tantum non insaniãt, sed nulli alij matri tot tantæque amandi causæ, quot matri Domini suppetere potuerunt, siue naturalem, siue acquisitũ, siue infusum, vti vocant, amorem intueamur. Iam verò, qui vicissim diligentes omnes, sæpè & immerentes diligit, suam ille matrem non redamauit filius? non amoris sui signa monstrauit? nõ vim & copiam singularis amoris præ se tulit? non frequẽtem effectum, & vberem fructum diuinæ charitatis, & gratus & fidus & obsequens matri charissimæ re ipsa probauit, largeque semper communicauit? Qua de re Dionysius ille Richelius non docte minus, quam piè philosophatur, atque in hunc differit modum. Ex quo Deus, quod Mariæ erat assumpsit & induit, ipsi, ni fallor, quod suum est repẽdit. Assumpsit autem ex ea naturam, gratiamque refudit. Clementissimus itaque Creator, qui à principio Angelos, ac demum homines electos tam gratuito, tamque misericorditer ac supereffluenter illustrauit & docuit, à quibus vtique nihil suscepit, quorum nõdum bonis eguit: quid illuminationis & gratiæ ei præstitisse credendus est, cuius sibi substantiam induit, cuius lacte nutritus, cuius insuper diligentia educatus cõsistit, cui se tam incomparabiliter obligauit? Decebat prorsus, si non nimis decipior, nec vatem, neque Apostolum Dei ipsius coæquari genitrici: vt tanta cordis sapientia incarnationis materiam atque mysterium, Christique naturas, personalitatem & itẽ proprietates cognosceret, quemadmodum illa, cui tam ineffabili immensaque gratia impertitum est, vt per eam Prophetarum impleretur vaticinia: regem quoque Apostolorum, ac seculi saluatorem effunderet.

Testimonia veterum de materna dignitate Virginis subscripta.

a Li. de Resurrection. Carnis.

b Orat. in Ipsabant. Domini.

Origenis admiratio de materna Domini.

c Hom. 2. ex illud Intuens in eum verbi.

POSTREMO ne hic diutius hæreamus, nullis verbis in ea dignitas præstantiaque potest explicari, quam Christi Domini & Dei nostri vera & naturalis mater obtinet ac promeretur, vt peculiariter beatam illam prædicent generationes omnes seculorum, & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Etenim quæ pulchritudo, quæ virtus, quæ nobilitas quæ gratia perfectioque Dei parẽti non cõpetit? An ab homine vel Angelo sublimius & augustius quicquam excogitari queat? Nulli Scholasticorum Doctorũ secundus est Thomas Aquinas, qui docere non dubitat, infinitatẽ quandam dignitatis illi personæ, quæ Dei mater est, attribui oportere. Si enim quo altior est filius, eo dignior mater censenda est, quis iure ambigat, quin filij infiniti authoritas ac dignitas ad matrem ipsam redunder, ac honorem immensum illi conciliet, quæ sola cum Patre filio æterno dicere potest: Filius meus es tu, ego genui te? Iudicat & Dionysius Richelius, eo quod Maria veri omnipotentisque Dei mater vera facta sit, tantam gratiæ plenitudinem contineri, quantam ne ipsa quidem Virgo, nisi Dei contemplerur essentiam, perspicere possit. Et huius Dionysij familiaris Cardinalis Cusanus, qui suo seculo inter doctissimos floruit, sapienter monet, in eo quod matrem Dei asserimus, omnem ferè laudem contineri atque superari, ac idcirco vulgares illos titulos, quibus Maria regina cælorum, mater Angelorum & hominũ iubilusque prophetarũ appellatur, ad illam iure referri: Quid multus? inter omnia nomina quæ puræ quidem creaturæ competunt, nullum eo maius atq; excellentius, præterquam Dei matrem nuncupari.

Quo referenda superior tractatio de materna dignitate Mariæ.

Personas omnes diuinas eo quod deiparã prædicamus, honorificari.

Nulli matri cum Maria fuerit cõparanda.

QVIBVS de rebus dictum iam satis arbitror, vt primaria nostræ Virginis prærogatiua, quæ nunquam satis efferri potest, summumque tali personæ honorem conciliat, maiore in precio ab omnibus habeatur, simulque sanctissimæ Trinitatis maiestas ac operatio tot bonorum fons, clarius eluceſcat. Honoratur enim Pater æternus, quum grati agnoscimus, quod ipse pro summa potentia sua, vt mundum perditum renouaret, fœmineum sinum tanti muneris atque boni capacem reddiderit. Honoratur & Filius Dei, cum immensæ illius erga nos charitati gratias agimus, quod in vterum Virginis de sinu Patris vltro descenderit, quodque mortalem carnem assumtam vna cũ anima, hypostasi suæ vniuerit, ac vnitam supra omnia exaltarit. Honoratur & Spiritus sanctus, quum eius bonitati acceptum ferimus, quod in Maria Virgine, tanquam venerando sacrario, ad communem mundi salutem mirabiliter cõceptum atque formatum fuit, vt illic sacrosanctũ diuinæ incarnationis mysteriũ celebraretur, ac initio à Maria facto, toti mundo manifestaretur.

Chalcedonensis Synodus.

Tertia Ephesina Synodus.

Quomodo Christus ex gratia sanctificatus dicatur.

Ex Damasc. lib. 3. de fide. cap. 2.

Proverb. 8. Ego Mariã diligẽtes diligo.

Ioan. 14.

SED quoniam Scholasticis duntaxat Doctoribus diximus veteris etiam Ecclesiæ scriptores audiendi sunt, qui de hac materna dignitate reuerenter admodum, sæpe & cum admiratione loquantur, & nos itidem loqui vtique suo docent exemplo. Peruetustus author est [a] Tertullianus, cuius testimonio Maria beatissima & gloriosissima, quia mater Christi, disertis verbis prædicatur. De [b] Methodio Martyre alibi diximus, qui Dei genitricem mitis laudibus vehit, quæ incircumscripti, vt sic dicatur, sit circumscriptio, radix venustissimi floris, mater creatoris, nutrix nutritoris, eius, qui cuncta comprehendit, comprehensio, quæ nullius rei indigo, sed tamẽ carnem non habenti Deo fuerit carnem mutuata. Miratur & [c] Origenes hoc maternum decus, ac præstupore in has voces prorũpit: O inenarrabilis suauitas: O ineffabile magnumque Sacramentum. Ipsa eademque Virgo, ipsa & Mater Domini, ipsa & genitrix, ipsa eius ancilla, plasmatio eius, ipsa quæ genuit. Quis vnquam ista audiuit? quis vidit talia? & quis cogitare potuit, vt mater virgo esset & intacta generaret, quæ & virgo permansit & genuit?] Exaggerat itidem Euangelistæ dictum, qui Mariam indicaturus, matrem eius posuit: Cuius eius, inquit? Mater Dei vnigeniti, Domini & regis omniũ, plasmatoris & creatoris cunctorum: illius qui in excelsis sine matre, & in terra est sine patre, ipsius qui in cælis secundum Deitatem in sinu est patris, & in terris secundum corporis susceptionem in sinu est matris.] Ita verò nos docet Origenes, & rectè quidem, in eo quod matrem Domini vel legimus, vel dicimus, philosophari. Nec dissimilis admiratio Gregorium Nissenum cepit, dum in rei & personæ tantæ contemplationem deiuxus exclamat: O beatum vterum illum Mariæ, quæ bonitatis præstantia, ad se traxit animi bona. In reliquis enim omnibus, hominis animus purus Spiritus sancti præstantiam capit: hic autem caro fit spiritus receptaculum.] Quid verò [a] Petrus Damianus? Quæ lingua, inquit, in eius laude iuuenitur idonea, quæ illum genuit, quem omnia benedicunt, & cum tremore obediunt elementa?] Est profecto ita, vt [b] Hildefonsus affirmat, conceptionis & generationis modum in Maria omni miraculo mirabiliorem, omni opere potentiorem, omni signo angustiorem esse. Vnde dixit etiam [c] Epiphanius: O virgo sanctissima quæ exercitus Angelorum in stuporem deduxisti. Stupendum enim est miraculum in cælis, mulier amicta sole, stupendum miraculum in cælis, mulier gestans lucem in vlnis, stupendum miraculum in cælis, alter thronus Cherubicus, stupendum miraculum in cælis, mulieris filius, qui & ipsius & seculorum est pater, stupendum miraculum in cælis, thalamus Virginis habens filium Dei, Deũ sponsum Christum.]

a Serm. de Natiuitate B. Virginis.

b Li. de Virgine Maria cap. 11. Hildefonsus

c In Ser. Latine verso à Ioanne Vico Canonico Parisien. Apocal. 12.

Cyrilli & aliorum epitheta Dei matrem exornantia.

Dei matrem esse Ruperti etiam in exilij miraculum.

ATQVE huc spectat præclara oratio Procli Episcopi Ciziceni, fuit is Nestorij post Maximianum in sede Cõstantinopolitana successor, qui de Christi natiuitate disserens, Virginem matrem vocat impollutum & purum illibatæ Virginitatis thesaurũ, decusque & ornamentum. Hæc ait, spiritualis secũdi Adami Paradisus: hæc vnitarum inter se naturarum officina, hæc salutaris reconciliationis Panegyris, hæc thalamus, in quo Verbum humanam carnem sibi desponsauit. Hęc animatus naturæ rubus, quem diuini partus ignis non combussit. Hæc verè lenis illa nubes, quæ super Cherubin sedentem in corpore suo gestauit: hęc vellus mundissimum cælesti pluuia madens, exqua pastor ouem induit. Hęc ancilla & mater, Virgo & cælum: hæc sola pons est, per quẽ Deus ad hominem descẽdit, hæc admiranda illius Oeconomiæ tela, ex qua & in qua ineffabili quodam modo admirabilis illius vnionis tunica confecta. Cuius quidem textor extitit Spiritus sanctus, nutrix virtus ex alto obumbrans: lana, vetusta villosaque Adami pellis: trama, impolluta Virginis caro: radius textorius, immensa gestantis gratia: artifex, Verbum per auditum illapsum: Quis vidit, quis audiuit talia? Incircumscriptus Deus vterum inhabitat: quem cæli non capiunt, venter complexus est Virginis.] Venustæ sunt hæ metaphoræ siue similitudines, quibus mater Domini vtcunque nobis depingitur, si humano quidem more loquendũ est, quum alioquin rei præstantia orationem omnẽ excedat. Cyrillus reginas instituens, Mariam vitæ genitricem, pulchritudinis matrem, & magnificentiæ lucisque parẽtem appellat. Eodem illustria spectant epitheta, quibus [d] Ephrem Diaconus, [e] Andreas Hierosolymitanus, aliique veteres ad Deiparam indicandam ac ornandam libenter vtuntur. Est illis Virgo mater, sancta tellus, ex qua nouus Adam ineffabili fictione formatus nascitur: est sacrum Dei fermentum, quo tota generis humani massa conspersa, & ex quo Christi, corpus tanquam panis conficitur: est noua gloriæ arca, & vrna aurea quæ dulce manna continet atque præstat: est mirificum aruum, ex quo cælestis agricola suam sine semine spicam educit: est eximium templum, ex quo Deus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech egreditur, atque vt semel absoluam, est ardens ipsique Moysi admirabilis rubus, quem diuini partus flamma non adusit.

d In præcatione ad Deiparam.

e In explicatione Angelicæ salutat.

Prodi. 3. Esa. 19. Deut. 17.

Quibus nominibus Deipara vocetur Hesichio Hierosolymitano.

NEQVE ita pridem Latinè conuersus prodiit author Græcus Hesychius, Presbyter Hierosolymita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Serm. de sancta Deipara.

nus, qui vel solus multa & præclara encomia, vt A Mariæ Deiparæ congruentia, subministrat: vtpotè quod sit mater lucis, stella vitæ, Dei thronus, templum maius cælo, Cathedra non inferior cathedra Cherubica, arca vitæ, quæ ipsa Noë arca sit latior, longior, illustriorque. Hæc, inquit, vniuersum Trinitatis complementum: quandoquidem & Spiritus sanctus adueniebat, atque hospitabatur, & Pater obumbrabat, & filius vtero gestatus inhabitabat. Vides quanta & qualis est Deiparæ & Virginis dignitas: vnigenitus enim Dei filius, mundi conditor velut infans ab ea gestabatur.] Coniungit & miracula quædam, quæ in solam Deiparam competunt: Peperit, inquit, & vterum non aperuit: concepit, & vuluam non corrupit: eduxit infantem, & vterum signatum reliquit: lac suppeditauit, vbera tamen intacta conseruauit: portabat puerum, pueri tamen patrem non agnoscebat: mater effecta est, quæ minimè sponsa fuit: nutriebatur filius, & non inueniebatur pater.] Neque tacet hasce venustas similitudines: Ager fructum edebat, & fructus carebat cultore: messis reddebat, quæ semen non acceperat: currebat fluuius, & fons quacunque ex parte clausus erat, vt perspicuum fieret, te matrem esse factam, & tamen non esse passam ea, quæ mulieribus accidunt.]

Mariæ Deiparæ. Maria sanctiss. Trinitatis cõplementum quomodo dici possit. Mirabilia circa Deiparam consideranda. Pulchræ similitudines Dei matrem adhibentes.

Chrisologus Mariam Dei matrẽ simul & Virginem docet celebrare. Serm. 143. de Annuncia. Virginis.

Quocirca quod à Petro Chrysologo scriptum est, à piis omnibus in Matris huius præconiũ merito deprædicatur: Verè benedicta Virgo, quæ & Virginitatis possidet decus, matris & pertulit dignitatem. Verè benedicta, quæ & diuini germinis suscepit gloriam, & regina totius extitit castitatis. Verè benedicta, quæ fuit maior cælo, fortior terra, orbe latior: Nam Deum quem mundus non cepit, sola cepit: portauit eum, qui portat orbem, genuit genitorem suum, nutriuit omnium viuentium nutritorem.] Quæ omnia Euangelico fundamento nituntur, quoniam sanctæ mulieris Elizabethæ tum verbis, tum exemplo consonant, quæ non humano, sed prophetico spiritu permota, imo & Spiritu sancto repleta, non modo matrem Domini reuerenter excepit, sed illud etiam ingenue proclamauit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Ac veteres non temere notarunt, ad se quoque & Christianos omnes pertinere, quod ad matrem Domini publicè celebrandam, tum ab illa Ioannis Baptistæ matre, tum ab alia Euangelica muliere non dissimili spiritu afflata dictum factumque legimus. Qui verò ad hunc modum, vel iuxta D receptum Ecclesiæ morem Domini matrem suspiciunt & efferunt, reipsa declarant, se ad illas credentium generationes referri, de quibus in suo cantico Maria est verisimè vaticinata: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quid quod Ioanni Damasceno tanti valet isthuc quod tractamus priuilegium, vt non semel de Virgine pronunciet: Re vera domina facta est omnium creaturarum, quum omnium Creatoris facta est mater?] Nõ quod ille primus hoc excogitarit, sed potius quod ab Athanasio Magno traditum acceperat, vt alibi meminimus, id suo calculo approbasse videtur.

Lib. 4. ca. 15. de fide Ort. In Euangelium de sanctiss. Deipara. Maria quomodo Dei mater, rerum etiã omnium domina secundum Damascenum.

Aduersarios contentire nobiscũ in agnoscenda prærogatiua Virginis, quatenus est Deipara, in

A c bene quidem habet, quod plerique Nouatores propositam Mariæ prærogatiuam astruant, nec in parte clarissimis Euangelij verbis obstrepere, & Deiparæ perpetuo detrahere videantur. Cuiusmodi enim hæc est confessio: *Hodie celebrari nequit alata nobis per Christum benedictio, quin simul occurrat, quam honorifice Mariam ornauerit Deus, qui vnigeniti filij sui matrem esse voluit.* Et rursus: *Felix Maria, quæ Dei promissionem corde amplexa, sibi torique mundo salutem concepit ac peperit.* Tum Ioannes Bugenhagius Pomeranus: *Fatemur*, inquit, *per omnes generationes beatitudinem huius mulieris, de qua dixit Deus, Semen mulieris conteret caput serpentis, quemadmodum Maria concinit: Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Hæc laus Virginis, quod est mater Dei, quod concepit de Spiritu sancto, & gestauit in vtero, & peperit Iesum Christum, filium Dei vnicum Dominum nostrum, superat intellectum omnium hominum & Angelorum. tibi non fecit vir aliquis, sed Dominus Deus suo Spiritu sancto per filium creauit vnum nouam in terra Israël: Fœmina circundedit virum, id est, gestauit in vtero verum & æternum & omnipotentem filium Dei, per quem omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Hæc de matre Dei beatissima Pomeranus, magistrum Lutherum haud dubie sequens, à quo diserte traditur Mariæ tam eximia & ingentia bona in eo, quod Dei mater facta est, cælitus contigisse, vt illa cuiusuis hominis captum excedant. Omnem enim honorem ac beatitudinem inde prouenire, quod in vniuerso humano genere vnica persona sit cunctis superior, cui nemo par, & quæ cum cælesti Patre filium tantum communem habeat: neminem de illa maiora prædicare, vt illi nunciare posse, etiamsi tot sit linguis prædituς, quot flores ac herbulas terra, quot præterea cælum stellas, ac marenas sustinet. Quare illam ipsam, cum Dei parens effecta esset, ac rem tantam verbis expliciare non posset, in vocem illam ardenter eructasse: Fecit mihi magnifica qui potens est, & sanctum nomen eius. Quid verò Brentius: palam & ipse faretur, hac gloria nihil excellentius dici, hac beneficij maiestate nihil maius atque sublimius excogitari, hoc dono nihil admirabilius esse posse, quod perpetua virgo mater fiat, non Prophetæ alicuius aut Patriarchæ, non Regis terreni, non Angeli cælestis, sed Messiæ omnium Patriarcharum & Prophetarum Domini, sed vnigeniti filij Dei, creatoris cæli & terræ. Etsi verò neque Caluini, neque Lutheri, neque sociorum vtriusque testimoniis, quæ passim in illorum scriptis extant, hoc loco indigemus, tamen ad Catholicæ veritatis confirmationem valere putamus, quod Ecclesiæ hostes non sine occulto Dei iudicio nobis vltro concedunt, & contra Sectarios alios, de quibus mox agemus, Catholice docent, vt ita demum & Deum & Dei donum amantibus in bonum omnia cooperentur, & salutem, sicut ille ait, ex inimicis etiam nostris comparemus.

B

C

D

Mariæ prærogatiua.

Manet igitur hæc propria & primaria semper Mariæ prærogatiua, quod verè proprieque dicatur & sit Deipara, sicut iam ostendimus, & pluribus adhuc euincemus. Vnde [a] Bernardus Mariam a Euangelicæ [b] mulieri eleganter comparat, quæ tres farinæ mensuras, siue, vt noster legit interpres, tria sata modice addito fermento commiscuit atq; contemperauit, vt tota deinde conspersio in vnum fermul corpus confletur atque vniatur. Etenim Mariam nobilem hanc esse mulierem ostendit, quæ præstantis fidei suæ fermento id, quod alius nemo potuit, perfecerit, vt in suo vtero tres naturæ, Verbum, Anima & Caro, perinde ac tria sata, in vnitatem personæ Christi coniungerentur, & coniunctæ non diuellerentur. Plane beata inquit, quæ credi-

a Bernard. Serm. 2. super Missus. b Matth. 13.

Christus vna semper persona etiam in morte perduit, etiamsi vtero eius & anima separatur. Luca 1. Tolli sententia D. Ioannis Damasceni virtutem animæ excellentiæ. In lib. quæst. ad resp. quæst. 136. Mariam vt verè mater Dei puritissimã effe decebat. Lib. de conceptu virginali & peccato originali cap. 18. Matrẽ Domini opportuit omnino puram & sanctificatam esse. Libro 2. de Emanuele cap. 26. Quamopere Mariæ puritas Deo placuerit, nouisque profuerit. Lib. 2. de Resurrectione cap. 51. Magnã esse puritatem similem deo Mariæ & filij. Cant. 1. Sanctificatio loci & Canticis de Maria ma. neque filiũ Regem diadematæ coronat. 4 Tom. 1. b Lib. de instit. virginis cap. 16. c In cap. 8. lib. Cantic. Psal. 44.

credidit, quoniam perfecta sunt in ea, quæ dicta A sunt ei à Domino. Perfecta autem non essent, si quo minus iuxta verbum Domini esset fermentata tum totum, & perpetuo fermentatum, vt nec diuisionẽ quidem facta carnis & animæ, à carne vel anima Verbum diuideretur. Quæ cum ita sint, quis vel communi sensu prædituς non intelligat, singularem puritatis gratiam in ea fulsisse, quæ præ omnibus ad summum hoc dignitatis genus euecta est: Vidit hoc quoque Iustinus Martyr: & his verbis prodidit: Quia non quamlibet è vulgo fœminam Deus delegit, quæ genitrix Christi fieret, sed quæ mulieres omnes virtute anteiret, non abs re eiusmodi virtutis nomine matrem suam beatam deprædicari voluit, per quam virtutem honore eo digna habita est, vt virgo mater fieret.] Atque hoc est, quod ex Anselmo repeti solet: B Decebat vt illius hominis conceptio de matre purissima fieret. Nempe decens erat, vt puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret, cui Deus pater vnicum filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, vt naturaliter esset vnus, idémque communis Dei patris & virginis filius, & quam ipse filius substantialiter facere sibi matrem eligebat, & de qua Spiritus sanctus volebat & operaturus erat, vt conciperetur & nasceretur ille, de quo procedebat.] Quam Anselmi sententiam Richardus Victorinus comprobat, cùm aperte docet: Nisi ab omni vitiorum contagio Maria penitus purgata fuisset, Deum Deique filium generare non posset. Vt enim virgo conciperet, virgo pareret, summa sanctitate, summa puritate opus haberet.] Ab his demum non est alienum, quod sancta vidua Brigitta testatur, ac ego piis plerisque iam persuasum esse puto, eximiam Mariæ virginis puritatem fecisse, vt summe illa Deo placeret, ac Deitatem ipsam in se pertraheret, quæ quidem ex calore Spiritus inflammata, verum Deum & hominem in vtero suo concluserit: Christum igitur sicut florem germinantem (hic enim sui seminis naturã referre consueuit) Mariæ matris persimilẽ extitisse, vt idcirco, si singularem sexus tantũ proprietatẽ excipiamus, vtrinq; membra, forma & facies sibi pulchre mutuoresponderent.

C

Egredimini ergo filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eũ mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Libet enim præclarum hunc Scripturæ locum repetere, & ad præsens institutum acommodare, quem & veteres, præsertim [a] Origenes, [b] Ambrosius & [c] Gregorius Magnus, de Maria & eius filio non temere sunt iuterpretati. Est autem hæc grauis ad Christianas mentes, quæ mystice dicuntur filiæ Sion, adhortatio, vt verum Regem ac Salomonem Christum erectis fidei oculis in huius vitæ tenebris sedulo contemplentur, in eóque sibi proponant diadema, elegans scilicet ac mundum splendidúmque indumenti genus, quo filium Salomonem mater virginea cohonestauit. Diadema vero mystice dictum est pro carne Christi non modo labis experte, sed & omnis gratiæ nitore splendente, in qua speciosus ille præ filiis hominum apparuit. Dies autem faustissimus desponsationis, qui huic Salomoni contigit, ad illud tempus pertinet, quo spirituales illæ nuptiæ propter

D

a Origen. Hom. 3. in Cantica. b Ambros. lib. 2. de Isaac. c. 2. c Gregor. Magnus lib. 2. in Ezechiel. Hom. 4.

diuinæ humanæque naturæ in vna Christi persona coniunctionem, in vtero Virginis sunt celebratæ, vt cælestis sponsus æterno amori suo satisfaceret, ac sponsæ Ecclesiæ in eadem carne arctissime sese coniungeret atque consociaret. Cum vero primum ex matre Virgine natus est Christus, regium illum decorem seu diadema, quo mater illum iam antea induerat, mundo spectandum præbuit: quandoquidẽ tanquam sponsus ornatus videlicet, processit de thalamo suo, ac præterea sicut Gigas ad currendam viam, vt Propheta loquitur, exultauit. Ac ab eodẽ quidem tẽpore sponsa Ecclesia ob spõsi tàm pulchre coronati præsentiam gaudet in Spiritu sancto, & gaudendo dulce canit epithalamium, ac toties fere canit, quoties sponsum tuum Virginis filium coram spectat, osculatur, amplectitur. Id vero fit maxime, quum ad mensam illius diuinam accedit, eius carne & sanguine pascitur, eiusdem spiritu mouetur, ac verbo delectatur. Summa enim illius & firmissima est consolatio, quod cum Psalmographo dicere, & inter summos angores, quoniam cruci in hoc exilio subiecta est, decantare possit: Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. Quorum verborum sensus est, sicut locum Epiphanius explicat, Christum in hunc mundum venientem, nouo modo regnare cœpisse, speciosо carnis indumento ex Maria sibi sumpto, in quo post mortis supplicium rediuiuus, suam potentiam aduersus atrocissimos hostes, peccatum, mortem, Diabolum maxime declarauerit. Igitur caro ex Virgine procreata, licet mundo vilis appareret, tamen coram oculis Dei & Mariæ, dicam & Angelorum, in seipsa præstantem & incomparabilem decorem continebat, Christique victoris ac triumphatoris singularem virtutem ostendebat, ac demum eandem quum ad extremum iudicij diem ventum erit (tunc enim videbit omnis caro salutare Dei) viuis ac mortuis simul ostendet. Recte igitur ab Ambrosio dictum est: Beatus Mariæ vterus, qui tantum Dominum coronauit, quando formauit. Coronauit eum quando generauit: quia hoc ipso quod ad omnium salutem eum concepit & peperit, coronam capiti eius æternæ pietatis imposuit, vt per fidem credentium fieret omnis viri caput Christus.] In eundem sensum, & fortasse clarius, disseruit Cassiodorus, dictum locum sic explicans: Vox Ecclesiæ inuitantis animas fidelium, quàm mirabilis & speciosus sit sponsus eius. Ac si diceret: Considerate Christum pro nobis carne indutum, quam carnem de carne Virginis matris assumpsit. Diadema namque vocat carnem, quam Christus assumpsit pro nobis, in qua mortis destruxit imperium, in qua etiam resurgens, resurgẽdi nobis spem contulit. Mater vero sua eum coronasse dicitur, quia virgo Maria illi de sua carne carnis materiam præbuit in die desponsationis eius, hoc est, in tempore incarnationis eius, quando sibi Ecclesiam coniunxit.]

Psal. 18. Ecclesia cum Maria gaudet ob præsentem in carne Saluatorem. Psal. 92. Quid sibi velit, Dominus regnauit decorem indutus iuxta Psalmographum. Hæres. 69. contra Arianos. Luc. 1. Lib. de instit. virg. cap. 16. Maria Christum coronauit generãdo. Cassiodorus quomodo exponat dictum locum in Canticis, quod Maria coronauerit Salomonẽ diademate. In lib. Cantic. cap. 2.

Quo referenda sint superiora.

H æc pluribus fortasse, quã sit opus persequor, vt proposita è libro Canticorum sententia rectius intelligatur, indéque pij velut diuina voce prouocati, hanc tantam Mariæ collatam, ac nobis deinde in Christo communicatam gratiam sæpè ac multum expendant. Neque verò hanc tantam Deiparæ præstantiam offuscat vel impedit, quod in Eua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patriches Dei voluntatem qui faciunt matres quoque Christi appellati. *Matth. 12. Marc. 3. Luc. 1. Lib. de sancta virgin. cap. 6. & 7. Tertull. lib. 5. Enarr. in Galat. 4.*

Multi Christi matres mystice sue metaphorice dicti sola vero Maria capitis & membrorum Christi mater est.

gelio scriptum legimus, eos omnes qui Patris voluntatem audiunt & faciunt, Christi matres posse censeri, adeóque Christo ipso censore compellari. Quicunque, inquit, fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror & mater est. In quem sensum dixit etiam Augustinus: Mater Christi est omnis anima pia faciens voluntatem Patris eius fœcundissima charitate.] Similem appellationem Paulus Apostolus ad se transfert, perindè ac si mater esset Galatarum, eósque in Christo genuisset, ac porrò grandiores vellet efficere. Sic enim loquitur: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Sedenim quod Christi matres nonnulli appellantur, non propria, sed metaphorica est appellatio, eáque Mariæ dignitatem illustrat magis quàm obscurat. Hęc enim sola inter omnes non modò spiritualiter, sed etiam verè atque corporaliter Christi mater facta est, quoniam animo simul & corpore verbum Domini concepit, conceptum peperit, lactauit, nutriuit, omnibusque perfectæ matris officiis tota vita præ cæteris cohonestauit. Adde, quod nullius credentis pectus vnquàm Dei verbum sacráque mysteria tàm exactè cognouit, tam altè recondidit, tam sedulo secum expendit, tantámque voluptatem obedientiámque & vtilitatem ex Dei verbo reportauit. Igitur Maria primas tenet inter omnes, qui verbum Dei tectè tractant, patrisque faciunt voluntatem: neque solùm corpore mater capitis, sed & spiritu mater membrorum Christi sola repertitur. Etenim cooperata est charitate, vt fideles in Ecclesia, qui Christi capitis membra sunt, nascerentur: & duas præterea res, virginitatem & fœcunditatem, in corpore venerandas habuit, quia & integra permansit & peperit, quemadmodum [a] Augustinus asseuerat. Quare sapienter notat [b] Cyrillus Alexandrinus, cęplures quidem Christi genitrices dici posse, mystice scilicet, aut iuxta sensum spiritualē: solam verò Mariam Christi simul & Dei genitricem intelligi ac proferri oportere. Rupertus verò vt matrem Domini à reliquis omnibus, quibus hoc nomen generale tribui potest, segregret, significanter dixit: Est Maria Christi mater vera, cui carnis substantiam ministrauit, quem peperit, lactauit & educauit. Est mater tota, quia totam ei substantiam ministrauit, nulla viri vsa cōsortio vel semine. Est mater pia & studiosa, quia sollicitè filiū Dei in domum suscepit, pannis operuit, vbere lactauit, & in Cruce velut carcere visitauit.] Demùm Alcimus auitus vetus, nec ignobilis Poëta, dictum Euangelij locum vertit carmine, & Mariam simul honorat, quæ inter omnes primam tulerit laudem, vt Christi Deique mater appellaretur. Canit autem in hunc modum:

Sic virgo fœcunda fuit, quæ pondere casto
Factorem portare suum, Dominumque perennem
Edere promeruit, dignoque agnomine dici
Virgo Dei mater, cuius super omnia primæ
Laudis eris, si forte voles charissima consors:
Religiosa pio, si Christum, & credula, corde
Concipiens, operum cælo pia germina gignas,
Si quisenim Christus, mea tussa peregerit, inquit,
Atque voluntatem patris compleuerit almi:
Is soror & frater meus est, is denique mater.

[a] *Lib. de sancta virg. cap. 6. 7. & lib. de nat. & gratia contra Pelag. cap. 36.*

[b] *In Luc. cap. 2. de interpret. Domini ad Aegyptios Machabei.*

VERVM de hoc Euangelij loco, vt satisfiat aduersatiis, nos libro sequenti plura dicemus, sat habentes vtcunque nunc exposuisse, quantum momenti ac dignitatis apud Orthodoxos habeat, Mariam veram Christi matrem, adeóque Deiparam non esse minus, quàm per totā Ecclesiā prædicari.

CAPVT

De nouis & antiquis Hæreticis Mariam Dei & Domini nostri matrem esse, nefarie inficiantibus.

Propositio de sequēti tractatione.

De nostri seculi Sectariis, qui Mariam Christi matrē virginem auctoritatibus euincunt.

NIllum tādem campum sumus ingressi, qui multos cōtra Deiparam aperto Marte furiosè certantes exhibet, nimirùm vt summum Virgini honorem, quem diximus, eripere, vel parte saltē ex aliqua subducere & imminuere possint. Ex his primùm ætatis nostræ Sectarios, ac deinde illorum progenitores ac Patriarchas equè detestandos proponam, vt & riui & fontes aquæ spurcissimæ, qui Catholicæ veritatis plenum, vt sic dicam, alueum, & necessarios meatus obstruunt, in hoc argumento certiùs deprehendātur. Valentinus verè Gentilis, aut certè quidem falsò fidelis, de quo Bernenses extremum sumpsere supplicium, teterrimum dogma nō multis ab hinc annis defendit, Christi Domini corpus humanum non ex Maria virgine natum, sed ex Patris substātia cælitùs allatum esse. Et [a] Menno Simonis non ignobilis dux Anabaptistarum, sic VVismariæ de humana Christi natura disputauit, vt eius originē ex cælesti Dei Patris semine, non autem ex Mariæ Virginis substantia esse peruicacitet affirmaret. Æque pius & modestus fuit [b] Suenckfeldius, qui maternam, vt sic dicam, originem Christo detraxit, eiúsque carnem & sanguinem non creaturalem, sed, sicut ipse vocat, supernaturalem, hoc est, mere spiritualem ac planè diuinam somniauit. Tùm [c] Seruetus horrēdæ impietatis architectus, corpus Christi, corpus Deitatis, & carnē eius diuinam, carnem cælestem de substantia Dei genitam esse confinxit. Docuit & Petrus quidam Germanus, Christū nihil carnis ex Maria sumpsisse: & [d] Foxus tamen illum pro Martyre inter tot alios ætatis huius Pseudomartyres, qui suorum scelerum sæpè iustas dedēre pœnas, ipsíque donatistis iam olim inter Schismaticos meritò plexis deteriores sunt, audet celebrare.

[a] Vide Cōlloquium VVismarense, & Iohannē Vtenhouē de diffugata Belgarum Ecclesia in Anglia.

[b] VVinterfeldius de perfecta & humana Christi.

[c] Ex scripto Caluini de seruetianis & seruetizantibus.

[d] De martiribus nostri seculi.

Vide Augustin. lib. 1. contra epistol. Parmeniani, & in epist. ad Romanos.

Nouatores in Christū & Mariam blasphemi, ac Gigantibus immaniores.

Anabaptistæ impiè de Christo sentiunt ac docent.

De colloquio inter Anabaptistas & Caluinianos pridē habito in patauinatu.

CÆTERVM qui de Christo tàm nefariè sentiunt & loquuntur, nec duplicem naturam in vna eius persona distinguūt, quid aliud faciunt quæso, quàm quód antiquis Gigantibus immaniores, vtrique Marti & Filio, bellum mouent execrabile, & si non cælum petere, at certè quidem ipsum fidei nostræ fundamentum, sine quo vno labuntur cætera, concutere moliuntur? Pergunt interim Anabaptistæ, quorum ingens adhùc est numerus, hoc suum tueri dogma, Christum è cælo spirituale & cælestę corpus secum attulisse, & à Maria nihil assumpsisse. Vnde non ita pridem, quum inter Caluinianos & Anabaptistas colloquiū propè Heydelbergam instituereturr, quemadmodum tota nouit & admirata est Germania, etiam hoc in disputationem venit: Sitne Christo tribuendum, vt carnis suæ substantiam ex carne Mariæ Virginis, aut aliunde quidem assumpserit? Hæc quæstio præsentibus ac colloquentibus Diepoldo VVinter, & alio Rauff Bisch, tanquam primariis Anabaptisticæ doctrinæ patronis, diu ac multum agitata est, sed post lōgam contentionem Caluiniani vtpotè doctrina & eloquentia superiores, nihil disputando effecerunt aliud, nisi quod surdis, vt aiunt, fabulam canerent, lateremque lauarent. Etenim præfractis hostibus persuadere nunquam potuerunt, Christum secundum carnem semen esse [a] mulieris, in Paradiso primum ac deinde [b] Abrahæ Patriarchæ, sicut & [c] Dauidi Regi promissum, ipsúmque benedictum [d] vētris Mariæ fructum, ad eum nēpè sensum, vt Christi caro ex maternæ carnis substantia deducta & accepta certissimè constituatur.

[a] *Genes. 3.*
[b] *Genes. 22.*
[c] *Psalm. 131.*
[d] *Luce 1.*

Nec decere, nec expedire, vt ad disputationem publicam cum Laicis, Anabaptistę admittantur.

QVIS verò sapiens atque cordatus, si libere dicendum est, non magnopere demiretur, tot modis impios, blasphemos, peruicaces, impuros, seditiosos, ac iāpridem abvtroque Christianorū hominū ordine tum Ecclesiastico, tū politico damnatos & explosos Anabaptistas, ad familiare colloquium, imo ad publicam longámque multorum dierum disputationem, quæ coram aulicis & plebeis haberetur admitti, & tales tantásque contentiones de summis fidei nostræ mysteriis aduersus Ecclesiasticas & Cæsareas sanctiones haberi, eáque dogmata religionis, quæ magno Christiani orbis consensu iampridem reiecta & exterminata sunt, in dubium palam reuocari publicèque defendi? Quæ isthęc quæso, prudentia, imo quæ non corruptela, vesania, turpitudo, damnatæ fidei, ac tantum non emotę mentis hominibus potestatem publicam facere, de causa religionis pro sua libidine, & non ex Patrum atque Synodorum auctoritate coram populo & talibus Iudicibus disceptandi atque pronunciandi? Hoc est scilicet, Hæreticos homines [e] deuitare, & impia docentibus [f] Anathema dicere, nullámque cum illis [g] habere consuetudinem, qui ab Apostolica & Ecclesiastica traditione operta fronte & impudenti ore discedunt. Imo verò nihil isthuc est aliud, quàm furiosis vt magis insaniant, ac pluribus noceant animos addere, vt cuique demum quodlibet, impune fere liceat de religione sentire ac spargere. Nulla porro vel commodior vel expeditior via est ad omnem tum Satanismum, tum Atheismum, qui tanta vi passim irrumpit, omnémque magistratum contemnit, & inuehendum & propagandum. Verum satis isthæc de Anabaptistis, qui non solum Deiparam sua primaria dignitate spoliāt, sed in Christum etiam ipsum adeo sunt contumelioſi, vt vtramque naturam, diuinam & humanam, in vna eius persona præsentem agnoscere dedignentur.

[a] *In Canone Apost. 12. & Epist. 1. Fabian. Tertullian. de præscript. hæret. Augustin ad Vincentium epist. 48. Item C. & Apostat. L. Hiqui sanctam fid. & C. de summa Trinitate. L. Nemo clericus.*

[e] *Matth. 7. Rom. 16 Tit. 3. 2. Thess. 3.*
[f] *In 2. epist. Ioann.*
[g] *Galat. 1. 2. Thess. 3. Apocal. 2. 2 Timot. 2.*

HIS iam nefandissimæ Sectæ principem adiungamus, qui verum Christum sese iactare ausus est, ac nōnullos vt ita crederent, dementauit. Is est Dauid Georgius Hollandus, eo impietatis progressus, palam vt negaret filiū Dei Verbum illud æternū, corpus ex Virgine assumpsisse, atque diuinā humanámq; naturā coniunxisse, vt in eadē persona Deus & homo simul inesset. Qui præterea, vt erat post hominū memoriā superbissimus, de seipso prædicauit, quod ipse nō ex carne, sed Spiritu sancto natus, quódq; Iesu Christi spiritu, ac multo quidem pleniore diuinitate cumulatus, perfectā & cœlestē nūc primū doctrinā adferret, vtpote diuinitus ad

Dauidis Georgij Hollandi, de quo testantur Basilienses, summa impietas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

donum Israel instaurandam excitatus atque missus. Sed ô præclarum instauratorem, imo vero improbissimum impostorem, iusto & Dei & hominum iudicio condemnatum, cuius exhumatum cadauer & ossa eruta flammis vltricibus Basilææ, vt tali Christo sane dignũ erat, absumerentur. Quid vero ille largiretur Mariæ? cur matrem suam Christi parente potiorem non duceret, qui se Domino maiestatis tam impudenter æquauit, imo etiam ab orbe terrarum anteponi postulauit? Postremo tum in Polonis, tum in Vngaria non paucos reperire licet, in quibus repullulat vetus Nestorianismus, & quibus Mariam Virginem Dei matrem appellare tantum non ludus, adeóque abominatio reputatur. Nam & Iosephum CHRISTI patrem, ex quo Maria prægnans facta sit, fingere non erubescunt.

Noui Nestoriani apud Polonos & Vngaros.

QVAE mihi satis quidem esse videntur, vt quibus, modo non cœcus, videat, quos venenatos halitus antiquus ille serpens hoc æuo in Europam nostram infuderit, quantúmque profecerit intolerabilis hominũ perditorum insania, qui ex veterum Hæreticorũ fontibus siue lacunis isthæc detestanda, quæ profundunt & renouãt, deliria deprõserunt. Loquor de illis damnatæ memoriæ Sectariis, qui iampridem eiusdem pestiferi serpentis afflatu seducti, vt ipsam religionis nostræ basin funditùs concuterent, aperto marte, nec dissimili studio in Mariam, eiusque filium palàm debacchabãtur. Etenim Cerdoniani Christum neque natum ex fœmina, neque habuisse carnem, nec verè mortuum, vel quicquam passum, sed simulâsse passioné, Augustino teste, mentiti sunt. Nec dissimile commentum in Proclianitis deprehẽdimus, quibus accedunt Apellitæ, quùm Christi carnem non de matre, neque de cælo, sed ex mundi elementis deducunt, & in eadem elementa post resurrectionem dissolui oportere cõtendunt. Iam verò Manichæi, Marcionis & Manis, id est, pestilentissimorum magistrorum execrandi discipuli, eundem ferè funem trahunt, Christo corpus phantasticum affingentes, vt verum hominem ex vtero Virginis prodisse inficientur, corpúsque de Maria sumtum in spectrũ inane conuertunt, ideóque veram domini natiuitatem, passionem & resurrectionem eludunt. Quid verò Valentinus, Pythagoricus magis, quàm Christianus, qui & ipse nomen fœdum sectæ dedit, nefandarum fabularũ inuẽtor? Is nihil Christo quod ex Virgine assumpsisset reliquum fecit, vtpotè qui à Patre missus, cæleste corpus secum attulerit, ac per Mariam solùm tanquàm per rimam, canalem aut fistulam quandam transierit. Vnde suo etiam seculo iustè questus est Tertullianus: Licuit Valentino ex priuilegio Hæretico carnem Christi spiritualem comminisci. Hebion constituit Christum nudum hominem, & tãtùm ex semine Dauid, non etiam Dei filium. Interfector veritatis Marcion, vt Christi carnem negaret, negauit etiam natiuitatem carnis Christi. Apelles Christo carnem, sed non natam carnem concedit, vt cuius substantiam de sideribus, & de substantiis superioris mundi sit mutuatus. His omnibus adiungi meretur impurus Apollinaris, carnem & ipse Christo ex Virgine assumptã adimens, sed tamen diuinitatis aliquid in carnem eius conuersam esse cõfingens. Damascenus istiusmodi Apollinarios vocat Dimoritas, qui Verbum carnem factum esse admiserint, sed carnẽ CHRISTI de Maria sumptam, pernegãrint.

Valentiniani.

Tertullianus quando fauus fuerit Christi frater.

Christus à Maria non sumpsit carnem.

Apollinaristæ & Eutychiani.

Quotsum superiora sint referenda.

ETSI verò diuersis itineribus isti progrediũtur, cõdem tamẽ concedunt, & in vna impietatis quasi cymba vehuntur omnes, quoniam Christum vtrũ perfectumque hominem, qui ex Mariæ materna substantia sit procreatus, nobis è medio per summam iniuriam tollunt. Eiusdem metalli sunt Eutychiani, (nam de Nestorianis posteà dicemus) nec solùm Verbi & carnis vnam esse naturam, verùm eandem quoque carnem non de sacro Mariæ Virginis corpore assumptam, sed de cælo deductam fuisse deblaterant, Vigilio teste. Quid verò attinet, his aliisque pluribus recensendis, qui blasphemandi arte in Satanæ synagoga iam olim claruerunt, & commune Christo Mariæque bellum nefariè intulerunt, nos longiùs immorari? Effracta, profligata, contrita istorum execranda sunt dogmata, quibus & corporis in Christo veritas, & Mariæ, vt sic dicã, maternitas sacrilegè conuellitur, atque nunc iterum, vt suum regnum stabiliat, augeátque Satan, contra omnem diuinæ Scripturæ Ecclesiasticæque censuræ authoritatem, à perfidis in dubium cæpit reuocari. Veruntamen quando quùm aliorum recentiorum, tùm Anabaptistarum insanus furor nõ conquieuerit, ac latè, prõ dolor, sese diffundit, multos vt Mẽnonitas gignat hoc seculum, qui CHRISTO carnem è Maria sumptam adimere nõ verentur, facere non possumus, quin & Scripturæ & Patrum sententijs veritatem Euangelicam aliquãtum illustremus, ac pestilentissimo errori, quo verum humanúmque filij Dei corpus aliunde, quàm ex carne Marię virginis esse susceptum impij fabulantur, pro nostra virili omnem aditum intercludamus.

Eutychiani.

Basilidiani.

Ex Epiphanio.

Seruetus & Photinus.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

E Scripturis noui ac veteris Testamenti demonstratur, Christi naturam humanã non alteri, quam Mariæ tribui oportere, in illáque & ex illa Verbum æternum incarnatum esse.

PRINCIPIO, si Christus Deus ex Virgine nihil assumpsit, si verus homo ex homine non est editus, quid quæso, Mariæ vtero erat opus, vt illa prius conciperet ac in vtero haberet, sicut Angelus Iosepho testatur, quod explero tempore in lucem ederet? Impleti quippè sunt dies vt pareret, & peperit filium suum, quemadmodum Lucas diserte narrauit. Nec enim aut Propheta Esaias, aut Gabriel Angelus est mentitus, cũ ambo de Maria Virgine primùm concipiente, ac deinde pariente filium clarissimè vaticinantur. Quis ergo non videat, quantũ ad Christi generationẽ Maria cõtulerit, in cuius vtero fœtus ille cõceptus & formatus, certísque dierum & mensium incrementis nutritus, ac tandem procreatus fuit? Confirmat hoc Elizabeth cognata Virginis, quùm Spiritu sancto afflata protulit, quæ non nisi ad matrẽ referri possunt: Benedictus fructus vẽtris tui. Ac iterum: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? illud verò singulare habet emphasin

Quod Christus verè corpus ex matre Maria sumserit.

Matth. 1.

Luc. 2.

Esai. 7. *Matth.* 1. *Luc.* 1.

De qua natus est IESVS, sicut à Matthæo scribitur, vt substantiam carnis Christi, non ex seminis Ioseph, sed ex Virginis Mariæ substantia desumtã fuisse certo intelligam. Hinc ille de Maria natus, & eius siue hominis filius, ob carnis videlicet communionem, quę ad humanæ naturæ veritatem constituendam pertinet, diserte in Euangelio nuncupatur. Eodem spectat Angeli oratio, qui Ioseph sponsum consolaturus, vt solicito & anxio eius animo retinendæ coniugis metum omnem eximeret, de Maria iam grauida dixit: Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Vbi natum, hoc est, conceptum in Maria fœtum audimus, sicut [a] Tertullianus & [b] Augustinus interpretantur: & præterea discimus, quod Maria virgo concepit & peperit, opus partim esse diuinum, ineffabile, incomprehensibile, quatenus illic Spiritus sanctus vim & potestatem suam Dominicæ incarnationis effectricem exercuit & ostẽdit, qui propterea Virgini dicitur obumbrasse: partim naturale, si Virginem cooperantem spectes, quæ de sui corporis substantia virum illum nobis dedit, suáque carne induit, de quo prædixerat Hieremias: Fœmina circundabit virum. Vnde significantiùs vtrunque dixit Angelus, conceptionem Domini & miraculosam esse, quia de Spiritu sancto, & naturalem, quoniam in Virginis vtero id natum siue formatum fuit, vt assumeret hominem Filius Dei, matre suum illi sanguinem purissimum suppeditante.

Matth. 1. *Matth.* 1. *Luc.* 1. & 2. *Marc.* 6. 8. & 9. *Matth.* 1.

Mariæ conceptus & partus partim supernaturale, partim naturale opus.

[a] *Lib. de carne Christi.* [b] *In Enchiridio cap.* 28. & *Epist.* 57. *ad Dardanum. Luc.* 1. *Hier.* 31. *Matth.* 1. *Luc.* 1.

ACCEDIT quod Apostolus Paulus talem Dei filium prædicat, qui ex semine tum Abrahæ, tum Dauidis secundum carnem factus sit, vt Dei nempe promissio de gentibus omnibus in vno Abrahæ, semine, & vero Dauidis filio benedicendis omnino compleatur. Hæc certe non in diuinam, sed in humanam Christi naturam competunt, & matrem eius Hebræam ex Dauidico genere ortam exigunt. Alioquin, quo pacto ille iam inde ab æterno, ex Patre genitus, secundum carnem tandem appareret, & siue ex Iudæis, siue ex Patribus, ipsisque lumbis Dauidis, vt Scriptura loquitur, natus prodiret in orbem, ac hominem se proderet, nisi ex matre Maria gigneretur, & homo ex homine naturã assumeret, ac assumtam in carne seruaret humanã? Sed rursus Doctorem gentium audiamus: Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Sic enim locum, qui Græcis est γενόμενον, legit [c] Cyprianus, eámque lectionem sequitur [d] Augustinus, vbi vulgata quidem editio, factum ex muliere, interpretatur. Quod si Christus ex muliere natus est, & ex ea corpus assumsit, si legem seruauit, & ministerfuit circumcisionis, vt idem Paulus affirmat, humanam certe naturam ex matre desumsit. Soluunt ergo IESVM, veréque sunt Antichristi, vt Ioannes affirmat, quicunque humanam Christi substãtiam aliunde, quàm ex Maria deducunt, vt negent Dominicam carnem ex Virginalis vteri substãtia prouenire. Omnis, inquit, spiritus, qui non confitetur IESVM CHRISTVM in carne venisse, ex Deo non est: & hic est Antichristus. Quod Græci etiam significantius ad hunc modum legunt: Omnis spiritus qui non confitetur IESVM in carne venisse, ex Deo non est. Soluit autẽ Iesum etiam Bedæ sententia, Quisquis eius vel diuinitatem, vel animam, Avel carnem negat, vt in his fidei Catholicæ aliqua ex parte aduersetur. Præterea ex Pauli testimonio constat, quod Christus ob humanæ naturæ consortium credentes, & fratres & pueros vocare non dedignetur: fratres quidem, quòd cum illo ex matre singuli, si solum demas peccatum, communem habeant naturam humanam: pueros vero, quandoquidem sicut cæteri mortales à mulieribus procreati, sic & ipse natus ex fœmina, carni & sanguini communicarit. At quomodo fieri vnquam posset, vt Christum vere fratrem haberemus, ipsique nos fratres agnosceret, nisi eandem ipse naturam acciperet, & susceptæ carnis dispensationem à matre mutuaretur? Ac toties quidem Scriptura veritatem hanc nobis commendat & comprobat, quoties redemptionis humanæ mysteriũ ad ipsum Christi sanguinem refert, & assumtæ carnis imbecillitates, vti famem, sitim, lassitudinem, dolorem, tristitiam filio hominis euidenter adscribit. Non cumulabo loca, sunt enim propemodum infinita, quæ huc pertinent, & in apostolicis literis passim offerunt sese Lectori.

Iesum soluere quis dicatur. Christi fratres & pueri cur à Paulo dicti credentes.

IAM VERO nec pauca Prophetica, seu veteris instrumenti testimonia suppetunt, quæ & impios retundant, & pios confirment in proposito argumento. Esaias non contentus Emanuelis matrem, eámque virginem & concepturam & parituram promittere, de partu eiusdem ac ortu filij hoc clarissime dixit: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Quod si plura de nati huius paruuli matre ac origine libet audire: Egredietur, inquit, virga de radice Iesse, & flos, siue vt alij legunt, germen de radice eius ascendet. Vbi radix Iesse genus Dauid, & virga ex radice Maria & ex Dauid, flos autem ex virga filius idem & fructus Mariæ CHRISTVS, qui & ipse flos intelligitur, teste Tertulliano. Quare sicut germen de natura eiusdem virgulti prorumpit, suæque naturæ formam accipit: & quemadmodum lignum ex eo quod sui generis est proprium, non aliud ex alio quotidie producere solet: ita Christi mater, veluti virga florem germinans, è suæ carnis substantia hominem sibi similem procreauit. Iterum vero Esaias, vt ardens & suum & totius Synagogæ in excipiendo Messia desiderium explicet, velut longioris moræ impatiens, in vocem illam plane vehementem erumpit: Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Nam hoc etiam loco Messias indicatur, ex Maria velut benedicta terra procreandus, qui germen & fructus terræ sublimis ab eodem Propheta nuncupatur. Huius enim corpus non solum de matre assumtum, sed etiam post crucis ignominiam ad summum honoris fastigium euectum fuit, nihil vt regnantis Christi gloriæ & magnificentiæ vel in cælis, vel in terris posit exæquari. Tum Propheta regius Mariam [e] terrã appellat, de qua veritas orta sit, & quæ fructum suum dederit, quum ille vidélicet, [f] qui in Sole posuit tabernaculum suum, tanquam sponsus de thalamo Virginalis vteri processit, atq; sicut Gigas ad currendã viam exultauit. Nec obscura est illa Messiæ precatio. [g] Dominæ ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, sicut & in alio Psalmo: [h] De ventre matris meæ Deus meus es tu. Quod si Christus de ventre matris, quæ se Domini ancillam dixit, nihil acciperet, non eũ intra famuli

Ex prophetici locis probatur, Messiã verum & naturalem Mariæ filium esse.

Esai. 7. & 9.

Esai. 11.

Christus quia Mariæ filius, germen & fructus terræ sublimis dicitur

Esa. 4. & 11

[e] *Psal.* 84. [f] *Psal.* 18.

[g] *Psal.* 115. [h] *Psal.* 70. [i] *Luc.* 1.

Lib. de carne Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

appellationem seruilis naturæ conditio detineret, neque idem ipse per Esaiam se seruum ex vtero esse formatum profiteretur. Nam & [a] Tertullianus & [b] Vigilius, quum ambo contra Hæreticos disputarent, eiusmodi dicta huc pertinere monstrarunt.

[a] Lib. de carne Christi & contra Marcionem. [b] In lib. contra Eutichē.

Ex qvibvs Propheticæ & Apostolicæ Scripturæ testimoniis, plura enim adiicere sit superuacaneum, satis detecta simul & reiecta est, ni fallor, Anabaptistarum vesana impietas, & impia vesania, qui damnatum iam olim nefandum errorem instaurare, & in orbem nostrum velut ex orco reuocare non erubescunt. Etenim cum suis, cæcis ducibus, execrandisque maioribus, quos recensuimus, turpiter ignorant, aut se scire quidem impudenter A dissimulant, Verbum cum natura humana sic esse coniunctum, vt eam quæ carne & anima constabat, assumēdo sibi vniuerit, & vniendo assumpserit, matre interim totā materiam, id est, carnem siue corpulentam substantiam ex suis purissimis sanguinibus, vt diximus, eidem Verbo subministrante. Reliquum est modo, antiquos simúlque probatos religionis nostræ magistros ac iudices adhibere, vt de germano diuinæ Scripturæ sensu, quem indicauimus, longe constet certius, ac Anabaptistarum peruersitas fortius conteratur, qui non sine summo scelere filium à matre, Christum à Maria dissociare conantur.

Consonantia Veterum in hac fide cum nostra.

Nam ex Matre sumpsit humanam substantiam.

Propugnatio sequentium dictorum.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Græcos & Latinos Patres magno consensu tradere, Christum Dominum ex Matre Maria humanam sumsisse naturam: qui vero aliter sentiunt, eos non modo turpiter hallucinari, sed & salutis humanæ hostes esse pernicioſos, & Mariæ imprimis permultum detrahere.

[a] Epist. ad Trallianos. Patrū sententiæ Mariā veram & naturalē Christi matrē asseuerantes, & primò Ignatij.

Ignatius Apostolorum B æqualis, & Apostolico vere Spiritu prædit[a] Martyr perspicue scripsit:[a] Vere genuit Maria corpus, habens in se Deum habitantem, & re vera natus est Deus Verbum ex Virgine, vestitus corpore obnoxio iisdem passionibus nobiscum: vere natus ex vulua, qui omnes homines in vulua fingit, & corpus sibi fabricauit ex sanguinibus Virginis, hoc solum excepto, quod nulla viri consuetudo intercesserit.] Eodem plane modo, quum Trallianos & Smyrnenses per epistolas instituit, Christum ex Maria vere natum asseuerat, & piorum aures obturari iubet ad eorum voces, qui Iesvm Christum filium Dei ex Dauid & ex Maria natum, veréque ex Deo & ex Virgine, licet dissimili modo, genitum esse audent inficiari.

[Lib. 3. contra Valent. cap. 18. 27. 28. 32 II. Irenæus.]

Martyr & Episcopus quoque, vt Ignatius, fuit Irenæus, qui in hoc campo acerrime certat, multisq; Scripturæ locis adductis nefariū errorem, Christum ex Virgine nihil accepisse contendentiū constāter elidit. Non ergo inquit, alterū filium hominis nouit Euangeliū, nisi hunc qui ex Maria est, qui & passus est.] Tū ab incommodo & absurdo sic ratiocinatur: Si de Maria nihil accepit, putatiue apparuit, non carnis hæreditaté, non hominis similitudinem seruauit, superuacua est eius ad Mariam descensio, nō quæ è terra erant escas ad corpus nutriendum percepit, non post quadragenarium ieiunium esuriuit, non fatigatus sedit in itinere, non super Lazarum fleuit, non anima eius ad mortem vsque tristis fuit, non sudauit stillas sanguinis, non ex percusso eius latere sanguis exiuit & aqua, denum vana & inania fuere carnis signa omnia, quæ in illo secundum Euangelium apparuerunt.]

[Lib. de præscription. hæreticorum. III. Tertullianus.]

Tvm Irenæi sectator diligens Tertullianus, præsertim in libris aduersus Marcionem editis, alicubi regulam fidei vocat, qua creditur Verbum illud quod filius Dei appellatur, Patriarchis varie visum, & in Prophetis semper auditum, postremo ex Spiritu & virtute Dei, in Virginem Mariam delatum, in vtero eius carnem factum, & ex ea natum hominem, ac propterea filium hominis appellatum esse. Quam suam sententiam alibi repetitis Elizabethæ verbis comprobat, quæ Spiritu sancto repleta dixerit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.] Sed & more suo, id est, acute sic ratiocinatur. Cur homo Christus & filius hominis si nihil hominis, & ex homine? nisi siaut aliud est homo, quam caro, aut aliunde caro hominis, quam ex homine, aut aliud est Maria quā homo.]

[Lib. de virginibus velandis. Tertull. de carne Christi. Hippolytus contra Noetum.]

Iam vero superioribus duos inuictos Christi pugiles, eósque veteres, Iustinum & Hippolytum adiungamus, qui doctrinam eandem non scriptis modo, sed & profuso sanguine comprobarūt. Prior in hunc modum docet: Filium hominis secundum ipsum Christus dicebat, vel quia natus est de Virgine oriūda à Dauide, Iacobo, Isaaco, Abrahamóque, vel quia ipse Abraham etiam reliquorum deinceps pater est, ex quibus Mariæ stirps exinde deducitur. Scimus enim patres filiarum, etiam liberorum patres esse, quos illæ pariunt.] Alter vero, Hippolytum loquor: Dic mihi, inquit, ô beata Maria quid erat, quod in tuo erat vtero, conceptum, & quid erat quod à te in virginali matrice gestabatur? Sermo erat Dei primogenitus à cælis ad te descendens: & homo primogenitus in vtero formatus, vt primogenitus sermo Dei homini primogenito coniunctus ostenderetur.]

[Dialog. cum Tryphone. Hippolytus in Theodocem. V. Origenes.]

Qvod autem à fanaticis Valentinianis adfertur, Verbum per Mariam quasi per canalem transiisse, neque tamen ex illa quicquam contraxisse, in hunc modum Origenes vetus & ipse Theologus refutauit: Si Verbum per Mariam penetrare turpe non duxit, nec ex ea aliquid sumere puduit: & in quem finem transiret, nisi inde aliquid deliberet: Si hominem non accepit ex Maria, quomodo consilium verba Apostolorum? quomodo mortuorum primogenitus erit? quomodo primitiæ dormientium? Tradit igitur hunc canonem Origenes: Non oportet autem inclinare his, qui dicunt per Mariam, & non ex Maria Christum natum, quod Apostolus præsciens

[Dialog. de recta in Deum fide. Lib. 1. cap. 2. & 3. simil. 25. in Iohannem. In epist. de fide Catholica.]

præsciens ita prædixit: Cum autem venit plenitudo temporum, misit Deus Filium suum factū ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. Vides quia non dixit factum per mulierē, sed factum ex muliere.]

[Li. de incarnationis Sacramento cap. 6. Luc. 1.]

Neque solùm Origenes, sed & Ambrosius ad hoc institutum valere vult, vt re vera valet plurimùm, quod ab Angelo Virgini nostræ dicitur: Quod natum est non per te, sed ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Nec discrepat Syriacus interpres, qui sic Latinè vertit: Is qui nasciturus est ex te, Sāctus ipse, ac Filius Dei vocabitur. Addit autem Ambrosius: Ex se generauit Maria, vt quod generaretur ex ipsa, in eo, salua generationis Dominicæ prærogatiua, corporis esset vera natura.] Ac rursus: Virtus venit in Virginem, sed natum est corpus ex Virgine, & ideò cælestis quidem descensio, sed humana conceptio est.] Quid autem illo luculentius? Habuit de suo Virgo, quod traderet? non enim alienū dedit mater, sed proprium è visceribus suis contulit inusitato modo, sed vsitato munere. Habuit igitur carnem Virgo, quam naturæ solennis iure transcripsit in fœtum. Eadem igitur secundùm carnem, generationis Mariæ genitique natura.]

[VI. Ambrosius Quomodo Patres exponant dictū Angeli: Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.]

[Eadem generantis Mariæ & geniti Christi natura.]

[Li. de incarnat. Domini. Sacramento cap. 5.]

Sed & Athanasius qui Ambrosium ætate præcessit, ex eiusdem Angeli verbis dictis colligit, Christiano nomine indignos esse censendos, qui audent ambigere, sitnè Dominus ex Mariæ editus substantia Deus, & natura Filius Dei: corpore autem ex semine Dauidis & ex carne Marię. Tum idem alibi testatur, quod Christus carnem nostram ex Maria decisam acceperit, quódque idem ex Marię carne & ossibus, veluti ex veteri Adamo, vt vicem eius expleret, costam sibi inxerit, ipsam nimirum incarnationem, quam semel indutam perpetuò gestet, ac proinde ista noua Eua, inquit, mater vitæ appellatur.] Tractat eundem Euangelij locū Gelasius, & ostendit, (Quod ex te nascitur) ideircò ab Angelo dici, vt proprietas humanę conditionis, quā Christus de Matre sumturus erat, explicetur: Sanctum autem appellari, quoniam sine cōtagione carnalis concupiscentię generetur: ac interim eundem Dei esse Filium, vt simul humanæ diuinæque naturæ Sacramentum, quod hac conceptione in Maria mirabiliter vniendum erat, significetur. Verùm ad Athanasium[a] redeo clarissimè pronūciantem: Erat ergo humanum naturæ corpus, quod ex Maria natum est, vt volunt Scripturæ diuinæ. Verum autem erat, quoniam idem erat cum nostro. Soror enim nostra Maria, quoniam omnes sumus ex Adam: nemo autem de hoc dubitauerit, qui recordabitur eorum quæ Lucas scripserit.] His planè subscribit non solū Chrysostomus[b] affirmans, quod spiritus carnē Christi nō ex nihilo, sed ex carne Virginali formarit, etsi nullo id modo possit explicari: verum etiam Epiphanius[c] in hæc verba scribens: Verè natus est Christus ex Maria semper Virgine, accepto verò corpore, non secundum opinationem, carne verè corpore verè cum ossibus & neruis & omnibus nostris, nihil à nobis immutatus, nisi quod illustris est sanctitate ac Deitate sua, vasèque sanctificationis & iustitiæ.] Nec multò post subiicit Christum verè factum in vtero Virginis, & Maria portatum, & in lucem editum, ac impollutè nutritum esse.

[Quomodo Maria etiam soror nostra dici possit. Spiritus ex carne Virginali formauit Christi carnē.]

[In epistola ad Epictetum.]

[Sermo contra omnes hæres. & in Euangel. de sanctiss. Dei para.]

[Lib. de duabus naturis in Christo. Luc. 2.]

[Maria noua Eua & mater vitæ. Athanasio dicitur. Cur Christus ab initio dicatur Sanctum.]

Iam verò ex Augustini sententia diuinitas in vterum Virginis aduenies, carnem sibi ex substantia

[a In epist. ad Epictetum, etiamsi Theodoreto dialogo 2.]

[Ambrosius, Cyrillus, Vigilius valdè luculenti sunt atque copioli, vnum si addidero Eusebium]

[VIII. Augustinus. Maria non solum Deū, neque cælestem carnem pepe-rit.]

[Detestandi & ab Ecclesia exclusi sunt, qui Christum de Maria natum non agnoscūt.]

[De verbis Domini ser. mo. 8.]

[In serm. 1. de ascensa Domini.]

[Lib. de fide & Symbolo.]

Extra Ecclesiam sunt negantes Christum in carne venisse de Virgine.

[Contra epist. Petiliani. cap. 4.]

[Lib. de fide ad Petrum Diaconum cap. 13.]

[IX. Fulgentius. Secunda in Trinitate persona in Virgine tantū concepta, & de Virgine nata est.]

Christus vnū & vnius naturæ cū Virgine matre.

[Part. 2. Panoplię.]

[X. Euthimius. Rationibus conuincitur, Filium Dei natum esse de Virgine.]

Cur Christus in Euangelio se Filium hominis sæpe vocet.

[XI. Theodoretus. Quæ sequantur incommoda ex aduersariorum doctrina.]

[Dialog. 2. a Genes. 49. b Psal. 88. & 131. Ephes. 2.]

[c Lib. de incarnat.]

[d Epist. ad Athanasium.]

[e Lib. 3. cont. Eutych.]

[f Hom. 1. de natali Domini.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

XII. Eusebius Emissenus. Confutatio eorũ, qui Christi carnem de Maria negant assumptã, sed taxat per eius vterum transisse dicunt.

Emissenum, qui doctè inprimis ac grauiter in rem proposítam disserit. Vbi sunt, ait, Hæretici, qui recenti errore decepti, & nouo antiqui serpentis dente percussi, dicere ausi sunt, carnem Domini Saluatoris nihil habuisse de Maria: Hoc dicunt illi Orietales Hæretici, nihil illum participasse de Matre.

Hic pestifer sensus Orientales Ecclesias occupauit, nihil Christum de nostra consanguinitate traxisse, sed per Virginis transisse vterum, quasi per corpus alienum. Et quid egit illis nouem mensibus intra illud materni corporis genitale secretum? illic vtique de eius ossibus & medullis ratione operante collectus, illic natura stupente compositus, illic per legitima nascendi spatia de carne carnis incrementa mutuatus est. Quòd si nihil attracturus erat de propriæ parentis materia, quid opus erat longa hospitij mortalis iniuria? Si, inquam, nihil de suo erat corporeus matris sinus cælesti puero quotidianis horarum ac dierum profectibus collaturus, vbi primùm legitur conceptus, statim consummatus, statim fuit & genitus. Sed non ita est. De prima dicatur paruuli confirmatione, vnde ossium compago, membrorúmque perfectio prodiit? Nota solennis temporis consuetudo. Itaque quum animam aliundè susceperit, si corpus de Matre non habuit, ergo Sermo diuinus caret veritate, quùm veritas sit, quæ eum Filium hominis protestatur. Quo quidem loco debemus aduertere, quod dum non hominum, sed homini dicitur, ex vno creari parente monstratur. Legimus: Et peperit filium suum primogenitum. Si nihil in eum de se trãstulit mater, non peperit propriũ, sed profudit alienum. Sed ita non est. Nam sicut totus Deus ex Deo est, ita totum hominis corpus ex homine. De carne Mariæ coagulatus, de eius formatus visceribus, de eius substantia consummatus, & sanguinem, quem pro matre obtulit, de sanguine matris accepit.]

Christus Filius hominis, non hominũ rectè dictur in Euangel. Totam Christi corpus ex Maria eiusque substantia & sanguine.

Christi sanguis oblatus, de sanguine matris acceptus.

Luce. 2.

Quapropter si venerandis Patribus ac præclaris Ecclesiæ luminibus vlla fides habenda est, nam Synodorum decreta suo loco repetemus, non possunt in verbo Dei non turpiter hallucinari, qui vel cum antiquis, quos diximus, hæreticis, vel cum nouis horum discipulis Anabaptistis Christum sine Matre impiè fabricant, verámque Dei & hominis genitricem nefariè aspernantur. Hi primùm in Christum horribiliter insultant, ac summam Dei gratiam abnegant, qua duce naturalis Dei Filius, dum ex Maria carnem induit, sibi corpus de corpore nostro, carnem de carne nostra, ossa de ossibus nostris aptauit, vt idem nobiscum esset, ac quod proprium habebat, ad nos sponte transferret, atque ita in commune nobiscum & Filius Dei & Filius hominis permaneret. Quare non modò peruersi doctores, verùm etiam crudeles humanæ salutis hostes dici haberique merentur, quotquot sanctissimam illam, vt sic dicam, fraternitatem é medio tollunt, per quam vnicus idem Dei Filius iure sibi soli cælestia omnia vendicans, nos tàm amanter complexus est, vt ex iræ filiis & gehennæ mancipiis electos sibi fratres, ac hæreditatis æternæ consortes humanissimè adoptaret, nostram naturam eousque prouehens, vt ne altiùs quidem assurgere posse videatur. Quam dignitatem non obscurè Christus ipse nobis subindicauit, quùm è terris in cælum digredi volens, discipulis quos fratrum nomine dignabatur, suauissimè affirmauit: Ascendo ad Patrem meum & ad Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Quid verò à Christiana pietate & gratitudine magis alienũ fingerent aduersarij, quàm quum hoc tantum tàmque salutare nobis Christi beneficium sic obscurant & extinguunt, vt huius immensæ gratiæ fons, caput & author non agnoscatur, non celebretur, non inuocetur, non redametur, sicut ipse à nobis vel maximè postulat, atque iustissimè promeretur?

Ioan. 20.

Peccant non leuiter in Mariam qui matrem Ipsius Christi esse dissentiunt.

Deinde in Mariam sunt iidem valdè procaces atque petulantes, quòd hac impia opinione laudem illi vel maximè debitam, atque à piis omnibus tribuendam, sempérque in Ecclesia vsitatam sceleratè supprimere & abolere contendunt: laudem, inquã, Euangelicis literis consentaneam, quam & Gabriel Angelus confirmauit, & cognata Elizabetha Mariæ matri Domini perspicuè, vt diximus, detulit. Nec parentem vllam Sol vidit in orbe, quæ maiore iure quam nostra Virgo, de suo diceret Filio id, quod primus mortalium parens de vxore sua iam olim protulit: Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Etenim proprium duntaxat de suis visceribus, vt Ambrosius loquitur, Christo Filio contulit modo prorsus inusitato, vt qui de cælo venit, Filius hominis efficeretur, ipsósque homines instauraret, ac Deo recõciliaret. Pudeat ergo tùm nouos, tùm veteres Sectarios in tanta Euangelij luce cæcutire, nihil vt illos moueat, quod legunt & audiũt, Christum ex Virgine iuxta Prophetiam esse conceptum, Mariam gestasse vterum, in Bethlehem peperisse primogenitum, natum pannis inuoluisse, in præsepio reclinasse, in templum intulisse, in Ægyptum adduxisse, & illinc in Nazareth reportasse, eúmque semel amissum non reperisse tantùm, sed etiam proprio filij nomine in templo compellasse. Ignorãt stolidi decuisse prorsus, vt Pontifex noster per omnia fratribus assimilaretur, & fraternæ charitatis nexu nobis intime copularetur. Sed ne his quidem omnibus placari possunt veteres & impro bi Manichæi, qui plurimum negotij Ecclesiæ tot seculis exhibuerunt, & partim linguis blasphemis, partim scriptis virulentis sanctissimam Dei genitricem petulantissime appetiuerunt. Quocirca committere non possumus, quin hos insanos Mariomastigas, quorum in Patrum scriptis toties fit mentio, in medium quoque protrahamus.

Maria de filij visceribus proprijs contulit Filio

Hebr. 2.

Translatio ad excutiendum & reiiciendum errore Manichæorum.

CAPVT XVII.

Disputatio partim aduersus Manichæos, Christo carnem de Maria sumtam impiè adimentes, partim contra Sacramentarios, Corporis Christi veritatem in Eucharistiæ Sacramento nefariè inficiantes.

Vt

De principe & secta Manichæorum.

Vide Euseb. Cæsariensem lib. 7. cap. 27. in Ecclesiaste.

VTmali Corui malum Ouum rectius cognoscatur, Manichæorum caput & Antesignanus fuit Manes, natione Persa, secundum nomen suum insaniens, vita & moribus barbarus, tàm superbè impius, & impiè superbus, vt sese Christum, aliquando & Paracletum esse iactaret, qui detracta cute Regi Persarum pœnas tandem iustissimas luit. A tali parente nomen Sectæque originem accipiunt Manichæi, qui particulas aliquot ex nouo Testamẽto arripientes, Legem & Prophetas reiiciebant, de bono & malo rerum principio ridiculè nugabantur, summum Dominicæ incarnationis arcanum tantum non exibilabant, & execrandis mysteriis, quæ impurissimi homines in suis congressibus celebrare sunt soliti omnes propemodum Hæreticos superabant. Quid igitur mirum, spurcissimos rerum literarúmque sacrarum corruptores, de purissima lectissimáque Dei ac Domini nostri Matre tàm prauè sensisse, vt illam penitus aduersari, nihilque cum illa commercij habere velle viderentur? Talem enim Christum stultissimi opifices sibi fabricarunt, qui Mariam non impleuerit, ad virginalia eius viscera non descenderit, in fœmineo eius corpore nunquam habitarit: quandoquidem Diuinæ maiestati haud congruat, in sordes illas humanas aliorum more hominum sese demittere: in maternis fecibus volutari, ac tamdiu hærere in sentina humorum putridorum, quemadmodum sordidissimos & putidissimos Manichæos loqui non puduit.

Manichæi aduersarij vehementes.

Breuiter, hoc istorum inane stolidúmque phantasma est, Spiritus sancti opificio indignum, Christo autem Domino ignominiosum fore, si eum ex Mariæ carne carnem assumere, & vere corpus humanũ passioni ac morti obnoxium à muliere mutuari constituamus: non enim corpus aliud, quàm imaginarium Dei Filio attribui oportere. Cæterùm absit à nobis hoc nefarium, sceleratúmque ludibriũ Manichæorum sit ista dementia. Vincentij Lyrinẽsis verbis vtor, qui suis innixi somniis, Christo largiri detrectant, quod is Mariæ vterum velut primã & propriam officinam sibi delegerit, nec solùm in ea purissima domo multis mensibus habitarit, sed etiam ex illius Virginis carne & sanguine corpus integrũ assumpserit, & ex maternis eius visceribus verus hominis Filius fuerit procreatus.

Manichæi Christo nihil concedunt, quod assumpsit de Virginis matre.

Vnde Manichæorum errores orti.

Nihil autem æquè, quàm carnis iudicium fascinat Manichæos, qui stulta & cæca mundi prudentia impediti, de rebus diuinis ineptissimè Philosophantur. Vnde non modò Mariæ Virgini matri, sed etiam immortali Deo fœdam notam inurunt, dum vanissimè comminiscuntur & illam, quæ perpetuò pura, sancta, integra perseuerauit, & hunc mundiciæ omnis authorẽ aliqua ex parte inquinari, quod ex Matris vtero Deus æternus homo formetur. Cur autem cœci homines Christo hic minus tribuunt, quàm Soli omnes largiuntur, cuius radij loca cœnosa & sordida penetrant quidem, sed minimè cõtaminantur? An non intelligunt, hanc summi Dei esse naturam, vt vbique locorum non possit non adesse, sempérque mundum illum persistere, ac eidem, si peccatum excludas, nihil impurum & sordidum apparere, quoniam nihil fœdum, turpe, deAspicabile, quòdque meritò reprehendatur, aliquãdo creatum ac institutum est. Quare diuinitus Apostolo Petro dictum legimus: Quod Deus creauit, immũdum ne dixeris. Vidit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona, sicut Moyses discretè testatur, & secundum doctrinam Apostolicam, omnis Dei creatura bona ac ideircò etiam munda est, præsertim si prima eius institutio, & accedens mox authoris benedictio consideretur. Deinde Optimo Maximo Deo tantùm non insultant impij, cuius cõsilium & sapientiam & bonitatem si vsquam alibi, certè in summo humanæ redemptionis mysterio relucentem gratissimis animis agnoscere & celebrare debebant. Atqui mirabilis illa œconomia descẽsus Filij Dei quid illis aliud, nisi merum phantasma est, quùm tam multa & egregia, quæ de Christi hominis natura, corpore & afflictionibus in Euangelio legunt, ad inanem quandam simulationem referre non erubescunt? Extant luculenta vaticinia de venturo Messia, & ex quibus ille maioribus procreandus esset, matrémque Virginem Gabriel Angelus planissimè designauit. Quid verò magis à Dei maiestate simul & bonitate sit alienum, præterquã illum, qui æterna est Veritas, in suis promissis fallacem ac mendacem esse, quùm nobis eiusmodi mittit Messiam, qui non sit homo, sed duntaxat se hominem esse simulet atque fingat? Ad hæc natura humana, quæ Deum iustè iratum & offensum habebat, restitui, Deóque suo reconciliari non posset, si pro illa quiddam imaginarium satisfaceret, nullúsque iustus & innocens eandem naturam in personã suam assumeret, vt verus homo pro hominibus cõmune debitum penderet persolueretque. Illud verò stultis Manichæis imponit maximè, quod crassis & pluscuàm anilibus speculationibus intenti nõ intelligant, Christum ineffabili modo, & supra naturæ captum, & tamen hominem ex homine conceptum ac editum, facilè cauere tùm potuisse, tum voluisse, nullæ vt sordes Virginei ventris accederẽt, sed pura & integra vtrinque manerent omnia, præsertim illo, qui ad sordes mortalium eluendas venerat, hoc primum suæ Matri beneficium conferẽte, vt sacro suo conceptu, fœtu atque partu longè mundior ac purior efficeretur, vtque Mater eadem immaculata immaculatum, benedicta benedictum fructum sui ventris in lucem proferret. Rectè igitur Leo Magnus Manichæos phantasmaticos, & Vincentius phantasiæ prædicatores appellat, homines tot flagitiis obrutos, vt ad imam scelerum nequitiam peruenerint, sicut de illis meritò iudicant, [a] Imperatores.

Act. 10.

Genes. 1.

1. Timot. 4.

Manichæos in Dei Deique filium esse cõtumeliosos.

Manichæi Phantasmatici & phantasiæ prædicatores dicti.

a in lege Arrianis Cadi. de hæret. & Manich. b Oratione in sanctum Baptisma. In expos. Symb. Apostolici.

Quod si veteres audire libet, qui hisce monstris olim cum laude restiterunt, [b] Gregorius Nazianzenus perspicuè docet, Dei Filium extremis diebus hominis quoque Filium nostra causa factum esse, qui arcano & inexplicabili modo, ac citra vllas sordes ex Virgine Maria progressus fuerit: nihil enim sordidum, inquit, vbi Deus est, & cuius beneficio & opera salus paratur.] Eosdem Manichæos haud dubie petit Venantius, quùm ita disserit: Quod verò Deus maiestatis de Matia in carne natus est, non est sordidatus nascendo de Virgine, qui non fuit pollutus hominem condens de puluere. Denique Sol aut ignis si lutum inspiciat, quod tetigerit, purgat, & se tamen non inquinat. Nec fuit Deo iniuriæ causa misericordiæ: neque sit incredibile, quod

Que causa erroris in Manichæis.

Patrum testimonia, Manichæorum errorem confutantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ipse natus de Virgine, qui Adam de puluere, & primam mulierem potuit de costa formare.] Augustinus verò, qui vel nouem annos in Manichęorum nefaria Secta consumpsit, ac posteà in Christo renatus eidem Sectæ fortissimè restitit, præsentē errorem multis refellit ac dissipat. Nesciunt, inquit, quomodò substantia Dei administrans, omnē creaturam inquinari omninò non possit: & tamen prædicant, istum visibilem Solem radio suo per omnes fœces & sordes corporum spargere, & eos mundos & sincerè vbique seruare. Si ergo visibilia munda visibilibus immundis contingi possunt & non inquinari: quantò magis inuisibilis & incommutabilis per Spiritum animam, & per animam corpus suscipiens, toto homine assumpto, ab omnibus eū infirmitatibus nulla sua cōtaminatione liberauit?] Ac alibi rursus: Ideó magis probatur Filius Dei nō posse de sanguine fœminæ coinquinari, quia per fœminam natus est, quàm si non per fœminam nasceretur, & membra illa deuitassēt: videretur enim iudicasse, posse se inde pollui, & minus à nobis fideliter coinquinabilis diceretur. Consecrauit autē virginitatem, quia de Virgine nasci voluit: & sola illa Mater in terris eligenda erat ad suscipiendum hominem, quia iam Patrem habebat in cælis.] Omitto præclarum eiusdem Augustini locum, qui docet, in Sanctorum membris, etiam genitalibus, nullam omninò turpitudinem esse statuendam: vnde porrò in Virginis nostræ laudem, atque vt simul verberet Manichæos, hæc subiicit: Quantò magis ergo in sancta virgine Maria, quæ Christi carnem fide concepit, nihil habuerunt turpitudinis membra, quæ nec humano licitóque conceptui, sed diuino tantùm partui seruierunt, merito planè sic honestata, vt nobis Christum, quem cordibus integris credendo conciperemus, & confitendo quodammodò pareremus, etiam corporaliter seruata integritate transfunderet. Nullo modo enim Christus matrem nascendo faceret deteriorem, & cui munus fœcunditatis attulerat, decus virginitatis auferret. Hæc veraciter, non fallaciter facta sunt: sed noua sunt, sed insolita sunt, sed contra naturæ cursum notissimum sunt, quia magna, quia mira, quia diuina: & ergò magis vera, certa, firmata.] Nec minus luculēter, quàm succinctè dixit Atticus: Si Deo turpè est in Virgine habitare, modis omnibus turpius erit, Virginem formare. Quòd verò si turpè non est, neque opus suum inhabitare, turpè erit.] Quarè nisi prorsus perfrictæ frontis essent Manichæi, non possent non erubescere, qui ex honesto turpe, ex puro & sancto immundum & sordidum faciunt, ac opus authore Deo dignissimum ad summam referunt indignitatem, carnis nempe iudicio penitus obcœcati. An indignior Christi morte natiuitas, & cruce infantia, & natura pœna, & carne damnatio? Si vere ista passus est Christus, minus fuisset nasci, vt verbis vtar Tertulliani.

At rursus vt Mariæ oblatrent isti canes, Christi dictum obiectant, qui de matris præsentia monitus, internuncio respondit: Quæ est mater mea? Hoc enim ad matrem abnegandam valere contendunt. Enimuerò quod Christus dixit bene, hoc isti perfidi Scripturæ deprauatores, vt optimam matrem à Filio suo seiungant ac abalienent, in alienū falsúmque sensum peruerse distorquent. Ego verò gratiā veteribus Theologis ago, qui multum ac sæpe mariam præsente calumnia liberarunt, matrísque Domini causam diligenter egerunt, nihil vt nostro nouóque labore sit opus ad hanc qualemcunque glaciem perfringendam, imò ad telam araneam leui manu disturbandam. Hieronymus cauillum obiectum ita retundit: Non iuxta Marcionem & manichæum matrem negauit, vt natus de phantasmate putaretur, sed Apostolos cognationi prætulit, vt & nos in comparatione dilectionis, carni spiritū præferamus.] Hilarius in hunc modum: Christus non fastidiose de matre sua sensisse existimandus est, quum ipsi in passione positus, maximæ sollicitudinis tribuerit affectum.] In eundem fere sensum habet Ambrosius: Hic non, vt quidam Hæretici tendiculas aucupantur, Mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur, sed necessitudini corporali præscriptorum cælestium forma præfertur.] Id quod Augustinus hoc modo clarius reddit: Exemplo suo iam docebat, negandos esse terrenos parentes propter Deum. Opera enim diuina facienti terreni affectus obstrepere non debebant.] Cum his cōgruit peruetustus ille Tertullianus: Solet, inquit, etiam adimplere Christus, quod alios docet. Quale ergo erat, si docens, non tanti facere matrem aut fratres, quanti Dei Verbum, ipse Dei Verbum nunciata matre & fraternitate defereret? Negauit itaque parentes, quomodò docuit negandos pro Dei opere.] Consonat & Epiphanius. Non abnegans matrem, inquit, hæc dixit Saluator, sed intempestiuitatem nuncij auertit, quum tanta circumstante turba salutarem profunderet doctrinam, & circa sanationes & prędicationes esset occupatus: sicuti etiam propter eiusmodi importunitatem Petrum Satanā dixit.] Prætermitto, quæ Chrysostomus & Euthymius in eundem sensum proferunt, nec attingam, quid hoc facto Christus nobis adumbrarit, de matre videlicet Synagoga cum suis incredulis filiis, & secundum carnem Christi fratribus reiicienda, vt regnum Dei Iudæis velut domesticis ablatum, credituris Gentibus, licet alienigenis, traderetur. Nostro quidem instituto sat est, ex hoc Patrum cōsensu Manichęorum deliriū commonstrasse, qui Christi dictum & factum ad sanctæ matris cōtemptum & abnegationem stultissime rapiunt atque contorquent. Pari audacia nobis obtrudunt, quod Christus in nuptiis matri dixit: Quid mihi & tibi est mulier? velut hoc quoque dicto mater abnegetur. At recte monet Augustinus, Manichæos ex hoc loco perfidiæ suæ prætextum frustra obtendere: nō enim aliam esse Christi mentem, nisi quòd Mariam carnis quidem & humanitatis, non verò diuinitatis, per quam futurum erat statim miraculum, Matrem suam agnoscat, & agnosci ab omnibus velit. Iustinus perspicue dixit: Non verbis matrem increpuit, quam operibus cohonestauit.] Nec temere nota- uit Rupertus, Christus parentum suorum obsequentissimum Filium, his ipsis verbis vsum esse in principio miraculorū, quæ deinde pro diuina maiestate patrauit, hac qualicunque verborum seueritate admonens, vt sui discipuli in colendis amicis atque parentibus, diuino quidem honore nihil in terris charius, nihil antiquius habeant atque colāt. Sunt & Nouatores, quos hæc verborum asperitas in Christi cum Matre colloquiis apparens, haud parum offendit, vt hinc & ipsi cū Manichæis de Matre Domini perperam sentiant ac maledice scribāt.

Verum

Lib. de agone Christiano cap. 18.

Sicut Sol nihil impuritatis contrahit itaneque Christus per Virginem homo factus.

Dei filius de virgine fœmina non potest coinquinari.

Christus quia de Virgine natus, consecrauit virginitatem.

In sanctorum membris nihil inhonestū. In Mariæ membris nihil turpe, sed omnia diuino seruiunt misterio. Christus nulla ex parte Matrem deteriorem, sed perfectiorem aduentu suo reddidit.

Lib. de fide contra manichæos cap. 24.

Lib 29. cont. Faust. ca. 3.

Ex tomo 2. Conc. Ephes. cap. 28.

Scrolidi Manichæi ex honesto & sancto turpe & stolidum faciunt.

Lib. 3. aduer. Martionem.

De loco Euangelij: Quæ est mater mea, quod nihil faciat ad instituin Manichæorum.

Matth. 12. Luce 8. Marc. 14.

Verum de his aliisque similibus Euangelij dictis, quæ contra Virginem durius aliquid sonare videntur, nos libro sequēti (si Dominus fauerit) ex professo disseremus.

Contra Hæreticos firmissimum esse probatū constans Ecclesiæ fidem atque confessionem retinere.

Cæterum ne longius euehamur, siue de Manichæis agatur, qui Christo phantasticum corpus affingunt, siue de Anabaptistis sermo sit, qui corpus verum, sed ex Dei substantia sumptum Christo tribuunt, vtrinque intolerabilis contumelia tùm Mariæ, quæ Mater Domini naturalis esse negatur, tū Matris huius filio palàm irrogatur. Quapropter aduersus istas aliásque omnes inferorum portas, quæ Dei domum solidæ petræ innitentem subruere non possunt, firmam & inuictam Ecclesiæ confessionem tot seculis durantem, & contra omne mendacium porrò duraturam fideliter retineamus. Sic autem habet: Dominus noster Iesus Christus Filius Dei, Deus & homo est: Deus ex substantia Patris ante secula genitus: & homo ex substantia Matris in secula natus: perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.] Quemadmodum enim Deus ex sua substantia genuit cum, per quem cūctis originem dedit: ita beata Virgo Maria de sua carne mūdissima peperit illum, qui decorem primæ creationis omnium cūctis restituit, vt Anselmi verbis vtamur. Eodem spectat illius præclaræ, nec vnquam satis laudatæ Synodi Nicenæ sententia, per quam venerandi Patres definiuerunt, vt confirmat Ambrosius, Verbū quidem ex paterna processisse substantia, carnem autē Filij Dei esse ex Virgine. Quam fidei doctrinam toties confirmat Ecclesia, quoties de nato sibi & circunciso Emanuele statas ferias publicè celebrat, sibique sanctè gratulatur, & in his lætè decantat: O admirabile commercium: Creator generis humani animatum corpus sumēs de Virgine, nasci dignatus est, & procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem.] Extant præterea complures Anathematismi in eos à veteri Ecclesia promulgati, qui cum superioribus hæresiarchis carnē Christi ab æterno, vel saltem ante Mariam, siue è cælo, siue ex elementis, siue ex ipsa Dei substantia, siue de nihilo creatam, atque ita Dei Filium ex matre Virgine hominem verè factum non esse, impiè fabulantur. Hos Anathematisinos alibi, capite nimirum huius libri penultimo, exponemus.

Præsentē nostrum statum ad confirmandum veritatem contra Sacramentarios, qui veram corporis Christi in Eucharistia admittit.

Confert autem superior tractatio non solùm ad Manichæorum & Anabaptistarum non minus insana quàm impia deliria profliganda, verùm etiam ad veteres & nouos Berengarianos rectiùs confutādos, qui constantem Ecclesiæ doctrinam de veritate corporis & sanguinis Christi in sacrosancta Eucharistia si ante hac vnquam, nunc furiosissimè quidem & pestilentissimè insectantur. Ac priores quidem aduersarij dum naturale corpus ex Maria sumptum Dei filio adimunt, necessariò in eundem cum Berengarianis errorem præcipites ruunt, vt quod de Virgine procreatum negant, in Eucharistia non superesse cōtendant. Igitur vetustissimi Scriptores Ecclesiæ Ignatius, Iustinus, Irenæus, cùm aduersus Hæreticos sui tēporis digladiantur, vtramque causam de incarnatione Christi & Eucharistia sæpè coniungunt, & aduersarios in vtroque argumento errare conuincunt. Ignatius quidē sic loquitur apud Theodoretū: Eucharistias & oblationes nō admittunt, qui non confitentur, Eucharistiam esse carnē

Matth. 26.

In symbolo Athanasij.

Quæ sit Ecclesiæ confessio Hæreticis hic opponenda.

Lib. de incarnatione Dominici Sacramento ca. 6.

Testimonium Nicenę Synodi.

Adiicienda ex Concilio Ecclesiæ.

Veritatē corporis Christi, eumdemque verum afferuant ad Eucharistiam quoque accedentes.

Vide Theodoretī dialogū impassibile 3. In apologia 2. ad Antoninum Pium

Quæ fides olim ad sacrā Eucharistiam sumendam requirebatur.

In eadem Apologia, sicut Nauinus vertit.

Irenæi argumentum.

Lib. 5. cont. Valentin. ca. 4. cap. 34.

In epistola ad Romanos.

Libr. 8. de Trinitate.

Patrum testimonia. Christi carnem è Maria susceptam, nobis in Eucharistia proponi, exhiberi atque sumi.

Libr. de iis qui misteriis initiantur cap. 9.

Quod sacerdotes confitentur, corpus Christi esse idē quod ex virgine.

Matth. 26. In lib. de vita Mosis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perdocti facilè saturãtur.] Et Gregorij Nazianzeni discipulus Hesychius: Sancta Sanctorum, inquit, sunt propria Christi mysteria, quia ipsius est corpus, de quo Gabriel ad Virginem dicebat: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideò quod nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.] Quid verò Augustinus? quam euidenter Christum Christique carnem de Maria susceptã in Eucharistia tùm manducandam, tùm adorandã esse confirmat? Suscepit, inquit, de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carné accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit: nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit, inuentum est, quemadmodum adoretur tale scabellum pedum Domini, vt non solùm nõ peccemus in adorando, sed peccemus non adorando.] Ac alibi rursus: Totus erat apud Patrem, quando venit in Virginem: impleuit illam, nec recessit ab illo. Veniebat in carnem, vt eum homines manducarent, & manebat integer apud Patrem, vt Angelos pasceret.] His Chrysologus consonat, qui succinctè quidẽ, sed grauiter & scitè dixit: Ipse Christus est panis, qui satus in Virgine, fermentatus in carne, in passione confectus, in fornace coctus sepulchri, in Ecclesiis conditus, illatus altaribus, cælestem cibum quotidie fidelibus subministrat.] Nec obscurus in eodem argumento est Damascenus, de Eucharistia loquens: Corpus secundum veritatem coniunctum est diuinitati, quod ex sancta Virgine corpus est: non quòd ipsum corpus assumptum ex cælo descenderit, sed quòd ipse panis & vinũ transmutatur in corpus & sanguinem Dei. Si autem modum requiris, quonam pacto fiat, sat sit tibi audire, quoniam per Spiritum sanctum, quemadmodum ex sancta Deipara, se ipso, & in se ipso Dominus carnem sustentauit.] At ne sim longior, suffragantem his omnibus vnum adhuc Haymonem adiungam, qui planissimè docet: Sicut caro Christi, quam assumpsit in vtero Virginali, verum corpus eius est, & pro nostra salute occisum: ita panis, quem Christus tradidit discipulis suis, omnibúsque prædestinatis ad vitam æternam, & quem quotidiè conficerant Sacerdotes in Ecclesia cum virtute diuinitatis, quæ illum replet panem, verum corpus Christi est. Nec sunt duo corpora illa caro, quam assumsit, & iste panis, sed vnum verũ corpus faciũt Christi.]

En tibi Ghristiane Lector, quis veterum Patrum Græcorum & Latinorum, recentiores enim Theologos prudens omitto, sensus atque consensus fuerit de Christi carne non aliunde, quàm ex Mariæ carne susceptа, nec solùm Verbo æterno inseparabiliter vnita, & in summum cælum enecta, sed etiã iuxta ipsius omnipotentiam remanente nobis in Eucharistia ad mundi vsque cõsummationem. Facessant ergo, qui sine fide contra fidem disputant Sacramentarij, & si quid sanæ mentis obtinent, sanctissimorum hominum authoritatem reueriti, totiúsque Ecclesiæ perpetua fide commoti, desinant tandem tùm Mariæ, tùm Christo esse cõtumelioſi. Mariæ quidem, cui laudem amplissimam adimunt, quùm illam carnis in Eucharistia viuificatricis & operatricis benedictam esse parentem re vera inficiantur: Christo autem, cuius verba clarissimè dicta, & à certissimis testibus conscripta, & ab optimis interpretibus fideliter explicata corrumpunt, cuius verum corpus pro nobis traditum, verúmque sanguinem nostra causa profusum, in mera symbola & inania signa conuertunt, cuius denique corporalem præsentiam (summum piorum solatium) è medio crudelissimè simul & impiissimè tollũt, omnique honore despoliant. At enim tantò fortius inclamare, tantò maiorẽ religionis cultum adhibere decet hodie Orthodoxos, quandocunque sacrosanctum & adorandum mysterium ipsis spectandũ offertur, vt cum piis maioribus dicant supplices: Aue verum corpus Christi natum de Maria Virgine, verè passum & immolatum in cruce pro homine: nimirum, vt quod corde in hoc Sacramento credunt ad iustitiam, non solùm ore, sed etiam externo λατρείας cultu ad salutem confiteantur, sicut & Synodus Tridentina equissimè docet. Cuiusmodi religio & fides in Francisco Pico Mirandulano, & Laurentio Medices clarissimis viris, neque minus in Hieronymo Stridonensi & Thoma Aquinate probatissimis Theologis excelluit, quando ex hac vita migraturi, tanti fecere oblatam sibi Eucharistiam, vt in ea Christum Verbum, simul cum carne, hoc est, Dei & Mariæ Filium vna & eadem adoratione, sicut quinta Synodus Constantinopolitana præscripsit, supplices adorarent. Ac Thomas quidem Aquinas morti iam proximus, quantumuis æger esset, continere se non potuit, quin sese humi abiiceret, suámque fidem his verbis corã omnibus testaretur: Ego planè credo, imò pro certo noui, hunc esse verum Deum & hominem Iesum Christum æterni Patris & Virginis matris Filium, & quod puro corde credo, etiam labiis sincerè confiteor.] Ac similis extat planè confessio Hieronymi, quam is moribundus non sine lachrymis edidit, cùm ad æternam patriam profecturus, sacro illo viatico sese muniret. Sed ad nostrum institutum reflectenda est oratio.

Lib. 6. in Leuit. cap. 22. Luc. 1.

Caro Christi de Maria susceptа editur & adoratur.

In Psal. 98. exponens illud: Adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est. In sermo. de Verb. Euang. vt à Beda citatur.

Serm. 67.

Panis in Virgine factus, fideles quotidie pascit.

Corpus Christi per operationem Spiritus factum è Virgine & idẽ transmutatur expane & vino in altari.

Lib. 4. de fide Orthod. cap. 14.

In priorem epist. ad Corinth. cc. 14.

Patrum sensu atque consensu conuincitur Sacramẽtarij, veritatẽ corporis Christi in Eucharistia negantes.

Sacramentarij tũm Mariæ tũm Christo contumelioſi.

CAPVT XVIII.

Mariam non solum Christi, sed etiam Dei genitricem esse, neque illam χριστοτόκον sed θεοτόκον *dici oportere: simúlque de tota historia & causa Nestorij & aliorum ei iampridem & hoc nostro æuo suffragantium.*

SATIS

SATIS superque cõtra illos Disputatum arbitror, qui Christi maiestatem sic extollunt, vt eo ipso injuriam Mariæ inferant, quique Filiũ Dei aliter prædicare nolunt, nisi in Filium hominis ex Maria conceptũ & natum contumeliam simul intorqueant. Certè si Maria non concepit, non peperit, non lactauit verè filium, cur credãt quæso Iudæi, se in promisso sui patris Abrahæ semine benedici, & Messiam nostrum Dauidis Filium esse? aut quomodo nobis ex ethnicismo credentibus consolatio summa nõ eripiatur? Vbi tùm frater & Pontifex, qualem prædicat Paulus, qui sensu nostrarum infirmitatũ possit affici, quique fratribus per omnia assimilatus, & vndique tentatus, se aduocatum nobis apud Patrẽ præbeat, cuius demum carni & sanguini communicemus? Adhæc si Mariæ partus & munus Emanuel fidem nullam meretur, an non in execrandum Manichæorum relabemur errorem, & humanæ dispensationis mysterium totum euertemus, simúlque diuinæ beneuolentiæ testimonium longè maximum abnegabimus, aut certè quidem inane reddemus? De his autem proximè diximus, iterúmque monemus seriò, vt cum aliorum Sectariorum, tum Anabaptistarum furoribus aditus omnis præcludatur? vtque veræ salutis amantes tantò constantius in Emanuele nato, & in Virginis filio dato acquiescãt, quantò vaniores atque pestilentiores illi sunt, qui ab hoc maximo Christianæ doctrinæ capite, ac salutis humanæ fundamento deficiũt, simúlque falsum sibi Christum effingunt atque iactant.

Nunc cum illis hostibus congrediendum est, qui Christum verè hominem, eiúsque matrem ac simul Virginem Mariam ingenuè profitentur, sed Christum solum hominem, non etiam Deum, & perindè Mariam Christi hominis duntaxat, non Dei matrem esse contendunt. Quare sicut priores quos reiecimus, adeò diuinam Christi naturam vrgebant, vt humanam omninò tollerent, sic isti plus æquo naturæ veritatem humanæ, cum aperta videlicet iniuria diuinitatis, retinere student, ne Christum simul Deum & hominem à Maria genitũ nobiscum agnoscant ac statuant. Neque tamẽ de omnibus Hæreticis loquor, qui Christum diuinitate iam olim impiè spoliarunt, inter quos Ariani nunc vulgo sunt notiores, sed nestorianos maximè intelligo, qui vnicũ Filium & Verbum Dei pro nobis incarnatum in duos filios partiebantur, vt alterum ex Deo, alterum ex Maria editum esse confingerent, duas nimirum hypostases in vno Christo collocantes. Causam erroris huius nonnulli, inter quos maximè Cassianus est, ad Pelagianos paulò antiquiores referunt, quorum opinione Saluator noster de Maria Virgine natus quidem fuit, sed qui post baptisma Christus, & post resurrectionem suam Deus primùm euaserit, quandoquidem paulatim per singularem vitæ sanctimoniam promeruerit, vt se diuina maiestas illi vniret atque sociaret. Hinc nestorianum dogma vel conditum, vel stabilitum putãt, quo duæ in Christo personæ, diuinitatis vna, & altera humanitatis fabricantur. Sic enim Emanuelem agnoscunt ac dictum volunt, non quia simul Deus & homo sit, sed quoniam in humana eius natura, perindè ac in templo, diuinitas habitarit, ac idcircò Christum non Deum, sed Deiferum vocant. Igitur & Mariam hominis Matrem faciunt, quæ filiũ hominis, vt Scriptura loquitur, generarit, & idcircò christiferam illam, non Deiparam dicunt, dicíque & haberi postulant.

Verum nos rem totam à primo, vt aiunt, ouo repetemus, vt historia de Nestorianæ Sectæ principe, ac simul Mariæ ab illo impugnatæ causa, quæ non leuis est sanè momenti, & plurimum perturbauit Ecclesiam, rectiùs intelligatur. Nestorius genere Germanicensis, in literis mediocriter institutus, Antiochiæ porrò presbyter & Ecclesiastes factus, non paruam eloquentiæ, castitatis & abstinentiæ laudem sua tulit ætate, hoc est, quum Cœlestinus Pontifex & Theodosius iunior Monarchas agerent orbis Christiani. Ac Theodosius quidem celebri Doctoris huius fame delectatus, illum Constantinopolim accersiuit, & florentissimæ tunc Ecclesiæ Præsulem siue Patriarcham constituit. In qua publica & graui functione magis ac magis ille, vt fieri solet, indies se prodidit, vt lupus ouili pelle tectus diu latere non posset, quin à pestiferis fructibus agnosceretur. Quod si mores hominis attingendi sunt, fuit hic Nestorius natura vehemens, contentiosus, arrogans, ob eloquentiam turgidus, ad popularem auram captandam intentus, veterum Scriptorum negligens, tantúmque sibi præfidens, vt se aliis omnibus facilè anteferret. Neque parum deprauauit hoc ingenium Anastasius peruersus ille doctor ac presbyter, Nestorio valdè familiaris ac intimus consiliarius, qui has quidem voces ex hæretica officina profectas pro cõcione iactabat: *Mariam* θεοτόκον, *hoc est, Dei genitricem nemo vocato. Mariæ enim homo fuit, & vt Deus ab homine generetur, fieri nequaquam potest.* Hæc noui erroris semina quum à presbytero male iacta essent, peius illa fouit Episcopus Nestorius, suáque tùm oratione, tũ authoritate publice cõfirmauit, graues vt turbę ob hoc nouãdæ religionis studiũ in populo excitarentur. Vbi quũ alij Mariã θεοτόκον, hoc est, Dei genitricẽ, alij ἀνθρωποτόκον, hoc est, hominis genitricem vocandã asserent, egregius cõciliator Nestorius nouam vocem χριστοτόκον, id est, Christi genitricem excogitauit, qua est populo persuadere conatus. Atq; vt callido cõsilio fucum faceret, *Deũ*, inquit, *ex Christipara Virgine prodiisse ex diuina Scriptura sumus edocti: Deum verò ex ipso genitum nusquam edocti sumus.* Ac rursus: *Procedere Deũ de Christi genitrice Virgine e Scriptura diuina didici: nasci verò ex ea nusquam didici.* Iterũ verò: *Nusquam diuina Scriptura Deum ex Christi genitrice dicit natũ, sed Iesum Christum Dominũ.* Etenim Nestorio eiusque discipulis placuit meris insistere negatiuis: quod argumentandi genus Arianis & Heluidianis priùs placuisse, multísque Sectariis vsitatũ fuisse legimus, vt ab authoritate, sicut in Scholis loquuntur, negatiue ratiocinaretur, omnémque de religione controuersiam nõ Synodi vel Ecclesię iudicio, sed è solis diuinis literis dirimi postularet, necessariúmque putaret. Respõdit autem [a] Cyrillus, concedens Nestorio, Mariã Iesu Matrem, non Dei Matrem in Euangelio nuncupari, sed ob Patrum tamẽ doctrinam & authoritatẽ Dei Matrem rectè & Catholicè asseri, & ab eo dicẽdi more, quem & veteres obseruassent, nemini discedendum esse. Quare vt Patres Concilij Ephesini, suam contra Nestorium sententiam confirmarent, dicere non dubitarunt. Sic sapere didicimus à Patribus sãctis.] Accessit porrò doro-

Rationes ob quas Mariam veram Christi & Messiæ matrẽ oporteat confiteri.

Hebr. 2. 3. & 4.

Cum quibus hostibus disputatio ista instituatur.

Nestorianorum dogma.

Lib. 1. de incarnatione Christi.

Nestoriani ex Pelagianis nati.

Summa historiæ de Nestorio, eiúsque Secta primùm inualescente.

Nestorius Patriarcha Constantinopolitanus.

Qui mores & affectus Nestorii.

Nestorius ab Anastasio presbytero deprauatus.

Excudice Nestorii, vt in Cõcilio Ephesino refertur.

Nestorius è sola Scriptura vult probari dogmata religionis.

[a] In scripto de incarna. Domini ad Aegipti Monachos.

Mariam Deiparam rectè dici, licet Scriptura non ita loquatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

thens Episcopus, qui vt incensum augeret ignem, ausus est & ipse palàm effutire: *Si quis dicit genitricem Dei Mariam, anathema sit*; sicut idem Cyrillus affirmat. Ac difficilè quidem sit recensere, quas turbas & quàm funestas hic dederit Pseudoepiscopus: quùm intestina & ciuilis effusio sanguinis consecuta sit, quæ totam penè Ecclesiam miserè oppleuit. Synodus ergo Ephesi coacta est, in qua ducenti Episcopi apparuerunt, vt publici motus, Nestoriique conatus pessimi reprimerétur. Verũ Author Schismatis de sua sententia non potuit dimoueri: vtpotè tàm impudens ac peruicax, vt missos ad se Episcopos repelleret, nullúmque locum sanis bonorum consiliis reliquum faceret, quicquid etiam Cælestinus Pontifex, & qui tum maximè florebat Cyrillus Alexandrinus, aliique Patres & Episcopi hortarentur. Proinde cum magis ac magis nefarium tueretur errorem, nullámque spem faceret resipiscentiæ, nõ solùm à Synodali conuentu reiectus, ac omni Episcopali dignitate priuatus, sed etiam à Cæsare proscriptus, quartóque exilio mulctatus fuit. Intereà verò cum inflictæ pœnæ acerbitas illum angeret atque discruciaret, fucatæ pœnitentiæ specimen præ se tulit, ac velut priorem mutasset sententiam, hoc modo fateri cœpit: *Dicatur etiam Dei genitrix Maria, & contentiones tristes faceſſant*, perinde ac si harum ille pertæsus esset, & Palinodiã canere vellet. Sed enim neque Patrum censura, neque Cæsaris seueritas vel pilo meliorem illum effecit, quum vitam profugã, plenámque miseriis agere cogeretur. Nam vt meminit Suidas, contra Virginem sacrosanctam bellũ perpetuum gessit, Dei genitricis vocabulum vbique exterminauit, neque blasphemas in illam voces destitit identidem eructare. Quocircà tantæ Matris honos ab hoste nefario violatus, à fido filio randè acriter vindicatus est, prouidente simul diuino numine, vt Ephesini concilij decretum cælesti pœna tanquàm euidenti sigillo munitum obsignaretur ac palàm approbaretur. Etenim non satis fuit, tale mõstrum à beato Patrum cœtu, vt diximus, reiici, sacerdotali honore spoliari, à Christianis principibus proscribi, frequenti duróque exilio circumagi, & à bonis omnibus exitialem quasi pestem deuitari, nisi & maledictæ linguæ, quam toties in Mariæ cõtemptum flagitiosè vibrarat, pœnas sub mortem meritas daret. Igitur vt diuinæ vltionis in illum sæuiẽtis horrendum argumentum extaret, en tibi horrẽdos vermes ebullientes, qui carnificum loco missi, blasphemam Nestorij linguam certatim corroderent, miserèque depascerentur. Ac neque terra ipsa hunc suum tàm tetrum alumnum diutius ferre potuit: quandoquidem corpus eus humo coopertum & absorptum fuisse scribunt, nimirùm vt recta detrusus blasphemus ille ad inferos, temulentissimæ insaniæ pœnas lueret sempiternas. Extant Cæsareæ sanctiones Theodosij, Valentiniani & Martiani Augustorum, quibus hic portẽtosæ superstitionis author, sic enim eum appellant, eiusdémque scripta publicè & seuerè condemnantur. Nos tantùm verba Iustiniani, verè Christiano Cæsare digna subiiciemus.

In epiſto. ad Acleſtium.

Nestorius grauem excitat seditionem in Ecclesia, & cõtra illum cogitat Synodus Ephesina.

Pertinax Nestorius excommunicatur & exalt.

Nestorius in Deiparã bellum perpetuũ gerit.

Quomodo Deus blasphemũ in Mariam Nestorij terribili morte castigarit.

Vermes linguam blasphemam Nestorij corrodunt & terra ipsã hominem absorbet.

Iu Authent. de hæret. l. Damnat. & l. Quicunque. & l. Idem est. *To edicto de fide per Continuũ Latine. redditæ, & l. V. C. de summa Trinit. & fide Catholic.*

Anathematizamus, inquit, omnem hæresim, præsertim verò Nestorium Anthropolatram, diuidentem vnum Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, & Deum nostrum, nec diserte & secundùm veritatem confitentem sanctã gloriosam semper Virginem Mariam θεοτόκον esse, hoc est, Deiparam.]

Quanquam Ecclesiasticæ politicæque leges prohibere non potuerunt, quo minus pestilens Nestorianismus Christianũ orbem latè peruaderet, multósque Christi & Mariæ perduelles faceret, adeoq; à veræ Ecclesiæ castris abductos exitio dederet sempiterno. Certè Anastasius Imperator, quòd Nestoriano faueret dogmati, à nonnullis infamatur. Cosdroas Persarum Rex crudelis æque ac impius adeò Nestorianis fuit addictus, vt plerosque ad errores eorum amplectendos adegerit, vi nefaria Sectam propagans atque confirmans. Præterea Græcos, Iacobitas, & Monachos quosdam in Syria, quibus impura nestorij doctrina non sine Christi Dei & Mariæ Deiparæ contemptu placuit, diúque retenta est. Ac, prò dolor, in Syria & Persida, ac toto ferè oriente in hunc vsque diem extant Ecclesiæ Nestorianorum, qui & suo Patriarchæ (Iaelichum appellant) subiiciuntur, eique magna pars Orientis parere pergit. Potissimùm verò id genus hominum circa Berut & Biblium in planicie Libani cõtra Ituræam suas habere sedes dicitur. Verùm inter alios, qui velut sepultos nestorij cineres in orbem reuocarunt, & nouum excitarunt incendium, non multò pòst Synodum Ephesinam extiterunt seditiosi Præsules Theodorus Mopsuestiensis, Anthemius Constantinopolitanus & Ibas Edissenus, qui vt nouas in Ecclesia rixas gignerent, contentiosè vociferabantur, Mariam non Dei, sed hominis matrem appellandam esse, quòd ea purum hominẽ Christum, non Deum peperisset. Fuit & Theodatus Coriarius Bisantius, qui Mariam non Dei, sed hominis duntaxat matrem habendam ac appellandam esse tradidit, sicut à Philastro & Nicephoro annotatum est. Neque componi hoc dissidium religionis potuit, nisi coacta Synodo Chalcedonensi (magni & illa est nominis) quæ factionem nestorianam nouo studio examinatam damnauit, quæque prioris Ephesini Concilij, quemadmodum & cyrilli Alexandrini, qui perstrenuus nestorij fuerat Antagonista, defendit authoritatẽ. quocircà reiectũ planè dogma est, quod cũ suis Ibas iactitabat, vetbũ de sancta genitrice sempérq; Virgine Maria incarnatũ hominem nõ esse factum, & idcircò illam non Deũ, sed hominẽ duntaxat peperisse, vt χριστοτόκον non θεοτόκον eã oporteat appellare. At nolo de his rebus plura ex [a]Theodoreto, [b]Socrate, [c]Paulo diacono, [d]Zonara, [e] Nicephoro aliisque Historiographis cõmemorare, quod hæc non solũ nostro quidẽ instituto, sed etiã iuuando Lectori ad iustã nestorij damnationẽ, simúlque illustrem Mariæ defensionẽ vtcunque sufficere putem. Recte igitur à Gregorio eius nominis nono Pont. Max. traditur, Nestorium Hæresiarchã spiritu diaboli plenum, inter alias suæ peruersitatis blasphemias tale virus euomuisse: *Dei genitricem Mariam nullas appellet. Maria enim homo fuit, & Deum ab homine generari minus impossibile est.*

In multis magnifice vanã hæresi virtus doctrinæ Nestorianæ.

Lib. de hæreſibus.

Synodus Chalcedonensis damnat dogma Nestorianum, approbat Cyrillum Episcopum.

Quid quod nobiscum quoque facit Lutherus? qui Mariam Dei matrem aduersus Nestorũ apertà fronte propugnat, & rei explicandæ causa eiusmodi similitudinem profert: Sicut mulier vere dicitur & est filij mater, quem concepit & peperit, licet illi non animam, quæ è solo Deo infunditur, sed corpus duntaxat è natura sua subministret: sic & Mariam

Lutherus quibuſdam in rebus Nestorio sequitur.

In Epiſt. ad Hebræos Bucere interprete.

In Confeſſ. Manſfeldem cõtra Sacramẽt. Lutheranos. Lutherus diſcipulos, quos habet, vocat Sacramentarios, pro Nestorianis.

Lib. aduerſus Sacramentarios.

Lib. de perſona & duabus naturis Chriſti.

Flaccianos Illyricos, Nestorianis dogmatizant. Vuittenbergenſes.

Lutherani eiusdem cum Nestorianis dogmatis.

& Mariam Dei matrem nominare & agnoscere par est, etiamsi Christo non tribuat diuinitatem, sed solùm illum secundum humanitatem generet. Est enim in confesso apud Orthodoxos, vtramque naturam, diuinam & humanam, postquàm Spiritus sancti virtus Mariam fœcundam reddidit, in vna Christi persona statim vnitam, eámque hypostaticã vnionem ne morte quidem posteà separatã fuisse. Quanquam alibi Luthero non malè cum Nestorio conuenit, quem vtexcuser, causam eius non satis à veteribus cognitam esse fingit, in quo plura atque adeò maiora damnari oportuerit, quàm quod Mariam noluerit θεοτόκον affirmare. Ac idem est planè iudicium Iacobi Andreæ siue Schmidelini. Sed valeat cum Achate suo Lutherus, qui doctissimos plurimósque Patres tùm Græcos, tũ Latinos, ac vtrũque Concilium, Ephesinum & Chalcedonense tàm fœda erroris ac ignorantiæ nota audet aspergere, velut solus ipse sapiat, ac veteres omnes, licet ætate Nestorio viciniores, & doctrina vsúque rerum præstantiores, in tanti momenti causa delirauerint, aut certè sine omni iudicio iudicarint. Sed & falsum assumunt, quum dicunt, Nestorium in eo reprehendi ac damnari maximè, quod Mariam Dei matrem esse negaret, quum idé ob varios & tetros de Christi vtraque natura errores assertos notetur, ac præterea Pauli Samosateni, Photini, & Apollinarij dogmata confirmarit, multáque prorsus execrãda tradiderit, sicut Cyrilli, Casliani, Vigilij, Rustici & aliorum veterum scripta luculenter ostẽdunt. Multa de his Vincentius Lirinensis annotauit, qui hoc inter cætera pronunciat: Anathema Nestorio negãri ex Virgine Deum natum, asserenti duos Christos, & explosa Trinitatis fide quaternitatem nobis introducenti.] Seipsum certè nimium prodidit Nestorius, non minus blasphemus quàm arrogans, quũ primùm in confessum Patrum ingressus, hanc diabolicam vocem profudit: *Ego eum qui duorum vel trium mensium fuit* (de Christo loquitur) *nunquam confitebor Deum: quare ter mũ lus sum à sanguine vestro, & amodo ad vos non accedam.* Vanus est ergo Lutherus, quod vt Patres ferè omnes mendacij arguat, Nestorium ob solam Mariæ causam iudicatum atque damnatum esse calumniatur. Cur verò Sectarius Sectario, Lutherus Nestorio non faueat atque patrocinetur? Nestorianismum planè redolet quod scribit, Christum non esse hominem omnipotentẽ, non omnia animaduertisse, nec cogitasse omnia.

In Apologia contra Theſſ. Ingolſtadienſes, de maieſtate hominis Chriſti.

Nestorianũ fermentum etiam in Lutheri hæret discipulis Erasmo Sarcertio, Cyriaco Spangembergio, aliísque sociis, qui quum has examinant propositiones: Deus natus est ex Maria, Deus passus est Nestorij placita confirmantes, sensum illum excludunt, quòd Maria peperit Christũ, qui simul Deus est, hoc est, integrum Christum negant, qui simul verus Deus & verus homo in eadem persona constituatur. Extat iudicium VVittenbergensiũ Theologorum, qui suos collegas, id est, Flaccianos pro Nestorianis condemnant, quia dicant illi, quòd Filius Mariæ impleatur à Filio Dei, quòd Filius Dei assumpserit Filium Mariæ, quòd dona diuina & eorum proprietates in humanam Christi naturam effundantur. Hæc enim non modò Nestorij blasphema dogmata confirmant, sed eiusdem quoque verbis & loquendi formulis consonant.

Nestorius nõ modo Mariæ, sed & Christo suo commode loqui, ac omnes blasphemias nouit.

Adhæc Nestorianis fœcibus conspurcati Sacramẽtarij, sacrosanctam Eucharistiam impugnant, & Orthodoxos insimulant idololatriæ, quonià hi non cõmunem, sed diuinum illic cibũ, ipsúmque Christi corpus sanctissimum adesse, rectéque adorari sentiunt. Vnde Lutherus non temerè Zuinglium Nestorianum appellat, & Caluinus planè sub Nestorij vexillo militat, quatenus Christi corpus & sanguinem ab ipsis Sacramenti speciebus distrahẽs, cum duce Nestorio negat, Filij Dei corpus existere in Eucharistia. Neque solum Nestorius Christi carnem à propria eius & adiũcta diuinitate in hoc Sacramento disiunxit, verùm etiam, vt è Cyrillo fit euidens, Catholicos tùm Anthropolatras, tùm Anthropophagos facere vetitus non est, Christúmque Deum simul & hominem in Eucharistia sumi & adorari posse pernegauit. Quare Sacramentarios nõ malè damnat Chemnicius, nec modò Lutheri, sed eriam veterum Patrũ testimoniis probat, Christum Deum & hominem in diuina & humana natura verè & subsẽtialiter in Eucharistia præsentẽ, ac proinde in spiritu & veritate adorandum esse, idque neminem nisi vel Arianum, vel Nestorianum negare contendit. Ac Epiphanius quidem ex hoc ipso cultus genere, quo Ecclesia pro veteri more Christũ in Eucharistia publicè colit & adorat, pulchre ratiocinatur, vt Christum non Mariæ solùm, sed & Dei Filium, adeóque natura Deum esse cum Patre & Spiritu sancto coadorandum euincat.

Sacramentarij Nestoriani adhærent in re Eucharistica.

In 1. reprehenſione Theodor.

In expoſitione Nicenæ Synodi.

In parte 2. examinis Concilij Tridentini.

Adhæc rediuiuus nunc apparet Nestorius in Brẽtianis, quùm de Christi maiestate, omnipotentia, omni præsentia & vbiquetate inaudito modo philosophantur & vnionem illam personalem, quam vtraque Christi natura sibi vendicat, in maiestatis, authoritatis, potestatis, virtutis seu energiæ communicatione vel effusione collocant impudenter. Nam & Nestorius hypostaticam diuinitatis cũ humanitate vnionem, quæ sine summo sacrilegio diuelli nequit, turpissime reiiciebat. Hinc Brentij defensor Iacobus Andreæ progressus, suam & Brẽtianam illam, quam vocant, vbiquetatem, siue carnis Christi omni præsentiam fabricare confidit, nimirũ vt nunc primum nouus fidei articulus condatur, Christum secundum corporalem humanitatis præsentiam omni loco, adeóque apud inferos adesse: quasi parua sit fides habẽda Scripturis diserte astruẽtibus, Christum iuxta corpus non solùm ante, sed & post resurrectionem non vbique fuisse, ac de cælis in orbem ad iudicandos viuos ac mortuos esse venturum. Omitto quibus probari rationibus possit, vt quidam eruditi certe probarunt, Brentianos in stabilienda Vbiquetate, infelici talium parentum filia, tàm inauspicate versari, vt peius etiam quàm impius Nestorius, de duarum naturarum in Christo personali vnione loquantur. Postremo Nestorium ducem sequitur Beza, qui duas vniones hypostaticas Christo tribuit, vnam in corpore & anima simul personaliter vnitis, alteram in λόγῳ & homine ad vnum christum personaliter constituẽdum coeuntibus. Sic isti aliique plures, dum noua sectantur placita, de christo insane nugantur, atque dum duas vniones hypostaticas in Christo ponunt, rediuiuum nobis Nestorium exhibent, cuius totam ferme hæresim Adamus ille Pastoris hoc seculo pestilentissime renouauit.

In disputat. de maieſtate hominis Chriſti.

Ioan. 11. & Marc. 16.

Brentianos hodie peius sentire in quibuſdã de Christo, quã Nestorium.

Beza Nestorii dogma sectatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XIX.

Refutatio Nestoriani dogmatis ad Christi Domini ac Virginis Deiparæ honorem vindicandum: & de ipso nomine Deiparæ.

Quid Nestorium in errorem pertraxerit.

NOVA monstra obiter indicauimus, quæ nobis ex veteri nestorianismo renata hoc quo grassantur, neque vulgarē impietatem, sed & perniciem publicam fouent. Nūc ad ipsum Nestorium non Marię modò, sed & Christi Domini capitalem hostem redeo, dignum illum sanè, quem non modò venerandæ Synodi, sed & pij omnes in perpetuum execrētur. Legit ille in Euangelio multa de Filio Dei, multa de Filio hominis recensēri, & iam ea quæ diuinæ, iam quæ humanæ naturæ competunt, Christo attribui obseruauit. Vnde porrò collegit, vt diximus, alium Dei, alium hominis Filium constitui oportere, ac vnam quidem diuinitatis, alteram verò humanitatis esse personam. Tùm quod ad Mariam pertinet, non eam Dei, sed hominis duntaxat matrem esse concluſit, quæ idcircò Deipara falsò nuncupetur. Verissimum est enim, quod Socrates in Ecclesiastica scribit historia, Nestorium hominem imperitum & veterum scriptorum negligentem, simúlque arrogantem fuisse. Ac prodit certè suam imperitiam, quum hoc nouum & iuxta impium dogma, imò phantasma sine vllo firmo Scripturæ fundamento tàm audacter orbi persuadere conatur. De Christo quidem nullus omninò rectiùs ac purius, quam Angelus de cælo missus Gabriel disseruit: is verò sub ipsum Christi conceptum, quum multa de illo referret, hoc etiam ad Mariam matrem clarissimè dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Quibus verbis ille humanā simul & diuinam Christi naturam expressit, neque nugaciter, sed verè, certò ac grauiter fore promisit, ex Maria licet Virgine, non hominem nudum, vt fingit Nestorius, sed eum Filium proditurum, qui non solùm homo, sed Dei etiā Filius vocaretur & esset.

Lib. 7. Eccles. hist. cap. 32.

Nestorius in Scripturis & Patribus male versatus.

Refutatio erroris præcipui Nestoriani ex verbis Angeli Gabrielis.

Luce 1.

Ecce Deum dixit superuenturū (Bedæ verbis vtor) Dei filium nasciturum. Quomodo ergo aut Dei [illegible]us Deus non est? aut quæ Deum edidit, quomodò θεοτόκος, id est, Dei genitrix non esse potest?]

Is 1. Luce

Confirmatio ex Beda & Theophilacto

Tùm Theophylactus: Confundatur, inquit, hoc loco Nestorius dicens, quod non fuerit Filius Dei in vtero Virginis quiescens incarnatus: sed nudus homo è Virgine fuerit natus, posteaquàm habuerit deum factum sibi comitem: Audiat igitur quod illud quod nascebatur in vtero, erat Filius Dei. Et nō alius quidem fœtus est vteri, alius autem Filius dei, sed vnus & idem fuit Filius Virginis & Filius dei.] Perinde ac si Gabriel ad Virginem dicat: Quod natū est ex ipso Patre, ex te quoque nascetur, vt tamen non sint duo Filij, sed vnus vtriusque Filius, verè sanctus per Spiritus nempe sanctificationē ac Verbi assumptionem.

In enarrat. Luce cap. 1

Altera cōfutatio ex verbis Angeli Matt. 1

Nec est dissimilis oratio, quā siue idem, siue alius Angelus ad Mariæ sponsum habuit vti Ioseph fili dauid, inquit, noli timere accipere Mariam coniugē tuā: quod enim in ea natū est, de Spiritu sancto est. Quo loco natum, aut in Maria formatū dixit, vt discamus Christū non paulatim instar fœtuū communium in Virginis vtero productū, sed quantum ad ipsam formationē attinet, repentè ac perfectè factū esse: sicut Basilius & Euthymius annotarunt. His planè consonans Augustinus: Agnoscamus, inquit, geminā substantiam, diuinā scilicet, qua æqualis est Patri, & humanā, qua minor est Patre, vtraque autē simul, non duo sed vnus est Christus, ne sit quaternitas, non Trinitas deus: & per hoc Christus est deus anima rationalis & caro.] Iugulatur ergo Nestorius angelicis verbis, quæ Christū nobis ita depingunt, vt dubitare sit nefas, vnam eandē Filij dei & hominis personā ex Maria procreari. Neque aliter hunc locū Chrysologus interpretatur, pulchrè illū ad nostrum applicans institutū. Veniant, audiāt, inquit, qui requirunt quis sit, quem Maria genuit. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Veniāt, audiant, qui Græco turbine Latinā nubilare nisi sūt conati, ἀνθρωποτόκον χριστοτόκον (vt θεοτόκον tollerent) blasphemantes. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est: & quod de Spiritu sancto natum est Spiritus est, quia deus Spiritus est.]

Matth. 1

a Sermo. 6 nouiss. De Epiph.

b Lib. 1. cap. Matth.

c Theophan. 7. Sup. Ioā.

Sermo. 141

Sed & illud Nestorium verberat, sicut [d] Leo Magnus & [e] Gregorius Romanus obseruarunt, ac Mariæ Christique causam communem defendit, quod sancta Elizabetha non leuiter quidem, sed præmeditatè, ac diuino spiritu impellente prægnantem Virginem reuerenter ita compellat: Et vnde mihi hoc, vt veniat mater Domini mei ad me? Dominus enim diuinæ substantiæ est insinuatiuum, vt pascens verbis vtamur, ac Dei loco sæpè in sacris literis vsurpatur. Nestorius ergo non potest non malo Spiritu actus videri, dictus merito ἀνθρωποδάτης, qui & Christum hominem adoranda exuit diuinitate, & sacrosanctam eius Matrem verè ac propriè Deiparam esse inficiatur, ne quid commune habeat cum matre Baptistæ, quæ Spiritu sancto repleta, Domini & Dei sui matrem grato pectore & reuerenti ore prædicauit. Adhæc quam nobis legem dabit Nestorius, ne Deiparam illam appellemus, per quam paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Eum verò paruulum pacis principem & futuri seculi patrem, adeóque Deum fortem Isaias appellat. Ita nimirūm admonemur, non carnis esse hæc vocabula, sed diuinitatis, & quia nasciturus in homine Deus erat, nomina ipsa per dispensationem sacram fuisse diuisa, vt & carni hominis nomen inderet, & diuinitati Deus, quemadmodum Ioannes Cassianus affirmat. Facit hûc præterea sermo Angeli, verum Euangelium pastoribus annuncians: Natus est, inquit, vobis hodiè Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Vbi calumniandi fenestra omnis Nestorio præcluditur, quum non solùm homo, sed & Christus & Saluator, id est, Deus ex Maria prodiisse docetur, quando saluandi virtus non nisi diuinæ cōpetit potestati, vt idē Cassianus annotauit. Vnde

d Leo. Ser. 1. de Nat. Dom.

e Lib. 1. Reg. 1. Cassian. de Incarn. lib. 7. cap. 27.

f Paulus

[f] Paulus quoque dixit significanter: Apparuit gratia Dei & Saluatoris nostri, vt Saluatoris ex Maria orti vocabulum à Christi diuinitate non secernendum esse commonstret, quum saluandi virtus non nisi diuinæ competat potestati.

f Titum 2.

Saluandi virtus diuinitati Christi vtiquè essentialis est.

Sunt plura Scripturæ sacræ loca, quibus veluti telis, in proposita contra Nestorianos pugna sæpè Patres vtuntur, ac inter hos maximè Theophylactus. Opponit igitur illis aureum Ioannis dictum. [b] Verbum caro factum est, & quod Christus apud eundem affirmat: [c] Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Adfert & illud: [d] Ego sum lux mundi, quódque Dominus ad cœcum oculis restitutum loquitur: [e] Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.

Scripta refutatio ex variis Scripturæ locutionis.

b Ioan. 1.

c Ioan. 6.

d Ioan. 8.

e Ioan. 9

Proponit demùm, quod [f] Paulus inducit de concalcante Filium Dei, & ducente sanguinem testamenti pollutum, in quo sanctificatus est. Hasce sententias eo modo tractat Theophylactus, nam verba eius ascribere longum est, vt aculeum Nestoriani inūgat, ac eorum principem, totúmque dogma veluti pestiferum damnet. Ac inter cætera monet euidenter: Omnino ille qui ex Maria natus, qui idem & Filius Dei: non alius ergo & alius. Vnde propriè θεοτόκος sancta Maria, vtpotè quæ Filium Dei carnem factum genuerit indiuisibilem existentem, & vnum duplicem, qui est Iesus Christus:]

f Heber. 10.

Theophylactus Nestorij errorē damnat euidēter

Ioā 3. Ioan.

Nec est interim, cur cum suis Nestorius tergiuersetur & dicat, Scripturam aliter de Filio Dei, quam de hominis Filio subinde loqui, ideóque duas in Christo personas à se constrūi, & alterius duntaxat matrem Mariam agnosci atque constitui. Etenim qui Scripturas sincerè tractare volunt, meminerint oportet, vnam Filij Dei & Filij hominis hypostasin & personam esse, & propter hanc vnitatem quæcūque de Filio Dei dicuntur, etiam de Filio hominis, & contrà verè affirmari. Cui rei argumento esse potest, quod Christus de seipso testatur: [g] Nemo ascēdit in cœlum, nisi qui descendit de cælo Filius hominis qui est in cælo. Vbi certè videt Nestorius, nisi planè sit cæcus, eundem Christum Filium Dei, qui de cælo descendit & in cælo est, rursusque Filium hominis dici, cui tamen ea quæ Deitati competūt, apertè tribuantur. Est enim frequens in Scripturis hæc idiomatum siue proprietatum, vt vocant, communicatio, aut quemadmodum Græci rectius exprimunt, ἰδιωμάτων κοινωνία, per quam nonnulla vel humanitati, vel diuinitati Christi peculiariter congruentia, iam huic, iam illi naturæ promiscuè ascribuntur. Exemplo sit quod à Paulo scribitur, [h] Iudæos Dominum gloriæ crucifixisse, & [i] Deum Ecclesiam sanguine suo acquisiuisse, quum vtrumque ad humanam Christi naturam propriè spectet.

Ioā 3.

Idiomatum communicatio Scripturis vsitata & retinenda est.

b 1. Cor. 2. c Actor. 20

Errat Nestorius dicendo Christū aliter esse filium hominis, aliter Filium Dei.

Quapropter Nestorius in Scripturæ verbis est præposterè scrupulosus, dum Christum duplicem, vnum Dei & alterum hominis Filium constituit, ac vtrumque in precaria, non autem hypostatica, vel personali vnione coniungit. Vereatur etenim, ne graui scelere sese obliget, si Filij Dei nomen ei tribuat, qui ex muliere nascitur, sicque Mariam Dei matrem appellet. Sed multò magis vereri debebat, si sapuisset, diuinam naturam ab homine Christo disiungere, & admirabilem vtriusque naturæ nexum in hypostatica vnione dissoluere, sicut ille fecit per summam impietatem. Hoc enim nihil sit aliud, quàm Iesum soluere, sicut Beda Ioannem in-

Quæ de Filio Dei dicuntur, etiam de Filio hominis, & contrà, in Scripturis tractandis.

g Ioan. 3.

Damnatum à Leone Magno dogma Nestorii.

terpretatur, & iustæ damnationis promeseri sententiam, quæ à Leone Magno grauiter lata est, in hunc modum pronūciante: Anathematizetur Nestorius, qui beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodò credidit genitricem esse, vt aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis, nec vnum Christum in verbo Dei & carne sentiret, sed separatim & seiunctim alium Filium Dei, aliū hominis prædicaret: quùm tamen manente illa incommutabilis Verbi essentia, quæ ei cū Patre & Spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra virginea viscera Verbum caro sit factū, vti per id, quod ineffabile est Sacramentum, vno conceptu vnoque partu eadem Virgo secundùm veritatem vtriusque naturæ, & ancilla Domini esset & mater.]

Quomodo contra Nestorium vtraque natura in Christo constituēda & considerāda sit.

Igitur Orthodoxi diuinitatem in Christo humanitati ita coniunctam & vnitam asserunt, vt sua vtrique naturæ solida proprietas maneat, & tamen ex duabus illis vnus Christus constituatur, dum hæ duæ naturæ in vnam personam coniunguntur & coeunt. Quam coniunctionem trito vulgi nomine incarnationem dicere possumus, verbis autem explicare non possumus. Quanquam ad huius mysterij cognitionem, si quid in rebus humanis aptum & commodum satis potest reperiri, homini certè similitudo valde consentanea videtur, vt idcirco veteres, præsertim [a] Iustinus, [b] Augustinus, [c] Cyrillus & [d] Damascenus, eadem sæpè ac libenter vtantur. Summa similitudinis in eo versatur: Sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita deus & homo vnus est Christus, vt loquitur [e] Athanasius. [f] Augustinus in hunc modum: Sicut in vnitate personæ anima vnitur corpori vt homo sit: ita in vnitate personæ deus vnitur homini vt Christus sit.] Proinde Verbum cum natura humana ita coniunctum est, vt eam quæ constabat carne & anima, assumendo sibi vniuerit, & sibi vniendo assumpserit. Hoc quoniam in Maria & ex Maria factum est, non potest illa deum ac simul hominem Christum non concepisse atque genuisse, quantumuis præfractus & impudens Nestorius obluctetur. De quo iam satis sit (veremur enim esse prolixiores) Damasceni censuram attexuisse.

Sicut anima & corpus hominis, sic Verbum & caro vniuntur: & communis Patrū sententia.

a In explica. fidei.

b Ad Dardā. Epist. 57. & in Enchirid. c. 36.

c Lib. de incarnat. vnigeniti c. 8.

d Lib. 3. fidei Orthod. c. 3.

e In Symbola.

f Ad Volusianum Epist. 3.

Damasceni de Nestorio sententia, & defensio simul nominis Deiparæ.

Iure optimo & pro veritate, inquit, Deiparam incontaminatam nominamus Mariam: hoc enim nomen omne dispensationis mysterium commendat. Nam si Deipara est, quæ genuit, re vera deus est qui ex ipsa genitus est, re vera etiam & homo. Quomodò enim ex muliere genitus natúsque deus est, ante secula hypostasin habens, nisi homo factus est? Si autem ipse qui ex muliere natus est, Deus est, vnus est profectò qui ex Deo Patre natus est secundum diuinam & sine initio substantiam, & qui nouissimis temporibus ex Virgine natus est secundum initium habentem & temporalem substantiam, id est, humanam. Hoc autem vnam hypostasin, & duas naturas, & duas natiuitates Domini nostri IESV CHRISTI significat. Christiparam autem nequaquam dicimus sanctam Virginem, quia id ad renuendum vocabulum θεοτόκος, id est, Deipara & Dei genitrix, scelestus & odibilis, & cum Iudæis sapiens Nestorius adinuenit: vt vas contumeliæ, in contumeliam solius verè honoratæ super omnem creaturam Deiparæ, tametsi ipse cum patre suo diabolo disrumpatur.]

Scelestus & execrandus Nestorius dicitur Damascēno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De fraude Nestorianum dissimulantis errorem. Simulate & in falsum sensum. Nestorius admittit Mariam Deiparam esse.

Vbi fraudem Nestorij præterire non possum, nec debeo, qui Mariam dici Deiparam fassus est aliquâdo, præsertim quum in exilio versans, Ioanni Antiocheno gratificari vellet, ac idcircò illam vocem protulit: *Dicatur etiam Dei genitrix Maria, & contentiones tristes faciessant*, sicut & supra meminimus. Laudàda quidem isthæc oratio, si è sincero pectore prodisset: ille verò, vt erat versipellis, ludit in nomine θεοτόκου, & quod verbis agnoscit, re ipsa negat, à sensu Catholico semper alienus. Sic enim Deiparam intelligit, quæ Christum nudum hominẽ conceperit ac pepererit, Christum, inquam, in quo velut templo diuinitas non inde ab ipso conceptu, verum post acceptum baptisma, vt ex [c]Cassiano intelligimus, vel post ipsam à mortuis resurrectionẽ, sicut [b] Theophylactus meminit, cœperit habitare: tunc enim primum Mariæ Filium Deificatum esse somniauit. Itaque de Maria sic loquitur, quemadmodum si quis Monicam Augustini Episcopi parẽtem esse dicat, non quoniam is talis ex matre gigneretur, sed quia ex puero vir ille factus, & à Valerio Præsule ascitus peruenerit ad episcopatum. Quid autem isthuc est aliud, quam fucum facere imperitis, & nefandam blasphemiam Christo irrogatam ad eius quoque matrem deriuare? nimirum vt duæ personæ Filij Dei & filij hominis fabricentur, & Maria non nisi hominem seu hominis filiũ genuisse fingatur, ne verum sit illud quod Angelus prædixerat fore, vt Filius Dei inde ab ipso matris vtero Mariæ quoque Filius procrearetur. Eàndem impostu-
ram detexit Vincentius Lyrinensis, & sequenti oratione perstrinxit: Non ita, inquam, sancta Maria θεοτόκος, sed ideo potius, quia in eius sacrato vtero sacrosanctum illud mysterium perpetratum est, quod propter singularem quandam atque vnicam personæ vnitatem, sicut Verbum in carne caro, ita homo in Deo Deus est.]

a Lib. 1. de inar. Domini. b In cap. 9. Ioan.

Luce 1. Lib. aduersus profanas nouat.

Cauẽdum igitur inprimis fuerit, ne Mariam Dei matrem dici magis quàm esse putemus, néue ob solam appellationem θεοτόκον illam profiteamur, sicut Nestorius faciebat, qui contra Ecclesiæ sensum eam nudi hominis, qui in eius vtero natura Deus non fuisset, matrem ex hæretico spiritu statuebat. Vt autem commẽtum hoc impium explodatur, rectè ac sapienter veteres, qui contra Nestorianos disputant, Mariam verè ac propriè Deiparã esse dicendam verbis luculentis inculcant. Hinc illæ loquendi formulæ veteribus vsitatæ: Deus Mariã θεοτόκον propriè & veraciter demonstrauit, vt Sophronius loquitur Patriarcha Hierosolymitanus. Deiparam Dei genitricem Deique parẽtem & propriè & verè sanctam Virginem celebramus, sicut inquit Damascenus. Nam vt verus Deus est qui ex ipsa natus est, ita vere Dei genitrix verum Deum ex ipsa incarnatum genuit.] Ac iterum Damascenus Proprie & verè Dei genitrix & domina, quæ omniũ creaturarum dominatrix, ancilla & mater omnium Conditoris effecta est.] Tùm Hildephonsi est oratio: Virgo Maria iure Dei genitrix vocatur, quæ genuit Deum & hominẽ, Verbum caro factum: non vt cæteri nascuntur infantes, aut ex dono gratiæ fiũt homines, sed sicut beatus Gregorius ait in Moralibus, salua proprietate vtriusque naturæ, essentialiter in suam assumpsit personam hominem.]

In Synodo cõfirmata à Patribus Concilij Constantinop. Li. 3. de fide Ortho. c. 12. Lib. 4. fidei Orthod. c. 12

Veteres magnopere contendũt pronomine Deiparæ vsurpando ac retinendo, eoque perfidiam vitantur.

Lib. de perpetua virginitate Mariæ & eius partu-ritione.

His consonat Niceras Colossensis: Sanctam Virginem, quæ illum in carne peperit, Dei propriè verè-
que matrem credo, ait, & confiteor.] Eandẽ phrasim & sententiam sequitur Ioannes Maxẽtius, Mariam vere & proprie Dei genitricem appellans. Nec mirum sane, quum æque conuenienter in Mariam, sicut in Elizabetham, quæ Ioannem Baptistam peperit, matris nomẽ competat. Etenim vtraque corpus siue corpoream substantiam suo filio subministrauit, licet nec illa Ioanni animam, neque hæc diuinitatem Christo communicarit. Totum enim parientes animal, vt Cyrillus inquit, quod ex anima constat & corpore, non partem peperisse dicuntur. Etenim Maria non minus Filio, quàm parens vlla proli de suo ministrauit, quandoquidem sine viri congressu & semine, ac è suo duntaxat puro sanguine, vt alibi monstrauimus, concepit, gestauit, fouit, peperit & lactauit Emanuelem, sola vt dicere potuerit: De meis visceribus Deum & hominem genui. Absit igitur, vt quispiam (Vincentij Lyrinensis verbis vtor) sanctam Mariam diuinæ gratiæ priuilegiis, ac speciali gratia fraudare conetur. Est enim singulari quodam Domini ac Dei nostri, Filij autẽ sui munere, verissime ac beatissime θεοτόκος confitenda.]

Lib. 22. de sacris verbo. Lib. 3. Dialogorum.

Luce 1.

Lib. 3. Dialogorum.

Maria & Deipara dicitur vel Patrissa, vel Christipara, vel Deipara, vel Christifera.

Nomẽ Theotocos, quomodo acceptũ in Synodo Ephesina.

Qui patres in Synodum Ephesinam vocati Deiparam nominarunt.

Lib. 4. hæreticarum fabularum.

Lib. de Epiphan. Nestorium. Lib. 3. Socrat. Lib. 7. Theodoret. Lib. 1. Euagrij. Lib. 1. Nicephori.

Quomodo Maria Deipara dicatur. Nulla creatura ex essentia sua est Deipara. Deipara quare dicatur.

Rhetius de Trinitate. Prudentius & Methodius.

Sola Maria Christipara & Deipara nominatur.

Atqui Sancti Patres non dubitarunt sanctam Virginem dicere θεοτόκον, non quòd Verbi natura Deitásque in sancta Virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea narum sit illud sacrum corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum Dei Verbum, carnaliter natũ esse dicitur. Simplicius fuerit, si dicamus, Mariam non aliter Deiparam asseri, nisi quatenus Dei nomẽ ad solam secundam in Deitate personam, quæ carnem sumpsit humanam, contrahitur, vt nimirùm Dominicæ incarnationis mysterium expressius cognoscatur. Sicut ergo illa Christum secundum diuinam naturam non genuit, quod solius Patris est proprium, ita nec eiusdem Patris, neque Spiritus Sancti, neque totius Trinitatis, sed solius Filij, cuius est proprium humanæ naturæ coniungi, Mater illa existimanda est. Vbi discrimen etiã inter Christiparam & Deiparam obseruabimus, quod his verbis doctissimus Cyrillus ostendit: Licet grauis erroris accusari non possit, qui aliorum matres Christiparas appellare vellet, Deiparam tamen sine magno errore appellare neutiquã potest. Sola namque inter omnes sacra Virgo Christipara simul & Deipara appellatur, & esse dignoscitur, quandoquidem vna hæc non merum hominem, vt cæteræ solent, sed Dei Patris Verbum incarnatum & hominem factum peperit.] Recte autem visum est Patribus Ephesinis, Christiparæ nomen, licet commode accipi possit, reiicere & abolere, ne locus tergiuersandi sancti, & suum errorem apud simplices occultandi relinqueretur dolosò illi Nestorio, qui hoc solum nomen de Maria iactabat, ac Deiparam quidem dicere vel audire modis omnibus refugiebat.

Quod

Quod igitur nomen Hæreticis maxime inuisum & aduersum erat, id Catholici cupidius arripuerunt, ac studiosius retinuerunt, sed & constanter ab Orthodoxis omnibus complectendum esse definierunt, ne cum Hæreticis commune quicquam haberent. Sicut enim ex malis moribus bonæ leges natæ sunt, ita ob Hæreticorum peruersitatem selectæ & propriæ loquendi formulæ in Ecclesia paulatim successerunt, & singulari Patrum authoritate ac zelo corroboratæ perdurant. Eóque studio religiosa antiquitas nobis declarauit, corruptas fidei doctrinas siue hæreses non moderationibus & dissimulationibus, vt multi hodie arbitrantur, sed contrariis omnino viis, ac apertis rationibus confringi & aboleri oportere, ne alioquin sermo aduersariorum admissus & receptus, vt cancer serpat, & serpendo vires exitiales apud multos acquirat. Igitur adeò diligens & seuera veritatis custos est, fuitque semper Ecclesia, vt non solum Hæreticorum congressus atque libros tanquam pestes deuitari, verum etiam eorum in loquẽdo morem, & subdolas voces non secus, quam Sirenum cantus, quæ multis perniciem adferunt, suspectas haberi & prorsus caueri voluerit. Hoc modo Christi fetæ, & Christiparæ nomen explosum est, non quia per se, vt diximus, incommodum ac intolerabile, sed quia Nestorianis tam amicum & familiare, vt eo ad nomen Deiparæ obscurandum & abrogandum, turpiter abuterentur.

Ecclesia recipit & probat peculiares loquendi formulas contra Hæreticos vsurpandas.

Quomodo hæreses extinguantur.

Quam seuere egerit in hæreticos Ecclesia.

Christiferam & Christiparã laudat non diuersorsum Nestorianum.

Ephesina interim Synodus nomen θεοτόκου primum non excogitauit, sed ab antiquis Patribus veluti per manus traditum & acceptum, nouo & peculiari studio, vti res postulabat, extulit & approbauit, omnibúsque in posterum retinendum esse sanciuit. Etenim negari non potest, vel ante Synodum Ephesinam multos & excellẽtes Theologos extitisse, qui Mariam θεοτόκον siue Deiparam publice professi sint, quemadmodum Athanasius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Ioannes Chrysostomus, Theophilus, Atticus, quibus & vetustiores Origenem & Eusebium licet annumerare. Sed quoniam singulorum proferre testimonia longum est, quorum sane [a] Cyrillus, [b] Theodoretus & [c] Rusticus Diaconus meminerunt, nos Athanasij duntaxat ac Epiphanij verba repetemus.

a contra Acephalos. In Euang. de sanctissima Deipara. Dialog. 4. de S. Trinit. In serm. Mariæ laudato via, quem vertit Picus Canonicus Parisiensis.

Athanasij & Epiphanij testimonia Mariam esse Theotocon.

Maria non hominem nudum genuit.

Epiphanii testimonium in Deiparæ laudem.

Ille in hunc modum præclare loquitur: Quandoquidem ipse est Rex qui natus est ex Virgine, idémque & Dominus & Deus, ea propter & Mater, quæ eum genuit, & Regina & Domina & Deipara proprie & vere censetur.] Ac rursus in Dialogis, quos nobis Beza nuper fecit Latinos, quærenti Apollinarij sectatori: Hominem igitur genuit Maria? Athanasius siue Orthodoxus ita respondet: Nudum & duntaxat hominem nequaquam, sed Deum, qui hominem induerat. Primum enim Dominus fuit cum ea diuine, & tum demum infantulus ex ea œconomice, quamobrem etiam Deipara est Maria. διὸ γὰρ καὶ θεοτόκος ἡ μακαρία inquit.] Epiphanius vero, qui & ipse Nestorij præcessit ætatem, Mariam hisce verbis scite compellat: Sancta Maria Virgo Deipara, beata tu inter mulieres, quæ nunc genuisti eum, qui olim in Paradiso formauit Adam de luto. Tu enim es Deipara, quæ Verbum ex te incarnatum peperisti. Deipara existis, quæ Deum verbum in forma serui concepisti. Deipara existis, quia Deum verbum suscipiens, incarnatum peperisti. Deipara existis, quæ sola solius Dei vnigenitum Filium genuisti. Non temporaneũ Deum genuisti ex te incarnatum, sed æternum, qui ante te est, & ante omnia.] Equidem haud video, quid tum ab Athanasio, tum ab Epiphanio clarius ad hoc nomen asserendum adferri, ac Nestorianis fortius opponi possit. Quid multis? antiquissimi Orthodoxæ fidei prædicatores ex Apostolica traditione Mariam Deiparam nominare, & matrem Domini credere, sicut & Theodoretus comprobat, aperte docuerunt. Quapropter Christi genitricem dicere non esse blasphemiam, vt mentitur Nestorius, sed negare θεοτόκον hæreticum esse, nos si sapimus, cum Rustico Diacono, semper asseuerabimus. Cætera quæ ad Nestorij causam plenius cognoscendam, pluribúsque coarguẽdam pertinent, ex Ephesina Synodo peti possunt, eáque nuper copiosè & luculenter, vt antea nunquam, è Græcis conuersi libris, & typis excusa Ingolstadij prodiit. Nos porro Nestorianæ sectæ, quæ adhuc serpit, reliquias persequemur.

Lib. 4. hæreticarum fabularum.

CAPVT VIGESIMVM.

Disputatio contra Mahometanos Nestoriano fermento corruptos, & Pseudochristianos, quibus Deiparæ nomen ingratum est, ac itidem aduersus Cæsarem Constantinum Copronymum.

Mahomes à Sergio discit Nestorianismum, & promulgat Alcoranum.

Quis fuerit Mahomes ca-put & Doctor Mahometanorum.

Elvm Nestorianis indictum rectè nobis confici non potest, nisi petitis etiã ac profligatis eorum sociis, qui sub eodem quasi duce militant, Turcis siue Mahometanis. Quo nomine Saracenos, Arabes, Mauros, Persas, Agarenos, Palæstinos, Syrios, aliósque omnes cõplector, qui pro suo Propheta Deíque nuncio & Apostolo Mahometem colunt. Mahometem inquam, natione Arabem, officio vilem, antea mercatorem, post principem latronum, religione impium atque nefarium, doctrina nugatorem & fabulatorem insignem, animo demum mire ambitiosum, vt ex noua religionis forma, quam ipse populo scriptam tradidit, & simul ex imperij, quod inuasit, tyrannica occupatione, gloriam sibi maximam compararet. Cæterum quum iudicio ac eruditione parum valeret, ad Sergium Pseudomonachum, eúmque nobilem Nestorianum se cõtulit, ac sub illo Doctore tantum profecit, vt præclara illa scilicet nouæ doctrinæ arcana, quę Turcico Alchorano cõtinentur, rudissimo populo promulgarit, adeóque pro sacro Euangelio suis amplectenda esse persuaserit, se interim Prophetam simul & Regem superbe venditans. Nihil autem aliud hic Alchoranus esse videtur, præterquàm fœtida clòaca ex omnium fere antiquarum fabularum & hæresum colluuione conflata, huc homines instituẽs, vt Christianam fidem tum corrumpant, tum abnegent, vtque summam stultitiam cum perfidia maxima coniunctam im-

Quid contineat Turcicus Alchoranus & quales fructus adferat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bibant ac profiteantur. Vnde qui tali obtemperant A legislatori, ad ventrem & pastū abiecti sunt homines, suámque felicitatē in carnis voluptatibus falso sibi promissis collocant, illudque doctrinæ ac fidei genus, quod natura & rationis humanæ iudicio adblanditur, sibi maxime propositum tenent. Nam de Deo diuinisque personis, & sacrosanctis
1 Cor. 2. fidei nostræ mysteriis homines prorsus animales, vti Paulus vocat, non intelligunt, quantumuis interim ex veteris & noui Testamenti libris pannos quosdam, vt sic loquar, nobis surripiant, eósque suo Alchorano & Mahometicis fabulis assutos ostentent. Verum quod veteres Hæreticos hæc Secta
In quibus Mahometini antiquis Hæreticis sese conformet. æmuletur, ac ex illorum uno malo veluti pullus infelix prodeat, exemplis clarissimis potest euinci. Etenim cum Antropomorphitis isti Deum corporeum stulte constituunt, & ne Cerdonianis de im- B pietate concedant, impossibile esse contendunt, vt Deus filium habeat, quod nimirum vxore careat, sine qua filium gignere non possit. Igitur & cum Arianis Christum exuunt diuinitate, sarisque habent, sicut & Carpocrates fecit, sanctum & excellentem illum Prophetam agnoscere. Et cum Sabellianis quidem plane consipsant, quod sacrosanctæ Trinitatis mysterio contradicant, illudque prorsus repudient. Sed neque à Manichęorū furoribus sese abstinent, nihil vt eos pudeat Christum pro nobis vere passum, crucifixum & mortuū inficiari. Cum Ebionitis Iudaicam exigunt circumcisionem, atque vt vita sunt impurissimi, non secus quam Nicolaitæ, gaudent Polygamia: tum ne minus quam Origenistæ delirent, tetros dæmones sub mundi finem in Dei gratiā redituros, ac beatos fore somniant. Vanissimi homines mundum hunc fortunæ casuique submittunt, ac diuinam prouidentiā ne-
De aliis erroribus Mahometanorum. gant, Angelos verò corporeos de flamma ignis cōditos, tum cælum de fumo factum per summā stultitiam fingunt; neque solum Spiritus sancti gloriæ ac Maiestati derogant, quem cū Nestorio & Macedonio creaturam esse blasphemi mentiuntur, verū etiam vt omne Christianæ fidei meritum & effectum auferant, in sua quenque Secta iustum ac beatum fieri posse contendunt.

QVID autem ego vanas istorum opiniones, ac damnatas iam olim hæreses, quę vix recenseri possunt, longius persequor? Mihi sane mirari horrendum summi dei iudicem libet, cum cogito, fœ-
Mirabile Dei iudicium in Mahomete suam Sectā tam facile & ample propagante. leratum & magicum hominem Mahometem, in- D tra paucos annos, quum Cæsar Heraclius imperaret partim audacia tyrānica, partim insulsa impiáque doctrina tātum perfeciſſe, vt vrbes, prouincias, regiones maximas ad se sectámque suam pertraxerit, ac paulatim non in Asia solum, sed in Aphrica quoque virus suum sparserit, hocque tyrannicum imperium tantis bellorū successibus per se suósque socios auxerit. Quid quod iustus, nostrisque peccatis iratus Deus, hos Ismaēlitas & Iudaicæ Synagogæ spurios nongentis abhinc annis potenter admodum regnare, & in Christianos desæuire sustiTurcæ, hostes omnium maximi Christianorum. net? Vere in his flagellum Domini grauissimū experimur, cum inter omnes hostes, qui in Christianę gentis pernicem coniurarunt, multis abhinc seculis nullos alios vel immaniores, vel nocētiores terra marique grassari, & funestas Harpyias tamdiu agere videamus. Nec satis est horum incredibili crudelitati, quod vniuersum pene Orientem per summam rabiem atque nequitiā suo imperio subiectum, & diabolica sua doctrina infectum opprimant: nostris adhuc finibus imminent, nostras fortunas magis ac magis eripiunt, in Christianum sanguinem toti desæuiunt, ac demum sicut Asiam & Aphricam sibi rabiosę subegerunt, sic etiam Europam reliquam omnibus viribus & artibus diuexare ac vastare pergunt, nullum his barbaris & furiosis conatibus finem imposituri, nisi (quod summus Deus clemēter auertat) etiam veræ fidei & religionis lucem in Ecclesiis nostris extinguant, & impiis Mahometanæ Sectæ cultibus Christianum orbem impleant, ac profanent. Certe non errauerit, quisquis hæc Mahometi mancipia, lamias ac lemures, imo & furias Caucasias ad Christianum orbem vexandum diuinitus immissas appellarit.

PORRO vt ad institutum redeā, Mahometani Mahometani eil Sergii apostatæ filiastri, Nestorianis etiam deteriores, à Sergio apostata quę dixi, tam peruersę instituti sunt, vt in hodiernum vsque diem nos impietatis incessānt atque dānent, quandoquidem Dei matrem Mariam agnoscimus atque prædicamus. Id enim fieri non posse putant stupidi homines, nisi personam eandem vel Dei vel Deæ loco constituamus atque veneremur. Nec dissimile probrum nunc in Catholicos iacitur ab his, qui veterem Christianismum cū noua religionis doctrina commutarunt, quia subinde vociferātur, Mariam ita coli in Ecclesia, vt loco numinis habeatur atque adoretur. Multa enim sunt alia, in quibus inter vtramque partem, Mahometanos atIn quibus Mahometani et Sectarii nonnunquam. que Sectarios, haud male conuenit, nisi quod in C quibusdā hi certe illos superare videātur. Vtrinque hominem libero arbitrio exuunt, nouæ legis prosprium sacrificium medio tollunt, pleraque Sacramenta reiiciunt, sacros ordines aspernantur, Mariæ & Sanctorum cultum ac ferias abrogant, pias imagines ex hominum aspectu submouent, aliāque demum veteris Ecclesiæ & Catholicæ religionis prombata instituta præ se superbe despiciunt, subsannāt, exterminántque. In quibus tamen furor Hæreticus Mahometanam crudelitatem frequenter excellit, Turcis quidem, suam cuique religionem integram permittentibus, nec prohibentibus Christiana sacra in suis ditionibus publice celebrari: Sectariis vero sic nouam suam religionem inuehentibus, vt veterem aboleant, omnésque eius cæremonias in templis mutent abiiciántque. Nos vero alibi de Mariæ cultu rationem reddemus, quem, vt Ecclesiæ calumniatoribus nunc breuiter respondeamus, in Collyridianis dānamus, in Catholicis approbamus, in quibusdam non defendimus, qui nē- pe aduersus communem Ecclesiæ sententiam, inter Dei Mariæque cultum discrimen obseruādum negligunt, ac pro pietate superstitionem exercent. Testamur & nos, quod Gallasius, licet Sacramentarius, alicubi scripsit: *De Maria Virgine non potest idē dici quod de Christo, Deum esse. Illa enim tantummodo homo fuit.* Cum Epiphanio semper & credidit, & docuit Ecclesia: Tametsi sanctum erat corpus Mariæ, minime tamen Deus. Virgo ipsa erat, & honorata, non autem ad adorationem data, verum ipsamet eum, qui ex ventre eius carne est genitus, de cælo vero è paterno sinu prodiit, adoratur. Ac rursum cum eodē Epiphanio dicimus Orthodoxi: Non cælitus venit Maria cum corpore suo, neque Deus est: sed ex cōceptu & complexu viri mulieris

carnem

carnem accepit, & secundùm promissionem, sicut A Isaac, corporatio eius est patrata.]

Testimonium Ioannis Cantacuzeni pro deiparione cultus, quem Christianis, Mariæ tribuūt & Mahometani sugillant.

Mahometanis autem, vti planè agrestibus atque crassis fidei hostibus, in præsenti causa responderi sat est, quot ante ducentos annos pro Christianis respondit Ioannes Cantacuzenus, æuo suo Rex Constantinopolitanus, qui deinde ad vitam priuatam simulque religiosam sese contulit, & calamo magis quàm ferro sinceritatem fidei aduersus Turcarum dogmata sibi tuendam suscepit. Verba illius asscribam, quæ Mahometanam retundunt maledicentiam, simulque Mariæ causam & dignitatem nefariè oppugnatam egregiè vindicant. Nos equidem, ait, qui Christum profitemur, vnum Deum adoramus, Creatorem omnium visibilium & inuisibilium, huiusque Verbum & Filium, Christum scilicet. Hæc vera sunt, nec sentimus aliter. Talem B enim hunc credimus & fatemur. Diuam verò Virginem Mariam creaturam Dei iudicamus, & Dei ancillam. Credimus autem & confitemur, quod huic similis homo nec natus sit, nec posthac ex viro & muliere nasciturus vsque ad cōsummationē seculi. Et secundum humanā quidem naturam eam Angelis inferiorem esse iudicamus, tanquam hominem: honore autem & sāctimonia ipsam omnibus Angelis indubiè præferimus, eo quòd Verbum & Filium Dei secundùm carnem peperit: omnesque nos illā aduocatam & auxiliatricem agnoscimus. Orat & intercedit indesinenter pro peccatoribus. Miracula edit, & operatur admiratione & stupore digna. Hanc autē colimus non vt Deum, sed vt Matrem Filij Dei secundum carnem. Cæterū Anathema sit, quisquis vel duos vel tres pluresue Deos adoruerit: sed adoramus vnum Deum Creatorē cæli & terræ, omnium visibilium & inuisibilium.]

Maria Dei creatura & ancilla sed religiosis mortalibus præponenda & Angelis honore præferenda. Maria nobis aduocata & auxiliatrix, effectrixque miraculorum.

Solus Deus à Catholicis adoratur, Maria intra Deū inuocatur.

OFFENDIT hæc confessio Rudolphū Gualterum Tiruginum, neque aliis placere potest procul dubio, quotquot de Sanctorum cultu, inuocatione, miraculis hoc seculo Vigilantianis & VValdensibus potius, quàm Orthodoxis docētibus credunt atque subscribunt. Cęterum haud video, quid hic eruditos & sapientes iure possit offendere, qui in eandem sententiam tam multa, tam solida passim apud veteres dicta, scripta, facta, & in hunc vsque diem probata atque cōperta esse meminerūt, quique sine Christi Mediatoris iniuria Virginem matrem suo modo inuocari atque coli in Ecclesia didicerunt. Certe multo ante Cantacuzenū Gregorius Magnus floruit, & similem confessionem edidit, Mariam nempe sic à nobis coli, vt eā simul pro Dei ancilla & matre habeamus: ancillam quidem, quia Verbo æterno, vt nemo alius, ministrauit: matri vero, quod æqualis Patri Filius in virgineis eius visceribus è Spiritu sancto & materna eius carne homo factus sit atque procreatus. Quid vero [a] Epiphanius? Maria, inquit, solo Deo excepto, cūctis superior exiſtit. Tum [b] Ephrem in hunc modū illam inuocat: Tu meus portus ô Virgo inuiolata, & præsens auxiliatrix.] Cæterum de Mariæ cultu & inuocatione, quæ à tot Patribus, Synodis, miraculis approbata, & semper in Ecclesia conseruata est, & sicut apud Turcas, ita & apud Sectarios locū & pondus habere nullum potest, nos libro quinto disseremus. Fallit autē crassos Mahometanos, quod sine fide, & secundū carnem tantum de sacris, sicut cœci de coloribus, iudicent, imperite colligentes,

Mariam idcirco nobis Deam haberi, quia Deus genitricem illā prædicamus. Ridicule censent, sic nobis Deiparam dici, vt quod Christus ab æternitate Deus est, id à Maria homine desumtum esse existimemus. Qua de re iam antea, quum Deiparæ nomen explicaremus, respōsum est Nestorianis. Præterea cum Sectariis habent id sibi cōmune Mahometani, quod inter honorem eum, quo persona diuina, & quo Maria Christi mater inter Sanctos alios decenter colitur ac honoratur, discrimē nullum obseruent, sicut Cantacuzenus paulo ante mōstrauit. Stulti homines dū Pseudoprophetæ & idolo suo Mahometi tantum nō diuinos honores tri- Mahometani à vero Dei cultu, imo & cognitione alieni. buunt, vanósque cultus sibi confingunt, aut consictos vsurpant, nostrum in Maria colenda studium damnant. Quam sunt autem isti ab omni vero Dei cultu alieni, qui nec Patrē sine Filio, nec Filiū sine Patre posūt cognoscere, nedū in Spiritu & veritate Deū colere & adorare? Insignes hypocritæ domesticā trabē facile sustinent, & in alienis oculis tā curiosè festucā inquirunt. O sanctuli & Cathari, quibus religio est Dei matrē agnoscere & honorare, ne aliōquin magno se crimine cōtaminent, si eandem Christiano cultu prosequantur. Quid verò si de Ioannāda Virgine matre maxime solliciti forent? non nē sane operā sceleſti luderent, quia nullum vel cū matre, vel cum aliis Dei domesticis cōmunionem & pacem habere possunt, qui caput Sanctorū ignorant, illique tam petulanter insultant, vt alterum Barrabam, id est, suum Mahometē, præferant Redemptori, vtque crucem & mortem Domini perfide abnegent, ac eundem in suis mēbris omni crudelitatis genere quotidie persequantur.

Mahometani Deiparā negligere, qui Filium eius Deum esse negant.

NIHIL ergo mirum est, Matrem ab illis negligi, qui suæ Sectæ tenebris impediti, abiiciunt Filium, quem vt è suo sublimi throno extorbare possint sacrilegi summa illum excellentia, id est, diuinitate fraudare ac spoliare non desinunt. Quid enim scirent ac eructarent aliud, præter quam quod ex fœtido Alchorani sui fonte depromtum imbiberunt, in hunc nempe modum: *Sciendum, eos incredulos esse, qui* IESVM *Mariæ Filium Deum esse dicunt.* Ac rursus, vt eandem impietatem confirment: *Omnes*, inquit, *dicentes*, CHRISTVM *Mariæ Filiū Dei existere, mendaces inuenti sunt atque increduli.* CHRISTVS *Mariæ Filius non est, nisi nuncius Dei: quia & ipsum plures nuncij præcesserunt, materque eius & ipse cōmestibilibus vescebātur.* Verum hæc quoq; Nestorianismū redolēt, quū præter Photinū Nestorius Christum ex Maria genitum quidē fateatur, summisque illum laudibus vehat, sed tamen nō nisi hominem faciat, illūmque propria exuat diuinitate, quā alioquin in sacris literis vt clarissime, ita sæpissime confirmatam habemus. Quanquam ne hic quidē sibi constat monstruosus ille Alchoranus ex meris fabulis erroribúsque conflatus, qui Christū aliquādo plusquām hominem prædicat, si verba eius rite considerētur. CHRISTVS IESVS, inquit, *Filius est Mariæ & Apostolus Dei, & Verbum Dei, quod in ea posuit per Spiritum sanctū.* Et rursus loquitur in Alchorano Deus: *Dedimus* IESVM CHRISTVM *Filium Mariæ, vt faceret prodigia & miracula manifesta, & per fecimus eū per Spiritum sanctum.* Præterea de Christo testatur, quod suæ matri per Angelum sit annunciatus, per Spiritum sanctū sanctificatus, nec operatione naturæ, sed Dei virtute conceptus, & ex Maria Virgi-

Alchoranus Christum esse Deum inficiatur.

Mahometani cum Nestorio contra Christum conspirant.

Cap. 12. Alcboran. ibidem.

Christus in Alchorano iam negatur, iam asseritur esse Deus.

Quam excellēter de Christo loquatur Alchoranus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne sanctissima,& supra mulieres omnes mũda procreatus.Fatetur idem Euangelica miracula,quoniã Christus cæcos illuminauit,leprosos mundauit, & mortuos ad vitã excitauit. Nec potuit idẽ Christus non eximius esse Doctor,cum secundum Alchoranum Deus illi dixerit:*O Christe considera,quomodo dedi Spiritum sanctum vt loquaris. Tu cum abulis docui te librum, & sapientiam, & legem Moysi, & Euangelium.* Rursus in Alchorano Deus ita pronuntiat : Christum Iesum Mariæ *Filium,cui commisimus Euangelium, quod est lumen & confirmatio Testamenti & castigamen ac rectã via timentibus Deum, ad legis vestræ complementum misimus. Omnis igitur Euangelij seruus ipsius præcepta iudicando sequatur.* Ac alibi rursus:*Omnes boni Deo seruiant, vt Christus Iesus Mariæ Filius persuasit.* Quid ergo habent insani Mahometani,si suo credunt Alchorano, cur nobis vitio ludibrioque vertant, quod Christum Deum, & Mariam Dei matrem esse testamur? Legunt enim in eodem Alchorano, hunc Mariæ Filiũ non modo sanctissimum hominum,& omniũ gentium faciem,sed quod multo est augustius,Dei Verbum,Dei Spiritum,Dei Animam esse. Quod si Dei Verbum est, cur non eiusdem erit cum Patre naturæ?Si Dei Spiritus, quomodo à Deo mittente diuersus aut separandus? Si Dei anima, cur ipsa diuinitas minus,quam quod humanum est, Christo attribuatur?Neque pudet tamen istos,suum Prophetam & Dei nuncium,vt appellant,Mahometem tãti facere,vt impurissimum hominem, siue vitam,siue doctrinam spectes, Christo Domino, id est, tenebras luci mendacium veritati anteponãt, Christique cultores non solum Vatiniano odio,sed ferro etiam atque igne palã infectentur. Tam pulchre isti canes præceptum obseruãt,quod in suo Alchorano habent expressum,vt libros Moysi & Christi, aliorumq; Prophetarum firma fide cõplectantur.

Iam vero quemadmodum Christum Marię Filium,vt diuinũ hominem,agnoscũt, mirisque laudibus extollunt,ita de ipsa etiam Maria, licet eam Dei genitricẽ pernegent,tamen,vt hoc etiã adiiciã, honorifice admodũ ac reuerenter loquuntur. Nec mirũ,quando in suo Alchorano,quo nihil habent antiquius illam frequenter laudari, & ab ipsis etiã ornari Angelis certissime deprehendunt. Etenim Angelorum hæ voces illic recitantur:*O Maria cunctis viris fœminisque præclarior,soli Deo perseuranter studens.* Ac rursus ab eodem dicitur : *O Maria, Deus vtique elegit te,& purificauit te:elegit te clarorem super mulieres seculorum.* Iterũ vero:*O Maria, Deus annunciauit tibi Verbum ex ipso : nomen eius* Iesvs *Filius Mariæ, & erit honorabilis in hoc seculo & in futuro.* Quid autem eo luculentius:*Maria se dirigendo ml malitiæ aut prauitatis operata est: vnde nostrum ei animam insufflauimus.* Adeo enim Mariam Alchoranus extollit, vt inter fœminas omnes illam sanctissimã & lectissimam, sed & Virginem simũlque Christi matrem esse cõfirmet, multáque de illa reciter, quæ cum literis Euangelicis quadrare videantur.Certe non obscura & illa Mahometis vox est : *E viris multi perfecti fuerunt:nulla autem ex mulieribus vnquam perfecta fuit, nisi Maria mater* Iesv. Et quoniam non solum Alchoranus , sed etiam liber Alkoan magnæ apud istos authoritatis est,audiant ex eo etiam , qui nos non audiunt,Dei vocem ita sonantem : *Nullus de filiis Adam nascitur , quem non tangat Satan : & ideo plorat vociferans ex eius tactu , præter Mariam & Filium eius.* Vbi ne quis fortasse , quandoquidẽ sacris profana miscemus, temere offendatur , iam supra monuimus satis, quo nos consilio non solum Hæreticis , sed etiam Ethnicis profanisque testimoniis nonnunquam vtamur , rati hæc ipsa Mahometana dicta,quæ citauimus,suo loco & tempore quibusdam vsui esse posse. Primum enim huc conferunt, vt eorum etiam,qui sunt foris , suffragiis & confessione,Christiana veritas & firmior & pulchrior appareat. Deinde Spiritus sancti vaticinium hinc magis eluceſcit,quo prædictum est fore,vt generationes omnes in Mariæ beatitudine prædicanda versentur : id quod etiam in Mahometanis hactenus impleri non semel quidem Lyranus indicauit. Postremò eiusmodi sententiæ nos admonent, iure illos coargui , qui etsi Christiano nomine gloriantur,tamen animi peruersitate, & linguæ calamique virulentia impios Turcas propemodum superare videntur,quando in ordinem redigunt,imo & peccatricem fœminámque vulgarem faciũt eam Virginem , quam à nostra fide alieni Mahometani tantopere suspiciunt , sanctissimã prædicant à peccato immunem faciunt, & reliquis fœminis omnibus anteponunt. Habent interim aduersarij cum Mahometanis hoc sibi commune,vt Mariam verbis quidem prædicent,sed re ipsa insectentur , omnémque illius cultum contemnere , & vbicunque possunt , abrogare gaudeant. Ego vero singulare hoc & metuendum Dei iudicium esse puto , quo iampridem factum est , vt sepulti Nestorianum cineres per Mahometanos non solum resuscitarentur , sed etiam in maiore orbis parte dispersi flammas ingentes ederent, quæ cum summa hominum pernicie longe latéque tot seculis grassarentur. Habeant vero sibi ac seruent insani Turcæ,vt reliquarum hæresum,sic etiam, doctrinæ Nestorianæ sordes ac feces,vt porro in Christum petrã incurrant, & ab illo feriantur , cuius sacrosanctam abiiciant diuinitatem. Vindicabit is quoque matris honorem, si in illam blasphemi esse, & cõtra stimulum, vt dicimus , calcitrare pergant, Iudæis perfidis in hac quidem parte nihilo meliores.

Nec est interea cur &veteres & noui isti Nestoriani nos insectentur,stultéque vociferentur,quòd nemo se antiquiorem pariat , & idcirco Mariam Deiparam non posse recte censeri. Hunc nodum Calsianus ita dissoluit:Non solum antiquiorem se Maria peperit , sed & ipsum sui authorem , omniumque progenitorem. Facta est parentis patens: quia quam facile Deo fuit , vt hominem nasci faceret , tam facile vt ipse ex homine nasceretur.] Proinde quod aliis creaturis nullis competit , Mariæ certe magno Dei miraculo cõpetit , antiquum nempe dierum & omnis creaturæ primogenitum parere : illudque Verbum quod erat in principio apud Deum,per quod facta sunt omnia , carne vestire,non sua quidem,aut naturæ vi,sed singulari & admirando diuini Spiritus opificio , vt secunda in Deitate persona id , quod ante Mariam erat , sibi proprium retineret,& rursus quod non erat , id ex Maria secundum Gabrielis promissum assumeret, atque ita non Dei modo, sed & Mariæ primogenitus simul & vnigenitus esset. Quamuis enim Christus aliud ex Patre,aliud ex Virgine , sicut Gregorius Magnus prudenter annotauit, non tamen alius ex patre , alius ex Virgine : sed ipse est æternus ex Patre, ipse

Patre, ipse temporalis ex Matre: ipse qui fecit, ipse qui factus est: ipse ante secula de Patre sine Matre: ipse in fine seculorum de Matre sine Patre.]

Cæterum omissis Mahometanis , quos immanes & sanguinarios Ecclesiæ Christianæ hostes iratus nobis Deus excitauit , illos modo petamus, Pseudochristianos, qui pro domesticis ac fratribus censeri postulant,ac nihilo secius parum aut nihil referre putant , de nomine θεοτόκου , quod sacris literis expressum non est digladiari. Sunt itidem adeò quidam delicati vel morosi,vt Dei Matrẽ vel nominare vel nominatam audire,nõ sine molestia sustineãt:neque pauci habẽt in vsu,vt Christi Matrẽ nunquam non dictitent,Dei vero genitricẽ vix vnquã reuerenter appellent. Nos vero tum manifestos , qui apud Polonos & Hungaros insaniunt, tum occultos Antimarianos non solum agnoscĕre, sed etiam corrigi desideramus,& cauendum inprimis arbitramur , ne in ipso etiam sermonis genere vel Nestorianis , vel Sectariis vllis potius , quam Ecclesiæ Catholicæ matri gratificari, & sanctissimis Patribus conformari velle videamur. An vero leue peccatum est,in dubium reuocare,vel ipso loquendi vsu labefactare , quæ nobis columna veritatis Ecclesia præscripsit,ac sacra vetustas sine scripto credenda & confitenda tradidit ac reliquit? Præclare quidem admonet Augustinus : Liberis verbis loquantur Philosophi,nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autem ad certam regulam loqui fas est,ne verborum licentia etiam de rebus,quæ his significantur,impiam gignat opinionem.] Tum vere non minus,quam prudenter quidam,licet Ethnicus, docet, verba à vetustate repetita authoritatẽ antiquitatis habere , adeóque maiestatem quãdam adferre orationi. Probat igitur, consecratis vtendum esse vocabulis , præsertim si quæ immutari vetat religio,cuius & voces & formulas proprias manere tanto magis necesse est, quanto plus periculi ex illorum mutatione consequi cernimus. Sanorum verborum formam nobis retinendam etiam Apostolus commendauit, multóque seuerius hanc legem,si adesset , nobis confirmaret, ob communem & effrenem illorum audaciam , qui vt suos tegant ac defendant errores , ad nouas voces confugiunt , suíque sermonis fuco & coloribus , simplicis veritatis lumen tum obscurare,tum extinguere consueuerunt.

Sane Concilij Chalcedonensis Patres,qui laudem putæ doctrinæ & religionis maximam meruerunt,vt sensum & spiritum Ecclesiæ nobis cõprobent,vno velut ore proclamant illud:Christus Deus est , sancta Virgo Θεοτόκος : Sancta Maria Θεοτόκος scribatur. Qui non sic capit , Hæreticus est. Nestorianos mitte foras.] Cum his congruit, quod Hellanicus Rhodi Episcopus in Concilio Ephesino dixit : Sanctam Virginem Mariam Dei genitricem confiteor:anathema vero sit ei qui non credit.] Nec dissimilis fuit Patrum reliquorum confessio in eodem Concilio Ephesino , quod ex primariis quatuor vnum est, ac summam in Ecclesia tenet authoritatem , haneque certissimam fidei regulam promulgaunt , Dominum nostrum Iesum Christum in vna eadémque persona vere Deum ac hominem adorandum ac prædicandum esse : Matrem vero eius Virginem , quæ illum carne indutum peperit , Dei genitricem iure vocari atque celebrari. Nihil ergo mirũ,quod Rusticus Diaconus, quẽadmodum in Ecclesię Schola erat edoctus,hoc aperte pronũciarit:Negare θεοτόκον: hæreticum est, dũ & diuinitus inspirata Scriptura dicat,& hoc sæpius:Mater Iesu,& ex qua genitus est Iesus,qui dicitur Christus. insuper si Deus est ille, quẽ genuit, recte dicitur θεοτόκος : & quia Christus est , qui natus est , recte dicitur χριστοτόκος . Amplius si Dei genitrix existẽs, Christi genitrix non est, Christus,quod absit,non erit Deus ratione conuersa. Si enim qui χριστοτόκον confitetur & θεοτόκον abnegat,Christum non dicit Deum,qui Dei genitricem confitetur, & Christi genitricem refutat , similiter Deum denegat esse Christum.] Proinde quisquis Orthodoxus est , libenter cum Basilio Magno dixerit: Confiteor Filij Dei incarnatam ὁμοουσίαν, deinde sanctam Mariam , quæ secundum carnem illum peperit,hanc Deiparam,vocans.]

Quid ergo frontis ac mentis omnino habuit Princeps & Imperator apud Græcos Constantinus , qui tametsi Christiano nomine gloriaretur, tamen Mariam non eo est dignatus honore,vt Dei genitricem vocaret , adeóque ne quis Mariam θεοτόκον in posterum nuncuparet , legem nefariam promulgauit?Eiusdem illa fuit vox non sine blasphemiæ spiritu profusa : *Maria quoadusque Christum gestauit in vtero , honore digna fuit : cum porro vbi enixa est,nihil fœminis aliis dignitate præstitit.* O infanum simul & impium hominem, qui Venerem libentius , quam Mariam semper benedictam semper gratia plenam coluit, qui Dæmones inuocauit, pueros mactauit,& victimas humanas in sacris nocturnis sacrificans obtulit : qui denique magus potius,quam Christianus dici haberique meruit. O nefarium & stolidum Legislatorem , qui dignum Copronymi cognomentum à stercore sumptum accepit,malitię domicilium,& multorum capitum draco,vt quidam appellat , aut sicut Suidas affirmat,mortalium omnium impurissimum , & grassantium eo seculo Iconoclastarum valde furiosum caput , quique post sanctarum reliquiarũ ludibria, post sacrarum ædium deuastationes , post multorum piorum cædes,cum omnium mortalium gaudio mortem funestissimam cum summa desperatione coniunctam, dignum certe tam sacrilego præmium tulit. Qui paternæ impietatis hæres, malí quippe corui,Leonis Isauri,malum,vt inquiunt, ouum fuit , damnatæ infamis Nestorij causæ , imo & Saracenorum & Iudæorum execrandæ perfidiæ infeliciter est patrocinatus , nec sine perpetuo sui nominis dedecore publicũ Mariomastigem præstitit,cum totus in hoc incumberet,vt nomine θεοτόκος suppresso , dũtaxat Virgo χριστοτόκος ab omnibus diceretur. Sed qui præsens fuit pestis mortalium,pestilentis erroris venenum,quod prius effusum perierat,rursus plenis, vt sic dicã poculis orbi frustra propinauit ac eodem veneno ebrios secum enecauit ac perdidit misertimus Imperator.

Varitas & impudentia Mahometanorũ, quod nobiscũ Christum in suo Alchorano prædicatũ non agnoscãt. *Azoara.2.*

In Azoara 70.

Mahometani suum Mahomet Christo Domino audẽt præferre. *Ioan.1.*

In 1.cap. Alchorani.

Mahometani iuxta suũ Alchoranum de Maria præclarẽ sentiunt ac loquuntur.

In cap.5.& 74. Alchorani.

Maria sola perfecta inter omnes fœminas iuxta Mahometem.

Mariam non tetigit Satan, nec eius Filiũ vt Turcæ fingunt.

Iacob. qui Deiparã dicere detrectant.

Non solũ cauendi, sed & corrigendi sunt errantes effectu, sine occulti Antimariani, sub Deiparæ honorem adimentes.

Etiam ipso loquendi vsu cõtenta est fides, & veritas, & custodia bonæ offensionis. *Lib.10. de ciuitate Dei cap.23.*

Christianis non minus quam Philosophis ad certam regulam est loquendũ. *Quintil. libro.1 Gram. inst. cap.11.*

Verborum licentia impiã segnitiem gignit vel confirmat opinionem. *L.Tullius.*

Propria religionis voces & consuetudines seruandas esse. *Vincentius Lirinensis & Ephesina synodus.*

Non dubitandum quin Maria Deipara dicenda.

Non solum esse quod Maria pariat, sed & antiquiorem Maria filium pro rerum patrarum effectu. *Lib.4. de Trinitate.*

Aduersus Antidicomarianitas. *Epiphanius.*

Qui Christianis nihil hostilius, peruersius Mahometanis.

Hæretici & Mahometani Mariã matrem prædicare non dubitant, quam re ipsa insectantur.

Nestoriani de genuina sententia quæ hactenus impugnata.

Agnoscendi eximium miraculum, quo Maria Deipara.

Iohan.1.

Ecce virgo. *Esaiæ.7.* *Matth.1.*

Aduersus Mariam. *Epiphanius.*

Hæreticũ est negare Mariã Theotocon, quia Scriptura aperte repugnat.

Libi contra Acephalos.

Luce.1.& 2. Matt.1.& 2

In Collectaneis Vide Paulum Diac.lib.21. & Zonaram lib.13.sicut.& Cedrenum & Michaelẽ Glycam in Annalibus.

Ex Concil. Nicæno secundo.

Constantinus Copronymus, Mariam Deiparam dici vetat, ac in eam publice est cõtumelios⁹. Quę impietas ac turpitudo huius fuerit principis Constantini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XXI.

De Maria complures olim hæreses extitisse, quas Ecclesiæ censura damnarit, & nos etiam condemnare debeamus.

SATIS hucusque monstrauimus, ac nobis etiam tacentibus res ipsa fateri cogit, non paucos neque vulgares Mariæ obtrectatores & aduersarios iampridē extitisse, qui vna cum suo maledicto parente, id est, antiquo serpente aduersus benedictam hāc mulierem magnis se viribus opposuerint, ac valde furiose pugnarint. Qui quum veritatis, ac rationum pondere destituerentur, & Mariæ tamen causam aliqua saltem ex parte suspectam & inuisam efficere in votis haberent, quid aliud demum facerent, nisi vt inuidia, odio, mendaciis & fraudibus se suásque copias armarent, atque defenderent? Ac fuit id fere proprium Hæreticorum, qui furiis quibusdam agitati, inde ab initio in Christum nostræ salutis Principem irruerunt, vt ne à Matris quidem eius iniuria sibi temperarent, diuino, ni fallor, numine sic prouidente, vt Mater & Filius, quibus nihil potest esse coniunctius, ab eisdem etiam hostibus & fidei corruptoribus plerunque impeterentur. Cuius tei testes esse possunt Cerdoniani, Ebionitæ, Valentiniani, Apollinarij, Manichæi, Collyridiani, Nestoriani, Eutychiani, Iconoclastę, vt reliquos id genus Satanæ ministros mendaciisque satores, qui cum Maria & eius Filio bellum commune gesserunt, silentio prætereamus. Nec enim nobis est animus, hæreseis omnes de Maria tot ætatibus excitatas atque disseminatas, Patrum vero diligentia iam olim rectè sanctèque damnatas & explosas persequi. Nostro quidem instituto satisfeciſſe videbimur, si nouos Mariæ hostes in medium maxime protraxerimus, & iuuante Christo illos gladio Spiritus vtcúque prostratos atque iugulatos reliquerimus. Prodeit interim non ignorare, qui primi falsa seuerint dogmata, quique illa iampridem extincta hoc nostro seculo in orbē reuocarint, quòd hæreseis suam ad originem reuocasse, sicut Hieronymus admonet, quodammodo refutasse sit. Præcipuos autem errores, quos antiqua impietas aduersus Mariam inuexit, equidē haud scio, an quisquam aptius quàm Bernardus, vno sit veluti fasce complexus. Bernardi verba ipsa subiungam: Nimirum Maria est quondam à Deo promissa mulier, serpentis antiqui caput virtutis pede contritura, cuius plane calcaneo in multis versutiis insidiatus est, sed sine causa: fola enim contriuit vniuersam Hæreticam prauitatem. Alius nō de substantia carnis suæ Christum edidisse dogmatizabat: alius paruulū non peperisse, sed reperisse sibilabat: alius ante vel post partū viro cognitā blasphemabat: alius Dei Matrem audire non sustinens, magnū illud nomen Θεοτόκος impiissime suggillabat. Sedcōriti sunt insidiatores, conculcati supplantatores, cōfutati derogatores, & beatamea dicunt omnes generationes.]

Quo spectantes mulei & potemes Mariæ aduersarii.

Ab initio Christi hostes Mariā simul oppugnarunt.

Ex pendentur superiora verba Bernardi ad præcipuas hæreses circa Mariæ causam inquirendas

HIC ego Bernardum vt generosum Christi athletam, & strenuū Mariæ propugnatorem videre videor, qui varia & execranda Hæreticorum mōstra vno velut ictu sternat atque cōficiat. Ex his profecto Cerdon, Marcion, Manichæus eque in Christū ac Mariam impij, neque Christo carnem, neq; Mariæ carnis substantiā ad Christū procreandum cōcedunt. Valentinus & Appelles vt Christū ex Maria nihil accepisse contendant, corpus illi partim è cælo allatum, partim ex elementis acceptum affingunt. Cherinthiani & Ebionitæ Virginē ante partum corruptam, & ex Iosepho grauidam factam, audent dicere. Iouinianus in partu, Heluidius post partum illi laudem saluæ pudicitiæ tollit. Demum Nestorius non Dei, sed hominis duntaxat matrem statuit & agnoscit. Sed enim omne hoc genus Mariomastigū, pugnāte pro matre Filio & Ecclesia, sicut sole densas atræ noctis tenebras dissipante, tādem detectum, dissipatum, elisum est, vt verissime rectissimēq; Betnardus dixerit: Cōtriti sunt Marię insidiatores, cōculcati supplantatores, cōfutatide rogatores, & beatā eā dicunt omnes generationes.]

Maria adiutrix operum in nullius rei; dactos est.

QVANDOQVIDEM porro de multis & antiquis erroribus, quos impij contra Dei & Domini nostri matrem pernicioſe sparserunt, hoc loco agi cæptum est, operæpreciū facturus videor, si variis è veterum monumētis aliquot potulero Anathematismos. Ita enim fiet, spero, vt falsæ ac pestilentes de Maria doctrinæ, quas deinde, vt ostendemus, iudicauit atque dānauit magistra veritatis Ecclesia, rectius cognoscantur, & cognitæ diligentius caueantur. Neque verò potest non frugiferum videri, si Ecclesiæ Canones, veluti præsentia quædā antidota, proponantur, quæ Christianos animos aduersus tot errorum pestes, quot in Mariam iā olim exciauit Satan, præmuniant: quandoquidem si præsentem spectes ætatem, omnium fere oppressārū hæresum virus aut nunc impune grassatur, aut paulatim repullulascit. Accedit, quod hic veterum errorum index & annexa damnatio non obscure testatur, quàm sedula pietas, & pia sedulitas in nostris eluxerit maioribus; qui sæpe ac multum ad Mariæ gloriam vindicandam sua Concilia, suos Conuentus, suas Synodos, suásque sententias contulerunt, & in profligādis erroribus, qui cū Mariæ dignitate pugnarent, nihil fere intentatū reliquerunt. Quod si fortasse quidam in his Canonibus, qui sequūtur, maiorem explicationis lucē desiderabūt, hi meminerint, interpretes alicubi obscutius, quæ apud Græcos clariora sunt, Latine vertisse, & ob constātem piæ vetustatis morem, factum esse sciāt, vt quæ late patent, paucis verbis sæpe comprehendantur, vtq; solis damnatis præcipuis erroribus, de quibus maxime contendebatur, orthodoxæ fidei regula summatim indicetur potius, quàm declaretur. Nihil vero dubitet quisquam, hos aliósq; similes Patrum anathematismos (plures enim extant quàm à nobis repetuntur) ab illo Doctore & Ecclesiæ Rectore profectos, illique maxime tribuendos esse, quem Christus apud suos mansurum, omnémque veritatem docturum perpetuo esse promisit. Sic igitur habent vel Canones, vel Anathematismi, præsertim in Synodis pronunciati.

Quorum (quæcunq; Anathematismi) proponendorum quem finem statuere possimus.

Ioannes 16.

Si quis hominem solum dixerit Filium, qui ex Maria est, anathema sit.

Si quis

Ex Concil. Smirniensi sub Tullio Papa 1.

SI quis Deum & hominem ex Maria dicens, Deum ingenitum eundem intelligit, anathema sit.

SI quis Christum Deum, ante secula Filium Dei ministrantem Patri ad omnium creationem non dixerit, sed ex quo ex Maria natus est, ex eo dicit filium & Christum esse vocatum & initium accepisse, vt Deus esset, anathema sit, sicut Samosatenus.

c Ex Romana Synodo sub Damaso Papa.

[c] Anathematizamus Photinum, qui Ebionis hæresin instaurat, qui Dominum Iesum Christum tantum ex Maria Virgine confitetur. Anathematizamus eos, qui duos filios asserunt, vnum ante secula, & vnum post assumptionem carnis ex Virgine.

d Ex Concil. Episc. sub Eustathio Tyro & Theodoro. Item. e Ex Synodo Constantinopolitæ.

[b] SI quis non confitetur, Deum esse secundum veritatem Emanuel, & propterea Dei genitricem sanctam Virginem (peperit enim secundum carnem factum Dei Verbum, secundum quod scriptum est: Verbum caro factum est) anathema sit.

[c] SI quis non confiterur Dei Verbi esse duas natiuitates, vnam quidem ante secula & sine tempore, ex Patre incorporaliter, aliam verò eiusdem in vltimis diebus descendentis de cælo, & incarnati ex sancta Dei gloriosa semperque Virgine Maria, qui natus est ex ea, talis anathema sit.

d Ibidem Canon 6.

[d] Si quis abusiue, & non verè Dei genitricem dicit sanctam gloriosam semperque Virginem Mariam, aut per relationem tanquam homine pure nato, aut si quis hominis genitricem vocat eam, aut Christi genitricem, vtpotè Christo non existente Deo, & non specialiter & secundum veritatem Dei genitricem eandem confitetur ob id, quod ante secula à Patre genitus, Deus Verbum in vltimis diebus ex ea incarnatus & natus est, atque ita piè sanctam Chalcedonensem Synodum Dei genitricem eam confiteri, talis anathema sit.

f In Literas missi Synodo tur. Mariæ l. Canone 2.

[e] SI quis secundum sanctos Patres non confitetur, propriè & secundum veritatem ipsum vnum sanctæ & consubstantialis & venerandæ Trinitatis Deum Verbum è cælo descendisse, & incarnatum ex Spiritu sancto & Maria semper Virgine, & hominem factum &c. condemnatus sit.

Ibidem Canone 3.

[f] SI quis secundum sanctos Patres non confitetur, propriè & secundum veritatem Dei genitricem sanctam, semperque Virginem & immaculatā Mariam vtpotè ipsum Deū Verbum specialiter & veraciter, qui à Deo Patre ante omnia secula natus est, in vltimis seculorum absque semine concepisse ex Spiritu sancto, & incorruptibiliter eam genuisse, indissolubili permanente & post partum eiusdem virginitate, condemnatus est.

Ibid. Can. 4.

SI quis secundum sanctos Patres non confitetur, propriè & secundum veritatem ipsius & vnius Domini nostri & Dei Iesu Christi duas natiuitates tam ante secula ex Deo & Patre incorporaliter & sempiternaliter, quam de sancta semper Virgine Maria corporaliter in vltimis seculorum temporibus: atque vnum eundemque Dominum nostrum & Deū Iesum Christum consubstantialem Patri secundum Deitatem, & consubstantialem homini & matri secundum humanitatem, ac eundem passibilem carne, & impassibilem Deitate, circumscriptum corpore, incircumscriptum Deitate, eundem inconditum & conditum, terrenum & cælestem, visibilem & intelligibilem, capabilem & incapabilem, vt toto homine, eodemque & Deo, totus homo reformaretur qui sub peccato cecidit, condemnatus sit.

h Concil. Ephesino.

IMPIVM dogma Nestorij omnes anathematizamus. Cunctus orbis terrarum anathematizat impiam religionem Nestorij. Qui hunc non anathematizat, anathema sit. Hunc recta fides anathematizat. Hunc sancta Synodus anathematizat. Qui cōmunicat Nestorio, anathema sit.] Ad eundem ferè modum Chalcedonensis & quinta Synodus Nestorium, eiusque de Maria sententiam grauissime condemnarunt. Idem est ferè iudicium Episcoporum Ægyptiorum, vt à quibus ita definitum est.

Episcopi Ægyptij in epist. ad Imperat. Marcianum. Sic narrat Euagrius lib. 2.

ANATHEMA denunciamus omni hæresi tum Arrij, tum Eunomij, tum Manetis, tum Nestorij, tum eorum, qui dicunt carnem Domini nostri de cælo delapsam, & non ex Maria Deipara & semper Virgine sumptam, eamq; nostræ omniū carni omnino, peccato excepto, similem.

HIS adiungi possunt Canones, non quidem in Catholica & legitima Synodo conditi, sed ab his facti, qui nomen septimæ Synodi apud Nicæam celebratæ falso sibi vsurparunt. At si sensum verborū spectes, Catholici & illi Canones dici possunt, nec ab vllo hactenus Catholico reprehenduntur, & ne ab Epiphanio quidem Diacono, qui reliquos eiusdem Concilij Canones ex professo impugnauit atque damnandos ostendit. Prior autem Canon, qui sequitur, ex Ephesina Synodo, alter à [g] Germano Constantinopolitano desumptus videtur.

g In epist. ad Ioan. Synodi. Ex act. 6. Synodi Nicænæ secundæ.

SI quis non confitetur, Deum esse secundum veritatem Emanuel, & ob id Virginem sacram Deiparam, quæ secundum carnem factum ex Deo Verbū genuit, anathema.

SI quis non confitetur, sanctam semper Virginē Mariam propriè, verè Deiparam, quauis visibili & inuisibili creatura superiorem, & cum sincera fide eius intercessiones, tanquam quæ libertatem apud eum, qui ex se genitus est, Deum habeat, non postulauerit, anathema.]

CVM verò permulta id genus quę huc planè spectant, passim apud Patres reperiantur, nobis quidem sat erit, quæ Athanasius, Gregorius Nazianzenus, & Hilarius alicubi prodiderunt, huc solum translata repetiuisse.

Anathematismi à Patribus in Mariæ causa decreti.

SI quis confitetur Filium Dei, sicut aqua per fistulam, sic per corpus Mariæ transitū fecisse, vt nihil de ea assumpsisse affirmet, anathema illi.

Athanasius lib. de beato Filij Dei & Gregor. Nazian. ad Cledonium. Eadem in Concilio Ephesino recitata fuerunt. Hilarius de Synodis aduersus Arianos.

SI quis sanctam Mariam Deiparam non credit, extra diuinitatem est. Si quis Christum per Virginem, tāquam per canalem, decurrisse ac desluxisse, & non in ea diuino modo, quia absque viri opera, sed humano, quia procreationis lege, formatum esse dixerit, in simili impietate versatur. Si quis de cælo dicat corpus habere Christum vel consubstantialem Deo carnem, anathema sit. Si quis non confitetur carnem Domini ex sancta Virgine & hominibus consubstantialem, anathema sit.

SI quis innascibilem Deum, vel patrem eius de Maria natum esse audet dicere, anathema sit. Si quis hominem solum dicat de Maria Filium, anathema sit. Si quis Deum & hominem de Maria natum dicens, Deum inaccessibilē sic intelligit, anathema sit.

Edictum fidei à Cæsare Basilisco propositum. Euagrius. lib. 3. cap. 4.

NEC alienum est edictum Cæsaris Basilisci, quod apud Euagrium extat in hunc modum: Hæresis eorum, qui non confitentur Filium Dei vnigenitum ex Spiritu sancto & sancta Maria semper Virgine & Deipara verè incarnatum, hominemque factum, sed carnem eius aut è cælo delapsam, aut visu quodā & specie figuratam monstrosè confingunt, & omni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino error funditus profligetur.] Demum præ- A clara est Iustini Cæsaris siue confessio, siue constitutio, quam ille per omnes prouincias promulgari voluit ac obseruari, in hunc sanè modum.

Edictem alterum Cæsaris Iustini. *Euang. lib. 5. cap. 4.*

CONFITEMVR ipsum vnigenitum Filiũ Dei, Deum Verbum ante secula & ab æternitate à Patre genitum, non factum: & in nouissimis diebus propter nos & propter nostram salutem descendisse de cælis, & incarnarum ex Spiritu sancto, & ex Domina nostra sancta & gloriosa Deipara semperq; Virgine Maria, & natum ex ea, qui est æqualis Patri & Spiritui sancto.]

Vtiles nobis esse superiores anathemas tismos.

HÆc sunt quæ Mariæ causam ab Hæreticis olim oppugnatam euidenter vindicant, ac editis contra illos Anathematismis apertè castigant. In quibus fortasse fucus elegantiaque verborum deest, sed rerum ac sententiarum pondus solidaque veritas non deest, si omnia pressius excutiantur. Præterea huc nobis conferunt dicti anathematismi, vt non modo Patrum maiorumque nostrorum in honore Mariæ propugnando diligentiam & zelum laudabilem intelligamus, quod & antea submonuimus, verum etiam vt studium hoc verè Orthodoxum libentius æmulemur, præsertim tam iniquo & pestilenti seculo, quo plures Mariæ detractores, quam cultores atque præcones sese passim effundunt. Ex antiquis autem & probatis Mariæ præconibus fuit Eusebius Emissenus, qui suam de illa fidem publice professus est, atque nos ad idem profitendi officium his verbis prouocare videtur: Agnosce ò verè beata Maria gloriam tuam, quam tibi vel Angelus nunciauit, vel Ioannes per os Elizabeth matris adhuc de secreto vteri prophetauit: Benedicta itaque tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde mihi hoc, vt veniat Mater Dominiad me? Exulta mater saluris humanę, Ecce Dominimeiviuersso mundo per tanta retrò secula promissum prima susciperé meteris aduentum, habitaculum immensæ maiestatis efficeris, spem terrarum, decus seculorum, commune omne gaudium peculiari munere nouem mẽsibus sola possides: initiator omniũ rerum abs te initiatur, & profundendum pro omnium vita sanguinem de corpore tuo accepit.]

Homil. 1. de natiuitate Domini. Luc. 1.

Imitandi tres Mariæ præcones ac propugnatores proponuntur, Eusebius, Sophronius & Beda.

Meretur Maria summæ maiestatis Dominũ venientem prima excipere, & pollidere.

DABO & alterum insignem Mariæ præconem, eumque valdè laudatum Patriarcham Hierosolymorum Sophronium, tantæ authoritatis virum, vt eius testimonium, quod citabimus, recitatum fuerit in sexta synodo, Constantinopolitana. Profitetur is inter alia, quòd Deus Verbum vnigenitus Patris filius ex inuiolabili & virginali sanguine sanctę atque immaculatæ Virginis Mariæ veracitet homo pro dierit, quodque Virginem generantem conseruarit, & θεοτόκον eam propriè & veraciter demõstrarit. Hãc Virginem matrem præclaram, quæ Dei sunt sapientem, ab omni contagione corporis, animæ & intellectus liberã, in anima corporéque sanctam, mundam, castam, atque incontaminatam appellat. Accedat his tertius præco Mariæ, ac idem nõ temerè dictus venerabilis Beda, qui veteres Hæreticos Mariæ oblatrantes cum infensis & infestis Christi hostibus Pharisæis, ac rursus Ecclesiam Catholicam cum Euangelica muliere Domini matrẽ publitè celebrante rectissimè confert. Hæc quippè insanis & blasphemis Pharisæorum clamoribus nihil offensa, sed ad libertorem veræ fidei confessionem magis prouocata, suam de turba vocem extollit, ac publicè proclamat illud: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti: nimirùm diuino prouidente numine, vt illa non modò præsentium Iudæorum calumniam, sed & futurorum Hæreticorum perfidiam hoc vnico dicto refellat ac dissipet. Nunc porrò audi Bedæ confessionem: Et nos igitur his cõtra Eutychetem dictis extollamus vocem cum Ecclesia Catholica, cuius hæc mulier typum gessit. Extollamus & mentem de medio turbarum, dicamúsque Saluatori: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Verè enim beata parens, quæ sicut quidam ait (Sedulium intellige) enixa est puerpera regem:

Qui cælum terramque tenet per secula, cuius
Numen & æterno complectens omnia gyro,
Imperium sine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia Matris habens cum virginitatis honore,
Nec primam similem visa est, nec habere sequentem.

Sophronii testimonium hæc confessio pro Deipara virgine.

Actione 11. sub Agathone.

Bedæ testimonium.

TANTA veterum fuit tum in damnandis erroribus, qui Mariæ dignitatem obscurarent constantia, tum in asserendis honoribus, qui Mariæ deberentur industria, tum intuenda fidei veritate, quæ Mariam aliqua ex parte attingeret, sedulitas vigilantiaque.

Hæreticis in Christum ac Mariam blasphemi Pharisæi non dissimiles.

ET quoniam Eutychetis nos admonet Beda, de illo impudente sene & Abbate Constantinopolitano breuiter dicam, qui perfidia sua causam vel maximam Synodo Chalcedonensi cogendæ præbuit, homo non solum in Christum, sed in Mariam quoque blasphemus, quanquam veteris patronus potius, quam noui inuentor erroris. Nam Valentini, Manetis & Apollinaris insana reuocauit dogmata, eam Christo carnem affingens, quæ nostræ non deroga. fuisset similis, illumque non de sacro Marię Virginis vtero vere natum esse, sed per eundem Virginis vterum tanquam solis radios penetrasse contendens. Præterea vtramque Christi naturam impie commiscuit, & carnem quidem in diuinitatem quum Verbum caro factum est, commutatam fuisse turpiter asseuerauit. At facessat isthæc impietas Eutychiana, in prioribus illis quos diximus, Hæresiarchis sæpe damnata, simulque à nobis iam ante confutata, sed & à Leone & Gregorio Magno summis Pontificibus, multisque Synodis profligata, & libris demum integris Vigilij, Gennadij, Fulgentij, Prosperi sic omnino contrita, nihil vt sit opus extinctum hoc monstrum persequi. Solum Leonis Magni censuram adiiciemus: Sicut Nestorius in suo dogmate execrabilis, sic & Eutyches damnatum olim sectatus errorem, alia prophanitate blasphemans, à Catholicæ soliditatis compage resecatus est, quia indoctis quibusdam nimiumque simplicibus persuadere tentauit, quod Verbum Dei ita caro sit factum, vt veram carnem de ventre Virginis non sumpserit, nec nostri illum generis corpus habuisse, sed diuinitatis eius & carnis vna esset natura, vt vnum Dominum nostrum Iesum & falsum hominem, & Deum diceret esse passibilem.]

Damnant hanc quoque pestem leges Cæsareæ, & in [a] Eutychianistas omnes iubent serio animaduerti, quorum nec libros habere, nec monumenta seruare fas sit. Hinc illa Cæsaris Iustiniani sanctio: Neque verò [b] Nestorium solum anathematizamus, sed Eutychetem mente captum, phantasiæ inducentem, negantem autem veram ex sancta semper Virgine & Deipara Maria incarnationem, hoc est, nostram

stram salutem.] Et tamen nouos æuo nostro vidimus Eutychianos Mennonem, Adamum Pastoris, Suenckfeldium: ne desint scilicet perfidi, quorum insectatione, velut igne vrente, probetur aurum Ecclesiæ, ac probatum deinde clarius fulgeat. Sed & Brentiani, quoniam Christi corpus in pane sic collocant, vt corporis naturam siue naturalem proprietatem illic reliquam non faciant, eundem cum Eutychianis funem trahunt, quod & hi, sicut vnam Christi personam admittebant, sic vnam in illo quoque naturam constituant.

Eutychianos hinc ætati nõ deesse.

Ecclesia cum Euangelica nos libenter ex tollit.

Brentiani Eutychianis suffragantur.

CAPVT XXII.

Detectio & refutatio errorum circa quæstiones sequentes, hodiè vigentium: An Christi conceptio in vtero Virginis fuerit momentanea? Item Christus ne sapientia, gratia & aliis animæ dotibus, quum puer esset, aliorũ more hominum profecerit? Præterea, Possitne ignorantia, vel error vllus Christo ascribi? Adhæc, Quomodo ille inde à primo conceptu sanctus dicatur, vereque secundum animam in omni sit virtute perfectus? Quomodo idem in cõceptione sanctus? & quamobrem Mariæ dictum sit: Virtus Altissimi obumbrabit tibi? Rursus, An statim post colloquium Angeli, cum Virgine habitum conceptus fuerit Christus? Demum, Eá ne Domini conceptio vigesimo quinto die Mensis Martii, & natalis Christi vigesimo quinto Decembris contigerit?

Natiuitas Mariæ de sequentibus erroribus.

QVANDOQVIDEM de sacrosancta Christi Domini & Dei nostri Matre multa iam diximus, simulque concepti in eius vtero Filij Dei, frequẽtem fecimus mentionẽ, committere non possumus, quin errores nonnullos, qui circa hoc ipsum argumentum à Nouatoribus commiscentur, & fortasse à plerisque non adeò facile deprehenduntur, obiter detegamus. Ex his primus Martini Buceri est, Christi in Virginis vtero conceptionem minime momentaneam extitisse, sed cõmuni hominum consuetudini potius respondisse, quorum corpora priusquam anima infundatur, in vtero materno formantur, & ex semine coalescunt. Nam de maribus constanter asserunt eruditi, conceptum à Matre fœtum non nisi post quadragesimum diem expleri, atque ita progressu temporis ad humanum embryi modum peruenire. Cæterum de Christi conceptione ita Bucerus: *Quæ superioris seculi Theologi de consummatione Domini nostri, vt hominis, in instanti (vt loquuntur) conceptionis perfecta disputant, ipsis relinquamus: Nam ex se illa commenti sunt.* Sic ille pro suo Euangelico scilicet candore censet, omnesque Scholasticos Theologos oratione satis odiosa perstringit, imò & innocentes damnare contendit. Disputant illi quidem, vt res Euangelica postulat, de modo & ordine conceptionis Christi, ac diligenter inquirunt, Vtrum corpus Domini nostri in primo, vt vocant, instanti conceptionis formatum, animatum, & à Verbo ipso assumptum fuerit in Virgine matre? Ac inter alia definiunt tãdem, nullo, vt opinor, excepto, in hoc summo & sacratissimo incarnati Verbi mysterio quædam supra naturæ ordinẽ, quædã naturæ vi & more humano effecta esse. Etenim quod ex Matris sanguine Christi corpus formatur, & anima corpori eius vnitur, in eo naturam humanam agnosci, omniumque hominum corporibus id esse commune, vtex materno sanguine formentur, ac rationalem animam cum corpore terreno coniunctam assumant. Illud verò supra naturæ ordinem esse, & humanam excedere facultatẽ, quod simul atque Virgo Gabrieli assentiens dixit: Fiat mihi secundũ verbum tuum, ex eius mundissimo sanctissimoque sanguine corpus formetur integrum, idemque omnibus suis organis & lineamentis perfectum, cui eodem temporis momento non solum anima infunderetur, sed & diuinitas hypostatice coniungeretur. Qua de re Dionysius ille Richelius, vt Scholasticum vnum pro multis inducam, hoc loquitur modo: Corpus Christi ex purissimis sanguinibus sacratissimæ Virginis Mariæ operatione Spiritus sancti formatum est, & perfectè organizatum in instanti. Diuinæ enim virtuti, infinitæ ac omnipotenti competit agere in instanti. Eodemque instanti creata fuit anima Christi, & corpori illi formaliter vnita. Rursus eodem instanti humanitas illa coniuncta est Verbo æterno hypostatica vnione.]

Magnæ Ecclesiæ momento humani fuisse Christi conceptum.

Maioribus corporibus quam Christi.

Lib. 1. infestam Mahometanam Aspec. 15.

De his quæ circa Christi conceptionẽ facta sunt in instanti inxta Scholasticos.

Quæ quum docent Scholastici, non modo nihil à Scriptura docent alienum, sed etiam Christi honorem excellentem illustrant, cui soli supernaturalem eiusce modi conceptionem tribuũt, ac præterea mirandam Spiritus sancti virtutem commendant, quę dicto citius & eodem temporis puncto, sine vlla vri opera, solaque vi sua id perfecerit, vt Virgo mater totam materiam, id est, carnem ex suis purissimis sanguinibus suppeditarit, & Verbum carnem simul & animam assumpserit, sibique arctissime ac inseparabiliter copularit. Vnde quiuis intelligat præstantissimũ sanctissimæ Trinitatis opus, quod in Christi concepti mysterio vehemẽter elucet, non minus à Bucero quidem obscurari, quam à Scholasticis illustrari atque celebrari.

Scholasticorũ doctrina de Christi conceptione potior & illustrior, quam noua Bucери opinio.

ET tamen vt habeat Bucerus quod in Scholasticis mordeat atque calumnietur, nouum ipsorum commentum vocat, quod ipsi certè non solum in Scripturis diuinis indicatum, sed etiam à Patribus traditum de hac ipsa veneranda & miraculorũ plena Domini conceptione firmiter tenent atque defendunt. An enim cum hac sententia non pulchrè congruit, quod Hieremias prædixit fore, vt fœmina virum circundaret, sicut & Bernardus interpretatur? Nisi enim Christus ab ipso conceptu perfe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homil. 2. de B. Virgine.

ctus foret, non ingens & nouum hoc miraculum promitteretur, quo & fœmina priusquam pariat, intus virum pro filio circundaret, & vir idem intra vnius fœminei corpusculi membra sese contineret. Eodem spectat Angeli dictum, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Vbi [a] Ambrosius & [b] Chrysostomus legunt, Quod enim ex ea nascetur. Maluit enim Angelus nascendi, quã concipiendi vti vocabulo, vt diceret, quod natum est, non quod conceptum est in ea, nimirũ vt Christi corpus statim à sua conceptione perfecte formatum & animatum fuisse significaret. Id enim propriè natum, quod formam suam, vt vocant, essentialem assequitur, solet appellari. Quem sensum Basilius Magnus comprobans, Hinc deprehendi licet, inquit, quod non secundum communem modum carnis constitutio Domino fuit. Conceptum namque illico perfectum fuit, non per interualla paulatim formatum, vt planè verba declarant. Non enim dicit: Quod in ea conceptum est, sed quod in ea natum est.] Euthymius Basilio planè consonat, quum docet, formatum in Maria idem quod genitum dici, vt Christum non paulatim modo seminis formatum, sed quantum ad formationem, repente perfecteque factum esse intelligamus. Demonstrat igitur hic Angeli sermo, Christum in matris vtero simul conceptum & natum, id est, perfectum hominem extitisse, sicut & Gabrielis illa confirmat oratio: Ideoque quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. Quibus verbis conceptum Mariæ mox perfectum fore declarat, quoniam non de homine, sed de Spiritu sancto virtutem Altissimi, hoc est, Filium Dei conceptura esset. Quicquid autem Maria conciperet, absolute ac singulariter sanctum haberi & esse vult Angelus, partim ob Spiritus sanctificationem, partim ob Verbi assumptionẽ, quod de purissima Virginis carne naturam sibi humanam cum anima perfecta mox vniuit atque coniunxit. Verum vt eo magis veritas appareat, quo illam plura Ecclesiæ lumina illustrarint, aliquot veterum sententias his quas diximus, consonas haud grauatim adiiciemus.

Scripturi esse conseruaneũ, Christum ab initio perfectum in vtero Marię cõcipi.

Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.

In loco Matth. 1. a Libr. 2. de Spiritu sancto cap. 5. b In opere im perfecto.

Christũ simul conceptum & natũ dici præ cæteris mortalibus.

In homilia de humana Christi generat.

In cap. 1. Matth.

Confirmatio ex verbis gabrielis.

Luc. 1.

Gregorius Magnus, qui primatiis Ecclesiæ Latinæ doctoribus annumeratur, inter Christi conceptum & perfectum Dei hominisque in illo vnionem nullum temporis interuallum admittit, quum ad Quirinum Episcopum planissime scribit: Non prius in vtero Virginis caro concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem, sed Mox vt Verbum venit, in vtero, Mox Verbum seruata propriæ virtute naturæ factum est caro: & perfectus homo, id est, in veritate carnis & animæ rationalis, natus est per vterum Virginis vnigenitus Filius Dei. Vnde & vnctus præ participibus dicitur, sicut Psalmista ait: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Vnctus quippe est oleo, dono videlicet Spiritus sancti. Sed præ consortibus vnctus est, quia omnes nos prius peccatores homines existimus, & postmodum per vnctionem sancti Spiritus sanctificamur. Ipse autem qui existens Deus ante secula, per sanctum Spiritum in Virginis vtero homo conceptus est in fine seculorum, ibi ab eodem Spiritu vnctus est, vbi conceptus. Nec antè conceptus, & postmodũ vnctus est: sed hoc ipsum de Spiritu sancto ex carne Virginis concipi, à sancto Spiritu vngi fuit.] Pugnant hæc prorsus cum Bucerica sententia, & singularem conceptionis Christi gloriam astruunt, qui statim vt in vtero materno conceptus fuit, perfectam habuerit animam, nunquam non diuino Spiritu præditus ac repletus. Quam dominicæ incarnationis prærogatiuam etiam Augustinus agnouit, & ante Gregorij seculum his verbis Volusiano declarauit: Ipsa magnitudo diuinę virtutis animam sibi rationalem, & per eandem corpus humanum, totumque omnino hominem in melius mutandum coaptauit: Quod si autem mox, quod conceptum erat, animatum fuit, ergo etiam fuerat corpus figuratum, omnibusque suis membris & organis distinctum. Nam ante huiusmodi figurationẽ anima corpori nõ infunditur, vt omittamus informe corpus à diuinitate assũmi, non fuisse conueniens.] Eandem sententiam Theodoretus comprobat, quoniam euidenter docet, in Christi conceptione factam esse duarum naturarum vnionem, & ne momentum quidem inter carnis assumptionem & vnionem interceesisse, eamque vnionem nulli alteri similem, & prorsus ineffabilem esse, atque adeò intelligentiæ captum omnẽ superare testatur. Nec aliter profecto sensit Damascenus, Bucerum clarè coarguens, quum in hunc modum docet: Simul cõceptus & subsistentia mirabiliter confecta sunt: cõceptus quidem Verbi, carnis autem in Verbo subsistentia] Ac rursus: Simul caro, simul verbi Dei caro, simul caro animata rationis particeps & intelligẽs: propterea que non dicimus hominem Deificatum, sed Deum humanatum.]

Augustinus de Christo & Volusiano vtrumque conuincens, quia Seruator noster Christus in vtero Virginis Quod de Maria conceptus, mox assumpsit humanam naturam, quam perfectã Christi mater peperit.

In Dialogis.

Nullam non incontinuo naturam assumpsit Christus conceptus intactam.

Lib. 3. de fide Orthod. ca. 12. & 2.

Simul caro & Verbi Dei caro in Maria vtero.

Eat ergo cum suis Bucerus, & sacrosanctã Christi conceptionem hac peculiari fraudet gloria, vt momentaneam illam, vereque stupendam fuisse inficietur. Nouum planè figmẽtum est, quod ipse nobis & mundo credendum obtrudit, nõ quod Scholastici tot seculis tradunt, vtpotè cum veteris Ecclesiæ probatis Patribus conspirantes, quum docẽt de eo consummata seu perfecta Domini nostri conceptione, quæ sine mora, siue, vt loquuntur, in instanti facta sit, quum virtus Altissimi Mariæ modo ineffabili obumbrauit, & obumbrãdo contexit mysterium, quod sola per se Trinitas in sola Virgine perfecte voluit operari. Tunc enim inaccessibilis ille splendor virgineis illis visceribus sese infudit, & de portiuncula eiusdem corporis, cui se animate contemperauit, reliquæ massæ vmbraculum fecit, vt [a] Bernard iverbis vtamur. Retineamus ergo eam credendi regulam, quã Scholasticis omnibus antiquior [b] Fulgentius docuit, & cuiuis Orthodoxo asserendam præscripsit: Firmissime tene, & nullatenus dubites, nõ carnem Christi sine diuinitate conceptam in vtero Virginis, priusquam susciperetur à Verbo, sed ipsum Verbum Deum, suæ carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem Verbi incarnatione conceptam.] Agnouit eandem veritatem Fracisius Lambertus, licet insignis apostata, qui cum Mariæ verba, Ecce ancilla Domini, explicat, dicere non veretur: *Concepit Maria in carne Dei Filium, mox vt credentis sermonem protulit, & id quidem perfectissime: vt tunc hæc duo, anima perfecta & corpus perfectum, simul creata fuerint, & diuinitati copulata, vt fieret eadẽ persona verus Deus verusque homo Christus Saluator noster.* Sic ille Sectæ socios aliter docentes tacite perstringit, & suam Christo gloriam aperte tribuit, Catholicamq; doctrinam in præsenti causa confirmat.

Epist. 3.

Augustinus de Christo & Volusiano vtrumque conuincens, quia Seruator noster Christus in vtero Virginis Quod de Maria conceptus, mox assumpsit humanam naturam, quam perfectã Christi mater peperit.

a Hom. 2. de B. Virgine.

b Lib. de fide ad Petrum Diaconum cap. 18.

Regula Ecclesiæ de Domini conceptu tenẽda Christum ne dum conceptum fin

Concilia quibus Lutherus & Calvinus quasi non receptos reiicit.

Scholasticorum multo veterum ac probatorum quam Bucerus & Christianorum mẽtatus est conceptus.

Visvm

In postilla circa Euangel. Dominicæ prima post natalem Domini.

Visvm est autem hunc Bucericum errorem pluribus retundere, vt eadem opera Buceri magister Lutherus coarguatur, ex quo suum ille venenũ hauserit. Exprobrat enim Catholicis Lutherus, quod sibi nouum fidei articulum finxerint, Christum in instanti conceptionis eius secundum hominem fuisse plenum Spiritu & sapientia, qua de re mox plura dicemus. Hinc præterea perspici potest, eos cum Caluini & Bezæ discipulis pudendum in modum hallucinari, qui humanam Christi carnem & naturam à Verbo in genitricis vtero aliquando seorsim extitisse contendunt. Hi certè nihil è Scripturis ad suum tuendum errorem adferunt, & non modo cum recentioribus, sed & cum antiquis, vt probatum est, Theologis pugnant. Nam & Ambrosius perspicuè docet: Nihil in Christo imperfectũ. Suscepit carnem, vt resuscitaret. Assumpsit animam sed animam perfectam, rationalem, humanam assumpsit atque suscepit.] Ac iterum: Non verbum ipsum Dei viuum in sua carne ad nostræ animæ vicem factum est: sed sicut carnem nostram, ita & animam nostram, perfectam naturæ humanæ assumptione suscepit.] Tum rursus: Quid opus fuit carnem suscipere sine anima, quum vtique insensibilis caro & irrationabilis anima nec peccato sit obnoxia, nec digna præmio?] Quid, quod secum pugnat quoque Lutherus, & Catholicam confirmat sententiam, quum in hunc modum concionatur? *Ita fieri oportebat, vt Christus Deus & homo conciperetur absolutus omnibus membris. Quare necessarium erat, vt hæc omnium spiritualissima & sanctissima conceptio esset.* Neque multo post: *Christus cum conciperetur & viueret, eo ipso articulo temporis plenus gratia fuit: Cæteri homines sine gratia sunt tam in priori, quam in posteriori conceptione.*]

In declarat. Euangelii circa Dominicã, infra octauam Natiuitatis. In annotat. noui Testamenti circa 2. cap. Lucæ. & cap. 13. Marci.

Lib. 1. contra Valent. cap. 17.

Erasmus Nouatoribus dedit præsentis erroris ansam sed multo magis Lutherus.

Nouatorum errorem fusè in Lucæ verbis velut in arce collocare, sed magna cum Christi iniuria.

Quæ incommoda sequantur ex aduersariorum sententia.

Nouatorum opinio effutiuit Christi humanam naturam ab initio perfectam fuisse, vt perfecta semper fuerit.

Iam verò cum his alius Nouatorum cohæret error, ob argumenti cognationem minimè præteundus, de diuinis nempè dotibus animæ Christi, quibus inde ab ipso conceptu ille mirabiliter ornatus, atque vbertim cumulatus fuit. Nam plerique Nouatores Christo puero vsiuenisse putant, vt maiorem cum ætate rerum notitiam, sapientiam & gratiam acquisiuerit, donaque Dei paulatim illustriora & exercitatione maiora effecerit, sicut aliis puerilis ætatis hominibus accidere solet. Expers enim agnitionis infantia, per humanam vtique imprudentiam quod adhuc non didicit ignorat, vt verbis vtar [a] Ambrosianis. Quarè [b] Lossius Christo puero id tribuit: *Proficiebat, id est, augebatur in eo sapientia, vt in aliis hominibus exercitatione & vsu.* Neque dissentit [c] Melanchthon, qui Christum vt corpore, ita & Spiritu incrementa, sicut cæteros homines, accepisse atque confortatum fuisse testatur. His consonans [d] Hemingius: *Quemadmodum*, inquit, *puer Iesus corpore adoleuit paulatim, ita secundum animam magis ac magis dotes animi creuerunt.* Brentium enim sequitur, qui [e] Christum vt corpore, sic animo adoleuisse scribit, & Caluino se comitem præbet, à quo [f] asseritur, in Christo vna cum ætate creuisse quoque animi dotes. Sed hos omnes petulantia conuiciisque vincit [g] Franciscus Lambertus, qui contra nos ita debacchatur: *Defugienda est commentitia illa Sophistarum opinio, quæ Seruatorem in his quæ ad Spiritum attinent, succreuisse negant.* Et rursus: *Necesse est profiteri ipsum animæ dotibus profecisse.*

a Lib. de incarnat. Dominici Sacramento ca. 7. b In expos. Lucæ. c In præfat. in eundem Euãgelii dominicalis. d In explic. Euangelii infra octauã. Natiuit. e Homil. 19. in Lucam. f In cap. 2. Luc. g In cap. 2. Lucæ. Luc. 2.

Quomodo Lutherus errandi causam maximã dederit de Christo puero, qui paulatim in animi dotibus profecerit ritorũ puerorum more.

In Postilla circa Euang. Dominicæ prima post Christi natalem.

Ad hunc autem muniendum errorem, qui Chri-

Philipom. 2.

A sto Domino & concepto & natò indecora prorsus affingit, ex Lucæ verbis fucum & prætextum obtendunt, quoniam ab eo scriptum est, Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. Hic enim sapientiam accipiunt, vt eo nomine dona quæuis spiritualia, vel dotes animi cõprehendant, in quibus paulatim puer Iesus sumpserit incrementum. Quod si ita est, nihil ille in dotibus inde ab initio conceptionis perfectum habuit, non ingenium, non iudicium, non præscientiam, non doctrinam, non prudentiam, nec aliis id genus donis præditus, quorum duntaxat igniculi & semina in puerorum natura insunt, quæ nec sine progressu ætatis & animi studio perueniunt ad maturitatem. Proinde si hos audimus doctores, non paucis annis in Christo stupiditas & rerum imperitia hæserit, vt quæ postea cognouit & docuit mysteria, prius aliquando, quum nondum adoleuisset, ignorauerit, quandoquidem dotes illas in puero magis ac magis creuisse contendunt. Quin & Georgius Maior Christo necessum fuisse dicit, vt sicut figura ceu habitu tanquam homo inueniebatur, sic etiam iuxta morem aliorum hominum ratione, sapientia & spiritu proficeret, quemadmodũ ætate ipsa crescebat. Fuit autẽ è Nouatoribus primus (quod sciã) Erasmus, hunc qui cœpit mouere lapidem, quique aduersus receptam Theologorum sententiam dimicans, nihil obstare putauit, quo minus Christus vt verè profecit ætatis accessu, ita dotium incremẽtis verè profecisse dicatur. In eandem petram Nestorius, Arius, Eunomius, Photinus & plures Hæreticorum veterum impegerunt, sed quorum princi-

C pes fuisse videntur Gnostici, Christo puerulo tam infensi, vt finxerint eum sub quodã anonymo præceptore literas, adeoque ipsum alphabetum didicisse, sicut de illis prodidit Irenæus.

Verum inter aduersarios, qui Catholicam nũc Ecclesiam maximè infectantur, præcipuè Lutherus post Erasmum huic errori est patrocinatus, aliisque erroribus velut facem prætulit, quando in hũc modum docere veritus non est: *Sicut corpus pueri per incrementa temporis succrescebat, & rationis vsus quotidie reddebatur auctior pro modo naturæ, vti & in aliis hominibus euenit: ita & Spiritus continuo penitus illi sese immisit, monitque pro ætatis ratione potentius & ad plura. Neque enim figmentum est, quod Lucas scribit: Corroborabatur que spiritu, sed vt verba sonant, ita simplicissime quoque res euenit, vt quantum accesserit ætatis, tantum & magnitudinis quantum vero magnitudinis, tantum & rationis, vtque ratione auctior, ita & spiritu eu asse robustior, & sapientia plenior coram Deo, in seipso & coram hominibus. Neque vlla opus habent hæc verba alia glossa.* Adiungit & illud: *Cum itaque sic comparatum sit, vt omnes homines augeantur corpore, ratione, spiritu & sapientia, neque sit qui aliter se habeat, voluit Lucas hic id de Christo prædicare, quod Paulus scripsit, eum se exinanuisse, ac posita Dei forma, & assumpta forma serui, in similitudinem hominum sese exhibuisse.* Concludit ergo Lutherus, Christum ad eundem modum sicut pueros, in ea ætate sese habuisse, & in his, quæ ad ingenium & intellectum pertinent subinde profecisse: licet interim æqualibus ingenio præstaret, diuinisque dotibus magis commendatus esset. Vbi Lutherus non modo Lucæ verba ad singularem Christi semper æquè sapientis iniuriam ignominiamque detorquet, vt illum in ordinem redigere, & vulgaribus pueris exæquare possit, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Errat Lutheri de Christi hominis exinanitione cum loci Paulini depranatione

etiam alium præclarum Scripturæ locum de Christi exinanitione corrumpit. Paulus enim de similitudine naturæ, non autem, sicut ille fingit, de similitudine morum habituſque loquitur, indicans nempè Christum, qui eandem cum Patre naturam haberet, celata dignitate, ſeſe ad naturam vſque humanam aſſumendam noſtra cauſa deiecisse, ſummæque humilitatis exemplum omnibus, præſertim in crucis ſupplicio, præbuiſſe, ſicut præter alios vetères Theodoretus & Oecumenius Paulum interpretantur. Exinanitio enim Filij Dei hoc loco non eſt euacuatio, vel aliqua illorum, quæ ad diuinitatem propriè ſpectant, quæue ad perfectas humanæ ſimul & beatæ illius animæ dotes referri poſſunt, imminutio, ſed ob naturam aſſumptam Verbi humiliatio, adeoque incarnatio, vt Rabanus docet, ac etiam mors in cruce perlata. Etenim Apoſtolus illic duo, quæ ſemper in Christo ſunt nobis conſideranda, proponit, ſummam eius maieſtatem, ſummamque ſubiectionem ac deiectionem. In illa Dei Filius Patri conſubſtantialis & per omnia æqualis prædicatur: in hac Filius hominis, opprobrium hominum & abiectio plebis oſtenditur, quoniam cum aſſumpta hominis natura miſeram ſerui conditionem ſuſcepit, ac præterea nocentiſſimi & contemptiſſimi hominis perſonam ad mortem vſque grauiſſimam atque probroſiſſimam geſſit. Hinc verò peruerſe Lutherus ſuum munit errorem, vt probet Christum aliorum more hominum tantum rationis & prudentiæ, quantum ætatis & magnitudinis corporalis, per interualla temporum accepiſſe.

In explicat. Locis eiusdem apud Paulū Philip. 2.

Exinanitio Filii Dei quid nobis deſignet atque contineat, apud Paulum.

Pſal. 21.

Christo competit ſapientia increata & creata, & hæc rurſus multiplex, in qua non profecit, ſed profectus fuit ab initio.

CÆTERVM non intelligunt iſti, quod apud Theologos in cõfeſſo eſt, Christo quatenus in vnitate perſonæ Deus & homo eſt, ſicut vtramque naturam, ſic duplicem quoque ſapientiam, increatam & creatam competere, & rurſus ad creatam eius ſapientiam referri cognitionem & ſcientiam, quam idem cum beatis communem ad videndam Dei eſſentiam obtinet, & illam quam præterea infuſam vocant, nihil vt eorum ignoret, ad quæ naturalis animæ perfectio ſe vnquam extendere poteſt. Conſtat autem inter doctos, Christi animam inde ab ipſo conceptu ſicut omni gratia, ſic etiam ſapientia tam perfectè donatam eſſe, vt in ſe nullum profectum vel augmentum admiſerit. Fuit interim alia in Christo etiam ſapientia: quam experimentalem vocant, quæ humano & naturali lumine comparatur, quamque Paulus Apoſtolus Christo tribuens, inquit: Didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam, quod nihil eſt aliud, quàm ſi expertum fuiſſe dixiſſet. Hinc illud Richardus Victorinus prodidit: Anima Christi ab hora conceptionis ſuę tam ſapientiæ quam ſcientiæ plenitudinem accepit: nihilominus tamen ad eam, quæ per experientiam eſt, ſcientiam per rẽporum interualla profecit.] Ac rurſus: Quẽadmodum, inquit, ſecundum Apoſtolum ex his, quæ paſſus eſt, didicit obedientiam: ſic iuxta eundem modum profecit ad ſapientiam. Ab ipſa enim incarnatione per experientiam didicit, cuius humilitatis fuerit, Dominum maieſtatis ad ſeruilis formæ ſuſceptionem ſe inclinare.] Demum vt vno veluti verbo rem expediat, de Christo luculenter inquit: Exercendi peritiam ab initio habuit: ſed ad experientiæ notionem per acceſſum temporis accreuit.] Nos verò ne verbum quidem cum aduerſarijs commutaremus, ſi Christum & illi tantum in hac experimentali ſapientia ſiue ſcientia profeciſſe traderent: ſed illud in ipſis reprehendendum dicimus, quod abſolute loquãtur, Christum, inſtar aliorum paruulorum vt corpore, ſic animo adoleuiſſe, atque ſicut in corporis vitibus, ſic etiam in animi dotibus, vti ratione, ſpiritu & ſapientia profeciſſe: perinde ac ſi ab initio cum homo factus eſt, nulla præditus fuiſſet ſapientia, ſed eam vulgari hominum more per gradus, vſu & experientia ſibi comparaſſet, & cum ætatis acceſſu dotium etiam incrementa ſumpſiſſet. Atqui Scripturis eſt conſentaneum, omnem plenitudinem diuinitatis inde ab initio, conceptionis in Christo etiam corporaliter habitaſſe, omnemque fontem Spiritus ſancti ſuper illum ipſum deſcendiſſe, de cuius plenitudine nos omnes accepimus, & cui ſoli non ad menſurã Spiritum dedit Deus. Tantum abeſt, vt communi hominum ignoratione laboraret, aut aliorum more literas diſceret, vel vlla rerum doctrinæque cognitione vnquam careret is, in cuius manus Pater dedit omnia, & in quo omnes ſapientiæ & ſcientiæ theſauri reconditi ſemper inueniuntur.

Aduerſarij qualem ſapientiæ profectũ in Christo fuiſſe dicunt.

Coloſſ. 2. Iſai. 11.

Ioan. 3. Coloſſ. 1.

QVANQVAM Nouatorum licentia longius etiam progreſſa eſt, atque vt errorem ex errore ſererent, non ſolum nobiliſſimam Christi animã gratiæ & ſapientiæ plenitudine ſpoliare, ſed etiã Christo iam adulto ignorantiam ac errorem attribuere haudquaquam erubuerunt. Quid enim aliud ſibi volunt hæc verba Bullingeri? *Vt omnia alia humanæ infirmitatis in ſe Chriſtus recepit, hominibus per omnia ſimilis factus, excepto peccato: ita & humanam ſcientiam & ignorantiam, rationem videlicet mentemque humanam, quæ per interualla augetur ſiue increſcit atque diminuitur, aſſumpſit, ſecundum quod nimirum aliquid neſcire dicit. Ideo alibi habetur, Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, gratia apud Deum & homines.* Quod ſi rem ſuccinctius explicatam velis, en tibi Brentium aſſerentem, Chriſti animam ignorantiæ fuiſſe ſubiectam, quia per omnia ille ſimilis nobis, excepto peccato. Ac eadem eſt Caluini ſententia, qui dictum Pauli locum ſic interpretatur: *Certè cum docet Apoſtolus, Chriſtum per omnia ſimiles nobis ſimilem, excepto peccato, proculdubio hoc quoque comprehendit, quod eius anima ſubiecta fuerit ignorantiæ.* Ac alibi rurſus, vt Christo ignorantiæ notam inurat: *Nihil*, inquit, *abſurdi eſt, ſi dicamus, ſecundum hominem Chriſto accedenti ad ſicum ſpeciem arboris illis fuiſſe incognitam.* Adeò Chriſtus Ieſus, ſi Caluino, credimus, in ignorantia & errore verſari potuit, præſertim cum ad ſicum fortè obuiam accederet, & in ea non fructum, ſed folia duntaxat reperiret. Craſſius adhuc illud eſt, quum de Christo pronuntiat, qui Patrem in horto ſuppliciter orans, ſuum errorem correxerit. Sed & Rudolphus [a] Gualterus Christum ita depingit, vt eum communi hominum ignorantiæ ſubiiciat: aſſerit itidem [b] Molinæus, Christum non ab initio, ſicut Papiſtæ ſomniant, ſcientiæ plenitudinem habuiſſe, ac demum Gallaſius Christum ita ignoraſſe ſcribit, vt more hominum diſceret ac erudiretur. Quid enim aliud Sacramentarij eructarent, quã quod à ſuo magiſtro Zuinglio iampridem traditum acceperunt: *Chriſtum ſapientia profeciſſe, quia ſecundum humanam naturam finitus ſit atque menſus?* Tum eiuſdem vox eſt propria: *Deus non fuit in Christo vice animæ, ſed animam creatam intellectualemque in corpore ſuſcepit, quæ indies profecit, quum ab initio non omnia noſſet. Vnde alibi quoque tractatur, quod Chriſtus filius hominis extremi iudicij diem ignorauerit.* Neque Zuinglius tantum, ſed & fidus eius Achates Caluinus hanc doctrinam diſcipulis inſixam reliquit, Dei filium noſtra cauſa ignorantiam ſubiiſſe, qui multa ſecundum hominis ſenſum neſciuerit. Quis verò pius ad impias iſtorum voces, per Chriſtum ipſum obſecro, non horreat, nec ſuas aures obturet, aut tacite ſaltem non ingemiſcat, hancque manifeſtam & nefariam noſtri ſeculi audaciam non deteſtetur, quando tam multi contra Dominum & Chriſtum eius conueniunt, ac tam dira congerunt maledicta? Renati ſunt Photiniani, velut ignorantiæ Chriſtum incuſantes, quoniam iudicij diem ignoret. Nouos habemus Ignoitas, ſic enim [c] Iſidorus, quanquam Gregorius [d] Magnus Agnoitas appellat, quod Chriſto ignorantiam de die vel hora iudicij imputent, nimirum illis Domini verbis offenſi: De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque Filius.

Etiam ignorantiam ac errorem in Christum transferunt Nouatores. Bullingerus qualem dixerit ignorantiam Christo attribuat.

In Harmonia ad cap. 24. Matth.

Chriſtus etiã vbi omnia diem iudicij non ignorat.

Quomodo Chriſtus dicatur ignorare.

Matth. 9. Luc. 6. 7. 20. Ioan. 16. Lib. 83. q. 60. & lib. 1. de Trinit. & lib. 11. de Gen. contra Manichæos Gen. 22.

Videantur Ioan. Eccius in 2. to Homm. Zuing. circa 3. cap. Luc. Matth. 11.

Quomodo Caluinus Christo ignorantiam errorem ac ignorantiam attribuat.

Neſcire dicitur qui cum poteſt, nõ profert arcanum.

Matth. 24. Act. 1.

Matth. 24. Marc. 13.

Hebr. 4. Libro 8. de Trinitate.

NOVIT vtique Christus, vt hunc nodum obiter diſſoluamus, nouit, inquam, ſecundum diuinitatem de certo iudicij tempore, qui ſuæ ſcientiæ infinitate ſimul vniuerſa comprehendit, nihil vt illum latere poſſit, velint nolint Ariani, contra quos Hilarius rectè hoc protulit: An credibile, vt aliquid ex omnibus neſciat, qui omnibus ad id quod ſunt atque erunt, author eſt? Si omnia per Chriſtum, & in Christo, & ita per ipſum, vt omnia in ipſo ſint, id quod nec extra eum, neque non per eum eſt, quomodo non etiam in ſcientia eius ſit? Cogitationes humanas non tantum præſenti motu incitatas, ſed etiam inſtinctu futuræ voluntatis agitandas Chriſtus non ignorat, Euangeliſta teſtante: Sciebat Ieſus qui eſſent non credentes, & quis eſſet traditurus eum. Nouit præterea Christus, ſi humanam eius naturam ſpectemus, quo tempore ſit futurus Iudex omnium, qui quum mortalis in terris degeret, cogitationes hominum & arcana cordium, vt in Euãgelio legimus, ſæpè perſpexit ac prodidit, verè vt dicerent Apoſtoli: Tu ſcis omnia. Cæterum quod Pater æternus ex natura duntaxat ſua agnoſcit, id Christi hominis anima ſecundum ſuam naturam & abſque reuelatione cæleſti conſiderata, ignorare dicitur, quemadmodum & Angeli, ſi naturalem eorum ſcientiam ſolummodo contemplemur, diem & horam extremi iudicij neſcire dicuntur. Aut ſi Auguſtinum ſequimur, hoc neſcit Filius, quod neſcientes facit, id eſt, quod non ita ſciebat, vt tunc diſcipulis indicaret: ſicut ad Abraham dictum eſt: Nunc cognoui quod timeas Deum, id eſt, nunc feci vt cognoſceres. Quo ſenſu, etiam dies læta vel triſtis dicitur, quia lætitiam vel triſtitiam facit.] Quapropter licet ſibi norit Christus, nobis tamen ignorat, quibus vtiliter hoc abſcondit myſterium, vt ad extremum ipſius aduentum tanto ſimus vſque vigilantiores. Vtramq; interpretationem probat Gregorius: poſteriorẽ verò Hieronymus, Baſilius, Chryſoſtomus & Theophylactus amplectũtur. Ab his nõ diſſentit Anſelmus, quũ docet, in Christo theſauros omnes ſapientiæ & ſcientiæ abſconditos quidem eſſe, eumque ſcire quæcunque nouit pater, ſed qui neſcire dicatur, cum non facit homines ſcire quod inutiliter ſciretur. Vult enim, inquit, vt ſemper ſimus incerti de aduentu Iudicis, vt ſic quotidie viuamus, quaſi in alia die iudicãdi ſimus.]

Atque hactenus de verbis Euangelicis, quæ aduerſarij, vt Christum ignorantiæ vitio grauent, indigne corrumpunt.

Aduerſarios abuti verbis Pauli de Chriſto, qui per omnia tentatus, nobisque ſimilis factus eſt.

SED & Apoſtolum Paulum obtorto velut collo ad ſe pertrahunt, atque vt Chriſtum imperfectum fabricent, ex illo reperunt quòd dixerit: Debuit per omnia fratribus aſſimilari, & tentatus eſt per omnia, excepto peccato. Et recte quidem ille decuiſſe docet, vt Christus qui non Angelicam naturam, ſed Abrahæ ſemen apprehendit, non modo fratribus Iudæis, ſed & omnibus hominibus ſeſe conformaret per omnia, non quantum ad culpæ defectus, ſed quantum ad omnes paſsibilis naturæ proprietates, qui ad redemptionis noſtræ opus complendum ſpectabant, vt eruditè Lyranus animaduertit. Vel per omnia, intelligit Paulus ea, quæ carnẽ & ſanguinem corruptibilem ſequuntur, quæque Christum Dominum pro nobis pati cõueniebat, teſte Theophylacto. Hiudquaquam vero conueniebat, vt Verbum Dei cum humanæ naturæ conditionem aſſumpſit, ſiue peccatum, ſiue procliuitatem ad peccandum ignorantiámque, ſeu vitioſum quemlibet intellectus habitum vel actum, vt in ſcholis loquũtur, admitteret, quod iſtiuſmodi labes cum anima Christi vt puriſsima, ſic & omni ex parte perfecta pugnent maximè. Hæc enim anima Verbo æterno vnita, non mortalium modo, ſed & beatorum in cælis Deum clariſſime contemplantium animas excellere, & abſoluta ſcientia ſapientiaque pollere debebat, nihil vt penitus ignoraret, nulloque vitio intellectualis animæ laboraret. Quid enim minus, imò quid non amplius Adæ ſecundo, quam primo & terreno tribuamus, cuius corpori ſic animam indidit Deus, vt ille omnem intelligentis vim & efficacitatem nulla interpoſita mora ſubito conſequeretur? Vnde quod Paulus dixit: Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem, vtrinque non ſine miraculo ſtupendo contigit: in illo quidem, quum Deus in faciem eius de limo formati ſpiraculum vitæ inſpiraret, in hoc verò, vt primum in Virginis matris vtero conciperetur: Vnde Dionyſius Rickelius rem eandem confirmans, ita ſcripſit: Quia non decuit humanam naturam à Verbo æterno aſſumi niſi pulcherrimam, id eſt, ſanctiſſimam, idcirco eodem inſtanti, quo condita fuit anima Christi, fuit omnium diuinorum charismatum habitibus excellentiſſime perornata, omni videlicet dono Spiritus ſancti, omni virtute nullam imperfectionem in ſua ratione includente, omni ſapientia, & fructu & beatitudine eam decente, tantaque gratia, quod tota capacitas eius fuit omnino repleta.] De quo argumento pluribus ageremus, niſi laborem hunc nobis Melchior Canus perdoctus Epiſcopus ademiſſet, copioſeque in eos diſſeruiſſet, qui gratiæ ſapientiæque plenitudinem Christo ſecundum naturam humanam aliquando defuiſſe contendunt. Probat igitur, & ſolide quidem, Christo inde ab initio ſuæ creationis non ad menſuram datum fuiſſe Spiritum, ſed quantum mens creata capere poterat, ſpiritum, inquam, non modo gratię, ſed & ſapientiæ, ſcientiæ ac intellectus: qui verò ſecus docẽt, eos ait, non ſolum à ſchola, ſed etiam à veteris Theologiæ inſtitutione deſciſcere, ſicut & multis Patrũ adductis teſtimoniis luculẽter euincit. Ac in Schola quidẽ rotũde dicũt:

Hebr. 2. & 4

In Epiſt. ad Hebræos.

Quæ Chriſtus homo non aſſumpſerit, ſicut alij, & qua de cauſa.

Genes. 2. 1. Cor. 15.

Secundus Adam minus quam primus ab initio perfectus in anima.

Lib. 1. in Sectam Mahomet. Art. 15.

Non decuiſſe animam Christi vllo dono carere inde ab initio

In locis communibus lib. 12. cap. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Summa doctrinæ Scholasticæ de præsenti argumento.

Suscepit in se Dominus omnes nostros defectus, A qui communiter naturam humanã ex peccato primi Parentis consequuntur, & perfectioni scientiæ & gratiæ non repugnant: eosque defectus Damascenus naturales & indertractabiles vocat, quia scientiæ & gratiæ imperfectionem nullam secum adducunt.

Magna incommoda sequuntur ex aduersariorum doctrina, nouum Christum nobis effingentium.

CRASSVS igitur ac detestandus nouorum Doctorum error est talem nobis Christum effingentium, qui more hominum fuerit eruditus, vt scribit [a] Gelasius, & quem fabrum ac idiotam Hosiander [b] dicere non veretur, ac de quo demum isti tam leuiter ac impure loquuntur, vt credat facile populus congeniam pueris ignorantiam, ne dicam & stultitiam, ineptitudinem, lasciuiam, inconstãtiam, ingenij hebetudinem, rerum imperitiam, animi, veluti inculti agri, vacuitatem, aliaque id genus communia, nec probanda vitia: quibus prima illa ætas laborat, in Christum etiam puerum incidisse, vt idcirco & nuces, quod aiunt, aliquando reliquisse videatur. Præterea si nouam istorum opinionem sequimur, an non Iudæi, Turcæ aliique Christianæ fidei hostes infensissimi, suum tetrum confirmabunt errorem, quo delusi, adorandam Domini & Redemptoris nostri maiestatem, quæ per omnes ætatum gradus in illo duravit, reiiciunt ac furiose insectantur? An non grata & iucunda istis erit cantio, si à nostris affirmari audiant, Christum puerum instar aliorum paruulorum, in animi dotibus imperfectum fuisse, & nonnunquam errasse, & errare & ignorare multa potuisse? Vnde quoniã hic de Christi gloria non leue certamen est, non possumus cõmittere, quin veterum sententias subiiciamus, vt si ægros curare non possumus, saltẽ sanis adhuc mentibus aliquod antidotum aduersus nouum & pestilens virus porrigamus.

[a] In lib. 2. Iren. c. 42.
[b] Conuict. 4. de fine mundi.

Patrum sanctitæ de Christo puero, qui perfectè semper sapiens & intelligens fuit.

AC pro multis quidem Augustinus vnus, vtpotè lumen Theologorum, nobis satis esse queat, qui Christum puerum à reliquis æqualibus eximit, omnemque ignorantiæ notam ab hoc vno manifestè secludit ac remouet. Quis est enim, inquit, qui audeat dicere, Dominum Christum tantum maioribus, non etiam paruulis factum Iesum? qui venit in similitudinem carnis peccati, vt euacuaret corpus peccati, in quo infirmissimo, nulli vsui congruis vel idoneis infantilibus membris, anima rationalis miserabili ignorantia prægrauatur. Quam planè ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo, in quo Verbum caro factum est, vt habitaret in nobis, nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo paruulo fuerim suspicatus, quam videmus in paruulis.] Ac rursus idem alibi disputat, vt ostendat, quantum inter mortales & Christum intersit, eumque solum ab omni peccato & ignorantia immunem esse declarat. Vbi Augustino Bernardus planè consonat, dum Christum infantem non solum ab ignorantiæ nota & suspitione libertum, sed & omni sapientia plenum inde ab initio extitisse confirmat. Neque enim, inquit, minus habuit sapientiæ, vel potius non minus fuit sapientia Iesus conceptus, quam natus: paruus quam magnus. Siue ergo latens in vtero, siue vagiens in præsepio, siue iam grandiusculus interrogans Doctores in templo, siue iam perfectæ ætatis docens in populo, æquè profectò plenus fuit Spiritu sancto. Nec fuit hora in quacunque ætate sua, qua de

Nulla ignorantia in Christo infante, vt in aliis paruulis.

Lib. 83. quæst. quæstione 65.

Immunis Christus ab omni peccato & ignorantia.

Hom. 2. de B. Virgine.

Bernardi testimonio Christus æquè plenus fuit semper Spiritu & sapientia.

plenitudine illa, quam in sua conceptione accepit in vtero, vel aliquid minueretur, vel aliquid eidem adiiceretur: sed à principio perfectus, à principio, inquam, plenus fuit spiritu sapientiæ & intellectus, spiritu consilij & fortitudinis, spiritu scientiæ & pietatis, & spiritu timoris Domini.] Ad eundem modum qui Bernardo longè verustior atque celebrior Doctor in Ecclesia fuisse Cyprianus, perspicue tradit, Verbum in vtero virgineo sic carnem esse factum, vt mox diuinitas plenitudinem sui exiguo infuderit vasi, & licet infantilem assumeret infirmitatem, tamen virtutem & gratiam incomparabili viro dignam ab illo perpetuo retentam fuisse. Vnde Christum vt ab Esaia paruulum natum, sic ab Hieremia virum, quem mulier nouo modo esset circundatura, nuncupari, ne ignoremus, ei nunquam defuisse virtutem, sed semper viribus ætatis adfuisse fortitudinem, quam infantilis timen infirmitas occultaret. Quæ omnia illo Hieremiæ dicto confirmat: Creauit Dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum. Cyprianum porro sequitur Hieronymus, ac eodem modo dictam Prophetæ sententiam interpretatur, indeque confirmat, Christum licet in vtero matris concluſum, & in cunis vagientem, tamen virum Hieremiæ fuisse perfectum, eundemq; nõ verè, sed apparenter sapientia & gratia profecisse. Stat igitur immota, ac à Catholicis probata semper sententia, Christo etiam puero nihil gratiæ, nihil sapientiæ (experimentalem semper excipimus) defuisse, qui [a] ob gratiæ plenitudinem puer adhuc puero Ioanni, [b] id est, suo præcursori necdum nato, ac iterum Simeoni iusto [b] seni dotes mirificas liberaliter communicauit. Hinc vetus illud Ecclesiæ canticum extat: Senex puerum portabat, puer autem senem regebat. Ac regebat planè Simeonem Iesus paruulus, qui velut optimus præceptor, grandæuum illum diuina virtute ac sapientia sic mirabiliter instruebat, vt idem ex ministro legis Euangelicus Doctor, & Christianus Psaltes, eximiusque Propheta in templo subito euaserit. His verò sit satis cordatum monuisse Lectorem, haud tuto istis fidendum esse Doctoribus, quos non pudet venenata tela non solum in Mariam, sed in Christum etiam Dominum vibrare, & simul astu Satanico ad maiestatem illius obscurandam diuinas adulterare Scripturas.

[a] id est, suo præcursori necdum nato,
[b] seni dotes mirificas liberaliter communicauit.

Christus proficere dicitur sapientia & gratia.

Christus proficiendo in sapientia & gratia.

Aduersarius abutitur verbis Christum in sapientia & gratia profecisse.

QVO enim ad suum excusandum & confirmandum errorem Lucæ verba proferunt, qui Christum sapientia & gratia profeciſse scripsit, nihil certè noui proferunt, sed veteres Hæreticos, qui in eundem, vt aiunt, lapidem crebro impegerunt, perperam imitantur. Atqui hoc sermone significat Euangelista, quod indita Christo puero sapientia magis ac magis in illa ætate indies declararetur, neque repente, sed paulatim apud homines eluceret, non autem quod iuxta mensuram ætatis corporeæ sapientior ille redderetur. Etenim ne quid monstrosum introducere videretur, atque vt humanæ naturæ, quam à Matre assumpserat, veritatem certius comprobaret, sicut per ætatum gradus corporis incrementa sumpsit, sic etiam interioris animi diuitias, & imprimis sapientiam, ad aliorum quibus cum versabatur, profectum sensim accommodauit, seque subinde clarius agnoscendum præbuit, ideoque aliorum puerorum, qui cum ætate augent sapientiam, similitudinem & morem communem

munem expressit. Hoc est quod nonnulli breuiter A dicunt: Creuit puer Iesus in effectibus & operibus gratiæ ac sapientiæ, quia indies perfectiora opera faciebat. Quod enim in effectu crescit, hoc crescere quandoque dicitur, si Scripturæ phrasin obseruemus. Sic enim legimus: Proficiebat [c] Dauid vadens & crescens. [d] Creuit Iosaphat & magnificatus est vsque in sublime. [e] Illum oportet crescere, me autem minui. Verbum Dei crescebat & fortiter crescebat, vt reliqua id genus prætermittamus. Sed nunc Patres audiamus, qui Lucam hoc loco, vt diximus, probe sunt interpretati.

[c] 1. Par. 11.
[d] 2. Par. 17.
[e] Ioan. 3.

Quomodo Christus creuerit in sapientia & gratia.

Aller. 6. tit. 9.

Hom. 2. de B. Virgine.

BERNARDVS Christum profeciſse dicit, non secundum quod erat, sed secũdum quod apparebat: non quoniam aliquid è nouo accederet, quod anteà non haberet, sed quod accedere videretur, quãdo volebat ipse vt videretur. Constat ergo, inquit, quia semper Iesus virilem animum habuit, etsi semper in corpore vir non appareret.] Et æqualis ferè Bernardi Hugo Victorinus, qui de hoc loco multa disserit, Christum sapientia & gratia profeciſse scribit, quam ipse quidem in humanitate sua plenam & perfectam semel & simul acceperit, sed qui voluerit pro ratione temporum eandem gratiam ac sapientiam magis ac magis aliis aperire, vt homines proficerent in eius cognitione. Cum his Beda consentit, inquiens: Iuxta hominis naturam proficiebat Christus sapientia, non quidem ipse sanctior in tẽpore existendo, qui à prima conceptionis hora spiritu sapientiæ plenus permanebat, sed eandem, qua plenus erat, sapientiam cæteris ex tempore paulatim demonstrando.] Id quod alibi verbis paulum immutatis hoc modo repetit: Iuxta hominis naturam proficiebat gratia, non ipse per accessum temporis accipiendo quod non habebat, sed pandendo donum gratiæ quod habebat.] Nec obscura est Damasceni oratio: Proficere Christus dicitur sapientia & ætate & gratia. Ætate quidem crescens: per incrementum autem ætatis sapientiam quæ ipsi inerat, in apertum promẽs. Item & proficientiam hominum & consummationem in sapientia & gratia bona patris voluntate, id est, Dei agnitionem & hominum salutem propriam proficientiã faciebat, omnifariã quod nostrum est, sibi peculiariter adsciscens.

Lib. de fide Orthodox. cap. 22.

Hom. 1. in Euang. Dominica 1. post Epiphan. in Euang. Luc. cap. 2.

Lib. 1. in Euang. Ioan. cap. 17. & lib. 10. Thesaur. cap. 7.

Sed & Patres vetustiores, si quis eos fortassis requirat, cum supradictis in Luca interpretando quasi conspirant, ex quibus Cyrillus Alexandrinus inducit aduersarios ita loquentes: Si plena fit gloria Christi gratiæ & veritatis, quomodo sapientia, ætate & gratia profeciſse apud Lucam scribitur? Aut quid accedere potest ad plenum, vltra quod nihil est?] Respondet statim: Non vt Verbũ & Deus profeciſse intelligitur, verum quia magis indies homines admirabantur, eorum potius de Iesu opinio, quam illius perfecta crescebat gratia: vt magis indies cognoscentes, magis illum procedere, ac gratia crescere arbitrarentur.] Ac alibi rursus: Quum audis profeciſse Christum in sapientia & gratia, noli putare quicquam ipsi additum fuisse, qui nullius vnquam rei egere potest: sed quia videntibus atque audientibus eum sapientiorem gratioremq; se præbebat, idcirco scribitur profeciſse.] Tum ante Cyrillum Hieronymus expedite dixit, vti meminimus, Christum non verè, sed apparenter sapientia & gratia profeciſse: sicut & alibi ab eodem scriptum legimus: Iuxta incrementa quidem ætatis per vagitus & infantiam proficere videbitur sapientia & ætate: sed perfectus vir in ventre fœmineo solitis mensibus continebitur.] Vbi suum præceptorem sequitur Hieronymus, Gregorium nempè Nazianzenum, à quo clarissime affirmatur, Christus vt ætate, ita etiam sapientia & gratia proficiebat: non quod hæc incrementum caperent, (quid enim eo quod à principio perfectum est, perfectius esse possit?) sed quod paulatim patefierent & elucerent.] Ac eadem penè verba Euthymius repetiuit: Suffragatur & Athanasius in hoc tractando loco frequens, qui de illo inter cætera sic disserit: Quanto magis diuinitas Christi reuelabatur, tanto plenius gratia crescebat, vt hominis apud homines. Infantulus enim gestabatur, puer autem factus remansit in templo, Sacerdotesque interrogauit de lege. Paulatim autem corpore adolescẽte, Verboque seipsum in corpore manifestante, factum est deinde, vt agnosceretur pro Filio Dei.] Et rursus: Hominum est proficere: Filius autem Dei quandoquidem non habeat quo proficeret, vtpotè perfecte existens in suo Patre humiliauit seipsum pro nobis, vt in illius humilitate nos magis ac magis incresceremus.] Quid multis? has plurescque veterum sententias, quas longum sit percensere, more suo Scholastici breuiter complectuntur, quum simpliciter dicere solent: Christus gratia & sapientia proficiebat non secundum habitum interiorem, sed secundum apparentiam, non essentialiter, sed effectiue vel significatiue. Igitur sicut olim Ariani, vt Christi diuinitatem, velut qui Patre inferior esset, hostiliter conuellerent, ex hoc Lucæ sermone arma funesta sumpserunt, sic noui aduersarij, vt humanam Christi naturam deprimant ac obfuscent, ex eisdem verbis iniquum sibi præsidium petunt. Ita verò Iesum puerum vna cum reliquis pueris nimium pueriliter tractant, quum eum animi defectibus cum vera scientia sapientiaque pugnantibus aspergunt atque contaminant, quumque veluti Arbitri finium regundorum in Christi regnum cælitus missi, particulatim Sancto sanctorum maiorem minoremque gratiam distribuunt, pro sua scilicet sapientia singulari. Noua profectò isthæc & mirabilis est ratio philosophandi, Christique Domini gloriam illustrandi, vt credamus, illum hominem quidem extitisse, sed non adeo semper sapientem, adeoque semper perfectũ, vt non aliquando etiam sit in ignorantia & errore versatus, aut certè quidem, qui quum ignorare quẽdam & errare potuerit, aliquando gratia indiguerit proficiente.

In laudẽ Basilij Magni.

In cap. 2. Luc. Serm. 4. contra Arianos.

Luc. 2.

Quomodo Christus gratia & sapientia profecerit iuxta Scholasticos.

Quod si totius erroris, qui aduersarios impedit, causam & quasi fontem indagare velimus, parũ illi accurate perpendunt præstantia miracula, quibus Deo visum est, humanam filij conceptionẽ, vt opus eius in Christo primum & maximum, insigniter exornare, totiq; orbi perpetuo admirandã proponere. Miraculũ est ad talẽ tãtumq; fœtũ formãdum viri omnẽ operam excludi, & post talem legationẽ Virgini sque consensum, virgineum duntaxat vterum adhiberi. Miraculum est, tantum de purissimo Virginis sanguine transferri & coagulari, in masculumque formari, quantum ad generationem hominis sufficiebat. Miraculum est, consuetum dierum numerum, qui ad formandum hominis corpus desideratur, non expectari, vt & semen ad figuram corporis aptetur, & anima in corpus ipsum

Ex qua præcipue causa sic Nouatores ineptiant, de Christo puero philosopharentes. Quæ concurrant miracula ad Christi conceptionem, à Nouatoribus partim considerata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea influat, sed eodem planè momento, & sine successione temporis, corpulentam substantiam à Virginis corpore diuidi, formari, simul & animari, vegetandi, sentiendi & intelligendi vires omnes pariter adesse, & ad suas functiones in ipso corpore rationali anima iam perfecte informato, exercendas conspirare. Miraculum est, dum anima corpori iungitur, eodem momento diuinitatem homini in vnam personam vniri, ac Verbum æternum se carni inseparabiliter sociare, vt idem Dei & hominis filius in Virgineo vtero constitueretur. Miraculum est, Mariæ filium inde ab ipso conceptu tãta cumulari gratia, vt anima eius cum Angelis Dei essentiam clarissime intueri, ac Dei gloria beatissime perfrui posset. Miraculum est, eiusdem animam ab initio vndecunque perfectam, & summis Dei donis refertam fuisse, vt non solum omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei illic reconderentur, sed etiam vt simulatque Verbum caro factum est, mox plenitudo diuinitatis in homine Christo corporaliter habitaret. Omitto plura id genus miracula recensere, quæ circa sanctissimam Christi conceptionem pro dignitate nec satis explicari, nec ab vllo tum in matre, tum in filio prædicari possunt, quæque vti singularem Redemptoris nostri gloriam & magnificentiã astruunt, sic à nouis ætatis huius Theologis vel bona ex parte negantur, vel fœde negliguntur, malaque fide tractantur, Non enim illis libet hanc Christo dare gloriam, vt nobiscum diserte ac ingenue fateantur, Dominum ac Redemptorem nostrũ eodem tempore, quo simul homo & Deus in Virginis vtero esse cœpit, ad tantæ gratiæ, veritatis ac virtutis omnis plenam possessionem peruenisse, qui certè quicquid in terris vnquam meruit, id nobis mereri cœpit ab instanti, vt vocant, sactæ conceptionis.

Quomodo Cẽturiatores Christum in conceptione sanctum intelligant & docẽant.

Qvæsi ritè perpenderent, ac in animum serio reuocarent Centuriatores, reuerentius quidem per beatam Christi Domini conceptionem tractarent, neque tam abiecte loquerentur, Mariæ Filium verè sanctum, hoc est, labe peccati originalis non fœdatum, simpliciter interpretãtes. Quam rudem, ieiunam ac frigidam interpretationem quis non demiretur, in illis præsertim doctoribus, qui tam sedúli æ strenui gloriæ Filij Dei assertores ac vindices haberi gestiunt? Sanctum Mariæ Filium in conceptu & ortu fatentur, sed vt sanctitatem eius omnem in sola peccati originalis vacuitate collocent, neque longius illam, vt oportebat, extendant. Natus est Ioannes etiam ex vtero sanctus, multorumque Doctorum iudicio, vt indicauimus, Mariam labes peccati originalis non attigit. Nonne igitur Christo Domino plus tribui par est: qui non solum sine peccato conceptus & natus est, agnus nimirum sine macula, sed etiam absolute sanctus, adeoque sanctum, partim natura, quia Filius Dei, partim officio, quia electus & destinatus ab æterno ad sanctificandos eos, qui cum natura sint iræ filij, per hunc Mediatorem Deo debent reconciliari, qui præterea nobis factus est & iustitia & sanctificatio, vt in hoc semine Abrahæ gentes omnes, & qui sub maledicto sunt, benedicantur, atque in veritate sanctificentur, vtque credentibus deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. Id verò parum placet Ecclesiæ nouæ Ministris, nunc tanta contentione inctantibus, in Christo renatos & iustos, etiamsi

Christus dicitur sanctus, nõ solum quia peccati expers sed etiã ob gratiam peculiarẽ & efficientiã nostræ sanctitatis.

Luc. 1.

1. Pet. 1. Hebr. 7. Luc. 1.

1. Cor. 1. Genes. 12. 18 & 22. Dan. 9.

A iustitiæ operibus incumbant maximè, tamen ob originis peccarum perpetuo contaminari ac damnabiles esse, qui in Christo imputatiue sola fide iustificentur sanctificentur, atq; saluentur. Nõ expenderunt, opinor, Centuriatores, quanta sit vis huius verbi, Sancti siue sanctitatis, quã definit Areopagita, vt sit ab omni peccato libera perfectaq;, & omni ex parte incontaminata puritas. Hebræi pro sancto Cadmos vsurpant, vt insignem puritatem integritatemque designent, ob quam aliquid non solum à rebus profanis, & quomodolibet impuris secernitur, sed singularem etiam reuerentiam & honorem facile promeretur. Ac eadem ferè vis est nominis, quod Græci ἅγιος dicunt, quodque adhuc maiorem vim obtinet ὑπεράγιος, nulli quidem personæ rectius, quam Christo congruens, vtpotè sanctitatis omnis & fonti & authori & consummatori. Igitur non satis isti ponderare videntur, quid sibi velit præclarus ille ac late patens Angeli sermo dictus Virgini: Quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei. Vbi Sanctum, quod ex Maria proditurum erat, absque additamento, & in neutro magis, quam masculino genere dici constat, sicut & Bernardus & Rupertus egregie obseruarunt. Multi quidem sancti vel sanctificati dicuntur: vnum autem est Sanctum, id est, sanctitas, qua sancti omnes sanctificantur. Hoc sanctum est iste Sanctus sanctorum, quem non in delicto præuaricationis Adæ conceptum vel natum sanctitas accidens sanctificauit, sed essentialiter sanctum Virgo incorrupta de Spiritu sancto concepit, vt a Ruperti verbis vtamur. b Bernardus verò in hunc modum: Non habuit Angelus, quo propriè digneue nominaret illud eximiũ illud magnificum, illud reuerendum, quod de purissima videlicet Virginis carne cum sua anima vniro Patris Filio erat vniendum. Si diceret, sancta caro, vel sanctus homo, vel sanctus infans, quicquid tale poneret, parum sibi dixisse videretur. Posuit ergo indefinite Sanctum, quia quicquid illud sit, quod Virgo genuit, sanctum procul dubio ac singulariter sanctum fuit, & per Spiritus sanctificatione & per Verbi assumptionem.] Sed hęc obiter de Sãcti siue sanctitatis nomine.

Luc. 1.

Nec dissimilis est hallucinatio, ne dicam fraus Melanchthonis, pertinet enim hoc etiam ad Christi conceptionem, dum ludit in verbis illis Euangelicis: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Sermo est Angeli Gabrielis Virgini respondentis, quomodo citra iacturam integritatis concipere possit ac parere filium Dei, nimirum per diuinam quandam obumbrationem. Sed hanc refert Melanchthon ad confirmationem & consolationem animi, qua Virgo timore cõcussa egerit, ne imbecillis natura terroribus diuinis cõsumeretur. Addit exempla de peccatoribus qui iudicium & iram Dei sentiunt, ac dicunt: Posuisti iniquitates nostras in cõspectu tuo, in ira tua defecimus. *Nemo hominum*, inquit, *sustinere iudicium vel opus Dei potest, nisi fiat obumbratio, id est, nisi misericordia foueat & vitificet hominem. Ideo & hic fit mentio obumbrationis.* Vident autẽ facilè sapientes, isthæc tam lõgè petita, nihil in rẽ præsentẽ facere, ac ineptè prorsus ad Virginis dignitatem obscurandam detorqueri, quasi ipsa non fine quibusdam pauoribus & terroribus concipere potuerit, adeoque conceperit Emanuelem. Etsi enim cùm primum Gabriël ingredere-

Melanchthon.

Quia fit ut Christus dicatur sanctus. Quid Cultores sanctitatis.

Cur Christus absolute dictus sanctus. Quo sensu dictus.

Rupertus. Bernardus. Quomodo sanctificatus.

a Lib. 2. de operibus Spiritus sancti cap. 10.

b Hom. 4. super Missus.

B. Virgo.

Refertur ad tempus conceptionis.

deretur ac salutaret, nonnihil illa conturbata fuit, tamen omni metu statim per eundem Angelum liberata est, vt deinde cum illo libere ac familiariter colloqueretur. Quod verò de virtute altissimi obumbrante dicitur, Gabrielis est responsio Virgini data, vt sciret ipsa summam summi Dei potentiam sibi mox adfuturam, per quam nõ modo virginitatem tueretur illæsam, sed & virgo fœcunda, & mater ad conceptum diuinum idonea efficeretur. Alioquin si de terroribus pellendis verba intelligas, fateri necesse est, inepte Angelum ad quæstionem Virginis, qua suæ conceptionis modum indagabat, eo tempore respondisse. Dicit autem Angelus: Virtus Altissimi obumbrabit tibi, hoc est, conteget te & vndique circumdabit, sicut auis obumbrat pullos suos, eósque totos alis suis complectitur, quemadmodum Theophylactus locum commode interpretatur, Euthymio non dissentiente. Bernardus in hunc modum: Habuit Maria, inquit, de Christi corpore vmbram, quæ audiuit: Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Nec enim vilis vmbra, quæ de virtute Altissimi formatur. Et verè virtus in carne Christi, quæ Virgini obũbrauit, vt quod impossibile erat mortali fœminæ, obiectu tamen inuolucri viuifici corporis ferret præsentiam maiestatis, & lucẽ sustineret inaccessibilem. Virtus planè, in qua omnis contraria fortitudo debellata est: & virtus & vmbra fugans Dæmones, tutans hominẽs.] Alij per obumbrationem accipiunt mentis refrigerium, quod Mariæ diuinitus datum sit, vt ab æstu carnalis concupiscentiæ præseruaretur. Fallitur verò Melanchron, quod alienam prorsus, & haudquaquam Mariæ congruentem explicationem inuehit, in qua de necessariis conscientiæ angoribus & terroribus more suæ Sectæ philosophatur, quodque tantum Virginem iam antè sanctam aliis impuris exæquat, qui iuxta legem communem non sine præcedenti timore iustificantur. Horum enim vera est & propria confessio: A a facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus & peperimus spiritum salutis. Vnde b Augustinus quum ex c Ecclesiastico citasset illud. Qui sine timore est, non poterit iustificari, statim adiecit: Opus ergo vt intret timor primò, per quam veniat charitas: timor medicamẽtum, charitas sanitas.] Qui verò pauores ac terrores illius mentem, quæso, attingerent, quam nulla peccati labes vnquam infecit, quæque charitate illa flagrauit maximè, de qua Ioannes dixit: Perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. qui autẽ timet, non est perfectus in charitate. Nec dubium sanè, quin Maria Christum ita conceperit, vt non solùm omni timore vacaret, sed & mentis immẽsam delectationem perfentisceret, eiúsque spiritus circa totum illud diuinæ incarnationis mysterium in Deo salutari suo incredibiliter exultaret. Proinde quo tempore mulieres angoribus maximè obruuntur atque discruciantur, illa doloris omnis fuit immunis, vt sicut de Spiritu sancto volens gaudensque concepit, sic etiam à communi maledicto & dolore parturientium aliena, noua cum exultatione nouã prolem ederet quemadmodũ d Hildephonsus & c Bernardus ostendunt.

Quomodo Gabriel promittat virtutẽ Altissimi obumbrantem Virgini.

Sequ. 31. super Cantica.

Christi corpus est virtus obumbrans Virginem.

Quomodo sal nes.] Baal Melichthon circa ma teriã.

a Esai. 26.

b In explicat. Symboli Ioannis. Damasc. 1. c Eccles.

Maria non timuit, sed tamen quibusdam terroribus, vtalij fortassis in sua conceptione.

1. Ioan. 4.

Maria timuit, sed tamen quibusdam pauoribus in Filij conceptione.

d Ex contra eos, qui dispuant. de perpetua Mariæ virg. & partu.

Iam verò si de tempore conceptionis Christi agitur, nouam porrò litem nobis iniiciunt ac mouent contentiosi Centuriatores, quum in dubium vocant, & quod peius est, in ambiguo relinquendũ censent, an post colloquiũ Angeli Gabrielis, quod in Nazareth cum sacrosancta Virgine habitum fuit, admirãda illa Christi cõceptio statim sit sublecuta. Nos affirmatiuam partem tanto magis amplectendam dicimus, quantò magis huic partim veterum, quos mox producemus, sententiæ, partim Ecclesiæ sanctæ traditio, partim recepta piorum opinio suffragatur. Quid autem impediret, obsecro, quo minus clementissimus, idémque salutis nostræ studiosissimus Deus promissionem suam per Gabrielem internuncium factam re ipsa præstaret, quum paratissimũ Virginis animum experiretur, eiúsque fide & charitate perfecta imprimis delectaretur? Quid non obtineret, quid non efficeret cælos & nubes penetrans humilitas Mariana, & summa illa Virginis cum diuina voluntate consensio, quam Angelus ad hoc tantum complendum mysterium vnicè desiderabat? Cur cælestis ille sponsus adamatę sponsæ desiderio incensus & æstuans, non ad suum lectissimũ thalamum properaret, in quo amica speciosa tam promptum, tam gratum & ornatum illi hospitium apparatat? Aut si Anselmũ audire mauis: Quid, inquit, quòd verentis Dei oculos offenderet, in illa poterat residere, in qua tantarum virtutum insignia veniens inuenit redolere? Certè sola fide Abraham fertur Deo placuisse, & hoc quia Deo credidit, ad iustitiam illi reputatũ fuisse. Super humiles autem & quietos ac verba sua trementes Spiritum suum requiescere, & obedientiam se pro sacrificiis malle asserit Deus. Cùm igitur in his, quæ tantopere Deo placent, sancta Virgo Maria tam excellẽter illi placuit, vt nequaquã crederet quis, illam aliqua ratione excellentius placere potuisse,] vt reliqua prætermittamus.

e In serm. de verb. Apoc. Sign. mag.

De tempore conceptionis Christi, quid censeant Centuriatores. Christum esse conceptum in Virginis vtero statim post colloquium Gabrielis, pro habitus videri debere.

De excellent. B. Virg. ca. 3.

Genes. 15. Esai. 66. 1. Reg. 15.

Sed Patrum sententias, ne quem fallant callidi Centuriatores, bona fide subiiciamus, à Gregorio Magno auspicaturi, licet illũ & antea citauerimus. Nunciãte angelo, inquit, & adueniẽte Spiritu. Mox Verbum in vtero, Mox intra vterum verbum caro, & manente incommutabili essentia, quæ ei est cum Patre & cum sancto Spiritu cœterna, assumpsit intrà virginea viscera, vnde & impassibilis pati, & immortalis mori, & æternus ante secula tẽporalis posset esse in fine secũ orum: vt per ineffabile Sacramẽtum cõceptu sancto & partu inuiolabili secundum veritatem vtriusque naturæ eadem Virgo & ancilla Domini esset & mater.] His Petrus Episcopus & Martyr suffragatur, cuius testimonio tunc Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, quum Angelus Virginem salutauit. Tum Nicephorus affirmat, præsente adhuc Angelo & cum eius voce Verbum Dei æternum intransibiliter descẽdisse, & conditionem, naturámque nostram inenarrabili & superante naturam modo subiisse. Verbum, inquam, massæ & fermento humano mixtũ atque temperatũ. Adhæc Euthymius Lucæ locum explanãs (quo dicitur Angelus à Virgine discessisse) claris verbis id factũ esse asserit, simul ac Maria iam per verbũ suum conceperat. Eadem Ruperti est sententia, Mariam vix absoluisse sermonem: Ecce ancilla Domini, quin è vestigio adfuerit Spiritus sanctus, & sese in virginis vterum infuderit, vt matrẽ illam faceret Emanuelis. Tum qui hos omnes authores vt antiquitate, sic etiam doctrina superat Augustinus, disertis verbis affirmat: Quando Angelus istam Virginem salutauit, tunc eam Spiritus sanctus fœcundauit, tunc illa

Patrum testimonia de incarnatione Christi facta statim post quã Angelus à Maria discessit, & illa consensit miserio.

Lib. 18. moral. cap. 27.

Lib. de Deitate, & citatur in Conc. Ephesino.

Lib. 1. hist. Eccles. cap. 8. In 1. cap. Luc.

Lib. 1. de operibus Spiritus sancti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœmina virum sine viro concepit, tunc est repleta gratia, tunc Dominum suscepit, vt esset in ea, qui fecerat eam.] Ac iterum alibi: Noli morari Virgo nūcio festinanter respondere verbum, & suscipe filium: da fidem, & senti virtutem. Ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Nec mora, renentitur nuncius, & virginalem thalamum ingreditur Christus. Efficitur subito prægnans beata Dei genitrix, & cuncta per secula prædicatur felix. Concepit Mox diuinitatem Verbi, virilis ignara consortij.]

De Symbo. ad Catechumenos cap. 5. Ser. 2. in festo Annunciat. Domini.

Damascenus testimonij, de mirabili cōceptione Christi facta in Virgine matre.

A quibus haud discrepat Damascenus, quum de Verbi incarnatione differens, in hunc modum scribit: Post consensum sanctæ Virginis Spiritus sanctus supervenit in eam, iuxta sermonem Domini, quem dixerat Angelus instruens eam, & virtutem

Lib. 4. de fid. Orthodo. c. 15

B divinitatis Verbi susceptiuam præbuit, simul autem & generatiuam. Et tunc obumbrauit ei Dei altissimi in sua subsistens hypostasi sapientia & virtus, Filius Dei, Patri consubstantialis, velut diuinum semen, & constituit sibi ipse ex castis & purissimis sanguinibus carnem animatam anima rationali & intellectuali, primitias nostræ conspersionis, non cum semine, sed conditorio opere per Spiritū sanctum.] Quæ posteriora verba nonnulli paulo aliter legunt, atque sic malunt interpretari: Copulauit sibi ipse ex sanctissimis & purissimis ipsius Virginis sanguinibus nostræ antiquæ conspersionis carnem animatam anima rationali & intellectuali, non seminans, sed per Spiritum sanctum creans.] Verum hac oratione, ne quid volens dissimulem, perperam se tuetur Erasmus, vt obiectam sibi lasciuiæ notam

Erasmi errasse nimis & obscœne loqui de Maria Christum cōcipiente.

effugiat, quando fingit Deum Patrem procum, qui C mittat Angelum Paranymphum, Mariam verò ceu adamatā puellam, quæ simul atque assensa est, perinde ac Iponsam coniugis complexu compressam esse, in quam aliquid vice seminis masculini, vnde nouus fœtus in vtero eius oriretur, fuerit illapsum. Etsi enim Patres ita nonnunquam loquuntur, vt Gabrielem Dei faciant Paranymphum, tamen venerandum hoc mysterium multo religiosius tractāt sicut & Damascenus loco iam citato castas aures & mentes suis verbis nihil prorsus offendit. Contra verò Erasmus obscœne philosophatur, & sacri euāgelij maiestatem profanat, aut certè obscurat potius, quam illustrat, dum crasse ad carnalem coitum tot modis alludit, & de re sacrosancta, velut amatoria, sermonem omnem instituit. Quanto autem & castius & prudentius differit Augustinus, aut si-

In respons. ad annota. Leti in appendice ad Antapologiam Suteris.

D cut alij volunt, Fulgentius, Deum per Angelum ad Mariam protulisse verbum, & cunctis seculis vitam effudisse: Angelum sermonem eiecisse, & Virginem concepisse: coniunctionem verò sine sordibus factā esse, in qua & maritus esset sermo, & vxor auricula: hoc splendore Filium Dei concipi, hac munditia generari. Pari dexteritate hoc mysterium Rupertus Tuitiensis explicat, vt alios Patres omittam, ac de Maria in hunc modum differit: Vbi benè credula mentem suam, & os suum aperuit, vt diceret: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuū, mox iuxta dictum Angeli, Spiritus sanctus superueniens in eam, per apertas fidei ianuas sese insudit. Quo autem sese infudit? nimirum in sacrarium pudici pectoris, deinde in templum sacri & incorrupti vteri, in domum pectoris, vt prophetissam faceret: in vterum, vt matrem faceret.]

Augustinus & Rupertus quomodo Christū à Maria conceptum esse verecunde loquantur.

Serm. 11 in natali Domini.

Lib. 1. de operib. Spiritus sancti, cap. 9.

POSTREMO nec illud prætermittere possumus quod Centuriatores ad solam vel coniecturam, vel opinionem referunt peruetustam & receptam veteris Ecclesiæ traditionem de tempore ac die Dominicæ conceptionis vel incarnationis, quam hucusque tractamus, vereque sacro sanctam & incomparabilem fuisse nullus dubitat Orthodoxus. Quod autem illa in octauum Calendarum Aprilis, hoc est, in vigesimum quintum Martij diem incidat, complures & illustres Theologi, quibus ne matulā quidem porrigere digni sint Centuriatores, clarissime docuerunt. Inter hos Chrysostomus ferè primas tenet, qui rationem etiam reddit, cur hoc ipso die, qui fuit æquinoctialis, Angelus ad Mariam missus, & in ea Christus conceptus, imò etiam in progressu ætatis

Christum ex Martij in Virginis vtero cōceptum.

Vide Bedam de nat. verbi, cap. 47.

mortem in cruce passus fuerit: vbi præterea Domini nostri & præcursoris eius conceptionem pulchrè componit. In eodem argumento versatur [a] Augustinus, & inter cætera pronunciat: Cōceptus est Dominus æquinoctio verno, & natus est solstitio hyberno.] Ac alibi rursus: [b] Octauo Calendarū Aprilis conceptus Christus creditur, natus autem octauo Calendarum Ianuarij.] Tum [c] Cyrillus Alexandrinus Christum Angelo nunciante in vtero Virginis Mariæ conceptum, & in cruce mortuum esse, eodem nimirum die, testatur. His [d] Beda subscribit, neque dissentit [e] Athanasius, etsi alij alium eius libri authorem faciunt, in quo sequentem quæstionem proponit: Quare vigesimo quinto die mensis Martij in vtero Virginis clausus habitare cepit Christus, & Deus noster veniens in terram? Respondet é vestigio: Quia eodem die in mundi principio Deus creauit Adam. Hinc est, quod in hoc ipso mense (Martio scilicet) omnes arbores & herbæ, animalia itidem ad proferendum fructum & ad proles procreandas commouentur, tanquam à Deo hoc tempore creata sint.] Præter hos omnes [f] Orosius & [g] Nicephorus indicant satis, se quidem de certo conceptionis & ortus Christi tempore, quod diximus, nihil dubitasse, quādoquidem octauo Calend. Ianuarij, siue vigesimo quinto Decembris natalem diem Domini luculenter adscribunt. Id quod euidentius apparebit, si nonnulla, quæ huc maximè spectare videntur, à Christophoro Rossinacio accepta repetiuerimus. Sic ergo ille tradit: Maria Virgo sanctissima ineunte ætatis suæ anno decimoquinto sub brumam quidem, seu sub hybernum solstitium, nimirū octauo Calendas Ianuarij Christum peperit nostrum Dominum, quem nouem ante menses eadem Virgo integra & illibata conceperat quidem ex Spiritu sancto, tum annos nata quatuordecim, octauo Calendarum Aprilis. Porrò quum conceptus est Christus, agebatur tunc Olympiadis centesimæ octuagesimę quartæ tertius annus medius. Natalis verò eiusdem Christi dies confertur in finem propendodum quadragesimi secundi anni Augusti imperij.] His demum accedit vetus, constans & probata Ecclesiæ Catholicæ consuetudo, quæ tot seculis venerandum hoc concepti simul & nati Christi mysterium præscriptis anni temporibus, certisque diebus mensium Martij & Decembris publicè celebrat, ac solenni ritu vbique gentium iubet ab omnibus concorditer celebrari, tacite quidem insinuans, vt diei Dominici, sic harū etiam feriarum institutionem ad traditionem Apostolicam pertinere. Vnde factum & illud esse putat,

Quā ab hoc die annū Scripturæ numerarint fuisse.

In Chron. c. 2. cap. 4. lib. 4. Noua opinio Matthæi Beroaldi de die Christi nativitate concepti.

Quid hoc loco tenendum Catholicis.

Vide consil. Zwyn. 4. in Concil. Florent. Iust. per. hoc. milit. circa Euangel. in illa assumpt. Mariæ.

Quando Christus fuit conceptus & natus? Virginum.

Absurdum & vix Apostolicæ traditioni consentaneum Christum conceptum

multorum vt sit more receptum, annum nouum à A vigesimo quinto die mensis Martij recensere, nimirum quòd ab ipsa Christi conceptione seu incarnatione tempus gratiæ siue salutis, vt vocant, cum Dionysio Romano supputent. Id quod in multis Bullis, vt dicunt, Apostolicis videre licet. quanquā à Domini natiuitate, quæ semper in Decembrem incidit, annum inchoare nunc sit vsitatius.

Nos verò isthæc non solùm ob Centuriatores longius persequimur, verùm etiam quod recēs prodierit liber, in quo Matthæus Beroaldus de Christi concepti natique tempore nouas & æquè absurdas, aut certè quidem hactenus à nullo Doctore claro receptas, ac fortasse nec auditas, vel cognitas inuehit opiniones, easque orbi Christiano persuadere conatur. Docet enim Christum mense Septembri, ipso æquinoctij autumnalis tempore natum & baptizatum esse, adeóque Christi natalem cum eo die, B quo magis est reuelatus, confundit, sed totius anni principium ad eundem Septembris diem refert. Vultque mirabilis & insolens hic supputator temporum, Christum in Decembri, ad decimum quintum eius mensis diem, in virgine matre conceptum existimari, quoniam nouem mensibus vterum illa gestauit, & in Septembri tandem, vt ipse somniat, genuit nobis Redemptorem. Neque hoc inaudito figmento contentus, venerandos Patres maioresque nostros pudendæ ignorantiæ & vanitatis palā arguit, quòd dies festos suprādictos, de Christo nimirùm concepto & nato, alioſque itidem malè cōstituerint & numerarint, imo tempora omnia conturbarint. Quanta verò isthæc hominis vanitas, arrogantia impudentiaque, rem tot seculis compertam in dubium reuocare, vt solus ipse post hominum memoriam in grauissimo negotio sapere, & cornicum, vt aiunt, oculos configere videatur? Vbi plus apud illum valent Ægyptiaci, quàm dictæ & aliorum grauissimorum Patrum sententiæ, veterumque Synodorum decreta, & quęuis, tum Orientalis, tum Occidentalis Ecclesiæ tanto maiorum nostrorum consensu corroboratæ consuetudines, & retentæ semper piorum obseruationes. Atque interim vt suam stultitiam magis magisque prodat, pergit ille & Synodos ob leges de festis huiusmodi celebrandis latas conuellere, & veteres audet accusare, qui tam fœdo laborarint errore, vt quo die, aut quo tempore mundi Lumen Iesus Christus Dominus noster conceptus atque natus sit, tamdiu ignorauerint.

Testimonium Georgij Maioris de vero tēpore conceptionis Christi.

Ecclesiæ cātica de festo & tēpore conceptionis Christi.

Tempus Paschalis obseruationis hactenus ignotum esse Ecclesiæ iuxta Beroaldum.

Lib. aduers. Iudæos.

Quo tempore passio Christi facta sit secundum Tertullianum.

Exempla duorum Hæreticorum, qui Christi festum Natalitium & diem Paschatis celebrare contēpserunt.

Libr. contra Carolstad. de Sacramento.

Quāta sit Nouatorū temeritas & audacia in religione.

SCIMVS quidē paucos veterum, sicut & Ægyptios ac Armenios, aliquādo natalem Domini cum Epiphania confudisse, quasi Christus vno eodemque die natus fuerit & Magis manifestatus. Nihil autem hoc prohibet, quo minus Orthodoxi in recepta probatáque persistant sententia, & communē Ecclesiæ tum Græcæ tum Latinæ traditionem, quæ tot seculis obtinuit, mordicus tueantur, vt Christi natalem xxv. Decembris, Epiphaniam verò sexto Ianuarij die solenniter celebrēt, omnibusque Christianis celebrandum esse persuasum habeant. Nam & sancta sedes Apostolica, vt sic fiat, legem certam præscripsit Armenis, & Patrum testimonia luculenta suffragantur, quæ longum sit repetere, & Catholicis protestantes hic non aduersantur, sed consonant, quemadmodum Georgius Maior VVittenbergæ Doctor & Ecclesiastes ostendit. Is enim scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

piorum genere Psalmographus canit. Nos vero ni- A
mium profectò dormimus, ac velut in summa tem-
Quò spectet Satan, ferias maximè solennes impugnans. pestate supini stertimus, si nequissimi Satanę consilia non obseruamus ac fugimus, qui vt aduentanti Christo, & irrumpenti passim Atheismo viam muniat, sicut Mariæ & Sanctorum ferias bona ex parte apud Nouatores sustulit, ita nunc reliquas etiam planèque solennes quæ Christo Domino dicatæ sunt, furiosè passim labefactare & prorsus abrogare contendit. Huc ille sua & Sectariorum expandit retia, quibus plerique paruuli, vt Scriptura vocat, facilè capiantur, si à semitis antiquis, quas nobis Propheta commendat, vel modicè digrediantur. Nos verò vti germanos Catholicos decet, reipsa probemus, quod non omni vento instar paleæ circumferamur, sed velut electum frumentum in area Dominica perstistamus, ac illi fidei, quæ sanctis, id est, ptioribus Christianis est tradita, sicut Iudas Apostolus monet, superedificemus. Faciunt interim aduersarij, quemadmodum Galli gallinacei, qui

Ephes. 4. Prouerb. 8. Hierem. 6. Ephes. 4. Matth. 3.

Iud. 1. Qui hodie segerât pro gallis gallinaceis.

Epilogus hi-
storiæ Mariæ.

post quàm ab aduersariis superati ac profligati sunt, in suo sterquilinio glocitant, ac tantum non pro victoribus sese gerere solent.

HABEMVS igitur (nam hìc tandem riuuli claudendi sunt) quæ ad Virginem nostram non solum ab Angelo salutatam, verum etiam in Dei matrem cooptatam & assumptam pertinent, quantum de his quidem grauissimis rebus cõtra Ecclesię hostes disserere nostræ licuit tenuitati. Miranda fœcunditatis prerogatiua, quod talis talem taliter genuit. Talis, inquam, Virgo ante partum & Virgo post partum. Talem, dico, sanctum nempè Sanctorum, vnicum matris Virginis Filium, vnigenitum Dei Patris, Deum & Dominum maiestatis. Taliter demùm, vt Angelo annunciãte, Spiritu sancto operante, & virtute Altissimi obumbrante, vt Innocentij verbis vtamur. Iesu Christo Opt. Max. Redemptori, & Mariæ incomparabili Virgini matri in cælo terraque tum gratia, tum gloria.

In Encom. Mariæ Virginis.

FINIS LIBRI TERTII.

IN LIBRVM

IN LIBRVM QVARTVM DE MARIA VIRGINE, ET SACROSANCTA DEI GENITRICE,

PRÆFATIO.

Esai 8. Rom. 9. 1. Petri 2.

In serm. 1. de annuntiatione Mariæ.

Esai. 16.

In vrat. de Prophetis Simeon.

Luc. 2.

Genes. 4.

SVMMA libri quarti, quem nunc Christo duce aggredimur, nobis in eo consumetur, vt sacri Euangelij loca, in quibus Mariæ Deiparæ causa describitur, à Nouatorum corruptelis atque calumniis vtcunque vindicetur. Quod enim de Christo Domino prædictum est fore, vt is quamcumuis per se probatus, electus & preciosus lapis, plerisque in lapidem offensionis ac petram scandali conuertatur, idipsum de nostra quoque Virgine, quamlibet sancta & immaculata, non perperam accipi potest. Nam & nobilis ille Bernardi discipulus Guarricus admonet, petræ nomen in Mariam rectè competere, vt quæ in amore integritatis proposito firma, affectu solida, sensu quoque ipso aduersùs illecebram peccati tota insensibilis fuerit atque lapidea. Quam Petram Esaias, adeoque vetus Synagoga desiderans dixit: emitte Agnum Domine dominatorem terræ de Petra deserti. Hoc est, Abscinde petram de petra: sanctum & inuiolabilem sancta & inuiolata proferat virginitas, & eiusdem Guarrici verbis vtamur. Notat præterea Timotheus presbyter Hierosolymitanus, non modo Christum, sed Mariam quoque signum, cui contradicitur, ob infestos nimirùm vtrique personæ frequentes aduersarios, verè nuncupari. Ac de Christo quidem Domino dubium non est, quin eius verba & gesta, quæ in euangelio scripta legimus, capharnaitas & Iudæos primùm, ac deinde ethnicos & Hæreticos sæpè multumque offenderint, vt haud temerè Simeon iustus, quùm Mariæ filium in templo suauiter complecteretur, in ruinam & signum contradictionis illum esse positum asseruerit, quemadmodum hactenus omnes ætates ecclesiæ plus satis experiuntur, ac res ipsa toto orbe testatur. An verò tantundem Marię matri non accidit, contra quam velut alteram, vt diximus, Petram tot coniurati hostes incurrunt, quot pro sua libidine sacra euangelij testimonia de illa conscripta iam olim sceleratè deprauarunt, ac etiamnum deprauare contendunt? cuiusmodi Mariomastiges morem aranearum mihi referre videntur, quæ in hortum amœnissimum, herbisque salutaribus refertissimum subinde arreptã, non fructum inde colligunt, & in aluearia recondunt, id quod industriæ apes facere solẽt, sed pro sua iudole praua venenum è floribus exugunt, nouáque sibi arma comparant, quibus infirmiora deinde configant & perdant animalcula. Ita enim qui Deiparæ causam sibi oppugnandam sumpserunt, è spirituali diuinę Scripturę Paradiso, in quo serpens etiam vnà cum semine suo versatur, præterquàm quòd bonam frugem non reportant, sacra etiam verba peruersè decerpunt: quibus ad Marianę virtutis ac dignitatis iniuriam, apud imperitos saltem ac simplices, abuti posse videantur. Nam qui totius pudoris & christianæ reuerentiæ metas semel transgressi sunt, si antehac vnquam, eo temeritatis nunc maximè prolabuntur, vt in diuinas literas irrumpentes, & rebus & personis euangelicis quantumuis illustribus, vim manifestam inferant, ac virgam sibi censoriam in sacra ferè omnia prefracti audeant vsurpare. Idque tantò impudẽtius factitant, quod (sicut sæpè questi sumus) grauissim φιλαυτίας morbo occupati, cęteros omnes in verbo Dei cæcutire & hallucinari, seque solos ferè sapere, ac rectè probare spiritus, vanissimè arbitrentur.

Christus lapis preciosus simul & petra scandali.

Maria petra dici rectè potest, & ab Esaia sic dicitur.

Maria quoque signũ est contradictionis.

Mariomastiges more Aranearum sequuntur.

Plerosque in sacras literas impudenter hodie irrumpere, sibique præsidere in illis intelligendis.

Cæterùm hic liber non obscurè monstrabit, quàm infeliciter cum istis agatur, qui vt euangelica loca corrumpant, duros se & iniquos matri Mariæ censores, aut momos potiùs præstare consueuerunt, dum suę in verbo Dei interpretando libidini magis indulgere, quàm illustrandę

Contra quos hoc libro quarto maximè disputętur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

veritati dare operam pergunt. Etenim si aduertat animum Lector, mira & communis istorum licentia, ne dicam insania est, Mariæ dictis & factis conuellendis atque deprauandis incumbere, velut hoc vnum studiosè caueant, ne de tali tantáque Virgine nos adeò reuerenter ac sublimiter, quemadmodùm ab optimis & prudentissimis nostris maioribus didicimus, sentiamus, loquamur ac pronunciemus. Quo minus mirari conuenit, Sanctos alios, quantumuis ecclesiæ calculo cohonestatos, à nouis etiam sectariis virulenter appeti, maledicéque proscindi, quando ne illi quidem parcitur Virgini, quæ citra controuersiam vna omnium electorum post Christum sanctissima probatissimáque semper est habita, & vbi de vitiis agitur, omni maior est exceptione. Adeò nunc vigilat ac furit Apocalyptica bestia, vt partim per se, partim per suos satellites omnem blasphemandi artem & operam adhibeat, & Deo Deique tabernaculo, Sanctisque omnibus immane bellum intentet: præcipuè verò, vt mulierem illam Sole amictam vna cum suo Filio in solitudinem fugere compellat. Hoc autem vnum Lectorem oramus, vt ne molestè ferat, quod in quibusdam Euangelij locis & historiis excutiendis, vbi sese offert occasio, fortè quibusdam nos longius hærere, ac tardius progredi videamur. Huc enim impellit partim propositi argumenti maiestas, dignitas ac venustas, partim insignis Aduersariorum petulantia, que longiorem confutationem desiderauit, ac denique multorum imbecilliorum, qui fortassis hæc potissimum legent, simplicitas & imperitia, sic nostrum excitauit & prouexit calamum, vt maiorem in explicando lucem & vbertatem adferre coegerit. Faxit æterna Bonitas, summaque Sapientia, quæ habitat in excelsis, vt hic quoque liber, qui ad verbi Dei corruptelas detegendas maximè pertinet, veritatem Catholicam ritè defendat, Virginisque nostræ causam oppugnatam legitimè vendicet, ac simul honestæ Lectoris expectationi vtcunque satisfaciat in Christo Iesu Domino nostro.

Nũ modo Mariæ, sed & Sãctis aliis maledicos obtrectatores aduersari hoc tempore.

Apocalyptica bestia per se & suos ministros in Dei tabernaculũ & Sãctos euomit blasphemias.

Cur nonnulla in hoc libro ſõgiorem habeant tractationem.

SEQVENTIVM

Capitum cum suis argumentis, Index.

i. Mariam iniquè prorsus, vt in fide imbecillẽ, infirmam ac infidelem à Nouatoribus reprehendi, eamque sine omni vitio, imo cum sapientiæ laude Angelo respondisse: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.

ii. De Mariæ fide sublimi atque perfecta, contra Lutherum, quodque Christum Deum circa suum puerperium plenè cognouerit, quantumuis Erasmus tergiuersetur.

iii. De historia Deiparæ cognatam Elizabeth visitantis, quæ multis modis illic commendetur, nobisque prædicanda & imitanda proponatur.

iiii. De variis Nouatorum corruptelis, quibus eadem Lucæ historia & Mariæ causa hoc seculo miserè deprauatur.

v. De præstanti multisque modis commendabili Mariæ Cantico, quod vulgo Magnificat dicunt, ac in eo personam Cantatricis mirabiliter elucere.

vi. Variæ & graues corruptelæ à nouis doctoribus aduersus Mariæ Canticum hoc seculo inuectæ indicantur atque profligantur.

vii. De Mariæ dicto: Respexit humilitatem ancillæ suæ, in quo multùm Deiparę detrahunt Nouatores, ne illi laudem veræ & perfectæ humilitatis concedere videantur.

viii. De vera virtute humilitatis, quæ matrem Domini maiorem in modum commendet ac illustret, quid præterea Virgo ex ædibus Zachariæ digressa, ad suum vsque partum egerit.

ix. Quomodò Maria cum Ioseph in Bethlehem profecta, & omnium ædibus exclusa, multisque ærumnis exposita, Christum genuerit salua virginitate: qualem præterea se nato Filio exhibuerit, quantamque cùm eo paupertatem fuerit perpessa.

x. Defensio Catholicæ consuetudinis in Christi feriis natalitiis solenniter celebrandis, quas hodie abrogant Caluiniani, quasque alij Sectarij adscribunt Catholicorum hypocrisi. Item refutatio eorum, qui Mariam in partu mansisse Virginem negant, quique de Christi & Mariæ in Bethlehem paupertate perperam sentiunt.

xi. Quomodo Maria puerperij sui tempus exegerit, ac de illius purificatione, quando suum primogenitum obtulit in templo Hierosolymitano. Quid præterea circa personas alias in hac Euangelica historia sit considerandum.

xii. A veteribus nouisque Sectariis varias inuehi corruptelas, quibus historia Euangelica de purificatione Virginis deprauetur. Ac præterea de veteri solennique more in Ecclesia cereos deferendi, quum purificatæ Virginis memoria in templis Catholicis publicè celebratur. Præterea in præsente historia non pauca reperiri, quæ ad Mariæ commendationem spectent.

xiii. Affectus humanos, ac præsertim gaudij, in Maria Domini matre laudabiles extitisse, eosque variis modis ex Euangelio demonstrari.

xiiii. Nimium acerbos & procaces esse Nouatores, qui matrem Domini ob amissum triduo Filium supra modum doluisse, ac improbis affectibus succubuisse contendunt.

xv. Deiparæ falsò imputari, quod puerum Iesum duodennem amittens peccarit per negligentiam, quodque idcirco cum Eua conferri mereatur.

xvi. De Marię & Euæ iusta collatione, sicut veteres illam tradiderunt.

xvii. Vanam & falsam esse sententiam Nouatorum, qui Mariæ tribuunt expostulationis, & commoti animi vitium, quando suum Filium duodennem in templo compellauit.

xviii. Mariæ dignitatem ac perfectionem in dubium temerè idcirco vocari, quod Christus in templo illam duriùs alloqui videatur, dicens: An nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Item de illis Lucæ verbis: Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

xix. Mariam indignè culpari, velut turpi & reprehensibili ignorantia laborarit, etsi non omnia quidem nouerit ac intellexerit, & præsertim quod illi Christus in templo Hierosolymitano respondit.

xx. Aduersus nouos calumniatores Maria defenditur, vt quæ in nuptiis per muliebrem & ambitiosum affectum nihil peccauerit, nec filij sui reprehensionem vel obiurgationem promeruerit, multis alioquin nominibus ob eandem historiam commendanda.

xxi. Mariam ambitionis & importunitatis, præsertim à Brentio, immerito accusari, eò quod alios Cognatos secum adducens, ad Christum docẽtem accedere, eumque compellare vellet.

xxii. De sensu verborum Christi: Quæ est mater mea? neque idcirco Mariam à Filio negligi, pude-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri, reiici vel abnegari, vt Nouatores audent comminiſci.

xxiii. De triplici genere cognatorum Chriſti, quos omnes Maria excelluit, carne ſimul & Spiritu perfecta Domini mater.

xxiiii. Quas ob cauſas Chriſtus in Euangelio Mariam parcè laudet, ac duris etiam verbis alloqui videatur: & hoc exemplo multa hominum genera de rebus grauibus admoneri.

xxv. Defenſio mulieris Euangelicæ, quæ Mariam coram Chriſto & turbis palàm celebrans dixit: Beatus venter, qui te portauit. Ac de eodem loco aduerſus Nouatores, ſed præcipuè Caluinum, diſputatio: cum annexa illorum cõfutatione, qui Euangelica dicta de verbo Dei cuſtodiendo, & de Patris voluntate facienda corrumpunt.

xxvi. Eiuſdem mulieris aduerſus Lutherum aliosque Sectarios propugnatio, & rurſus de verbis illis: Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud, admonitio. Item in matre Domini, plus quàm miniſterium nudum eſſe ſpectandum. Ac demùm multa in Deipara nobis etiam hodie celebranda & beatificanda reperiri.

xxvii. De gladio Mariæ Virgini prædicto à Simeone, ac de variis acerbisque doloribus, qui Virgineam eius animam pertranſierunt: nullam verò infidelitatem, aut in fide dubitationem in hiſce doloribus illi adhæſiſſe. Tùm de variis cauſis, quæ dolores & angores Mariæ maximos crearunt ob Filium.

xxviii. Expenduntur verba Ioannis: Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius, & quomodo veteres illa intellexerint: hinc Mariam ob ſingularem erga Filium compaſſionis affectum meritò commendari, & Martyribus non eſſe inferiorem, multumque promeruiſſe.

xxix. Quo iudicio legendi ſint Patres, ſicubi Mariæ Virgini parùm eſſe propitij, vel dignitatem imminuere videantur: quid præterea veterum teſtimoniis quæ obiiciuntur, à Catholico reſpondendum ſit.

IN DEIPARAE VIRGINIS SOLE CIRCVMDATAE ICONEM.

PHILIP. MENZELIVS FACIEBAT.

AGNOSCO rutilam biſſeno ſidere frontem:
Et pedibus preſſæ variantia cornua Lunæ:
Agnoſco (nec fas oculis ſubſiſtere contrà)
Vndantes radios, Solisque coruſca ſereni
Spicula, diuinam circum vibrata parentem.
O rerum decus, ô minor vno Numine tantùm,
Mater virgo, tui quis non geſtamen amictus,
Inſolitum ſtupeat que? & veſte hac nôrit ab ipſa,
Te, laudesque tuas? At enim (ſi ritè reuoluo
Singula) quid mirum, roſea te luce comantem
Sic toto iactare faces de corpore miras,
Cui lux illuſtrans lucem admirabilis omnem.
Sol melior, Sol viuus ineſt: & pectore caſto
Tralucet, vaſtumque rigat ſplendoribus orbem?
Ipſa tibi calcata pedes, variabile ſidus,
Luna ſubit. Longè nimirùm te iacet infrà,
Quod fluxum eſt. Patiturque vices mutabilis æui
Incertas, ac lucis inops huc errat, & illuc.
Vſque adeò rerum te conditor ille Supremus
Secretam macula, & primæuæ labe parentis,
(Necdum mundus erat) legitque, almoque fauore
Accumulans, ſibimet numero perfecit ab omni.
Idem etiam cæli prælatam gentibus vnam
Omnibus, & tota Diuum extulit altius aula:
Flammantesque ſupra Cherubos, Seraphoſque locauit.
Quid, quæ ſidereum ſtellæ ter quattuor ornant,
Innectuntque caput, plexa de luce corona?
Hæcné ſacros ſignant biſſex myſteria vates?
Vates fatidicos, de te ventura locutos,
Inprimisque tuo, dulci ſuper omnia nato.
Nanque ea Moſaicæ clariſſima ſidera legis
Huc paribus radiis, & aperto lumine vergunt.
Sic equidem reor, atque piis fas credere duco.
Eià age de facibus vel mille flagrantibus vnam
Comice Diua, mihi, & gelido ſub pectore verſans,
Degeneres curas, tardumque exure veternum,
Qui me multus habet, nimiumque ſoporat: humique
Lapſantem, & vanas prænſantem hinc indè tenebras
Erige Luce ſacra, tibi quam Sol aureus vltrò
Ille tuus pleno torrente hos fundit in vſus,
Omnia maternis ſolitus concedere votis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



LIBRI QVARTI EVANGELICA LOCA AD MARIAM VIRGINEM PERTINENTIA VINDICANTIS.

CAPVT PRIMVM.

Mariam iniquè prorsus, vt in fide imbecillem, infirmam ac infidelem à Nouatoribus reprehendi, eámque sine omni vitio, imò cum sapientiæ laude Angelo respondisse: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

Luc. 1

SINGVLARIS Mariæ prudéA tia cum ex variis Euangelij locis, tum ex illo sacro, nec satis vnquam laudato colloquio, quod in Nazareth cum Angelo Gabriele habuit, haud difficulter potest animaduerti. Vbique grauitatis & sapiéMaria prudentia in colloquio cum Gabriele habito elucens.
tiæ plena est eius oratio: nihil ábique magna ratione proponit & quærit: sed & animi sui sensa paucis explicat, tunc solum libetior & copiosior in loquédo, quum laudes diuino numini sunt decantandæ. Quis verò neget, veram loquendi tacendique artẽ, B vt per se pulcherrimam, sic in fœminis maximè desiderandam, tali personæ potissimum congruisse, imò & decus illi maximum addidisse? Cæterum vt intra dicti vel colloquij, vel dialogi septa consistamus, Gabriel Angelus non modò Virginem apprimè laudarat, sed & aduentus sui, susceptæque legationis causam exposuerat, Dei nempè consilium ac decretum esse, vt ipsa filium haberet magnum Emanuelem. Vbi Maria laudatorio illo sermone primum turbata, non delectata fuit, ac deinde modestissimè percunctari cœpit: Quomodo fiet istud, quo niam virum non cognosco? De quibus verbis C iam antè disseruimus, vt sanctæ perpetuæque virginitatis laudem & gloriam cum religiosa vouendi ratione coniunctam, & inprimis Mariæ debitam assereremus, vtque consonas veterum sententias, qui Virginem illam ex voto faciunt, aduersus Nouatorum garritus & sibilos defenderemus. Nunc illud excutiendum est, recténe philosophentur, qui ad optimæ Virginis insectationem eadem rapiunt verba, & nescio quam Marianæ fidei imbecillitatẽ inde colligunt, vulgóque contemplandam in suis libris exhibent.

Gabriel Angelus legatione sua functus.

Propositio de re controuersa.

Tam enim petulans est Sarcerius, vt præsentem D Mariæ sermonem hoc scholio, imò conuitio excipiat, *Verba*, inquit, *ipsissimæ rationis, quæ nihil percipit eorum quæ sunt Dei*. Adscribit deinde Apostoli sententiam: Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus. O virum spiritualem Sarcerium, qui tàm bellè de Maria, vt animali homine, audet pronunciare. Sed grauis & acutus censor hæc etiam adiicit: *Proponit locus nobis exemplum infirmitatis, dubitationis & ignorantiæ in Maria, quæ verbo & operibus Dei ab Angelo reuelatis, ex rationis & humanæ sapientiæ argumentis se opposuit.* Tum idem Lucæ tractans Euangelium, vt Mariam vexare pergat, exemplum infirmitatis, infidelitatis, subdubitationis & ignorantiæ in Virgine hoc loco monstrati asserit, quæ iudicio rationis perculsa, verbis Angeli non crediderit. Addit & illud, quod magis est horrendum audire: *Maria typum gerit omnium hominum, qui natura se opponunt verbo, rationis & humanæ sapientiæ argumentis.* In feriis Annunciationis Mariæ. Concione 1.

Quod porro respondet Angelus, eo detorquet hic Euangelicus scilicet interpres, vt dicat reuocari Mariam à rationis argumentis, ab infirmitate, infidelitate, subdubitatione & ignorantia ad fidem, vt credat verbo. Accedit porro Leonardus Culmannus, & eodem ferè penicillo, quo vsus est Sarcerius Matrem Domini audet depingere, quãdo ad Deiparam infamandam pro concione his putidis vocibus destomachatur: *Maria* (hæc Angeli verba) *iudicio rationis & sensu assequi non potest: Quomodo Filium possim concipere & parere, siquidem virum non agnosco? Est infirma & infidelis: non enim credit verbis Angeli, subdubitat, eaque plane ignorat perculsa iudicio rationis. Est exemplum eorum hominum, qui natura se opponunt verbo, argumentis rationis & humanæ sapientiæ. Sic & Ioannes Baptista oppositit se Christo.* Tam pulchrè Culmanno cum Spangenbergio suæ impietatis socio conuenit, dum ambo de Mariæ fide sic garriunt, vt ex eadem (quod aiunt) fidelia eundem dealbare, imò vero denigrare parietẽ velle videantur. Bone deus, quàm infeliciter cum populo ab hisce doctoribus instituto agitur, quorum exemplo etiam leuissimi homines discunt & assuescunt de Maria Domini matre, & Ioanne Baptista Christi præcursore, id est de sanctissimis & omniũ celeberrimis in sacra Scriptura personis, tam indignè sentire, tam futiliter loqui, tam improbe pronunciare, vt existimem sane, quod & res ipsa testatur, immanissimos Turcas non impune laturos esse, si quisquam in Iesu Nazareni matrem adeò procaciter debaccharetur. Horũ verò Pseudoeuangelicorum insaniam, ne furorem dicam, paulo post fusius coarguemus.

Calmanni sententia de dicto Mariæ sermone.

Miserãdus populus, qué isti diè Sabbati docent. Sanctis præcipuis maledicere vel obtrectare.

Turcas Pseudoeuangelicis in iudicanda Maria modestiores & æquiores esse.

Sunt quos libido incesserit, alia quadam via: nec tamen dissimili fraude, hæc ipsa Virginis nostræ verba deprauandi. Nam Georgius maiòr iudicat, Mariam humanæ rationis cogitationes ac disputationes adhibuisse, neque soli verbo Dei, quod annunciari audiuerat, innixam fuisse, nec ei firmissimè sine vlla disputatione vel hesitatione credidisse. Eadem est Georgij Æmilij sententia, qui Virgini matri nihilo se præbet æquiorem. Quid enim docerẽr, quid creparent discipuli aliud, quam quod à suo dilecto Magistro, siue vt ipsi vocãt, Reuerẽdo patre

Quomodo Georgius Maior & Georgius Æmilius eandem Euangelij locum exponant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luthero traditũ acceperunt? cum præsertim in eius verba quodammodo iurasse videatur. Cæterũ vt is Mariam omninò vulgarem fœminam faciat, & sicut affectibus, sic etiam fide imbecillem ostendat, inter cætera quidem hoc modo concionatur: *An putas Mariam nullam impressionem in corde suo sensisse? nequaquam. Ipsa profecto in se incredulitatis sensum quendam & insultum habuit: alioquin non interrogasset ac dixisset: Quomodo erit istud? quandoquidem virũ non agnosco. Quare & Angelus cum ea blandule agit, peramice loquitur, & eam fulcit.* En tibi, quam petulanter in Mariam insurgit Lutherus, cum illi tenuem adeo & vacillantem fidem tribuit, cùmque fidei nescio quas tentationes & incredulitatis insultus, ac mentis tam malè constitutæ statum in Virgine matre speculatur, & ab omnibus docet considerari.

Lutherus Mariam eiusque fidem calumniatur.

In Postillã circa Euangelium in festo Annunciationis Virginis.

Quid ergo iam supereſt quæso, nisi vt censoribus quidem Luthero & eius sodalibus, innocentissimam Virginem improbæ & infelici Euæ, quæ de verbis diuinis ex suggestione Satanica dubitauit, vel conferamus, vel exæquemus? Errauit ergo sanctus & sapiens Angelus, qui Mariam paulo ante non suo tantum, sed & sanctissimæ Trinitatis legatis nomine tam honorificè compellarat, tantique faciendam esse significarat: vt dubium esse non posset, illam gratia plenam, & inter mulieres benedictã omnibus esse censenda. Quod si ex aduersarius vnũ libet audire, Franciscum Lambertum proferam, cuius testimonio Angelus Mariam salutans hoc dicere voluit, vt eam Deo summè gratam, suauissimã, dilectissimam, simúlque ipsi Deo, Angelis & Sanctis eius maximè placentem ostenderet. Quomodo autem gratia plena & abundans, vel Deo insigniter chara esse queat, quæ statim post, eodem in loco atque colloquio tam leuiter ab hac ipsa laude desciuit, & in fide tàm torpiter fluctuauit, quæque sub tali magistro Gabriele tàm indocilem ac rudẽ discipulam se præbuit? Cur iterum inter mulieres omnes benedicta, hoc est, iuxta Bullingerum in genere fœmineo vniuerso laudatissima, vel sicut Bucerus fatetur, donis Dei præ mulieribus aliis nobilitata prædicetur, quæ alioquin à Iudith, Elizabeth Anna & reliquis id genus matronis ob fidem laudatissimis, nec vllo modo vacillantibus longè superabatur? Demum quæ languidæ & vacillantis fidei pars quis omninò incredulitatis sensus vel indicium posset in illam cadere, cui Spiritus firmissimũ sulcus posset in illam cadere, cui Spiritus firmissimũ hoc testimonium præbet: Beata quæ credidisti, fide vtique non ficta, non dubia vel inani, sed sincera, sed constanti, sed inconcussa, perfecta & solida, fructuum optimorum feraci, quæ malum omni ex parte vincebat? & bonum omne per dilectionem incredibiliter operabatur? Ac sanè probabilis illorum est sententia, qui putant singularem Mariæ fidem, si vsquam alibi, tum hoc ipso loco potissimũ effulsisse, adeóque ipsi etiam Angelo admirationi fuisse, quum tam multa inaudita, naturæ vim hominúmque captum excedentia, & illis quidem tẽporibus incredibilia mysteria concurrerent, quæ tamen Virgo ob vnius personæ dictum fide firmissima complecteretur. Nunciabat enim Angelus Deum fieri mortalem hominem, Deum de fœmina nasciturum, Virginem sine viro concepturam, Deũ pariturum, & Virginem simul permansuram, postremo pauperis matris filium, incomparabilem orbis fore Monarcham, Regémque sempiternum.

Nouatores quidam Mariam laudant atque defendunt contra superiorum inuectationẽ.

Mariæ fides firmum habet testimonium Spiritus sancti.

Luc. 1

Mariæ fidem præseos locus Lucæ cõmendat, non extenuat.

Hæc nos quidem inde ab incunabilis & discimus & audimus, multisque modis ac ætatibus, vt longè certissima veritissimaque comprobata tenemus: sed quæ diligenter animaduersa, vel ab aliis explicata, nouum sæpè stuporem nobis ingenerare & excitare consueuerunt. Eóque rarior & commendabilior Mariæ fides extitit, quæ cum primum ab Angelo isthæc expolita percepisset, ac simul sanctissimæ Trinitatis mysterium proponi audiuisset, nihil aut dubitat, aut scisciatur, sed è vestigio se toti summique intellectum Deo subiicit, nec aliter Gabrielem quam Deum ipsum loquentem reuerenter audit, plenáque fide comprehẽdit omnia, quæ supra modum ardua & ferè incomprehensibilia videbantur. Vnde Lutheri discipulus Ioannes Agricola, vt reliquos præteream, non perperam certe Mariæ fidem hoc ipso loco vel maxime nobis esse spectandam admonet. Sic enim scribit: *Colloquium Angeli cum Virgine pre aliis locis hunc habet insensorem, quod potuerit verbis Angeli tanta, & tam sublimia nunc antes consentire Virgo, vt Angeli persuasione inducta, omnino conceperit eam fiduciam, vt se Matrem Domini (id quod alicubi in Virgine admiratus est Bernardus quoque) futuram crederet. Maius est omnino potuisse credere Virginem, vt fieret mater, quam quod mater facta est. Spiritu prius, quam corpore facta mater.*

Ioannes Agricola.

Nullum igitur sensum & insultum incredulitatis admisit nostra Eua, quæ, vt priori Euæ prorsus se dissimilem ostenderet, eius perfidiam atque inobedientiam cum perfecta fide & summa obedientia felicissimè commutauit. Nec enim solum Deum in Gabriele loquentem audiuit, sed etiam audito Verbo libenter cõstantérque credidit, ac se totam, vt promptissimam Domini ancillam, summo mysterio in se perficiendo statim obtulit & accommodauit. Inanis ergo fœdáque Lutheri ac aliorum est garrulitas, qui tantam lucem, id est, certam & exploratam Mariæ fidem vel extinguere nobis, vel obfuscare conantur. Fingant licet, Matrem Domini aut noluisse, aut non potuisse Angelo credere: somnient Gabrielem blandulum fuisse concionatorem, cuius confirmatione dubius & imbecillis fœminæ animus fulciri debuerit atque sustentari: nos friuola & ridenda potius, quàm cõfutanda istha hæc commenta suis relinquamus authoribus. Nam pij & prudentes omnes facilè iudicabunt, horum nugas tum Scripturæ, tum rationis pondere destitutas, & execratione potius, quam responsione dignas iudicari & explodi penitus oportere. At posteà de Mariæ fide, quæ nunquam satis laudata est, nec pro dignitate laudari ab vllo queat, plura in medium adducemus.

Nouatores.

At vero tanta est Sarcerij & Culmanni præteris maledicentia, qui Mariæ fidem & famã atrociter impetiuerunt, vt ad eam asserendam plura subiicere debeamus. Vix enim intelligo, an labe vlla turpiore, & crimine grauiore purissimã beatissimámque Virginem aspergere & inquinare potuerint, quàm quod illi probrosam infirmitatem ac dubitationem in fide, imò & infidelitatem, peccatum vnum omnium detestrimum atque pernitiosissimum, palàm ascripserunt. Neque hanc tam infamem notam illi inusisse contenti (ô insana capita) quorumlibet verè carnalium & impiorũ Deique verbo aduersantiũ typum & exemplũ in Maria Virgine statuunt, & vulgo considerandã proponũt.

Ergóne

Ergóne Sarceri, Mariæ imitatores tibi videntur, qui contra verbum & opera Dei luctantur, séque rationis & sapientiæ humanæ argumentis muniunt, & in his quæ ad religionem pertinent, iudicium carnis potius, quam fidei lumen sequuntur? Quod si ita est, accedant duræ ceruicis Iudæi, veniant perfidi Hæretici, adsint etiam sanguinolenti Ecclesiæ persecutores, cateruatim denique omnes impiorum cohortes in Christianorum perniciem tot seculis sæuientes sese conglomerent. Quid? vniuersam hanc & funestam Satanæ Synagogam cum Matre Domini sanctissima componetis? Pro Deum immortalem, quàm est pudenda istorum hominum vanitas! quam execranda licentia! quam multis suppliciis vix expianda blasphemia: vtpote quæ non in Matrem tantum conijcitur, sed in Filium etiam Dei simul & Virginis quodammodo redundat. An hoc est Euangelium pro dignitate tractare? imo vero Euangelium prodere, & per illud Virginem post homines natos lectissimam insigni contumelia dedecorare. Eam dico Virginem, ad quam veluti laudatissimam filiam, hunc tãtum legatum Pater æternus demisit, quam se dignam habere Matrem voluit Filius Dei, quam Spiritus sanctus vt sponsam & amicam vnam omnium charissimam, ab omni æternitate delegit, & inde à prima infantia tot tantisque donis cumulauit, nullus vt è Sanctorum numero nitidior, excultior, admirabilior vnquam fuerit, aut nunc etiam esse possit.

Impium est eam Virginẽ dedecorare & contumaciam Mariæ in Dei verbo fidem eommẽ dationem.

Didi Mariæ inimatores in illud crimẽ incidit, quod de alijs fingere volebant.

Eqvidem nihil vereor pronunciare, obiecta hæc Mariæ probra in istorum Aristarchorum capita sine iniuria retorqueri, cum apertum exemplum fœdæ imbecillitatis, non ferendæ dubitationis, crassæ nimium arrogantiæ, obstinatæ malitiæ, castigandæ sycophantiæ, ac horrendæ demum infidelitatis re ipsa declarent orbique testentur. Qui velut iusto Dei iudicio in sensum reprobum traditi, nec iam sanctæ fidei, nec rationis humanæ nedum diuinæ sapientiæ argumentis ducuntur, ac nihilo secius, vt suo impuro impióque fermento Mariæ nitorem contaminent, Dei verbo, Dei Ecclesiæ, Dei ministris & organis sese impudenter opponunt. Quem vero huius procacitatis insaniæque suæ fructum infelices demum reportabunt, dũ & Mariam Dei verbo, & Baptistam Christo aduersari voluisse confingunt? eum certe, quem contra stimulum calcitrantes, & in cælũ ipsum, vt dicunt, expuentes, vel in petram durissimam impingentes suo malo maximo, & cum iustissimo aliorum probro reportare consueuerunt. Quid tandem Sanctis aliis hi Momi largientur, imo quæ crimina illis affingere non audebunt, qui præstantissima Christi membra, Ecclesiæque lumina, & cælestis patriæ ornamenta præcipua tam virulentis linguis & calamis appetunt, tamque horrendis probris incessunt? Deum Opt. Max. ex animo precor, vt blasphemis, id genus impiisque Scriptoribus imperet, hósque cæcos tot mille cæcorum duces in viam aliquando reuocet, ne in hoc pessimo docendi fallendique instituto ad suum & commune multorum exitium perseuerent. Nam qui summum infidelitatis probrum in Dei Matrem inculpatissimam scelerate iaciunt, quique crassum carnis iudicium, aut stultam hominum sapientiam illi Virgini, quæ sapientia Sanctos omnes præcellit, imo quæ ipsum sapientiæ ducem & authorem orbi peperit, audent attribuere, fieri certe non potest, quin illi summo crimini obligati & numen iratum, & cruciatus inexplicabiles demum experiantur. Quis vero prudens non facile intelligat, sistiusmodi doctores de sua quidem & Magistri Lutheri quàm de Mariæ fide & sapientia præclarius existimare, perinde ac si vere ipsi sint Euangelicæ fidei præcones & vindices, Maria vero Dei verbum aut nesciat, aut excutiat, aut negligat constanti nempe fidei verbi Dei destituta, iudicio autem rationis & sensu in fidei rebus decepta, nec solum ignorans & infirma, sed etiam (horrendum dictu) infidelis effecta, quæ verbis Angeli, imo Dei non crederet, & ad Diabolicam illorum classem pertineret, qui se humanæ rationis & sapientiæ præstigiis sinunt deludi, atque ita quod omnium est deterrimum, Deo Deique verbo resistunt.

Vitia fructus & finis ex aduersariorum præcepti pœna consequentur.

Quid igitur sibi volunt hi noui Theologastri? tanta enim rei indignitas me nec tacere, nec mitiorem, nec breuiorem esse permisit. Ergóne quam generationes omnes in omni Ecclesia beatam, & fide beatam prædicant, quæque primam sinceræ fidei laudem in Euangelio consecuta est, eam ipsam generatio hæc praua & adultera fide spoliabit ac exuet, vt primum etiam iustitiæ ac felicitatis gradum, qui fide comparatur, Mariæ aliquando defuisse credamus? Hoc certe nouum est plane paradoxum, quod plurimis aliis nuper excogitatis, si velint Nouatores, per nos quidem adiungant: hanc puritis scilicet doctrinæ partem sibi suisque discipulis retineant, adeóque pro expresso Dei verbo venditent. Neque sic tamen efficient, Christo bene propitio, vt de perfecta Mariæ fide vel male suspicandi, vel aliqua ex parte dubitandi locum reliquum faciant Orthodoxis.

Indignũ prorsus, Mariæ fidem in dubiũ reuocare, ac illam infidelitatis accusare

Qvid, quod nobis etiam tacentibus suos habet Maria defensores, nec solum venerandos Ecclesiæ Patres, quorum sententias posteà proferemus, sed ex ipsis etiam aduersariis non infimos Duces, à quibus in præsenti causa sic excusatur, atque ab omni vitio liberatur, vt horum accusatio consistere & valere non possit, qui tàm sacræ Virgini non solum dubitationem & ignorantiam, sed sensum etiam peccatúmque infidelitatis impingunt. Haud postremi nominis apud istos est Brentius, qui de proposito Mariæ sermone sic iudicat: *Hæc non sunt verba incredulitatis, qualia fuerunt Zachariæ, sed sunt verba quæ proficiscuntur ex admiratione filiali dei. Non enim dubitat Maria de certitudine verbi Dei, quod ex Angelo audierat, sed dubitat de modo, quo promissa implenda sunt.* Ac iterũ: *Vt hæc verba nũ sunt incredulitatis, ita nec sunt curiositatis, sed potius necessitatis, vt videlicet Maria pudicitiæ suæ obseruantissima discat, quid sui sit officij, quid agendũ sit, vt promissus filius in vtero ipsius concipiatur.* Porro Spangenbergius, velut triarius in suo exercitu miles, plus etiam quàm Brentius, Mariæ largiri dignatur: *Hæc verba*, inquit, *non sunt incredulitatis verba sed* (obserua quæso Lector) *præstantissimæ fidei. Nihil dubitat prorsus de verbo Dei, quod sit mater futura, & nihilominus virgo mansura, & non solũ mater simpliciter, sed Mater Dei: id illis præter opinionẽ auditur & admirabile videtur. Etenim nullũ eius rei in toto orbe habet exemplum, in nulla creatura, vnde argumentum fidei & solatiũ habuisse: quasi dicat, Verbis tuis credo & persuasum habeo esse verisimile: nec me latet id ab Esaia*

A Aduersarios sic de suorum fide iudicans, vt illos in fide præponant Deiparæ quodammodo.

Ex Nouatoribus quidam Mariæ fidem tribuũt & excusant cõtra collegas maledicos.

Hom. 6 in 1. cap. Luc. Brentij testimonium pro Mariæ defensione.

In Euangel. de Annunciatione Virginis. Spangenbergius quantum fidei hoc loco Deiparæ largiatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædictũ. Si verò ego ta sum virgo, dic mihi: Quomodo fiet istud? Tum Bucerus, Pellicanus & Bullingerus, vt alios præteream, Mariam omni vitio liberant, eiúsque verba, vt diximus, ad propositum & sollicitudinem de conseruanda virginitate volunt accõmodari. Proinde illorum sententia nõ postulat ab angelo signum, quemadmodum fecerat Zacharias, sed rei gerendæ modum duntaxat, verecundè simul & prudenter inquirens cupit cognoscere, perindè ac si dicat: Hæreo, quo pacto eius mattem fieri me oporteat, an coniunctione viri, cum quo, vt statui, nulla mihi vnquàm erit connubij consuetudo, an alia fortasse ratione diuiniore. Nec perperam dixit Zuinglius, *Rem ipsam credit Maria, de modo tantum interrogat, quod arguit eius integritatem. Nam hinc claret, virginem Mariam nulli vnquàm viro fuisse commixtam, & fœtum ex Spiritu sancto esse. Zacharias in re & modo dubitat.*

Esaiæ 7.

In explicatione Lucæ cap. 1.

Quomodo ab aliis Nouatoribus Mariæ causa hoc loco defendatur.

Lucæ 1.

In 1. c. Luc.

Detectio vanitatis Caluinianę, qua locus præsens & Mariæ causa impugnatur.

ET hactenus quidem illi commodè satis, vt etiá aduersariis tum veritas confirmetur, tum sua Marię dignitas ab hostibus violata & surrepta, ab eorundem sociis aliqua ex parte restituatur. Quid vero Caluinus? hunc manu vna lapidem, & gladium altera gestare, vt vulgò inquiunt, non iniuria dixeris. Principiò enim non magnoperè laborandum censet, vt Mariam purgemus ab omni vitio, videri eam non minus maligne restringere Dei potentiam quàm prius Zachariam. Vbi bis peccat hic nefarius calumniator: primum quidem, quòd sanctissimam Virginem ab omni peccato semper eximendam, vt Augustinus docuit, & à nobis anteà probatum est, indiscriminatim peccatoribus aliis velit aggregari: deinde verò quòd eandem Zachariæ in vitio vel incredulitatis, vel curiositatis conferre non pertimescat. Sed iam velut de sua seueritate remittat Caluinus, & æquior videri velit Virgini, quanquam illi plus debebat concedere perindè ac de sublimi loco ista pronunciat: *Sciendum est Mariam non ita dubitare vel scisciari, vt sensibus suis Dei potentiam vel subiicere, vt æquare velit: tantum subita admiratione perculsa, ad mouendam hanc quæstionem rapitur. Quod autem obedienter amplexa sit promissionem, hinc colligi potest, quod cum multa occurrerent in contrariam partem, non nisi in vno hæsitat.* Ac tandem ita concludit: *Hæc quæstio fidei aduersa ideo non fuit, quia ex admiratione potius, quam ex diffidentia oriebatur.* Nónne hæc tibi satis esse videntur, si animum Lector aduertis, ad Lutheri, & aliorum hunc ducem sequentium impuras tetrasque calumnias amoliendas, ac insuper ad Mariæ fidem integram asserendam? Ex quibus omnibus nõ obscurè colligi potest, in vna eademque Lutheri familia non modò diuersas, sed & contrarias concurrere sententias, vt neque cum præceptore discipuli, neque Sectæ eiusdem socij hoc loco inter se congruere possint & conuenire. Sic enim iusto Dei iudicio Ecclesiæ hostes sæpe plectuntur, vt suis se gladiis mutuo iugulent, vtque mutua dissensione & perpetua concertatione se Babylonicæ turris potius strenuos ædificatores, quàm germanos diuinæ Scripturæ interpretes esse orbi testatum relinquant.

In harmonia Euang.

Libr. de natura & gratia ca. 36.

Genes. 11.

Nunc ad Patres vt sanctiores, ita meliores profecto sacræ Scripturæ explanatores accedo: qui plane testantur, Mariam in hac sua quæstione omni reprehensione carere, neque sicut Zachariam Baptistæ patrem, verbis Euangelicis diffidere voluisse. Qui Zacharias cum eodem Gabriele in templo est collocutus, sed tanto nuncio Ioannem filium sibi seni, & vxori tum seni tum sterili nascituram prædicenti non credidit, quandoquidem de naturali difficultate, seniorúmque coniugum imbecillitate, & diuturna sterilitate cogitabat, carnis nimirum iudicio impeditus, quominus diuinam potentiam & Angelicæ promissionis fidem in animum suum inducere posset. Quamobrem improuidus & præceps in verba curiosa & à fidei simplicitate aliena prorupit, vt ita sciscitaretur, Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Maria vero cum ex hoc ipso Gabriele pariturum se filium audiuisset, eúmque Messiam homine maiorem, & regem in domo Iacob æternum ex se nasciturum credidisset, nullum sibi signum exterum dari postulauit, neque rem impossibilem nunciari putauit, cum sciret se per ętatem procreandis liberis operam dare & parere posse, ideóque Angeli promissionem in dubiũ minime reuocauit. Hoc solum quærit, quod ex Prioribus Angeli verbis nõ intellexerat, quomodo sine viri commercio coniugalique congressu promissum filium conceptura & paritura esset, saluo interim decreto virginitatis proposito, sicut iam ante pluribus est demonstratũ. Quomodo igitur fiet istud, (sic enim dicere voluisse videtur) vt ego Mater efficiar, promissõque Filio gaudeam, quæ nullam viri operam ad liberos gignendos admitto, sed decretam virginitatem custodire certum habeo? An isthuc non erat summæ prudentiæ, vt in re tanta solicitè percunctaretur, nihílque vel temerè vel inconsultè cum suæ conscientiæ offensione ageret, sed voluntatem diuinã, qua nihil habebat antiquius, mox plenius inuestigaret?

Luc. 1.

Luc. 1.

Matiæ interrogationem laudandam, Zachariæ verò punitionem digna esse.

Matiã necessariũ fuisse adaũ procedere ad interrogãdũ.

Hom. 6. in Lucam.

Similiter de rem Mariæ Angelo significatã illud.

Recte igitur Augustinus inter Zachariam & Mariam (quod ad fidei rationem attinet) semel & iterum hoc pacto distinxit: Zachatias quando ait, Vnde hoc sciam, vel per quid hoc cognoscam, qui sum adeò cum vxore senex? desperando dixit, non inquirendo. Maria verò cum interrogat: quomodò fiet istud, quia virum non cognosco? inquirendo dixit, non desperando. Propterea illi (Zachariæ) dicitur, Tacebis, quia non credis huic verò causa exponitur, quia dum interrogaret, de promissione non dubitauit.] Sed & Ambrosius pro mimi Matrem defendit, ac fidei imbecillitatem in solo Zacharia ponit. Maria, inquit, iam de negotio tractat: Zacharias adhuc de nũcio dubitat, Negat ille se credere, qui negat se scire, & quasi fidei adhuc quærit alium authorem. Ista se facere profitetur, nec dubitat esse faciendum, quod quomodo fieri possit, inquirit.] Tum alibi haud temerè sanctum in Maria pudorem commẽdat, quæ præ verecundia non resalutarit Angelum, nec vllum ei responsum dederit, nisi postquàm de nascituro ex se Filio ab eo dem intellexisset. Ac tum quidem ita respondit vt qualitatẽ, inquit, effectus disceret, nõ vt formonem refelleret.] Nec dissimilis extat locus de Abraham magno illo credentium Patre, qui cũ terram Canaam sibi suisque posteris esse donandã audiret, diuino credidit oraculo, sed vt nihilo secius percũctaretur. Domine Deus vnde scire possum, quod eam terram sim possessurus? Cum quo Abrahæ dicto

Confirmatur dictum Augustini de fide Mariæ distinctum à de incredulitate.

Lib. 1. de Incarn. Dom. cap. 2.

Ex Ambrosio.

Lucæ 1.

Lib. de sancta Virginitate cap. 5.

Gregor.

Veteres Hæretici hodierno modestiores in Mariæ fide exagitan.

Collectio pij Aduersus multi Patres de ea re interrogati.

Lib. 2. de Abraham cap. 8.

Rupertus.

dicto rursus confert Ambrosius Mariæ verba, & ostendit, vtrobique de modo quæstionem esse, & Mariam quidem hoc velle dicere: Cum id quod naturæ est, non suppetat, quia non solet parere Virgo, quæ Viro non fuerit copulata, quæro, quomodo præter institutа naturæ possim generare?] Quocirca notauit etiam Antipater, Mariam hic Angelo non contradicere, sed per interrogationẽ quærere.]

Ex QVIBVS manifestum euadit propositum Mariæ sermonem non esse diffirentis, carnisque iudicio & rationi duntaxat humanæ obsequentis, & propterea illam ab exemplo quidẽ Zachariæ prorsus disidere, nullam vt mereatur reprehensionem, sicut ille, cui propterea velut male fido, nimiúmque rudi discipulo magister Gabriel diuturni silentij mulctam irrogauit. Pro eo, inquit, quod non credidisti verbis meis, ecce eris tacens, & non poteris loqui. Quanto autem prudentior, circumspectior, laudabiliórque Maria existimanda est, quę nihil aut temere dicere, aut in tanto negotio improuide facere voluit, ne omnino quicquam in diuina lege & voluntate perficienda negligere videretur? Adde, quod tantùm non cogebatur interrogare, vt iectum cõscientiæ suæ scrupulum explicaret, animíque sui tranquillitati conuleret, nos etiam tacitè admonens piæ sollicitudinis, quam ad Dei volũtatem tum exactè cognoscendam, tùm sedulò præstandam adferre debeamus. Vnde Brentius etiam, vt audiuimus, verbum hoc Mariæ non incredulitati, nec curiositati, sed necessitati tribuendum esse fatetur. Cùm enim certum & decretum illi esset, vt probauimus, cum Viro non congredi, nunc Matrẽ se fore audiés, non iniuria cogitat & timet, ne promissæ virginitatis accipiat detrimentum, si vulgari quidem more, hoc est, ex virili congressu Filium debeat generare. An igitur iusta & quodammodò necessaria quærendi causa non fuit, vt à suo magistro, id est, Angelo Gabriele, huius nodi peteret solutionem, planéque diceret: Quomodo fiet istud, quoniam Virum nõ cognosco? Virum subindicare videris, qui se mihi admisceat, & ex me procreet hunc promissum abs te Filium: quod planè cum fide iam anteà Deo data repugnat: nec ego in animũ inducere possum, vt vel Ioiepho sponso, vel vlli vnquàm viro mei corporis faciam potestatẽ. Quid multis? luculenter dixit Bernardus, Mariam fide confirmatam hic non dubitasse de facto, sed modũ requisiuisse & ordinem, & idcircò non quærere, an fiet istud, sed quomodò. Quasi dicat: Cum sciat Dominus meus, testis conscientiæ meæ, votum esse ancillæ suæ non cognoscere virum, qua lege, quo ordine placebit ei, vt fiat istud.] Id verò ex Ambrosio videri potest acceptum, cùm ita scribat: Non fidem renuit, non officium refutauit, sed accommodauit affectum, spopondit obsequium. Etenim cùm dixit: Quomodò fiet istud? non de effectu dubitauit, sed qualitatem ipsius quæsiuit effectus.] Negat præterea fas esse, sicut re vera est, vt ad vnicũ Dei Filium generandum electa, fuisse incredula videatur. Quibus & Bedæ verba consonant: Non ait, quomodò hoc sciam, sed quomodò fiet, inquit, ordinem videlicet, cui subdatur inquirens, non autem signum, cui credat flagitans. Neque enim decebat, electam generando Deo Virginem dubiam diffidẽtia, sed prudentia cautam existere.] Atque hæc fortasse plusquam satis, de Mariæ dicto à grauissimis hostium calumniis vindicando, quicquid demum nouatores in contrariam partem sentiãt atque scribant. Fient autem isthæc longè illustriora, si de fide Virginis quædam adiecerimus, huc præsertim à Luthero & Erasmo prouocati.

Matiæ interrogationem laudandam, Zachariæ verò punitionem digna esse.

Bernardi & Ambrosij & Bedæ testimonio interrogans hic Mariã rationem quærendi habuit.

Hom. 4. super Missus est.

In 1. c. Luc.

In Explicat. Lucæ 1.

Epilogus.

CAPVT SECVNDVM,

De Mariæ fide sublimi atque perfecta contra Lutherum, quódque Christum Deum circa suum puerperium plene cognouerit, quantumuis Erasmus tergiuersetur.

Nisi Mariæ fides præcedita fuisset, frustra in reliquis commendaretur.

Heb. 11.

BASIS & fundamentum Christianæ iustitiæ, omnísque felicitatis radix fides est, sine qua nullus mortalium iustificari, & Deo placere potest, Paulo Apostolo teste. Quod si nulla, vel saltem imbecilis & exigua in Maria fides inesset, quascunque demum illi virtutes alias tribueremus, hæ vanam certè, aut ieiunam illi commendationẽ adferrent, & esset hoc velut domum sine fundamento ædificare. Beata quidem illa, quæ sola felici vteri sui ambitu Deum incomprehensibilem complexa est: sed eadem, vt Augustinus affirmat, percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi, beatior.] Etsi verò magna fuit veterum Hæreticorum perulantia, qui variis cuniculis & artibus hanc Virginem sæpè oppugnarunt, illámque multis & execrandis, quæ supra deteximus, probris afferecerunt, tamen vix vllum tam insanum, vel impudentem ex illis omnibus reperias, qui Mariæ fidem suspectam reddere, aut in dubitationem vocare ausus aliquando fuerit. Nostra solum ætas vt postrema, sic & longè petulantissima nouos & inauditos tulit Mariomastigas, qui sacrosanctam Virginem verbo Dei diffidentem, in fide nutantem, ac infirmam, carnali etiam prudentiæ innitentem, imò & infidelem, quódque teterrimum est, carnalium & impiorum omnium typum & speculum facere non erubescunt. Tàm impij Mariæ detractores Lutherus, Culmannus, Sarcerius extiterunt, sicut propriis illorum verbis paulò ante commonstrauimus: quorũ nos importunitate commoti, præter ea quæ suprà respondimus, paulò nunc fusius de Mariæ fide tractandum arbitramur.

Veteres Hæretici hodierno modestiores in Mariæ fide exagitan.

Quam ob causam de fide Mariæ sequés tractatio instituatur.

MAGNO semper piorum & Doctorum hominum consensu confirmatum habemus, laudem MARIAE integram ex certa, constanti, eximia, perfectáque fide constare, & ad eandem fidem vix vllam posse quidem fieri accessionem. Peruetustus Irenæus clarè pronunciat: Quod alligauit Virgo Eua per incredulitatem, hoc Virgo MARIA soluit per fidem.] Id si ita est, quam non dico reprehensionem promereri, sed saltem

Quanti faciat Mariæ fidem Ireneus.

Li. 3. contra Valentinianos. cap. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

imbecillitatem & imperfectionem Mariæ fides incomparabilis admittere potest? Irenæum verò sequitur Augustinus, cuius testimonio, sancta Maria plena fide, plena gratia dicitur, quæ fecerit voluntatem Patris, inde felix quia verbum Dei custodiuit per quod facta est, & quod in illa caro factum est:] Legerat vtique Maria, vt Prophetarum fuit studiosissima, quod vaticinatus erat Esais: Ecce Virgo concipiet & pariet Filium: legerat, inquam, atque ideò futurum credidit: sed quomodò fieret, ante non legerat.] vt Ambrosius docet, Postea cùm pleniùs didicisset, quemadmodum Virgo apud Esaiam promissa Emanuelem sine virili consortio esset editura, mysterio credidit, quod illi Deus non per hominem, sed per Archangelum voluit reuelare. Tantum enim mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore propemodum; nec Esaiæ quidem Prophetæ reuelatum, vt idem Ambrosius docet, quemadmodùm scilicet Virgo generaret; Maria id primùm audiuit & credidit. Credentis autem vox illa preclarissima fuit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Et illa: Fecit mihi magna qui potens est.

Lib. de sancta virginitate cap. 3. & 5.

Maria etedit de his, quę nō nisi ab Angelo instructa scire potuit. *Esaiæ 7. In 1. cap. Luc.*

Item eodem c. 1. Luc.

Luc. 1.

Mariæ fides ab Elisabetha præclare confirmata est.

Mariæ fides ab Elisabetha præclare confirmata est. Manebit igitur perpetuum ac proprium Mariæ hoc eulogium, quod mulier Spiritu sancto plena, vt illius dignitatem demirata atque reuerita, non submissa, sed sublata voce prodidit, quodq; nos iterum contra omnem Satanæ Synagogam repetendo diserte testamur: Beata quæ credidisti. In quem locum sic Ambrosius: Vides, inquit, Mariam non dubitâsse, sed credidisse, & ideò fructum fidei consecutam; Et verè beatam, quæ Sacerdote Zacharia præstantior.] Imò vti Beda testatur. Cùm Sacerdos negâsset, Virgo correxit errorem] Præcipuè verò Mariæ fides in eo sacro colloquio, quod cum Gabriele in suo conclaui habuit, eluceſcit, vbi tantus præceptor Angelus de tribus personis diuinis eo tempore incognitis, déque harum personarum propriis operationibus, siue, vti vocant, attributis, ac potissimùm de stupendo incarnationis Verbi arcano, tàm sublimia disserit, quæ nullus tũc alius (vt opinor) animo vel cogitatione complecti potuisset. Quid verò, si Mariæ fidem cum illius fide conferamus, qui amicus Dei constitutus, & pater credentium factus à [a] Paulo quidem mirificè laudatus, sed & ampliſſimo Spiritus testimonio decoratus fuit? Is Abrahã dicitur, qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundùm quod dictum est ei: [b] Sic erit semen tuum, sicut stellæ cæli & arena maris, & non est infirmatus in fide, neque considerauit corpus suum emortuum, cùm iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ: in repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere: ideò reputatum est ei ad iustitiam. Ita enim Apostolo visum est illustrem Abrahæ fidem commendare: quæ tamen nostræ Virginis fide si non obscuratur, ac certè quidem multis nominibus superatur. Etenim ille sterilem anum parituram, hæc Virginem fore matrem credidit. Ille sibi fœtum ex se iam viro sene: hæc sibi filium ex se absque viro nascituram promisit. Ille purum hominem, hæc Deum & hominem in lucem edendum esse certissimè constituit. Ille vsitato naturæ modo: hæc præter omnem naturæ vsum procreationem futuram non dubitauit. Ille vt facta sibi promissio impleretur, Deum etiam posse mortuum suscitare, persuasum habuit: hæc Deum nasci & mori posse, vt omnes in eo legis promissiones perficerentur, assensit. Demùm credidit ille, sed simul risit etiam in corde suo, ac præfuturi miraculi admiratione dixit: Putâsne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Ac rursus velut addubitantis inde, respondit Domino: Vtinam Ismael viueret coram te. Iterum verò, quùm terram Chanaam sibi promissam audisset, percunctari ausus est: Domine Deus vnde possum hoc scire, quòd possessurus sum eam? At nihil tale in Mariam competit, quæ nec petit exemplum, nec miraculum quærit, sed in promissione Angeli, cùm mysterium incomprehensibile nunciaretur, simpliciter acquieſcit, Igitur & [c] Moysen maximum legislatorem, & [d] Aaron primùm pontificem, & [e] Gedeonem fortissimum principem, quos in fide dubitâsse legimus, hæc Virgo fidei constantia diuináque sapientia excelluit, tantúmque sua fide profecit, vt mons altissimus in hoc nostrum mare descenderet, imò vt ipsa Vnigenitum in sinu patris recumbentem in sinum suum virgineum deduceret, eúmque carne humana vestiret. Quæ Mariæ fides tantò est viderique debet admirabilior, quòd nullum quidem futuri miraculi exemplum præcederet, vt vsquàm tantæ demissionis ac vnionis vestigium appareret. Nouerat sanè præclara Virgo, ingentem & exundantem scelerum flagitiorúmque omnium quasi cataclysmum esse, qui totum obruisset orbem, pœnisque grauissimis Iudæos ac Ethnicos inuoluisset. Sciebat præterea totius Reipublicæ statum vbique gentium afflictissimum esse, qui Deo iusto vindici, non modo temporaneos, sed & perpetuos cruciatus meritq; penderet. Credit tamen iam adesse tempus, quo idem Deus velut iræ omnis immemor, totum se homini dare, & quemadmodum iampridem promiserat, propter hominem corpus humanum è suis virgineis visceribus assumere dignetur. Credit etiam, se illam electam à Deo esse Virginem, in qua hoc tantum mysterium, quod omnem humanum excedat intellectum, proficeretur. Credit demum ex leuibus primordiis quæ mundus non perciperet, tam felicem progressum ac successum in mundo consecuturum, vt suus filius omni exceptione maior, cunctis imperet, ac perpetuo dominetur. De his enim arcanis narrat Angelus, & Maria statim alsensa est, quoniam confortata fide, qualem nullus verbo Dei antea præstitit, gloriam dedit Deo, plenissime sciens, quoniam non est impossibile apud Deum omne verbum, sed quod omnia, quę ille vult, citra negocium vbi, quando & quomodo vult, effecta reddat, suáque promissa certissimè præstet, quantumuis ille nobis ardua, & siue naturam, siue rationem spectes, incredibilia videantur. Quarè si Abrahæ fides tantoperè commendatur, eternámque illi viro laudẽ apud posteros parit, certè Mariæ fides tãtò & præstantior & spectabilior & memorabilior existimanda est, quantò illa simpliciùs ac firmiùs in diuinis promissis longe grandioribus acquieuit, de tot tantisque mysteriis sibi nunciatis, quę vel ipsi Cherubini spiritus ægre caperent, nihil omninò dubitationis admittens. Quid etenim aut inusitatius, aut difficilius, aut incomprehẽsibilius videri queat, in

Maria etedit de his, quę nō nisi ab Angelo instructa scire potuit. Esaiæ 7. In 1. cap. Luc.

Item eodem c. 1. Luc.

Luc. 1.

Luce 1. In Euangel. Luc. c. 1. In c. 1. Luc.

Mariæ fides in colloquio cum gabriele habito potissimũ elucescit.

Mariæ fides in colloquio cum Gabriele habito potissimũ elucescit.

Mariæ fides & Abrahæ magni Patriarchæ fide conferrat, ac illustrior esse probatur.

a Rom. 4. Galat. 3. Genes. 15. b Genes. 17.

quàm sine viro virginem effici grauidam, & in conceptu partúque saluam conseruare pudicitiam, tum in Virginis vtero diuinam humanámque naturam inseparabili fœdere vniri, vt hominẽ induat Deus, idémque Dei & Virginis filius sit ac maneat consubstantialis? Hoc qui ritè animaduertit, & cum aliorum hominum captu, eiúsque temporis hebetudine componit, an non meritò Elizabethica verba confirmet, ac tantæ Matri gratulabundus acclamet: Beata quæ credidisti? beatior etiam credendo, quàm Christi carnem concipiendo, nunc autem & carne & quadantenus Spiritu Domini mater, nulli prorsus fide secunda, ac Christo æterna sapientia digna mater inuenta. Credidisti quæ dicta tibi sunt à Domino, quantumuis ardua, sublimia, inaudita: & ante alios firma fide complexa es stupendum & adorandum illud sanctissimè indiuiduæque Trinitatis Sacramentum, euidenter per Apostolos Ecclesiæ reuelatum, magnúmque illud pietatis mysteriũ in carne iam glorificatum, quod eadem sola Trinitas in te & tecum pluſquàm in aliis creaturis omnibus voluit operari, vt summam illam potentiam, summam sapientiam, summámque bonitatem tu præ cæteris agnosceres, agnoscendo crederes, crẽdendo experiteris, & experiendo demùm omni gratia cumulareris. Beata prorsus, in qua semper heroica fides ad mysteria diuina mirabiliter & contemplanda, & percipienda præluxit.

Maria verè beata, quod cæteris omnibus credidit.

Maria etiam plura quam scripta sunt, gabrielis nunciantis, ac plurimis forsasse Angelis credidit.

Nec dubium, quin Angelus in eodem venerando conclaui sit diutius commoratus, & plura quàm ab Euangelista narrentur, docuerit, Maria verò narrata sibi omnia certa fide comprehenderit, nullus vt Euangelij auditor vel parariores aures, vel maiorem fidei simplicitatem, ac perfectiorem obedientiam adferre posse videatur. Quid, si non vni Gabrieli, sed & infinitis Angelorum agminibus credidit quos nocte illa (vt putant) circum se volitantes, & carmen lætissimum modulantes habuit, ne videlicet, sanctissimis nuptiis in tantæ Virginis thalamo celebratis sacrum deesset epithalamion. Credidit deinde felix puerpera pastoribus Bethlehemiticis, Angelicam cantionẽ referentibus, quos ipsa, veluti primos nati Messiæ testes atque præcones, haud dubiè magis ac magis in fide confirmauit. Credidit Simeoni reuerẽdo seni de Christo filio publicè concionanti, sibique acerbi doloris gladium prænuncianti. Nec minus quidem Zachariæ eiúsque coniugi Elizabethe, quum ad illam diuertisset, sicut & Annæ prophetissæ Phanuelis filiæ, aliisque pluribus suum Messiæ profitentibus credidit, magnam vicissim lucem & consolationem omnibus impertiens, qui orientis Euangelij lucem primùm aspexere, aliisque sine inuidia tradiderunt. Cur enim nõ crederet, non solum in diuinis literis exercitata, sed etiam diuinitus illustrata, multísque miraculis in fide confirmata, rerúmque cælestium sensu & gustu præ ceteris omnibus prædita, sed & prophetilla facta, quemadmodum post Esaiam Origenes, Epiphanius, Basilius & Hieronymus eam appellant? Cuius eximiæ, nec vnquam satis prædicandæ fidei vel exemplum, vel testimonium præbet hymnus, quem eadem Virgo in domo Zachariæ tàm diuinè cantauit, vt nobilis inter sacramentarios Beza fateatur, ex hoc ipso Virginali cantico, Mariam in prophetarum lectione fuisse valde exercitatam intelligi.

Quibus mortalibus nota, nunc Euangelia illa credidit.

Ibidem.

Luc. 2.

Luc. 2.

Maria vere prophetissa dicta.

Mariæ cantitum de fide illius præclarũ testimonium præbet.

Luc. 11. Luc. 20.

Quæ Maria plura fuit nouerit ad miracula efficiendum.

Singularis gratia Mariam vt ab omni peccato præseruaret, sic omni etiam virtute compleuit.

Maria præcellit omnes Dei verbum laudabiliter audientes, & fructum ex eo referentes.

Luc. 2.

Maria in fide Apostolis constantior.

Ioannis 19. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Matth. 26. & 27. Marc. 14. Matth. 26.

1. Timot. 1. 1. Cor. 15.

Maria fidei magistra etiã Apostolos docuit.

Apostoli quãuis à Spiritu sancto illustrati, quædam etiã à Deipara didicerunt.

Lib. 3. in Cantica.

Maria vbi fidem suam peculiariter declaratit, præsertim erga Christum.

Lib. de sancta Virgi. ca. 3. Serm. 13. de nativit. Domini. Lib. 3. de Virginibus. Hõ. 4. super Missus est. Li. de excellentia B. Virgin. cap. 7.

Fide singulari subnixa, Dei Filium suum Filium fecit, beatior quidem Christi fidem percipiendo, vt iterum Augustini verbis vtamur, quàm carnem eius concipiendo. Fide prædita, cum quem portauit timuit, & eundem cum paretet, adorauit, vt idem asserit Augustinus, eiuldémque resurgentis gloriam prima consperit, Ambrosio teste. Nec desunt qui Mariam fidei magistram faciant, à qua Lucas, Ioannes, Ignatius & alij nec pauca, nec leuia mysteria didicerint, quoniam (vt Bernardus etiam prædicat) à principio de mysteriis omnibus plenè ac cælitus fuit instructa. Quarè nec dubitat Anselmus hoc de illa testari: Licet ipsi Apostoli per reuelationẽ Spiritus sancti edocti in omnem fuerint veritatem, incõparabiliter tamen eminentius ac manifestius ipsa per eum Spiritum veritatis, illius veritatis profunditatem intelligebat, ac per hoc multa eis per hanc reuelabantur, quæ in se non solum simplici scientia, sed ipso effectu, ipso experimento didicerat.] Eandem Mariæ prærogatiuam, quod Apostolis fide & virtute præstiterit, Rupertus agnoscit, hisque verbis ad illam ipsam institutis comprobat: Tanquàm malum punicum, inquit, in medio tintinnabulorum tu præcipuè fuisti. Virgo Virginum in adiutorio, vel etiam in regimine prædicantium Apostolorum, cuius etsi verba non loquuntur vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

audiuntur, vbi prædicauerunt, opera tamen vel merita non ignorantur, non minora, imo maiora tinnitu prædicantium.] Miratur Christus Cananæ fidem, vtpotè charitate, modestia, longanimitate, constantia cõmendatam. Miror & ego Mariæ fidem tot sustẽtatam columnis, tot depictam coloribus, tot fulgentem stellis, tot micantem radiis quot erant heroicæ cum eius fide coniunctæ virtutes. Quid quod nonnulli cum Bernardo sentiunt, quod consilium diuinum Angelos latuit, Virgini matri singulari munere patefactum fuisse, vt præillis cognosceret de tempore, loco & modo complendi mysterij Dominicæ incarnationis? Sancti enim Spiritus vnctione docebatur de omnibus, & quod audiendo non poterat, experiendo discebat: ita factum est, vt multorum reuelandorum prærogatiua Virgini matri seruaretur, & per ipsam alij in doctrina recentis fidei tum informarentur, tùm cõfirmarentur. Sed hæc abundè sunt satis, vt arbitror, ad illos coarguendos, qui Mariæ fidem nunc demũ eleuare, fuisque somniis, vt leuissimè dicam, conspurcare nituntur.

Mariæ fides omnibus quã Cananææ admiranda.

Vide Epist. 77. Bern. ad Hugonem.

Quæ omnia, si fortè prolixitatem nostram admiraris, Lector, idcirco pluribus persequi visum est, vt hinc Mariæ fides, cùm aduersùs alios, tùm contra duos maximè Lutherum & Erasmũ rectius vindicetur. Etenim Princeps ille Sectariorum non solùm in his, quæ diximus, Mariæ fidem planè suspectam reddit, sed etiam tanti Centurionem illum Euangelicum facit, vt eum Virgini matri, fidei nomine anteponere non vereatur. Huc verò Christi verba detorquet: Non inueni tantã fidem in Israel. Dissimulat interim versipellis, Christum hoc loco suam collationem ad Israel, hoc est, ad communẽ Iudæorum populum, maximéque præsentẽ astringere, & sicut sæpè alias, per tropum Synechdochẽ, in vno hoc Centurione quasi vniuersam fidem gẽtium proponendo, eandem perfidorum Iudæorum incredulitati opponere. Quod autem hac collatione fidem in gentibus illustriorem, efficaciorem, magísque in orbe propagandam præludat atque designet, statim verba indicant sequentia: Dico autem vobis, inquit, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abrahã, Isaac & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores, ob suam nempè incredulitatẽ. Hinc Prophetæ Iudæorum tenebras, cœcitatem ac duritiam crebrò deplorant, quibus & Ioannes illud exprobrat: In propria venit, & sui eum non receperunt. Verùm hæc de communi Iudæorum gente dicta debent accipi, non de singulis, non de Patriarchis & Prophetis, non de Ioanne Baptista, Ioseph, Simeone, multóque minus de sanctissima Virgine Matre, qui omnes, licèt non solùm de origine & patria, sed etiam religione & moribus fuerint Israelitæ, tamen fidei præstantia non cesserunt Ethnico huic Centurioni, & de quibus Esaias totius Synagogæ nomine illud dixisse videtur: Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus. Rectè igitur Anselmus Hieronymum sequens, præsentem locum sic explicat: Non de omnibus Patriarchis & Prophetis hoc dixit: sed de omnibus præsentis temporis, quibus prædicabat, quibus fides Centurionis antefertur.] Consonat Simon de Cassia, diserte monens, Christum non de singulis

Contra quos maximè fides Mariæ hoc loco asseratur. Deprauat Lutherus Christi verba: non inueni tantam fidẽ in Israel.

In Postilla circa Euan. Dominic. 3. post Epipha. Matth. 7. Luc. 8.

Quos Israelitas Christus cum Cẽturione & eius fide conferat.

Esaiæ 1. 3. & 42. Ezech. 3. Zachar. 7. Ioan. 1.

Esai. 1.

Is explicat. Matth. ca. 8

Quomodo veteres hæc Christi verba interpretentur.

A personis in eum veraciter credẽtibus, sed de vulgo Iudæorum hæc verba pronunciasse. Lyranus hoc loco Israel, Iudæorũ Principes ac præcipuos quósque interpretatur, quos in Christum malè affectos fuisse constat, tametsi longè illis maior, quàm gentios credendi occasio præberetur.

Lib. 3. de Iesu Christo cap. 12.

Quanta verò Lutheri est impudentia, quùm hoc Euangelij loco Mariæ fidẽ obscurare conatur, adéque in vniuersum definit, Christum prædicationis suæ tempore neque in Matre, neque in Apostolis tãtam fidem, quantam in hoc vno Centurione, repeRisse? Ac de Maria quidem isthæc subiicit: *Fieri potest, vt Matri suæ, dum se gestabat in vtero, & dum peperit, magnam fidem donarit, & postea nunquam, vel raro tantam, imo etiam vt eius fidem idem tempassus sit nutare: vti ei usu venit, quando triduo ipsum amiserat.* Verùm B de hoc posteriore nos alibi viderimus, vt omnes intelligant, Mariam cum amissum triduò filium quæreret, haudquaquàm in fide vacillasse, Quod ad reliqua pertinet, omnium piorũ consensus in eo conspirat, certóque confirmat, quod Maria non solũ gestans vterum, & partus sui tempore, vti concedit Lutherus, sed etiam post partum, ac in omni vita fidem integram perfectámque seruarit, in eáque fide tantò magis profecerit, quantò pluribus & maioribus confirmandæ fidei argumentis abundaret. Etenim non modo Zachariæ domus, sed etiam Pastorum ac Magorum aduentus, & præterea Simeonis & Annę confessiones illustres, multóque plura, quę circa infantem natum contigerunt mysteria, in hide illam maximè poterant corroborare. Quare Lucas C non tacuit, quemadmodum illa eiusce modi gesta simul & verba conseruarit, & in corde suo contulerit, viua nimirùm & ardenti fide prædita, ideóque studiosior, vt oracula Propheterum, quæ legerat, cum factis præsentibus compararet, atque hinc certioris fidei argumenta non sibi modò, sed aliis etiã profutura colligeret, animóque suo infixa retineret. Tantùm abest, vt quæ Virgo ante partũ de fide per Gabrielem edocta erat, post partum vel tentationis impetu, vel incuriæ culpa sibi de fide aliquid excuti ac imminui pateretur, ideóque in hoc tam necessario Spiritus dono lãguidior & imperfectior vnquàm efficeretur. Igitur absurdum ac futile prorsus habendum est, quod è suo cerebro nunc primũ effingit Lutherus, magnam illam & illustrem fidẽ, quæ ab initio Mariæ donata est, successu temporis, D & præsertim à partu illo sanctissimo decreuisse. Nihil tale prodit Euangelium, sed hoc potiùs consentaneum esse monstrat, veræ fidei laudem, quam in Deipara prædicauit Elizabetha, saluam illi semper incolumémque mansisse: vt sicut gratia, sic etiam fide plena, præsertim postquàm Dei Mater facta est, felicissimè perseueraret. Hoc enim nisi Mariæ largiamur, ac eximiam eius fidem Centurionis fidei multis partibus anteponendam astruamus, parùm sanè reuerenter matrem Domini tot modis benedictam, & in omni gratia cõfirmatam tractabimus, eámque vix à fœda ingratitudinis nota, & peccati labe poterimus vindicare.

Lutherus in pri. loquium ad Epist. Rom. & passim.

Nunc à Luthero ad Erasmum, qui nimiùm sæpè Lutherizat transeo, quòd is nescio quo Spiritu ductus, sibi nõ liquere scribat, Christus ne Deus esset, nec ne, vtrum Matri Domini in pueritia & infantia filij, perfectè fuerit reuelatum. Atque hanc pudendam dubitationem, quàm non grauatim arriperent

Ariani,

Ariani comprobarẽntque vltrò Iudæi, adeò non reuocauit Erasmus, vt etiam à Parisiensibus Theologis monitus, eandem retinere ac defendere non dubitarit, sui nimirum semper similis in tergiuersando, longéque paratior in suis lapsibus excusandis, quàm saniore iudicio reuocandis. Inter cætera verò quæ ad sui purgationem adducit, hoc etiã lemmate vtitur: *Nusquam profectò legimus, Christum vel a Matre, vel a Ioseph fuisse adoratum pro Deo, cum esset infans.* Sic ille, vt in re seria nugas agat, cóque minus nobis ferendus, quòd non obscurus diuinitatis Christi hostis permultis visus fuerit, quamuis hoc etiam subdole, vt alij notarunt, excusare conetur, negans interim in Euangelicis literis euidenter exprimi, Christum Deum esse. Tum Scripturæ testimonium à nobis exigit, qui tam multa sine Scripturis temerè docet, ac in Mariam etiam (vt sequenti B libro dicemus) insulsè profundit. Quid verò attinebat, in Euangelicis literis ea diserte narrari, quæ tũ ex antecedentibus, tùm ex consequentibus vtcunque colligere non erat difficile, si tantùm homines non nimium crassi & rudes accederent? An parùm videri debet, quod Spiritus sanctus per organum suum pronunciat, Mariam nõ modò vera fide præditam, sed etiam ex fide beatam, & inter mulieres omnes etiam credentes benedictam esse? Eximiam ergo atque perfectam de Christo infante fidem habuit, quæ priusquàm pareret, præclaro fidei titulo est decorata, siue que fidei cõsellionem, vt diximus, in Zachariæ domo integram ac verè illustrẽ edidit.

Perperã Erasmus suam opinionẽ eo tuetur, quod scriptum non sit, Mariã ab initio Filiũ suũ Deum agnouisse.

Scripturis colligi posse, quod Maria de Filij sui diuinitate ab initio non dubitarit.

Sedenim quàm tenuem ac languidam in ea fidem fuisse dicemus, quæ Christum esse Deum, vt fingit Erasmus, aut ignorabat, aut imperfectè credebat, quia de Christo infante diuinam non habuit reuelationem? Quasi vero Legatus Dei Gabriel defuerit muneri suo, nec satis explicatè narrarit arcanum, quod inprimis Virgini erat aperiendum, vt sciret id quod suis visceribus nasceretur Sanctum, verum Deum & hominem fore. Hoc mysterium Patres in verbis Angeli deprehenderunt, ac res ipsa testatur, in scriptis Prophetici s multa proponi, quę nobis & Iudæis, ad Emanuelis diuinitatẽ clarissimè comprobandam satis esse queant. Ergóne tùm obtusa & indocilis erat Maria, cui nec Prophetica testimonia, nec Gabrielis verba ad faciẽdam de vtráque Christi natura fidem sufficerent? Accedebant & miracula circa Domini infantiam gesta, quorum ipsa non fuit ociosa certè spectatrix, simúlque auscultatrix verbi semper sedula, quodcunque tandem D à piis proficiscereturQuid Angelorum circa cunas astantium chorus atque concentus? quid Pastorum Bethlehemiticorum aduẽtus, fides, narratio? Quid Regia Magorum suppliciter adorantium oblatio? quid senis Simeonis in templo euidens testimoniũ? quid Annæ viduæ publica confessio? vt alia id genus mysteria, quæ Mariæ, vtpotè ipsa præsente gesta, ignota esse non poterant, prætercamus. Hæccine fat erãt ad Mariæ fidem de Christo Deo licet infante vel conciliandam, vel nutriendam confirmandámque? Nec solum audiebat atque cernebat coràm, sed etiam in se ipsa multò amplius, quàm quisquam alius, & maiestatem & diuinitatem Emanuelis experiebatur, iure vt suo & præcæteris quidem perfectiùs, diceret: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

Vel solus Gabriel Mariam satis instruxit de Filij sui diuinitate.

Mariæ fides antequam fit certa, non fuit firma & perfecta habitus.

Luc. 1. & Matth. 2.

Mariæ fides Filium suum nunquam non fuisse Deum agnouit.

Luc. 2.

Matth. 2.

Ioannis 1.

1. Ioan. 1.

Contra Ruardum Tapperum circa finem libri.

Mariam Christum in gentibus fidei exemplo proposuisse.

Non minor fides Mariæ quam reliquiis in Christum infantem credentibus tribuenda est.

Luc. 1.

Fides illaus & excellentia in Maria non minor fuit quã in cognata eius Elizabetha.

Luc. 1.

Patrũ testimonia, Erasmica opinionem euertunt, probantque Mariæ fidem de filii sui, licet infantis, Deitate solidam constitisse.

Li. de Ioseph Patriarcha cap. 2.

Daniel. 3. Genes. 37.

Maria illustris prophetissa, plena fide & omni gratia.

a Esai. 8.

b Lib. 1. de Trinitat. & operib. eius in Esaiam cap. 34. Et in quatuor Euang. c. 9.

Ariani,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceps [3] Aquinas non esse ambigendum docet, quin Virgo beata donum sapientiæ, gratiámque virtutum, necnon gratiam prophetiæ acceperit excellenter. Quo pacto autem his tantis muneribus diuinitus cumularetur, ac secundùm omnium Patrum sententiam gratia plena sub ipsum filij conceptum ritè prædicaretur, si post natum etiã filium (vt fingit Erasmus) perfecta de Christo fide destitueretur?

a In 1. tertiæ partis Quæstione 26.

Eximiam & perfectam rerum credendarum cognitionem Maria diuinitus accepit.

Sed & Thomæ præceptor Albertus Magnus vir eximiè doctus, dum varia huius Virginis narrat priuilegia, quæ ad plenam cognitionem illi contulit Deus, hæc duo veluti præcipua cõstituit, quòd sanctissimæ Trinitatis & mysterij Dominicæ incarnationis notitiam clarissimam fuerit consecuta. Ac de Mariæ fide sic loquitur: Fidem habuit in excellentissimo, quæ tàm immensæ rei sibi promissæ fidē adhibuit, quæ etiam discipulis dubitantibus, non dubitauit, quæ omnia possibilia esse credenti certissima fuit.] Prætereà Dionysius Rickelius multis colligit argumentis, Mariam præ cunctis Prophetis in fidei rebus illuminatam, & in sacris literis eruditam, peculiariter verò sanctissimæ Trinitatis cognitione maiorem in modum cumulatam extitisse. Alioquin si ante Gabrielis aduentum hac fide notitiáque caruisset, quo pacto dictum, vel potius responsum illud Euangelicum intellexisset: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideóque & quod nascetur ex te Sanctũ vocabitur Filius Dei? Quo sermonis genere, si diligenter mentem aduertas, tres personæ diuinæ cõtinentur, de quibus Virgo iamprídem edocta, nihil amplius percunctarur, & in quarũ cognitione progressum vtique maximum fecit, cùm efficacem & ineffabilem totius Trinitatis operationem sentiés, Dei Mater effecta est. Postremò ex aduersariis non vulgaris est Brentius, qui Mariam ab Esaia prophetissam vocari apertè fatetur, non tàm hoc nomine, quòd composuerit carmen Propheticum, priusquã Christum pareret, quàm quod more Prophetarum impleta sit Spiritu sancto. Sed imprudens Augustinum, aliis ferè omnibus quos adduxi, præstantiorem omisi, vt qui de Mariæ fide hoc egregiè profitetur: non potuit diuinitati Christi non esse credula, quæ se nouerat, hunc non ex virili semine secundũ ordinem naturæ, sed diuino spiramine, nunciante Archangelo, concepisse, videns semper famulantium Angelorum ei adesse frequentiam, vt nascituro & nato, & in Ægyptum fugienti, atque inde iterum redituro. Quibus liquidò cognoscere potuit, quia talia obsequia, non nisi Deum decuerant. Vnde & stellæ annunciatio, & Magorum de longissimis partibus insperata adductio, quàm maximum illi extitit indicium veritatis: similiter & Simeonis & Annæ prophetali dignitate insolitus cœtus, & huic specialis occursus. Quæ omnia proculdubio Maria conseruans, his cunctis altius ad fidem roborata pio corde conferebat: in tantum vt omninò nõ nutabunda, sed certa de filij potestate, tanquam de Dei virtute vera, deficiente in nuptiis vino dixerit, quia vinum non habent: sciens planè illum hoc potuisse, quod eum mox contigit diuino miraculo cõpleuisse: Ecce igitur Maria fide & opere Christi ministratrix.] Tàm multis, tàm manifestis, & Euangelicis exemplis Mariæ fidē astruit Augustinus, quæ inde ab initio confirmandæ fidei suæ testimonijs abundarit, vt de filij sui diuina tum natura, tùm potestate non potuerit addubitare. quarè vt semel finiam, inter omnes Virgines Euangelicas verèque sapientes, quæ Christo sponso vnquã charæ, & fide viua tanquam incensa lampade semper instructæ fuerunt, Maria primas facilè obtinet. Illa enim ígè latéque splendentis fidei lumen omnibus prælit, prima in Euangelio hanc affecuta laudem, quòd diuinis promissis & Angelicis dictis, in re omnium grauissima, fidem maximam minimèque nutantem adhibuerit. Hoc si Christo nondum edito præstitit, suóque præclaro Cãtico comprobauit, & præterea cognatæ verbis confirmatum habuit, vti probauimus, satis demùm constare arbitror, quòd post diuinum illum partum fidem eandem retinuerit, ea ipsa fide Christum, licet infantem, Deum agnouerit, agnitúmque vnà cum fideli spõso pro Christiano officio adorarit. Qua in re neque Melanchthon dissentit, de Maria scribens, quod veram de Messia doctrinam in oblatione primogemti optimè intellexerit. *Ideóque principaliter venit in templum, vt ipsa testaretur hunc esse primogenitum illum præcipuum, propter quem omnes oblationes institutæ fuerunt.* Affirmat quidẽ Lucas, Mariam & Ioseph ob ea, quæ de puero dicebantur admirari, cùm miracula miraculis addi cernerent: quæ tamen admiratio non ex ignorãtia, incredulitate, dubitatione vel imperfectione quadam, sed ex rerum de Christo dictarum profunda contemplatione, & sicut Brentius quoque fatetur, ex vera fide prouenit. Atque huc nos abduxit Erasmus, cui de Mariæ fide nunquam satis laudata dubitanti, imò aduersus communem Doctorum & piorum omnium sensum atque consensum pugnanti, non potuimus non aliquid respondere.

Matth. 2.

Luc. 2.

Item 2.

Maria inter Virgines sapientes & fatuas Virgines sapientissima & primaria, ideóque Christo primum & vnicum sponsum deuouit.

Matth. 25.

Maria M. Ioseph ignorãtia laborarunt, dubitarunt, cæca puerum Iesum.

In nuptiis de puerpio Maria.

Luc. 2.

Luther.

CAP. III.

In 8. caput Esaiæ.

Serm. 1. de Assumptione Virginis Mariæ.

Eut. 1. Luc. 1.

Ib. 2. art. 17. de Mariæ præconio & dignitate.

Luc. 1.

Maria S. Trinitatis misterium, cũ a Gabriele saluta retur, agnouit Brentius Mariam quoque Prophetissam illustrem agnouit.

Augustini testimonijs, de Mariæ fide secundum historiam Euangelicam.



Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT TERTIVM

De historia Deiparę cognatam Elizabeth visitantis, quę multis modis illic commendetur, nobisque prędicanda & imitanda proponatur.

Per quam occasionem Mariæ suam cognatam visitarit.

SVVM munus obiuit Angelus Gabriel, ob quod Legatus Dei venerat in Nazareth, relicta tandem Virgine gravida de Spiritu sancto. Vt autem ille suis dictis fidem maiorem conciliáret, ac diuinæ virtutis in Maria operantis ptæsens miraculũ miraculo confirmaret, rem nouam & admirandam inseruit de Mariæ cognata Elizabetha, quæ in grandæua ætate & veteri sterilitate Ioannem filium concepissetemque iam in vtero mense sexto gestaret. Maria hoc lætro nuncio recreata, Deo in primis haud dubiè gratias egit, qui senile ac sterile coniugium, in præsente omnium desperatione, tam mirabiliter prosperasset, ac simul de cognata quamprimum in- B uisenda sanctum cœpit consilium, vt illi ex animo gratularetur. Abiit igitur in montana cum festinatione in ciuitatem Iudæ, & introiuit in domũ Zachariæ, & salutauit Elizabeth, vt reliqua Lucæ verba prætermittam. Quod Mariæ visitantis institutũ & officium permulta notatu digna complectitur, & ad ferias Visitationis, vt vocant, ex more Ecclesiæ celebrandas, causam idoneam præbet. Videant autem aduersarij, quam prudenter & Euangelice cum solennes alias ferias Marię dicatas, tum festum hũc quoque diem in multis Ecclesiis non ita pridem abrogarint. Euangelica est certè historia, quæ hoc die commendatur atque proponitur, quam præterea non pauci ex ipsorum Schola Doctores suis concionibus cohonestare studuerunt. Igitur vt reliquos taceam, Georgius Maior de hac historia sic censuit atque scripsit: *Quod illæ honestissimæ Matronæ plenæ fide & Spiritu sancto conueniunt, & mutuis testimonijs datis & acceptis ad inuicem declarant Messiam præsentem & exhibitum esse, & esse hunc Iesum Filium Virginis recens iam conceptum, cui infans in vtero Elizabethæ assilit gaudio insitato & præternaturali, illa tanta sunt, & tantorum bonorum testificatio ac confirmatio, vt in tota æternitate celebrari satis & exhauriri cogitatione & sapientia omnium creaturarum nequeant.* Nos autem totius historiæ capita quædam, vt Mariæ causa, Festique huius celebritas rectius illustretur, in Lectoris gratiam decerpta proponemus.

Maria Deo gratias agit, quod cognata sit facta grauidadæ igitq; eam iuuabit.

Mariæ visitatio causam dat festo in Ecclesia instituendo, quod Nouatores temerè abrogarunt.

In 6. parte Homiæ Epi. Virginiæ visitationis.

Quam præcaue sentiendum sit de visitatione Mariæ cum sola cognata collomentis.

Secundũ aror gium Maioris Propositio de sequentis tractatione.

Principio Virgo tenerrima, vt multi sentiunt, paucis comitata, iter lõgum ac asperum ingreditur, quandoquidem per montanam regionem illi trandum, & vrbs tribui Iudæ subiecta petẽda fuit, priusquam ex Nazareth ad Zachariæ domum perueniret. Fatetur Melanchthon, iter viginti fuisse miliarium (Selneccerus nouendecim supputat) à Maria puella confectum, nimirum à Nazareth Hierosolymam vsque, & Mariam non propter priuatã amicitiam ad cognatam se in viam dedisse confirmat. Domum vero Zachariæ non alibi, quam apud Hierosolymitanos fuisse, non recentiores modo, sed etiam Augustinus & Beda comprobant. Quando autem hanc instituit profectionem? statim post discessum Angeli, à quo tam reuerenter salutata, ac Dei Mater proclamata, ipsum Dei Filium in suo Virgineo vtero iamprimum cœperat circumferre. Adeòilla sui ratione nõ habuit, grauida licet effecta ne vel incitanti ad iter Spiritui sancto, vel cognatæ quæ vix tribus mensibus à partu aberat, obsequio deesse videretur. Quid verò tandem, nisi officiosa suisque prodgia charitas, nostram Virginem ab adamata abstraxit solitudine, quæ sacris meditationibus amica est, & ad publicum conspectum, itérque laboriosum extrusit? Charitas illi temporis moram & quietis cultum abrupit: charitas celeres pedes dedit, puellare corpus exercuit, ad insuetum laborem perpulit, totius itineris molestias mitigauit. Charitas ad gratulationis officium vltro præstandum permouit, vt non vocata, neque expectata fortasse nec de facie quidem nota, domum alienam intraret, nec solum cognatam amanter, sed & Sacerdotis tanti coniugem reuerenter salutaret. Charitas ad gratulandum & seruiendum pertraxit, vt paratam operam omnem, si grata foret, nulli non libenter offerret ac impenderet. O præclarum admirandæ ac viuidæ charitatis exemplum, quæ in Maria verè patiens, verè benigna, non quærit quæ sua sunt, non inflatur, non est ambitiosa, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Itaque superior ad inferiorẽ libenter accedit, Virgo & Mater Domini ad vetulę 1. Cor. 13 ministerium sese modestè demittit, nihil etiam domestici operis vel laboris, si ita ferret vsus, in Zacha riæ ædibus recusatura.

Iter Mariæ difficile & lõgum sufficiendo ad domum vsque Zachariæ.

Luc. 1

Intentione Mariæ.

Iam verò quantam in summum Deum reuerentiam & pietatem cum hac ipsa in cognatam charitate coniunxit? Ingentes, sed veras tamen laudes è matre Ioannis, ac potius à Spiritu sancto sibi delatas non agnoscit, sed eas quum percipit, statim sui & sequę dignitatis oblita, in solum bonorum omniũ Authorem & fontem respicit, in illius laudem tota prorumpit, ac hymnum extemporaneum modulans, alios itidem ad Deum celebrandum excitat & inuitat. Quid, quòd in familiari colloquio vel sanquamprimum de Deo deique gratia sermo incidit, illa velut extra se rapitur, sine negotio cum Deo vt solet, mentem coniungit, Deum in spiritu & veritate colit, sensũsque & vires omnes ad Deum honorandũ intendit, ita vt cor & caro Mariæ in Deũ viuum penitus exultarent? Vbi non solum psalterio sed & prophetissam nobilẽ agit, quę Sibyllis omnibus merito præferatur, adeò diuinè philosophata est. Verum de hoc Mariæ hymno siue ode posteà.

Quod si de fructu Marianæ visitationis dicendũ est, haud profecto vanus, sed vtilis, sed efficax, sed salutaris illius ad Zachariæ domum fuit aduentus. Felix enim tali cognatæ, quæ continuo Spiritu sancto repleta, & prophetiæ dono instructa, nõ nisi sacra

sacra mysteria nouit eructare. Felix infanti Ioanni visceribus licet maternis incluso, qui sonãtem Mariæ vocem sentiens, perindè ac si præsentem Redẽptorem, eiusque Matrem agnosceret ac reuereretur, quos potest gaudij & venerationis motus edit, simúlque in matris vtero sanctificatur. Felix demũ Mariæ occursus ædibus Zachariæ, in quibus totius honestatis viuum refulget speculum, & vbi diuina charismata, siue, vt Paulus vocat, fructus Spiritus, vt nunquam anteà, per tàm electum Dei organum dimanarũt, ac fortassis ad multos etiam siue domesticos, siue vicinos, tribus illis mensibus, quibus illic Maria demorata est, copiosè fluxerunt.

Galat. 5.

Veterum testimonia de Maria, quæ magna in cognata visitanda virtutem declarauerint.

Sed hanc visitantis Mariæ virtutem, quæ morosos & inuidos Nouatores offendit, veterum etiam testimoniis muniemus, ne quis fortasse nos Lucæ B verbis adferre vim, aut noui aliquid attribuere suspicetur. Ambrosius de Maria perspicuè scribit: Visitauit Ioãnem Baptistam, & in vtero Matris priusquàm nasceretur, exultauit infantulus, obsecutus antequàm genitus. Nec immeritò integer corpore, quem in tribus mensibus oleo quodam suæ præsentiæ & integritatis vnguento Domini Mater exercuit.] En tibi oleum præsentiæ & integritatis Mariana, quo Ioãnes Baptista, priusquàm lucem aspiceret, vel imbutus, vel delibutus est, vt hinc etiam corporis castimoniam & mentis innocentiam sibi compararet. Addit porrò Ambrosius: Si primo ingressu tantus profectus extitit, vt ad salutationem Mariæ exultaret infans in vtero, & repleretur Spiritu sancto mater infantis, & quantum putamus, vsu tanti temporis (quum tribus nempè mensibus in illis ædibus diuersaretur) sanctæ Mariæ addidisse præsentiam?] Idque ab Origene videtur acceptum, qui multò ante Ambrosium scripserat: Si eo quod tantum venit Maria ad Elizabeth, & salutauit eam, exultauit infans in gaudio, & Spiritu sancto plena Elizabeth prophetauit ea, quæ in Euangelio scripta sunt, & in vna hora tantos profectus habuit, nostræ conscientiæ relinquitur (considerandum) quid in tribus mensibus Ioannes profecit assistente Maria Elizabeth.] Nec multò pòst: Exercebatur ergo, & quodammodò in athletico à sancta matre per tres menses vngebatur Ioannes, & præparabatur in Matris vtero, vt mirabiliter natus, mirabilius nutriretur.] Sed neque Cyrillus dubitat affirmare: Salutatio sanctę Virginis Mariæ Iesum ferentis in vtero Ioannem mouit ad prophetiam.] D Tùm si authorem Homiliæ Eusebio Emisseno inscriptæ sequimur, quemadmodum Mariæ aduentus singulare gaudium, eximiúmque fructum Zachariæ ac eius vxori simul & filio attulit: ita vicissim eiusdem Virginis discessus mœrorem ac luctum in illis omnibus excitauit. Postremò Bernardus nos docet in hunc modum ratiocinari: Si Ioannis paruuli nõdum nati anima liquefacta est, vt Maria locuta est, & vox salutationis eius ipsos in gaudio exultare facit infantes, multò maior & amplior cælitum est exultatio, qui vocem tantæ Virginis audire, & videre faciem, & beata eius frui præsentia meruerunt.] Plura id genus testimonia proferri ex veteribus possunt, ac nos etiam quædam in operis huius vestibulo citauimus, vnde liceat confirmare, quod vox Deiparæ & Matrem & Filium haud parùm effecerit, ac mirabiliter operata fuerit in ædibus Zachariæ. Nam quod Bullingerus admiscet, hæc non Virginis virtute, sed Verbi incarnati potentia effici, id hactenus admitti potest, si solam Virginis virtutem, secluso diuinæ gratiæ adiutorio, intueamur. Norunt autem sapientes, secundariis causis quædam attribui, nõ exclusa interim primaria causa efficiente, ideóque ad Mariam etiam posse referri, quæ per illam cooperantem Deus in Zachariæ domo, vel alibi ad vtilitatem mortalium operari dignatur. Ac sanè Catholici, quicquid præclaræ virtutis Mariæ vel Sanctis tribuunt, non sine diuinæ gratię concursu ac prædicatione tributum esse volunt, quia soli Deo, à quo & ad quem bona omnia, primas vbique largiuntur, suo deinde loco Sanctos & agnoscentes, & venerantes, per quos diuina bonitas sua sæpè dona dispensat mortalibus, vt alibi fusius ostendemus. An obscura est Christi sententia: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet? Quarè virtus miraculorum, quæ Christo capiti inprimis accepta referenda est, ipsis, etiam membris electis, si Christi doctrinam sequimur, rectè à nobis attribui potest. Sed & multis exemplis diuina Scriptura confirmat, Sanctorum aduentum aliis fortunatum & salutarem crebrò extitisse. Venerunt tres Angeli ad Abraham, quibus hospitio exceptis, cùm pro peregrinis haberentur, Patriarcha ille diuturni voti compos factus est, vt in extrema propemodùm ætate, contra omnium expectationem, ex vxore sterili & valde annosa diu optatum filium ac hæredem acciperet. Venerunt rursus Angeli duo, & ad Loth Sodomis cõmorantem diuerterunt, qui non solùm hospitem suũ, sed & filias eius duas summo vitæ periculo liberarunt, vt cõmuni & horrendæ vastationi patriæ incolumes superessent. Venit Iacob ad iniquum & impiũ Laban, súoque aduẽru singularem Dei benedictionẽ illi idolorum cultori obtinuit, vt palàm & ipse fateretur: Experimẽto didici, quia benedixerit mihi Deus propter te. Venit Eliseus ad hospitam suã Sunamitidem, qui vt se illi gratũ demonstraret, filium eius mortuum ad vitã reuocauit. Venerunt Apostoli pacem domesticis, ad quos fortè diuertissent, optantes, imò etiã nisi se indignos illi præberent, ad suũ ingressum elargientes. Et solius Mariæ demùm in Zachariæ domũ aduentus tàm infaustus ac inanis fuit, nullum vt cuiquam vsum & fructũ, nullámque consolationẽ & opem adferre potuisse credatur? Benè ac feliciter cum Obededõ Gethæo actum fuisse legimus, cum Arcam Domini à Philistæis restitutam in suas ædes receperet: benedixit enim Dominus Obededom & omnem domũ eius, vt Scripturæ verbis vtamur, quãdiu videlicet apud illum Arca Domini demorata est. Qui successus Dauid Regem non multò pòst excitauit ac perpulit, vt eandem Arcam ab hoc Gethæo in suas ædes transferri, & honorificè quidem deportari curaret, ea nempè spe desideriòque ductus, vt similem Dei benedictionem ac prosperitatem ex Arcæ præsentia experiretur. Quid verò in ædibus Zachariæ, quid, inquam, nisi viuam Dei Arcam, in qua verum Manna verúsque panis de Cælo descendens continebatur, offendimus atque contemplamur? cuius Arcæ virtutem Elizabetha in se filióque suo ad ipsum statim MARIAE ingressum, ac sæpius etiam posteà, vt

Salutatio Virginis Ioannẽ adhuc ad prophetiam.

Lib. de vocatione gentium.

Ferme sexta in aduentu.

Serm. 1. de assumpt. Mariæ.

In præfat. ad Lectorem.

In cap. 2. Luc.

Maria vera & viua Dei Arca multis gratiæ & benedictionis in Zachariæ domũ induxit.

Miracula & Christo & Mariæ aliisque sanctis merito attribuuntur.

Ab exemplis variis confirmatio de Sanctis, quorum aduentus aliis sæpe fuerit felix & salutaris, ideóque de ætatis non esse negandum.

Ab exemplo Angelorũ domum Loth visitantium.

Iacob Patriarcha quantum ethnico Labã profuerit sua præsentia.

Eliseus hospitæ suæ filium mortuũ reuocat ad vitam.

Apostoli domum ingredientes, pacẽ precantur, & donãt incolis.

Obededom Gethæus sub Arcam Domini in suas ædes traductam peculiariter benedicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

veteres monuere, persensit, nulla vt cognata suo aduentu tantum thesaurum illi apportare, nullus vt hospes tantum vtilitatis, decoris & voluptatis alienis ædibus inferre ac donare potuisse videatur.

Quomodo Elizabeth erga Mariam se gesserit reuerenter ac officiose.

Reliquum est, vt ad Elizabethæ dicta & gesta veniamus, quæ magnam præsentis historiæ partem occupant, simúlque singularem & illustrem continent Mariæ commendationem. Nihil verò mulier illa dicit vel facit, quod ipsi authori Spiritui sancto non mereatur ascribi, sed solo illius afflatu & impulsu, nulloque alio accedente internuncio vel admonitore, Christi matrem præsentem esse cognoscit, cognoscendo suspicit, suspiciendo, confitetur, confitendo laudat, suáque laudatione totam domum imò Ecclesiam complere videtur, vt qui verè aures habent ad audiendum, ad illius voces & gestus iure obstupescant. An non linceis, vt sic dicã, oculis Virginem nostram aspexit, cùm ad primum intuitum tàm multa & magna in illa perspexit & detexit arcana, nullo licet mortalium reuelante? perindè ac si conscia esset omnium, quæ inter Gabrielem & Mariam iam essent antè transacta, diuinitúsque corroborata? Etsi verò Lucas non explicat omnia, subindicat tamen, hanc insignem matronam ac dignam tali Sacerdote coniugem, Mariæ plurimùm detulisse, & sicut in ipso statim ingressu, sic etiam posteà tribus mensibus eandem in magna veneratione habuisse, ac aliis etiam vicinis vel amicis, qui Messiæ desiderio tenebantur, apprimè commendasse. Nec occultè quidem, sed sublata voce suam de Maria confessionem edidit, eiúsque dignitatem ita depinxit, vt res diu latere, & intra priuatos manere parietes non potuisse videatur. An tacerent domestici, sanctam & præclaram, multisque dotibus ornatam adesse puellam, quæ Messiæ Mater ab hera sancta proclamaretur, & ad cuius ingressum noua veluti lux, magnáque prosperitas in ædibus appareret? Ac sanè fatendum est, Elizabethæ verbis miram emphasin, multáque mysteria cõtineri, quæ mulier Spiritu sancto plena persenserit magis, quàm expresserit, quùm Euangelicæ gratiæ quasi primitias degustaret.

Euangelistam in hac historia multa præterire; quæ probabiliter concurrisse videntur, & Mariam prædicant.

Elizabeth tanto magis Mariã admiratur & laudat, quo se illa gerit submissius.

Sunt hodiè, qui modicis Mariæ verbis offensi, quod suam humilitatem dicat respici, nihil illi eximium ferè concedunt, sed abiecta & vilia quæque de illa insulsè fingere ac iactare consueuerunt. Quantò autem prudentior est Elizabetha, tantò sublimius de Maria iudicans, tantóque propensius illam laudans, quantò ipsa sese submissius gerit, nec factis minùs quàm verbis extenuare conatur, vt quod ante Gabrieli se ancillam Domini dixerat, nunc re ipsa præstare, atque adeò vnius etiam vetulæ ancillam agere velle videatur. Igitur Spiritu Dei edocta cognata, cùm hanc inauditam modestiam, quam & Angeli fortasse mirati sunt, agnosceret, quid illi quæso animi fuisse putemus? Certè visitantis personæ maiestate deterrita, non audet salutantem resalutare: sed mox partim de illius maiestate, partim de sua indignitate præfatur, inquiens: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Quod Poeta quidem hoc carmine, vt mihi videtur, non inuenusto reddidit ac illustrauit:

Actius Sannazarius libro 2. de partu Virg.

O decus, ô laudis mulier dux præuia nostræ,
Cælitibus solæ humanum quæ digna reperta es
Conciliare genus, cœlúsque attollere ad astra
Fœmineos: gremium cuius diuinus obumbrat
Palmes, inexhaustis terræ qui compleat vnis:
Quis me, quis tanto Superum dignatur honore?
Túne procul visura humileis Regina penates
Venisti? túne illa mei pulcherrima Regis
Mater ades?

Quare sancta Matrona sanctiori Virgini hoc modo dicere videtur: Vbi consistam, quidue respondeam nescio: tantum me non obruis hac tanta pietate ac charitate tua Virgo regia, generis nostri primarium decus, adeóque totius fœminei sexus gloria incomparabilis. Ego misera, tu felix: ego egens, tu plena gratia: ego ob longam sterilitatem apud meam gentem infamis, tu apud nationes & generationes omnes celebranda. Ego velut annosa quercus, quæ citò cadere potest, diu superesse non potest: Tu arbor vsque virens verèque sacra, sacratiorem fructum, ipsúmque vitæ lignum orbi proferens, vt in fructu ventris tui gentes omnes benedicantur. Tu strenuè quidẽ dissimulas cæleste mysterium, pretiosúmque thesaurum, quem tibi concreditum in vtero tuo circumgestas, quémque angeli reuerenter adorant. Verùm quod præ summa tui submissione reticere cupis arcanum, iam Spiritus mihi patefecit, iam meus fœtus in vtero subsiliens comprobat: quod si porrò filij Israel non intelligent, certè ipsi lapides clamore prodent, publicéque celebrabunt. Meus ac rerum omnium princeps & Dominus suam in te sedem fixit, te sibi Matrem assumpsit, vt semẽ Abrahæ, quo caput serpẽtis conteritur, & filius Dauid tàm diu desideratus iuste populum in his ærumnis maximis, in extrema ferè dissipatione Ecclesiæ consoletur. Ego verò est tui tui causam cogor admirari, quòd ancillã Domini, & anũ Virgo, & prægnans de Spiritu sancto immundam mulierẽ vltrò adeas, & amanter inuisas, itinere tàm lõgo suscepto, & magno assumpto labore, nullis meis vel meritis, vel præmiis prouocata. Annis quidem te supero, sed electione Dei, & gratia Spiritus, & meritorũ copia tibi lõgè sum, eróque semper inferior, ne digna quidẽ tuorum pedum vestigia oculari. Meũ erat sanè ad te properanter accurrere, nouámque tibi felicitatẽ gratulari, nec meo tantũ, sed & cognationis, & gentis, & Ecclesiæ nomine gratias agere singulares, quòd Mater esse Domini, qui Regnũ Israel restituat, nõ recusaris, quin potius ad hoc summũ munus electa, te promptam diuino numini feceris administrã, vt alteram nobis Euam, non mortis, sed vitæ parentem exhiberes. Pudet & piget me huius exiguitatis, quòd etiamsi velim, non possim tamen te verã & naturalem Domini & Messiæ Matrem, vt par erat, excipere, ac domi pro dignitate tractare, cùm secundum eum, quem vtero circumfers, nihil in cælo terráque te dignius & augustius esse possit, quę iuxta Esaię vaticinium Virgo concipis, & paris orbi Emanuelem. Nónne igitur te benedictam, te beatam prædicem Abrahæ filiam, & fide inprimis tali Patri conformem, quando diuinas promissiones, quæ omnem naturæ facultatẽ excedunt, non minore fide quàm ille fecit, complecteris? Ea fides te neutiquàm fallet, sed bonorum omnium compotem reddet, vt non modò Gabrielem,

lem, sed & Deum ipsum veracem ac fidelem experiare. Hoc enim illis verbis indicatur: Beata quæ credidisti, vel, vt alij legunt, quæ credidit, quoniã perficientur in ea quæ dicta sunt tibi à Domino.

Bernardi testimonium de præsenti historia, & Mariæ commendatione.

Maria sine fœtidio grauidæ, & alacris plane visitat cognatam.

Nec me fugit apud veteres extare permulta, quę hanc ipsam Lucæ historiam magis explicent, simúlque Mariæ dignitatem commendent, & ad formãdos hominum mores illius exemplum proponant. Sed nostri propositi est, his prætermissis, ne omnia congerere velle videamur, vnius doctissimi Bernardi verba, quæ Mariæ causam hoc loco inprimis illustrent, commemorare. Docet igitur ille, singulare Virginis prærogatiuam esse, quod hæc in ipso suæ Conceptionis initio, quando cæteræ mulieres grauidæ miserabilius affliguntur, tota alacritate, vt cognatæ ministraret, montana conscenderit. Etenim illud molestissimum tædium, quo reliquæ omnes grauidæ laborare nosciuntur, sola non sensit, inquit, quæ sola sine libidinosa voluptate concepit.] Monet prætereà, singularem Virginis gloriam Elizabethæ cognatæ per Spiritum reuelari, quæ personam venientis admirans dixerit: Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? Notat itidem, vocem salutantis Mariæ verbis illis cognatæ commẽdari: Vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo: quòd que fides credentis Mariæ beatificetur, testante cognata: Beata quæ credidisti, quia perficientur in te quæ prædicta sunt tibi à Domino. Subiũgit posteà: Magna quidem præconia, sed & deuota humilitas nihil sibi passa retineri, iam in eam magis vniuersa refudit, cuius in se beneficia laudabantur. Tu, inquit, magnificas Matrem Domini: sed magnificat anima mea Dominum. In voce mea Filium perhibes exultasse in gaudio: sed exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo.] Nec multò pòst: Veruntamẽ, inquit, nunquid putamus fratres, Elizabeth sanctã in eo, quòd per Spiritum vtique loquebatur, errasse? Absit.] Tùm in alio sermone sic de Virgine disserit: Feruebat in quærenda gratia charitas, splendebat in carne Virginitas, humilitas in obsequio eminebat. Etenim si omnis qui se humiliat, exaltabitur, quid hac humilitate sublimius? Venisse eam mirabatur Elizabeth, & dicebat: Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? Sed iam magis miretur, quòd instat vtique filij, & ipsa non ministrari venerit, sed ministrare. Meritò proinde cantor ille diuinus in ipsius admiratione præcinens, aiebat: Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Ascendit planè super omne humanum genus, ascendit vsque ad Angelos: sed & ipsos quoque transcendit, & cælestem omnem supergreditur naturam.] Atque hæc paulò fusius dicta sint, non solùm ad historiam Euangelicam illustrandam, quæ prorsus pathetica, & piorũ singulari obseruatione digna est, verum etiã vt occasionem meditandi, & orationé amplificandi, studio so Lectori simul & bono Ecclesiastæ submini-stremus.

Bernard. ser. de verbis Apocal.

Ibidem.

Mariæ laudatarum humilitas.

Matth. 20.

Cant. 6.

Maria creatura omnem in cælo & terra supergreditur.

Epilogus

Etsi verò inter doctos non cõuenit de authoritate Concilij Basileensis, tamen præterire non possum præclarã & piam constitutionem, quã præstantes in illo Viri de Festo visitationis Mariæ solenniter celebrando ediderunt, multæque posteà Ecclesiæ receperunt, & in hunc vsque diem obseruant. Eius verò cõstitutionis & obseruationis causam in eodẽ Concilio explicatam habemus, quam, si Ecclesię contemptoribus comprobare non possimus, tamen prudentibus ideircò placituram speramus, quòd ad illustrãdam Euangelij historiam momentum habeat, ac magnis de rebus hoc die meditandis nos commoneaciat. Sic enim illic inter cætera legimus: Virgo beatissima cęlesti edocta nuncio, & Spiritu sancto duce, ascendens cum festinatione in montana, humilem Zachariæ domum intrauit. Iesus enim qui in vtero illius erat, festinabat adhuc in vẽtre Matris Ioannem positũ sanctificare. Et ipsa Virgo gloriosissima cognatam Elizabeth visitans, non minus illam sua visitatione, quàm fructuoso salutauit colloquio. Maximam namque lætitiam fidelium mentibus debet ingerere excellẽs illud mysterium, quo matres illæ gloriosæ totius salutis nostræ ferentes primordia, tàm familiariter inter se exultarunt: cùm Virgo excellentissima de stirpe Dauid Maria, & veneranda inter filias Aaron Elizabeth inuicem colloquuntur: quarum altera Creatorem omnium & Saluatorem nostrum, altera Præcursorem Ioãnem gestat in vtero: & sanctæ illæ miraculo matres effectæ, diuina inter se beneficia commemorant. Felix quidem illa conuentio, & magnis diuinæ gratiæ splendoribus illustrata, qua tales & tãtæ in vnum matres pariter affuerunt: quarum altera Virgo ex Spiritu sancto, altera sterilis & in senectute conceperat, & vtriusque partũ cælestis Angelus prænunciauit: Quã Ioannes adhuc maternis recluſus claustris, venientem ad se Dominum in Mariæ vtero veneratur: Qua repleta Spiritu sancto Elizabeth, conceptui Filij Dei & Saluatoris hominum gratulatur: Quã & ipsa prophetans, beatissimã dixit Mariam quę credidit, & reuelata sibi mysteria pandit: Qua denique repleta ineffabili gaudio Mater Domini Maria, omnia in corde suo conferens, quæ vel prius ab Angelo, vel tunc ab Elizabeth perceperat, in canticum & laudem Domini prorũpit.] Et paucis interiectis, hæc adiiciuntur: Quis tanta mysteria condignis laudibus prosequatur? Quis hæc gaudia sufficienter exponat, dum Ioannes nondum natus exultat, Elizabeth aduentu Virginis collætatur, Maria in mysteriis gaudet, clausus in vtero Saluator à suo recognoscitur præcursore, lætantur Angeli, cælum & terra iocundantur & tota Trinitas nouis laudibus glorificatur? Hæc igitur gaudiorum magnitudo, specialibus est extollenda præconiis: hæc singularibus solennitatibus celebrãda, in qua & Dominum, qui gestatur in vtero, & Virginem, quæ portat, & sterilem, quæ concepit, & præcursorem, qui visitatur, condecentibus prosequi debemus honoribus.]

Definitio Cõcilij Basileen. sis de Festo visitationis solenniter celebrãdo, & quare ob causas.

Sessione 21. Concil. Basileen.

Luc. 1.

Maria & Elizabeth matres inprimis gloriosæ.

Mirifica gaudia nobis in hoc Festo to taque historia proponi conueniunt.

CAPVT QVARTVM.

De variis Nouatorum corruptelis, quibus eadem Lucæ historia & Mariæ causa hoc seculo miserè deprauatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RELIQVVM est de Sectariis nouis dicere, illorumque sententias pro instituti nostri ratione quasi ad trutinam reuocare, qui sanè hanc ipsam Euangelij partem egregie contaminant, nostrámque Virginem mala fide tractant, vbi illam maximè prædicare & exornare debebant. Primum in quæstionem vertunt, quo consilio Maria iter istud instituerit, respondéque Caluinus: *Non absurdum esse ducendum, quæsitam à Maria fidei confirmationem fuisse ex miraculi conspectu, quod Angelus non sruſtrà illi in medium proposuerat.* At certè quidem absurdum videri potest & debet, Deiparam nudo verbo Domini, quod ab Angelo didicerat, non fuisse contétam, sed ad cognatam inquirendi causa venisse, vt accepti nuncij veritatem euentu ipso comprobaret, atque ita fidem languidam confirmaret. Brentius habet in hunc modum: *Maria visitauit Cognatam suam Elizabetham, vt verbo Angeli obediret, & Sacramentum quod Angelus annunciauerat, re ipsa experiretur, & rursus Elizabeth confirmat fidem Mariæ.* Vbi duo commiscet Brentius, quæ cum probare non possit, ac temerè prorsus affirmet, iustam meretur reprehensionem. Alterum est, quod pro suo arbitrio cõfingit mandatum Angeli, vt nisi Maria iter suscipere, inobedientiæ rea esse videretur. Sed nullum tale mandatum extat, indicante solùm Luca, vel potiùs Angelo miraculum, quod in sterili anu Deus recés effecisset, eóque confirmat diuinam potentiam in Virgine paritura: nihil autem vel consilij, vel præcepti adiectum est, vt Maria cognatam inuisat. Alterum est quod Mariæ fidem in dubium temerè vocet. Etenim quæ fidei puritas & integritas in Deipara fuit, aut quomodò Iudaicæ curiositatis fermento carúit, si Deo Deíque verbo non simpliciter credidit, sed quando ad Cognatam profecta est, fidem suam signis & experimentis (vt somniat Brẽrius) voluit corrobare? Non tàm languida certè Mariæ fides erat, vt vel Elizabethæ, vel alterius monitis debuerit confirmari, nec potuit ignorare, quod posteà scripsit Gregorius, nullum fidei meritum esse, vbi humana ratio præbet experimentum. Iam verò antè probatum est satis, singularem fidei puritatem atque præstantiam in Maria excelluisse, quæ non minus Filium Dei in corde suo per fidem, quàm in vtero re vera conceptum fouebat, quæque propter fidei perfectionem testimonio Spiritus in Zachariæ domo publicè cõmendabatur. Igitur Ambrosio & Bedæ assentiendum est, qui velut Nouatores istos feriant, verámque susceptæ profectionis causam explicent, perspicué scribunt: Maria non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de núcio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi læta pro voto, religiosa pro officio, festinans præ gaudio in montana perrexit.] Quærit & Bernardus: quid fuit necesse, etiam huius sterilis Virgini nunciare cõceptum? Nunquid fortè dubiam adhuc & incredulam oraculo, recentiore voluit confirmare miraculo? Absit, inquit, sed ideò sterilis cognatæ conceptus Virgini nunciatur, vt dum miraculum miraculo additur, gaudium gaudio cumuletur.] Igitur eodem cõsilio Maria suam instituit profectionem, quo ductus Angelus nouum de Cognata grauida miraculum nunciauit, maiorémque Virgo charitatis & gaudij spiritualis, quàm confirmandæ fidei rationem habuit in hac sua peregrinatione, quicquid Caluinus & Brentius ad fidem Virginis eleuandam comminiscantur.

Caluinus & Brentius quid tentent de Mariæ mente atque consilio in hac visitatione instituenda.

Refutatio Brẽtianæ censuræ, & quod Maria minima veritate cognatam, neque fidei confirmationem quæsierit.

Errat præterea Lutherus, qui, ne omninò quicquam de solita virulenti animi acerbitate remittat, & vt Lucæ historiam quoque depraueat, in has voces protumpit. *Maria non sua causa Elizabetham adit, nec aliam ob causam, quam vt prægnanti inseruiret. Per hoc subruuntur omnia instituta & ordines, qui eo tantum operi intendunt, vt sibi, non etiam aliis commodi sint.* Hic dominamus cõuicianti Luthero, quod primum affirmat, scilicet Mariam non sua causa esse profectam, quia necdecebat quidem tàm sanctam Virginem, eámque viro desponsatam sine graui causa tàm procul abire, ac tàm diu, id est, mensibus tribus abesse: tùm sequens euentus, lætúsque rerum successus declarauit, certo dei consilio, & ob multiplicem aliorum vtilitatem hoc iter ad Elizabeth fuisse institutum. Reliqua verò non donamus, sed vana Lutheri cõmenta esse dicimus, quæ discipulus eius Sarcerius, vt alios prætereamus, hoc ipso refutat, quod quatuor aut quinque rationes, siue vt ipse vocat, finales causas, ob quas Maria in montana properans adierit Elizabetham, exponit. *Primum*, inquit, *vt illam salutaret: deinde vt exhibitam sibi gratiam cum Elizabeth communicaret: tertio, vt Elizabeth ad credendũ Deo prænocaret: quarto vt suo exemplo Elizabeth de exhibita illi misericordia certificaret, sicut & ipsa exemplo Elizabeth ab Angelo certificata erat. Tandem quo vel illi vetulæ inseruiret & administraret.* Ac alibi rursus verisimile esse monet, Mariam longè majores causas, quàm salutationis officium, sui ad Elizabeth tàm laboriosi & cum festinatione suscepti itineris habuisse, nimirũ vt illi prædicaret exhibitam erga se misericordiam, vel vt illam ad eandem & sperandam & amplectendam incitaret, vel vt solaretur illam, &c. *Quæ omnia*, inquit, *sub verbo salutauit, commode comprehendi possunt.* Hæc sanè veterum authoritati ac ipsi rationi magis, quàm quæ Lutherus incogitanter profert ac potius effutit, sunt consentanea. Nec ignotus hic hostis est, qui more suo Mariam, vt vulgarem puellam, vili seruitio & tantùm non re culinaria occupatam libenter depingit, vulgóque intuendam proponit. Igitur in eadem concione vocat illam humili & obscuro loco natam, pauperculam & infimi ordinis puellulam, quam nemo magnoperè curaret, & quæ cunctis ignota esset. Sed facessant impuri hominis contumelioſæ voces, quas vt piæ aures omnes exhorrent, sic nos etiam alibi coarguimus. Prætereà solum Mariæ ministerium vrget Lutherus, vtporè qui cum suo Bucero nullam opus Matthæi bonum agnoscit, nisi eo proximis bene fiat, & in illorum commodum instituatur, velut sola dilectione fraterna omnis Euangelica iustitia, omnéque Christianum officium cõtineatur, nec cæteris quoque virtutum operibus cuique sit insistendum, vt sibi sobrie, iuste proximo & pio Deo viuat in sua vocatione.

Lutherus in hac historia ratiocinatur.

Sed hũc crassum errorem quum de Ioannis operibus disputaremus, satis elisimus, ex eóque fonte Apollinaristarum manat, quod Lutherus tàm petulanter addit, discipulum porrò manat, quod Lutherus tàm petulanter addit, discipulum vt vno velut ariete monasticam vitam & disciplinam omnem subruat ac euertat. Quid enim aliud rei monasticæ faceret ex Monacho insignis apostata, imò apostatarum omnium nostri seculi princeps, nisi vt

quem ordinẽ perfidè deseruit, rabioſe insectaretur? Quis verò non rideat, Monachorum institutum authore Luthero propterea conuelli atque damnari, quandoquidem Maria suam cognatam ad ministrandum inuisit? Esto, id Virgo sancta fecerit, nec solùm vni prægnãti fœminæ, sed multis etiam aliis minus honoratis, magisque pauperibus vtriusque sexus hominibus inseruierit, quod nusquàm tamen proditum legimus: ergóne in hoc ministerij genere vitam omnem traduxit, aut aliis omnibus vnicè traducendam esse putauit? Ergóne, inquam, laboriosum Marthæ munus continenter obiuit, & sanctum Magdalenæ ocium, partémque optimam, quæ in contemplante vita consistit, nec elegit, nec tenuit, nec amauit vnquàm: sed solum in his quæ ad proximi beneficium spectant, ætatem omnem consumpsisse dicenda est? Testantur autẽ veteres, quicquid Lutherus fingat, vtriusque vitæ, actiuæ & contemplatiuæ absolutum specimen & exemplar, sicut in Christo Domino, sic etiam in Virgine Matre inueniri, nobísque ad vitam perfectè instituendam proponi. Docent prætereà, nullam mulierem, perinde ac Mariam, diuinæ sapientiæ toto vocasse pectore: hanc præ cæteris gustasse, quàm suauis sit Dominus, quæ sicut Angelorum, Pastorum ac Magorũ, sic & Christi filij verba, in corde suo summa cum reuerentia conseruarit, prout etiam Rupertus asseuerat. De Monachis autem Lutherus cum suis nũquàm probauerit, ociosum & proximis infrugiferum hoc hominum genus esse, cum de Ecclesia illi quidem, si suo instituto & scopo satisfaciant, præclarè mereantur, sicut Chrysostomus, vterque Gregorius, Cassianus, Damascenus, aliíque Monachorum Patroni & Collegæ non minus factis, quàm scriptis summa laude dignis liquidò comprobarunt.

Quam ineptè Lutherus ex hac historia ratiocinetur.

Succedit iam alia contentio, quam in præsenti historia nobis excitant Nouatores, vt illis Lucæ verbis abutantur, quibus infans Ioannes in matris vtero dicitur exultasse, sicut eius mater apertè professa est. Hinc enim VVellerus argutatur: *Illustre hoc testimonium est, Spiritum sanctũ etiam in pœnulis esse, & in pœnulis singulares quosdam motus ciere, licet nobis incognitos, vt in isto exemplo conspicitur, insantem in vtero Elizabeth ad salutationem Mariæ exilire gaudio. Loquimur autem de illis infantibus, qui ad Christum perferuntur precibus Ecclesiæ & piorum parentum: in illis dicimus Spiritum sanctum certos motus efficere, quales sunt Sanctorum, qui sunt membra veræ Ecclesiæ.* Nec est dispar Brentij ratiocinatio: *Si infans Ioannes adhuc in vtero matris conclusus capax fuit Spiritus sancti, quanto magis hi infantes, qui iam in mundum nati sunt, Spiritus sancti per gratiam Dei capaces erunt?* Suffragantur his Hemmingius, aliíque scholæ Lutheranæ doctores, indéque Baptismum parvulorum tuentur aduersus Anabaptistas.

VVelleri sententia de Ioãne in vtero matris exultãte, & quid in hoc probet de paruulis illorumque motibus.

In explicat. Euangel. de Visit. Virg.

Hemil. 7. in Lucam.

Brentij & Hemmingij eadem de re testimonia.

In præfat. Euangel. de Visit. Virg.

Nos verò paucis respondemus, infirmum satisque coactum hoc esse præsidium, ac propterea veteribus ignotum, vt non modò Baptismus paruulorum, qui Ecclesiæ authoritate maximè nititur, sed & fides propria infantium ex hoc Euangelij loco astruatur. Etenim non satis constat, & in dubio relinquit Augustinus, an Lucas infanti Ioanni sensum proprium pietatis, verúmque iudicũ tribuat, ita vt is Spiritu sancto præditus Christum præsentem cognouerit, quantumuis in matris vtero exultaret: id enim fieri poterat, vt pars quædam esset diuinæ in matre operationis, infante licet nihil intelligente. Deinde vt maximè fateamur, Spiritum sanctum in Ioanne infante tàm efficacem fuisse, qui gratiæ diuinæ & viuidę fidei illum participem redderet, motúsque pios quosdam in illo excitaret, nihil hoc quidem ad reliquos infantes pertinet, quibuscum simile miraculum Deus non operatur. Aut si ordinariè quidem hoc operatur, vt Caluiniani vanissimè somniant, fingamus licet eosdem pueros in materno etiam vtero sanctificari, imò & ante Baptismum iustificari, sicut eisdem Caluinianis libet ridiculè argumentari. Vnde sic etiam scribit Bullingerus: *Dicemus ex his optime sperare de infantibus in similibus materno vteri septo, quod videlicet Deo curæ sint, adeóque Dei sint.* Verùm absit, vt pestilentem recipiamus errorem, qui sacri Baptismi, & baptismalis, quam vocant, gratiæ tollit necessitatem, & morientibus sine Baptismo paruulis non modò iustitiã Christianam, sed & vitam æternam sine vllo Dei verbo, imò contra Dei Verbum expressum, omnémque Ecclesiæ definitionem stolidè pollicetur. Valeant prætereà, qui nescio quos motus in paruulis fabricant, eósque actu, vt vocant, credentes fingunt tempore baptisinatis, quum nulla ratione possint, nullúmque rationis vsum tenent: tantùm abest, vt infanti Ioanni, qui in matris vtero sine Sacramento & ingenti cum miraculo est sanctificatus, comparati possint ac debeant. Sed hoc inane phantasma, sicut & alia paradoxa, quæ nouum hoc seculum extruit, suis authoribus, cæcisque doctoribus permittamus. Nos enim de sanctificatione Ioannis & propria fide infantium, quam Nouatores stultè confictã stultius propugnant, satis multa de Ioanne disserentes exposuimus.

Bullingeri argumẽtatio infirma de paruulis etiã sine Baptismo saluandis.

Vt ad nostram Virginem redeamus, memorabilis est sententia, quam de illa Spiritus sanctus per os Elizabethæ pronunciauit: Beata quæ credidisti. Sed vim hic quoque faciunt, sed obiterpunt ac detrahunt Deiparæ Nouatores, ex quibus Culmannus in hunc modum erumpit: *Per fidem beata est, non per vlla opera: & sola fides glorificanda est, vt hic vides, non vllum opus.* Coruinus æquè prudenter, ne dicam petulanter, locum interpretatur. *Elizabetha*, inquit, *Spiritu sancto afflata, Matrem Domini agnouit, quam etiã benedictam & beatam pronunciat. Sed qua de causa? quod Angelo crediderat: Quis iam nunc neget fidei debere omnia?* Ac rursus: *Hæc sententia iustitiæ fidei contra iustitiã operum confirmatur.* Quid verò Sarcerius? *Commendat in Maria fidem, & excludit meritum. Beata, inquit, quæ credidit. Non inquit, beata quæ meruit. Perendè est hinc gratia commendandi Sanctos.* Tum Brentius hoc verbũ diligentissimè obseruandum esse monet. *Explicat enim perspicue*, inquit, *id per quod Mariæ beatitudo contigit: & tigit autẽ ei per eandem rem, per quam & Abrahæ cõtigit, videlicet, quia credidit.* Et posteà: *Beatitudo Mariæ ex eo contigit, quod credidit diuinæ promissioni, in quæ dictum est, Filium eius esse verum Messiam, in quo Gentes benedicantur.*

Testimonium Nouatorũ de fide hic inepte garrientiũ, vt solam illam iustificare contendant.

In Festiuitate Visit. Mariæ.

In explica. Euangelij eiusdem Festo.

In Euang. Lucæ.

Hom. 7. in Lucam.

Refutatio distortæ interpretationis hic fidem solam, vt genuiũ, quasi nihil præterea spectet ad hominis beatitudinem.

Quam sunt autem isti, bone Deus, insulsi interpretes? proprium Scripturæ morem vel ignorãtes, vel dissimulantes, quo dum vnum dicit, non excludit aliud, fidémque sic extollit, vt simul pœnitentiæ, charitati, Sacramentis aliísque Christianæ iustitiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

officiis & operibus bonis vim laudémque suam relinquat & astruat. Quæ demum istæc inscitia, ne dicam malitia est, è Scripturis illam vrgere sententiam. [a] Iustus ex fide viuit, ac cæcis interim oculis alia dicta præterire, in quibus admonet hoc pacto Spiritus sanctus: [b] Iustus ex iustitia quam operatus est, viuet. [c] Qui facit iustitiam, iustus est: [d] Beatus in facto suo erit: [e] Fides sine operibus mortua est: [f] Charitas operit multitudinem peccatorum: [g] Baptisma saluos facit. Quod ad Mariam attinet, fide illa quidem beata est, sicut ab Elizabetha celebratur: nec quisquam sanæ mentis, vt arbitror, de illo vnquàm dubitauit. Beata, inquam, fide inchoatiua, vt in Scholis appellant: vnde fides radix iustificationis & origo beatitudinis à Catholicis semper habita, vt sine illa Deo nullus placere, & beatitudinis gradum vllum attingere possit. Sed isti falso inferunt, quia fide beata fit, nullam beatitudinis partem virtutibus & operibus Mariæ deberi, sed totam Matiæ iustitiam sola fide contineri. Scimus quod ad primam iustitiam Virginis attinet, vt Abraham Patriarcham, sic ipsam quoque sine meritis præcedentibus esse iustificatam, & in Dei Matrem gratis electam: sed quemadmodum idem Abraham iam fide iustus, magis magisque ex operibus Fidei est iustificatus, & iis Fidem suam consummauit, vt Iacobus affirmat, ita de Maria quoque iudicare par est, beata vt sit non solùm quia cũ fide Verbum Dei percepit, sed & quia Verbi Dei auditi fida custos & perfecta operatrix fuit, vt etiã Augustinus ingenuè profitetur. Fallit autem istos Eunomianum dogma, vel si malis, idolum de sola ride iustificante, quod vt mordicus tueantur, Scripturæ loca de fide dicta mirabiliter arripiũt, ac perperam interpretantur. Quam Nouatorum impostu ram multi detexerunt, ac nos etiam antè coarguimus, vt iam de singulari & beata Mariæ fide nouam telam ordiri sit superuacaneũ. Hæc illius fides per charitatem assiduè, quum in terris militaret, operabatur, vt scut Tabitha, bonis operibus plena esset, ac in fide virtutem omnem, sicut Petrus postulat, ministraret, ipsisque operibus iustitiæ coronam, vt Paulus appellat, sibi auctiorem redderet, tanto quidem iustior atque beatior, quanto charitate perfectior, in qua legis plenitudinem Paulus [h] agnoscit, & plenam hominis iustitiam collocat Augustinus.

Aᴛ rursus garrit Coruinus: *Elizabeth laudat Mariam, non tamen pro Dea eam exoltit, aut adorat. Vos igitur Mariam colere: crede sicut ipsa credidit: age vitam honestam sicut ipsa modestè vixit.* Est illud quidem extra omnem controuersiam, Mariam pro Dea nec habendam, nec adorandam esse, cuius fidem tamen ac vitam sic oportreat intueri, vt ad eius imitationẽ, sicut antea diximus, nos quoque componamus. Hæc imitatio tanta esse non potest, vt Virginis huius fidem maximam, ac mores eius integerrimos qui quam satis exprimat, & vix quidem attingat. Cæterum quod niger hic homo, vt suo respondeat nomini, omnem Mariæ cultum hoc vno concludit, si fidem eius ac vitam imitemur, communis aduersariorum error est, quo illi Deiparæ cultum in Ecclesia receptum futiliter rum eleuare, tum abrogare conantur. Præterea iam antè docuimus, Catholicos in Maria colendâ hoc pacto versari, vt eam neque pro Dea vnquam habeant, neque adorandam vt Deam arbitrentur, quicquid obstrepant Ecclesiæ hostes, ac improbi calumniatores. Atque interim Orthodoxi constantem veteris Ecclesiæ pietatem & consuetudinem in Maria veneranda tantò libentius retinent, ac fortius profitentur, quantò certius ex Euangelio præsens exemplum Elizabethæ cognoscunt, diligentiúsque perpendunt. Cur enim & ipsi talem tantamque Matrem Domini non religiosè suspiciant ac venerentur, probatóque veterũ more citra Dei iniuriam salutent ac inuocent, cùm sancta mulier Elizabeth Deiparam adhuc in mortali corpore constitutam, tàm reuerenter habuerit, tam honorificis verbis salutarit, & coràm multis domi suæ celebrarit, publicèque beatam & benedictam proclamarit? Perfecta nunc sunt omnia in Virgine, quæ Angelus Gabriel prædicebat ac promittebat, dictáque Zachariæ coniux vaticinabatur, neque solùm in terris, sed in cælis etiam maxima felicitate lætatur, inter electos omnes Christo semper proxima, Mater à Filio summè honorata. Sed de his alibi dictum satis putamus.

Qᴜid? quod Philippus Melanchthon & Lucas Lossius præsentem historiam eo detorquent, vt & Ecclesiam & Synodum statuant in ædibus Zachariæ, quoniam illic sit cœtus & confessio quædam piorum hominum, nimirum Mariæ & Elizabethæ de doctrina veritatis testificantium. Est ita quidem, nomen Ecclesiæ, sicut & Synodi strictè sic posse accipi, vt ad vnam domum familiámque transferatur, sicut ex Paulo discimus. Sed nefaria fraude non caret, quod Nouatores, cùm hæc aliáque id genus exempla decerpunt, per istiusmodi paucorum hominum cœtus priuatos publicam Ecclesiæ authoritatem eludere, ac reuerenda Synodorum iudicia defugere ac extenuare conantur, nullam vel exiguam veterum Conciliorum rationem habentes, in quibus iuxta constantem Ecclesiæ morem Patres & Episcopi coeunt: & non solùm ob Christi promissionem, & Spiritus sancti præsentis efficaciam, sed etiam propter authoritatem ordinis de sensu Scripturæ, de fidei doctrina, & de disciplina Ecclesiæ ius habent legitimum, sicut priuati homines habere non possunt, iudicandi, definiendi, atque præscribendi. Nec vident aduersarij, quàm pulchrè fenestram insano vulgo, vanisque mulierculis aperiant ad Synodos instituendas. Cur enim plebæi homines præsenti Mariæ & Elizabethæ non abutantur exemplo, sibíque ius arrogent Synodos celebrandi & Ecclesiam integram repræsentandi, si satis est priuatas conuenire personas, & de sacris colloqui atque testari? Nam & pro se stare dicent Christi promissionem: Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quis autem ferendam, ac non ridendam, prorsúsque monstrosam dicat Synodum vel Ecclesiam, quæ ex phanaticis hominibus, vel è meris mulierculis conflata, de verbo dei & fidei rebus iudicandi sibi sumeret potestatem? Erant autem, vt & alibi probauimus, qui veram Dei Ecclesiam eo tempore penes Pontifices ac Synagogæ proceres non fuisse fingunt, & ad cœtum paucorum electorum, vt Mariae, Elizabeth ac Zachariæ, duntaxat astringunt. Diuina certè & immutabilis est ordinatio, vt maior sit Pastorum, quàm ouium, Sacerdotum, quàm populi authoritas, vtque Synodi non à personis priuatis, sed Episcopis

Episcopis instituantur atque celebrentur, sicut inde ab initio semper Ecclesia obseruauit. Conuenire quidem pij possunt, & Spiritum sanctum viuificantem ac inhabitantem habere: sed non Spiritum ad docendum, pascendum ac gubernandum alios ex officio recte sibi vendicant, vt sicut in sacra Synodo Patres, iure sibi sumant illud: Visum est Spiritui sancto & nobis. Qua de re Catholici Scriptores, qui nostri seculi Hæreticos confutarunt, amplissime disseruerunt.

CAPVT QVINTVM.

De præstanti multísque modis commendabili Mariæ cantico, quod vulgo Magnificat dicunt, ac in eo personam cantatricis mirabiliter elucere.

Sacra Virgo, quæ nullus socordiæ, nullum torpori locum vnquam reliquum fecit, ad ædes Zachariæ festinans peruenit, & cognatam prægnantem salutauit. Salutando autè matrẽ, eius infantem, licet nondum editũ, ita cõmouit, vt in audiẽtibus admiratio, illuminatio & lætitia incredibilis è vestigio consequeretur. Elizabeth autè quo rectius veniẽtis ad se personæ præstantiam intellexit, diuino nimirum Spiritu edocta, eo chariorem sibíque gratiorem talem hospitam habuit, digniusque tractauit, multis quidem modis erga illam officiosa. Id suo insolito clamore, id honorificis verbis, id variis gestibus satis publice declarauit, vt mihi sane probabile videatur, modestissimam Virginem, vt prius ex Angelico sermone turbatam, ita cognatæ laudatione si non pudefactam, at non leniter sane commotam extitisse. Illic à Gabriele salutata, nihil omnino respondit: hic ab Elizabeth commendata seruat quoque silentiũ, & suam tantum mentem ad Deum religiosè conuertit. Pulchrum profecto exemplum animi Deum ardenter amantis, qui vel in mediis turbis atque negotiis, siue laudetur, siue vituperetur, curas & cogitationes omnes, perinde ac muscas circum volitantes, abigit, & rerum humanarum oblitus, quum & quando vult, promte & expedite cum summo bono seſe coniungit, déque sacris quiete & suauiter philosophatur, adeóque immensæ totius felicitatis abysso videtur immersus. Agnouit hanc veritatem Franciscus quoque Lambertus, vt vnum ex Aduersariis testem producam, quoniam hac vtitur oratione: *Super se à Spiritu sancto eleuatæ, & Dei ineffabilem bonitatem, summamque potentiam sentientis, & experta verba sunt ista. Etenim cum solum magni & multi facit, cuius omnem magnitudinem esse agnouit: omnia vero reliqua cum eo collata nihili pendit, & perinde atque stercus vilissimum arbitratur. Anima, inquit, mea Deum magnificat. Id est, quicquid virium & sensus in me est, quicquid sum & viuo, eius tantum gloriæ est intentum & vitæ. Absorpta quippe erat à Spiritu sancto, vt iam non ea verus homo, imo non ipsa in se, sed ipse quem conceperat Christus, viueret, sentiret, operaretur & loqueretur.* Et rursus postea: *Omnis hæc Mariæ exultatio in Spiritu est consideranda, vt sit alta & vehementis mentis excessus meditatio, qua Virginis mens in Deum sæpe erigebatur.*

Addemvs & nostram paraphrasin, vt initium eximij cantici, & mens loquentis Virginis aliquãto rectius accipiatur. Sic enim illa dicere voluisse videtur: O admirabilem & inscrutabilem diuini numinis dispensationem, quæ me latere non sinit, sed in publicum prodire vult mysterium nulli mortalium, vt arbitrabar, tam cito, tam facile reuelãdum. Tu qui solus arcana cordium perspicis, fons idem & Author bonorum omnium, hos oculos ad videndum, hanc que linguam ad confitendum nostræ cognatæ præbuisti, Ego vero nihil tale vel expectabã, vel cupiebam, quod ad me quidem ornandam spectaret, quæ postquam me tibi totam, vt obsequentem ancillam consecraui, vt antea semper, ita porro etiam mundo ignota esse, & à te solo respici amarique desiderabam, vt quæ nulla vel hominum, vel Angelorum laudatione, nullaque amicorum gratulatione delector. Sed enim quando sanctissimæ voluntati tuæ visum est, vt gratia summa in Nazareno cubiculo nuper mihi collata, hic primum aliis propaletur, & habitans in me Emanuel se prodere incipiat, ego non meo tantum, sed & præsentium & absentium nomine non possum nõ gratias agere, tuásque laudes æterne Pater celebrabo. Alij Tubis, Cymbalis, Organis, aliisque Musicis instrumentis admotis, nõnulli verbis exquisitis & hymnis elaboratis plenisque buccis, tuam gloriam prædicãt: Magnificat autem anima mea Dominum, & intẽtis animæ viribus omnibus, vt perfectior harmonia sit, summum illud bonum glorificat, quo nihil præsentius & intimum magis esse potest. Sed & Spiritus meus non sibi diutius temperat, quin hymno gratulabundo interiorem animi lætitiam testetur, simúlque in gratiarum actionem prorumpat, vt si antea vnquam, nunc vel maxime in Deo salutari suo laudando profuse gestiens multis modis exultet. Etenim tam vehementi amore, tam flagrãti ardore ad meum omniúmque rerum Authorem celebrãdum rapior, & occupor prorsus, vt mihi neque memoria, nisi illius beneficia, neque intellectus, ni si eiusdem sapientiam apprehendere, neque voluntas, nisi ipsius amorem complecti possit. Quis ergo quamlibet pius, & quantumuis commendatus, si Mariæ sequatur exemplum, ob quæuis benefacta iure sibi placeat, vel aliena laudatione commotus infletur, ac non potius si gloriatur, in Domino glorietur? Beda Virginem ita loquẽtem facit: Tanto me Dominus, támque inaudito munere sublimauit, quod non vllo linguæ officio explicari, sed ipso vix intimo pectoris affectu valeat comprehendi. Et ideo totas animi vires in agendis gratiarum laudibus offero, totum in contemplenda magnitudine eius, cuius non est finis, quicquid viuo, sentio, discerno, gratulanter impendo, quia & eiusdem Iesu, id est, salutaris, Spiritus meus æterna diuinitate lætatur, cuius mea caro temporali conceptione fœcundatur.] Et concinnus quidem in hoc hymno seruatur ordo, prædicante primum Virgine declaratam sibi benignitatem & potentiam Dei, cuius & sanctitatem deinde canit, ac demum eiusdem veritatem in seruandis promissis concelebrat.

Lavdant hoc quoque canticũ aduersarij, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

meritò laudant, quod vere dici potest Virginale, encomiasticum, triumphale. Caluinus insigne & memorabile sanctæ Virginis canticum dicit, ex quo clare appareat, quanta Spiritus gratia excelluerit, quodque probe fuerit in Scripturæ doctrina exercitata, sicut Beza quoque testatur. Brentius carmen triumphale & thesaurum cælestem: Bullingerus hymnum plane diuinum & excellentissimum: Lutherus carmen sanctissimum, Virgineum Epithalamium, & diuinum encomium, VVellerus dulcissimum atque eruditissimum Mariæ canticum vocat. Ego vero primum hunc noui Testamẽti hymnum dixerim, sicut primum veteris Testamenti cãticũ, quod sibi fœmina vendicauit, altera Maria Moysi soror decantauit, quæ post nouam victoriã de Pharaone reportatam agmen fœmineum duxit, ac Deo victori laudes publice celebrauit, ita vt reliquis præcineret, ac esset velut antesignana. Hæc nobilis Prophetissa vt aliis rebus pluribus (quemadmodum alibi demonstrauimus) sic etiã psallendo verã nobis Mariam adumbrauit, quæ toti Dei populo ad psallendum viam aperuit, & formam non voce tantum, sed & corde mundo perfectóque Spiritu psallendi proposuit, quãdo pulcherrimum hoc canticum ad finem vsque seculi in Ecclesia duraturũ nobis reliquit. Hic demum fortissimã Iudith audimus, quæ de hostibus diuina virtute subactis non suo tantum, sed & totius populi liberati nomine dulcissime gratulatur.

Aduersarij hoc Mariæ cãticum magnifacũt ac prædicant, vbi de illo tractant.

Mariæ cantic. primus est hymnus noui Testamenti. *Exod. 15.*

Duæ Mariæ in signiter psallunt in veteri ac nouo Testamento.

Maria se alteram Iudith in cãtico præstat. *Iudith. 13.*

Q VID autem vulgare in eo cantico esse posset, quod ab anima purissima, cælestibus radiis illustrata, & in summorum Dei operum contemplatione defixa, solo quidem Spiritu mentem & linguam Virgineam gubernante proficiscitur: cum illa quæ loquitur, velut attonita, & extra se rapta, vt etiam aduersarios fateri diximus, voces & sententias omnes cantici tanta cum grauitate & suauitate pronunciar. Id verum esse cum ex aliis, tum ex illo colligi potest, quod modestissima Virgo, quæ superiores laudes tum à Gabriele, tum à cognata sibi delatas agnoscere non sustinuit, nunc sui velut immemor, seipsam efferre ac prædicare palam videatur. Etenim humilitatem, de qua postea dicemus, sublimen vere virtutem, iam sibi ipsa tribuit, ac per eam summo Deo se placuisse testatur, tantúmque gloriæ & beatitudinis præterea sibi audet polliceri, vt ab omnibus vbique familiis & populis nomen suum venerandum ac prædicandum esse vaticinetur. Quis Iudæus, quæso, aut impius, quum hæc fortasse legit vel audit, non illico suspicetur, parum illam humilitatis, & multum arrogantiæ præ se ferre? Ad hæc singularem eius animi gratitudinem gratámque lætitiam continet, quod de fonte illo summæ bonitatis omnisque virtutis prædicat: Fecit mihi magna qui potens est, magna, inquam, & stupenda miracula, quæ mortales omnes non cogitatione, nedum sermone consequi vnquam possint.

Nihil vulgare sed eximia omnia in hoc esse cantico.

Quomodo Mariæ persona in hoc cantico consideranda.

Quomodo Maria seipsam in hoc cãtico laudet ex Spiritus abundantia.

O HVMILEM simul & excelsam Virginem, quæ Dominum adeo mirabiliter magnificauit, & plena Spiritu sancto non minus corpore, quàm corde in Deo salutari suo cum ardore incredibili exultauit! O inclytam prophetissam, quæ diuinitus illustrata, de præcedentibus & sequentibus ætatibus Ecclesiæ varia denunciat, quæque cum superbos & potentes hostes memorat, non solum Ægyptios, Philistæos, Assyrios, Babylonios aliósque Israelitici populi hostes capitales, sed etiam Ecclesiæ Christianæ aduersarios, immanes ethnicos, hísque nocentiores pestes Hæreticos, adeóque eo. præpotentes & extreme superbos dæmones intelligit, ac simul comprehendit. Nec obscure indicat, Iudæorum Synagogam reiiciendam, quos táquàm diuites inanes iam dimisit Deus, & Ecclesiam pauperum, vt cernimus, ex gentibus vere pauperibus Euangelicam iustitiam esurientibus colligendam esse, vt ne vetus Dei benedictio, quæ Abrahæ & semini eius facta erat, in nouo credentium populo compleretur. Sed neque illud caret mysterio, quod peculiariter depingit & commendat electos, qui sunt humiles & esurientes, ad eum nempe modum, quem Mariæ Filius postmodum obseruans, pauperes Spiritu & iustitiam esurientes in Euangelio nuncupauit.

Maria cunctis mulieribus regibus hoc cantico antecellit.

Mariæ de Ecclesiæ gestorum cognitio vocata, quæ ad Deiparam pertinent eleganter explicat canticum.

ORIGENES hoc Virginale vaticinium dixit, quoniam Prophetiæ Spiritus in eo clare perspicitur. Nonnulli canticum hoc dulcissimum ac diuinissimum vocant, quod pectus diuini Spiritus gratia refertum eructarit. Vbi primum quidem Virgo beneficia sibi, ac deinde toti humano generi collata, postea vero incarnationis Dominicæ gratiam orbi exhibitam Deum laudando commemorat. Alij cum Gersone de hoc Mariano hymno etiam accipi posse putant, quod Psaltes regius habet: Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decacordo psallam tibi. Nam vere nouum hoc est canticum, & psalterium decacordum, quia decem constat versibus, quorum duo priores totius cantici velut propositionem complectuntur: proximi vero tres misericordiam Dei tum erga Virginem, tum erga omnes pios alios, seu totam Ecclesiam prædicant: sequentes tres Dei potentiam extollunt postremi duo veritatem etiam in his, quæ promittit Deus, comprobant luculenter. Fatentur hoc etiã aduersarij, sed qui suis scholiis, ne dicã scortis, nullum diuinum hoc canticum, vti monstrabimus, indigne conspurcant. Hoc nunc monuisse sic satis, quod nullum fere canticum, quantumuis multa in Propheticis literis reperiantur, huic præferẽdum extet, siue loquentis in eo Spiritus maiestatem, siue contentis Virginis exuberantem gratiam, siue argumenti & scopi propositi præstantiam contemplemur. Valde laudantur meritóque celebrantur quæ [a] Moyses, [b] Dauid, [c] Salomon, [d] Esaias, [e] Hieremias iam olim ad Dei gloriam decantarunt, & decantando conscripserunt. Multo autem suauius, augustius, perfectius Maria nostra modulatur, vt merito tympanistria Euangelica dici possit: multóque efficacius ad diuinas perpetuásque laudes cunctos & homines & cælites excitat, si rite omnia considerentur. Ac præcipue quidem castis Virginibus exemplo est, vt nouum & inimitabile canticum, aut si mauis, epithalamium, quod soli quidem Virginum gynecæo conuenit, cælesti sponso exultabundæ modulentur. Sic enim & Augustinus, aut quisquis ille author fuit, Mariam inter cætera compellans, loquitur: Tu in cælestibus regnis prælatus es cunctis Virginum choris: tu agnum quocunque perrexerit, sequeris. Tu Virgineos choros & ab incentiuæ carnis illecebris alienas, per albentia lilia rosásque vernantes ad fontes perennis vitæ potandos inuitas. Tu in illa beatorum felicissima regia primi

Virginitas ad cœlestia regna nos euehit.

Hæc omnia Maria Virgo Mater Christi.

gia primi ordinis dignitatem adepta, plantis rosidis A oberrans, inter Paradisi amœnitatem gramineósque crocos tenero poplite peragis, felicique palma violas immarcessibiles carpis. Tu concinis sine fine choris, & cõiuncta summis Angelis Archãgelisque sociata, indefessa voce Sanctus, Sanctus, Sanctus clamare non cessas.] Nec aliter quidem sensit Bernardus, hanc prærogatiuam Mariæ in cælo tribuens, quod inter concinentes æterno sponso sponsas virgineas locum ipsa principem teneat. Verum de hoc alibi disseruimus, nec longius remorandum Lectorem putamus.

Hom. 2. super Missus est.

HACTENVS de Mariæ cantico, quod illius excellenti fidei, vt mihi sane videtur, tanto locupletius testimonium præbet, quantò plura verba in eo, quàm vsquam alibi, Virgo sapientissima & in Dei laudibus admodum exercitata depromit. Quod studium & institutum Deo gratias agendi, laudésque diuinas celebrandi à Christianis omnibus exigit Paulus, veréque piis vult esse frequens ac familiare. Tantum abest, vt hoc necessarium confitendæ fidei & exercendæ pietatis officium, à nostra Virgine negligeretur, quod proculdubio non solum in ædibus Zachariæ cum immortali laude præstitit, sed etiam alias sæpe, vt omnes ætates vitæ in authoris sui ardenti laudatione consumeret, pro sua insigni pietate obseruare curauit, tanto vtique sanctissimæ Trinitati gratior atque deuotior, quanto maioribus eius beneficiis cumularetur. Libuit autem de hoc mirabili cantico pluribus disserere, vt vetus institutum Ecclesiæ comprobarem, quæ húc Hymnum multis iam seculis tanti faciendum censuit, nullum vt sine illo diem sineret præterlabi, sed eundem quotidie in templis sonare vellet, atque ab Ecclesiasticis etiam hominibus qui sacris initiati sunt, etiamnum exigat, vt inter preces Canonicas & Vespertinas totidem verbis cum Maria ex animo Deum laudent atque magnificent. Ac decenti quidem est more receptum, Christianus vt populus Religionis ergo, cum hunc audit Hymnum publice decantari, reuerenter assurgat, simúlque Deum in Maria stans veneretur, & Christi Redemptoris beneficium, qui de sinu Patris in vterum Virginis sponte descendit, grato pectore complectatur. Qua de re meminit quoque Beda, vt eius sententiam merito attexamus: Optimus, inquit, ac salubrimus in sancta Ecclesia mos inoleuit, vt Hymnus beatæ Mariæ quotidie cum psalmodia Vespertinæ laudis ab omnibus canatur, quatenus ex hoc animos fidelium & frequentior Dominicæ incarnationis memoria ad affectum deuotionis accendat, & recogitata sæpius exempla genitricis illius in virtutum soliditate confirment.] Sed & Hugo Victorinus amplissimã huius cantici laudẽ est complexus, ac de illo ita disseruit: Nemo huius cantici verba puret leuiter æstimanda, quæ nimirum de tam profunda conceptione prolata sunt, & absque profunda inuestigatione digne penetrari non possunt. Et omne quod dictum est, ab illa summæ veritatis intima luce, cui mens Virginis excellenter inhæserat, emanauit, nec aliud quicquam dicere potuit, quæ meditando locuta non est.] Tum ex aduersarijs fatetur quoque VVellerus, in singulis verbis illius Cantici mirifica pondera & ἐμφάσεις, contineri. Neque tacet Bullingerus, orationem in hoc carmine sublimem esse dictionem, quæ phrasin superet quotidianam, quæque troporum, locutionum & figuratum luxuriet lenociniis, & grauitatem quandam habeat singularẽ. Demum Hemmingius eiusdem Psalmi vsum esse docet, vt cognita misericordia Dei credamus, vt cognita potentia timeamus, vt cognita veritate speremus ac expectemus cum patientia, quæ Deus nobis ex gratia promisit. *Atque his de causis*, inquit, *Ecclesia vetus ordinauit, vt quotidie in cœtu piorum caneretur hoc Virgineum carmen.* Hęc propterea nobis repetũtur, vt aduersarij suis etiam telis configantur, quum vel veritate coacti laudant antiquos Orthodoxos, à quorum tamen piis & præclaris vestigiis & exemplis discesserunt. Et ne quicquam cum veteribus in Mariæ laudatione haberent commune, cum alia multa, tum hoc etiam vsitatum & sanctum cantãdi institutum, quod probat Hemmingius, in suis templis passim modo abrogarunt. Mirum interim, quantopere nouis Odis noui Euangelici delectentur, ad cantillãdum valde procliues, vt hac in parte Arianis nouos subinde maléque sanos Psalmos inuehentibus, & in Ecclesiæ odium omnia tentantibus nequaquam cedere videantur. Quod si humanis inuentis Psalmisque deprauatis adeo afficiũtur, vt vbique fere locorum illa personent, cur hoc Virginale carmen illis tam parum arridet, in quo pius animus suam erga Deum gratitudinem religiose declarat, ac primum quidem ingens diuinæ incarnationis mysterium, perpetuo meditandum celebrat, tum Dei misericordiam, potentiam & veritatem erga nos amplissimã commemorari gaudet, ac demum illius Virginis sacram recolit memoriam, quæ secundum Christum, beata & gloriosa quàm maxime ab omni generatione prædicanda est.

In Homil. Festiuitatis 4. temporum in Aduentu.

In Tractat. de Euangel. de festo Visit. Mariæ.

Quis sit vsus precentis cantici iuxta Hemingium.

Maria nos dei gratia agere suo docet exemplo.

Ephes. 5. Col. 1. & 2. 1. Thess. 5.

Nouatores laudare, sed non imitatur veteres Orthodoxos, præsertim in Maria laudanda.

Pia & laudanda Ecclesiæ institutio esse, vt Mariæ canticum in Ecclesia sæpe decãtetur, de ab Ecclesiasticis etiã sponsidie recitetur.

Nouis Odis noui Sectarij delectantur.

Testimonium Zozę & Hugonis Victorini de hoc Mariæ cantico.

CAPVT SEXTVM.

Variæ & graues corruptelæ, à nouis Doctoribus aduersus Mariæ canticum hoc seculo inuectæ, indicantur atque profligantur.

VONIAM de illustri, nec satis vnquam prædicãdo Mariæ cantico diximus, quod Lucas ex ipso Virginis ore sibi recitatum fortassis excepit, nobisque scriptum solus tradidit, consequés esse videtur, vt aduersariorum sententias expẽdamus, quanam illi fide ac æquitate (Euangelicos enim cum primis se iactitant) in hoc Virginali cantico explanando versentur. Ordiemur autem à Bullingero, quo censore beata Virgo perspicua dissertatione nobis hic exposuit verum iustificandi modum, nempe quod qui de suis viribus & operibus desperant, & ad solius Dei misericordiam confugiunt, fidéque Christo inseruntur, gratis à Deo iustificentur. Lutherus vero summam huius cantici facit: *Nihil sumus*, vt verbis illius vtar, *Deus omnia est*,

In c. 1. Luc.

Quid contineatur hoc cantico iuxta Bullingerum, Lutherum & Zuinglium.

In postilla circa Euang. de festo Visitationis.

In 1. c. Luc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

potens, misericors, fortis, probus, iustus, & quicquid tandem bonum dici potest. Atque hæc ode quidem ea tantum tendit, vt homo suam deiectam conditionem, & Domini sublimitatem exsperanti, atque diuinorum bonorum agnoscat. Notat præterea Zuinglius, Sacerdotes, Monachos & omnes Iustitiarios, sicut & Sarcerius vocat, præsenti Mariæ cantico damnari ac reiici: hos enim esse diuites ac superbos mente cordis sui, qui vacui ac inanes dimittantur, imo & prorsus abiiciantur, suam vero iniustitiam agnoscentes, & eam, quæ per fidem est, iustitiam esurientes, expleri iustitia, sanctitate & omnibus bonis, sicut & Bullingerus affirmat.

In Euangel. Luc.

Falso affingi Mariæ, quod hic de iustificationis negotio & fidei iustitia tractet.

VERVM vt his aliisque pluribus eundem, vt dicunt, funem trahentibus respondeamus, nihil profecto tale, quale ipsi pro sua libidine commiscuntur, Mariæ in mentem venit, dum exultans in Spiritu sancto, apud Zachariam cecinit, & suam animi gratitudinem erga Deum publice testata est. Vbi nec locus sane, nec tempus ferebat, vt de iustificationis negotio, vel de fide solum aut maxime iustificante differeret. Nam quos potentes, diuites & superbos hoc perstringit cantico, certum est eos ad veteris potius, quàm noui Testamẽti tempora pertinere, quos idcirco iam antea iusto Dei iudicio plexos fuisse manifeste declarat, quum temporis præteriti verbis vtatur. Atque vt maxime concedamus, plures, & in his Christianos hypocritas, suæque iustitiæ nimium confidentes (vt fuere Pelagiani) hisce verbis contineri, ne ita quidem suum tueri dogma possunt, qui vt Christianum meritum explodant, & bonorum operum necessitatem tollãt, per solam fidem se aliósque in Christo iustificari identidem vociferantur. Imo vero hos vanæ fidei iactatores Maria suo cantico percutit, promittens Dei misericordiam non omnibus fide prædítis, aut Dei misericordiam per fidem apprehendentibus, sed Deum timentibus, vt idcirco significanter dixerit: Misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Hoc est: Non soli mihi fecit magna qui potens est, vt Beda interpretatur, sed & in omni gente & progenie, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi, Petro Apostolo[a] teste. Consonant his Prophetæ dicta: Misericordia Domini à seculo vsque in seculum super timẽtes eum. Prope timentes eum salutare ipsius. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eos qui sperant super misericordia eius. Nam qui sine timore est, vt alius testatur, non potest iustificari. Igitur si ex hoc cantico iudicandum est, non fide tantum, sed & timore opus habent, qui diuinæ misericordiæ & Christianæ iustitiæ participes esse volunt. Manet enim firmum & immotum Mariæ dictum, quicquid solius fidei buccinatores garriant: Misericordia eius à progenie, in progenies timentibus eum. In quem locum scribens Origenes, Misericordia Dei, inquit, non in vnam generationem, nec in duas, neque in tres, sed nec in quinque, verum in sempiternum extenditur in generationes generationum, timentibus potentiam eius.]

In Luc. c. Luc.

Maria hic verberat vanos fidei prædicatores & iactatores.

[a Aller. to Psal. 102. Psal. 84. Psal. 146. Eccles. 1.

In Lucam homil. 8.

Depranari Mariæ verba, quũ timentes Deũ pro credentibus accipiuntur.

Scriptura inter fidem & timorem distinguit.

SED hic quoque fraudem adhibent Nouatores, atque vt simplicioribus imponant, propositã Mariæ sententiam scelerate corrumpunt, dum pro timentibus, credentes audent interpretari. Facit hoc præter alios Brentius, facit Sarcerius: sicut & Hemmingius ad fiduciam in Christum habentes nomen credentium aperte detorquet. Quasi verò & Scriptura, & ratio & vsus loquendi non doceat, inter timorem & fidem siue fiduciam permultũ interesse. Imo rerum magister vsus quotidie docet, complures Christianos, licet præclare credant atque fidant, tamen diuini timoris expertes degere, & pœnitentiæ magis, quàm fidei prædicatione indigere. An non Scriptura diuina credenti præcipit: Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore? Et rursus de huius timoris fructu scriptum legimus: Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Nec vlli sane misericordia Dei fœdius abutitur, quàm qui iustitia fidei suæ contenti, quiduis hodie sibi licere putant, nec iustum Dei iudicium pertimescunt, neque operum iustitiam & fructus pœnitentiæ curant, vt in timore Dei Christianam sanctificationem perficiant, sicut Paulus non minùs exemplo, quàm verbo admonet. Præterea humiles & esurientes non temerè in hoc cantico commendantur, vt qui fide iusti sunt, magis etiam iustificentur, & idcirco Dei donis non sine summa modestia cõuenienter vtantur, maiorémque iustitiam semper esuriant, & cum MARIA non solùm audiant, sed & faciant Dei voluntatem, quemadmodùm & ipsa ministros nuptiales, adeóque omnia Ecclesiæ veræ membra dicto illo commonefecit: *Quodcunque dixerit vobis, facite.*

Ecclus. 2. Psal. 33. Prouer. 14.

AN VERO aduersarij nostram Virginem non tractat pessimè, quam tantum non Lutheranã videri mulierculam volunt, velut cum illis senserit de sola fide iustitia, de virtutibus & operibus & meritis credenti non necessariis, de seruo hominis arbitrio, & de actionibus Dei in nobis non inhærentibus, de iustitia imputatiua, ac de toto demùm argumento iustificationis? quemadmodùm ipsi cum nouo magistro suo Luthero philosophantur. Proinde quod MARIA loquitur: Fecit mihi magna qui potens est, tali scholio deprauat Culmannus: *Istud (potens) dicitur contra liberum arbitrium & contra vires humanas. Ipse*, inquit, *fecit mihi magna, non ego, non operamea.* Sequitur enim suum præceptorem Lutherum, in eadem verba scribentem, perindè ac si MARIA dicere voluerit: *Ipse solus fecit, ego nihil operata sum.* Rursus quod MARIA meminit: Sicut locutus est ad Patres nostros, Victorinus eò rapit, quòd actiones Dei in nobis hoc dicto excludantur, quia Virgo misericordiam Dei propter Christum promissam attollit & amplificat. Adhæc quod in cantico dicitur: Recordatus misericordiæ suæ, id Culmannus arripit contra merita & opera quælibet. Præterea ex eo, quod MARIA suam humilitatem à Deo respici testatur, colligit egregiè, scilicet ac artificiosè Lutherus, Virginem inanem fuisse ac vacuam, nihil vt bonorum, vel meritorũ, vel dignitatis haberet, sed neque aliquid ex suis viribus præstare posset. Quis autem paulò cordatior, istiusmodi non rideat adeóque dãnet interpretes, tàm audacter quàm insulsè hoc sacrum canticum pro sua libidine contaminantes, torque indignis modis, vt nunquàm anteà factum est, sacrosanctam Deiparam dedecorantes, tametsi nullis argumentis instructi sint, quibus hasce sacrilegas deprauationes ac fœdas hæreses eruditio Lectori vel leuiter comprobent? An non puerilis est argumentatio, quam vel pueri in scholis iu-

Deo spectet Lutheri deprauatio.

Adiectiua Mariæ impro-priata Deo.

dicarent ac exploderent? MARIA in suo cantico

Dei gratiam prædicat, & non loquitur de libero arbitrio, de viribus humanis, de operibus & meritis renatorum; de virtutibus infusis & actionibus Dei inhærentibus: Igitur ab his aliisque rebus similibus, quæ traduntur ab Ecclesia, & magno Patrum consensu approbãtur, fidem & mentem habuit alienam? Qui enim hoc modo ab inficiatione ratiocinatur, præterquàm quod in Arianorum & Nestorianorum castris militat, sacra pueriliter tractat, & ne partem quidem illam Symboli intelligit, qua Christianus quisque sanctam & Catholicam Ecclesiam, eiusque irrefutabilem authoritatem ingenuè profitetur.

Lutherus præcipuum Cantici locum depravat, & eius verba quadam corrumpit sua Germanica versione.

OMNIVM verò errorum istorum Coryphæus ac Princeps Lutherus est, qui toto libro canticum sacræ Virginis lacerauit, & inter cæteras fraudes verba etiam quædam illius mala fide conuertit. Etenim vbi noster legit interpres: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, ille Germanicè hoc modo reddidit: hoc est: Ecce ex hoc beatam me narrabũt filij filiorum, nimirùm vt suam Mariæ laudem iterum detrahat, & à Lucæ sensu omninò discedat. Græci enim legũt, εἰς γενεὰς καὶ γενεάς id est: in generationes generationum, vel sicut Laurẽtius Valla legit, εἰς γενεὰς καὶ γενεὰν hoc est, in generationes generationũ, siue vt alij volunt, in progenies & progenies, quod perinde valet ac si dicas, in progenies vel ætates innumerabiles, nimirùm Hebræorũ more, sicut & confirmat Erasmus. Rectè igitur vetus legit interpres: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Verùm Lutherus vt hanc tantam Mariæ laudem vel tollat, vel extenuet, beatitudinem eius, nescio in qua familia eiusque posteris celebrari permittit, neque sensum integrum ad generationes & familias omnes quamuis longè latéque in orbe patentes extendi patitur, in quibus Mariæ gloria perpetuò sit prædicanda, vt omnes de matre Domini vbique gentium, ne Saracenis quidem exceptis præclarè sentiant, magnificè loquantur, cum laude scribãt, libentérque decantent. Vanum autem non esse hoc Spiritus sancti testimonium sequens euentus ostendit, ac omnium ætatum Orthodoxi, imò & Hæreticorum & Schismaticorum greges fauentibus animis, linguis, calamis, & ritibus toti orbi comprobauerunt. Nec pudet ramen Culmannum inter nugas reliquas effutire, quòd Maria se aliis hic comparãrit. Accedit quod Lutherus ex eodem cantico decerpit: Ecce ex hoc beatã me dicent, & verbis illis hunc sensum affingit? *Quia Deus vtilitatem meam inspexit, beata prædicabor.* Quod enim Lucas de tempore dixit: (Ex hoc me dicent) ille ad præcedens humilitatis verbum malignè detorquet, ac in humilitatis nomine sophisticatur, simulque à Græcorum & Latinorum codicum fide discedit. Nam Græcè scripsit Lucas ἀπὸ τοῦ νῦν, id est: Posthac, vel ex hoc tempore me beatificabunt, cùm Græcè sit μακαριοῦσι Sed ita Luthero libuit ad Deiparam obscurandam vim verbis inferre, suumque de vtilitate somnium, quod posteà refutabitur, immiscere, & quæ Lucas disiunxit, in vnum peruersè conflare non erubescit.

Sublimia cantici de fide iustificante. Vbi esse Maria vaticinium vt generaliter omnibus omnium temporum prædicetur.

Alia Lutheri deprauatio in hoc cantico.

EST ET ALIA, multóque grauior huius loci deprauatio, in quo Spiritus sanctus singularem Mariæ laudem toto orbe celebrãdam astruit, quamque Lutherus hoc suo defœdauit scholio: *Maria non ait futurum, vt prædicentur laudes eius, vt commendentur virtutes, virginitas aut humilitas exaltatur in altum, aut vt*

Alia Lutheri cauillatio, simul & verbum Mariæ deprauatio.

carmine aliquo præclara eius gesta canantur: at hoc solùm ingeminat, quod ipsum Deus respexerit, & quod inde beata prædicanda sit. Ac eandem cum Luthero viam Caluinus ingreditur, ex hoc ipso Mariæ dicto colligens, grauiter peccare Papistas, qui magnificos titulos Mariæ adscribunt, quòd sit regina cæli, stella salutis, porta vitæ, vita, dulcedo: *Hæc enim omnia*, inquit, *vno verbo sancta Virgo repudiat, dum totam suam gloriam in Dei beneficiis statuit, qui magnificè eum ipsa egerit.* O impudentes calumniatores, & insani hostes Ecclesiæ, qui præclaro sermone Virginis tàm turpiter audetis abuti, vestram vt modò libidinem in proscindendis Catholicis expleatis: Falsum est inprimis, Mariam beatam esse cẽsendam, facta collatione cum priore illa sua vilitate, & abiecta conditione, quam isti sine omni fundamento confingunt. Falsum insuper, hic quicquam proponi vel indicari, quod virtutum, & præsertim virginitatis & humilitatis Mariæ publicam commendationem, siue oratione soluta, siue ligata institutam impediat. Falsum præterea & ridiculũ prorsus, Deiparam præclaris, & iam olim receptis in Ecclesia titulis, de quibus sequenti libro dicemus, ornari non posse, quandoquidem humilis Virgo diuinæ gratiæ accepta ferat omnia, totamque suam gloriam in Deo ac Dei beneficiis constituat. Nam & Christus Dominus licet plenus esset gratiæ & veritatis, tamen Patri suo gloriam & honorem omnem ascripsit, nec propterea minùs colendus est atque prædicandus. Falsum denique, Mariam à nobis sic honorari atque coli, vt Deo Deique filio debitam gloriam eripiamus, & matrem sacrilegè filij spoliis induamus. Scimus enim, nec dubium Catholicis vnquam fuit, quicquid bonorum in Maria est, & propter quæ illam veneramur atque suspicimus, à Deo ipso bonorum omnium perenni fonte proficisci, illique dona mirifica diuinitùs esse tributa vel pueri nõrunt. Summam verò Dei munificentiam, Dei potentiam, Dei sapientiam in Maria, vt in alio nullo sanctorum, agnoscimus atque prædicamus; & idcircò quia fecit illi magna qui potens est, magnis illam titulis & congruis honoribus in Ecclesia cum sanctissimis Parribus veneramur. Quid verò stultius, quã quod isti sapiẽtibus persuadere conãtur, Mariæ virtutes & benefacta, ingẽtiáq; merita nõ tanti facienda esse, vt ea vel cõmemoratione, vel laude, vel veneratione publica digna esse omnes arbitrẽtur, præsertim cũ Scriptura diuina tot locis Sãctorũ præclaras virtutes & heroica facta proponat, simulque postulet, nos in illorum laudatione, simul & imitatione studiosè versari. Nihil vero mirum istos, ad qualemcunque Mariæ laudationem & cultum nauseare, qui sola fide omnia metientes, & Vigilantiano Eustachianoque spiritu afflati, cuncta fere contemnunt, quæ de Sanctorum operibus, meritis, honoribus vetus Ecclesia credidit, docuit, obseruauit. Hinc illa furiosa potius, quã sobria, valdèque pudẽda vox Lutheri solito more debacchantis exstat: *Si omnium virginum castitate, cunctorum Martyrum passione, & vt vno verbo dicam, si vniuersorum Diuorum operibus, quæ vnquam fecerunt, perspicuus esses atque clareres, vnoque cumulo haberes, adhuc tamen nihil esset.* Ac rursus: *Qui credit, is saluatur citra tum meriti sui, tum operum respectum:* Quare tertius hic Helias de summo etiam Apostolo tam procaciter loqui non veretur: *Diui Petri merita ne esse quidem reuelemerim.* Iam verò quem Mariæ honorem tribuit ac tribui docet? ni-

Caluini calumnia. *In expositione Cantici Magnificat. In harmonia Euang.*

Refutantur Lutherus & Caluinus Mariæ laudibus obtrectantes hoc loco.

Delati honorũ tituli Deiparæ in Ecclesia immeritò fugillantur. *Ioan. 1. Ioan. 5. & 8.*

Mariã honorat Ecclesia sine diuini nominis iniuria, sine honoris Christi detrimento.

Mariæ virtutes, opera & merita hic non excludi.

Lutheri vox impia de Sanctorum operibus ac meritis.

In Postillacirca Euang. de Christo Ascens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mirum vt ita dicamus: *O beata & virgo & parens Dei, quam omnino nihil & contempta fuisti: attamen propitios in te desixit oculos prædines Deus, ac magnificatum te operatus est, quorum ne vno quidem vnquam digna fuisti.*

In postilla circa Euangelium de Dominica nona Trinitat.

Quomodò Maria nobis laudãda & honoranda sit iuxta Lutherum. Cõfutatio sententiæ Lutheri de nouo modo Mariã celebrandi.

Hic eximius ille honos est scilicet, quem authore Luthero Deiparæ mundus tribuet, vt indignitatem tantæ personæ intueatur, & sicut ipse ait, Mariam tanta diuina gratia vocet indignam, quæ bonis omnibus sit inanis & vacua, tantum enim diuinæ gratiæ derogari, & hymno virgineo eripi, quantum eius dignitati ac meritis attribuitur. Monet igitur vt matrẽ Domini denudemus, eiusque abiectionem aspiciamus, si vero illam honore velimus prosequi. Quis vero vnquã vel ex antiquis, vel ex recentioribus Theologis de colẽda & honoranda Virgine matre tã prepostere sensit, aut scripsit iniquius? Quis Marię dignitatem & excellentiam cũ ipsa Dei gratia bonorum omnium effectrice pugnare putauit, ac non potius tanto maiorem Dei gratiam prædicauit, quanto maiores in Maria virtutes & merita cumulatoria reperirentur: Quis eruditus ex præsenti Cãtico colligere potuit, & docere ausus est, tam nobis humiliter de Maria esse iudicandum, quemadmodum de seipsa pro incredibili modestia sua iudicauit, præsertim cum partim coram Gabriele, partim coram cognata de se tam submisse locuta est: Quis hæc Mariæ verba: Beatam me dicent omnes generationes, adeó in arctum contrahat, vt illis contineri neget quaslibet Deiparæ dotes, omnémque laudem & gloriam, quam illi constanter defert Ecclesia? Cur vero non deferat? sui nimirum officij proprium esse rata, vt diuini Spiritus oraculo pareat, & cum in Sanctis aliis, tum in sanctissima Dei sui genitrice Conditorem & Redemptorem Opt. Max. laudet. Lutheri discipulus est Franciscus Lambertus, à quo tamen manifeste veréque scribitur: *Vide quod sacra Dei genitrix in hoc gaudet & exultat, quod in Domino dicatur beata, Deusque in illa prædicetur gloriosus.* Tum Oecolampadius librum totum de laudando in Maria Deo conscripsit ac edidit, ibique virtutes, dotes & prærogatiuas eius copiose complexus est. Cum vero Lutherus ab hisce rebus contemplãdis, & à Virginis iustitia, sanctitate, gloria spectanda nos auocat, quid, quæso, aliud, quã Deum ipsum in Maria laudare vetat, vt non modo Virginem, sed & eius authorem debita laudatione ac veneratione defraudet? Ac Hieronymus quidem tanti Mariæ sanctitatem facit, vt eam sanctis coniugibus Elizabeth & Zachariæ anteponat, neque dicere vereatur, quod mater Domini conscientia in se habitantis Dei libere proclamet: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est. Postremo quis ex hisce verbis non intelligat, eo sublimiorem honoris gradum Virgini competere, quo illa studiosius sese ipsa deiecit, sicut & Filius eius, quãto magis seipsum humiliauit, tãto sublimior factus est, maioremque in cælo & terra gloriam sibi comparauit. Verum de hac Mariæ humilitate paulo post agemus, quando in hoc cantico vniuerso si quicquam aliud, certe dictum illud: Respexit humilitatem ancillæ suæ, ad contentionem maximam rapitur.

In expositione Lucæ. 1.

Lutherum reprehendunt alii Nouatores, de Maria glorificanda & honoranda.

Lib. 1. aduersus Pelagianos.

Maria religiosis sanctior exæstimonio conscientiæ de sua beatitudine multis prædicanda vaticinatur.

Illvd minutulum, neque tamen prætereundum est, quod Sarcerius non intelligens Mariæ dictum: Suscepit Israel puerum suum, nomen pueri ad Christum Mariæ filium refert, velut illa suum puerum emphatice dixerit. Nescit enim puerum hic pro seruo accipi, sicut & per Esaiam inquit Dominus: Et tu Israel Serue meus, Iacob quem elegi, semẽ Abrahã amici mei. Ignorat præterea, nomẽ Israel hic esse casus accusatiui, in hoc quidem sensu: Deus, vt se memorem declaret promissæ misericordiæ, iacentem populum Israel, suum seruum erexit, & opem illi tulit. Ad quem modum etiam per Prophetam dicitur: Auxiliatus sum tibi, & suscepi de dextera iusti mei. Vnde interpres Euthymij locum ita vertit: Auxiliatus est Israel puero suo. Falluntur & boni Centuriatores, de Maria fabulantes, quod coram in domo Zachariæ spectauerit miracula, cùm anus Ioannem peperit, & Zacharias vsum linguæ recepit, quodque postea rursus se ad Zachariam cõtulerit. At vero si Euangelicis verbis isti essent contenti, Mariam cum sua cognata tres mansisse menses dicerent, aliáque non assuerent, quæ Lucas prætermisit, sacram nempe Virginem cognatæ parienti adfuisse, & octauo etiam post partum die, quando Zachariæ lingua restituta est, in iisdem ædibus perseuerasse. Hoc solum Lucas affirmat, sexto iam mẽse grauidam fuisse cognatam, cum primum Virgo illam accederet, quæ vix mensibus tribus integris illic hæsit, ad suos Nazarenos procul dubio reuersa, antequam Elizabethæ tempus partus appeteret, vt Ioannes in lucem ederetur. Vnde cum dixisset Euangelista: Reuersa est in domum suam, hæc verba subiecit: Elizabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium, post nonum scilicet mensem, cum Maria digressa domum iam repetiuisset. Hac de re monere visum est tum ob Centuriatores, ne quis nimium illis fidat: tum ad maiorem nostræ Virginis commendationem, tum ad tuendam quorundam veterum authoritatem, qui decuisse putant, vt Maria præsenti cognatæ partui non adesset. Abscedit enim Virgo, inquit Theophylactus, propter eorum multitudinem, qui ad partum conuenturi erant: indecens autem Virgini in talibus versari. Deinde moris fuisse dicit Euthymius, vt cum prægnantes parerent, Virgines non adessent. Nihil vero dubium, quæcunque optimis & integerrimis virginibus maxime congruebant, nullam diligentius, ac matrem & principem illam Virginum obseruasse. Tum Rupertus Tuitiensis non solum ex Euangelicis verbis colligit, Mariam in partu cognatæ non adfuisse, sed etiam singulari consilio factum esse dicit, vt illa tanti gaudij, tantæque exultationis tempus, quod Ioannis natalis attulit, non expectaret, sed se potius maturè subduceret, antequam cognati vicini & amici concurrerent, nouæque puerperæ post natum filium ex more gratularentur. Sed iam tempus postulat, vt ad Mariæ humilitatem, quæ in hoc Cantico grauiter oppugnatur, nos deinceps conuertamus.

Sarcerius non intelligens hæc Euangelistæ verba Israel puerum suum.

In Scholijs circa Lucam cap. 1.

Esaiæ 41.

Videatur Canus. l. 12. rel. 8. Contra Centuriatores, vbi de hac re plura, quæ hic omittimus.

CAPUT

CAPVT VII.

De Mariæ dictò: respexit humilitatem ancillæ suæ, in quo multùm Deiparæ detrahunt Nouatores: ne illi tandem veræ & perfectæ humilitatis concedere videantur.

Quomodò Zacharias laudari promereatur.

Versamvr adhuc in ædibus Zachariæ, quas fortasse felices quis iure dixerit, quandoquidem Virgo sacrosancta illas venerabili sua præsentia cohonestauit, súoque illustri cantico, quod illic primùm insonuit, omnium ferè piorum animos, vt & ipsi in Deo salutari suo iubilent, & de mirabilibus Dei nouum ac Euangelicum prorsus decachordum vsurpent, exuscitauit. Cæterùm inter reliquas huius cantici sententias, non postrema est, sæpéque citatur illa: Respexit humilitatem ancillæ suæ, nimirùm vt psallens Virgo suæ laudationis & exultationis causam exponat. Quæ verba sic arripiunt, detorquent & obscurant Nouatores, vt quia superbi potiùs & arrogantes, quàm humiles esse volunt, ad Virginis contemptionem & despicientiam potiùs, quàm ad Marianæ virtutis, modestiæque commendationem ea prorsus pertinere contendant. Hûc enim tendunt, vt persuadeant omnibus, Mariam ignotam & abiectam potiùs, quàm verè modestam & sanctè humilem hoc loco significari.

Idhoc Cantico de Mariæ humilitate, maximè contendere Nouatores, veræ humilitatis expertes.

Summa cõtra quæ Adnotatiões de Mariæ humilitate docent.

Quare [a] Caluinus Mariæ verba sic interpretatur, acsi sacra Virgo dixisset, se ignobilem & contemptam, seu vilis & abiectæ conditionis, ac nullius coram mundo pretij esse, quam insuper abiectam & contemptibilem vocat. Et [b] Lossio placet hæc expositio: Respexit ad abiectionem, miseriam & contemptum ancillæ suæ. Eadem est [c] Melanchthonis, [d] Buceri & [e] Sarcerij sententia, nec dissentit [f] Franciscus Lambertus, Mariam hîc in carnalium oculis deiectam & paruulam nuncupans. [g] Ioannes Agricola vilitatem & paruitatem pro humilitate interpretatur. Vehementior est adhûc [h] Georgius Maior, cuius testimonium mariam erexit Deus ex squalore & stercore, quòd pauper & abiecta priùs esset. Quid verò [i] Brentius? *Respexit humilitatem ancillæ suæ, hoc est*, inquit, *abiectionem & miseriam meam, cùm essem velut ancilla longè omnium abiectissima & contemptissima. Ducebã quidem genus a prosapia Dauidis Regis clarissimi & sanctissimi, sed tantò miserior & calamitosior, quanto maiores mei celebriores fuerant.* Itaque humilis Maria respici & probari à Deo non potuit, nisi ancilla esset, vt somniat Brentius, longè omnium abiectissima & cõtemptissima, quæ fortassis suæ sortis etiam pertæsa, ad meliorem fortunam aspiraret, & mulierularum more lamentaretur. Nec enim visum est satis Brentio, Mariam vt vulgarem puellam in sorte & classe infima ponere, nisi etiam humanis affectibus & vitiis eam subiiceret, vt suo loco demonstrabimus. Tùm alibi sic Mariam depingit idem Brentius, quæ omnium ludibrio exposita, vitam nullo penè loco secutam ageret: id quod cum præsenti sententia de Mariæ humilitate coniungit. Hemmingius neà reliquis Sectæ socius dissentiat, hanc adfert interpretationem: Deus respexit & gratuito fauore complexus est me humilem & vilem ancillam, quæ iam spreta, vilis instar vilium seruorum vixi. Æquè vanus est Coruinus, docens Mariã à Deo in hoc respici, quoniam pauper, contemta & spreta, nullius in mundo respectus fuerit. His accedit quoque Culmanus, fingens Mariæ humilitatem sic respici, quoniam in carnalium oculis fuerit deiecta & paruula, vilis & nihili. Demum nuper obscuri quidam scriptores ex Austria prodierunt, ac præter alias in Christum effusas blasphemias, etiam in Mariam suis velut cornibus incurrere voluerunt. Igitur hæc ipsa, quæ tractamus verba Virginis, noua & à Luthero accepta versione deprauarunt, cùm Germanicè locum ita sunt interpretati: Er hat angesehen sein elende Magt. Bellũ scilicet artificium, quo tales authores matrem Domini deformarent, vt verè illustrem & generosam Virginem in misellam & calamitosam ancillam transformarent. Præter miseram fermè Strigelium, cum prioribus inptientem, quandoquidem humilitatem pro miseria vel calamitate accipit, & Mariam ad suum nomen, quod alij tacuerunt, fingit alludere. Verùm hoc illius inane figmentum, quod cum præclaro & gratioso Mariæ pugnat nomine. si Hebræos fontes consulamus, alibi à nobis detectum atque dissipatum est.

In Postilla circa idem Festum.

Quomodo Austriaci quidã scriptores hûc loci Germanice vertant.

In Agenda noua.

In Scholijs nous Testamenti.

Lutherũ esse præcipuũ, quẽ sequuntur alii Nouatores sua in locis deprauatorem.

Humilitas quid sit hoc loco iuxta Lutherum.

In libello de Mariæ cãtico Magnificat.

Cætervm venia discipulis danda est, qui errantem magistrum Lutherum, à quo auelli tàm ægrè possunt, hic plane sequuntur, ac velut ex illius fonte cœnosam hanc aquam hauriunt. Is verò multis modis contendit, hîc non de animi virtute, sed de Mariæ paruitate & obscura natalium conditione sermonẽ haberi. *Humilitas*, inquit, *nihil est aliud, quam cõtempta, nullius rei status, depressa abiectaque res vel cõditio. Quod genus sunt inopes, languidi, furientes, sitientes, carceribus mancipati, tribulationibus obnoxij, moriscmésque homines, qualis & Iobus erat in sua afflictione.* Vnde verborum Mariæ hunc sensum esse dicit: *Deus super me inopem, abiectam, despectam, vilem, nullíusque existimationis vel respectus puellam, direxit oculos.* Atque vt magis humilitatem istam nobis explicet, non veretur idem Lutherus has portò nugas misero populo vendere, vt Mariam depingat, ex ærumnosis, cõtemptus & vilibus prognatam parentibus, ciuis cuiusdam priuati & pauperis filiam, ad quam nemo aduerterit animũ, cuius siue cura, siue existimatio neminem tenuerit. Hanc præterea puellam apud vicinos, & horum liberos simplicem fuisse, cui ratio pecoris, & cura domus committeretur, nec maiore habitam loco, quã misera & domestica hodie in ædibus ancilla solet haberi. Sed & postquam Dei mater electa, & ex domo Zacharię digressa esset: *Abit*, inquit, *Lutherus, rémque domesticam, vt antea, curat, boues mulget, coquit, patellas & paropsidas mundat, pauimentum verrit, adeòque quæ siue ancillam, siue matrem familias decent, in vilibus contemptísque rebus exequitur.* Suadet igitur, vt si quis Mariam laudibus tollere instituat, non id faciat oratiunculis & cantiunculis Ecclesiæ, sed ita dicat. *Ecce quam paupercula & infimi ordinis fuit hæc puella: Deus tamen humilem eius conditionem respexit.* Atque hoc demùm est

Quomodò Mariam eiusque vitam depingat Lutherus, vt persona omninò sordidã & abiectam faciat.

Quæ domestica ministeria Lutherus Deiparæ attribuat.

Ratio Mariã prædicandi & colendi iuxta Lutherum.

[a] In harmonia Euangelica. [b] Vbi supra in suis homilijs Mariæ. [c] In Enarrat. Euangelij. [d] In postilla. [e] Homil. 8. in Euang. de Visitatione Mariæ. [f] Homil. 6. in Lucam. [g] In Euang. de Visitatione Virginis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

laudare Virginem matrem, si perexiguum, aut nihil A ei tribuamus, vti post hominum memoriam Sectariorum princeps Lutherus hoc seculo excogitauit, docuit atque scripsit.

Vocem humilitatis in Scriptura esse amphibologicam.

CÆTERVM, priusquàm his fœdis & horrendis Mariæ ludificatoribus respondeamus, operæpreciú fuerit admonere Lectorem, humilitatis vocem in sacris literis amphibologicam esse, & variis modis vsurpari. Fuit enim humilitas in Iudæis calamitosis, quú à suis hostibus, vt Ægyptiis, Babylonijs ac aliis, grauissimè vexarétur, & múdi humanisue præsidiis omnibus destituti afflictique iacerét: In horú igitur

Psal. 135.

Humilitas pro afflictione cerebro dicitur.

persona dictum est de Deo populi sui liberatore. In humilitate nostra memor fuit nostri. Vbi humiliras pro afflictione siue iustis siue iniquis illata vsurpatur, vt quùm fratres Ioseph pro exploratoribus habiti dure que tractati fatebantur: Meritò hæc patimur, quia peccauimus. Fuit & humilitas in puero Dauide, non quòd miser esset, sed quoniam reliquis fratribus imbecillior & abiectior haberetur: erat

Genes. 42.
1. *Reg.* 16.

Psal. 77.

enim paruulus, & in agro pascebat oues. vt Scriptura cómemorat. Quarè de se ipso ille testatur: Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum. Ad hunc modum scripsit Paulus, fore aliquando, vt reformerut corpus humilitatis nostræ, id est, corpus hoc vile & ignobile, quod mortales circumferimus. Et membra hominis, quæ Paulo ignobilia & inhonesta dicuntur, humilia poterunt appellari, iacta nimirùm cùm membris honestioribus collatione, sicut & sexus fœmineus cum virili comparatus, Latinis humilior, quoniam abiectior, dicitur. Fuit demùm & laudabilis humilitas in viro Dauide, quùm in regia dignitate constitutus, bona conscientia dixit: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, vt reliqua prætéream. Vnde vt superbam vxorem Michol, eiúsque subsannantis petulantiam retunderet: Vilior, inquit, fiam plus quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis. Cæterùm de hac virtute humilitatis, quæ propria Christi virtus à quibusdam dicitur, & in Euangelicis literis toties commendatur, nos posteà pluribus disseremus. Vnde consequitur, aptè & sacris literis consentaneè scriptum fuisse Ambrosium: humilitatem non semper esse virtutis, sed etiam afflictionis, nec semper voluntariam, quæ sola Deo grata est, sed etiam aliquando exnecessitate susceptam. Et coactæ quidem humilitatis exemplum superbus Rex Pharao præbuit, quùm variis & asperis irati Dei flagellis attritus, Moysen & Aaron sibi apud Deum petiit intercessores. Peccaui etiam nunc inquit: Dominus iustus, & ego & populus meus impij. Ac de Achab æquè impio Rege diuinum testatur oracului: Nõne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mea causa, non inducam malum in diebus eius.

Alia humilitas afflictionis, & alia virtutis, quædam coacta, & alia voluntaria.

Philip. 3.

1. *Cor.* 12.

Dauid humilis, quia puer in cõparatione fratrum, & rursus humilis, quia nõ superbe, sed humiliter de se ipso sentiens.

Psal. 130.

2. *Reg.* 6.

Lib. 10. *Epist. vlt.*

Exod. 9.

3. *Reg.* 11.

Nouatores quomodò intelligant, hoc loco humilitatẽ & cm Mariam omninò peccent.

NVNC vt propiùs aduersarios petamus, pudendum in modum illi sanè hallucinantur, quod fœdá & tertia relicta, primam illam, quam diximus, humilitatis significationem vnicè amplectantur, vt Mariam, priusquam Dei mater deligeretur, tùm ob parentes inopes, tùm ob vitæ conditionem contemtam, afflictam & miseram faciant, quoniam ipsa testetur: Respexit humilitatem ancillæ suæ. Quod si

religiosè à teneris annis in templo educatá, in omni A virtutum genere profeciſſe, & Scripturis diuinis, quod & Origenes confitetur, operá dediſſe, neque ſolum æqualibus, verum etiam Sacerdotibus præſtantem & admirabilem viſam eſſe: imo talem extitiſſe, vt ſicut Ambroſius loquitur, eius vita omniú fuerit diſciplina. Quare ſi beati à Propheta cenſentur, qui Sanctos & timentes Deũ glorificare ſtudent quomodo iſti non miſeri & inſulſi, adeoque infeles blaterones ac graculi habendi ſunt, qui Mariam Sanctorum decus omnium & lumen, eiuſque puritiam & adoleſcentiam per ſanctè & admodũ præclarè tranſactam, tam nequiter obſcurant atque inſidioſe deprauant?

Lib. 2. *in Euangel. Lucæ.*

Lib. 2. *de virginibus*

Pſal. 14.

Nouatorum inſania paritas Chriſtiana offendat.

Ridiculi & infelices habendi qui Mariæ vitam & dignitatem obſcurare conãtur.

MARIÆ pater inſignis quidam ciuis, obſeruátia legis & vitæ probitate imprimis nobilis à Gregorio Nyſſeno appellatur. Et probat homilia Euſebio Emiſſeno inſcripta (ſicuti meminimus) hanc Virginẽ nobiliſſimam hæredem, quæ fratribus careret, ſuis parẽtibus in hæreditatem vnice ſucceſſiſſe, nec ſine hæreditate eſſe potuiſſe, cui tam honeſti nobileſque parentes obtigiſſent, Cui rei argumentum illud adiungit, quod ex præſcripto legis Iudei prohiberentur hæreditatem ſuam abalienare, quam etiamſi vẽdidiſſent, tamen redeunte Iubileo recuperabant. Atque huc ſpectat etiam Veterum traditio, quam ſcriptis Hieronymianis inſertã ſupra protulimus, Mariæ parentes tam amplas facultates & fortunas habuiſſe, vt bona ſua in tres partes diſtribuere ſolerẽt, vnam in Dei templum templique miniſtros, alterã in peregrinos & pauperes pie conferentes, tertiam verò ſibi ſuæque familiæ ſuſtentandæ reſeruantes. Quo loco de voluntaria & laudabili Virginis paupertate nihil dicam. Nã & ſapiens norat, & religioſa volebat ſacris ſe myſteriis accommodare, interque arcanum illud Dei conſilium haud dubiè intelligebat Meſsiam filium ſuum in ſancta paupertate nasci & educari oportere, vt vaticiniũ illud in Meſsiæ perſona prædictum impleretur: Pauper & in laboribus ego ſum à iuuentute mea. Sic enim ſupremõ viſum eſt Numini, vt Chriſtus qui dues erat, noſtra cauſa fieret egenus, & inde à primo ortu ſultam mundi ſapientiam exemplo ſuo confunderet, nouumque bonorum fortunæ contemptum doceret, ſuiſque voluntarium vt paupertatis, ſic etiã crucis amorem in ſanctiſsimo illo corpore commenderet. Ergo vel Chriſtum hac ratione vilẽ ac deſpicabilem faciemus? vel eius matrem tam abiectã ac ſordidam proclamabimus, vt illa etiã ante Chriſtum natum tantum non omnium viliſsima, deſpectiſsima & extreme inops ancilla fuiſſe credatur? ſicut profani Nouatores libertime fingunt ac docẽt palam, nimirum vt ſcurrarum more conuicientur, & Mariam contemnere doceant potius, quã Euangelium fideliter interpretentur. Sed fortaſſe dicent, quod ſe ancillam Maria [a] ſemel atque iterum appellarit: Quid tum poſtea? non vile, ſed magnificú nomẽ eſt, ſi quis cum [b] Paulo Apoſtolo Chriſti ſeruus, vel cum Maria Domini ancilla dici mereatur. Nam eiuſmodi ſeruitus, quæ totum hominẽ ſummo Deo vel Redemptori Chriſto addicit ac mancipat, non ex timore, ſed dilectione procedit, ſummamq; hominí tum libertatem, tum nobilitatem cõciliat. De hac ſeruitute, quæ filiorum & filiarum Dei eſt propria, [c] Rex Dauid gloriatur: Ego, inquit, ô Domine ſeruus tuus, ob hanc [d] Moyſes Dei famulus toties nominatur: imò & [e] Chriſtus vniuerſorum Dominus ſerui nomine à patre ſuo inſignitur.

Mariæ paupertatem quã poſteà nouatores vocitarunt ma gis quam cõ dam videri. Chriſtum paupere eſſe negauerit.

Pſal. 87.
1. *Cor.* 8.
1. *Cor.* 1.

Mariæ parentes primũ ditiſſimi, poſtea pauperes.

Mariam ancillam Domini ſe dici, & magna quidẽ, non etiam laudem gloriæ.

Nouatores in grauitatis & humilitatis

VERVNTAMEN vt aliquem colorem ſuæ inducant audaciæ, ad Mariæ verba prouocant, in quibus Lucas ταπείνωσιν poſuit: quæ vox non humilitatis virtutem, ſed paruitatem atque contemptum deſignet. Reſpondemus in ſacris literis perpetuum nõ eſſe diſcrimen, quo iſti cũ primis nituntur, inter hæc duo nomina ταπεινοφροσύνην & ταπεινότητα ſiue ταπείνωσιν, vt illud ſemper ad virtutẽ humilitatis tantoperè commendatam, hæc ad vilem tantum conditionem, quæ abiectis perſonis conuenit, referantur. Notauit enim & Hieronymus, ταπεινοφροσύνην nõ pro virtute, ſed & pro vitio interdũ accipi. Tũ quod ſiue ταπεινότης ſiue ταπείνωσις pro virtute dicatur, illuſtris illa probat ſententia Petri & Iacobi Apoſtolorũ, ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις, ἀντιτάσσεται ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν, hoc eſt, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Vbi expreſſe ταπεινότης τὴν ὑπερηφανίαν humilitatis virtus ſuperbiæ vitio aduerſatur, & è veſtigio ſequitur illud: ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ θεοῦ. Pro quo ſic legit vulgatus interpres: Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Hic bis habes poſitum nomen ταπεινὸς & verbum ταπεινώθητε vtrunque non niſi ad veram humilitatis virtutem poteſt accõmodari. Quis verò tá hoſpes in lingua Græca, vt ignoret, nomẽ illud ταπείνωσις quo Deipara in ſuo cantico vtitur, à verbo illo ταπεινώθητε deriuari, ac proinde ad virtutem etiam rectè proprieque referri? Quin, & Chriſtus ipſe apud Matthæum ſe ταπεινὸν τῇ καρδίᾳ hoc eſt, corde humilem vocat, de perfecta nimirum humilitate ac virtute ſentiens, quemadmodum hunc locum veteres cum Origene interpretantur, adeoque Loſſius ipſe interpretandum eſſe confirmat.

Libr. 1. *c.* 12. & 13.

Matth. 11.

Homil. 8. *in Lucam.*

In explicat. Matth. 11.

VERVMENIMVERÒ vt maximè donemus aduerſariis, quod poſtulant, humilem hanc eſſe Virginis confeſionem, quæ ſe vilem & abiectam ancillam à Deo reſpici dicat, vt nonnulli etiam veteres locum intellexiſſe videntur: non idcirco conſequitur, Mariam vulgo ſpretam & deſpectam, adeoque miſeræ omnino ſortis ancillam apud ſuos vixiſſe, ſicut iſti ob vnam humilitatis vocem fabulantur, tragice rem exaggerantes. Etſi enim fortunæ bonis omnibus abundaſſet, & in ſummo ſemper honore vixiſſet, verè tamen hoc ipſum dictum ſibi ſumeret, ſeque ancillam exiguam, & virtutis inopem fœminam profiteretur, eò quod diuini numinis maieſtatem ſibi ob oculos proponeret certoque ſciret, ad eius quidem collationem exiguum & vile videri, quicquid creatum extaret. Vnde Chriſtus quoque dixit: Nemo bonus, niſi vnus Deus. Aliud eſt profectò ſe ab hominibus neglectum & contemptum fateri, quemadmodum Dauid canem mortuũ & pulicem vnum apud Saul ſeipſum facit: aliud ſe ſuaque bona omnia corã Deo floccifacere atque contemnere, quo modo Cananæa ſe catellum, Abraham verò ſe puluerem & cinerem, ſed & Dauid iumentum ſiue beſtiam ſeſe vocare non veretur. Imò iuſtorum hoc eſt proprium, vt iuxta Salomonis ſententiam, in principio ſeipſos accuſent, ſuamque indignitatem agnoſcant ac apertè declarant: præſertim quando cum ſumma & æterna illa maieſtate loquuntur, in cuius conſpectu omnia

Laudẽ haber, ſeruam & ancillam Dei eſſe.

[a] *Pſal.* 115.
[d] *Hebr.* 3.
[e] *Eſai.* 42.

Aduerſarios ex lingua Græca temere ſua fulcire commentata, quod vox humilitatis etiam Græcis varie accipiatur.

In Epiſt. ad Algaſiam, quæſtione 10
1. *Petri.* 5.
Iacob. 4.

Nouatorum cõmenta non conſiſtere, licet Maria vilis & abiecta fuiſſe cõceda tur.

Quomodo Maria vere humile & miſeram ſe potuit dicere. Pierũ eſt proprium, ſe magno ſtudio eo corã Deo extenuare atque deprimere.

Mar. 10.
1. *Reg.* 24
Matth. 15.
Geneſ. 18.
Pſal. 72.
Prouer. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamlibet excelsa & illustria, parua & nullius ferè momenti, vel sicut Esaias inquit, quasi stilla situlæ reputantur. Neque propterea illi virtutibus & meritis destituuntur, sed potius quicquid boni habent extructum atque comparatum, forti vallo muniũt, quum cor contritum & spiritum humiliarum (sacrificium Deo imprimis gratum) adiungunt, vt ita quid ipsi à natura sint, & secundum Dei iustitiam seruata gratia esse possint, sincerè contemplentur. Hac studiosa sui deiectione, quæ cum primis iustos ac electos decet, vanæ gloriæ arrogantiæque pestis grauissima, & filiis Adæ congenita profligatur, verague & solida comparatur gloria, & ad pulcherrimũ Christi exemplum, qui totius humilitatis magister sibi non complacuit, (vt Paulus affirmat) propius acceditur, ac demum illi Euangelico præcepto paretur, quo ad cælestes nuptias inuitati conuiuæ admonentur, vt in nouissimo loco sese collocent, ac potiores partes aliis deferãt semper. Fecit hoc profecto Paulus, qui post acceptum Baptismum nullius sibi criminis conscius erat, & se multis tamen modis accusat, suam indignitatem à vitæ retroactæ criminibus exaggerat, seque minimum Apostolorum, & peccatorum omnium primum, siue maximum scribere non erubescit. Quis autem propterea minoris Paulum faciat, illumque non potius extollat, sicut & seipsum ille sancte gloriabundus aliquando exrulit, primas quidem Dei gratiæ tribuens: Gratia enim Dei sum id quod sum, inquit, sed deinde huius gratiæ sese talem adiutorẽ & cooperatorem constituens, vt illustrem iustitiæ coronã à iusto Iudice Christo sibi suisque laboribus esse reddendam apertè significaret. Sic enim affirmauit: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex.

Esai. 40. Psal. 50.

Sæpè quo magis seipsos deficiũt, eo fiũt coram Deo sublimiores & laudabiliores. Vtiliter boni esse humiliãt & deficiunt coram Deo.

Matth. 11. Rom. 15. Luce 41.

Paulus tanto præstantior magisque honorandus, quo se ipsum magis deprimit.

Paulus aliquãdo gloriatur de corona iustitiæ sibi à iusto Iudice reddenda, quam tumuis sese humiliet.

1. Tim. 1.

2. Cor. 4. 1. Cor. 15.

2. Tim. 4.

IAM verò vt ad Mariæ causam redeamus, quod illa se humilem facit, suamque humilitatem à Deo respici dicit, non de humiliatione coacta, vel de afflictione ab aliis intentata, vt nugantur aduersarij, sed de humilitate voluntaria, siue sponte suscepta loquitur, qua nimirum seipsam coram Deo vilipẽdit, nihil præclari de seipsa sentit, & quicquid boni habet, eo se indignam reputat, ac infimæ ancillæ loco sese constituit. Atqui tanto illa nobis laudabilior ac sanctior debet existimari, tantoque coram Deo & Angelis eius sublimior tunc est habita, quãto ipsa iam in Dei matrem electa, se virtutis ac meriti egentiorem, diuinaque gratia indigniorem reputaret. Quid enim sapientius, quid præclarius ac sanctius ab illa dici agique poterat, præterquam vt diuinis tot donis cumulata, & magnificis ornata titulis, ad summumque humanæ felicitatis gradum assumpta, seipsam velut ignoraret, suasque dotes omnes tanto studio tegeret? Hinc adeò se vilem & exiguam non heram ac matrem, sed ancillam Domini vocat, nihilque in se boni ac præclari suspicit, sed solam imbecillitatem & tenuitatem suã agnoscit & ponderat, atque ita soli authori Deo laudem & gloriam omnium munerum, benefactorum & meritorum, adscribit.

Maria quomodo suam humilitatem à Deo respici confiteatur, tantoque magis laudari mereatur.

Mirabilis Mariæ prudentia modestiaque.

Aduersarios falsò colligere Mariæ vtilitatem, & meritorum vacuitatem.

QVIS verò nisi stupidus & emotæ mentis homo, inde iam colligat, realem, vt sic dicam, bonorũ omnium vacuitatẽ & inanitatẽ in Maria fuisse, nullum vsum liberi arbitrij, nullas virtutes & actiones eius ad Dei gratiam accipiendam, conseruandam & augendam concurrisse, sed eandem tantum non stipitem & truncum permansisse, vt suo duntaxat respectu & fauore illam Deus dignaretur? Huc enim cum suis tendit Lutherus, ad obscurandam Virginis dignitatem omnia conferens: quasi hoc demum sit Dei gloriam asserere & illustrare, illis Mariæ virtutibus, actionibus & meritis, quæ gratiæ tamen diuinæ innituntur, vim, efficaciam & laudem omnẽ detrahere, ac demum per solam fidem impuratiue iustam & beatam illam pronunciare. Quod profecto nihil est aliud, vt breuiter dicam, quam Mariæ verba sanctè dicta sacrilege deprauare, & à germano verborum horum sensu discedere, quẽ Eurhymius doctè quidem his verbis expressit. Humiliat ac deprimit seipsam beata Virgo, indignam se existimãs tanto dono suo. Vel etiam id facit ob humanæ naturæ exiguitatem, si ad altitudinem & sublimitatem diuinæ naturæ comparetur.]

Quid 2. adnotandum circa Lutheri & Eurhymij verba.

QVICQVID ergo aut ludant, aut fingant Nouatores in verbo ταπείνωσις, quo hic vsus est Euãgelista, alterum è duobus fateantur necesse est, nimirum ταπείνωσιν aut pro humilitatis virtute hic posse accipi, aut si ad cuiusdam exiguitatis vel tenuitatis propriæ confessionem referatur, ne tum quidem à vera virtutis ratione, qua seipsum homo, quamuis bonus & iustus, coram Deo abiicit, quæque Christiana humilitas dicitur, debere diuiungi. Priore sensum non modo sequitur, sed etiam diserte defendit Origenes, author è Græcis vetustissimus, quẽ Ambrosius toties æmulatur, & qui in hunc modũ scribit: In quam humilitatem Mariæ respexit Dominus quid habet mater Saluatoris humile atque deiectũ, quæ Dei filium gestabat in vtero? Quod ergo dixit: Respexit humilitatem ancillæ suæ, tale est, quasi dixerit: Respexit in iustitiam ancillæ suæ, respexit in temperantiam, respexit in fortitudinem atque sapientiam. Dignum quippe est, vt virtutes respiciat.] Ac iterum: Respexit Deus in humilitatẽ beatæ Mariæ: propterea fecit illi magna qui potẽs est.] A quo sensu Origenis nõ discedit author veteris homiliæ, quæ tot seculis in Ecclesia recitatur, ac de præsenti loco sic disserit: Hæc Virgo gloriosa beatam se dici ab omnibus generationibus manifestat, eò quod eius humilitatem Deus respexit. Nam subdit: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes. O verè beata humilitas, quæ Deum hominibus peperit, virtam mortalibus edidit, cælos innouauit, mundum purificauit, Paradisum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. O, inquã, verè gloriosa Mariæ humilitas, quæ porta Paradisi efficitur, scala cæli cõstituitur. Facta est certè humilitas Mariæ scala cælestis per quam Deus descendit ad terras. Quia respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et quid est dicere, respexit, nisi cõprobauit, & placuit ei humilitas mea? Vnde per Prophetã Dominus dixit: Ad quẽ respiciam, nisi ad pauperculũ & humilẽ, & trementẽ sermones meos? Hinc Dauid Domino dicit: Quia respexisti humilitatẽ meã, saluasti de necessitatibus animã meã. Multi siquidẽ videtur in hominum cõspectu humiles esse, vt ab eis beatificentur: sed eorum humilitas à Domnio nõ respicitur, quia falsò & non verè de humilitate gloriantur.] Quæ oratio siue Augustinum, cui passim ascribitur, siue alium authorem habeat, non obscure testatur, nec leuiter probat de humilitatis virtute Lucam scribere, illamque in Maria eximiam floruisse, ac Deo imprimis gratam, nobisque salutarem fuisse.

Quæ Lutheri sententia.

Aduersarij duobus falsis inuoluere innituntur.

Ambros. lib. 2. in Luc.

Hæc Origenis verba.

Hæc homilia Origeni falsò adscribitur.

Hæc Augustini verba.

Non omnes humiles beatificantur.

CONTENDVNT isti, velut quod Maria loquitur, eius sit fœminæ confessio, quæ suam infimam sortem vel explicat, vel deplorat. Ac longè aliter Bedæ & Bernardo visum est, qui testimonium hoc de virtute sibi sancte gratulanti ac gaudenti Virgini tribuunt, cum exultaret illa in Spiritu sancto. Sic enim Bernardus: Maria, inquit, virginem se oblita, gloriatur de humilitate.] Et mox præsentem locum adducit, in quo non plorantis, aut trepidantis, sed gaudentis verba iubet obseruari. Beda verò sic disserit: Cuius humilitas respicitur, rectè beata ab omnibus cognominanda gratulatur: sicut è contrario cuius superbia despecta condemnatur, Euæ, id est, Væ siue calamitatis nomine mulctata tabescit. Decebat enim, vt sicut per superbiam primæ nostræ parentis mors in mundum intrauit, ita denuò per humilitatem Mariæ vitæ introitus panderetur.] Id verò mihi ab Augustino videtur acceptum, qui Mariam humilem cum Eua superba comparat, quando ita scribit: Eua propter superbiam abiecta, Maria propter humilitatem electa: superbam Deus despexit, & humilem respexit: id quod superba perdidit, humilis recepit. Ideò ait: Respexit humilitatem ancillæ suæ.] Hildephonsus ante nongẽtos annos perspicuè dixit, hanc Mariæ vocem mira deuotione plenam & admirabilem Philosophiã esse, qua Virgo suam humilitatem, nullamque virtutem aliam magis à Deo respici confessa est: ideoque exaltatam sanctam Deigenitricem, tum quia humilis inuenta, tum quia ineffabiliter gratia repleta sit. Ac Bernardus quidem locum eũdem non aliter quam de humilitatis virtute dictum accipit, & crebro interpretatur: nec dicere dubitat, quod ancillæ suæ humilitatem potius, quam virginitatem respexit Deus, ac placuisse illam quidem ex virginitate, sed ex humilitate concepisse filium.

Bernardi & Bedæ testimonia sunt accommodatissima ad virtutem humilitatis asserendam.

Homil. 1. super Euangel. Missus est. Luc. 1.

Per superbiã Euæ mors, per humilitatem Mariæ vita in mundum introiit.

Super Magnificat.

Serm. 2. de Assumptione Virginis

Homil. 2. de Laudibus Virginis.

TVM Rupertus Tuitiensis eandem sententiam sæpè producit, & singularem Mariæ humilitatem in de confirmat, quam veluti nardum fragrantem & odoriferam, Rex æternus de accubitu suo senserit & respexerit, eaque fuerit valde delectatus. Sed & præcipuam Mariæ pulchritudinem fide & humilitate metitur, illamque beatam ex humilitate prædicari, præsenti loco comprobat, ac eandem Virginẽ humilium Reginam appellat. Neque vulgaris est author Ambrosius Ansbertus, qui ante sexcentos annos scripsit commentarios in Apocalypsin, & de proposita sententia sic disserit: Ad humilitatis diuitias author omnium diuitiarum discipulos inuitabat, cum diceret: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. His locupletata fuerat beata Virgo quæ dicebat: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Cum itaque Maria Virgo ideò beata credenda sit, quia sine humano semine ex Spiritu sancto concepit: quia Dei Filium hominem factum, intemerata virginitate mundo edidit: radicem tamen beatitudinis suæ ipsa solerter inspiciens, ait: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ac si diceret: Quia humilitas vera præcessit, quæ Dei Filium ad

Libr. 1. in Cantica.

Testimonia Ruperti & Ansberti de Mariæ humilitate.

Libro 2. in Apocalyps. Homil. 11.

Luc. 1.

Quomodo Maria suam humilitatem respici profiteatur, & quo fructu.

habitaculum carnis meæ inuitauit, quæ Spiritũ sanctum ac munditiã cordis mei attraxit, vt Verbi carnem cum Verbo & Patre in visceribus meis formaret: propterea beatitudinis nomen in cunctis generationibus ipsa promeruit. O quantum meruisti, ô quantum beata humilitas in sacra Virgine valuisti? Quid enim in sacra Virgine meruisti, nisi vt Deum homini coniugeres, vt Verbum carni vnires?] Non quod eruditus hic author humilis Mariæ meritis tantum tribuat, vt ipsa de condigno, sicut in scholis loquuntur, Verbum carnem & se Dei parentem fieri promeruerit, sed singularem Virginis humilitatẽ ita commẽdat, per quam Virgo præcipuè ad supernaturalem sui eleuationẽ, qua Dei Mater facta est, disponebatur, sicut Dionysius Rickeliius interpretatur. Clementer enim illam respexit Deus per approbationem & acceptationem, sicut & alibi per Prophetam loquitur Deus: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & tremẽtem sermones meos? sicut hæc verba Eusebius Emissenus ad præsens institutum adducit. Et enim propria Scripturæ phrasis est, vt quæ probat & grata in hominibus habet Deus, ea respicere dicitur. Respexit igitur ad Abel & munera eius: ad Cain autem, quem iuste oderat, & ad munera illius non respexit. Vidit opera Niniuitarum & misertus est eis. In eundem sensum dixit sancta Iudith: Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

Ingens meritum humilitatis Mariæ.

Bernardus in Missus est. Homil. 1. super Euangel. Missus est. Luc. 1.

Esaiæ vlt.

In Euangel. feriæ sextæ in Aduentum.

Respicit Deus quę approbat in homine.

Genes. 3. Ionæ 3. Iudith 9.

QVÆ Patrũ testimonia (nolo enim pluribus, quę passim extant, onerare Lectorem) aduersariorũ imperitiam, aut potius malignitatẽ non obscurè coarguunt, quod mordicus negent, Deiparam hoc loco à virtute posse laudari, quodq; Mariæ humilitatem vt Deo valde gratam, sic ipsi Virgini meritoriã, nobisq; salutiferã fuisse nullo modo concedant. Quoniam verò Lodouicus Viues, licet ex recentioribus huius æui Scriptoribus vnus, nõ vulgari apud multos authoritate pollet, longè is quoq; reuerentius, quam aduersarij de matre Domini, sentit ac scribit. Marię modestia, inquit, & moderatio animæ, quam humilitatem vulgo dicimus, tanta illa fuit, vt cum omnia illi contigerint maxima atq; amplissima, nihil tamẽ fuerit, quod illam animo extolleret, quod ei spiritus faceret, nobilissima puella, quæ in Stemmate quatuordecim Reges & Iudices Israëlis computabat, ditissima orta parentibus, ditata etiã à Magis, formosissima, ingeniosissima, doctissima & sapientissima.] Hæc profecto vt rationi sunt cõsentanea, sic planè cum noua istorum opinione pugnant, qui Mariam adeò vilem & abiectã, adeoq; tantum non stercorariam nobis inducũt, eaq; omnia ex eo duntaxat probant fundamento, quoniã ancillã humilem seipsam pronunciauit. Quid verò si certo & iusto dei iudicio factũ sit, vt homines à vera & Euãgelica humilitate remoti, & carnis iudicio multum inflati, nec Mariæ humilitatẽ agnoscant, & circa illam humiliũ Reginam, sicut Rupertus appellat, miserè hallucinentur? Quicquid autem de tantę personæ vilitate confingant, non malè quidem illud talibus authoribus cõgruit, qui pro Euãgelico defendũt dogmate, gratiam & iustitiam credentibus non inhærere, sed à Deo tantũmodo imputari. Igitur astuti homines studiosè cauere videntur, nec Marię humilitatem Deo tantoperè gratam, & ipsi personæ, vt diximus, meritoriam extollendi aliquam nobis occasionem relinquant, néue credamus, tantam

Nouatores omnino pugnare cum veteri sententia.

Vtiã Lodouicus Viues adnersarios coarguit, Mariæ humilitatem prædicare.

Non sine Dei iudicio circa Marię humilitatem Nouatores hallucinantur.

Cur aduersarii veram humilitatis virtutem hic nolint agnoscere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutem quicquam ad id valuisse, vt Maria Messiæ Deiparæ Mater dignior constitueretur, & constituta à veteribus prædicaretur. Pius autem animus non nisi sanctissima cogitare, & honorificentissima loqui potest de illa, quam & corpore & animo nobilissimam descripserunt Euangelistæ, quam porrò Archangelus non suo tantum, sed etiam sanctissimæ Trinitatis nomine officiosissime salutauit, ad A cuius præterea venerabilem præsentiam sanctissima Ioannis mater non parum expauit, quam insuper ipse Christus Filius & viuens & moriens haud vulgariter honorauit, & quæ demum post filium summam, & sibi cum alio nullo communem gratiam & gloriam apud Deum Omnipotentem inuenit, obtinuit retinuitque.

Exemplo Euangelica de Maria imponenda & prædicandæ admonent.

CAPVT OCTAVVM.

De vera virtute humilitatis, quæ Matrem Domini maiorem in modum commendet ac illustret, quid præterea Virgo ex ædibus Zachariæ digressa, ad suum vsque partum egerit.

Humilitas iustificat, non humiliatio.

OVONIAM de humilitate sermo susceptus est, tantæque virtutis mentio in sacris literis frequens incipit, quæ nostram Virginé cum primis illustrat, non possumus committere, quin hoc loco de illa paulo fusius disseramus. Ac primum Bernardus acute dixit: Humilitas iustificat nos, & non humiliatio. Vtrumque nomen cõfundunt Aduersarij, dum Mariam, vt diximus, humiliatam potius, quamverè humilem fuisse fingunt. Et ne quenquam offendat nominis amphibologia, prudenter Veteres humilitatem cordis pro virtute ipsa dixerũt, Christus paupertatem spiritus appellauit, eamque de hominis beatitudine differens, primo loco collocauit. Etenim humilitas, primus in mundum Christi ingressus, primus nostræ Religionis introitus, ipsumque sanctitatis omnis fundamentum est, vt loquitur [a] Cyprianus: Hac quippe sublata, nec timor Domini, nec fides, nec temperantia, nec continentia, nec misericordia, nec virtus vlla cum laude exerceri potest. Vbi verò illa præsto est, infinitos Diaboli laqueos & mille nocendi artes cuitari atq; perfringi, tum [b] Antonius Magnus, tum Dorotheus Abbas [c] grauiter admonent: nihil enim cordis humilitate firmius, nihil robustius, nihil solidius, nihil ad benè beateque viuendum homini magis necessarium esse, per eam ardua cuncta superari atque prosterni. Quare virtutum hoc caput & inexpugnabilem fortitudinem [d] Ambrosius vocat; [e] Hieronymo autem humilitas, præcipua cõseruatrix, & quasi custos quædam virtutum dicitur. Nec falluntur, qui eam Christi virtutem absolute nuncupãt, quod ille cum inde ab æternitate maximus esset, post hominis naturam assumptam, per humilitatem sese ministrum & infimum, atque (sicut ipse vocat) [f] ministram omnium fecerit: nulla etiam virtute, vt apparet, siue ad agendum, siue ad docendum omni vita magis delectatus, nimirum vt eam mortalibus omnium, siue magni siue parui essent, animis altissime insigneret, infixamque stabiliret. Nihil enim est charius humilitate, nihil acceptius modestia, nihil perotius gloria & studio hominibus placendi, vt planissime dixit Tertullianus. Hæc humilitas Christianorum & piorum est propria, quum ethnici etiã nomen ignorent, rem verò Hæretici semper excutiant, vt qui superbi mente cordis sui, sicut [g] Maria loquitur, Ecclesiæ vnitatem simplicitatemque contemnant, & contra [h] præceptum Apostolicum alta B sapere, neque humilibus consentire gaudeant. Vnde Augustinus non aliam nisi superbiam, quæ humilitati potissimum aduersatur, omnium Hæreticorum matrem esse definit. Nulla demum virtus est, quæ Christianam vocationem & Deo & hominibus æquè commendet, quæque credentes in officio magis contineat, vt aduersus Pharisaicam iustitiam omnemque hypocrisin sese tueantur. Igitur præclare ab Augustino dictum accepimus: Non aliam tibi ad capessendam & obtinendam veritatem viã munitam, quam quæ munita est ab illo, qui gressuum nostrorum tanquam Deus, videt infirmitatem. Ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares, hæc dicerem. Non quod alia non sint præcepta, quæ dicantur, sed nisi humilitas omnia, quæcunque benefacimus, & quæ præcesserit, & comitetur, & consecuta fuerit, & proposita quam intueamur, & apposita cui adhæreamus, & imposita, qua reprimamur, iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum extorquet de manu superbia. Vitia quippe cætera in peccatis, superbia verò etiam in rectè factis timenda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittãtur.] Quod ergo Græcus orator Demosthenes in arte dicendi valere putauit, vt primas, secundas, & postremas tribueret pronunciationi, id Euangelicus doctor Augustinus ad Christianã humilitatem accommodauit, quæ tãtum ad benè beateque viuendum homini conferret, vt veræ sapientiæ & salutis humanæ initium, medium ac finé hac vna virtute metiri fas sit.

Humilitas est propria Christianorũ, ethnicis ac hæreticis aliena.

Sed enim quid ego tam multis de Christiana humilitate; quam verbis ornare facillimum, in [i] David, [k] Baptista, [l] Paulo, [m] Publicano monstrare nõ erat laboriosum, cuius specimen præ se ferre nec ab hypocritis alienum, virtutem verò ipsam præstare difficillimum semper fuit. Atque vtinam ad nos minimè pertineret, quod iampridem de suo seculo queritus est Theophylactus: Nostra humilitas, quã plerique præ se ferunt, si verum fatebimur, inquit, non est ταπεινοφροσύνη, id est, humilium rerum affectus, sed potius ταπεινοφρημοσύνη, id est, in verbis tantum & lingua consistens humilitas.] Pium profecto illius votum fuit, qui aliquando in hanc vocem erupit: O si superbiæ spiritus minueretur in nobis, & ipsa paupertas, ipsa diminutio spiritus, nunquam perituras humilitatis nobis adferret divitias. Quid enim boni non haberet, qui humilitatis Spiritu elationem calcãuit?] Et alius cum perpaucos verè humiles reperiret, non minus religiosè precatus est: Vtinam fratres mei, vtinam nos illam haberemus humilitatem in peccatis, quam verè sancti habuerunt in virtutibus suis.] Qualis autem humilitas verè piis sanctisque congruat, non est huius loci disserere, sed breuiter tamen ex Cassiano colligi potest, apud quem præclara hæc Abbatis Pyamonis extat oratio: Vera est cordis humilitas reputare, quæ non de affectata corporis atque verborum, sed de intima mentis humiliatione descendit. Quæ tunc demum euidentissimis patientiæ suæ fulgebit indiciis, quum quis non ipse de se crimina ab aliis non credenda iactauerit, sed ab aliis sibimet arroganter ingesta contempserit, & irrogatas iniurias mansueta cordis æquanimitate tolerauerit.]

Præstare humilitatem difficillimum semper.

Guericus serm. 4. de Purificat. Virginis.

Humilis omnia fere bona possidet.

Quale officiũ sit vera perfectaque humilitatis.

Cassian. collat. 18. cap. 11.

Eo verò hanc raram, insuetam difficilemque virtutem si in Sanctis vllis, tum in Maria sic eluxisse dixerim, vt nihil ferè admirabilius in ea reperiatur, quæ nec omnium siue prima, siue domina effici potuisset, nisi omnium ancillam & nouissimam se prius ipsa fecisset. Quare cum Bernardo ingenue profitemur: Maria quanto maior erat, humiliaret se non modò de omnibus, sed & præ omnibus. Merito facta est nouissima prima, quæ cũ prima esset, omnium sese nouissimã faciebat. Merito facta est omnium domina, quæ se omnium exhibebat ancillã.] Ac merito quidem tantum ex hac virtute decoris nostræ accedit Virgini, quantum & probri & infelicitatis prima illa Eua, quia superba, meruit & accepit. Vnde sicut per huius superbiam mors in mũdum intrauit, ita per illius humilitatem, si Bedæ fidem habemus, veræ vitæ introitus panditur. Deinde tam mitem & humilem Dominum paritura, nonne sancta humilitate, siue qua virtutes omnes flaccescunt, & concidunt, imprimis debuit insigniri? Magnum sanè, quia Virgo: magnum, quia mater: maius, quia vtrũque: maximum, quia vnigeniti Dei & Creatoris omnium parens exiit. Maius adhuc, quod cum tanta sit, nihil sibi, sed soli gratiæ tribuit omnia. Hæc demum humilitas perfecta est iustitia Chrysostomo teste. Etenim quo cæteris gratiæ donis ditior, & dignitate sublimior, eo iuxta suam existimationem inferior ac humilior semper inuenta est. Prodigiosa verò humilitas, vt quidam dixit, tãtæ agglomerata virtuti: gratia super gratiam, decor super decorem, humilitas virtutibus cumulata. Celebrentur ergo Sancti alij, & singulari humilitatis præconio decorentur: an verò illis, vnde subinde lugerent & plorarent in vita defuit; quum & à lege membrorum diuexarentur, & in medio cursu non ratò offenderent, variisque næuis subinde, quum contra hostes pugnarent, inficerentur, vt merito cũ Apostolo Paulo ingemiscerent, seque verè humiliarent. At longè his omnibus Maria præstitit, tantis diuinæ gratiæ præsidiis corroborata, & vndique cõmunita, vt nihil fœdum, deforme, lubricum, vel cũ aliqua leuis etiam peccati contagione in illa coniunctum, sed candida, splendida, pura & heroica omnia reperirentur. Eoque rarior magisque stupẽda illius humilitas, quod cum tota pulchra foret, ac plena gratia, ex tam sublimi virtutum fastigio seipsam quasi deiicere, atq; in summum honorem euecta, se in suis oculis exiguam reputare, seque nulli præferre, sed omnibus post habere soleret. Hæc vna virtus illius alias, sicut multas gemmas vna pretio-

Vera humilitas in Maria elucet maxime, & quam eo cantum.

In serm. de verbis Apocalypsis: Signum magnum.

Romanis 7.

A sissima & fulgentissima, præcellit, ac quemadmodum iubar solis, paruos stellarum igniculos obruit & obscurat.

Pioram est in Mariæ humilitate, quam Hæretici oppugnant sanctæ gloriati.

Non habent sanè Aduersarij, cur Mariam in ordinem redigant, eamque præ aliis vilem, abiectã contemptam ancillam videri velint, dicto nimirum Euangelico, vt ostẽdimus, abutentes. Habemus autem nos, quamobrem de sancta & magnifica eius humilitate gloriemur, illamq; nobis & orbi admirandam & laudandam & imitandam sedulo proponamus. Quid enim, obsecro, in Maria tam eximium & rarum contemplari possumus, vt dicere cœperamus, quam quod in omni virtutum profectu singularis & magna, se magnam ipsa nesciuit, se studiosè depressit, nihil elati præ se tulit, verbis autem & exẽplis verè ancillam Dei sese perpetuo declarauit? Eius rei præclarum specimẽ præbuit in suo B cum Gabriele colloquio, adeò non altum sapiens, vt etiam salutationem Angelicam honoris plenam refugere, ac suspectam habere videretur. Igitur quæ in Dei oculis talis & tanta erat, vt Angelica legatione honoraretur, ac totius adorandæ Trinitatis nomine plena gratia, & inter alias fœminas omnes benedicta per Archangelum salutaretur, non laude propria delectatur, non inani lætitia dissoluitur, nõ blandis subrepentis arrogantiæ stimulis agitatur, nec vanæ gloriæ sensu vllo tangitur, sed laudata turbatur, seque & legantis beneuolentia, & legati officio, & salutationis præstantia prorsus indignam arbitratur. Etenim se statim deficiens ac nihili reputans, ita dicere voluisse videtur: Vnde hoc mihi, vt mittit ad me summa & æterna illa maiestas? Vnde C mihi, vt veniat Angelus Domini mei ad me, atque hac tanta verborum dignitate compellet ac ornet ancillam? Deinde cum ex eodem Gabriele dictum audisset: Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei, seque iam Conditoris sui Matrem electam intelligeret, non alio, quam obsequentis ancillæ nomine seipsam appellat, atque nihilo sublimius ab aliis proculdubio voluit existimari. Vide humilitatem, vide deuotionem, inquit Ambrosius, ancillam se dicit Domini, quæ Mater eligitur, nec repentino exaltata promisso est: simul ancillam dicendo, nullam sibi prærogatiuam tantæ gratiæ vendicauit, quæ faceret quod iuberetur.]

Quomodo Mariæ sua humilitatis primam speciẽ dederit, cum Angelo colloquens.

Luc. 2.

In Lucam cap. 1.

Luc. 1.

Cvmqve iam Mater Dei esse cœpisset, ad ædes Zachariæ nec vocata, nec expectata proficiscitur, suum in gratulando officium, & in ministrando obsequium maior minori ipsa sponte offert, multisq; mensibus cupit exhibere. Vbi à Cognata insigniter quidem prædicatur, vt tanta virtus diutius latere nõ posset: sed vel inuita suas laudes efferri sustinet, ac pate factum mysterium, suamque dignitatem, quãtum potest, virgineo illo pudore contegit, seq; sub potenti manu Dei humiliat vehementer. Proinde simulatque dicendi & laudandi finem cognata facit, mox illa omnem laudem & gloriam in solum Deum refert, omnesque animæ suæ vires in hymnum decantandum gratulanter impendit, nec minus humili, quam ardenti oratione Dei magnalia confitetur; quasi dicat: Magnificas tu quidem Elizabeth Domini Matrem: sed Magnificat anima mea Dominum. Testaris in voce mea filium tuum præ gaudio exultasse: sed exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo. Tu me Domini Matrem inter mulieres benedictam & fide beatam elata voce prædicas:

Afferũ exemplũ humilitatis, quod Maria in ædibus Zachariæ mõstrauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertium humilitatis exẽplum Mariæ paritura, & post partum præbuit.

ego de his aliisque beneficiis nihil mihi arrogo, sed bonorum omnium fonti gratias ago, quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Humilis Virgo Cæsari se subditam profitetur, censum pẽdit, ideoque cum sponso in Bethlehem proficiscitur. Nec iracitur aut offenditur, se partui proximam, omnium ædibus ac hospitiis excludi, se in partu & obstetrice & nutrice aliisque famulantium obsequiis priuari, vt sibi sola debeat ministrare ac præstare omnia. Quid illius cunis & puerperio simplicius? quæ alieno stabulo & vili præsepio contenta, & vix à pecudum pastoribus abiectissimis visitata, diuinum illum partum & puerperium sacrũ absoluit, quæ triste postea exilium subiit, quæ tot cruces & ærumnas non humili minus, quam forti animo perpessa est? Quid porro aliud, quam singulare redolet humilitatem, cum post expletum puerperij tempus in ædem sacram se contulit, & pauperũ hostiam obtulit, seque fœminis & matribus aliis Iudaicis & immundis puerperis vltro annumerauit? Eodem spectat, quod se fabro desponsari, ab eoque gubernari non grauatim passa sit: quòd cum eodem manibus laborare, victumque quotidianum sibi & filio quæritare, vt [a] Basilius comprobat, non abnuerit: quod coniugem suum iure maritali sibi præponens tanti æstimarit, quanti vlla vxor suum æstimare coniugem potest. Huic demum adhæsit ac paruit fideliter, siue in Bethlehem pendendi census, siue in Ægyptum fugæ causa proficiscendum, siue in Galilæam Herode iam mortuo redeũdum, siue alibi demorandum esset. Vnde cum filium diu & dolenter quæsitum in templo reperisset, Iosephum etiã sibi anteponit, eumque propter fidem coniugij Patrem filij, quem alioquin sola de Spiritu sancto cõceperat, vocare dignatur. Ecce, inquit, Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Increduli & abiecti erant fratres Domini siue cognati, & his tamen se libenter adiungit, cum his ipsis ad Christum cõcionantem accedit. Nuptiis interest, sed vocata venit, ne pauperes amicos contemnere, & in humilitatis leges peccare videretur.

Sexto humilis Maria erga Cognatos & pauperes.

Mariç humilitas etiam in eius sermone atque silentio conspicitur.

Maria tũm verborum ex plo docuit humilitatem.

Magna occasio Mariæ fuit in perfectabu militate profi ciendi.

Matth. 12. Luc. 10.

Luc. 2.

Vbi non excutiemus verba singula, quæ si Euangelium perlustremus, sexies aut septies magno certè iudicio Maria prolocuta est. In his videas summam eius humilitatem cum pari verecundia prudentiaque coniunctam. Dei Mater facta, omnibusque prælata fuerat: diuinum mysterium in suo vtero celebratum nouerat: & religiose tamen tacet arcanum, quod neque Ioseph, neque Cognata, neque Zacharias, neque quisquam alius ex illa vel disceret, vel audiret. O humile silentium, quod illi fuisset perpetuum, credo, nisi tantam gratiam & Emanuelis præsentiam Deus ipse mirabiliter prodidisset, atque per eius cognatam plerisque propalasset. Coacta demum, pertinacis sanctique silentij pondus rũpit, & non nisi sermones Dei loquitur, magna vbique verborum grauitate seruata. Intelligebat certè secretorum Dei conscia Prophetissa, quam minimè sit homini turum à sancta humilitatis via deflectere, & illum offendere, qui dispergit superbos mente cordis sui, quique deponit potẽtes de Sede, & exaltat humiles, quemadmodum ipsa testatur. Quam pulchre autem & commode in humilitatis schola profecit, cui totius humilitatis magister domi tot annos alendus, & quotidie audiendus obtigit, cuius præterea solo conspectu toties de hac virtute admoneri potuit, quoties magnum illum Deũ in suo paruulo & adolescente & iuuene filio, vtpotè hypostatice vnitum, cum fide spectauit, tractauit, amplexa est? Poterat vtique Christi sequens exemplũ, aliquando sanctè gloriari, & in Spiritu sancto exultare, præsertim quum filium haud sine singulari authoritate docentem audiret, & multa miracula patrantem cerneret, magnosque negotij Euangelici successus intelligeret. Sedenim rebus huiusmodi lętis tristia multa permiscebantur, quæ gladium à Simeone prædictum in mentem illi reuocabant, nec minorem humiliatis quam patientiæ præstãdæ ansam præbebant, nimirum impiorũ cœcitas, Iudæorum ingratitudo, Phariſæorum inuidia, æmulorum obtrectatio, magistratuum iniustitia, Iudæ perfidia, discipulorum inconstantia, tortorum immanitas, crucis acerbitas, ac demum filij moriẽtis, quem vita ipsa chariorem habebat, aspectus longè miserrimus & acerbissimus.

Etiam inter filii sui rebus à Christo gestis nasci data occasio humilitatis exercendæ.

Quid multis? Humilem, verecundam, simplicẽ Virginem matrem in Euangelio descriptam, nobisque propositam reperimus, quæ cum elationis & præsumptionis Spiritu, cumque loquacitate & vanitate commune nihil habuerit, sicut [a] Bernardus duplici confirmat exemplo. Primum enim foris, stabat, inquit, quærens loqui filio, neque tamen materna authoritate aut sermonem interrupit, aut in habitationem irruit, in qua Filius loquebatur. Deinde Maria toties Filium audiuit non modo turbis loquentem in parabolis, sed & discipulis seorsum tegni Dei mysteria reuelantem: vidit miracula faciẽtem, vidit deinde in cruce pendentem, vidit expirãtem, vidit resurgentem, vidit ascendentem. Sed in his omnibus quoties verecundissimæ Virginis, quoties pudicissimæ turturis vox memoratur audita? In omni textu, inquit, quatuor Euangeliorum, si benè meminimus, non nisi quater Maria loquens auditur. Primo quidem ad Angelum, sed cum iam semel atque iterum allocutus eam fuisset. Secundo ad Elizabeth, quando vox salutationis eius Ioãnem exultare fecit in vtero, & eam magnificantem Mariam, ipsa magis Dominum magnificare curauit. Tertio ad Filium, cum iam esset duodecim annorum, quod ipsa & Pater eius dolentes quæsissent eum. Quarto in Nuptiis ad Filium & ministros.] Rectè quidem isthæc Bernardus, vt nobis Matrem Domini verè pleneque humilem & mansuetam ostendat, ac matrem à filio haudquaquam degenerasse, sed filium potius matris indolem ac natutã expressisse declaret, quando è re nostra futurum erat maximè, vt in vtroque sexu perfectæ tum humilitatis, tum mansuetudinis magistrum & magistram incomparabilẽ simul haberemus. Ac licet alicubi Christus cũ Matre colloquens, eam vel negligere vel compellare durius videatur, qua de re postea disputabimus, tamen illa vsque mitis & humilis corde perseuerat, nihilque de sua in Christum fide remittit, ad loquẽdum quidem & respondendum minime præceps, velox autem ad audiendum, studiosissima verò ad meditandum.

Matth. 12. Luc. 2.

Luc. 2.

Luc. 24. Ioan. 20.

Quomodo Bernardus exemplũ humanæ Mariæ propositum explicet. dilect. 7. In serm. de verbis Apoc. Signum magnum.

Chr. Matri obtemperans quasi magistræ humilitatis.

Vnde conseruat & in corde suo confertomnia, quæ vel à filio, vel de filio recitarentur, quæque per illum vel circa illum priuatim & publicè gererentur. Et quoniam in schola humilitatis erat præclare instituta, rebus aduersis æquè ac prosperis magnam & perpetuam retinuit animi æquabilitatem, nihil

Mirandus gratiarum cumulus in Maria, quæ tot tantisque donis ditata, nihil tamen de humilitate remisit.

vt magis

Matth. 2. Luc. 2.

vt magis eam Magorum ac diuitum, quam Pastorum & rusticanorum hominum aduentus & congratulatio delectaret. Placebat ei fausta Simeonis precatio, siue vt Lucas habet, benedictio: nec interim eiusdem de gladio venturo triste vaticinium displicebat, qui materna ipsius viscera propter filij cruciatus dirissime vulneraret atque transfigeret.

Philip. 4.

Sciebat demum, sicut Paulus inquit, & abundare & penuriam pati. Sic enim animum in alta humilitate defixum confirmarat, vt libens diuinæ volũtati obsecundaret, quęcunque sors, quæcunque molestia & afflictio per omnẽ vitæ seriem esset subeunda. Quid verò acerbum, quid durum & asperum illi videretur, quæ omnis humilitatis patientiæque ducem ac magistrum filium ob oculos haberet, eũque ad crucem pro genere humano sustinendam natum, & à Patre destinatum proculdubio non ignoraret?

Aller. 1. Cur Maria de scribatur à Luca, quasi vltimũ semen. rit locum in primo cœtu credẽtium.

Sed quæ causa est inquies, quod Lucas Ecclesiæ nascentis atque in vnam domum collectæ confessum ita describit, vt Mariam in postremis ponat, ac post viros & mulieres, omnesque credentes vltimũ illi locum assignet? Commendat hoc quoque Mariæ humilitatẽ, quæ cum primas tenere posset, nullique in tota Ecclesia secunda esset, tamen nec sibi locum digniorem sumpserit, nec ab aliis delatũ admiserit, sed extremo loco contenta, ministrare aliis, quam ab vllo sibi ministrari maluerit, nimirum vt opere, sicut & sermone se totius humilitatis magistram & exemplar omnib. demonstraret. Nisi fortè Apostolos & discipulos reliquos, qui tunc in illo cœtu aderant, tam crassos, & ab omni ciuilitate, ne dicam equitate, alienos fuisse putamus, vt rationem maximam benedictæ Virginis non haberent, quam perinde ac magistri Dominique sui matrem non possent non venerari, nec solum Ioannis, sed etiam suam matrem suspicere, cuius & sapientiam & sanctitatem illustrem merito admirantur, ad quam demum, velut sacrosanctam diuinitatis domũ & fœlicem arcam contemplandam non pauci concurrerent, vt veteres meminere, & nos alibi commõstrabimus. Verum enimuerò sic prorsus decebat, nobisque congruebat, omnem iustitiam non solum à Christo & illius præcursore Ioanne, sed etiã à matre Maria compleri, & ab his tribus præceptũ Euangelicum posteris in Ecclesia omnibus commendari. Præceptum illud habet in hunc modum: Vade & recumbe in nouissimo loco. Vbi abs re nõ fuerit citare Bernardum, qui de hoc ipso Mariæ exemplo præclarè sic admonet: Legimus in actibus Apostolorum, quod redeuntes à monte oliueti, vnanimiter perseuerabant in oratione. Qui? si fortè Maria affuit, nominetur prima quę super omnes est tam filij prærogatiua, quam suæ priuilegio sanctitatis. Petrus & Andreas ait, Iacobus & Ioannes, cæteri qui sequuntur: hi omnes perseuerabant vnanimiter cũ mulieribus & Maria matre Iesu. Itane & mulierem sese vltimam exhibebat, vt nouissima omnium poneretur? Verè carnales adhuc discipuli, quibus nec dum Spiritus erat datus, quia Iesus nec dum fuerat glorificatus, quando facta est inter illos contentio de Primatu: quum Maria quanto maior erat, humiliaret sese non modo de omnibus, sed & pre omnibus. Merito facta est nouissima prima, quæ cum prima facta esset omnium, sese nouissimã faciebat. Merito facta est omnium domina, quæ se omnium exhibebat ancillam. Merito denique super Angelos exaltata est, quæ & infra viduas & pœnitentes, infra eam, de qua eiecta fuerant septem dæmonia, ineffabili sese mansuetudine inclinabat.

Apostolos alioqui primos credentes Mariæ plerumque tribuit, eũque illa se humiliaret.

Ioan. 7.

Maria vt sæ mnissimam sectata primas tulit super omnes sanctas.

Luc. 1.

Mariæ humilitas in fine colloquij cũ Gabriele habiti apparet maxime.

Luc. 1.

Verum inter alia Euangelij testimonia, quæ Mariæ humilitatem nobis considerandam admirãdamque proponunt, magnam sanè vim tenet finis colloquij, quod illi cum Angelo & suauissimum & sanctissimũ fuit. Nam quæ nullius peccati sibi erat conscia, & Gabrielem locupletem suæ virtutis testem habebat, seque ad summum dignitatis, quæ in terris esse potest, fastigium euectam esse nouerat, illa se sponte abiicit, nullique præponit, sed hoc solum haud sine stupenda sui submissione respondet: Ecce ancilla Domini, fiat secundum verbum tuum. Mitem enim humilemque paritura, humiliatem debuit etiam ipsa præferre, vt Ambrosij verbis vtamur. Neque is solum, sed Bernardus etiam Mariæ B proposita verba miratur, ac in hunc modum prolo quitur: Quæ est hæc tam sublimis humilitas, quæ cedere non nouit honoribus, insolescere gloria nescit? Mater Dei eligitur, & ancillam Dei se nominat. Nõ mediocris reuera humilitatis insigne, nec (oblata tanta gloria) obliuisci humilitatẽ. Non magnum est esse humilem in actione: magna prorsus & rara virtus humilitas honorata. Nec perperam annotauit paulo antè productus Ambrosius, quod eadem Virgo semper humilis, tunc etiam humilior facta sit, vbi se a Deo ad tantum mysterium cognouit electam. Hinc enim postquam Angelus obita legatione discessisset, ex otio summo ad laboriosam profectionem statim sese conuertit, solaq; vel cũ paucis montes anni seruitura properauit, ac eius voluntati vt dubium non est, libentissime paruit. Fœlix igitur Maria, in cuius & carne splendescit virginitas, & obsequio eminet humilitas, & conuersatione charitas fulget singularis. Sedenim quo illa se deiecit impensius, quo aliis inseruiuit fidelius, eò nimirum sublimius à Deo euecta & honorata est, nec hominum modo, sed & Angelorum laudem ampliorem & meruit & accepit. Gloriam enim præcedit humilitas: Qui se humiliat, exaltabitur. Humilibus dat gratiam Deus. Ac ne dubites, quam gratiam & gloriam Mariæ sit humilitas consecuta, veteris Theologi, quisquis tãdem ille fuit, exponam sententiam: Tu, inquit, Spiritum elationis ea virtute humilitatis explosisti, quam in re respexit Dominus, vt merito supra omnes choros Angelorum te sublimare dignam æstimauerit. Nunquam enim supra omnes D Angelos glorificata ascendisses, nisi prius infra omnes homines humiliata descendisses.

Lib. 2. de Virgin.

Prouerb. 15. Matth. 23. Luc. 18. Iacob. 4. 1. Pet. 5.

In serm. de nat. Virgi. quæ incipit. Creatoris matrem.

Quid Maria humilitate sua obtinuerit.

Sed enim in ædibus Zachariæ satis diu demorati sumus, nec temere illic spectauimus, quam præclarè, grauiter ac piè Maria se gesserit, siue cognatam salutet, siue ab illa vicissim resalutetur: siue laudetur, siue ipsa Deum laudet ac prædicet? tanto quidẽ submissius de seipsa sentiens, quanto maiore dignitate ac gratia cæteros excellebat. Iam verò vt reliquam Euangelicæ historiæ partem absoluamus, nõ passa est sacra Virgo se diutius quam tribus mẽsibus apud Zachariam detineri, sed salutatis comiter omnibus, in viam longam se iterum dedit, paucis fortasse mortalibus, ac frequentibus haud dubiè Angelis illam deducentibus, quoad locis montosis & asperis superatis ad suos rediit Nazarenos. Vbi non incommode venit in mẽtem, quod Lucas de Christo Domino commemorat, eum non solum à Spiri-

Transitio ad historiam Virginis à Zacharia redeuntis in Nazareth.

Luc. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu in desertum fuisse actum, verum etiam in virtute Spiritus in Galilæam rediisse, quum tentationé omnem Satanæ superasset. An enim idem Virgini nostræ non contigit, quæ sicut diuino spiritu excitata, suum ad cognatam iter instituit, ita eodé duce domum rediit, neque sine spirituali fructu confecit peregrinationem? Ab hoc Virginis exemplo absunt plurimum, qui quum sunt velut arundines vento agitatæ ac temporales (sic enim Christus loquitur) quod spiritu bono magistro & authore benè cœperunt, id leuiter mutant, ac deserunt malè, vt merito audiant. Nescitis cuius spiritus estis. Nec temere putat Theophylactus, quod Maria instante partu cognatæ domum redierit, vt eorum tumultū, quos gratulandi causa sciebat aduenturos, prouide declinaret. Hoc enim laudabili prorsus exemplo corripiuntur, qui sæpè curiositatis gratia eò, vbi maior est populi frequentia, libenter proficiscūtur, simulque Virgines & vitam verè spiritualem amantes commouentur, non nisi grauide causa prodire in publicum, pium secessum quærere, mūdi strepitum fugere, & sacris potissimum studiis domi tranquille vacare. Qua de re alibi plura.

Maria in eodé spiritu vadit peregrè ac redit.

Matth.11. & 13.

Luc.9.

Quid Virginis exemplū nos moneat.

Quomodo Maria deinceps in Nazareth se gesserit.

QVVM verò ad sponsum suum Virgo in Nazareth rediisset, non poterant illi ædes non placere, in quibus præclara Dei dona iam antè perceperat, & Angelum audierat lætissima nunciantem, ipsaque mater esse cœperat Emanuelis. O sacrosanctum illud Mariæ cubile, quod posteritas tota merito veneretur, & in hunc vsque diem Laureti, vt alibi docebimus, suspicit Ecclesia. In his ædib. sponsa cum sponso sex menses ferè consumpsit, magnamque fidei ac prudentiæ laudem tulit, dum ad Ioseph animum tranquillandum Dei gratiam patienter expectet. Videbat enim ac dolebat suam integritatem ac pudicitiam illi esse suspectam, qui tam sollicitus & anxius de ineundo diuortio cogitaret, ac æstus graues premeret, cum suæ coniugis vterū magis ac magis intumescentem deprehendit. Qua de re supra meminimus, & satis ex Euangelio constat, castum Ioseph tandem hac æstuantis animi sollicitudine, quam exemit illi Angelus, ita liberatum fuisse, vt agnito mysterio, cuius author in Maria fuerat Spiritus sanctus, Dei ac Domini sui matrem longè quam antea reuerētius habuerit, seque totum illius obsequio accommodarit. Quis autem credat, eo tēpore, quo mensis ferè nonus à sacro conceptu ageretur, otiosam fuisse Virginem, nullamque vel exiguam habuisse rationem hebdomadum ac dierum, quos grauidæ mulieres ad suum vsque partum diligenter obseruant.

Matth.1.

Maria quomodo erga Ioseph male suspicantem affecta.

Maria tempus partus obseruat & expectat.

4. Reg. 4.

ENigitur tibi alteram & sapientem illam Sunamitidē, quæ summo Prophetæ, aut potius Prophetarum Domino mensam, candelabrum lectulumq; studiose parauit. En sollicitam ac officiosam plane Martham, quæ quum in maxima tam beati partus, *Luc.10.* nouiq; hospitis expectatione foret, non potuit facias, lintea & id genus alia, quæ instanti puerperio subseruirent, non suis conficere manibus, & ob singularem filij reuerentiam apparare. Dici nō potest, quam sit ingeniosus, vehemēs ac sollicitus ille maternus affectus, quam potens amor erga filios quātumuis deformes, ignauos atq; fœdos. Ac sanè Virgo tam sapiens ad talis tantique filij sui ortum tanto vigilantius & religiosius sese componeret, quanto illum propius aduentare cernebat. Quidan vlla vel anima, vel sponsa diuini amoris flammis incensa, cælestem sponsum ardentius desiderauit, quā nostra sponsa diem filij sui natalitium optauit excipere, vt Salomonem illum in nouo decore suo adspiceret, & sponsum de thalamo suo procedentem iucundissime complecteretur? Nihil illi magis erat in votis, præterquam vt antea cum filius conciperetur sic etiam quum idem nasceretur, fidam ac sedulam ancillam sese per omnia Domino exhiberet. Quid enim aut cogitaret aut faceret aliud, quæ hoc ministerium maternumque munus, quod Emanueli debebatur, sibi à Deo delegatum, & ab Angelo cōfirmatum esse certo intelligebat? Meminerat certè, quantas opes, ac dotes ex primo illo conceptu ac velut ingressu filij iam antè percepisset, tot cælestibus illustrata splendoribus, cumulata muneribus & repleta gaudiis, vt seipsam vix capere posse videretur. Ac tanto maiorem in spem veniebat fore, vt qui Princeps Opt. Max. omnia innouaturus accederet, nouam quoque matri suæ lucem atque consolationem singularem adferret, atque hinc ipsa lætè cantare posset: Benedixisti Domine terram tuam. Gur ergo non percuperet felicem illum diem exoriri, quo lumen æternum in tenebris appareret, nec sibi modo, sed & orbi, gratiæ incredibilem splendorem adferret? Ex priscis quidem Patribus complures viam Domino præpararunt, & ad futurum eius aduētum vna cum Abraham, Simeone & iustis aliis in spiritu exultarunt, summoque vîdendi Messiæ desiderio sanctè flagrarunt. Verum eos omnes Maria præcelluit: nullus ad Christi natalem venit paratior, nullus ardentiores preces & lachrymas obtulit, nullus fide magis viuida complexus est promissiones, quæ apud Prophetas de nascituro Messia ampliſsimè proponuntur. Age verò, quandoquidem huc progressi sumus, Euangelicæ historiæ seriem, quæ ad Mariæ puerperium nos recta deduxit, & ad Christi natalem celebrandum inuitat, aliqua ex parte persequamur.

Psalm.44.

Luc.1.

IN IESV CHRISTI SERVATORIS OPT. MAX. NATALEM.

QVæ pietas? quis tantus amor? quæ gratia tandem
In mortale genus Superi tam larga parentis?
Ingratum mortale genus? Semel omnibus hæsit
Prima lues vetiti concepta cupidine mali,
Innatumque nefas, æterno carcere dignum
Atræ Martis, & æterno quod vapulet igni.
Ille tamen iustam, veniæ largissimus, iram
Sic reprimit: sic res hominum miseratur acerbas:
Vt, seruum propter genus hoc, non parcere nato
Sustineat Pater ipse suo. Felicis Olympi
Linquendæ sedes: & numen mole premendum
Corporea, quibus heu, vitæ, quantisque procellis
Expositum? quas per pœnas? quam dira trahendum
Supplicia in terris? aliena vt crimina pendat,
Qui potis vnus erat primæuæ extinguere culpæ
Immensum facinus præstans, immensus & ipse.
Vtque salus mundo iam deplorata resurgat.
Ecce autem (mirum quod dictu, audite caduci
Mortales: & nota pijs mysteria solis)
Demissum cœlo se carne ac sanguine Verbum
Induit infirmans: fragilēsque accingitur artus:
Nulli hominum, nulli Diuorum esse bile Verbum
Omnipotens, seclis prius omnibus, insuetum.
Principiò, ante fatis tenera incunabula mundi,
Verbum erat hoc: & erat semper coniuncta Deo vis:
Quinetiam Deus illud erat. Mox propter eundem
Principio id fuerat. Quæ condita cunque per orbem.
Stant Verbo fundata illo. Nihil ipsius extra
Conspectantis opem, nihil est sine Numine factum,
Quod factum est, inerat melior vita omnis in ipso:
Vita ea, lux hominum: mediis quæ cincta tenebris
Diffundit radios: hinc quæ incomprensa coruscat.
Vos ego, Bethliadæ pastores (Nam neque Bethle
Infima Iudææ inter numerabitur vrbes
Auspiciis tantis) quibus illa nocte per agros
Excubiæ niuei gregis, & custodia cessit,
Virgineo partu dum Verbum hoc nascitur infans:
Vos ego felices, & vestram semper habebo,
Supra apices regum, supra sceptra aurea, sortem.
Vos merito meminisse iuuet noctemque sacratam.
Quæ vicit splendore diem, quæ lumine solem:
Illaque vel verum dominis ignota tyrannis
Gaudia: Magnus vti reserato lumine Olympus
Luciscatesse vim late effuderit omnem:
Concrepuisse chori rutilum per inane volantes,
Cœlestumque acies legionum, & castra nouena
Distincta ordinibus, gens nuncia Numinis ales:
Vique nouo implerint mulcentes æthera cantu,
Testati veni sse diem, qui fausta abunde
Læti iam ingentem populis morialibus edat,
Iam nascente Deo, parua Dauidis in vrbe:
Vnde salus lapsis reparata sit vnica rebus:
Debitaque (hoc tantum venit à quo Principe munus)
Gloria summo Deo, Superum ardua templa tenenti
Et bona pax hominum generi, quibus indole miti,
Fixa sedet melior tranquilla in corde voluntas.
Omnia quæ multa arcaniti formidine primum,
Mox erecti animos diuini voce ministri
Hausistis, mira penitùs dulcedine pleni.
Ite ergo, Diuum quo vox iubet, te beati
Pastores: vestramque citi contendite Bethlem.
Fas mihi saltem animo (si me vltima sæcla tulerunt
Tempore post tanto) vobiscum accedere cunas
Bis geniti Regis, contemplarique puellum
In stipulis, inter præsepia dura iacentem.
Hunccne ego te, ter sancte puer, spes vnica rerum,
Aspiciē? placitumque tibi, quem vultus adorat
Telluris, pontique globus, totque æthereis orbes,
Omnia complexum regem, & regnata tuentem,
Contrahere immensum tam parvus Numen in artus?
Hæne tibi sedes? & regia marmore sulta?
Aurati hi postes? thalamique ea purpura lucet?
Cui nusquam est homines inter locus: & male tectis
Vix stabuli patet hospitio specus horrida: per quem
Aerei volucrum cœtus, pecudesque, feræque,
Et dulces nidos certi, & sua limina norunt.
Quos vero circum famulos? vbi conspicor altas
Præsidia ante fores? stipatorumque catervam?
Hinc bos, hinc tardus carpit fœmlia asellus.
Ah regale nihil. Quin nudus, & omnium egenus,
Frigoribus tener in mediis, æco abditus antro
Ipse iacēs, & nocturnas vagitibus auras (ris.
Vltro implēs: hominemque dolens, lachrymāsque fateAt tamen ô felix vteri, sine nixibus vllis,

A Humanum longe supra captumque modumque
Virgo parens dignata Deo: immumque beata,
Vos tam mirificas quæ suxerit vbera partus.
Eia illum, Mater castissima, pergе sacrato
Blanda fouere sinuque, & pectora ad intima pressum,
(Vt tenuis fors hæc, & vestpatiuntur egenæ)
Obducta tege veste: geluque auerte tenello
Insuetum. Neu, Diua, genu, neu desine flexo
Suppliciter venerata oculos, animūmque tuendo
Explevi. Deus hic, Deus est (fcio ipsa profecto)
Munere materno cui Virgo puerpera fungens,
Oscula fers: gremio complecteris: vbere lactas.
Hunc tibi nunc cœli tantùm de vertice missus,
Nuncius interpres Superum lætissimus olim
Promisit: sed & attonitæ cecinere Sibyllæ
B Vnigenam, magnum, augustum, rectorem Olympi
Æqualem natum: validis qui viribus orbem
Occupet, ac stabili sedem Dauidica regno:
Seclorumque alius sub quo se proferat ordo.
Ecce nouum fausti radiat tibi æthere: ecce
Sole oriente nouo, tantos qui nunciet ortus,
Phosphorus illuxit specta dilis alter: & inde
Quos tenebræ, mortisque diu circumstetit vmbra
Fatalis, tandem optata iam luce fruentur.
Nec mora, prodigiis actos, mirumque sequentes
Siderea aurorum, lucida nque hoc affore cernes
Puperis ad tuguri limen, longinqua viarum
Tot spatia emensos, tellurisabusque Sabæa.
Finibus ingenti comitatu, atque agmine, Reges.
Quos super aduentu trepidabit operta camelis
Nequicquam Solyme, & sitiens trux ille tenellis
C Sanguinis Herodes, regni securus & aulæ.
Ille autem gemibus flexis (haud nanque pigebit)
Procumbentque solo submissi, & vertice nudo
Thesauris depromta ferent donaria læti
Mystica, thus patrij, myrrhamque, auricque talentum:
Infantique Deo laudes & carmina dicent.
Quis tibi, Virgo, sub hac animus quem pectore sensit
Concipis? placidæ menti quæ gaudia surgant?
Iam merito magni sacris, ô Regina, tonantem:
Exultantque tuus cœlo se Spiritus effert,
Fretus & ipse Deo, nunc partæ authore salutis.
Nunquе su um mundi summa respexit ab arce
Te famulam præsens humilem: quæ improinde per ævū
Omnis posteritas vno feret ore beatam.
Nunquе dedit semet tibi magni muneris instar,
Ille potens: sancto mundum qui nomine complet.
D Cuius inexhausto miserans clementia fonte
In genus omne hominum, cælestia iussa timentium
Certatim diffusa fluit. Fortissimus idem
Omnipotente manu versisque ruensque superbos
Dissecit, vano tumefactos pectora fastu.
Tum Dominos regni pulsos de sede potentes
Subuertit: contraque humiles euexit in altum.
Nec minus ille bonis inopum saturauit opimis,
Expleuitque famem: sed gaza, opibusque refertos
Exuit: & vacuos soluto fine honore reliquit.
Iamque adeo puerum, fatorum arcana resignans,
Rite suum placidis Israelem obuius vlnis
Suscepit, memor immensæ pietatis, ab alto
Quæ solet humanis, miseratus parcere rebus:
Quod patribus quondam prisci est ore locutus,
Abramo: quique hinc per succedentia sæcla
Secula descendunt, Abrami à stirpe nepotes.
Nos vero grates puero soluamus IESV,
Soluamus tibi summe parens, tibi Spiritus almę,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Numen idem, eiusdem tria Numinis vnius ora,
Par virtus, par imperium, par gloria sceptri
Soluamus grates meritas, simque ætheris alti
Cœtibus aligeris carmen solenne canamus:

Quas optata dies, nostrique hic vindicis ortus
Noctis infernæ tenebris, horathroque Satanæ
Asserit ereptos, & cœlo immittit aperto.
GLORIA TIBI DOMINE IESV.



CAPVT

CAPVT NONVM.

Quomodo Maria cum Ioseph in Bethlehem profecta, & omnium ædibus exclusa, multisque ærumnis exposita Christum genuerit salua Virginitate, qualem etiam se filio nato exhibuerit, quantámque cum eo paupertatem fuerit perpessa.

Luc. 2

LVCAS Euangelista, vt multi affirmant, Virgini nostræ admodum familiaris fuit, & ex eius ore pulcherrimâ Euangelij partem, quæ CHRISTI natiuitatem ac pueritiam complectitur, solus fere descripsit. Rem omnem autem orditur ab Augusto Romanorum Imperatore, qui vniuersum orbem iam mire pacatum describi, & per capita recenseri mandarat, Cyrenio Palestinæ censore constituto, sub quo nomen quisque suum in patria profiteretur, ac censum destinatum penderet. Hac occasione, aut potius Dei prouidentia factum est, vt Mariæ coniux Ioseph, quoniam in albo ciuium Bethlehemitarum erat adscriptus, ex oppido Galileæ Nazareth in Bethlehem Iudæ proficisceretur, & in patrio solo suum daret nomē Cæsari, quum omnes suum tributum aut censum exoluerent.

De tempore dominicæ natiuitatis.

Maria quomodo cū Ioseph in Bethlehem primùm profecta.

CAETERVM, vt ad Mariam redeat oratio, nouem fere menses à conceptu sacro complebantur, quum illa Viri sui consilium de itinere suscipiendo intelligens, vltro se illi ad profectionem adiūgit. Quocirca rebus domi compositis, quæ satis tenues erant ac angustæ, ac diuino numine prius ex more inuocato, in charum sibi oppidum Bethlehem, quod Regi Dauidi patriam præbuerat, ac parentes eius fouerat, Iosephum comitata peruenit. Etenim quamuis partui proxima foret, tamen sibi ab eo viro discedendum haud putauit, quem vt proprium custodem à Deo assignatum obseruare, cui vt legitimo sponso gratificari, cum quo etiam veluti duce, quaslibet itinerum molestias deuorare secum in animo constitutum habebat. Nec dubium, quin placeret Virgini humilitas, quum sub tali viro sese submisse gerere, illique primas tribuere gauderet. Tum arridebat ei causa susceptæ profectionis, vt quæ penderet ex obedientia, magistratibus licet Ethnicis exhibenda. Accedebat & generosus erectusque in Deum ac Dei prouidentiam animus, quo sese in aduersis casibus consolabatur, certo persuasa, diuino nutu geri omnia, eámque profectionem ad singularem Creatoris gloriam probe cessuram, præsertim vt Bethlehem sui Messiæ ortu secundum vetus vaticinium illustraretur. Vbi non sibi parcit, & exiguam sane sui curam gerit Virgo tenera, quæ annos ætatis quindecim nondum egressa, in viam se dat abitque peregre, quum alię mulieres grauidæ vel maxime ociū & quietem consectantur. Non illam quamlibet verecundam deterrent frequentes hominum etiā leuissimorum cœtus, quib. Bethlehem petentibus sese debuit admiscere. Non excusat longum & incommodum iter, quod brumæ sæuientis augebat asperitas: non offendit partus instantis necessitas: sed parato & constanti pectore aduersus hos aliósque duros ac tristes euentus armata, quocunque A vocat ac ducit DEVS, expedite sequitur, & æquabilis, sibique semper similis perseuerat. An non miserum & indignum erat spectaculum, si quis recta secū reputet, ditioribus ac magnatibus, quotquot aduentarent, hospitia commoda suppetere, nihil vt illis ad victum, lectum, luxumque deesset: nullum interim Bethlehemitem reperiri posse, qui Ioseph & Mariam circunstantes ac rogantes benigne adspicere, & precantes exaudire dignaretur? Adeo verum est Lucæ dictum: Non erat eis locus in diuersorio, sed Dei filio grauida hospitio excluditur, omníque hospitalitatis beneficio nō sine summa immanitate priuatur. Quid ergo faceret Virgo, non tam ab exteris, quam à suis neglecta, contempta, repudiata, sæuissimo anni tempore, partu iamiam imminente? Quidnisi quod extrema necessitas facere compulit, vt ex oppido secederent, B in quo nec cibum capere, nec paratū lectum inuenire, nec cubiculum aut beneficium vllum impetrare liceret. Fessi ex itinere, fortassis & famelici, nec omnino ignoti accesserant, sed repulsam apud suos patiuntur, quicquid rogent & expectent sanctissimi coniuges. Quo tandem ergo confugerent, aut quod præsidium adhiberent præsenti calamitati, quum pecuniæ penuria non paulo duriorem efficiebat? Excluſi à ciuibus, deserti à suis, ingrati omnibus stabulum petunt, vt saltem communi cum bestiis hospitio sese tueantur. O indignum facinus, apud Israelitas, adeóque in orbe vniuerso tali puerperæ ad summi regis ortum hospitiū nullum suppeditari, & antrum potius & specū, quàm domicilium aut cubile offerri ad partum illum diuinum excipiendum. Quam iustaigitur Ioannis querela est: In propria venit, & sui eum non receperunt. Quod si hoc hospitium, vel tugurīolum recta spectes, vile, sordidum ac putidum reperies, confusa illuc & abiecta, & horrida iacent omnia. Sin aures forte arrigis, nihil audias aliud præterquam boues boantes, tauros mugientes, oues balantes, arietes blatetantes, asinos rudentes, equos hinnientes, & nescio quas alias bestias more suo circumstrepentes. De aliis mulieribus dicere supersedeo, quæ leuioribus etiam incommodis tentatæ atque vexatæ, vix essent sui compotes: adeo discruciantur ac lamentantur, sæpe lachrymis, dolorib. & vesanis affectib. sese totas dedunt. At vero mentem longe aliam Virgo nostra in tot ærumnis prodidit, vtpote cum sancta Dei voluntate vsque coniuncta, & quæ non modo fœdis caruit perturbationibus, sed in præsente quoque cruce didicerat gloriari, nunquā in fide vacillās, quę certam illā ac securā reddebat, nihil hic quidē casu, sed singulari Dei cōsilio, summáq; cū ratione ac prouidētia, sicut à Prophetis iā olim prædictum fuisset, cuncta dispensari. Proinde quod illi admodum familiare fuit, omnē rerū, quæ gererētur, euentū Deo fidissime cōmendabat, Deo in omnib⁹ gratias agebat, ad omnē Dei voluntatē & crucē sese prōptū offerebat,

Inhumanitas Bethlehemitarū erga Mariā & Ioseph. *Ioan. 1.*

Maria & Ioseph ad stabulum confugere coguntur.

Quale hospitium Mariæ parientis & Christi nati.

Ioan. 1

Maria longè cōstantior & moderatior, quā aliæ mulieres, sese gessit in summa paupertate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque ex Dei nutu tota pendebat. Ego vero maiorem in modum optarim eos mihi oculos dari, quibus Ioseph licuit Mariã in stabulo illo Bethlehemitico contemplari. Spectabat ille vtique forma honestissimam, dignitate amplissimam, moribus integerrimam, & nescio in quo stabuli angulo latitantem, quoniam ne prorsus tecto careret, exilem locum à bestiis sibi mutuata esse videtur. Neque illic sane somno oppressa sedebat, quum in summa esset puerperij expectatione, nec deceret imparatam esse sponsam, de cuius thalamo sponsus ille mox erat processurus. Media & intempesta nox aderat, quando reliquis altum stertentibus, Virgo, vt solebat, sacras egit excubias, diuinis intenta contemplationibus, cælesti luce circumfusa, & in ecstasi velut absorpta, dum circa sublime & arcanum beatissimæ Trinitatis mysterium incomprehensibili modo philosophatur. Tunc demum Maria sensit impleri, quod alicubi scriptum legimus, quodque ipsa iure suo testari poterat: Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter peragereret, omnipotens sermo tuus Domine è Regalibus sedibus venit. Atque hoc est quod Lucas illis verbis tradidit: factum est autem quum essent ibi (Ioseph & Maria) impleti sunt dies vt pareret, & peperit filium suum primogenitum, qui primum scilicet nasceretur, etiamsi nullus postea sequeretur, vt recte post Basilium & Hieronymum notauit Theophylactus.

Vbi Maria cir ca partũ manserit, & quid egerit.

Luc. 2.

De felici Virgine pariente circa quam tot miracula contingere, & præsertim in partu illam carnem exuisse.

O ter felicem ac augustam puerperam, ex qua Sanctus sanctorum tot seculis desideratus, ac orbi seruando necessarius nascitur, quæque tot miraculis suum partum illustrat, nulla vt puerpera illi aliqua ex parte possit æquari. Magnum est Virginem sine viri concubitu perfectum hominem, simúlque Deum concipere, & conceptum in lucem purum edere. Magnum in partu ipso carere nixu, dolore, tristitia, sordibus, nec indigere vlla obstetrice. Magnum virginalis pudicitiæ laudem pariẽdo non imminuere, sed augere. Magnum clauso matris vtero nasci filium, vt intrante simul & exeunte Domino porta Virgini nunquam referetur. Etenim sicuti solis radij concretam vitri substantiam penetrant, neque frangunt tamen, aut aliqua ex parte lædunt: sic authori gratiæ Christo visum fuit, ex materna quidem aluo ad nos egredi cum corpore, sed honore matris inviolato, & illæsa eius virginea integritate seruata. Hoc enim est quod Prophetæ fore prædixit, vbi de porta orientalis sanctuarij vaticinatur, per quã solus Põtifex ingrediatur ac egrediatur, licet clausa vsq; perseueret.

Exech. 44.

Vnde Maria hortus conclusus & fons signatus in Cãticis dicitur, CHRISTO id largiẽte matris honori, vt siue cõcipiatur, siue nascatur, vuluæ maternæ portas, eiusque Virginitatis vincula minime laxet, sicut Hesychius Hierosolymitanus perspicue monet. Præclare canit Ecclesia: Sicut sidus radium, profert Virgo filium, pari forma: neque sidus radio, neque mater filio fit corrupta. Sed Amedei verba, quæ propositam similitudinem declarent adscribam. Vt claritas solis vitrum absque læsione penetrat, & vt radius oculorum tranquillo & claro liquori sine scissione & diuisione immergitur, vt vsque ad fundum vniuersa rimetur, sic Dei verbũ adiit Virgineum habitaculum, & inde prodiit clauso Virginis vtero. Quippe qui facile posset extra

Cant. 4.

Hamel. 3. de Marie virg. Sicut sol vitrũ penetrat sic Christus per virginem clausum transijt.

A Virginem corpus creare de nihilo, facile potuit corpus acceptum de Virgine extra sine carnis scissione traiicere. Neque enim legi naturæ se subdidit, sed legem naturæ subdidit sibi.] ac rursus: Si miraris clauso vtero Mariæ, signataque virginali pudicitia Deũ natum, mirare quod clauso obseratóq; aditu sepulchri ad Superos rediit, & clausis ianuis ad discipulos introiuit. Non enim tollimus admirationem, sed incredulitatem arcemus. Verum de hoc illustri Mariæ priuilegio, quod à conseruata in partu Virginitate illi semper manet proprium, quodque nec Angeli, nec homines pro dignitate celebrare possunt, libro secundo disseruimus. Igitur sine vllo virginei pudoris, sine vllo materni doloris sensu sacratissimus ille fœtus in lucem est editus: quia sine tormento peperit, quæ in conceptione cartuit voluptate, & innoxiam affligi non decuit, vt Cypriani verbis vtamur. Hæc tam grãdia, mira, prodigiosa sunt, si singula perstrutemur, vt cũ Eusebio Emisseno dicere libeat. Obstupescat natura rerũ: Virgo procreat sobolẽ, nullũ procreandæ sobolis expertã consortem, & venienti in vitã homini per vnius ministerium confertur munus duorum. Creator ex creatura sua nascitur, & fructum ventris sui innupta miratur, & fœmina authoris sui author efficitur. Quid primum mirer, quidue postremum? quod sine conceptu est collata fœcũditas, aut quod per partum magis est glorificata Virginitas!] Ac deinde ad Virginem ipsam sermone conuerso: Exulta, inquit, mater salutis humanæ: ecce Domini vniuerso mundo per tot retro secula promissum munere nouem mensibus sola possides: initiator omniũ rerum abs te nascitur.] Vere magna igitur & admiranda illi fecit Deus, qui non solum omni corruptionis vitio & doloris sensu hanc liberauit puerperam, verum etiam immẽsis illã perfudit gaudiis, quæ in puerperam aliam nullã cadere possunt.

Hamel. 2.

Fundus dies Mariæ quæ primum illuxerit.

RELIQVVM est, vt Virgineæ matris erga filiũ recens natum affectus inuestigemus, eiúsque cogitationes, desideria & facta, quoad eius fieri potest, ac rei probabilitas admonet, ostendamus. Testatur veritas ipsa Christus, mulierem post partum non meminisse pressuræ, quam in ipso partu acerbissimam pertulit, quoniam quidem omnis eius tristitia mox in gaudium commutetur, quum filium sibi natum ob oculos videt. Quare si tantum lætitiæ & voluptatis capit puerpera, quod hominem immaculatum pure conceptum, & maximo cum dolore in lucem editum adspicit, vt prioris doloris acúleos facile negligat, quantũ obsecro & quam incredibile Virginis nostræ gaudium fuit, quæ pura puritatis omnis fontem & peccatorum peremptoré orbi prouidit, & tanquam altera Sara verũ Isaac, hominũ creauit, & Angelorum gaudiũ, in lucem edidit? An inenarrabilibus gaudiis & mirificis deliciis non afflueret, quæ vteri sui fructum per omnia benedictum, & præ filiis hominum forma speciosum suis prima oculis intueri, suis manibus tangere, suis amplexari brachiis, & infixis osculis totum sibi vendicare quodammodo videbatur. Quomodo illa non lætaretur, & in Deo salutari suo non exultaret, quæ totius vitæ & salutis authorem prima cognouit, & quò rectius cognouit, amauit ardentius, coluit perfectius, ac tota vita religiosius venerata est, nihilque illo vno antiquius habuit? Quid ni gauderet talis tantique filij, quo nihil nobilius, dulcius, gratiosius, amabilius, ditius, præstantius, mater eadem & obstetrix, & custos, & gubernatrix? Cur nõ gaudij plena, suum complectens Emanuelem diceret: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea est? Hic filius meus dilectus: non dimittam eum nisi benedixerit mihi. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Quem omnino diem Deiparæ faustiorẽ illuxisse dicemus, quo maioribus muneribus cumulata, & vberioribus gaudiis perfusa sit, ab ipsis etiam, vt puto, Angelis velut excubitoribus hoc nomine, quoniam verè Deipara esset, honorifice salutata.

Quomodo Maria erga infantem natum se primũ gesserit.

Luc. 2. Matth. 2.

Quapropter vt pium, ita & laudandum illorum B esse institutum affirmo, qui natalitias Christi ferias ita celebrant, vt collætantes Angelis, Virgineæ matri, quæ in summum honorem euecta sit, ex animo gratulantur, & gratulando semel atque iterum dicunt: Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus Christus. Eodem spiritu Ecclesia lætabunda decantat: Beata Dei genitrix Maria, cuius viscera intacta permanent: hodie genuit saluatorem seculi. Beata quæ credidit: quoniam perfecta sunt omnia, quæ dicta sunt ei à Domino. Genuit puerpera Regem, cui nomen æternum, & gaudia matris habens cum Virginitate pudoris, nec primam simílem visa est, nec habere sequẽtem. Quod si plura desideras, quæ ad hanc lectissimam puerperam & lætissimum eius puerperium spectent, lucu-

Rectè Maria in sacr puerperio suo pars fuerit & honorari.

lenta Cypriani verba subiungam, quæ non modò meditandi, sed & admirandi iustam præbeant occasionem. Maria, inquit, genitrix & obstetrix deuotam dilectæ sobolis exhibet clientelam. Attrectat, amplectitur, iungit oscula, porrigit mammillam. Totum negotium plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio.] Nec multò post: Erat proprium Mariæ priuilegium, quod nulla mulierum nec antè, nec deinceps meruit obtinere, quod erat simul Mater & Virgo singulis titulis insignita. Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & Virgini abundantior gloria, quæ carnis & mentis integritate insignis, spirituali & corporali fœtus & extra Christi præsentia fruebatur. Non repetam quæ alij circa Virgineum hoc puerperium sapienter expendunt, quam submisse ac reuerenter ancilla illa erga Dominum ac Redemptorem sese primum gesserit, vtpotè quem ipsa non minus quam Pastores & Magi, supplex venerata sit: quam præterea studiosè, non sibi modo, sed & æterno patri & genito iam filio sit gratulata, quod sactatissimi mysterij administra, ac pretiosissimi thesauri præ cunctis aliis custos esset: tum quam cupide & alacriter nouum illum hospitem & nudum puerulum tantum non frigore palpitantem ac plorantem amplexa sit: adhæc quam propense & amanter mater filium sua viscera fouerit & lactarit, iuréque suo cantarit. Osculetur me osculo oris sui, Dilectus meus mihi, ego & illi. Paruulus natus est nobis, & Filius datus est nobis. Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est, Breuiter, nullius ingenio comprehendi, nedum

Matth. 1. Cant. 1. Esai. 9. Luc. 1.

A lingua vel calamo explicari potest, quo fidei lumine Maria tunc illustrata, quam flagranti charitatis igne succensa, quantísque gaudiorum accessionibus perfusa, sanctissimum illum filij natalem nocte ac die celebrarit.

Maria non fine timore & amore vnum natũ filiũ primum egisse, sed amori plusquam timori tribuisse.

VBI prætereundem nobis non est, quod Lucas de illa scribens, significanter adiecerit: Et pannis eum inuoluit: (viles autem eos pannos Bernardus appellat) & reclinauit eum in præsepio. Vtrumque igitur illa præstitit, vt & nudum panniculis inuolueret, ac inuolutum atque tectum præsepi duro traderet: sed neque sine amore, nec sine timore. Amor enim vt Deum Deique filium auderet contingere, animum ac fiduciam subministrabat: timor verò, ne tantum sibi in Verbum æternum iam carnem factum permitteret, dissuadebat, ac diuinam præsentis filij celsitudinem, quam & Angeli suspiciunt ac reuerentur, cum stupore quodam intuebatur, illudque postulabat, vt se cum illo quasi guttã cum mari, arenam cum monte, formicam cum elephante conferret, & summa demum & sanctissima perfectissimaque in illo suspiceret, qui inde ab æterno Deus de Deo, lumen de lumine, & generante ipso nulla ex parte posterior genitus, in sinu patris semper exitteret, à quo & per quem omnia profici scerentur. Sed hunc timorem excutiebat mirificus amor ac ardor, Virginea illa viscera mouens ac impellens, adeoque cogens materno muneri satisfacere, corpusmollissimum attingere, brachia stringere, sinu fouere, lacte nutrire, fasciis inuoluere. Quid enim non efficit, non vincit, non extorquet charitas? quæ perfecta foras mittit timorem, quæ- C que in Mariæ visceribus tales æstus & flammas excitabat, quales mater nulla persensit, siue naturalẽ, siue acquisitum, siue infusum, vt vocant, amorem erga filium contemplemur. Nonne illũ materamaret, & quidẽ Seraphico quodam amore prosequeretur, quem sine opera virili sola conceperat, sola genuerat, ac totum ex suis visceribus sola procreat: quemque non cum homine, sed cum immortali Deo communem habebat filium: Mihi sanè displicere non potest Carmen, quod ingeniosus Poëta Deiparæ tribuit, velut mox natum filium suauiter ita compellarit:

Magna vis amoris & materni maximè.

1. Ioan. 4.

Erga ego te gremio reptantem, & nota petentem
Vbera care puer, molli studiosa fouebo
Amplexu: tu blanda tuæ dabis oscula matri.
Adridens, colloque manum & puerilia nectes
Brachia, & optatam capies per membra quietem.
Sic memorat, fruiturque Deo comitumque micanti
Agmine, diuinisque animum concentibus explet.

Quomodo Maria filium natum dulciter primum affata sit.

MAGIS verò mihi placet suaue colloquium à Maria cum infante suo habitum, quemadmodum Basilius Seleuciæ Episcopus notat, vt quę filium intuita, & cęlesti quodam amore, simul & timore correpta, sola solum ita initio compellarit. Ego te mi paruule, quo pacto digne & conuenienter appellem? hominemue vocabo? sed diuinam in te generationem agnosco. An Deum dicam? sed humana carne indutum adspicio. Quid igitur aggrediar? tẽne lacte nutriam, an verò vt Deum colam? Tibi ne maternum præstabo obsequium, an sicut ancilla, cultum adorationis impendam? Tẽne vt filium amplexu meo foueboan tanquam Deum supplex inuocabo? Tibine lac porrigam, an offeram Thymiama? Quàm ingẽs & abditum isthoc est miraculum?

In oratione de verbi in carnatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amedei testimonium quomodo Maria post partū se gesserit.

Cælum tibi thronus est, & meus te sinus complectitur. Laudo igitur tuam benignitatem, sed gratiæ dispensationem, seu oeconomiam non inuestigabo quando nulla prorsus lingua, nulla cogitatio hoc tantum mysterium assequi possit. Vbi præterire nō possum Amedeū, qui non sine diuino spiritu multa & mitifica, quæ ad puerperam nostram spectant, & cognouit & prodidit. In partu Mariæ ait cælos esse lętatos, terram exultasse, ac infernum quodammodo expauisse. Si autem Christo nascente cuncta gaudebant, multo maiore gaudio matrem ipsam fuisse perfusam. Quæ quum filium edidisset, conuersa inquit, ad Deum toto corde, vocem gratiarū & laudis auditam fecit in excelso, & thus odoris suauissimi in incensum Domino adoleuit. Accipiens verò natum Emanuel, aspexit lucem incomparabiliter Sole pulchriorem, & sensit ignem aquis inextinguibilem. Suscepit in testa carnis genitę fulgorem illuminantem omnia, & verbum vniuersa portans portare meruit inter brachia. Repleta igitur scientia Domini, rapitur extra se, & mente sursum elenata, in altissima contemplatione defigitur. Miratur se virginem assumptam in matrem, & Dei genitricem se læta miratur. Intelligit in se completa Patriarcharum promissa, Prophetarum oracula, & patrum antiquorum desideria, qui Christi ortum de Virgine votis omnibus expectabant. Videt Dei filium sibi commendatum, & mundi salutem sibi creditam lætatur. Audit sibi dicentem, & in se loquentem Dominum Deum: Ecce elegi te ex omni carne, & inter omnes mulieres te benedixi: ecce commendaui tibi filium vnicum meum. Noli timere lactare quem genuisti, educare quem peperisti. Filius meus est ex diuinitate, tuus ex assumpta humanitate. Adiungit porro cunctis ignotum, soliqueDeo manifestū esse, quo affectu ac studio, quāta humilitate, reuerentia & dilectione Virgo maternum officium expleuerit, filiumque tractarit. Suam verò sententiam de matris & filij dulcissima consuetudine, his verbis explicare pergit: Sæpè vt credimus, oblita Virgo esus ac potus, ipretaque carnali necessitate, noctes insomnes agebat, vt Christum mente cogitaret, Christum carne videret, cuius ardebat desiderio, cuius flagrabat obsequio. Sæpè agebat, quod in Canticis Canticorum scriptum est: Ego dormio, & cor meum vigilat. Vbi erat Thesaurus eius, ibi & cor: vbi gloria, ibi & conscientia. Diligebat Deum ac filium suum ex toto corde, ex tota mēte, & ex omnibus viribus suis. Ex toto corde, quia ex toto affectu: ex tota mente, quia toto intellectu: ex omnibus viribus quia omni cordis intētione, & mandatorum omnium executione. Videbat oculis, & manibus tractabat verbum vitæ. Fœlix, cui præstitum est fouere eum qui fouet ac nutrit omnia: portare portantem vniuersa, lactare filiū, qui lac vberibus ipsis infundit, pascere cuncta pascentem, & escam ouibus administrantem. Atque hæc ego è multis, quæ idem author valdè probabiliter Mariæ matri attribuit, succincte volui repetere, quod illa piis quidem Lectoribus placitura esse confidam. Volens non attingo argumenta, quibus probat Basilius supradictus, Mariam cæteris præstare Diuis, & singularem eximiamque dignitatem, & virtutem inde consequi, quod suum, imò & æterni Patris filium tam reuerenter, quam officiose amanterque in toto puerperio contrectarit.

Homel. 4. de virginea matre.

Mariæ puerperæ studia & exercitia.

Cant. 5. Matth. 6.

Mariæ perfectæ Christum amat.

HIc non fuerit intempestiuum ac planè dignū, vt arbitror, si puerperæ nostræ paupertatem, ingens Mariani puerperij decus, nobis accuratius ob oculos proposuerimus, nostrisque animis infixam retineamus. Nec enim sat est Christum paruulum nobis natum intueri, nisi Bethlehemiticum etiā tugurium, in quoex pauperrima genitrice nascitur, seculo respiciamus. Etsi verò summa rerum omniū impia illic sese offert, tamen præsentem egestatem nō ad vitium, sed ad vtriusque matris & filij singularem laudem ac gloriam referre debemus. Nā & Angelus ille, qui de Christi natali primum pastoribus est cōcionatus, ita Messiam orbi recens natum depinxit, vt nulla re magis, quā rei familiaris angustia, & præsentis paupertatis asperitate illum, & quod consequens erat, matrem indicare voluerit atque commendare. Et hoc, inquit, vobis signum, de puro scilicet Emanuele: Inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in præsepio. Ac paulò post adiicit Lucas de pastoribus: Venerunt festinantes, & inuenerūt (in stabulo videlicet) Mariam & Ioseph & infantem positum in præsepio. E quibus Euangelicis verbis facile quiuis colligat, quam verè & accommodate dixerit Cyprianus: Veniunt in Bethlehem: quę prædixit Gabriel, inuenitur Emanuel. Ciuitas parua, domus paupercula, supellex exigua. Nulladomus ambitio nisi reclinatorium in stabulo, mater in fœno, filius in præsepio. Tale elegit fabricator mūdi hospitium: huiusmodi habuit delitias sacræ Virginis puerperium. Panniculi pro purpura, pro byssino ornatu regio lacunæ cōgerunturgenitrix est obstetrix, & deuotam dilectæ soboli se exhibet cliētulam. Pedissequas substantia familiaris nō patitur: mancipiorum obsequia sumptus tenuis & mensa inops excludit.] Omitto cætera, hoc adhuc vno Cypriani dicto contentus: Pauper mater, inquit, pauper filius, inops hospitium, his qui in Ecclesia militant præbent efficax documentum.] Tam præclare Martyr ille verba Euangelica ponderat, & ex illis mirandam matris filiique paupertatem ostēdit, ob quam Christiani omnes merito in Bethlehem & Bethlehemitico stabulo philosophētur. Quid enim hoc Bethlehem fortunatius, quidvsquam spectabilius, vbi domus panis illius, qui de cælo descendens vitam præbet mortalibus, vbi mater suum & mundi genauit authorem, vbi Gigas ille ad curtendam viam nostræ salutis exultans, vti sponsus de thalamo, ineffabili ratione processit, nihilvt mirum videri debeat, eundem locum à præsepi Dominico nobilitatum, in hunc vsque diem non Christianis modo Catholicis, sed & Græcis Schismaticis, sicut & Marionitis & Georgianis, & Nestorianis, & Cophitis, & Iacobitis, & Armenis, & Saracenis magno in precio esse, & singulari religione quotannis adiri atque cohonestari. Quid autem vicissim Bethlehem vilius abiectiusque esse dicemus, apud quam Deus & Dei filius in antro nascitur, summoque cubile & lectum in præsepi accipit, exilibus fasciis involuitur atque pannis constringitur à pauperrimis: tum inter bouem & asinum, si Gregorio Nysseno credimus, se medium locat? atque hic pulchrè quadrat quod Bernardus admonet: Nascituros Dei filius, cuius in arbitrio erat quodcunque vellet eligere, tempus elegit quod molestius esset, præsertim paruulo, & pauperis matris filio, quæ vix pannos haberet ad inuoluendum, præsepe ad reclinandum.] Hinc idem diuitibus, qui suam hic consolationem habent, interminatur, ac pauperes quidem his verbis erigit: Consolamini consolamini, qui in sordibus paupertatis enutrimini, quia nobiscum Deus in paupertate est. Pauperem elegit sibi matrem, pauperes fratres, pauperem domum, pauperes pastores, quib. natiuitatis suæ nunciaret arcanum, pauperesque piscatores, quibus Euangelicæ prædicationis mysterium prædicaret.]

Dominus nascitur in stabulo. Luc. 2.

Cyp. de spectac. Matth. 2.

Ostenditur Christus esse Deus.

Hebr. 1.

Esaiæ. 1.

Ostenditur Christus esse homo.

Luc. 2.

Cyp. de spectac. Matth. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulari, per omnes tum orientales, tum occiden- A tales Ecclesias receptus, ac magnorum populorum consensu, perpetuaque patrum successione comprobatus, etiamnum apud Catholicos vbique gẽtium durat. Nec desunt Scripturæ diuinæ testimonia, quæ Apostolicum hoc nec satis vnquam laudatum institutum mordicus retineri suadeant, festúmque hoc non intermoriturum commendent omnibus, qui vel diuinæ glorię, vel salutis humanæ ex animo sunt studiosi. Vnde sicut iam olim magno Patriarchæ Abraham contigit, vt in spiritu hunc ipsum Christi diem præuidẽs pie ac impense gauderet: ita omnibus Christum amantibus verisque Abrahę filiis hoc die vsu venit, singulari vt pietatis studio & animorum alacritate hunc Christi natalem excipiant atque cohonestent. Quod quum Propheta Euangelicus fore prospiceret, nõ sat habuit dicere de diuino decreto, quo paruulum nasci & filium dari nobis constitutum esset, (hæc autẽ totius festi velut summa est) sed hoc insuper adiũxit: Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Designat autem hac insigni Metaphora fore, vt Christianus populus Messiæ sui natalem gratis celebret mentibus eúmque mirifica & publica lætitia, sanctáque voluptate testetur. Quid vero aliud sibi voluit Angelus, qui statim à Christo in Bethleem nato pastoribus non valde diffisitis in cãpo apparuit, ac eos ad singularẽ lætitiam, quam ipsi cum toto populo præ se ferrẽt, verbis clarissimis hortatus est: Nolite timere inquit. Ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Hæc oratio, si sedulo inspiciatur, non solum ad agreste ac vile illud opilionum genus, sed simul ad mortales vniuersos, qui aliquo sui Saluatoris desiderio ac amore tenẽtur, pertinet, subẽtque prorsus veterem luctũ ac mœrorem, quẽ primus ille Adam suis filiis ac posteris velut hereditario iure reliquerat, cum nouo & singulari commutare gaudio, quod secundus Adam omnium instaurator felici ortu suo peperit, & singulis annis in suorum fidelium animis renouare consueuit. Ac Angeli quidem hortatio apud pastores tam fuit efficax, vt se illi mutuo ad præsepe Domini inuitandũ è vestigio prouocarent, ac velut inter Christianos primi, natalẽ Christi festiue admodum celebrarent. In illis, velut ducibus, adumbrauit Spiritus sanctus, quid vere credentes sequentibus ætatibus hoc die facere oporteret. Videntes præsepe, cognouerunt de mysterio, quod Angelus annunciarat: tum aliis lætum hoc Euangeliũ communicarunt, nec rediere domum, nisi glorificantes & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos. Hoccine sit natalitias Christi ferias rite ac vtiliter celebrare? Quid quod Angelici Spiritus non verbis tantum, qualia nunquàm antea lætius pronunciarunt, sed & factis ipsis ita loquuntur & prædicant Christi natalem, vt suo exemplo ad aperta lætitiæ argumenta, quæ cum hoc ipso festo iungantur, credẽtes omnes palam hortari ac serio inuitare videantur? Etenim clarissimo lumine nocturnas tenebras abigunt, dulci sermone pauidos demulcent animos, frequentes ad psallendos confluunt, & quasi per choros diuisi suauiter concinunt, Deóque summo & mortalib. lætissimæ gratulatur, & felicia precantur omnia. Quid vnquam ab Angelis tam festiuũ, & ad recreandos homines magis exquisitum & cõparatum reperiemus? nimirum vt hac ratione quasi præludant, homines Christo non ingratos ad ortũ eius celebrandum conspirare, & publicæ lætitiæ signa edere seculis omnibus oportere. Postremo, licet nullum præceptum, nullúmque prorsus exemplum de his feriis ritu publico cohonestandis extaret, tamen adeo præclarum & ingens beneficium B natí Emanuelis, tantámq; naturæ humanæ dignitatem atq; vtilitatẽ adfert, vt omnes vbiq; mortales qui sunt ac vnquã nascentur, pro eo lætissimos induere animos, certisque feriis immortali Deo gratias agere maximas deceat oporteátque. Quo minus admirari parem, veterũ libros in natali Domini celebrãdo, & in diuinis laudib. tũc concinendis apud Græcos & Latinos valde copiosos ac diserros esse. Ambrosius habet hoc modo: Lætitia quanta est, quantúsque concursus, quando Imperatoris mundi celebrandus est natalis? Augustinus ita concionatur: Gaudeamus fratres, lætentur & exultent gentes. Celebremus cũ gaudio diem, quo peperit Maria Christum, & coniugata coniugij Creatorem, & Virgo virginum Principem.] Quæ nobis celebrior dies hac esse potest, quæ nobis bonorum omnium initium fuit? quamobrem exultemus & lætemur in ea, vt Gregorij Nysseni verbis vtamur. Apud Prudentium de Puero IESV carmen ita sonat.

O quanta rerum gaudia
Aluus pudicæ continet,
Ex quo nouellum seculum
Procedit, & lux aurea.

TVM Leonis magni non tam Pontificia, quam Apost. vox est: Saluator noster dilectissimi, hodie natus est: gaudeamus. Neque enim fas est locũ esse tristitiæ, vbi natalis est vitæ, quæ consumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promissa æternitate lætitiam.] Certe pius & mirificus in cõtemplando artifex est Amedeus, qui putat noctem illam sacrosanctam, qua Virgo peperit, splendore pro caligine & tenebris ministrasse, vt Prophetæ nõ temere de illa dixerit: Nox illuminatio mea in deliciis meis. Et iterũ Nox sicut dies illuminabitur. Præterea sicut moriente Christo cuncta fuisse turbata legimus, sic eodẽ nascente faciẽ vniuersi- D tatis quodammodo risisse, lætumque & pacatum orbem Creatori suo velut applausisse, tum sidera quasi cum noua iucunditate luxisse, & cælũ ipsum absterso nubibus inusitatũ decorem præ se tulisse, sed: & Virginem matrem inprimis tunc omni cõpletã fuisse gaudio, idẽ Amedeus recte arbitratur.

QVID igitur nisi ab omni Christiana pietate alienos, & furiis quibusdam agitatos eos esse dicemus, qui hoc vt antiquissimum, ita & celebertimum institutũ, quo Christi Dei ac Domini nostri natalem solenniter certis feriis celebramus, è medio tollere, & sacrilege abolere cæperunt? Nec pudet tantæ impietati fucum vanissimum prætexere, velut quo tẽpore Christus ex Virgine sit editus, tota ignorauerit antiquitas, sicut & supra cõmemorauit. Apostolici seculi fuit scriptor Euodius, qui apud Nicephorum manifeste testatur, mundi lucem Christum vicesimo die mẽsis Decembris in orbem

prodiisse: eámque sententiã [a] Chrysostomus, [b] Orosius, [c] Augustinus, [d] Nicephorus comprobant: nec dissentiunt authores omnes Martyrologiorum: tũ schola Theologorum, & Romana inprimis Ecclesia [e] in Concilio Florentino suffragantur, Christum nempè octauo Kalendarum Aprilis in vtero Virginis conceptum, & octauo Kalen. Ianuarij ex eadem Virgine in Bethlehem natũ esse. Valeat ergo Matthæus Beroaldus cũ suo paradoxo, qui vt alibi monuimus, natale Domini in solstitium autumnale, hoc est, in medium Septemb. conferre conatur, & quum pro sua sententia citat Ægyptiacas & Græcanicas Ecclesias, non animaduertit, ab his ipsis natalem Domini octauo Kalend. Ianu. nobiscum celebrari, sicut ex illarum fastis & Kalendariis euidẽter apparet. Ac faciant demum huius socij Caluiniani, qui vt religionem omnem, si possint, funditus euertant, quamuis vetustate robustas ac solẽnes Ecclesiæ ferias pro sua libidine antiquare & abolere contendunt, ita vt Geneuenses, à quibus non procul distamus, inter natalitium Christi & alium quẽlibet operarum (vt vocant) diem, nihil omninò discriminis ponant. Etenim odio Ecclesiæ plusquàm Vatiniano excœcati, ad proscindendam & delendam Catholicam religionem præcipites ruunt, nec intelligunt miseri, quàm pulchrè seruiant Satanæ: qui hoc maximè sibi propositum habet, vt non solum reuerendam Ecclesiæ authoritatem, ipsorum superba temeritate labefactet, verùm etiã vt Christum ipsum debitis ac publicis honoribus frauder, Christianum verò populum à piis conuentibus arceat, summa Dei beneficia cum fructu celebrare prohibeat, sacras conciones impediat, & demum varia religionis officia, tàm sancto tempori cõgrua submoueat ac supprimat. Qua de re pluribus fortasse, quàm hic locus postulet, sed lõgè succinctius, quàm Nouarum impia temeritas, & temeraria impietas mereatur.

Alij cũ Sarcerio in Catholicis reprehendũt, quòd eiusmodi feriis ad meram hypocrisim abutantur, nihilque nisi cultum externum in illis spectent & quærant. Sed enim ita licet istis, quoties libet, Orthodoxos calumniari, & quiduis innocentibus, vt habeant, quod mordeant, affingere, quoniam nihil minus, quàm patiens & benigna charitas apud hos Euangelicos viget. Atque vt pressius agamus, apud Hypocritas papistas inquiunt, abusus natiuitatis Christi est, quod versantur in externa consideratione mysteriorum Christi, dolorum Mariæ & curatũ Ioseph. Respondemus autem, aduersarios odio & inuidia obcœcatos, hoc graui vitio laborare, vt nihil ferè candidi, sed atra omnia in Catholicis vt plurimum contemplentur. Norunt sanè Catholici, Deum non solum externo, sed longe magis interno illo cultu, qui fide, spe & charitate constat, delectari, & festos dies propterea celebrari, vt Christianus populus suam religionem vtroque cultu testetur atque declaret. Nunquàm verò aut docuit, aut probauit Ecclesia, vt quisquam in feriis illis natalitiis circa Virginis dolores, vel Iosephi curas magis, quã circa Christi Domini personam hæreret, aut cæremoniis duntaxat occuparetur. An verò quenquam iure possit offendere, quod in Ecclesia suum velut lac habeant paruuli, & qui minus in pietate profecerunt, externis quibusdam ritibus ad sublimiora mysteria capessenda inuitentur atque manu ducan- A tur? Eget sanè vulgus cæremoniis, & his sapientes etiam de rebus magis atque spiritualibus vtiliter admonentur, præsertim vt circa historiam Euangelicam commodius philosophentur. Vnde factum videmus, vt veteres festo natalitio quædam adiunxerint, velut excitamenta pietatis & ornamenta, quibus populares animi de ipsa Christi nati historia efficacius mouerentur, atque ad veros pietatis motus rectius excitarentur. Ita etiamnum Iesu paruuli proponitur, imago spectanda populo, læta sonant cantica, suauis est organorum modulatio, publica singularis gaudij signa vocibus & cæremoniis demonstrantur, omnium ferè ordinum homines vsque ad pueros & puellas etiam præ natalitia lætitia velut exilire, & tantum non reipsa dicere videntur: B Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. *Esai.9.* Quid autem nostra interest, si Ecclesiæ Catholicæ desertores, qui suis Synagogis ac tenebris delectãtur, tantum festi splendorem nec videre, nec ferre possint? De sancto & verè Christiano Philosopho Francisco legimus, qui ferias Christi natalitias ita celebrauit, vt præsepe quoddam in templo statueret, & fœnum imponeret, sed bouem ac asinũ præsepio adhiberet. An propterea rebus istis externis fidebat, suámque iustitiam in tali spectaculo collocabat? Minimè verò, sed vt sese magis ad captũ populi accommodaret, atque spectantium oculos & animos ad Euangelicam historiam propius adduceret, multorúmque affectus ad natũ nobis paruulum considerandum & colendum fortiùs commoueret, hac pia prudẽtia & prudẽti pietate vti decreuit. Ac sanè docuit euentus, humilem & religiosum C apparatum, quo ille nati in Bethlehẽ paruuli imaginem populo repræsentabat, mirificos & salutares in multis excitasse motus, quemadmodum Bonauentura testatur. Quis autem morosis Aristarchis, & insanis piorum irrisoribus vnquàm satisfaciat? nihil sanè facilius, quàm aliorum facta morésque carpere, & quod ex religioso pectore sincerè proficiscitur, ad vanam referre hypocrisim, imò & stultitiæ & superstitioni adscribere, ac demùm præposterè de aliis, & sinistrè iudicare. Hoc autem studiũ nullis magis quã Euangelicis quadrat, & cũ Christi præceptis omnique Christiano candore pugnat maximè.

Fatemur interim cũ Catholicis rectiùs agi posse si vt alias, ita & natalitias ferias puriore & ardentiore pietatis studio cohonestarent, & sanctæ lætitiæ multò diligentius, quàm effreni licentię & lasciuiæ operam darent. Nam qui tunc Deum in templis vel maxime confitentur, & ob Christum natum exultant, domi sæpè carni, ventri, luxui, rebusque ludicris ineptissime vacant, nec aduertunt animum, quid sibi velit præceptum Apostolicum: Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Præclare autem scripsit Athanasius: Læti de natiuitate Christi, non humana aliqua hilaritate, qualis est illorum hilaritas, quibus soboles est genita, & natalitium epulum celebratum, sed de præsentia Christi, de diuini iubaris illustratione gaudeamus.] Verùm huiusmodi zizania, quæ magistratuum dormitantia in medio tritici crescunt, non præiudicant Catholicæ religioni.

Iam verò à Sarcerio ad Chunradum Pellicanum transeo, qui nos itidem in præsenti accusat historia,

Ioan. 8.

Esaiæ. 9.

Angelus non pastores modo, sed nos ad monet in præcio habere natalẽ Domini. Lucæ 2.

Pastores Bethlehemitici rectè primum Christi natalem celebrarunt.

Angeli factis ipsis natalem Christi reuerenter habendũ prædicant.

a In 1. c. Lu. & Hom. de natali Domini.
b Lib. 7. c. 7.
c
d Libr. c. 11.
Libr. contra Iud. Pag. & Arian.
e Vide Epist. Eugenij. 4.
Lib. 4. Chron. c. 2.

Error Matthæi Beroaldi denatali Domini.

Duplicem cultum à nobis in festis diebus exigi.

Cæremoniis plus æquo dari à nonnullis in religione.

Refutatio Sarcerij & aliorũ qui obiiciunt natalem Christi à Catholicis hypocritice celebrari & curari.

Sacrificium & benedictio Melchisedech. Genes. 14. Christus nascitur in Bethlehem. Mich. 5. Matth. 2. Luc. 2.

Serm. de Apost. Serm. de Circumcis. Domini.

In oratione vnum esse Christum.

Quomodo D. Franciscus festis natalitiis externum adhibuerit apparatum.

De Cæremoniis in natali Christi vsitatis.

Ecclesiæ & piorum irrisores negligendi.

Invita D. Francisci c. 10.

Luc. 6. Matth. 7.

Non excusandi abusus Catholicorũ in feriis natalitiis.

Phil. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam de parienti ratione nimium philoso-
phemur. Cur ita verò? Etenim Mariæ partum
supernaturalem adstruimus atque defendimus: quũ
ille conceptum solum, vt vocat, supernaturalem
admittat atque probet. Simplex autem & sincera
Ecclesiæ confessio est, quòd mater Domini nõ mo-
dò Emanuelem conceperit, verùm etiam peperit
de Spiritu sancto, ac proinde sicut conceptus, ita &
partus eius fuerit vtique supernaturalis, plenisque
miraculo. Talis enim partus decet Deum, vt scripsit
Ambrosius. Quæ Virgo supra omnem naturæ ordi-
nem concepit, Virgo etiam peperit, ac Virgo per-
mansit, vt Leo Magnus affirmat. Non.n. hic pariẽ-
tis conditionem, sed nascentis arbitrium, qui cum
miraculo nasci voluit, spectare debemus. An Augu-
stinus primum hoc facit Christi miraculum, quòd
quum Deus esset, tàm mirabiliter homo ex Virgine
nasceretur, vltimum verò, quòd idem cum suo re-
suscitato à mortuis corpore in cælum ascenderet.
Testatur & Sophronius Hierosolymitanus, Chri-
stum ex Virgine ita prodiisse, vt matrem integram
incorruptámque seruauerit, eámque palam Deipa-
ram ostenderit: hoc enim omnipotentis diuinitatis
eius euidentissimum iudicium & argumentũ fuisse.
Nihil autem est opus eandem, vt aiunt, telam rete-
xere, & nouos veteris Iouiniani discipulos, qui ma-
trem Domini in partu mansisse Virginem turpiter
inficiantur, hoc loco coarguere. Nam & diuinis li-
teris, & patrum monumentis liquidò conuincimus,
Deiparam non minus in ipso partu, quàm ante &
post, vti portam semper clausulam secundum Eze-
chielis vaticinium, perseuerasse. Caluiniani autem
tantò magis hic fallunt atque falluntur, quantò lõ-
gius à sanctæ fidei simplicitate discedunt, & religio-
nis nostræ mysteria confidentius reuocant ad iudi-
cium rationis humanæ. Ex hoc nimirũ fonte Ma-
riam in ordiné redigere, & reliquis mulieribus pa-
rientibus exæquare conantur, velut mater Domini
benedicta non sit in mulieribus maledictioni pri-
mæ parentis obnoxiis, & quæ certè inter Diuos
alios, sicut sol inter astra mirabiliter fulget. Non
igitur Catholici, sed Caluiniani cum suo iampridé
damnato duce & magistro Iouiniano nimium hic
philosophantur.

Vbi nobis quoque molestus est Erasmus, noui
aliquid, vt solet, libenter apportans, vt habeat vnde
litem scholasticis moueat Theologis, eósque con-
uellat. Non placet illi recepta tot seculis piorum
opinio de singulari & eximia Virginis ac Christi
pueri paupertate. Scisciatur ergo, qui conueniat,
Mariæ non fuisse locum in diuersorio, quùm præ-
sepe fuerit pars diuersorij. Respõdemus nihil opus
esse, vt quòd euidenter scripsit Lucas, id in dubium
reuocetur. Abundet in suo sensu, si velit, Erasmus:
cuius leuis nec probanda coniectura est, Lucam di-
uersorium hic pro stabulo accepisse: imò Lucæ ver-
ba non obscurè innuunt Mariam ab omni diuortio
exclusam, aliò, id est, ad stabulum tandem diuer-
tisse, de præsepi verò quod pars fuerit diuersorij,
figmentum aut somnium videtur Erasmicum à Lu-
cæ verbis & mente alienum. Adiungit insuper, non
paupertatem, sed turbam diuersantium obstitisse,
quò minus in conclaui Maria pepererit. Et hęc rur-
sus frigida coniectura est, magisque probabile vide-
tur, Mariam ne in conclaui pareret, partim ob vr-
gentem paupertatem, partim ob turbam diuersan-
tium, quibus hospitia complebantur, impeditam
fuisse. Theologum certè hic Erasmus præstare de-
bebat, ac idcircò non casui, sed diuino consilio ad-
scribere, quod Messias verè pauper & in laboribus
à iuuentute sua, sicut prædictum fuerat, mortalibus
voluerit apparere. Tùm Hieronymus & Theodo-
retus de Christo dictum volunt, quod admirabun-
dus Hieremias quærebat. Quare quasi colonus fu-
turus es in terra, & quasi viator declinans ad manẽ-
dum? Augustinus perspicuè dixit: Nascens Christus
non inuenit locum in diuersorio, per quem omnis
creatus est locus. Et velut peregrinus nascitur, qui
totius orbis est Dominus, vt nos cælestis patriæ fa-
ceret esse municipes.] Adhæc si D. Cypriano credi-
mus, extrinsecus nuda & egena illic omnia videbã-
tur, nihilque in illa paupertate diuinum apparebat
nisi iis, quibus reuelatum est desuper.] Demùm à
Gregorio Nysseno traditur, Christum in antro &
spelunca, domóque bestiarum fuisse natum: tantũ
abest, vt ex vilissimo loco partem diuersorij facere
debeamus.

Quare non video, cur tantoperè suder & tergi-
uersetur Erasmus, ne pauperes ac mendici hac præ-
clara historia conuenienter vtantur, indéque sin-
gularem capiant consolationem. At nimium prodit
ille suum hulcus, quum apertè fatetur sibi eos non
placere, qui religiosam paupertatem atque mendi-
citatem profitentur, si manibus parare queant, vnde
tùm sibi, tùm aliis egenis iustum possint suppedita-
re. Ita verò Erasmus non obscurè confirmat, quod
Ioannis Vicklefi & Martini Lutheri Schola pestilẽ-
ter tradidit, & iam Sectarij omnes obstinatè defen-
dunt, nimirum inutile & noxium illorum institutũ
esse, qui ad bene beatéque viuendum paupertatem
sibi spontaneam deligunt, & religionis ergò medici
esse contendunt. Eam paupertatem Theophylactus
caput virtutum, Basilius altricem Philosophiæ, &
ad colendam pietatem pædagogum appellat, quam
Apostoli aliíque cõplures non tàm cupide & aman-
ter complexi fuissent, nisi Christus eandem aperte
suasisset, ac certis propositis præmiis ornasset, ne-
que solùm totius vitæ perpetuo tenore, sed & or-
tus sui sacris primordiis mirabiliter consecrasset.
Quid enim nisi paupertatem ac inopiam summam
loquitur ac prædicat hic paruulus, qui patriæ loco
tàm humile oppidum, & parentes neutiquam diui-
tes eligit, qui peregre & in via nascitur, cui prima
sedes in vili bestiarum stabulo cõstituitur, qui bo-
norum omnium copia destitutus, ac vilibus tantùm
linteis inuolutus, tàm duri præsepis angustia totus
continetur? Quando autem primum se orbi visen-
dum præbuit? intempesta nocte, fæuiente bruma,
ingenti frigore nudum ac tenellum illud corpuscu-
lum affligente, nullo verò præter Mariã & Ioseph,
compatiente. Iam quo apparatu tanti Regis incu-
nabula cohonestantur? Mater egena & omnium
ædibus exclusa, vix pannos habet ad inuoluendum,
vix præsepe inuenit ad onus tàm dulce reclinandũ,
non aurum, purpuram aut gemmas, non seruorũ
aut ancillarum greges, sed quæ carni molesta & à
mundi fastu seu pompa prorsus aliena sunt, illic
volens amplectitur. Excubitorum vicem supplent
faber lignarius & opiliones omniũ abiectissimi at-
que pauperrimi, quibus tanta lux primum demon-
stratur. Prætermitto cætera, quæ superiore capite
ad Marię & Filij eius paruuli paupertatem indican-
dam

Resutatio Pelicani & aliorum, qui Mariam in partu virginem non hanc agnoscere.

In hymno Serm. 2. de natali Dom. Lib. 18. de ciuit. Dei. cap. 46. In oratione de Christi natali.

Iouiniani error renouat Caluiniani, hi mirum secundum carnem philosophãtes

Ezech. 44.

Cõfutatio opinionis Erasmi ex ad Christi paupertatem vindicandam.

Vide annotationes in nouum testamentum.

Cur Maria in conclaui non pepererit

Christus vtrò & ex amore inde ab initio pauper.

dam produximus, quæ tantò maioris facere par est, quanto plus veri & ardẽtis etga nos amoris adiun-
ctum habebant, ex quo sponte susciperentur, ac pa-
tienter à tenerrimo paruulo perferrentur, qui suo
quidem iure diceret:

Aula mihi, stabulum, thalamus, præsepia, fœnum,
Lectus, & excubitor, hos asinusque dator.

Psalm. 39.

PER Prophetam verò succinctius: Ego mendi-
cus sum & pauper. Quicquid enim in Bethlehem se
nobis spectandum offert, stabulum, præsepe, matris
conditio, fabri præsentia, infantis teneritudo, la-
chrymæ & vagitus, Angeli nunciantis oratio, pasto-
rum accessus, quid obsecro nisi euidens testimoniũ
& aperta cõmendatio est eximiæ paupertatis? Hanc
inde ab ipsis incunabulis docere, hac ipsa nos ad-
uersus futuros illius hostes præmunire voluit Chri-
stus, tantum abest, vt impunè laturus sit, quod signo
huic ac notæ Euangelicæ tam temere contradicant. Atqui volũtariam paupertatem, si Antonio
Magno [a] credimus, in Christi seruis etiam Dæmo-
nes pertimescunt, eamque Augustinus [b] ex Prophe-
tarum & Apostolorum filiis originem ducere, tum
ab ipsis Apostolis ex voto seruatam esse testatur.

a Athanas. in vita S. Antonij. b In Psalm. 131. & de ciuit. Dei. li. 17. cap. 4.

POSTREMO placet admodum Sectariis, quod
ex Græcis codicibus quidam apud Lucam ita legũt
atque vertunt: Gloria in altissimis Deo, & in terra
pax hominibus bona voluntas, vel in hominibus
beneplacitum. Non placet autem Latina interpre-
tatio: quæ ita legit: In terra pax hominibus bonæ
voluntatis. Estque hic locus insignis, & considera-
tione dignus de sanctis Angelis, qui suam nobis be-
neuolentiam charitatemque mire declarant, quum
ob natum paruulũ humani generis instauratorem
vltrò in terras descendunt, ad psallendum lætos cõ-
tentus faciunt, & velut coacto exercitu, Deo lau-
des consensu summo decantant. Quantasverò pos-
sunt maximas, summo Deo gratias agunt de sum-
ma beneficentia per Christum exhibita, & perinde
ac ipsorum esset munus, quod nobis oblatum est,
cælestes illæ virtutes exultant, & suam fonti bono-
rum Deo gloriam, mortalibus verò pacem com-
munibus votis exoptant. Quanquam hic hymnus
etiam assertoriè ab Angelis dici, & à nobis intelligi
posse videtur, vt hinc nati Messiæ & totius festi
vsum & fructum rectius assequamur, atque vt ip-
sum tot mille Angelorum in Deo laudando exem-
plum alacrius imitemur. Præclarè dixit Gregorius:
Apertè gloriam Deo dicunt, pacem prædicant ho-
minibus: quia illum, in cuius natiuitate lætantur,
Mediatorem Dei & hominum, hoc est, Deum esse
verum & hominem norunt.] Adiungunt autem de
hominibus bonæ voluntatis, ad quos pax per Chri-
stum allata maximè pertineat, quisque vel soli Chri-
stum natum sibi salutarem sentiunt. Nam & cum il-
lis societatem pacis Angelici Spiritus habere festi-
nant, quorum mentibus puritatem bonæ voluntа-
tis inesse considerant, vt eiusdem Gregorij verbis
vtamur. Tum longè vetustior Ecclesiæ Pontifex,
idemque Christi martyr Pontianus hanc Angelo-
rum doxologiam sic explicat: Hæc verba non ho-
minum sunt sed Angelorum, & non humano sensu
excogitata, sed ab Angelis in ortu Saluatoris adnun
ciata: quibus indubitanter ab omnibus intelligi po-
test, quod non male voluntatis, sed bonæ pax sit à
Domino data. Vnde & Dominus per Prophetam
loquitur, dicens: Quam bonus Deus Israel his qui
recto sunt corde!] Eodẽ modo [c] Augustinus & Leo
Magnus [d] quod Angeli de hominibus bonæ volun-
tatis loquantur, & legunt hoc loco & interpretan-
tur. Eadem est Cypriani, Hieronymi & Ambrosij,
omniumque Latinorum Patrum sententia: imò &
Origenes & Chrysostomus, quantumuis Græci
Theologi, Latinam lectionem amplectuntur, sicut
& Erasmus fateri cogitur. Quare nullus æquus &
sapiens à nobis iure flagitet, vt Græcos potius, qui
nec ipsi inter se consentiunt, quam Latinos codices
hoc loco sequamur, vtque à constanti recepta, &
probata tot seculis lectione, ob nouos istorum sibi-
los discedamus. Vt omittam in Ecclesiæ versione
sensum pleniorem atque concinniorem esse, quàm
propterea libentius defugiunt aduersarij, quoniam
liberum hominis arbitrium, quod vna cum Mani-
chæis negant, inde confirmari animaduertunt. Vn-
de & à Cypriano [e] dictum est: Gloriantur in cæle-
stibus Superi, pax in terra bonæ voluntatis homini-
bus confirmatur.] Augustinus [f] verò ad hunc ipsum
locum alludens: Estote, inquit, homines bonæ vo-
luntatis, vt mereamini præmium libertatis.] Ac pul-
chrè Bernardus [g] admonet, hominem sicut mala
voluntate Diabolo, sic bona vicissim Deo manci-
pari, bonamq; voluntatem tunc perfici, quum per-
fectè subiicitur Creatori. Nos verò ad Marianam
historiam redeamus.

De hymno Angelico, Gloria in altissimis Deo.

In Euang. de natiuit. Christi.

Quid sibi velit illud, Pax hominibus bonæ voluntatis.

In epistola Catholica.

Psalm. 72.

In Psalm. 125. d Serm. 1. de natali Domini.


Retinendum hoc loco esse interpretationem.

e Serm. de nativ. Christi.

f Serm. 27. de natiu. Domini.

g De gratia & libero arbitrio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



CAPVT XI.

CAPUT XI.

Quomodò Maria puerperij sui tempus exegerit, ac de illius purificatione, quando suum primogenitum obtulit & redemit in templo Hierosolymitano: quid præterea non modò circa hanc puerperam, verum etiam in Christo puero ac aliis nunc præsentibus, iuxta Historiam Euangelicam sit considerandum.

Quibus de rebus maxime in suo puerperio Maria cogitarit.

DE Maria certo fatendum atque testãdum est, quod ociosa spectatrix non fuerit miraculorum, quæ multa & magna circa puerum Iesum inde ab initio contigerunt. Proinde Lucas apertè pronunciat: Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Ac iterum: Erat Ioseph pater eius & mater eius mirãtes super his quæ dicebantur de illo. Nam & singulari attentione & ingenti admiratione digna erant mysteria, quæ circa diuinam & humanam Messiæ naturam magis ac magis indies deprehendebat. Versabat illa secum animo, vti par erat, ineffabilem illam ac sibi soli magis, quàm reliquis omnibus notam verbi de Spiritu sancto conceptionem, quam Archangelus primum annunciarat. Recolebat Elisabethæ cognatæ vaticinium, & Ioannis in materno vtero tripudiũ, aliáque plura in Zachariæ ædibus gesta feliciter. Expẽdebat Angelica dicta, quæ partim Ioseph in somnis, partim Pastores in campo percepissent, magnáque fide complexi fuissent. Agnoscebat hunc suum paruulum verè, vt Esaias prædixerat, admirabilem esse, quem statim natum Angeli prædicarent, & frequenti choro publicisque laudibus decorarent, quem Bethlehemitici pastores pro suo Messia confiterentur, quem demum & Magi seu Reges Persici stellæ indicio excitati, mysticis muneribus venerarentur, ac velut primitiæ gentium supplices adorarent. Veniebat præterea in mentem, non sine arcano Dei consilio, Christum tali loco & tempore natum esse, & quæcunque circa suum agerentur puerperium, cũ Propheticis quadrare oraculis animaduertebat.

Luc. 2.

Luc. 1.

Matth. 1. Luc. 2.

Esaiæ 9. Luc. 2. Matth. 2.

Maria multa tempore puer perij admirãda fere offecit haec.

Neque solũ hæc aliáque id genus circa se & partum suum augustissimum animo secum identidem reputabat, verum etiam vt in cælestibus meditationibus erat exercitata, incredibili admiratione rapiebatur, velut staret attonita, & in Deum ipsum tota mente defixa ecstasim patiebatur. Cur enim non demiraretur Verbum iacere mutum, Deum hominem, æternum mortalem, omnipotentem imbecillum, authorem & moderatorem omniũ adeò nudum, tenerum & pauperem apparere, se verò corruptionis ac doloris expertem, simul & Virginẽ & matrem existere: suppremum verò numen rebus humanis adeò impense fauere, seque ad infimam seruuli, imò pueruli formam vltrò demittere? Hæcinè mira videantur? nullis quidem anteà seculis visa vel audita, & Mariæ certiùs perfectiúsque cõperta, quàm cæteris omnibus mortalibus, quoniam hæc sola sine exemplo credidit, concepit, gestauit, peperit, lactauit Emanuelem, veræ fidei oculis longẽ videns acutius, diuinique amoris brachiis multò fortius complectens, & adstringens quam nos putemus, suum filium, hominum Redemptorem, & gaudium Angelorum.

Mariæ puerperium summis delitiis & gaudiis refertum.

Iam verò quis, aut oratione, aut cogitatione vlla consequi possit, quibus abundarit delitiis puerpera nostra, siue in matérno gremio recubantem, siue stantem, aut ex virgineo etiam collo pendentem paruulum teneret atque gestaret? Cogita mihi quæso, quàm illa cupidè & amanter tali filio vbera præbuerit, ac eius ori guttas purissimi lactis instillarit. Cogita, quàm suauis filij ac matris fuerit coniunctio, quum ambo se mutuo complecterentur, & vultum vultui, pectus pectori redderent, & mirifici amoris non dubiis indiciis inter se quasi certarent. Cogita, quid materna fiducia hic sibi sumpserit, vt ab ore tam venusto quàm sancto dulcia carperet oscula, & dilectas teneràsque manus, dicam & pedes & brachia, leniter stringeret ac refocillaret. Iam quàm lætis, columbinis, amantibus oculis mater suum hoc dulce onus pignúsque spectauit? & spectando tamen nullam explere potuit voluptatem, quùm electum & dilectum illum è millibus carnis simul & fidei oculis nũquam satis intueretur? Quid illa ditius, quæ talem tantúmque thesaurum intra domesticos parietes asseruabat? Quid ea ipsa felicius, quæ maternum ius in talem exercuit filium cæli ac terræ Monarcham, rerúmque omnium cõseruatorẽ? Quæ maior voluptas, quod vberius gaudium in puerperam vllam competere potest? tot illam diuini amoris iaculis vulneratam dixeris, quot virginei lactis stillicidia è sacris suorum vberum fontibus sugenti paruulo propinauit. Nullæ prorsus deliciæ cum his conferri possunt, quas nostra puerpera in suo paruulo tantas persensit, vt rerum humanarum & sui facilè obliuisceretur, præsente illo bonorum omnium authore ac fonte contenta, cui se totam dies ac noctes impendebat. Rectè igitur Basilius Seleuciæ Episcopus notat, Mariam esse, quæ sui cordis lætitiam & exultationem, admirabilium operum, quæ circa filium natum acciderant consideratione, velut nouis auctariis subindè cumularit, quæ insuper exhilarata simul & attonita fuerit ob ea, quæ de filio passim non sine celebri rumore, siue à simplicibus è propinquo pastoribus, siue à sapientibus è longinquo Magis, & aliis vndequaque prædicabantur.

Maria puerpera nihil ditius ac felicius.

In oratione de verbi incarnatione.

Ex quibus consequi necesse est, Mariæ puerperiũ, licet ob rei familiaris inopiã obscurum abiectúmque mundo videretur, tamen sancta voluptate & singulari gloria instructum ac refertum fuisse, minimèque ociosum haberi posse, vt quod sua nobis & orbi admiranda exhibet spectacula, quæ tota posteritas pro dignitate nunquam celebrare ac suspicere possit. Prudẽter autem Ecclesia puerperiũ hoc vel quadraginta diebus recolit, & canticis quibusdam

Mariæ puerperium cum primis illustre, & insigne spectaculum, ab Ecclesia nobis cõmendatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac cæremoniis exornat, vt eius memoria nostris animis firmius insideat, ac sæpius cum fructu renouetur. Tum quadragesimum à Christi natali diem, quo puerperium hoc iuxta Mosaycum ritum clauditur, eadem Ecclesia solênem haberi statuit & decreuit, partim ob purificatam, vti vocant, eodem die Virginem matrem, partim, quod Christus infans tunc primum in templo Hierosolymitano exhibitus fuerit, ac Israelitis manifestatus. Qua de re insignem scripsit historiam Lucas, eáque festum piis animis gratissimum efficit, quod & de Maria & de Christo, aliisque pluribus tunc in Spiritu exultantibus hominibus & meditandi & disserendi materiâ amplissimam præbet. Nos de Christo puero primũ, ac mox de Maria dicemus, vt illustrior fiat historia: posteà sententias, aut potius corruptelas aduersariorum expendere more nostro pergemus.

Luce 2.

Propositio de triplici tractatione.

Atque vt à singulari Christi submissione ordiamur, hæc in ipso infante paulatim sese magis magísque prodidit, vt sic communi mortalium morbo, eíque grauissimo, adeóque vitiorum omnium fonti, quem superbiam dicimus, in prima etiã ætate illa optimus & cælestis Medicus vel tacitè mederetur. Cùm ergo primum natus est, verè hominem inter homines se esse monstrauit: vnde vagit infans, vt ille ait, inter arcta conditus præsepia. Cum deinde more gentis octo dies natus, legem subiit circũcisionis, non homo tantùm ex Abraham, aliisque Patribus procreatus haberi voluit, sed etiam peccatoris imaginem præ se tulit, vtpotè communi peccatorum, qui sub lege nascebantur, cauterio patiẽter adustus. Nec multò pòst, id est, hodierno die, qui à natali est, vt dixi, quadragesimus, rursum se legis Mosaycæ obseruatorem, simúlque pauperem euidenter ostendit, quoniam inter pauperum filios ac primogenitos, qui peccatores è peccatoribus nascebantur, in templo & offerri & redimi non est dedignatus. Adeò verum est, quod Paulus affirmat, eum qui in forma Dei & æqualis Deo erat, semetipsum exinaniuisse, & serui formã accepisse, suámque obedientiam Patri perpetuò declarasse. Igitur & suos parentes excitat, vt legem de primogenitis offerendis obseruent, séque ipse pueris aliis libenter exæquat, ac vnà cum matre lustranda templum petit Hierosolymitanum. Etenim si qua mulier primogenitum apud Iudæos peperisset, quoniam immunda reputabatur, post partum quadraginta diebus à sacris abstinebat, & ad peccati expiationem templum adire, suúmque filium Sacerdoti ad altãre offerre debebat. Quę si diues esset puerpera, agnũ ac turturem, si verò pauper, duos turtures vel pullos columbarum oblationis loco pendebat, quinque autem siclis redimere primogenitum poterat, eúmque redemptum sibi parentes pleno iure posteà vendicabant. Magna hęc sanè delectio filij Dei, ob quam & seruus idem à Prophetis dicitur, qui quùm veteri Legi nihil omninò deberet, sed eius Dominus, ac longè innocentissimus, solúsque primogenitus, & à peccato peccandique facultate immunis foret, tamen Iudaicam & circumcisionem & oblationem inter pueros vltrò suscepit, simúlque domum sui Patris publicè honorauit, & secundum Propheтę vocem impleuit gloria. Etenim Virgineis manibus illic oblatus, gratissima Deo Patri hostia fuit, vtpotè finis ipse legis ac veterum sacrificiorũ. Deinde suo conspectu non solùm Simeonis & Annæ, sed & multò plurium sui Messiæ aduentum ardenter expectantium diuturnis votis satisfecit, magnámque veræ fidei lucem, vt anteà nunquam, in multorum animis excitauit & accendit. Hæc nobis de Christi pueri persona piè & vtiliter hoc die considerandã, delibasse sat est.

Prudentius in Hymno: Pãge lingua.

Quomodo Christus hoc purificationis die seipsum humiliarit.

Thiil. 2. Exod. 13. Num. 8.

De ritu purificandi puerperas, & offerendi primogenitos apud Israelitas.

Esai. 42. Zach. 3.

Christus legi Dominus legi seipsum subiicit.

Agei. 2. Rom. 10.

A

B

C

D

At erunt fortassis, qui de personis aliis adiunctis dulcem meditationem velint adiungere, quantùm videlicet, sanctæ consolationis ac insoliti gaudij præsentes tum ex amabili talis pueri contemplatione, tùm ex Prophetæ & Prophetissæ mirando sermone conceperint atque persenserint. Nunquàm enim anteà suum Messiam Israel vel clarius agnouit, vel suauius amplexus est, vel studiosius prædicauit. Quod enim de Simeone legimus, pluribus etiam id euenisse sit probabile, vt & videntes intelligerent, & intelligendo mirarentur, & mirando exultarent in Iesu salutari suo, vtque fidem & gratitudinem suã publice declarent. Igitur non pauci erant (vt arbitror) apud Hierosolymitanos, qui hunc diem candido, vt aiunt, lapillo notandum, nec sibi tantùm, sed etiam aliis cum summa sanctissimáque gratulatione ac voluptate transigendum putarent, quòd exortum esset tandem in tenebris lumen miserator & misericors Dominus, lumen, inquam, de quo Esaias prædixerat: Surge illuminare Ierusalem: quia venit Lumen tuum, & gloria Domini super te orta est: quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Vbi de Christo infantulo, siue is Matris, siue Senis brachiis in templo gestaretur, iudicent alij: ego sic sentio, tantum in illo & gratiæ & gloriæ apparuisse, vt præsens puerulus præclaræ Simeonis & Annæ confessioni haud leue pondus adferret, vtque intuentium oculos & audientium animos mirificè oblectaret. Quid, si speciosus ille forma præ filiis hominum iam tum specimen de se aliquod dederit, vt quod diuini homines asseuerabant, certius crederetur, hunc ipsum esse Saluatorem Dei populis omnibus paratũ atque missum, hunc vincèlumen ad reuelationem gentium, hunc gloriam plebis Israel vsque futurũ? Sed enim ô cæci & infelices Israelitæ, quos tanti muneris velut in propriam domum illati præstantia & amplitudo nihil mouet, quibus tanquàm surdis probatissimi vates canunt, & quos denique nec præsentis Messiæ, nec matris eius veneranda præsentia huc excitat, vt diuinæ visitationis tempus agnoscant, velut brutis etiam pecudibus sint stupidiores. Vt enim non remerè per Prophetam queritur Deus: Miluus in cælo cognouit tempus suum: turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.

Ad nostram Puerperam venio, quæ suum hodie puerperium absoluit, suum filium in templum intulit, suum munus Sacerdoti obtulit, suum primogenitũ redemit, suam à Simeone tùm benedictionem, tum præmonitionem accepit. Atque vt de illius in templum ingressu primum agam, quis dubitet obsecro, Virginem matrem non minus, quàm Simeonem in spiritu templum illud celebertimum petiuisse, & cum singulari quodam desiderio, animíque præparatione hunc expectasse diem, & cum gaudio tandem excepisse? Ioannes & Lucas memenerunt de more gentilium, qui remotis etiam è locis

In primum historia ve tus pueri templum, cui simeon, propositum.

locis profecti Hierosolymam accesserint, vt hoc ipsum templum religionis ergo inuiserent, ac illic Deum adorarent. Quid ergo Mariam fecisse putemus? an cessit Ethnicis studio religionis? pulcherrimamue diuini cultus celebrandi occasionem, quam & locus & tempus porrigebat, improuide fœdeque neglexit? imò verò libenter ac studiosè complexa est. Felix puerpera, quæ, vt cum fide obedientiaque perfecta, Dei legem impleret, & cæremonias obseruaret, è longinquo accessit, (Hierosolymis enim nõ habitabat) sacram ædem primum adiit, gratumque in ea Dei cultum cum sæpè alias, tum hoc die diligenter absoluit. Vbi suum Emanuelem, vt mihi persuadeo, lætioribus oculis sæpè conspexit, & Ioseph sponso comitata, tamque dulci sarcina onerata, in publicum prodiit, multoque sanè alacrius in templum ob Dei cultum, quam prius ad Zachariæ domum propter cognatæ obsequium, properauit. An non animus illi præsagiret (nam & rerum futurarum sæpè conscia fuit) Deum efficaciter hoc die operaturum, vt Messias populo Israelitico cum fructu insolito manifestaretur? Certè noui & ingentes fidei, spei, charitatisque motus, in Virgineo pectore sunt excitati, & tam sancta Mater sibi cumprimis gratulata est, quod ad publicum piorum cœtum & Ecclesiæ ministerium redire, quod rebus diuinis libere interesse, quod in Dei domo suo more versari, quod æterno Patri, totique Ecclesiæ suam gratitudinem declarare, demum, quod non pro se tantum sed & communi aliorum omnium nomine tale sacrificium ac munus offerre posset, quale cunctis sacrificiis muneribusque longè præstare, imò sacrificiorum & Sacramentorum, & hostiarum omnium scopum ac finem esse, certissime intelligebat.

Quomodo Maria in templo videatur Deum esse precata.

Quibus de causis Mariæ gaudiũ hodie renouatum reuigeri.

Luce 1.

Sed in templum modo cum nostra Puerpera, si libet ingrediamur. Cum ad sacram ædem ventum est, nouit qui aderat castissimus ille sponsus Ioseph, quam grauiter & modestè mirabilis illa baiula procederet, quam religiosè locum sacrum honoraret, quibus oculis, non parietes aspiceret, sed ipsam summi Dei maiestatem suspiceret, quam reuerenter in Spiritu & veritate numen æternum coleret, ac postremo, quibus gestibus & cæremoniis suas illic preces exornaret, nullum vt eximiæ pietatis vel officium, vel exemplum in illa sacrosancta fœmina posset desiderari. Laudatur Samuelis mater Anna, quod in orando Deo sedula fuerit, sicut orationis ab eo factæ fructus (nam è sterili fœcunda est reddita) euidenter ostendit. Ac de Maria quidem legimus, frequenter illam adiisse templum: nec dubium quin proprium instituti templi vsum & nouerit sapientissima, & religiosissima obseruarit, nimirum, vt illic, tanquam in domo sua, Deum peculiariter compellaret, coleret, adoraret, celebraret, ac publicè honorificaret. Idem officium hodierno die, nec minore quidem studio, quam Anna illa laudabilis, præstitit: imò tanto in oratione feruentior, quanto cogitatione purior, mente sublimior, vita sanctior, contemplatione diuinior, amore ardentior, & demum in omni religionis cultu exercitatior perfectiorque. Quid illa, obsecro, in Dei domo faceret aliud, nisi quod in ædibus Zachariæ iam antè fecisset? quum plena Spiritu sancto Dominum ex animo magnificauit, atque in Deo salutari suo non sine ineffabili spiritus iubilo exultauit? An non tacite in hunc ferè modum secum cogitaret, vel diceret:

1. Reg. 1. Luce 2.

Quomodo Maria non mirabilis templo, in templo fuerit Deiparæ.

Luc. 1

A En summe Pater & æterne Deus, cuius maiestati ac gratiæ me tuam ancillam amplius, quam reliquas mulieres omnes debere scio atque profiteor, en inquam, in diuinum tuum cõspectum prodeo, tuamque erga me beneficentiam, si antehac vnquam, nunc hoc loco tam sacro vel maximè gestio celebrare. Clementissime tu quidem simul & efficacissime tandem in me perfecisti, quæ non ita pridem partum per Archangelum Gabrielem, partim per Cognatam Elizabetham mihi tale nihil vel petenti, vel expectanti promittere dignatus es, quæque Propheticis literis de Messia ex Virgine nascituro iam olim prædicta fuerunt. Quantum igitur tuæ debeo maiestati, ô Veritas æterna, qui nec fallis, nec falleris, quod Spiritus tui operante virtute, & mei voti seruata integritate mater facta sim, vt exoptatum Emanuelem, tuum ac meum primogenitum, quo nihil quidem aut maius, aut melius abs te dari, vel accipi à me poterat, ego meo sinu complecterer, gestarem ac parerem? Igitur hunc nobilem immensumque thesaurum, hunc dilectum filium tuum, in quo benè complacitum est animæ tuæ, hunc sanctum sanctorum, per quem cuncta in cælo & terra instaurantur, modo coram sisto, tuisque oculis offero mundi propiciatorem. Adest desideratus cunctis gentibus, vt domum suam impleat gloria: venit ad templum suum Dominator, tam diu patribus desideratus: offert se Angelus testamenti, semen Abrahæ, filius Dauid, Rex Israel, in quo gentes omnes benedicantur. Tu nunc quæso cœcos Israelitas nouo illustres lumine, vt apertis fidei oculis præsentem lucem in hanc domum ipsis illatam, suumque Messiam meis brachiis comprehensum aspiciant ac reuereantur. Neque illi solum, verum etiam quotquot vbique gentium in tenebris & vmbra mortis sedent, hoc lumen toti mundo exortum, hoc Dei salutare omnibus populis paratum & expositum, grati excipiant, ac intimis etiam sensibus complectantur. Ita fiet, vt & te verum Deum, & quem nunc misisti Iesum Christum agnoscant, agnitum vtrunque colant, & colendo domus & ipsi fiant spirituales, in quibus tu habites, tuusque filius regnet, ac tua demum laus & gloria perpetuo celebretur.

Esaiæ 42. Danielis 9. Ephes. 1 Rom. 3

Aggei 2. Malach. 3 Gen. 12. 22

Luc. 1. & 2.

Ioan. 17 1. Petr. 2

Maria longe aliter quã mulieres solent, in templo fuit religiosa.

Hæc ego de Maria precante, vel in templo filium offerente, vt piè cogitari, sic etiam probabiliter dici posse censeo: ne quis fortassis iudem illi, quod plerisque mulierculis aliis, accidisse suspicetur, vt in templo vel ocio vacaret, vel fabulis, aut corpore magis, quam animo sacris præsens adesset. Iam verò, quis oratione vlla consequatur, quam pulchre Maria personam puerperæ sumpserit, quantoque studio ad talem personam spectantia præstare curarit, vt solidum & perfectum obedientiæ suæ fructum reportaret? Nam quod aliæ puerperæ ob vulgarem morem, vel ex timore legis in adeundo templo, in offerendo munere, in honorando Sacerdote, in redimendo filio, ac demum in obseruando legis ritu factitabant, id illa singulari veræ pietatis diuinitq; cultus & obediẽtiæ sanctæ amore incensa, & spiritualibus desideriis plena, cum fide perfecta sibi faciendum esse putauit. Igitur talis tantaq; mater vltro se deiicit, cupitq; ac studet ad vnguẽ obseruare, quæ popularis alia mulierecula quamlibet egena & abiecta, tũ ex lege, tũ ex consuetudine Iudaica post partum statо tempore in

Maria reliquas puerperas excellisse circa ritũ purificationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

templo peragebat. Quid autem legi mulier illa debebat, quam vt Legislator exciperet, quemadmodum multi sentiunt, significanter hoc modo sanciuit, Mulier si suscepto semine masculum pepererit, immunda erit septem diebus: perinde ac si tacite indicaret, futuram aliquando fœminam, quæ sine viri semine, hoc est, Virgo pareret, ab hac lege prorsus eximenda. Quid Mariæ cum aliis puerperis cõmune, quæ à viri contactu se semper abstinuit, de Spiritu sancto concepit, nullum parturientis dolorem experta est? Quomodo lex purificationis illam teneret astrictam, quæ nihil sordium attraxit, nihil expurgãdum habuit, quum alias, tum in ipso etiam partu atque puerperio pura semper & immaculata? Cur aliis pauperibus fœminis sese aggregaret, quam tot muneribus, ipsoque gratiæ fonte summus Deus præ mortalibus omnibus locupletarat? Postremo, quid referebat de filio redimendo sollicitam esse, quæ ipsum mundi Redemptorem, ipsum æternum Dei filium, hæredem ac Dominum bonorum omnium apporraret? Igitur vt perpetuum imitandæ colendæque humilitatis exemplum haberemus, non diuitibus, sed pauperibus adiungit sese, tam egena domi, vt agnum anniculum in holocaustum inuenire, offerre ac donare non posset: neque contubernium vulgarium puerperarum, quamuis immundæ & abiectæ forent, refugit, sed vna cum his accedit & offert, quod potest munusculum, Dei ministros honorat, nihilque à se alienum putat, quod ad legis ritum implendum, ad cultum Deo præstandum, ad Ecclesiæ ministerium honorandum aliqua saltem ex parte pertineret. Recondunt suas opes auari diuites, & vix exiguum aliquid egenis petentibus sæpè largiuntur. Nostra puerpera, quem thesaurum cælitus datum acceperat, non sibi seruat domi, sed exportat, sed expendit, sed ignoto seni totum communicat, aliisque libenter impertit, vt & ipsi Christum amplectantur & osculentur, eoque thesauro diuites facti, in salutari suo penitus exultent, iustitiam comparent ac pacem referant sempiternam.

O fausturn lætumque diem siue Hierosolymitanis, qui natalem Christi primum tunc agnouisse, & in templo celebrasse videntur: siue iusto Simeoni, cui nullus in omni vita dies iucundior exortus est atque beatior: siue Marię parenti, quę Messię mater hodie primum longè honorificentius, quam pridem in Zacharię domo, prędicata, ac à multis etiam agnita merito videatur. Cum enim Simeon vt senio, sic etiam authoritate grauis & sacerdotio venerandus, Marię palam benedixit, eamque verbis lætis simul & tristibus peculiariter affatus est, quis ambigat, multorum illic oculos & animos in sacram Virginem fuisse conuersos? qui non modo celebratum ab eo Messiam, vti par erat, gratissimis animis exciperent, sed huius quoque matrem præsentem agnoscerent, tantoque magis suspicerent, quanto mirabilius eximia quędam sanctitas in illius facie, oculis & moribus perpetuo reluceret. Mihi certè non improbabile videtur, quod perspicuè scripsit Timotheus Presbyter Hierosolymitanus, Simeonem Spiritu sancto afflatum, postquam venit in templum, suos circumtulisse oculos, vt matres cum filijs ingredientes, & ad sacrificium purificationis peragendum properantes obseruaret: qui deinde inter alias Virginem solam infinito & diuino lumine circundatam conspicatus, haud sine clamore in hanc vocem proruperit: Ecquid ancillæ quæ est, cum libera & Dominica concertatis?] vt reliqua prætermittam. Ego verò nihil ambigo, sanctissimum Marię pectus hoc die nouo & incredibili gaudio fuisse perfusum, vt in Spiritu sancto exultaret, diuinoque numini si non hymnum nouum decantaret, at saltem gratias ageret singulares. Neque secus illi, quam grandæuo Simeoni in templo accidisse dixerim, vt partim corporeis, partim spiritualibus brachiis, intimisque sensibus dulcissimum puerum præ summo gaudio complecteretur, indeque sibi & populo maximè gratularetur, quod ignotus, vel paucis certè cognitus hucvsque Messias tam celebres in templo præcones inueniret, tam præclaris titulis exornaretur, tam luculenter Israelitis omnibus velut digito demonstraretur, tamque mirifice complectendus demum omnibus offerretur. Quid enim Virgini magis cordi ac voluptati esse posset, atque veram Christi filij cognitionem, quæ hactenus apud Israelitas tantum non extincta iacebat in multorum cordibus excitari & accendi, neque à Simeone Propheta viros, sed etiam ab Anna Prophetissa mulieres Euangelicam concionem audire? Quam etiam neque frustra, neque apud paucos habitam esse sit probabile & Hildephonsus plurimos è sanctis, qui tunc Hierosolymis degebant, Domino à parétibus in templum deportato adfuisse testatur. Neque tacuit Euangelista, quod Anna hoc ipso loco ac tempore superueniens confitebatur Domino, & loquebatur de illo non paucis, sed omnibus, qui expectabant redemptionem Israel, aut vt Græci leguut, Hierusalem. Tales verò permultos in amplissimo populo, & in tam frequenti vrbe fuisse constat: qui post auditum Simeonis & Annæ testimonium non potuere summo Deo non gratias ingentes agere, quod Messiam tam diu sibi & aliis exoptarum, tandem suis oculis contemplarentur. Valeat igitur cum suo commento Sarcerius, quum docet, vnum Simeonem expectasse consolationem Israel, & vidisse atque agnouisse Christum: paucissimos verò tum fuisse, qui non pro ridiculo æstimarint omnes de Christo promissiones. In eodem errore Corninus, & Spangenbergius aliique plures Nouatores versantur, qui nullos alios, nisi Simeonem & Annam, aut certè paucissimos, Christum cognouisse, ac de illo curasse comminiscuntur.

POSTREMO si Christum puerum vna horula conspicari atque complecti, tantum ardoris, tantum gaudij atque felicitatis seni decrepito præbuit, & vt ille cælesti amore flagrans, & rerum humanarum pertęsus mori mallet quam viuere, & quasi cantum cygnęum absoluens, toti mundo valediceret: quid tandem benedictę matri eiusdem pueri non hoc die tantum, sed crebro alias etiam accidisse dicamus, quos æstus, quas flammas illa persenserit? Non enim modo cum summa voluptate pulcherrimum puerum vidit, sed etiam crebrius quam opinamur, materno iure tractauit, gestauit, demulsit, complexa & exosculata est: his domesticis deliciis tot annos abundauit, tale pignus, tantumque thesaurum non minore fide & charitate, quam consolatione & gaudio in suo materno sinu subinde fouit atque circumtulit. Hos maternæ pietatis affectus, quibus nihil vehementius esse solet, natura inseruerat, fides auxerat, charitas absoluebat. Nisi

Maria legem seruat, cũ nihil tamen legi debeat.

Leuit. 12.

Præclara nobis exempla in Maria proponi spectanda & imitanda.

Maria quam se liberalem ostendat hoc die.

Multi hunc diem fausturn & felicem extitisse, & impri mis Deiparæ.

Maria hodie peculiariter pro Messiæ matre cognita esse videtur.

In oratione de Prophetis Symeone.

Mariæ gratia in templo gratulatio.

In Psalm. 118. octon. 8.

Virum sequentem Nouatores alterum ex Cerintho & Ebione confingere.

Ab eruditis simeonem ex Hebræo sic vertendum esse, Exaudiens, ad Christum, non ad Deum.

Beda & Guerricus testimonio Mariam non egusse purificatione.

In Lucam cap. 2.

Serm. 1. de purificat. Mariæ.

Nisi fortassis tam rudis, & imperita illa fuit, vt vitæ authorem, salutis Principem, omnis boni fontem sibi coram adesse nesciret: adeò se ingratam præstitit, vt summe amantem, quo nihil amabilius esse poterat, non redamaret, & filium vnicum non materna charitate complecteretur. Ridebunt hæc fortasse aliqui vt puerilia: ego verò eadem piorum meditatione digna, & à ratione nihil prorsus aliena esse censeo, quæ vt Mariæ personam in præsenti historia ritè contemplaremur, bona fide & simpliciter in medium adferenda putaui, præsertim quod mihi persuadeam, bonos ac sapientes viros istharc, quæ diximus, vt verisimilia, quicquid etiam maleuoli sentiant, non grauate approbaturos.

Quorsum hoc fusius de historia Euangelii fine explicata.

CAPVT DVODECIMVM.

A veteribus nouisque Sectariis varias inuehi corruptelas, quibus historia Euangelica de purificatione Virginis deprauetur. Ac prætereà de veteri solennique more in ecclesia cereos deferendi, quum purificatæ Virginis memoria in templis catholicis publicè celebratur.

Ex veteres & noui Sectarii Catholicis hoc loco adsertantur.

DVPLEX aduersariorum genus nobis obsistit, quo minus Euãgelicam historiam de nostræ Virginis purificatione, & Christi pueri oblatione loquentem, saluam & integram retinere possimus. Etenim nõ solum ex veteribus Hæreticis Ariani & Heluidiani hic itruunt, verum etiam Nouatores eiusdem historiæ verba Euangelica in sensum peregrinum falsumque detorquent, ac præterea instituras ob Mariæ purificationem ferias calũniantur. Ac de Arianis quidem refert Cyrillus Alexandrinus, quod Mariam Deiparam, instar aliarum puerperarum, quæ lege tenebantur, purificationis sacrificio ac ritu indiguisse, atque vna cum illis in templo expiatam fuisse tradiderint. Crassus profecto ac pudendus error, quem ipsa Mosayeæ legis verba non obscure subruunt ac refellunt, cum non aliam mulierem siue puerperam, nisi quæ suscepto viri semine concepisset, ad solennem illum purificationis ritum astringant, nimirũ vt illa partim corporali, partim spirituali immundicia liberaretur, & homines simul ad memoriam vitiosæ generationis quæ tum parentes, tum filios commaculat, certoque proinde eget remedio, reuocarent. Cæterum neque corporalis, neque spiritualis immunditia Deiparam polluere, & expiationem aliquam flagitate potuit, quoniam vt carne, sic & spiritu omni ex parte pura esset ac incontaminata, quæ sola inter mulieres & puerperas benedicta, benedictum ventris sui fructũ in lucem simul & templum attulit, vt iam antè plurimis est commonstratum. Rectè igitur Beda Mariam ita defendit: Nota quod non omnis mulier pariens, sed ea quæ suscepto semine peperit, designatur immunda, rituque legis docetur esse mundanda, ad distinctionem videlicet illius, quæ Virgo cõcepit & peperit Filium, & vocauit nomẽ eius Emanuelem, quod est interpretatum, nobiscum Deus. Non ergo Filius, qui nobiscum Deus est, non Mater, quæ Spiritu sancto operante peperit, victimis hostiarum quibus purgaretur indigebat, sed vt nos à legis vinculo solueremur, sicut Dominus Christus, ita beata semper Virgo Maria legi est sponte subiecta.] Nec malè Guericus consonat: Maria non tam purificata fuit, quam mysterium purificationis cõmendauit, implendo legalem, significando spirituale. Quid enim in ea purificandum esse potuit, quæ Virgo concepit, Virgo peperit, Virgoque permansit? Suscepit tamen Mater totius puritatis, purgationis speciem, vt simul & obedientissimæ humilitatis virtutem, & Euangelicæ purificationis instituret veritatem.] Eandem sententiam tuetur [a] Bernardus, & confirmat [b] Hildephonsus: neque dissentiunt hodie Aduersarij præsertim Melanchthon, Culmannus, Spangenbergius, Artopæus, Sarcerius, Ioannes Agricola, Franciscus Lambertus, vt cæteros omittam, qui Mariam lege purificationis nequaquã indiguisse, sed ab illa per Moysen non sine diuino nutu exceptam fuisse fatentur. Docet interim hoc præclaro exemplo suo Maria, quum vltro se legi subiicit, omnesque ritus legis diligenter obseruat, magnam aliorum, præsertim imbecilliorum fratrũ rationem habendam esse, ne Christiana libertate cum cuiuspiam offensione turpiter abutamur. Docet, ad sinceram & officiosam charitatem pertinere, vt de iure nostro aliquando cedamus, nostroque incommodo alienum commodum promoueamus, & imprimis quæ sunt pacis & ædificationis, sedulo custodiamus. Docet, spiritualem purificationem, si mundi esse cupiamus, humilitate & obedientia nobis comparate. Docet, cum laude nonnulla præstari & in diuino cultu rectè adhiberi, quæ alioquin diuinitus præcepta, & in sacris literis expressa non sunt. Docet, Ecclesiæ ministerium publicum honorare, sacros cœtus & ritus piorum libenter adire, ac demum Sacerdotes templique ministros nostro sumtu alere, & ex animo reuerei. Vnde Culmannus quoque fatetur, magnificum fidei, charitatis & obedientiæ exemplum nobis in Maria proponi, quæ obseruet legem purificationis, quam tamen obseruare non tenebatur, inquit, quia solæ illæ mulieres tenebantur, quæ suscepto semine pepererant.

a Serm. 3. in purificat. Virginis

b in Ser. de purificatione & purificatio ne B. Mariæ

Vide hæc commentarios in Pestillus & Lucæ explica Ioannem, cap. 2.

Quid Maria non docuerit cum ritum purificationis assumit.

Leuit. 12. 14.

Concione 2 in Festis purificationis.

IAM verò præter Arianos alij Mariæ hostes emerserunt, quos alibi depinximus, Heluidiani, qui in Hispaniam vsque penetrarunt, & ante nongẽtos annos illic pestilens effudere virus, vt ex præsenti historia in hunc modum ratiocinarentur: *Ecce cum dicit Lucas, completos dies purificationis eius, ostendit Euangelista, legali naturæ eam subiacuisse, & sordibus conquinatam fuisse, simul & Iesum vultum Matris fœdasse.* Quos obscœnos non minus, quam impios Doctores, Heluidianos quidem nominat Hildephonsus, nos etiã cum Augustino Iouinianistas possumus appellare, quoniã Christi Matrem corruptam

Vide Hildephonsum in libr. contra detractantes de perpetua Virginitate & partu Virginis.

Heluidiani Mariã fingunt immodicam, & quæ aperto vtero peperit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in partu faciũt,& de re sacra prorsusque diuina secundum carnem non solum falsò,sed etiam impurè garriunt. Generationem enim Domini non solum æternam, quæ consubstantialem illum Patris Filium facit, sed etiam temporariam, per quam ex Virgine clausa nascitur, quis vel Angelorum, vel hominum digne satis enarrabit? Falluntur autem nefarij homines, nec discrimen intelligunt, quod inter communem aliarum, quæ legi erant astrictæ, & Matiæ propriam, quæ in Euangelio describitur, Purificationem statuendum est. Illæ quoniam secundum legem erant immundæ, post partum in templo per oblationes lege decretas expiantur:hæc quoniam perpetuò munda perstitit, purgationis tantum gerit similitudinem, quæ illi loco & tempori congruebat. Vnde in hos rectè competit,quod Augustinus aduersus Manichæos disputans, non sine vehementia dixit:Stulte, vnde sordes in Virgine matre, vbi non est concubitus cum homine patre? Vnde sordes in ea,quæ nec concipiendo libidinem, nec patiendo est perpessa dolorem? Vnde sordes in domo, ad quam nullus hospes accesserit? solus ad eam Dominus & fabricator venit: vestem quam non habebat,induit,eam quam sicut inuenit, clausam reliquit? Sicut ille natus est solus inter mortuos liber,sic istius ex qua natus est, matris pudor, solus est integer.] Tradunt ergo Theologi, multisque confirmat Hildephonsus, Christum sine nixu,dolore,tristitia ac sordibus parturientis,adeoque clauso Virginis vtero per integra virginitatis claustra prodiisse,& Emanuelem,vt se Deum ostenderet, clausis in visceribus non modo conceptum, sed ab intemerata etiam Virgine procreatum esse. Quarè scribit Hesychius presbyter Hierosolymitanus, Mariam vocari portam clausam in Oriente sitam, quæ clausarum portarum Regem introduxit,atque iterum eduxit. Nequaquam enim,inquit, Rex gloriæ dum conciperetur aut ederetur, vuluæ tuæ portas prorsus aperuit, neque virginitatis vincula laxauit. Vocauit te hortum conclusum,& fontem signatum is,qui ex te ortus est sponsus,& prædixit in Canticis. Tum Cyrillus Hierosolymitanus perspicuè notat eum, qui actus in crucem, sepulchrorum ostia aperuit,& æternas infernorum portas contriuit, Matris Virginis claustra admirabili virtute conclusas seruasse: solum verò Christum esse,qui citra vllam Virgineorum claustrorum offensionem in lucem sit editus sanctus sanctorum, & primogenitus primogenitorum. Oportuit enim, vt nouo nascereturnouo ordine, qui nouam impollutæ sinceritatis gratiam humanis corporibus inferebat: oportuit, vt primam genitricis integritatem nascens incorruptio custodiret, & complacitum sibi claustrum pudoris & sanctitatis hospitium diuini Spiritus virtus infusa seruaret, sicut Leo Magnus asseuerat. Neque his aduersatur, quod Lucas ex lege Moysi repetit illud: Omne masculinum vluam aperiens, sanctum Domino vocabitur: quo loco aduersarij maximè gloriantur. Etenim hoc dictum eo detorquendum non est, vt Christus sacri ventris hospitium, quod ingressus sanctificauerat, egressus deuitginasse credatur, vt cum Beda loquamur,sed eiusmodi apertio iuxta consuetum humanæ natiuitatis morem dicta, non virginalium claustrorum reseratione, sed Christi prolis de matris vtero egressum designat,sicut & Thomas indicauit.

Confutatio Heluidianarũ obiectionũ, & primum de Matiæ immunditia.

Lib. de quinque hæresibus cap. 5.

In loccitato.

Christus natus sine nixu, tristitia & sordibus parturientis.

Hom. 1. de laudib. Virginis Mariæ.

Cant. 4. In orat. de Christi accessu & Simeone.

Serm. 2. de Natiuit. Domini.

Aduersatis nõ patrocinari verba Euan-

In Lucam cap. 2.

A Præclarè igitur monet Eligius Episcopus, quum præsentem Euangelij locum explanat, non illum sicut Hæretici latrant accipiendum, quod Christus vterum matris,nascendo priuauerit virginitate, vtpotè qui cum perfectus esset Deus, plenum & perfectum hominem ex matre sine patre susceperit, simulque gratiarum omnium plenitudinem ac perfectionem eidem matri contulerit,vtin partu etiam gratia plena iure censeatur. Cæterum, quoniam de hoc argumento liber secundus disseruit,& Iouinianistas multis refutauit, nunc satis fore putamus, vnum atque alterum præstantissimi Theologi testimonium proferre, vt non modo contra superiores,sed etiam huius æui aduersarios, præsertim Sacramentarios, Mariam sine aperto vtero peperisse certius constituatur. Augustinus igitur communem B Ecclesiæ fidem his verbis profitetur: moli corporis Christi,vbi diuinitas erat,ostia clausa non obstiterunt:ille quippè non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Ac alibi rursus,non modo sui,sed nostri etiam temporis impios homines ita verberat: Non crediderunt, inquit', qui etiam Dominum nostrum Iesum Christum per integra virginalia matris enixum, & ad discipulos suos ostiis clausis ingressum fuisse non credunt.]

C Nvnc de recentioribus Theologis duntaxat agemus, contra quos mihi senex Simeon imprimis est defendendus:quoniam is tametsi in omni Ecclesia tot seculis prædicatur,imò in Euangelio laudem maximam tenet, iniquissimè tamen ab istis tractatur. Lucas nobilissimus Pictor,his velut coloribus illum depinxit: Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus & timoratus,expectans consolationem Israel,&Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in Spiritu in templum, vt omittam sequentia, quod nempè diuturni voti compos factus, Christum acceperit in vlnas ac benedixerit,neque solum cantico,sed etiam concione illum læte ac publicè celebrarit. Amplissima profecto isthæc viri laus est, quæ non modo senis huius personam illustrat, sed etiam eiusdem de Christo testimonio tantam fidē conciliat,vt merito de Messia docenti credant vniuersi. Et tamen Ioannem D Agricolam, vt splendide mentiatur,dicere non pudet, hunc Simeonem nulla hic prorsus alia ratione, nisi quod redemptionem Israelis expectauerit, nobis commendari. Notat præterea Brentius, huc ciuem fuisse Hierosolymitanum,nullo nec diuitiarũ, nec dignitatis,nec officij nomine clarũ, qui fortasse in oculis hominum delirare & mentis suæ inops visus sit, quum ad salutandum & complectendum puerum accurreret. Ita enim libet Brentio sæpè nugari,cum circa illustres Euangelij personas versatur, quibus indecora & inaudita petulanter affingit, vt suam in conuitiando libidinem magis expleat, quã Euangelij veritatem attingat aut comprobet. Addit & illud ad huius nunquam satis laudati viri iustitiam eleuandam. *Quanquam*, inquit, *Simeon honestissimæ vitæ coram mundo fuerit, tamen non est reputatus coram Deo iustus operibus suis:sed hæc fuit iustitia eius, quod expectauit consolationem Israelis,hoc est, credidit in Christũ, quod per ipsum gratis habeat remissionem peccatorũ & salutem.* Sed & Hemmingius non aliter Simeonem iustum

Homil. 2. Matris enim in partu ipsa gratia.

In explicatione Euangelii de festo Purificationis.

In Euang. de Festo Purificationis. Circa idem Euangelium.

Locus supra citat.

Tertull. lib. de resurrect. Carnis. Origen. in Matth. Nouatianus lib. de Trinit. cap. 26. Quid de quo non intelligitur, temere iudicare, & ante tempus de occultis sententiam ferre, male consultum.

Simeonem à cæteris plurimum, quam ob Rationem hoc loco explicari, ac vere iustũ fuisse.

Quanquam Lucas Annã ob superbius laudat.

Simeonem à Luca ob veram iustitiam fidei & operũ laudatum & commendari, ob vitæ sanctitatem.

Luc. 2.

Ibidem.

Luc. 2.a

Ibidem.

Lucas diligenter Simeonis comprobat, sed recusat Nouatianos.

In Luc. c. 2.

In Luc. c. 2.

Quomodo Simeon non modo credit, sed & timoratus est, ac Redemptionem Israelis expectat, ducẽque Spiritum sequitur.

In Lucam c. 2.

iustum agnoscit,nisi quod ciuilem iustitiam habuerit,inculpatè ac honestè inter homines viuens. Tum Selneccero iustus ille homo dicitur ob iustitiã imputatam, quoniam consolationem Israel expectauit:ita enim hæc duo contundunt, & alienam duntaxat iustitiam, quæ apud Deum valeat, huic demũ viro sancto concedunt. VVellerus eum vocari iustum asserit, quod acceptus sit coram Deo per misericordiam,propter fidem in Christum. Et Georgius Maior inquit: *Quia senex Simeon credidit diuinis promissionibus, ideo Spiritus sanctus consolator & vivificator in ipsum effusus est.* Adhæc Sarcerius hic iustitiã pro fide vult accipi? Sanctos enim à fide præcipue, non à vitæ operibus prædicari. Præterea è sequenti cantico colligit Brentius, Simeonem, quia oraculi sui compos non est redditus, multo tempore non admodum tranquillam conscientiam habuisse. De- B Deum Lossius personam Simeonis à Luca describi docet,vt præcipue quidem à fide commẽdetur, qua promissum Messiam expectauit, eaque fide illum iustum, id est,Deo acceptum fuisse intelligit & exponit.

VERVMENIMVERÒ vt plura id genus maximè fingant atque conglomerẽt aduersarij, hos enim veluti tumos oculis imperitorum offundunt, tamẽ eximiam huius venerandi,nec satis laudati Senis & iustitiam & pietatem minime obscurabunt, quoniam illa dilucidis Euangelij verbis expressa perpetuo elucebit. Ac sanè demiror, qua temeritate isti ad solam,vel præcipuam fidem tam multa reuocent quę de hoc sanctissimo viro Lucas accuratè perscripsit,ne semel quidem fidei mentione facta, quæ tamen, vt eius verba testantur, in illo singularis effulsit. Ac minus referebat, hunc Prophetam insignem ratione fidei commendari, vt quam ille cum aliis tam multis communem haberet, sicut paulo post indicat Euangelista, de Anna Prophetilla scribens, quod confitebatur Domino & loquebatur de illo omnibus qui Redemptionem Israel expectabant, hoc est, qui in Christum credebant, hunc nimirum infantem esse Messiam, verumque Saluatorem & Redemptorem à Prophetis prædictum,& tanto tẽpore expectatum, sicut idem Brentius interpretatur. Quod verò Lucas fidem nec solum, nec præcipue in Simeone laudarit, ex aliis etiam eius dictis colligi potest, in quibus Ioannis Baptistæ parentes ornantur, quoniam iusti ambo ante Deum incesserint in omnibus mandatis & iustificationibus Do- D mini sine querela. Tum Zacharias vt illorum, qui Euangelicam gratiam amplexuri essent officiũ proprium & laudem præcipuam explicet, hoc illis tribuit, quod in iustitia & sanctitate coram Deo omnibus diebus ipsi essent seruituri. Præterea idem Lucas ad Annæ Prophetissæ commendationem inducit, quod in statu virginali, coniugali ac viduali vitam semper integram ac sinceram exegerit, quodq; ad extremam vsque senectam longum cœlibatum retinuerit, & curam assiduam precandi Deum, & corpus ieiuniis exercendi,Deoque in templo inserviendi adhibuerit.

PROINDE quum ab his benè pieque factis Anna tantopere commendetur, quis non meritò credat,Simeonem non ob iustitiam ciuilem aut imputatiuam,neque ob fidem tantum,sed potius ob vitæ sanctimoniam & exactam diuinæ legis obseruationem,hoc loco tam accuratè describi atque laudari?

Vnde vt illum verè spiritualem, & sicut Paulus vocat, factorem legis agnoscęremus,hoc etiam adiectum legimus, quod in illo esset Spiritus sanctus, quodque responsum haberet ab eodem spiritu, qui præterea illum in templum adduxit. Igitur, etiamsi sub lege viueret,tamen Euangelicæ gratiæ spiritum inhabitantem habebat,eoque duce in Dei præceptis ambulabat, Deique iudicia custodiebat & operabatur,sicut Propheta loquitur, & quoniam spiritu agebatur,Dei erat Filius,Deique charitatẽ per eundem Spiritum in corde suo diffusam retinebat, vt è verbis Paulinis euinci potest. Nec sit difficile plura Scripturæ loca proferre, quibus iustitiæ nomẽ longè aliter, quam isti volunt, non ad alienam, sed ad propriam, neque ad imputatam, sed inhærentem iustitiam, atque ad vitæ innocentiam, motumque sanctitatem referatur, sicut alibi cum de Ioseph iusto ageretur,demonstrauimus. Sed enim vt isti nouũ & Eunomianum de sola fide iustificante dogma defendant, apertis etiam Scripturæ testimoniis manifestè reclamant, quibus nos admonet Spiritus sanctus,hominem non ex fide tantum,sed etiã ex operibus iustificari,fidemque operibus consummari, ac iustum [a] esse, qui facit iustitiam: & faciendo [b] magis magisq; illum iustificari,vt per [c] bona opera certam vocationem & electionem suam faciat, [d] mercedem tandem secundum opera sua percepturus. Valeant igitur Nouatorum commenta, in quibus præclaras & distinctas optimi senis & Euangelici Prophetæ laudes sola fide & iustitia imputatitia, vel ciuili metiuntur. Fuit enim ille non modò fide præditus,per quam operabatur iustitiam,sed etiam veræ iustitiæ fructibus abundauit, ita coram Deo iustus,sicut ille,cui diuinum dixit oracului: Te vidi iustum coram me,& iuxta exemplum Abrahæ, qui præcepto diuino paruit, cum audisset: Ambula coram me, & esto perfectus. Neque iustus huic fuit tantum,sed & timoratus,fidei suę non iactans iustitiam,neq; vana inflatus fiducia,vt sine respectu propriæ dispositionis & obedientiæ, ob solam Dei misericordiam fide apprehensam,de gratia Dei suaque salute certo statueret. Timoratus, inquam, idem & iustus fuit,quia difficile sit,vt & Beda testatur, iustiam sine timore custodire, & iustus quanto ardentius Deum diligit,tanto solertius eundem cauet offendere. Cæterum in argumentum præstantis iustitiæ,quæ hunc senem cohonestabat, Ecclesiæ pacem & vtilitatem publicam priuatis commodis antepositum,ideoque redemptionem & consolationem populi solidam, quæ à Messiæ pendebat aduentu, ardenti & longo cum desiderio expectauit, dignus etiam habitus, cui Deus Messiam in carne reuelandum, quem ipse cerneret, polliceretur. Interea verò hic non solum per fidem agnouit, sed obedienter etiam audiuit, & fideliter secutus est suum ducem ac monitorem Spiritum sanctum. Per hunc futura præscisit ac prædixit, huius arbitrio se totum permisit, eiusdem promissis & consolationibus sese ac alios in magnis sæpe sæpius sulciuit ærumnis. Neque verò Messiam solummodo conspicatus, sed etiam suauissimè complexus, ac in templo itidem publice confessus est, simulque incredibili diuinæ charitatis amore flagrans, suo quasi iure dixisse videtur, [e] Inueni quem diligit anima mea. [f] Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. [g] Mihi mori lucrum est,& viuere Christus.

Rom. 2.

Rom. 8
Ezech. 11
Rom. 5. & 8

Iustitiæ nomẽ quomodo in Scripturis accipiatur.

Iacob 2.

a 1. Ioan. 3
b Apoc. 22.
c 2. Pet. 1
d 2. Cor. 5.

Iustitia Simeonis non dissimilis iustitiæ Noe, & Abrahã.

Gen. 6.
Gen. 17.

Simeon quomodo se in templo gerat erga Christum.

e Cant. 3.
f Psal. 83.
& Phil. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[h] Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.[i] Nas kubar, id est, Adorate filium, sicut Hebræi legunt pro eo, quod noster interpres vertit, Apprehendite disciplinam, vt Hieronymus annotauit. Alij sic, locum transferunt, Osculamini filium.

h Genes. 32. i Psal. 2. In comment. circa Psal. 2.

NVGENTVR igitur Nouatores more suo, & tãti viri eximiam iustitiam obscurare contendant, de quo ipsi soli tam abiecte viliterque loquũtur. Scribit certè Nicephorus, eundem grandæuum senem virtute, dignitate, vitæque sanctitate tunc temporis excelluisse, qui cum Christum Dominum corã conspexisset, ac eundem in vlnis gestasset, carnis mole statim solutus sit ac liberatus, quemadmodũ in suo nimirum cantico visus erat desiderasse. Timotheus Presbyter Hierosolymitanus, hunc Simeonem pulchrè vocat primum & vltimum iustum, vltimum legis, primum gratiæ, Iudæum religione, Christianum gratiarum actione.[k] Cyrillus Hierosolymitanus, ac præterea [l] Epiphanius eundem fuisse Sacerdotem apertè cõfirmant, quantumuis repugnet [m] Erasmus, qui neque Sacerdotem illum, neque Leuitã dignatur agnoscere, sed nescio quem plebæum & obscurum hominem facit.[n] Augustino senex famosus, annosus, probatus, coronatus dicitur, qui Christum non modo coram cognouerit, sed etiam adorarit, cũ illa verba mirifica protulit: Nunc dimittis seruũ tuum Domine, quæ dulcissimam & cygnæam planè continent cantionem. Beatus profectò ille præ cæteris Patriarchis & Prophetis, cui tantum videre lumen, tanta frui gratia, torque mysteria paucis verbis complecti contigit, vt sapientissimum & optimum Theologum appellare possis. Quam felix hic Simeon, cui se Christus tam efficaciter quam dulciter contrectandum, deportandum & exosculandũ præbuit, nullæ vt opes atque delitiæ talem senem magis explere, magisque in terris beare potuerint, vidit enim & gustauit, si quis alius, quã suauis esset Dominus, atque post mortem lætissimum Euangelium vt arbitror, consedentibus in Limbo Patribus attulit. De illo sic etiam Augustinus iudicat. Multum senex iste fuit ad audiendum serus, sed ad videndum maturus. Non expectauit vt Christum audiret loquentem, quoniam audiuit infantem. Et hoc illi concessum erat iam decrepito, quasi desideranti & suspiranti quotidie in orationibus suis.]

k In oratione de Prophetis Simeone. Κ in oratione de occursu Domini.
l In libr. de Prophetarũ vita & interitu in Ia Paraphrasi.
m In Serm. 9. de Natiuitate Saluatoris.
n Augustino senex famosus, annosus, probatus, coronatus dicitur, qui Christum non modo coram cognouerit, sed etiam adorarit, cũ illa verba mirifica protulit: Nunc dimittis seruũ tuum Domine, quæ dulcissimam & cygnæam planè continent cantionem.
Simeon hic Sacerdos legis fuit.
Magna senis huius felicitas ac gloria.
Serm. 16. in natali Domini.

VBI neque Sarcerium præterire possum, qui nobis expositurus quod Lucas ait: Simeonem Spiritu in templum venisse, hoc scholion addiicit: *Nihil tribuitur hic humanis viribus.* O ineptum & ridiculum scholiasten, nihil humanarum virium illis tribuentem, qui cum Simeone aguntur Spiritu sancto, & huius afflatu atque ductu se gubernari permittunt, suntque interim, vt Paulus loquitur, Dei coadiutores & cooperatores, vt in illis gratia Dei vacua non sit. Eodem Spiritu repleti Apostoli, quàm multa & præclara quæso gesserunt? quæ primum gratiæ omnis authori Spiritui sancto, ac deinde ipsorum industriæ, obedientiæ, charitati atque virtuti merito adscribuntur. Promittit Christus discipulis, Spiritus patris vestri loquetur in vobis: hinc ne colliget Sarcerius, eosdem discipulos velut truncos & stipites, neque mentem, neque voluntatem, neque linguam adhibuisse, humanasque illorum vires cum Dei gratia nõ libere coniunctas fuisse, quando Spiritus sanctus in illis, & per illos, velut electa sua organa, loqueretur, ac Dei regnum vbique gentium propagaret?
Quomodo Simeon à veteribus commendetur.
In oratione de Prophetis Simeone. Κ in oratione de occursu Domini.
I In libr. de Prophetarũ vita & interitu in Ia Paraphrasi.
n Serm. 9. de Natiuitate Saluatoris.
1. Cor. 3. 1. Cor. 15.
Nihil vetat & Deum in homine agere, & hominẽ ipsum Deo cooperari.
Matth. 10.

NEC de Brentio mihi tacere fas est, qui mox adiunctam à Luca, planeque cohærentem de Anna historiam fœde conraminauit. Describit hanc Phanuelis filiam Euangelista, commendans illam à generis nobilitate, & spiritus excellentia, quoniã fuerit de tribu Aser Prophetissa, & à vitæ sanctimonia, vt quæ pudicissimam Virginem, honestissimam coniugem, & demum religiosissimam viduam præstiterit. Quid verò ad hæc Brentius? Primum illustrem generis Annæ nobilitatem in dubium vocat, ac tribus eiusdem humilitatem accusat. Deinde tam præclaræ matronæ ieiunium sic interpretatur, vt eam duntaxat sobriam vixisse contendat, sicut & Lossius hunc locum explicans, dixit: *Per ieiunium in genere significatur temperantia totius vitæ, sine aliqua discrimine vel certi temporis, vel victus.* Corradit & Corruinus Scripturę de ieiunio testimonia, vt Sanctificate ieiunium, inquit Ioel. Hoc genus Dæmoniorũ non eiicitur nisi oratione & ieiunio è Christi sententia. Ex his aliisque id genus Scripturæ locis colligi potest, [a] si Coruino & [b] Grefero credimus, Christianorum ieiunium nihil esse aliud, atque perpetuam à superfluo cibi ac potionis vsu, imò ab omni peccatorum genere abstinentiam. Sed ô suaues ac Epicuræis gratos ieiunij prædicatores, qui vt carnali licentiæ laxarent habenas, Ecclesiasticum ieiunium in quotidianum ferè vulgi luxum transformarunt, omnemque Christiani ieiunij legem, vsum & disciplinam è medio sustulerunt. Igitur quod Anna vsq; ad extremã senectam diu noctuque ieiuniis & orationibus in templo seruiuit, nihil aliud est Brentio, nisi vt ipse loquitur, quod semper sobria verbi Dei discipula fuerit. Vbi manifestam istorum fraudem cernimus, qui locum illustrem ad bona opera comprobanda tam indigne corrumpunt, vt pro ieiunio Euangelico, non nisi victus parsimoniam & sobrietatem nunquam non omnibus obseruandam intelligant, vtque precationes diuinas & nocturnas solo vel præcipuo verbi Dei audiendi discendique studio metiantur. Nos priorem errorem, de Ioãne Baptista, eiusque ieiunio differentes explosimus, satisque conuicimus, Christianum ieiunium à Philosophica in victu temperantia siue debita parsimonia multum abesse: ne alioquin Christum, Apostolos alioſque Patres merita fraudemus gloria, qui non solum sobrie & parce semper vixerunt, sed & austere ieiunando subinde sua corpora castigarunt, cerosque dies precationibus & ieiuniis impenderunt.
Quomodo Brentius ieiunium Annæ ad victum reuocet.
Matth. 4. Luc. 2.
Ioan. 13. & Luc.
Quid Nonnus de Annæ & Hannæ ieiunio dicat.
In Thesauro cum Scripturis pro ieiunio.
In epist. Ioannis.
Matth. 6. & 9.
Matth. 17.
Marc. 9.
Luc. 9.
Matth. 11.
Luc. 7.
Matth. 15.
Marc. 7.
Matth. 9.
Luc. 5.
Matth. 6.
Matth. 4.
Luc. 4.
Matth. 17.
Marc. 9.
Luc. 9.
Matth. 11.
Luc. 7.
Matth. 15.
Marc. 7.
Matth. 9.
Luc. 5.
Matth. 6.
Matth. 4.
Luc. 4.

ALTERVM verò figmentum vix vlla egere confutatione, quoniam Euangelista non solum Annam extollit, sed etiam in vna illa viduarum omniũ specimen & exemplar proponit, nimirum vt illæ iuxta præceptum Apostolicum nocte & die instent obsecrationibus & orationibus, atque auditi verbi, suæque fidei fructum castigatione corporis, sedulitate precandi, & assidua pietatis exercitatione testentur. Et adhuc blandi Doctores isti Annæ fidem vrgere pergunt, opera verò studiose negligunt, quæ Lucas alioquin diligenter expresit, & peculiariter ornauit, vt cultus esse Dei, & ad latriam spectare dixerit si Græca eius verba rité considerentur. In eundem sensum Paulus, quum à credẽtibus hospitalitatis & beneficentiæ opera postulat, eas hostias ad Deum placandum vel promerendum valere docet, sicut & Hiero-
I Tim. 5
Ad Hebr. 13.
Phil. 4.
Hiero.

Hieronymus ieiunare, dare eleemosynam & pudicitiam colere, vera nominat holocausta, de quibus illud præceptum accipi potest: Sacrificate sacrificiũ iustitiæ. Verum Sarcerius, vt qualescunque suæ Sectæ suppetias ferat, vociferatur: *Ad fidem Sanctorum necessario ligamur: ad Sanctorum opera non ligamur.* Cui succinctè respondemus, non solum Sanctorum fidem sed & opera nobis in sacris literis commendari, opera, inquam, obedientiæ diuinis præceptis debitę, & quę ad propriam cuiusque vocationem pertinent. Vnde scriptum habemus: [a] Hoc fac & viues. [b] Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. [c] Volo omnes esse, sicut meipsum. [d] Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Idemque Paulus [e] non solum de imitanda Sanctorum fide, sed & conuersatione, patientia & morte admonet, nimirum vt vna cum illis non solum auditores, sed & factores legis, si iustificari volumus, nos totos præbeamus. Nouì verò Sectarij, vt re ipsa probent, se à Sanctorum communione, moribus & exemplis abesse plurimum, sola fide iustitiaque imputatiua contenti, non ieiuniis, sed ventri, non obsecrationibus, sed maledicentię & obtrectationibus, non in Dei templo, sed in Satanæ Synagoga nocte ac die vtinam non seruiant. Verum longius digredi supersedeo.
An ligemur ad fidem Sanctorum, & non ad opera eorum.
Psalm. 4. 2. cap. Luc. 10. b Ioan. 10. c 1. Cor. 7 & 11. Cor. 11 e Hebr. 13. Rom. 2.

RELIQVVM est de feriis dicere, quas ob præsentem historiam venerandam instituit antiquitas, & religiosè hactenus obseruat Ecclesia, solennibusque cæremoniis publicè cohonestat, ob quas diem hunc luminarium quidam appellant, nimirum quod cerei ex veteri more in templo deferantur. Hoc Ecclesiæ institutum rident ac subsannant aduersarij, Ethnicamque imitationem ac superstitionem Catholicis petulanter exprobrant, quandoquidem veterum Ethnicorum vanitatem candelas hoc tempore accendendi & deportandi in vsum reuocarũt. Hanc verò tetram calumniam non tam nobis, quam optimis maioribus sanctissimisque Patribus intentatam æquum est depellere, ne quis fortassis falsis & maledicis istorum vocibus, qui totam Dei Ecclesiam insani proscindunt, facile cõmoueatur. Et quidem antiquam Ethnicorum cõsuetudinem parum attingam, quid enim ad nos de his qui foris sunt? vt Apostolus dixit, quo nempè consilio illi Februa, & postea mensem Februatium tum instituerint, tum celebrarint. Macrobius ab Augustino laudatus ita rem explicat: Secũdum mensem Numa Februo patris Ditis Deo dicauit, qui lustrationum potens creditur. Lustrari autem eo mense ciuitatem necesse erat, quo statuit, vt iusta Diis manibus soluerentur. Plinius habet in hũc modum: Vulgata priscis temporibus opinio obtinuit, Februa esse omnia, quibus malefactorum conscientiæ purgarentur, delerenturque peccata, aut manes defunctorũ placidi redderentur. Nec obscure Ouidius canit:

Februa Romani dixere piamina patris.
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.

NOTAVIT & Augustinus, sicut Ianuarium à Iano, sic Februarium à Februis sacris Lupercorum appellari: tum notũ est eruditis, Februare pro purgare iam olim Ethnicos accepisse, quem admodum Varro etiam indicauit. Romæ igitur hoc mẽse suas illustrationes habebant, totamque vrbem annuis & prophanis ritibus de solenni more purgabant. Quæ idololatrica lustrandi consuetudo, quum initio nõ facile abrogari posset, à Christianis in alium ac meliorem vsum prouide & religiose transiata est, nimirum vt eodem mense dies Deiparæ sacer, & purificationis eius memoria in Ecclesia celebraretur, tumque Clerus & populus pium publicumque cõuentum institueret, in quo spiritualia cantica modularetur, & cereos ardentes à Pontifice traditos deferrent, sicut ante nongentos annos [f] Beda & [g] Hildephonsus memoria prodiderunt. Proponit igitur & hanc quæstionem [h] Innocentius: Quid est, quod in hoc festo cereos portamus accensos? Respondet autem duplicem huius instituti rationem esse: Primum quidem, vt mos Ethnicus cum Christiano ritu commutetur, & quod à stultis Idolorum cultoribus ad honorem Cereris ac Proserpinæ agebatur, id prudẽter à piis ad honorem laudemque Mariæ Virginis conuertatur. Deinde, vt qui per Christi gratiam sunt purificati, hac cæremonia moneãtur, prudentes illas virgines imitari, quæ vt Euangelica docet parabola, non sine lampadibus accẽsis, ad Christi sponsi nuptias ingrediuntur. Multo autem vetustior est Eligius Episcopus Noniomensis, qui circa Christi annum 640. vitæ sanctimonia commendatus floruit, & aperte Christianum ritum tunc receptum approbat, quoniam veteris superstitionis error ad veram fidei religionem sit pulchrè conuersus cereorum autem qui manibus gestantur lumine, illud fidei lumen, quod in cordibus fulget, designari asserit, simulque nos moneri ea cæremonia, vt cum Domina nostra gloriosa Christum offeramus, puritate mentis & lucidis, virtutum operibus splẽdidi: ita nimirum effici, vt cum bonorum operum lampadibus immortali sponso occurramus, imò vt tanquam sponsa eius desideratum cum ipso sponso thalamum ingrediamur.
Ecclesia impium rituum in salutarem pio rum vsum sanctè conuertit.
f In libr. de temporib.
g Sermo de purificatione B. Mariæ.
h In Ser. de purificat. B. Mariæ Virginis.
Matth. 25
Multiplex ratio instituti festi cum vsu cereorum.
Homel. 2.
Festa causa
Diẽm luminaria vocati festum purificationis Virginis ob vsum cereorum & hoc Ecclesiæ institutio vide originem tradito.
Lib. 1. Saturnalium cap. 13.
Quomodo Ethnici lumi natis noctem exercere sint suam impietatem.
Lib. 2. fastorum.
Lo. 18. contra Faustũ Manichæum, cap. 5.
De vita populi Rom.

TERTIAM institutionis causam Rupertus assignat, vt nos ipsos quadãtenus & fide & gaudio Spiritus Simeoni iusto in complectendo Emanuele conformemus. Sic enim ille loquitur: In purificatione sanctæ Mariæ ideò candelas portamus, vt felici gaudio iusti Simeonis aliquatenus participemur, qui Christum infantem gestans in vlnis, agnouit, & confessus est paratum ante faciem omnium populorum lumen ad reuelationem gentium. Hoc enim signo commoniti exterius, ipsum verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, in mente nostra fidei vlnis arctius attingimus, & absentiam eius corporalem, sursum tendentibus desideriis gementes quærimus, quærẽtes gemimus.] Quarto, de Maria Domini Matre monet hæc ipsa Cæremonia, ac fidem veram de cõseruata eius virginitate, virgineoque partu contra Hæreticos excitat atque confirmat. Sicut enim apes ceram cum melle virginali producit opere: sic Maria Virgo Christum Deum & hominem salua vteri sui genuit integritate. Apes namque, neque vllo concubitu miscentur, neque libidine soluuntur, neque vllis partus doloribus concutiuntur: & subito tamen magnum filiorum examen emittunt, vt idẽ Rupertus annotauit. Rem eandem Iuo Carnotensis Episcopus hac oratione complexus est: Sicut caro Christi de mundissimo & bono odore virtutum referta carne processit, & nec in concipiendo, nec in egrediendo matris integritatem violauit: sic cerea quæ hodie gestatur fidelium manibus, de mundis & odoriferis floribus collecta, fructus est apis, virginis videlicet animantis, cuius, sicut legitur, sexum nec
Tertia causa.
Libro 3. de diuinis officiis, cap. vlt.
Ioan. 1
Quarta causa.
Loco supra citato.
In Serm. de purificatione Mariæ.
Cæremonia pulchrè nos admonet de puritate Virginis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

masculi violant, nec fœtus quassant.] Quinto, dies hic veteribus ὑπαντὴ vel ὑπαπαντὴ dictus est ab obuiando : quandoquidem quum Christus Dominus in templum offerretur, Simeon, Anna, & plures Israelitæ gratis lætisq; animis præsenti Messiæ occurrerunt, vt & Ericus annotauit. Pluribus autem has ferias illustrat Ambrosius Ansbertus, easque cum alibi, tum Romæ percelebres haberi, & accensis in templo cereorum luminibus publice & religiose peragi docet. Ecclesia verò in solennibus precibus ad Deum fusis, quæ hoc die proponuntur, suam nobis mentem satis explicat, ne quis fortasse aliter, quam par est, de hoc eius instituto sentiat, aut calumnioſe loquatur. Precatur igitur omnium rerum Creatorem Deum, qui liquorem per operam apum ad cerei perfectionem mortalibus prouenire concedit, vt ipse vtilem & salutarem candelarum vsum nobis præbeat, iustique Simeonis in hoc Christiano cœtu faciat imitatores. Precatur, vt omnes sancti Spiritus gratia illuminati atque edocti, æternum lumen Christum veraciter agnoscant, & fideliter diligant. Precatur, vt qui candelas hoc ipso die in manibus deportant, suum authorem cantando laudare, & sancto igne dulcissimæ charitatis accendi, atque in templo sancto cælestis gloriæ aliquando repræsentari possint. Precatur denique, vt sicut hæc luminaria igne visibili accensa, nocturnas depellunt tenebras, ita corda credentiũ inuisibili igne, id est, sancti Spiritus splendore illustrata, omnium vitiorum cœcitate careant, & purgato mentis oculo, ea quæ Deo sunt placita, suæque saluti vtilia ritè cernant, ac tandem post huius seculi caliginosa discrimina, ad indeficientem lucem, tanquam portum optatum, perueniant.

Circa Euangelium de festo.

Quinta causa.

Ecclesia mentem suam in solennibus precibus explicat, quo eõ filio circa cereos hoc die versetur.

Hæc pluribus repetere libuit, vt boni omnes rectius iudicent, quas cæremonias tam sacer dies nobis ostendit, haud sine magno consilio certoque iudicio sanctissimorum Patrum iam olim institutas, ac tot seculis in Ecclesiis cõseruatas esse, in quibus & Dei bonos, & Christi gloria, & Mariæ memoria, communisque credentium vtilitas sincere spectetur, nulla verò aut vanitatis, aut superstitionis ratio habeatur. Quid igitur, nisi fœda & aperta est criminatio, quum [a] Arsatius Schofer nobis impudenter obiicit: *Valde impti sunt, qui cereis, nimirum caducis rebus, præter verbum Dei excogitatis confidunt, quasi his Satanas fugetur.* Petulantior etiam [b] Bullingerus, qui stupendam cœcitatem Papistarum appellat, quod hoc die cereos & faces incendant. Sic enim isti sacrorum irrisores, & Ecclesiæ odio obcœcati calumniatores audent dicere, nihilque pensi habẽt, quod cerei à Catholicis non per se considerentur, quodque nulla in illis aut iustitiæ, aut salutis portio collocetur, sed quod ad spiritualem finem, vt dictum est, omnia referantur, vt per signum & ritum externum de historia illorum, qui hodie Christum lætissimè in templo agnouerunt, atque cum fructu professi sunt, potissimum verò de imitando Simeonis exemplo admoneamur, qui Christum lumen nunquam occidens suis oculis cum incredibili voluptate vidit, suis vlnis deportauit, suo ore laudauit, omnibusque gentibus denunciauit. Est enim ita, si verum fatebimur, quemadmodum Iuo Carnotensis affirmat: Consuetudo Ecclesiastica multas ex rebus gestis retinet similitudines, quibus & rerum gestarum repræsentat veritatem, & simplicium

a In Postill. circa Euangelium de festo purificationis

b In Lucam cap. 2.

Superiora ad defensionem Ecclesiæ contra Nouatorũ calumnias referenda esse pro vsu Catholicorũ cereorum.

Prudens Ecclesia per externorum, de spiritualibus vtile nos admet.

corda excitat ad pietatem, vt per ea, quæ foris venerantur, ad internorum amorem rapiantur.] Neque omnino hic nobis aduersarij refragantur, ex quibus Nicolaus Selneccerus apertè cõcedit, quod iam olim Christiani purificationem Mariæ memoria repeti iusserint, vt mos Ethnicorum idololatricus aboleretur, vtque à Lychnis idololatricis corda conuerterentur ad Deum, quem lumen gentium Simeon nominat. Præterea vsum luminarium Gregorij Nazianzeni seculo, id est, ante mille & ducentos annos, in Ecclesia vsitatum fuisse, eiusdem Nazianzeni probat testimonio. Eadem Danielis Greseri est sententia, qui inter cætera scribit: *Valde verum videtur hoc festum de purificatione Mariæ esse videtur. Nam Gregorius Nazianzenus mentionẽ eius facit in Monodia, quam in laudem Basilii Magni scripsit, ac dicit Valentem Imperatorem hoc die, quem diem luminariũ vocat, cum frequenti populo in Ecclesiam, in qua Basilius Magnus Episcopus dicta ei urbe fuit, conuenisse.*

Pontificia de purificatione Virginis.

Nouatores quidam Ecclesiæ suffragantes.

In explicatione Euangelij de festo

In Euang. de festo Mariæ purificat.

In Monodia in Basilium.

Nos verò hunc Nazianzeni locum integre trãscribemus, vt de illo certius iudicari queat. Nam in die luminarium, inquit, quando populus omnis in Ecclesiam conuenit, ingressus & ipse (Valens videlicet Imperator) vbi ordinem Psalmodiæ, cæremonias rite celebratas, aras omni decore ac reuerentia cultas, populum denique diuino cultui alsistentem vidit, admiratus est.] Hic primum quiuis animaduertat, quam malè conueniat aduersariis cum veteris Ecclesiæ statu, in qua frequentes cæremoniæ, fulgentes aræ, certique psallentium ordines studiosè obseruabantur. Deinde quod ad luminarium diem à Nazianzeno memoratum attinet, falluntur ambo, Selneccerus & Greserus, quum illum de hoc purificatæ Virginis festo interpretantur, fortasse delusi Germanica voce liechtmesz, quæ inde à Carolo Magno recepta nobis durat, ob consuetum nempè vsum Luminarium siue Lychnorum, qui huic præsenti festo peculiariter adhibetur. Gregorius verò Theologus quum diem luminarium vocat, festum sanctorum luminum pro festo Baptismatis Christi accipit, quod octauo Idus Ianuarij Græcis solenniter celebrabatur, atque etiamnum ab illis celebrari solet, facibus in signum lætitiæ publicè tunc accensis, quoniam Christus non modo sit in Iordane baptizatus, sed nobis etiam lauacrũ Christianum instituerit. Hoc autem ipsis φωτισμὸς dicitur, id est, illuminatio animarum, lustratio, purgatio, luminis participatio, tenebrarum expulsio. Quibus nominibus præclaros facti Baptismi effectus declarãt, præsertim quod Catechumenos purget atque illuminet hoc Sacramentum. Hinc & illæ Cyrilli ac aliorum veterum catecheses siue institutiones ad illuminatos & illuminandos extant, Ac Nazianzenus quidem seipsum explicat, semel atque iterum scribens orationem Panegyricam huic festo luminum siue luminarium congruentem, docteque Nicetas eius Scholiastes diem hunc luminarium sic accipi oportere, demonstrat. Hinc & illa Gregorij oratio : Sanctus luminum dies, ad quem peruenimus, quemque hodie diuino beneficio celebrauimus, Christi mei, hoc est, veræ lucis omnem hominem in mundum venientem illuminantis, Baptismum pro principio habet.]

Locus Nazianzeni de festo luminum.

Greg. Naz. in Laudem Basilij.

Greg. Naz. in Laudem Cæsarij & orat. 2. in Iulianum.

Cyrillus Hierosolymitanus.

Qvod si testimonium à veteribus repetendum est, quo præsens cereorum siue luminarium vsus in Ecclesia confirmetur, en tibi Cyrillum Hierosolymitanum,

mitanum, qui sub Cæsare Constantio vixit, atque hoc ipso die Mariæ sacro ad populum habuit orationem, inter alia sic disserens : Læti hodie lampadas ornemus : tanquam filij lucis cereos, veræ luci Christo offeramus: quoniam lumen in reuelatione gentium mundo apparuit : Lumen itaque è lumine mutuati, supra nium dealbemur.] Sic insignis ille Archiepiscopus, vt ad visitatum Ecclesiæ suæ Hierosolymitanæ morem alludat, de cereis meminit, qui tunc populi manibus gestabantur. Hic enim festus dies perquam vetustus, à multis præclaris Patribus, qui sacras in illo Conciones siue Homilias publicè habuerunt, nobisque scriptas reliquerunt, eximiè condecoratur. Inter hos pono Ioannem Damascenum, Timotheum Presbyterum Hierosolymitanum, Amphilochium Iconij Episcopum, Ioãnem Chrysostomum, Gregorium Nyssenum, & qui Superiores omnes non solum ætate, sed etiam martyrij gloria excelluit, Methodium, vt qui sub Valeriano & Decio suum pro Christi fide sanguinem fudit. Vocatur autem ab his festũ idem ὑπαπαντὴ, hoc est, festum exceptionis, siue obuiationis, quod non sub Iustiniano Cæsare institutum est (vt quidam arbitrantur) sed in peculiarem vsum ab eo Principe conuersum, vt certis pœnitẽtiæ ac pietatis officiis inseruiret, iræque Dei suppliciter obuiarent & occurrerent homines, quandoquidẽ terræ motus eo tempore per totum orbem esset vniuersalis, sicut & Selneccerus annotauit.

Qui patres hoc festũ suis concionibus celebrarunt. Cur hoc festũ Hippaparne dictum veterib.

Refutatio eorum, quæ Selneccerus contra celebrem hunc cereorum benedictionem obiicit.

Nvnc eundem aduersarium non suo tantum, sed etiam sociorum nomine conuitiantem audiamus: *De superstitiosis*, inquit, *consecrationibus candelarum & ceræ nihil ne somniasse quidem Ecclesia: & blasphemia est adiuratio, quæ adhibetur.* E quibus verbis colligere licet, Lutheri discipulos superstitioso quidem, sed non omnino veteri & peruetusto cereorum vsui, quem contra Vigilantium defendit etiam Hieronymus repugnare, quoniam in veteri lege Deum ipsum habet authorem, & semper in Ecclesia vbique gentium retentus durat. Vnde Basilius etiam Ecclesiæ suæ morem in eo fuisse monstrat, vt ad templum populus frequens accederet, atque cũ vespertino lumine Lucernariam gratiarum actionem coniungeretur, suamque Deo gratitudinem declararet. Indicat [a] Eusebius Cæsariensis, Ecclesiæ Hierosolymitanæ iam olim proprios luminarium fuisse ministros, qui tum acoluthi, tum Ceroferarij dicti, certum in Ecclesia ordinem tenent, eiusque mentionem frequentem facit peruetustus ille [b] Cyprianus. Tum [c] Paulinus, & præter [d] Gregorium [e] Hieronymus, hunc cereorum vsum, vt suo seculo receptum & probatum, agnoscunt. Præterea mos erat solennis, vt Christiani defuncti honore quodam afficerentur, neque sine fascium gestationibus & accensis luminaribus ad sepulturam efferrentur: præcipuè verò nocturnis cantionibus & luminaribus funebris pompa constabat, quæ principibus (vt Constantino & Constantio) post mortem exhibebatur. Hanc veterum consuetudinem, quam postea de factis Virgini exequiis tractantes confirmabimus, Gregorius Nazianzenus aliique plures veteres astruunt luculenter.

Exod. 25. & 27. Leuitic. 10 Alexandr. Rabbi.

Venustissimũ ceremoniarum vsum in Ecclesia.

a Lib. 6. Eccles. hist. ca. 9. b Libr. epist. 1. & libro 3 epist. 22. c In Natali. d Epitaph. Fabiolæ. & Epist. 3. & 7. Dialog. e Lib. contra Vigilantium.

Ad Nouatores redeo, qui se Germanos nõ modo Lutheri, sed etiam VVicleffi discipulos, VValdensiumque fratres in eo declarant, quod cereos à Sacerdotibus benedici molestissimè ferant. Timent enim fortasse, ne hac in parte sibi etiam aduersentur, si Sacerdotum muneri & dignitati vel in benedicendo, vel in offerendo aliquid deferant, qui iam pridem externum omne Sacerdotium in suis Ecclesiis abrogarunt. Tum qui Sacramenta integra è medio sustulerunt, cur non pari audacia, ne dicam impietate, Sacramentalia, sicuti vocant, reiiciant ac aspernentur? Neque video tamen, qua fronte Selneccerus consecrationes candelarum vt superstitiosas tam seuerè damnet, ac prorsus Ecclesiæ incognitas esse dicat. Quod enim superstitionis periculum metui potest, vbi complures in Christi nomine conueniunt, & ab æterno Deo precantur, vt allatas candelas ad corporum & animarum sanitatem pro sua pietate benedicere & sanctificare dignetur? Quid hoc est aliud, nisi quemadmodũ Paulus dixit, creaturam per verbum & orationem sanctificari? Vbi Chrysostomus per verbum-sane signum crucis interpretatur, quod cum precatione coniunctum, vim habet sanctificandi siue benedicendi, nimirum vt quod sanctificatur, per implorationem auxilij, quæ fit in verbo Dei, virtutem quandam accipiat spiritualem, qua nobis in hac vita miserè laborantibus, & in omne malorum atque infortuniorum genus facilè prolabentibus, rectius prospiciatur. Cur enim fidei virtutem & diuini nominis implorationem hic etiam non liceat ac deceat exercitare, cum credenti omnia possibilia esse legamus? Ecclesia certè largiorem benedictionem, maioraque dona Dei percipit, quam vetus & sterillis illa Synagoga: ideoque Christiani Sacerdotes, quando communi Ecclesiæ, adeoque Christi nomine benedicunt, rebus ipsis quæ benedicuntur, longè ampliorem & efficaciorem, quam legis antiquæ ministri gratiam à Deo impetrant applicantque. Cuiusmodi benedictionibus tanto plus tribuere par est, quãto certius è verbo Dei cognoscimus, post primi hominis lapsum terram & mundum hunc inferiorem Dei maledicto subiacere, mundique Principem perpetuò credentibus insidiari, omnemque mouere lapidem, vt terræ munera & externæ creaturæ nobis obsint magis quam prosint, ne videlicet ad optatam animi corporisque incolumitatem electis proueniant. Proinde qui humanæ fragilitatis nobis probè conscij sumus, & aduersus hostem nequissimum nunquam non vigilare debemus, non tantum fide & oratione propria, sed etiam aliena, & præsertim Sacerdotis, nostram communimus imbecillitatem, simulque benedictiones creaturarum more Catholico adhibemus. Neque verò rebus & signis illis externis tribuimus, quod solius Dei Creatoris est proprium, sed eiuscemodi media cum fide Deique timore adhibemus, piè confidentes fore, vt Deo potenter operante Satanas impedire non possit, quo minus creaturis benè & conuenienter vtamur. Etenim re ipsa sæpè compertum est, diabolicis artibus & magicis incantationibus effici, vt creaturæ quædam mirabiliter inficiantur atque corrumpantur, vtque vsus illarum plerisque non commodum, sed detrimentum, nec medelam vel opem, sed exitium adferat.

Nouatores aserentur ac damnant cereos benedictos atque cõsecratos, & qua de causa.

Frustra hic timeri periculũ superstitionis.

1 Tim. 4.

Catholicos cum fide, Deique timore & inuocatione rebus quibusdam benedictis vti.

Marc. 9.

Genes. 3. Ioan. 3. 1. Petri 5.

Quo fine Catholici rebus benedictis ita benter vtãtur, nec tamẽ in illis confidant.

Qvicqvid autem hoc benedictionis est genus, quod rebus externis à Sacerdote præstatur, id Ecclesiæ prorsus ignotum esse somniat Selneccerus, aut potius nimis impudenter confingit. Atqui tum Græca, tum Latina Ecclesia non modo benedicen-

Falsò negati ab aduersariis quod vetus ac Ecclesia res consecratas agnoscerit atque vsurparit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

di, sed etiam exorcizandi, vt vocant, proprias sem- A per formulas habuit, quibus ex officio Sacerdotes vterentur. Neque veteribus dubium vnquam fuit, quin Deus inuocatus hic etiam publico Ecclesiæ ministerio clementer adesset, nimirum vt Christiani Sacerdotes & Exorcistæ nunc longè amplius, quam olim sub lege Iudaica, orando simul & adiurando valere & præstare possint. Hanc fidem non vanam esse multis & certis indiciis comprobauit Deus, sicut [a] Eusebius & [b] Epiphanius exemplis ostendunt, & nostro itidem seculo sæpè comprobat, ipsique Dæmones vel inuiti fatentur. In vera certè Ecclesia fuit Prudentius valde laudatus ac vetus Poeta, qui carmen integrum, & in Ecclesia receptum de Paschalis cerei benedictione conscripsit cui Synodus Toletana Quarta plenissimè suffragatur. Fulsitem vera etiam Ecclesia Hilarion, vtpotè cuius eximiam sanctitatem miraculis plurimis & maximis Deus illustrauit, qui pani & oleo benedixit: eumque benedicendi morem Episcopis & Sacerdotibus [c] Constitutio Apostolica, quæ apud Clementem Romanum extat, non obscure commendat. Sed & vetustus Ecclesiæ Pontifex [d] Eutychianus, & [e] Basilius Magnus Sacerdotum consecrationes & benedictiones ad traditionem Apostolicam referunt. Eiusdem Basilij vox est: Benedicimus aquam Baptismatis, & oleum Vnctionis, insuper ipsum qui baptizatur.] Meminit & [f] Ambrosius de splendente cereorum ornatu, qui festo Paschali, & sacro fonti Baptismatis adhiberetur: nec tacet [g] Hieronymus, quod benedictiones Clerici darent. [h] Tum Augustinus perspicue docet: Omnia quæcunque sanctificantur, nimirum à Sacerdotibus hoc signo Dominicæ crucis cum inuocatione nominis Christi consecrantur.] [i] Qui præterea de cõiurationibus & exorcismis suo seculo vsitatis indicat sæpè, ac inter cætera prudenter admonet, in his non coniurati creaturam, sed eum qui decepit hominem, vt possideret hominem, & pro suo arbitrio etiam reliquas creaturas possidere vellet. Quicquid ergo Ecclesiæ hostes cum VVicleffistis impiis gariant, nos cum veteri Ecclesia credimus & conitemur, non vanum ac superstitiosum, sed pium, vtilem & salutarem vsum esse, quo non modò cibus antequam gustatur benedicitur, sed etiam candelæ, aqua, sal, reliqua id genus aliæ per Sacerdotem in Christi nomine benedicuntur, quæ porro benedictæ siue sanctificatæ, in credentibus etiam diuinitus operentur. Nec enim inanis & irrita est Ecclesiæ precatio, vt ipsæ creaturæ sacris mysteriis seruiant, diuinæque gratiæ ad salutares credentium vsus sumant effectum, vtque salubritas per inuocationem sancti & diuini nominis expetita, ab omnibus impugnationibus sit defensa per Christum Dominum nostrum. At verò ridiculum est prorsus, quod garrit Brentius, eiusmodi benedictiones vanas, & ciuilem tantum morum honestatem, aut verba, vt vocat, honoris esse: quod commentum non solum Ecclesiæ dignitatem commaculat, sed etiam eruditam antiquitatem indigne falsoque proscindit.

Quomodo Patres de recepto vsu benedictionum rerumque benedicarum testentur.

a Lib. 9. hist. Eccles. c. 21.
b Lib. 1. contra Ebionitas Capite. 8
Vide Hieronymum in vita Hilarionis;
c Lib. 8. c. 14 35. & 36. Constitutionum Apostolicarum.
d In epist. 2 Decretali. e Serm. 181. f Lib. de Spiritu S. c. 27 g Lib. de Mysterio Paschæ. c. 5
h In epist. ad Eustochiam de custodia Virginitatis. Epilogus superiorum. i Lib. de fide & operibus cap. 8. Et in Sermone de Sacram. fidei. item de Symbolo ad catechumenos lib. 1. cap. 1 Hom. 17. in Lucam.

Arrentij vani commentum reiicitur.

NON igitur hodierna cereorum consecratio est superstitiosa, neque adiuratio Catholico ritu peracta, blasphemia, sed potius Selnecceri criminatio improba & blasphema, qua sanctam Dei Ecclesiam in hoc laudabili benedicendi adiurandique instituto religiose versantem, adeò temere ac proterue in- famare conatur, non solum quidem Ecclesiæ, sed etiam eius Rectori atque Doctori Spiritui sancto contumelioſus. Vbi non minor dicti Brentij petulantia nobis retundenda est, quæ vt hoc ipsum Malariæ festum in odium Catholicorum detorqueat, hanc velut inuectiuam ingerit: *Quia lex dicit: Nihil sanctum tangat, nec ingrediatur in sanctuarium, sentiunt puerperas esse in potestate Satanæ, & excogitauerunt varia ad fugandum Satanam videlicet aspersiones aquæ benedictæ, incensiones luminum sanctificatorum, suffimenta herbarum consecratarum, & mirabiles multarum crucium characteres.* Et postea rursus: *Habent quidem herbæ & characteres.* Et postea rursus: *Habent quidem herbæ & lumina verbum Domini, quod sint bonæ Dei creaturæ, & in vsum nostrum ciuilem sanctificatæ, sed non habent verbum Dei, quod expellant Satanam, imo potius sic de ipsis sentiendum est, quod abutentes eis, impia superstitione aduocent magum, quam expellant Satanam.* Atque hæc profanus ille non solum veteris Ecclesiæ, sed etiam Dominicæ crucis derisor Brentius, pro sua criminandi libidine, atque contra suam ipsius, vt arbitror, conscientiam profundit, nimirum, vt aduersus omnes huius & superioris ætatis Catholicos falsum & publicum testimonium ferat. Qua in re maledicum Brentium sequitur maledicus & ipse Spangenbergius, qui vt apertam virulentiæ suæ significationem ederet, ac hodiernum festum probrosa oratione conspurcaret, ita scripsit: *Vt de Iudæis nihil dicamus, in Ecclesia tamen Christi hæc impia opinio inuecta est: puerperas non membra Ecclesiæ, sed eo tempore abscissas, & in potestate esse Satanæ. Hinc tot tamque abominandæ superstitiones efflorerunt, videlicet aspersiones aquæ benedictæ, incensiones luminum sanctificatorum, suffimenta herbarum consecratarum, & mirabiles multarum crucium characteres.*

ADEO isti perfrictæ frontis homines, nouæque Sectæ professores, vt Catholicis vulgi odium & inuidiam conflent, quid veri falsique dicant & scribant, nihil pene pensi habere videntur. Veniunt quidem in templum nostræ puerperæ, & cum puerperij tempus absolutum est, tum suo, tum genitæ prolis nomine immortali Deo publicè gratias agere, simulque Sacerdoti se benedicendas offerre solent. Sciunt enim Euangelicum exemplum Deiparæ, nimirum omnium sanctissimæ in orbe puerperæ, quæ cum Deum & hominem genuisset, præclarum & imitandum pietatis, humilitatis obedientiæque suæ specimen dedit, quando post expletum puerperium religionis ergo, non alio, nisi in domum Dei primum se contulit, æternoque Deo gratias reuerenter egit, ac simul tẽpli ministris se suumque munus obtulit: Simeonis etiam benedictionem excipere non dedignata. [l] Deinde ritus quidam more Catholico adhibentur, vt puerperæ in Ecclesiam introductæ, vt vocant, iuxta præscriptas veteris Ecclesiæ formulas benedicantur. Quicquid autem hoc est sanctæ, totque seculis probatæ consuetudinis atque benedictionis, quod homines, ac præsertim parentes ad Dei cultum & pietatis exercitationem prouocat, quoniam iamprudem in suis abrogarunt Ecclesiis Nouatores, in nostris potrò conuellunt, ac prorsus abolitum volunt. Ad quam rem hac etiam sycophantia turpiter vtuntur, vt nobis inauditam opinionem affingant, perinde ac si sentiamus puerperas non membra Ecclesiæ, sed excommunicatas, adeoque Satanæ potestati traditas esse, vnde neque liberari, neque restitui possint, nisi multi ritus, quos recensent, per Sacerdotem adhiberẽtur.

Quis

Vide distinctiones. Si mn licet, & extra: de purificatione post partũ.

Vera Ecclesiæ doctrina de statu puerperarum.

Quam indigne sentiant Nouatores de rebus in Ecclesia consecratis, & præsertim de cruce Domini.

Propositio de sequenti tractatione.

Hominem vitia affectibus suæ passionibus obnoxium esse.

Affectus eumdem ineffe, & bonis etiam conuenire.

Quando puerperæ ad templum accedere solent.

Luc. 1. & 2.

l Leuit. 12.

Quis verò Catholicorum tam insulsè vnquam aut docuit, aut scripsit? An tale quicquam sensit, aut etiam per scholasticos Doctores tradidit Ecclesia? nihil minus, imò verò apertè definiuit (sicut ex Gregorij & Innocentij decretis luculenter apparet) vmbram legis veteris euanuisse, & Euangelij veritatem eluxisse, ideoque Mosaycum de purificatione præceptum ad Christianas puerperas non pertinere: has autem à peccato, excommunicatione, & à potestate Satanæ adeò liberas esse, vt primo etiam post partum die, si velint, Ecclesiam adire, & in ea Deo gratias agere non sint prohibendæ. Hæc sanè tum Brentium, tum Spangenbergium apertæ vanitatis, putidique mendacij conuincunt, quando illi nobis non modò falsam, sed & ridiculam opinionem de puerperis excommunicatis, & velut à malo spiritu obsessis exprobrant impudenter. Iam verò quod ad aquæ benedictæ aspersionem, & luminum sanctificatorum incensiones, aliarumque rerum consecratarum vel institutionem, vel obseruationem attinet, de quibus modo dicendi locus non est, habent illa quidem suum in Ecclesia vsum, sed minime, qualem isti maligne confingunt, ad puerperas à Satanæ potestate vindicandas, vel vt per se ad fugandos Dæmones sufficiant, vtuè rebus externis eiusmodi affixos animos habeamus, eisque magis quam Deo diuinæque virtuti confidamus, aut demum ex his quicquam ad superstitionem aliquam conuertamus. Videt interim Lector, ac si sapit, nobiscum iure deplorat istos, non solum cæremoniarum Ecclesiæ, sed etiam crucis Christi inimicos, qui in arte quidem blasphemandi tam insignes fecere progressus, vt omnem Christianum ferè cultum in Magiam & Idolatriam ausint conuertere atque transformare. Nam & sacro sanctam crucem, qua Christiano nihil est ac esse debet venerabilius, Brẽtiani Apostolicam traditionem esse negant, nec elementum, sed figmentum appellant, & non hoc signum Christi maximum, quod in cælo sub aduentum extremi Iudicis apparebit, sed Asinum potius adorandum, qui naturalem dorso portat crucem, affirmant. Nos verò cum Augustino contra hos impios hoc vnum dicimus: Habent Christianorum arcana illius Dominicæ crucis quasi quoddã venerabile monumentũ quod de crucis ipsius imaginatione crucem cognominant, quod & nos etiã omni veneratione dignissimum fatemur, & ad recordationem crucifixi nostri veneramur.] Sedenim ego modum omnem excedam, si ad viuum cuncta resecem, quæ insani calumniatores cum hoc argumento fœdè commiscent, nihil non ad Catholicorum inuidiam, & ad contemptum Ecclesiæ rapientes.

Vide Brentiũ in præfatione in responsionem Iacobi Andreæ contra Hosium.

Matth. 24.

Lib. 2. de visitatione infirmorum c. 3

Quam B

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Affectus humanos, ac præsertim gaudij, in Maria Domini Matre laudabiles extitisse, eosque variis modis ex euangelio demonstrari.

DE REBVS atque miraculis tum in Zachariæ domo, tum in templo Hierosolymitano gestis, dictum est, quę lætitiam certè sanctamque voluptatem Virgini matri maximam peperierunt. Neque solum cognatæ Elizabethæ, sed & Pastoribus, Magis, Simeoni, Annæ, aliisque pluribus ad Christum verè conuersis, proculdubio gratulata est, & in Deo salutari suo sæpius exultauit, quum natum Emanuelem magis magisque reuelari & cognosci cerneret. Rursus verò Mariam ob amissum hilum doluisse legimus, quæ Simeonis vaticinium haudquaquam vanum fuisse toties re ipsa comperit, quoties eius animam doloris gladius propter filium penetrauit. Vbi de affectibus humanis pauca præfabimur, ac statim de propriis Mariæ affectibus, præsertim gaudio, dicere pergemus: sic enim ad sequentia, in quibus aduersarij de Mariæ affectibus mire fabulantur, commodiorem nobis viam patefaciemus.

C

Ex Euangelio facile colligi, Matrem hanc non vacasse affectibus.

Rom. 8

SVNT in homine quidam animi motus, quos Græci πάθη, Cicero perturbationes, multi affectiones & passiones appellant, nosque illas communi affectuum nomine complecti solemus. Et Christiana quidem Schola in eo veterum Philosophorum sententiam probat, quod eiusmodi affectus, vti gaudium, tristitia, spes, timor, ira, misericordia siue cõpassio, in bonos etiam ac sapientes homines cadant. Quicquid enim Stoici tandem fingant, qui quum sapientem hominem affectibus omnibus exuunt, se verè homines esse obliuiscuntur, humanos id genus

Lex Christiana, & Christus ipse nos docent, affectus simpliciter nõ esse improbandos.

a Ioan. 6. & Luc. 7
b Ioan. 11 & Luc. 19.
c Marc. 3 & 14.
d Marci. 3
e Heb. 2

D

f Genes. 18. & 19. Luc. 15
g Libr. 9 de ciuit. Dei c. 5
Osee 8
Psalm. 6
Deuter. 32

Irasci etiam dicitur Deus in Scriptura. Passiones & propassiones differunt.

In epist. ad Salomam de viduitate seruanda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt verbum vertamus è verbo, ante passiones possumus dicere, eò quòd incentiua vitiorum omnium titillent animos, & quasi in meditullio nostrum iudicium sit, vel abiicere cogitata, vel recipere.]

Mulieres grauioribus affectibus quam viri solent laborare.

IAM verò alij affectus alios homines magis occupant & infestant, & in mulieres quidem, quam in viros incurrunt vehementius, vt non temere Poeta dixerit:

Varium & mutabile semper Fœmina.

Virgil. 4 Æn. vides.

VIDEMVS igitur hunc infirmiorem sexum ad excandescentiam, impatientiam, odium, vindictam, lamentationem, contentionem, atque ad omnem ferè intemperantiam natura esse procliuiorem, ferrique præcipitem, vt ex multis vix paucæ mulieres in suis rebus & affectibus modum seruare, ac in grauibus negotiis iudicio integro valere possint. Vnde vbique ferè gentium receptum ac vsitatum est, vt viri, non mulieres, consiliis officiisque publicis abhibeantur, quod magno consensu omnium, fœminæ non tam rationi obtemperare, quam affectibus indulgere soleant. Atque inter omnes mulieres præcipuè matres existunt, in quibus vehementissimæ erga filios στοργαὶ regnant & affectus, vt quos incredibiliter nocte ac die amant, & perpetua cura, summaque dilectione prosequuntur. Igitur siue otientur, siue negotientur, de liberis cogitant, & naturæ vi quadam incitatæ, ad illos lactandos, fouendos, demulcendos, tuendos sponte procurrunt, horũ cauta quæuis adeunt pericula, & tantum non intemperantissimo eorum amore insanire solent, licet deformes, ignauos, viles & difficiles, multisque molestiis & ærumnis obnoxios deprehẽdant. Hæc pluribus explicare visum est, quoniam ad nostrę matris affectus cognoscendos lumen aliquod adferre possunt, eamque à reliquis mulieribus & matribus suo quasi iure eximere admonent sapientes. Etsi enim humanis non caruit affectibus, vt postea dicemus, tamen nihil in illis reprehensione dignum admisit, vtpotè quos semper temperatissimos habuit, vt hac etiam in parte mulieribus quibusuis & matribus longè præstet, ac in toto illo fœmineo genere verè ac vnice benedicta prædicetur. Quarè Damascenus [h] Mariam depingit, quæ fuerit Virgo intemerata, in nullis terrenis versata perturbationibus, sed cælestibus educata cogitationibus. Et Andreæ [i] Hierosolymitani vox est: Nequaquam vincebatur ab animi perturbationibus, quæ erat puritate omnibus superior. Quod autem ita **viueret**, vt non haberet omnino easdem, quas aliæ proprietates, erat proprium eius, quæ illi cum **Deo intercedebat**, propinquitatis.] Sed & [k] Epiphanius eandem laudat, quod moderate semper & constanter egerit, fœdis affectibus atque perturbationibus nunquam obnoxia. Demum vt Meraphrastes [l] affirmat, Doctorum iudicio Maria ab initio vsque ad finem se fortiter & constanter gessit, honestè quidem & non indecore vtens motu animi, quem certis finibus etiam Christo moriente continuit.

Cur mulieres negotiis & officiis publicis non præficiantur.

Matres erga liberos in affectibus sunt vehementes, vt nullæ aliæ fœminæ.

Quorsum pertineant prædicta de affectibus mulierũ. Et testimonia veterũ de perfectis Mariæ affectibus.

h In oratione de Virginis obdormitione.

i In salutatione Angelica.

k In oratione de laudibus Virginis.

l In serm. de vita & dormitione Virginis.

Nouatores in decoros & inmoderatos affectus Mariæ tribuunt, repugnante Scriptura & ratione.

CRASSI sunt igitur homines & cœci doctores, qui tam crasse de Maria philosophantur, ac illius tum innocentiam, tum sanctitatem puritatemque multis ac fœdis affectibus aspergunt contaminantque. Non enim in Euangelicis literis, vt par erat, animaduertunt, quam reuerenter Gabriel, licet Angelus, de illa loquatur, quantique illam faciat Elizabetha veneranda matrona, & afflata, imò repleta Spiritu sancto: Nec obseruant, quam pura fuerit illius anima, quæ tam facile, tam mirifice, & effuse, vt diximus, ex toto corde Dominum magnificaret, & in Deo salutari suo, plusquam nos sanè assequi possumus, exultare nosset. Parum itidem expendunt diuinæ gratiæ amplissimum munus illi abunde collatum, quod adeo post partum non fuit imminutum, vt etiam quam maxime sit auctum atque cumulatum. Non aduertunt, quam incredibiles in omni genere virtutum fecerit progressus, præsertim in sapientia, quum sacra illa, de quibus Gabriel disserat, mysteria clarissime perdiscret, certissimeque persentiret. Demum haud cogitant, sic Mariam instituisse vitam, vt acceptam veræ fidei lucem sedulo retineret, in charitate magis magisque proficeret, omnis pietatis cultum augeret, diuinæque gratiæ semper cooperaretur. An vas tam electum, ornatum, sincerum, Deoque inhabitante dignum prauis & immoderatis pateret affectibus: quos multi pij spiritu duce, comiteque virtute fortissime profugarunt, ac sapientissime temperarunt? Tantum abest, vt ad tumidos, profanos tragicosque sermones erumperet, sicut impuri fingunt aduersarij, præsertim quæ sicut ab omni morum honestate, sic etiam à verbis prouide, modeste & circumspecte dictis, satis laudari non potest, & ab intemperantis linguæ vitiis semper fuit aliena. Erat enim verè & plene spiritualis, vt antea probauimus, sacris rebus inde à prima ætate continenter intenta, nec ea quæ mundi, sed quæ Dei sunt curans vnicè, Christi amori maximè dedita, cum quo nullus in terris vixit diutius, vixit coniunctius, vixit suauius atque familiarius.

Non decuit vas tam electum pateresse prauis affectibus.

NVNC verò tempus postulat, peculiarem gaudij affectum, qui nostram Virginem insigniter occupauit atque compleuit, paulo fusius explicare, vt ita nouum Brentij commentum simul explodatur. Is enim alicubi scribit, Mariæ parum gaudij & exultationis in hoc seculo contigisse, imò verò inferni dolores (horrendum dictu) illam in hac vita obruisse. Perinde ac si tam innocens Virgo, quæ nullius mali sibi vnquam esset conscia, cum perpetuis semper doloribus conflictaretur. Nihil tale prodit Euangelium, neque credere par est, prædictum illi à Simeone gladium ad assiduos Virginis angores, vel ad omnem sancti gaudij carentiam & priuationem pertinere, Nouerat vtique Virgo sapientissima, quid germanæ charitatis officium postularet, nimirum vt cum gaudentibus & ipsa gauderet: ideoque læta in domum Zachariæ profecta, & cognatæ ex animo gratulata est, neque solum Ioannem infantem in vtero matris, sed totam etiam domum, vt est verisimile, ad spiritualem lætitiã incitauit atque perduxit, vt cum ipsa etiã alij plures in Spiritu sancto exultarent. Prætermitto, quantũ veri ac solidi gaudij Gabriel Mariæ attulerit, quum primũ illud Euangelium solus soli annunciaret, quique statim diuinæ incarnationis mysterium in eius vtero perficeretur, quod sola ipsa sentire meruit, felicitérque sola experta est. Felix deinde puerpera, quæ omnis doloris expers, & gaudij plena, atque (vt putant) ingenti Angelorum choro vndiquaque circumsonante non mediocriter animo recreata, talem infantem enixa est, eumque prima conspexit, tractauit, pannis inuoluit, & inuolutum præsepi imposuit. Quæ mater obsecro, ex nato filio

Inferni dolores Mariam in hac vita obruisse. Brentius.

Ex Euangelio, vt videtur, probatur.

maiore lætitia vnquàm perfusa, maioremque causam ad filium amandum, dulcissimèque curandum assecuta est? ob quem tantò magis gaudere potuit & debuit, quò illum nouit exactius, certiúsque perspectum habuit, illum vnum omnibus aliis non dicam filiis, sed etiam creaturis lõgè præstare, ac vniuersis donis abundare, nihilque illo maius ac melius posse experti vel desiderari. Quos igitur æstus, quas flammas, quæ tripudia non persentisceret, quæ tanto thesauro se ditatam comperit, tantóque filio mater sola noctes ac dies gauisa est? Perge verò speciosa speciosum amplectere, ama redamantem, quo nihil amabilius: genas, oculos, faciem intuere dulcis infantuli: brachiis complectere, sinu foue, lacta vberibus, sæpius osculare & demulce siue arridentem, siue adblandientem pusionem pulcherrimum, suauissimum, ornatissimum. Habe quem sola ex tuis visceribus concepisti: habe quem sola genuisti, neque cum alio nisi cum Patre cælesti communem filium accepisti. Tuo iure profectò præ omnibus dixeris: Ego [a] autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Et cũ alio Propheta: [b] Gaudens gaudebo in Domino: & exultabit anima mea in Deo meo. Tales delitiæ tali debentur marito: has epulas pater æternus illi, vt nulli alij, in filio præparauit, Filius ne sit ingratus, eidem parenti se totum tribuit & impendit. Quis pius rẽ tantam non mãgni faciat? quis cum gaudente matre gaudentem infantulum nõ gaudens ipse recogitet? quis cum Hildephonso non simul exclamet? O felix Maria, ô genitrix gloriosa, ô sublimis puerpera, cuius visceribus author cæli terræque committitur. O fælicia oscula labiis impressa lactentis.] Ergóne quisquam præter Mariam veriùs pleniúsque percepit, quod electis, Deúmque diligentibus Prophera promisit: Inebriabuntur ab vberibus domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: quoniã apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen? Quid verò, nisi vitæ fontem & lumen æternum, apud Mariam & in Mariæ sinu reperimus? ex hoc fonte amplissimas lætitiæ aquas haurire, in hoc lumine diuinum lumen videre, nectar ei erat & ambrosia suauissima. Est autem in lumine videre lumen, spiritu filium cognoscere, sicut [c] Nazianzenus interpretatur.

a Abac. 3

b Isa. 61

In serm. de Natiuitate Mariæ.

Psal. 35.

c In orat. in Aegritudinẽ & Epiphaniam.

Expendant porrò alij, quantum veræ consolationis hęc mater consequeretur, cùm primos veluti Christianos ex Iudæis Pastores, & ex gentibus Magos ad filij sui incunabula properantes exciperet, ac etiam fortassis in fide erudiret. Quid? nónne gauderet in templo puerpera, sicut iã antè probauimus, cùm homines vere spirituales ac probatę fidei testes adesse cerneret, eósque præclaras & publicas de filio suo edere confessiones, vt sincera fides de nato Messia in multorum animis excitaretur, atque confirmaretur? Quàm verò alacriter & suauiter, Iesu bone, te verum Salomonem domi & foris audiuit, tuámque diuinam sapientiam non minus cupidè ac intentè, quàm olim illa Regina Saba, tuis in verbis & factis demirata est, planèque obstupuit? Rursùs qua Spiritus consolatione perfusa est, cùm vidit iactum abs te filio Euangelij semen tàm feliciter surgere, támque vbertim propagari? Non ex animo lætaretur, cùm animaduerteret proprias in te Messiæ notas magis ac magis elucere, & palàm tandem à multis agnosci, Satanæ verò regnum indies labefactari, ac miseros perditósque homines, te duce, ad benè beatéque viuendum peruenire? O lætos Mariæ oculos, quibus nouã Ecclesiam surgentem aspexit, quùm & pane cælesti à suo filio pauperes reficerentur, & humiles exaltarentur, & elurientes bonis implerentur, & Prophetarum oracula perficerentur. In his aliisque successibus Euangelij efflorescentis, quomodo Mariæ anima non recrearetur? non propensè se magnificaret Dominum? non nota exultaret, ac velut iubilãdo gestiret in Deo salutari suo? Equidem qui Euangelio credit, & Euangelij nascentis primordia ritè contemplatur, facilè hos ac similes deprehendet affectus, quos si in vllis aliis Christum amantibus, certè in Maria eximiè pios & admirabiliter lætos, nec minus innocuos & sanctos viguisse necesse est. Commendatur Magdalena, & iure quidem, quòd tantos lachrymarum imbres super Dominicos pedes profuderit, Christúmq; fuerit intimo amore complexa, Quid minus de Virgine nostra sentiamus? cuius tàm tenero mollique pectori congruebat, vt frequentes suauissimi amoris lachrymas nõ muliebriter funderet, seque Christo sæpè lachrymanti sincerè conformaret.

Luc. 7. & Ioan. 12.

Mariæ Magdalenæ collatio.

Iam verò si antè vnquam, certè tunc maximè suũ in Christum amorem nouo gaudio cumulauit, cum post acerbissimum luctum ex filij morte & sepultura perceptum respirauit, eundémque filium, quo nihil habebat charius, coràm in carne rediuiuum, nitidũ planéque gloriosum aspexit. Quid illi optabilius, quid iucũdius accidere poterat, quàm quod illius infirmitatem in virtutem mortalitatẽ in æternitatem, contumeliam in gloriam transiuisse certò deprehenderet, suisque oculis contemplaretur? Quid, si Christus à tristissima morte lætissimè resurgens, primum se matri & videndum & contrectandum præbuit, vt summe compatienti summam consolationem adferret? vt multi sanè & graues Theologi, quos alibi producemus, probabiliter docent. Vnde Rupertus pulchrè & laudabiliter à pius maioribus traditum esse scribit, vt religiosi quidam cunctis per annum Dominicis diebus, ac præsertim sacro die Paschatis, beatæ Dei genitricis memoriam celebrent singularem, ac Ecclesiasticam idcirco instituant processionem. Mariam enim Deiparã esse, cui ante omnes alios rediuiuus filius suam victoriã annunciarit, & dulcia carnis suæ vulnera, quam illa veram de carne sua carnem conceptam pepererat, præbuerit deosculanda. Quid verò pulchrius, inquit, quid venerabilius, quàm congratulari matri Virgini super resurrectione vnigeniti iam non morituri, in cuius passione gladius animam eius pertransiuit?] Ac deinde, vt illorum obiectioni respõdeat, qui Christum Magdalenæ primùm apparuisse ob marci verba sentiunt: Omnibus, inquit, beatam Virginem matrem excipimus testibus præordinatis, quos solos nominare ad Euangelistas pertinuit, vel quos Christi resurrectionem annunciare decuit.]

Mariæ gaudiũ incredibile ob Christi resurrectionem.

Christum suæ matri primũ à mortuis apparuisse. *Li. 7. de diuinis officiis cap. 25.*

Cur Christus Magdalenę, & non matri primum apparuisse legatur.

Marci 16.

Mariæ gaudiũ attulit, filiũ in cœlos ascẽdẽté cernere.

Sunt & alia lætitiæ plena, quæ sapientes piique homines circa historiam Euangelicam in Maria meritò contemplentur, eam videlicet, aliis vtriusque sexus personis credentibus adfuisse, cùm Christus quadragesimo post resurrectionem die suis amanter valediceret, seque ab illorum subduceret oculis, & in assumpta carne gloriosus victor cœlos peteret, vt Rex gloriæ cum summo triumpho

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Patris dexteram resideret. An verò Maria inter alios, quibus tanta Christi ascendentis gloria summo gaudio fuit, non lætitia difflueret, non sibi, non filio, non discipulis, non humano demum generi ex animo gratularetur? Sibi quidem, quòd caro è sua carne sumpta, super omnia exaltaretur, filio qui iam Pontifex cælos tàm potenter penetraret, discipulis qui fidum aduocatum apud Patrem perpetuò habituri essent, ac omnibus demum mortalibus, quibus expedita via in cælum tali duce præcunte pateret. Rursus huc pertinet mysterium Pentecostes, cuius & ipsa particeps fuit, quandoquidem promissum à Christo Spiritū ac cælitus demissum in forma ignis speciéque linguarum accepit, vt non modò cū aliis ineffabili gaudio & exultatione perfundere, sed etiā præ aliis fructus Spiritus amplissimos modo insolito experiretur. O quàm bonus & suauis est (Domine) Spiritus tuus, qui cum repleti omnes Spiritu sancto, loqui cœperunt magnalia Dei, Virgineum illud pectus mirabiliter imbuit, nouisque charismatibus ita compleuit, vt diuinarū consolationum copia in vase tàm sancto exundarit, indéque multis modis in recentem illam Ecclesiam dimanarit. Sed omitto isthæc pluribus, cùm vereār me in hoc vno Mariæ affectu, qui gaudio continetur, hactenus excessisse modum, tametsi multa sint à nobis prætermissa, quæ historia Euangelica studiosis vltrò suppeditauerit. Verum sit satis Lectorē de his obiter monuisse, similque Brentij vanitatem contriuisse, qui, vt diximus, gaudium & exultationem Mariæ sic adimit, vt inferni potiùs doloribus ipsam expositam, imò & obrutam in hac vita fuisse confingat. Enimuerò quæ spiritu cælesti plena erat, multiplices quoque Spiritus fructus, vti charitatis & pacem, persensit maximè: ex his bonis gaudium nascebatur, quod Ioannes manna absconditum nominat: quod Petrus lætitiam inenarrabilem, & Dauid torrentem voluptatis appellat, quódque Christus gaudium stabile atque sempiternum fore prædicit. Sūt interim, qui è superioribus omnibus insigniora Virginis nostræ gaudia colligant, & septenario numero succinctè concludant, sicut Rythmi quidam ostendunt, verbis quidem non elegantes, sed sensu dilucidi, & iam vulgò celebrati, quibus etiam insignis Christi Martyr Thomas Cātuarien-sis olim, vt scribitur, fuit delectatus. Eos Rythmos ascribere non grauabor: Gaude Virgo mater Christi, quæ per aurem cōcepisti Gabriele nuncio. Gaude, quia Deo plena peperisti sine pœna, cum pudoris lilio. Gaude, quia Magi dona bona tuo Nato ferunt, quem tenes in gremio. Gaude, quia iuxta legem obtulisti mundi Regem in templi sacrario. Gaude, quia tui Nati, quem dolebas mortem pati, fulget resurrectio. Gaude Christo ascendente, qui in cælis te videte motu fertur proprio. Gaude Virgo, quia emisit, Paraeletum quem promisit sanctorum Collegio. Gaude quæ post ipsum scandis, & eius honor tibi grandis in cæli palatio.] Quoniam verò de Mariæ gaudiis, quæ in vitam eius mortalem cadunt, vtcunque dictum est, consequens erat de doloribus eiusdem aliquid adiungere: sed nos aduersariorum sententiam, quomodo ipsi Deiparam ob abmissum filium doluisse doceant, primum expendendam esse putamus.

Mariæ gaudiū iudic pēteco-stes auctū est vehementer.

CAPVT



Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XIIII.

Nimirùm acerbos & procaces esse Nouatores, qui Matrem Domini ob amissum triduo Filiũ supra modum doluisse, & improbis affectibus succubuisse contendunt.

Summæ hist. tractandæ. Luc. 2

NOTA est Historia Euangelica de puero Iesu duodecimũ ætatis annum agente, qui cùm in templum Hierosolymitanum adductus & amissus esset, ingens planè sui desideriũ & piæ Matri Mariæ, & nutritio patri Ioseph reliquit. His enim duobus domum redeuntibus, cùm Paschales feriæ solenni Iudæorum ritu celebratæ forent, puer ipse in templo remansit, ac triduo ferè diuersis in locis quæsitus, non potuit vsquam inueniri. Quem cum tandem in templo sedentem, & cum doctissimis quibusque colloquentem offendissent, non potuere non demirari, quod præter suam expectationem, & contra morem ille se parentum contubernio, subduxisset, magnamque ipsis in quærendo curam & sollicitudinem creauisset. Hinc illa siue amica bonæ matris cum puero expostulatio, siue simplex mœstæ simul & admirabundæ Virginis interrogatio? *Fili*, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. De quibus verbis quid nunc demum censeant, & quomodo Maria in illis male accipiant aduersarij, primùm audire sit operæprecium, vt nostra deinde responsio, ipsaque veritas rectius intelligatur.

Propositio de sequenti tractatione.

Quomodo Culmannus & Brentius parentes Iesu depingant, in præsenti historia.

Culmannus in præsentem Virginis orationem hæc congerit: *Mater accusat filium, quæ quasi perturbata dicit: Non debebas hoc nobis facere. Hæc enim verba dolor expressit. Nemo facile concipit, quanta passi sint hic parentes per tres dies.* Sed crassius adhuc Brentius, *Quid*, inquit, *si vero parentes Iesu non solum desperabundis curis, verùm etiam aliis malis offendiculis afflicti sunt? secum fortasse in animo suo eiusmodi quæpiam volutantes, Quid? Si hic esset nostras, qualis est ab Angelis & hominibus, quibusdam prædicatus, qui fieri posset, vt iuxta diuinum præceptum, non obediret parentibus, sed etiam se ab illis subduceret, & in tantum mœrorem conijceret? Et quomodo posset esse Messias, omnis felicitatis Autor, quando hactenus nulla vnquã prospera fortuna in eo vsi sumus?* Concludit tandem Brentius: *Non est incredibile, hos dolores animum parentum Iesu pupugisse, nec idipsum dissimulat ipsa Mater, cum postea dixit: Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Quare si Brentio coniectanti fidem habemus, Mariam nõ solum dolentem cum Luca dicemus, sed illam vna cum Iosepho etiam desperabundè anxiam grauisque peccati & accepti à puero scandali ream faciemus. An enim sit leue peccatum, aduersus Dei prouidentiam & Christum ipsum mussitare, ac de vera Christi fide talem admittere dubitationem, adeoque filium Dei reputare plusquam fastidiosum, ingratum, impudentem, inobedientem, qui nihil nisi aduersa ferat secum, vt propterea illis Messias esse non posse videatur? Quantulum hæc absunt, si rite perpendantur, à spiritu diffidentiæ & incredulitatis, præsertim quum dicti parentes, si arcentium sequimur, tandem ita concluserint: *Quis igitur crederet ipsum esse Messiam populi sui Saluatorem?* Nihil hoc est aliud sanè, quam animum plus quàm muliebrem Mariæ vna cum Iosepho largiri, eamque prorsus impatientem, imò & contra Deum murmurantem, & de cõstanti fide planè suspectam reddere. Itane vero arenti, sanctissimam Virginem nobis depingere, & vulgo tantum non irridendãexponere decuit, vt Euangelium nobis interpretem exhiberes?

Accedit Georgius Maior, qui & ipse oleum, sicut aiunt, addens igni, vt muliebres, planeque immoderatos affectus exprimat, Mariam per prosopopœiam sic lamentantem induxit: *O me infelicissimam, quæ antea beatissima videbar. Satius fuerat mihi quam matrem Domini fieri, quàm commissum Dominum Seruatorem meæ negligentiæ amittere.* His adiungo alium ex eodem ouo prognatum doctorem Spangenbergium, cuius testimonio Maria tàm miserè quàm indecorè sic quoque lamentatur: *Nostra culpa sceleratum admissum est, quod æterno supplicio Deus vltrò vindicabit, & à nobis pœnas meritas exiget.* Hæc si vera essent, vt noui blaterones effingunt, multum profectò impuritatis, grauesque mentis perturbationes hæserunt in Virgine matre: imò verò hi timores ac terrores, hi atroces conscientiæ stimuli satis esse queãt vt miserandæ & nefandæ fœminæ, quæ Maria fuit ciuis Hierosolymitana, attribuantur. Hæc enim quemadmodum [a] Iosephus & [b] Egesippus meminerunt, suum ipsa infantem crudeliter enecauit, non dissimilis Medeæ Poëtarum fabulis celebratæ, quæ in trucidandis liberis simile scelus perpetrauit. Tum parentes ambos Ioseph & Mariam Brentius ita loquentes introducit: *Profectò videmus, nos nihil aliud quàm extremam internecionem & perpetuam damnationem manere.* An hæ voces, obsecro te Lector, de salute de sperantium, & quasi ad laqueum procurrentium non expressum specimen præbere videntur?

Vnus adhuc deest huius actor fabulæ Coruinus qui, ne postremus videatur, audacter hoc euomit, quod ego haud sine horrore possum repetere: *Non solum filio, sed etiam fide erga Deum Maria priuatur, dum hæc cura semper remordet, Deus irascitur tibi, & fortasse non vult, vt tu amplius filio eius nutricandi officium præstes.* Et vnde hæc tam grauia istorum maledicta, aut si malis, plus quàm anicularum deliramenta? ex eo nempè fonte, quoniam Maria dixerit: Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Quis verò nõ demiretur, Euangelicos doctores ob exilem causam, imò ob hanc solam voculam, Dolentes, tantas agere tragœdias, & in Mariæ causam tàm petulanter ingeniosos esse? Quid attinet quæso, in re tantilla homines præposterè artificiosos, vaneque curiosos nihil non sibi permittere in affectibus Mariæ contra omne decorum tribuendis & amplificandis? Hoccine demum est Euangelium asserere & illustrare, tàm enormia & horrenda, sed & per se quidem falsa commiscisci, quę in odium ac dedecus innocentissimæ, semperque sanctissimæ Virginis

Brentius bestiam Virginē grauis peccati reamfacere conatur.

Euangelicorũ in beatã Dei patram nefaria procacitas.

mæ Virginis vulgo instillentur, nimirum quod hæc immodico dolori tàm fœdè indulserit, quod rerũ humanarum fuæque vitæ pertæsa, mortem propemodum desiderarit, quod plenas diffidentiæ cogitationes admiserit, quod se ingenti peccato obstrictã senserit, quod admissi criminis pœnam peteracerbam luerit, quòd cum grauissimis animi curis tentationes diabolicas coniunxerit, quod contra summum illud æternúmque bonum (Christum loquor) non parum amarulèrè ac indignabundè cogitarit ac dixerit, quod in vera Messiæ fide titubarit, & circa illum passa offendiculum fuerit, quod denique non solùm sine filio, verùm etiam sine fide, sicut niger ille Coruinus, quem tu Romæ caueto, procaciter garrit, extremæ desperationi se proximam aliquando monstrauit, mulier scilicet horum iudicio infelicissima misertimáque.

Quid, quòd eò demum progreditur licentia Nouatorum, vt neque Maria, neque Christus ipsis satisfaciat: vtramque personã Momi isti audent proscindere, suisque caninis dentib. lacerare. An enim Christum Opt. Max. non vituperat & accusat Ioãnes Agricola, quum in hunc modum apertè scribit: *Durius quidem quàm alioquin conuenisset, alloquitur matrem expostulantem secum Iesus.* Quid hinc aliud colligas quæso Lector, nisi Christũ immoderatè, vehementer, seuerè, imprudenter egisse, & in matrem peccasse, vt ob immodicam duritiem vel acerbitatẽ meritò incusetur? O impuros & maledicos homines, quibus post hominum memoriã nunc primùm de Virgine Deipara, adeóque de Christo ipso libet tam nefanda cogitare, scribere, docere & in publicũ spargere. Pro nefas, quantum in his electis organis suis valet Bestia, quæ contra Deum, contra Dei tabernaculum & in eos, qui in cælo habitant, ingentes blasphemias eructabit, vt Ioãnes est vaticinatus? Siccine tandem ferre cogimur, vt qui volunt, etiam impunè possint, Christum æterni Dei Filiũ, Deumque ipsum reprehendere, simúlque illibatã & sacrosanctam Dei matrem non dico conspuere, sed etiã in deformem & sordidam Satanæ filiam transformare? huc nimirũ enitente eodem antiquo serpente, vt Christum, sicut monstrauimus, perfecta sapiẽtia exuant, iámque ex mansueto seuerum, ex bono vel iniquum, vel amarulentum, & decori negligentem faciant. Cæterum vt de Maria duntaxat agere pergamus, equidem nescio, quid animaleshomines, qui diuina non sapiunt, quidue impij prorsus de illa ipsa indignius effutire, quíue impudentius docere possint: nisi quod æquioribus etiam animis Mahometani ergà hanc venerandam Virginẽ, eámque Dei Spiritu semper plenam affecti comperiũtur. Quare non immeritò dubitari potest, an aliquot retroactis abhinc seculis vlli fuerint Mariomastiges vel Antidicomarianitæ, qui apertiore Marte, & effreni magis petulantia in illam debaccharentur, quæ aliquin, vt Ambrosius loquitur, nullo erat conuitio temeranda.

Vere nunc impleti Ioannis vaticinium de blasphemiis eructatis.

Quanquam minus ego mirandũ puto, abominãdis probris nunc Deiparam conspurcati, cùm meliora discipuli tradere non soleant, quã à suis Præceptoribus, Philippo nimirùm & Luthero, didicerunt. Ac de Philippo quidẽ posteà videbimus: Lutherus verò non minus exẽplo quàm sermone scriptóque suos in templis auditores, & in scholis discipulos ad hanc scurrilem dicacitatem, & plusquam histrionicam leuitatem (ni me fallunt omnia) præclarè informauit. Ad hũc quippè modũ velut furiis agitatus vociferatur: *Quid potuit cogitare Maria, nisi sua culpa amissum filiũ Dei, & Deo Patri visam indignam cui filiũ semel commissum denuo relinqueret? Melius fuisset non factam esse matrem, quàm sic ab eo improuise.* Ac tandẽ in vocem hanc æque furiosam ac impiam prorũpit: *Et quis inter homines fuit maior peccator (vt est conscientia terrerrima) quam hic est ipsa mater Dei?* Quid aurem putidius, quid magis blasphemum non dicam ab homine, sed ab ipso Cacodæmone in Mariã euomi posset? Prætereo quæ Lutherus ibidem admiscet de ignis horribilis iræ dei, & de peccati tẽtationibus, quæ in cor illud piissimum atque candidissimum inciderint, vt maximos ei dolores & angores cumularent, eósque omnes ex peccato cõmissæ negligentiæ iudicat prouenisse. Valeat autẽ cœcorum dux, errantiúmque princeps cum Theseo Philippo Lutherus, qui suis & salibus & sannis cũ alia sacra ferè omnia, tùm Deiparam aspergere & contumelioſe proscindere non solùm in morte, sed etiã in deliciis habuisse videtur. Sed enim quis Christiano spiritu vel modicè imbutus, hærẽtare possit, adeóque non libenter agnoscat, Mariam Dei Spiritu sic instructã, Deíque gratia plenam extitisse, vt sui semper esset similis, hoc est, in fide constans, spe longanimis, in cruce patiens, in precatione sedula, in charitate perfecta, in gratia cõfirmata: demùm in omni actione vbicunque locorum æquabilis, grauis atque circum specta? Sed omitto de Mariæ vita & moribus integerrimis dicere, ne sæpius eadem repetẽdo, Lectori tædium adferam.

Illud sanè libenter ab aduersariis percunctarer, maior ne fuerit Mariæ dolor, cùm Christũ in cruce suspensum, tótque vulneribus consauciatum coram cerneret, ac mortuum etiam, vt arbitror, in sinu foueret atque contrectaret, maior, inquam, ne fuerit eius tunc dolor, quàm cum vix toto triduo eundem amissum mœstã quæsiuit? Nisi enim communi sensu destituti sunt, diffiteri nõ possunt, ex cruce & morte filij longè quidem acerbius doloris vulnus, quàm ex triduana eius absentia pectori materno allatum esse. Sed quæro iterum, an Mater propter Filij crucem & mortẽ afflicta desperauerit? an fide & fortitudine animi caruerit? an aliquid effœminatũ gesserit, quod illa esset indignum Virgine, cuius etiam corporis species (vt Ambrosius dixit) simulachrum fuit mentis & probitatis? Quod si firma & immota in illo grauissimo luctu perstitit, animúmque semper infractum cõseruauit, vt posteà euincemus, qua fronte isti nobis persuadere conantur, quod in mœrore multò leniore succubuerit, quódque in hoc tristi quidem illo, sed minus tamen acerbo casu nõ modò filium, sed & animũ amiserit, fidémque planè languidam, si non extinctam, habuerit? Nam & Bernardus confirmat, Mariam de morituro filio indubitanter præsciuisse, ac de illo resurrecturo fidẽter sperasse, simúlque tamen doluisse vehementer, vt si antè vnquam, tunc vel maxime senserit penetrantem illum ac sæuientem gladium, quem iustus Simeon in templo illi prænunciarat. Verum de hoc alibi differemus. Docti ac pij omnes pectus longè purissimum, vti par est, Deiparæ perpetuò tribuunt: tantum abest, vt horribiles cogitationes in illam velut desperabundam inciderint, sicut pseudoeuãgelicis hoc loco suggerit Satan.

Lutherum ac Philippũ hoc errandi genus secutos alibi præmonuisse.

Lutheri mos est quæ ad Mariam spectant arrodere & infectari.

Depulsio Lutheranę crimi nationis ad purgandam Deiparam.

Mariam hoc loco nõ magis peccasse, quã posteà cũ dolere ob filij crucem atque mortem.

Ex aduersariorum confessione in causa simili Mariam hoc loco ab omni peccato posse defendi.

Lib. 2. de Virginib.

Mariã in morte filii de fide nihil amisisse.

Ser. qui incipit Signum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accedit, quod Philippus ipse alicubi docet, Mariæ fidem ac fortitudinē talem ac tantā fuisse, quæ robur humanū longè superarit, cū illa suppliciorū filij spectatrix adesset, & dolore tamen non extingueretur, quoniā fide resurrectionis, quā certò & breui sequuturam credebat, suum sustentarit animum atque confirmarit. Hoc si verè Philippus affirmat, certè neque nunc tam languida & imbecillis Mariæ fides existimanda est, vt in leuiore certamine succumberet, & propter amissum filium in fide nutaret, aut quicquam ageret effœminatè, quod reprehendi meritò possit. Etenim propter honorē Domini cum primis cauendum est, ne opiniones illas vel inuehamus, vel stabiliamus, quæ citra necessitatem sanctissimæ Virgini derogant, vt quum traditur, quod peccato se cōtaminarit, & nescio quos ex peccato terrores & horrores senserit, vt irato sibi Deo se viuere arbitraretur. Quasi verò pij cum Maria non sæpè doleant, suspirent, illachrymentur ac plorent, adeóque vitæ longioris tædio cum Paulo non afficiantur, etiamsi de ira diuina, de suppliciis æternis, de admissis criminibus ne cogitent quidem, nec sollicitudine vlla tangantur. Sciunt enim & experiuntur, quām verè dictum sit illud, Secura mens quasi inge coniugium, & quod Propheta Regius affirmat: Pax multa diligentibus legem tuā, & non est illis scandalum: quia certò sibi persuasum habent, ac re ipsa comperiunt, diligentibus Deum, vt & Paulus testatur, in bonum omnia cooperari. An iustorum non est, fuitque semper proprium, secundis rebus non extolli, & aduersis supra modum non deprimi, sed ad omnes huius vitæ casus inuicto durare pectore, quin & præsenti cruce lætari? Notum est dictum Salomonis: Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit. Cur igitur, si æqui volunt esse censores, cur, inquam, perfectæ fidei, inuictæ patientiæ, constantis animi & Heroicæ fortitudinis præconium nunc vni Mariæ detrahunt, quod multis aliis veteris nouique Testamenti viris & fœminis verè piis & iustis necessariò largiuntur?

Cæterum qui lucem fugientes amant tenebras, volentesque peccant, hi suam conscientiam velut carnificinam tristes circumferunt, & quantumuis in suis malefactis exultent, surdo illo vt dicunt, verbere commonefacti, facile persentiscunt non temerè dictum esse: Sæua semper præsumit perturbata conscientia. Nihil verò mirum, in scriptis aduersariorum de conscientiæ terroribus crebrò legi, & consolationum doctrinam vsque ad fastidium repeti, cùm animos in hac sua Synagoga sic constitutos habeant, vt asperis tentationum ac terrorum velut vētis, dirisque tempestatibus miserè circumagantur, interiore quidem pace & tranquillitate Spiritus planè destituti. Non enim est pax impiis dicit Dominus, nec vlla securitas & vera consolatio Schismaticis magistris ac sociis contingere potest. Qui etiamsi à sceleribus aliis, quod fieri nequit, immunes forent, tamen ob solum odium, quo aduersus fratres & magistratus Catholicos flagrant, non possunt non male sibi esse cōscij, adeóque, sicut paulus asserit, suo ipsorum iudicio iam condemnati tenentur, & cōscientiam, vt idem appellat, cauteriatam, nullisque peccatis oneratam circumferūt, quæ nulli Schismatico extra Ecclesiam Catholicam remittuntur. Vt enim Augustinus Cypriano consonās perspicue dixit: Quisquis ab Ecclesia Catholica fuerit separatus, quantumlibet se laudabiliter viuere existimet, hoc solo scelere, quòd à Christi vnitate disiunctus est, nō habebit vitam, sed ira Dei manet super eū.] Intereà verò qui iusto Dei iudicio plenī terroribus viuunt, & vndique consolationes captāt, ex se alios metiūtur, ac similes pauores & angores in sanctissimis etiā hominibus reperiri fingūt, qui etiā morituri trepident, & irā Dei ob sua peccata extimescant. Talē enim Joannem Baptistā, cùm in carcere moriturus esset, descripsit nobis Brentius: neāque pudendam cōmentationem suo nos loco refutauimus. Eadē ergò licentia nunc matrem Domini beatissimā tractant, vt sibi suisque persuadeāt, illam quoque ab his pauoribus & angoribus, quos ipsi ac suos similes à Christi corpore præcisi, acerbissimos quotidie sentiunt, alienā minime fuisse. Sed enim toto, quod aiunt, cælo aberrāt, qui tot vitæ sordibus doctrinæq; corruptelis immersi, sese cum Sanctis vllis nedum cum Deipara, cōparare non erubescunt. Reliqua verò quæ ad præsentē tractationē ac Virginis defensionem pertinent, sequenti capite fusius explicabuntur.

Faretur & Philippus Mariam circa extremū filij & animo & fide constantem fuisse.

Enarrat. in Ioan. cap. 19.

2 Cor. 1

Pij cum Maria sæpè grauiterque dolent sine peccato ac reprehensione.

Prouerb. 15. Psal. 118.

Rom. 8

Iustorum officium esse, vt in cruce constanter agant eaque lætentur.

Prouer. 12.

Quorsū sit propriū conscientiæ terroribus agitari.

CAPVT XV.

Deiparæ falsò imputari, quod puerum Iesum duodennem amittens peccarit per negligentiam, quódque idcircò cum Eua conferri mereatur. Præterea in præsenti historia non pauca reperiri, quæ valeant ad Mariæ commendationem.

Maria negligentiæ in conseruando filio ab Euangelicis insimulatur.

a In annotat. in Lucam cap. 2.

b In Lucam Homil. 19.

NVNC propius inquirēda causa est (vt reliquam superioris historiæ partem absoluamus) quid nostros demùm aduersarios commouerit, vt sæuū & vehementem Mariæ dolorem propter puerum Iesum amissum non eloqui & exaggerare sibi satis posse videantur. Res tota, quantum equidem intelligo, ex hac vna quæstione pēdet, An Maria negligens fuerit (quod etiam de Iosepho dictum sit) in puero Iesu custodiendo, dū alter alterius diligentia & cura confisus, hūc sibi concreditum filiū simul amittunt. Hic enim Nouatores plerique Mariā peccasse cōtendunt, eāmque nō vulgaris negligētiæ, sed damnandæ cuiusdā incuriæ palām incusant, vt [a] Lossius, [b] Brentius, [c] Philippus & [d] Lutherus, quos & nostri [e] Centuriatores porrò sequuntur. Tantum enim istis à suis rebus est otij, vt non solum aliena curent, sed etiā impurissimæ Virginis oculis festuca queritēr, de domestica interim trabe nihil cogitāres. Centuriatorum verba subnectam, vt constet Mariam cœco illorum iudicio grauiter deliquisse: Sed lethic de peccato Mariæ ob amissionem filij Messiæ, facilè collationē ad peccatum Euæ, quæ salutem hominum inuito A perueritit & amisit, quæri. Exaggeratur factum Mariæ, quia circa maius obiectum versatur, nempe mundi Saluatorem. Sed cum eares alterius fori sit, & in commentariis explicari talia soleant, contenti summis in præsentia breui explanatione, quod vtraque delicta, Euæ & Mariæ, non sint exigua. Eua sciens & volens facit contra mandatum Dei: Maria insciens & contra voluntatem amittit filium. Sed nihilominus graviter peccat. De Spangenbergio iam antea diximus, qui hoc scelus à Maria commissum tanti facit, vt illam putet in extremos pene angores animi propterea deductam esse, quod vereretur se huius peccati pœnas æternas iustissimo Deo daturam.

Quomodo Philippus Mariæ imputet peccatum negligentiæ, si simul & Lossius.

In Postilla. circa Euangelia Dominicæ.

Psal. 18

An vt Ob tradidit Nouatores, in sanctis hæsisse peccatum.

In propositiones vlt. de noto Testamento, & lib. de expugnatis Babilon.

Lutheri & aliorū paradoxa in argumento iustificationis.

Hom. 10. in Luc. & 14.

Quomodo vanè colligat Nouatores ex

QVID, quod Lossius ex hoc Mariæ peccato colligit argumentum, in sanctissimis hominibus multa & magna hærere peccata? Sequitur enim B Philippum præceptorē, quo Iudice Maria nō solum pecauit, sed & suam agnouit negligentiam, cogitans sibi præcipue huius nilij custodiam demādatam, & se officij sui oblitam esse. *Præterea conferebat se*, inquit, *cum Eua, quæ antea perdiderat genus humanū, & cogitauit omnia miracula, quibus Deus ipsam ad curam huius filij excitauerat. Cum igitur videret, quantum peccatum esset hæc negligentia, necesse est fuisse ingentes dolores toto triduo quorum magnitudinem nemo hominum intelligit. Hinc igitur discamus, qualia sint peccata Sanctorum.* En quā seuerum & iniquum Mariæ Iudicem nunc se præstat Philippus, cum inclementer illam accuset, cuius tamen fidem ac fortitudinem in alio, vt diximus, eóque multo graviore casu summopere commendauit atque defendit. Sunt quidem in sanctis nonnullæ imbecillitates, C ob quas illi se quotidie peccatores agnoscunt, & à Deo veniam supplices petunt, cum Propheta etiā sancto precantes: Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Errant autem Nouatores, vt hoc obiter dicam, quod Sanctos etiam peccatis lethalibus nunquam non obnoxios videri velint, quòd iustos in omni opere bono peccare decernant, & neque originis vitio quidem pios liberent, quod præterea ignorantiæ & fragilitatis humanæ delicta cum destinatæ malitiæ peccatis sæpe misceant, nulliámque renatis puritatem ac perfectionem pro huius quidem vitæ ratione concedant. Vt enim suum dogma de sola fide, & passiua, vt vocant, iustitia mordicus tueantur, aliis atque aliis errorib. adeóque labyrinthis inextricabilibus inuoluuntur. Hinc illa Lutheri dogmata, D imo paradoxa, veteribus, nisi forte Iouinianistis incognita, eruditis intolerabilia, piis abominanda: *Cauēamus à peccatis, multo magis ab operib. bonis & legib. solámque Dei promissionem attendamus & fidem. Ipsa enim breuis est perfectio, nec aliqua lex requiritur nec opus, imo & legem præscindit, & opus, & omnes leges, omniaque complet opera. Christianus etiam volens non potest perdere salutem, nisi nolit credere, nulla peccata eum possunt damnare, nisi incredulitas.* His Brentianum etiam paradoxum æque stolidum adiiciamus: *Quæcunque*, inquit, *atrocissima scelera & impietates in flagitiosissimis quibusque adultis vides, ea in infantibus & pueris latere, & coram oculis Dei apparere sentiendū est. Quicquid homo operatur, indigetremissione peccatorū.* Iam vero insulsum atque ridiculū videtur & illud, quod Philippus & Lossius, egregij Dialectici, horúmque similes ita docent ratiocinari, Maria suum aliquā-

do filium amisit: igitur hærent in sanctis quoque peccata. Quam argumentandi rationem iltis demum relinquamus, qui vt falsa concludant, vera quidem, sed adeo disparata assumere nō verentur, vt sibi pudorem, & Lectori nauseam adferant. Quam vero male his cum Augustino conuenit, qui cum de peccatis agitur, nullam de matre Domini quæstionem admittit, sed eam prorsus excipi flagitat? Cæterum Centuriatores ne à Philippi discedant exemplo, non solum in Maria peccatum statuunt, sed etiam odiosam prorsus, & nobis Catholicis inauditam disputationem ingerūt, in qua illud quæritur: Vtrius peccatum præponderet, grauiúsque sit existimandum, Euę nomum vetitum in Paradiso comedentis, an Marię commissum sibi filium per negligēriam apud Israelitas amittentis?

Præsente historia, & Mariam peccasse & in aliis eriā sanctis hæresse peccata. Lib. de natura & gloria ca. 36

Refutantur Centuriatores cum ista collatione, de Maria & Eua peccantibus.

VAE ego primum doleo vicem aduersariorum, quos magis ac magis experior non pietati, non rationi, non iudicio suum tribuere locum in Euangelio explanando: sed libidine potius ac rabie quadam ad calumniandum & maledicendū præcipites agi: vt hinc sibi temperare non possint, qui toties in purissimam Virginem, & eandem in sacratissimam matrem stolide, nullāque de causa debacchentur. Hanc si nobiscum venerari & extollere nolunt, cur tam odiose tractant? cur accusant publice? cur noui & inauditi criminis infimulāt apud credulum vulgus, adeóque indicta causa condemnant? Ponunt etiam in vitio, quod filium duodecim annos natum in illa refertissima hominū turba, summáque festi diei celebritate fortuito semel amiserit. Atqui non dubitat asserere Theophylactus, quod Ioseph & Maria quærentes puerum, de amisso eo minime suspicabātur, & causam adiungit, quod sapientissimæ Mariæ non congruerit ita suspicari, vt quæ plurimas de hoc puero acceperat reuelationes, sicut & Iosepho reuelatū erat, illum ipsum esse à Spiritu sancto. Verum quærebant illum, inquit, quo pacto ab eis abiisset, ne forte illos reliquisset.] Sic Theophylactus.

Theophylactus quomodo de Mariam & Ioseph excesse in prætiti negotio, In 2. c. Luc.

Centur. 2. lib. 2.

AMISERIT vero Maria filium, sed ignorans ac non volens amisit, vt isti etiam censores vel inuiti testantur, & confirmat Lossius: atque ita quidē insciens, vt nulla culpa fuerit amisisse. Hoc enim satis est indicatum, cum ita loquitur Euangelista: Existimantes autem illum in comitatu esse, venerunt iter vnius diei. An non erat probabilis iustáque ratio eum non requirendi toto itinere illius dici, cum eum in comitatu & inter cognatos esse, vt sæpe alias, existimarent? Vbi certe non obscure monstrasse videtur Euangelista, parētes omni vacásse culpa, cum puerum amiserunt, ac proinde ad excusandos illos hoc fortasis addidit, quod eum in comitatu relictum putarent. Accedit quod sacra Virgo, si vllius culpæ aut negligentiæ sibi conscia fuisset in hac amissione, de se potius quam de puero queri potuisset, quanquam amica prorsus hæc fuit interrogatio: nec ita diceret: Fili vt quid fecisti nobis sic? statimque putatiui Patris expressam facit mentionem. Et audent adhuc isti censores, sicut serpens eis proculdubio suasit, hanc ipsam Virginē matrem, quæ peccati sibi conscia nō est, de peccato damnare, ac publice perstringere? Quam vero immane & crudele est istorum odium in Ecclesiam, vt quia nos Mariæ sanctissimæ puritatem omnis maculæ ac peccati expertem prædicamus ac profi-

Maria insciēs amisit filiū, & ideirco irreprehensibilis, vt ipse Lucas ostendit. Postilla in Dominicam 1. post Epiphan.

Luc. 2.

Non ferendā esse Nouatorum petulantiam, tum in Mariam, tum in Ecclesiam debacchantium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

temur,publicáque religione celebramus,ipsi illam ita excusando accusent, vt ne Heluidius quidem accusandam esse putauit? Ingens profecto & portentosa istorum est procacitas atque peruersitas, ab aliis(quod sciam)nō detecta,ob quam, iure nostro cum Ambrosio exclamare possimus: Claudat ora sua perfidia, obmutescat, ne matrem Domini aliquo audeat temerare conuitio.] An vero maledicum & blasphemiæ proximum non est, lectissimum illud Ecclesiæ membrum, immaculatum Spiritus sancti habitaculum, consecratum inde ab initio Dei templum,tantámque mundiciem, quátam ne mente quidem consequi possumus, tetræ impuritatis labe aspergere, ac grauis peccati nota fœdare? Næ isti Christo Domino eiúsque parenti sunt iniurij prorsus, dum præcellérem Mariæ tum puritatem,tum sanctitatem, de qua tam multa diximus, grati non agnoscunt & prædicant. Vnde tandem,obsecro, Verbum æternum puram sibi & immaculatam carnem assumpsit? Ex illibata certe substantia Virginis,quæ cũ sancta esset, priusquàm nata,multo tunc sanctior, & in omni gratia perfectior euasit(vti docuimus) cum Patris eam virtus obumbrauit,& Spiritus sanctus in eam superuenit ipsaque Dei filium Virgo concepit,ac nouē mensib. in se inhabitantem gestauit, neque sine Angelorum gratulatione felicissime peperit, studiosissiméque educauit.

Epist.79 ad Theophilum & Anysium. Mater Domini nullo conuitio temerãda secundum Ambrosium.

Luc.1. & 2.

Et audent adhuc isti Philistæi incircumsi probrose dicere: *Vtraque delicta Euæ & Mariæ non sunt exigua.* Pergunt deinde innocentem verèque beatá Mariam cum nocente & infelici Eua conferre: in qua collatione hoc addunt Centuriatores: *Eua scient & volens facit contra mandatum Dei: Maria inscientes & contra voluntatem amittit filium: sed nihilominus grauiter peccat.* O miros & intolerabiles Aristarchos, quibus etiam grauiter illa peccasse dicitur,quæ neque sciens neque volens peccauit, imo quæ contra voluntatem filium amisit, vt ipsi testãtur. Enimuero qui non voluntate peccant, non peccant:hoc arbitror omnibus apertum esse atque perspicuum,vt Augustini verbis vtamur. Qui rursus clarissime dixit: Ego dico peccatum non esse,si non propria voluntate peccetur. Quare tum Augustini iudicio, tum communi omniũ consensu à peccati labe Maria manet immunis,quoniã nõ solum insciens, sed etiam contra voluntatem suum amisit filium,vt ipsi etiam Centuriatores affirmãt. Sed enim quod Augustinus omnibus apertum atque perspicuum esse censet, id isti videre non possunt,inuidia,scilicet,atque contradicendi libidine obcœcati, dum in sanctissimam Virginem tam leui de causa peccatum, atque illud grauissimum quidem,intorquere conantur.

Centuriatores Euæ ac Mariæ peccata eompararantium improbitas. *Centur.1 lib.1*

In disputat. 2. contra Fortunatum. Peccatũ non esse nisi voluntarium, & in Mariam hoc loco non cadere.

Caeterum quod ad indignam prorsusque fœdam Euæ cum Maria collationem attinet, non dubito pios & Christiano animo præditos sua sponte confessuros, horum iniquam, turpem, contumelioſam censuram explodi potius, quam confutari oportere. Quis enim ignorat,Euam serpenti morigeram,Deo rebellem,mortis inuentricem, ex qua nefarius & primus ille fratris iugulator natus est,adeoque omnis humanæ corruptionis, calamitatis & perditionis matrem extitisse? Quare Tertullianus his verbis, quæ alibi à nobis quoque citantur,Euæ insultauit:Tu es Diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diuinæ legis prima desertrix, tu es quæ eum suasisti, quem Diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei hominem tam facile elisisti, propter tuum meritum, id est mortem,etiam filius Dei mori habuit.] Tum Paulus Euam incusans, non Adam seductum, sed Euam præuaricatricem esse confirmat:à qua demũ muliere initium & scaturiginem omnis peccati deriuari,Scriptura diuina testatur. Nec pudet tamen Nouatores, cum hac Eua maledicta, & sicut Augustinus vocat, Diaboli filia, licet postea in gratiam recepta,conferre Mariam gratiæ inuentricem,vitæ parentem,Domini matrem, Euæ aduocatam,præ omnibus benedictam mulierem,sacrosanctam Virginem,totius Trinitatis viuum tabernaculum, ac humani generis, quatenus Christum peperit,reparatricem. An decet,obsecro,venenum cum antidoto, ancillam cũ hera, noctem cum die, stultã cum sapiente conferre? Atqui Maria est,de qua venuste Bernardus asserit: Redditur fœmina, pro fœmina,prudens pro fatua,humilis pro superba:quę pro ligno mortis gustũ tibi porrigat vitę,& pro venenoso cibo illo amaritudinis dulcedinem pariat fructus æterni. Prætermitto cætera, quæ ad veram ac propriam Euæ Mariæque collationẽ faciunt,quoniam sequenti capite proferentur.

Iniquã prorsus esse collationem Mariæ ac Euę circa peccatum. *Genes.4* Euæ a Tertulliano descripta.

Lib. de habitu mulierũ.

Epiphan. hæres. 78. Diffensio sanctorũ Iob aduersus Brentij cõtumeliam.

Tom.3.

Excvtiamvs porro & illud dictũ Centuriatorum: *Solet hic quæri de peccato Mariæ ob amissionem filij Messiæ.* Solet quæri,inquiunt,à quibus veroAn à Veterib. probatisque Patribus? minime quidem. Ascholasticis forte Doctoribus? ne hoc quidem. A quibus igitur? nimirum à nouis nouæ Sectæ professoribus, qui omnem veræ Theologiæ formam corrumpunt,qui de iustificatione, libero arbitrio,Eucharistia, Sacramentis, aliisque grauissimis fidei rebus maximus excitant contentiones, qui noua sua placita pro Dei verbo venditant, variásque de religione leges pro suo arbitratu subinde figunt atque refigunt,vt de illis vere dictum videatur, Semper discentes, & nunquàm ad scientiam veritatis peruenientes. Cęterum ad Centuriatores omnésque alios coarguendos, qui ex hoc loco Mariam criminis ream agunt, nunc illis præsidiis & armis nos muniemus, quæ Nouatorũ quorundã parauit industria, & ad Mariæ causam vindicandam vltro nobis porrigit.

Atqve vt à Zvvinglio primum testimonium petam, is non modo Deiparam, sed sponsum eius etiam Ioseph in præsenti causa his verbis excusat: *Prouidentia Dei factum est, vt puer Iesus maneret Hierosolymis, non pueri contumacia, nec parentum negligentia. Nam quod ad Christum attinet, doctrina fuit negligendos parentes esse, si negotium Dei incidat, & alia vocet.* Bullingerus eisdem parentibus hoc modo patrocinatur: *Discedentib. parentibus à festo, manet Iesus in vrbe, Deo singulari quadam prouidentia vem ipsam temperante, non vt affligeret parentum animos, sed vt specimen quoddam futurarũ in Christo rerum maximarum ederet. Erpedam futurarũ in Christo rerum maximarum ederet. Erpedam futurarũ in Christo rerum maximarum ederet. Erped

Universidad de Deusto
Biblioteca

a In Euan. Dominic. post Epiph.

tores maximè ridiculi disputant, aut potius amètes somniant. Nec minus hallucinatur [a] Hemmingius, cum ita pronunciat: *Maria contulit summam miseriam suam cum miseria Euæ. Nam vt illa genus humanũ à Diabolo seducta perdidit: ita Virgo existimauit, se suæ negligentiæ amisisse mundo promissum Saluatorem.* Hanc vero Mariæ negligentiam non leue peccatum fuisse, & à Luca taxari, idem vult pro tribunali apertè definit. Ita verò cæci comites cæcum ducem sequuntur, Philippum videlicet Melanchthonem, ac eisdem planè armis aduersus Deiparam dimicant, vt si possint, ex pura impuram faciant, & sanctam si non criminis, at certè quidem fœdioris affectus suspicione grauent ac infament. Nos vero libenter id Philippo damus, cuius verba iam antè citauimus, non vulgares dolores pium Mariæ pectus hoc triduo exercuisse, sed pernegamus, causam horum dolorum ad negligẽtiæ peccatum, & ad pœnã vllam peccato debitam referri oportere. Tùm Philippicum & inane phantasma ducimus, quod Maria fingitur, se alterã Euam esse putasse, & peccati periculum timuisse, grauesque conscientiæ angores hinc reportasse. Sorlus autem & immensus ille matris amor erga filium sufficiebat, cuius gratia mœror & luctus in illius animo vehementissimus & acerbissimus concitaretur, præsertim cum se tali tantoque thesauro videret orbatam, & de voluntate Dei, felicique successu negotij esset ignara.

In postilla circa dictum Euangel. Dominus. Melanchthonẽ Nouatoribus erandi causam velma ximè hic præbuisse. Quid Melanchthoni concedendũ, quid negandum sit.

Christi amor sufficiebat ad creandum Mariæ dolorem, cum illum amiserat.

Quomodo præiens historia Mariam iure laudandam ostendat, quicquid obstrepant Nouatores.

AGE verò, si libet, eandem Lucæ historiam, quã ad Mariam insectandam arripiunt Nouatores, nos in eius laudem aliqua ex parte conuertamus, capitibus dũtaxat ex illa paucis excerptis. Mater verè pia, Hierosolymitanam vrbem petit, non ad nundinas in foro, sed ad ferias in templo obeundas intenta. Nec semel, sed sæpius, atque adeo singulis annis hoc longinquum conficit iter, dum à Galileæ finib. per Samariæ montana peregrinatur. Nec sola, sed cum puero Iesu, sed cum Ioseph sponso hoc iter absoluit, hunc que sibi comitem perpetuum tenet. Neque vero quisquam cogit, non præcipit Deus, non exigunt magistratus, sed iniussa venit, vt piorum non desit cœtui, vtque rebus diuinis interfit, à quibus non diuellitur, nisi feriæ peragantur, & cultus in templo diuinus absoluatur. Quam vero multa & præclara in his rebus latent mysteria, de quibus præsenti loco sigillatim dicere non attinet, quæ tamen Mariæ prudentiam, pietatem, diligentiam abunde commendant? An non ardenti in Deum religione flagrauit? quid nisi zelum diuini honoris amplificandi præ se tulit? quem non laborem factis cæremoniis ac diuinis rebus impendit? quam diligenter Ecclesiæ, eiusque magistratibus obsecundauit? quã pulchrè honestis matronis piisque coniugibus exẽplo suo præluxit. An non tacitè docuit, receptum Ecclesiæ morem, siue in celebrandis feriis, siue in sacris locis piè visitandis, siue in publicis bonorum cœtibus cohonestandis nulli negligendum, sed omnibus sedulo seruandum esse? Nec enim lex diuina postulabat, vt fœminæ statas ferias Hierosolymis coram celebrarent, sed viris duntaxat præceptum erat quotannis ter in eo conuenire loco, vbi tabernaculum fœderis asseruaretur, & Deum Israel adorare. Iam vero quis non laude dignum iudicet, quod Maria cum sine culpa, sicut docuimus, charissimum pignus amisisset, ingẽtem animi curam, nec modicum corporis laborem nocte ac die ad puerũ quærendum & recuperandum impendit? Vt hinc etiam certiores reddamur, quantopere hunc filium suspexerit & amauerit mater, cuius gratia nullus labor illi molestus, nullum periculum fugiendum videretur. Prætereo, quantos illa dolores & angores perssenserit, dum in quærendo thesauro vnico, quẽ amiserat, tam accuratè anxieque versatur, vt tunc etiam gladius ille à Simeone prædictus Virgineum eius pectus pertranssisse, direque transuerberasse merito videatur. Nec solum hoc loco, sed & sæpè alias crudelem huius gladij aciem experta est, quæ cum Christo & propter Christum multiplicem profecto acerbamque crucem pertulit, vt alibi pluribus ostendemus. Veremur enim, ne si hunc locum de cruce Mariæ pertractemus, aliquanto longius ab instituto deflectere videamur.

Mariæ proximum & illustrem in cœlo Dei exhibet.

Exod. 23. Deut. 16.

CAPVT XVI.

De MARIÆ & Euæ iusta collatione, sicut veteres illam tradiderunt.

LIBET Aduersariis Mariã cum Eua tam inique comparare, vt publicè disputét: vtra alteram peccando superarit, & grauiusne Maria Christum amittendo, quam Eua serpenti consentiẽdo crimen perpetrarit. Hic sacræ Virginis honorem offendi certum est, quæ in ratione peccati cum Eua omniũ peccantium matre, falso impieque confertur, ac primum illum eximiumque splendorem amittit, quẽ illius perpetuæ puritati tot ætatum Patres & populi magno consensu largiuntur, quemque nos antèa vindicare conati sumus. Quoniam verò huc nos prouocant Nouatores, vt Mariæ & Euæ comparatio instituatur, non defugiemus certamẽ indictum, sed veram ac propriam harum personarum collationem meliore fide in medium adferemus. Ita fiet spero, vt non modo Sectatiorum hac in re vanitas deregatur, ac deinde vehementius ab omnibus explodatur, verum etiam vt eadem collatione Mariæ honos illustretur, & aduersus omnium hostium maledicentiam constantius retineatur. Vbi non alios vel arbitros, vel iudices, quam Græcos Latinosque Patres mihi deligendos arbitror, vt ex horum grauissima sententia res tota constituatur.

Lib. 1. c. 10

D

a Tertull. Irenæus, Epiph.

propositio de sequente tractatione, & quis de causa vtriusque persona, Mariæ & Euæ fiat collatio ex veterum sententia.

EXORDIAR autem ab Irenæo, quem Apostolorum successorem [a] Epiphanius & Polycarpi discipulum Christiq; martyrẽ [b] Hieronimus vocat, quique has præclaras sanè antitheses de Eua & Maria scriptas reliquit: Quemadmodũ, inquit, Eua per Angelicũ sermonẽ seducta est, vt effugeret Deũ, præuaricata verbũ eius: ita & Maria per Angelicũ sermonẽ Euangelizata est, vt portaret Deũ, obediens eius verbo. Et sicut

b Epiphanius & Hieron. vocant.

Maria Euæ adiuocata dicitur Irenæo. Euæ mortis, Mariæ salutis causa facta est. Lib. 3. cap. 33.

sicut Eua seducta est, vt effugeret Deum: sic Maria A suasa est obedire Deo, vti virginis Euæ Virgo Maria fieret Aduocata. Et quemadmodum astrictum est morti genus humanum per Virginem, sic saluatur per Virginem, æqua lance dispolita virginalis inobedientiæ per virginalem obedientiam.] Tum idem alibi: Sicut Eua inobediens facta, & sibi & vniuerso generi humano causa facta est mortis: sic & Maria habens prædestinatum virum, tamẽ Virgo obaudiens, & sibi & vniuerso generi humano, causa facta est salutis.] Et paulo post: Euæ inobedientiæ nodus solutionem accepit per obedientiã Mariæ. Quod enim alligauit virgo Eua per incredulitatem, hoc Maria soluit per fidem.] En tibi locupletissimum probèque confirmatum Irenæi iudicium, quantopere Maria innocẽs ab Eua peccatrice inobediente & humani generis corruptrice discreper. Quod vna perdit, restituit altera, & hæc non solum Euæ, sed eriam, si verum fateri velimus, nobis aduocata & mater salutis effecta est. Verum de hoc postea disseremus, quomodo Maria sine incommodo, Euæ aduocata intelligatur.

Quod vna per incredulitatẽ liget, Maria per fidem soluit.

II. Testimonium Iustini Martyris. In colloq. cũ Tryphone Iudæo.

IVNGAMVS autem Irenæo Iustinum, paulo quidem antiquiorem, sed gloria martyrij parem, qui hæc de Maria & Eua scribit: Homo natus de Virgine, vt per quam viam fraude serpentis subintrauit inobedientia, per eandem sequeretur venia. Cum enim integra virgo esset Eua, concepto verbo serpentis, inobediẽtiam mortẽmque peperit. At Virgo Maria postquam concepit fidem cũ gaudio, adferente sibi Gabriele lætum nunriũ respondit: Fiat mihi secundum verbũ tuum.] Atque vt istiusmodi collatio vetustissimorũ Theologorum hic mire consentientium sit illustrior, succedat Iustino Tertullianus, scriptor & ipse peruetustus, absque cuius lectione Cypriano dies nullus præteriit. Sic autem loquitur: In virginem adhuc Euam itrepserat verbum ædificatorium mortis: in Virginem æque introducendum erat Dei verbum extructorium vitæ, vt quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem. Crediderat Eua serpenti, credidit Maria Gabrieli. Quod illa credendo deliquit, hæc credendo deleuit.] Quid igitur si de peccato agitur, Maria cum Eua potuit habere commune: cum illa huius vitio quodam modo medeatur, & contrariis quasi vestigiis gradiatur?

Virgo seruiens morti credens concipit ac parit, Maria Virgo credens Angelo Christũ concipit ac parit.

III. Testimonium Tertulliani.

Quod Eua credendo deliquit, Maria credendo deleuit. Lucæ. 1. Lib. de carne Christi.

IAM vero superiores Theologos (Irenæum, Iustinum & Tertullianum dico) Augustinus Theologorum fere princeps, omnino secutus videtur, quando ita scripsit: Eua inobediens meruit pœnã: Maria obediendo consecuta est gratiam. Illa gustando prohibitum, maledicta: hæc credens Angelo est benedicta. Illa nobis mortem contulit, hæc Virgo vitam nobis peperit.] Idémque rursus alibi. Eua mater generis nostri, pœnam intulit mundo: genitrix Domini nostri, salutem & fœminæ suggessit, & viro: auctrix peccati maledicta, auctrix meriti benedicta. Illa occidendo obfuit: ista viuificãdo profuit. Percussit illa, at ista sanauit. Pro inobedientia enim obedientia commutatur, & fides pro perfidia recompensatur.] Tum alio loco: Ibi fœmina decepta est, vt fieret filia Diaboli: hic Virgo gratia repleta est, vt fieret mater summi atque incommutabilis vnigeniti Dei.] Quid hæc aliud sibi volunt, obsecro, nisi vt Mariam ab Euæ vitiis

IIII. Augustini Testimonium. Euæ inobediẽtia maledicta, Maria credẽdo benedicta, illi peccatrix auctrix hæc meriti. Lib. de quinque hæresibus. cc. 6. Et Sermo. 7. in Natali Domini.

Eph. de fide ad Petrum.

V. Epiphanij testimonium.

a Contra Faustum. Manich. b In Catalogo Scriptorum Eccles. c Lib. 1. contra Valens.

D

Hom. de nativitate Christi. VI. Gregorii Nysseni testimonium. Eua peccati, Maria iustitiæ ministra, per quam Eua purgatur.

GREGORIVS Nyssenus in hunc modum: Defenditur & purgatur mulier à muliere. Prima aditum & locum introeundi peccato dedit: hæc vero introeundi iustitiæ subseruiuit, & ancillata est. Illa consilium serpentis amplexa atque secuta est, hæc interfectorem serpentis prębuit, & lucis authorem peperit.] Neque hic præteriri omnino debet eius authoritas, qui sua præstanti eloquentia oris aurei cognomentum inuenit, & quam indigne illa Euæ conferatur, his verbis satis indicauit: Mors per Adam, vita per Christum: Euam serpens seduxit, Maria Gabrieli consensit: sed seductio Euæ attulit mortem, consensus Mariæ peperit seculo Saluatorem. Restaurator per Mariam, quod per Euam perierat: per Christum redimitur, quod per Euam C fuerat captiuatum: per Gabrielem promittitur, quod per Diabolum fuerat desperatum. Denique peccatum aboletur per Christum, quod per Adam fuerat ante contractum. Redditur per Mariam vita, quæ per Euam fuerat interempta.] Quod si peccauit, & grauiter peccauit Maria, vt aduersarij fingunt, quomodo Euæ adeo dissimilis, tantisque digna laudem præconiis existimanda est, per quam & restauratur, quod per Euam perditum fuit, eodem Chrysostomo teste?

Hom. de interdictione arboris ab Adam.

Euæ seductæ mortem Maria credens vitæ fontem parit, & restaurat quod Eua perdidit.

QVID autem Chrysologus? an nõ Mariam celebrat, & satis ab Eua disiungit hac oratione? Benedicta tu in mulieribus, quia in quibus Eua maledicta puniebat viscera, nunc in illis gaudet, honoratur, suspicitur Maria benedicta. Et facta est vere mater viuentium per gratiam, quæ mater ante extitit morientium per naturam.] Et alibi rursus: Agit cum Maria Angelus de salute, quia cum Eua Angelus egerat de ruina.] Maximus autem ad hunc modum: Parturit fœmina salutem mundi, vt quæ exiterat fomes iniquitatis, fieret ministra iustitiæ, & per quam mors sibi in hunc mundum aditus patefecit, per eã ad nos vita haberet ingressum.] Nec est inter Patres obscurus Fulgentius, qui non semel Mariam cum Eua comparauit, simulque docuit, matrem illam huic nouercę admodum esse dissimilem. Verba eius si quis requirat, licet alibi producta, repetere non grauabimur: Attendite fratres, inquit, medicinalis gratiæ lineas, diuina nobis benignitate monstratas. Tunc ad Euam Angelus malus accesit, vt per Euam homo, quem Deus fecerat, à Deo separaretur. Nunc autem ad Mariam bonus Angelus venit, vt in ea humanæ naturæ Deus vnigenitus vniretur. Venit ad Euam

Serm 140. VIII. Chrysologi testimonium. Eua morte reum, Maria per gratiam viuentium mater.

IX. Maximi testimonium. Serm. 142. Homelia 6. de nativitate Christi.

X. Fulgentii testimonium. Serm de duplici nativitate Christi. Serpens ad Euam. Angelus ad Mariã accedit, fruẽs plane dissimili.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diabolus, vt vitam nobis malignus auferret: venit ad Mariam Gabriel, vt vitam reddendam hominibus nunciaret.] Tum idem ahbi: Quoniam Diabolus per serpentem Euæ locutus, per Euæ aures mundo intulit mortem, Deus per Angelum ad Mariam pertulit verbum, & cunctis seculis vitam effudit.] Et rursus: Est, inquit, Maria fenestra cœli, quia per ipsam Deus verum fudit seculis lumen. Facta est Maria scala cœlestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras, vt per ipsam ascendere mereãtur ad cœlos. Facta est Maria restauratio fœminarum, quia per ipsam animæ primæ maledictioni probantur esse subtractæ. Nam Euæ dictum est: In doloribus & tristitia paries, & ad virum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Tribus ergo his malis se subiugant fœminæ, quæ Mariam non sequuntur, dolori, tristitiæ, seruituti. Maria autem è contrario quam præclarissimis tribus bonis sublimetur, auscultatione salutationis Angelicæ, benedictionis diuinæ, & plenitudinis gratiæ.] Quod si Maria tantopere à Patribus commendatur, & nondum mater Emanuelis effecta Euæ anteponitur, an non post conceptum & editum Dei filium ab omni vitio sincerior, omnique gratia cumulatior Euam & omnes eius filios ac filias longo penitus interuallo post se reliquit?

Serm. de laudibus Mariæ Ibidem.
Maria cœli fenestra & scala, per quã Deus descendit, & restauratio fœminarum.
Maria cõmunibus fœminarum malis exẽpta, & singularibus bonis ornata.
Genes. 3.

XI. Bernardi testimonium. *De laudibus B. Virginis.*
Eua pestiferum virus, Maria salutis antidotum propinauit: illa præuaricationis, hæc propitiationis ministra est.
Homilia 2. super Missus est.
Super Cantica lib. 2.
XII. Ruperti testimonium
Maria Euæ matrit auferri opprobrium, & patri pro matre satisfacit.
Eua vipera, inimica, deformis, ignominiosa: Maria amica, columba, & formosa sponsa Dei.
Genes. 3

Ad Bernardum veniamus, qui cum sit amator maximus Virginis, veram & propriam Euæ Mariæque collationem, certe, si quis omnino alius, animaduertisse videtur. Crudelis nimis Eua, inquit, per quam serpens antiquus pestiferum etiam ipsi viro virus infudit: sed fidelis Maria, quæ salutis antidotum & viris & mulieribus propinauit. Illa ministra fuit seductionis, hæc propitiationis: illa suggessit præuaricationem, hæc iniecit redemptionem.] Tum Euam appellans, hæc interponit: Propterea curre Eua ad Mariam, filia pro matre respondeat, ipsa matris opprobrium auferat, ipsa patri pro matre satisfaciat, quia ecce si vir cecidit per fœminam, iam non erigitur nisi per fœminam.] Ac præ cæteris Rupertus, quanta sit inter Mariam & Euam dissimilitudo, elegãter ac perspicuè his verbis declarauit: Eua quasi inimica, Eua quasi vipera, Eua quasi deformis & ignominiosa. Mihi inimica, viro suo vipera, sibimet confusa ignominia. Inimica per superbiam, qua intus tumuit, vipera per malitiam, quam ex serpente concipiens foris tentata facile cessit: ignominiosa per pruritum libidinis, qua statim scaturire cœpit, vnde & nudam se cognoscens, folio pudenda contexit. Tu autem (ad Mariam Dei vox est) amica mea per humilitatem, columba mea per charitatem, formosa mea per castitatem. Tu contra Deum nõ tumuisti, imo mente humili Altissimo complacuisti, & ecce amica es. Tu serpenti aurem non præbuisti, imo inimicitias inter te & serpentem ego posui, & ecce columba es. Tu nuditatem libidinis non incurristi, imo Spiritus sanctus obumbrauit tibi, & ecce formosa es. Veni ergo Maria, veni: nam Eua ad latebras fugit. Veni & crede Angelo Euangelizanti: nam Eua credidit serpenti susurranti. Veni & contere caput serpentis. Nam Eua & capite illecta, & ventre oblectata, & cauda est obligata serpentis.] His omnibus Innocentium, vt dignitate Pontificem, ita eruditione Theologum insignem adiungam, quoniam in Maria & Eua rectè comparanda

Serm. 2. in festo Assumptionis Mariæ.
XIII. Innocẽtij testimonium.

In eem quoque sul ministrat. Oportebat enim, vt sicut per fœminam mors intrauit in orbem: ita per fœminam vita rediret in orbem. Et ideo quod dãnauit Eua, saluauit Maria, vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret. Illa consensit Diabolo, & vetitum pomum comedit, secundum illud: [a] Tulit de fructu & comedit, deditque viro. Ista credidit [b] Angelo; & filium promissum concepit, secundum illud: Ecce concipies & paries filium. Illa comedit pomum ad mortem, iuxta quod fuerat illi prædictum: [c] Quacunque die comederis, morte morieris. Ista concepit filium ad salutem, sicut ei fuerat prænotatum: [d] Vocabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Illa pepetit in dolore, secundum illud: [e] Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, & in dolore paries: Ista genauit in gaudio, secundum illud: [f] Annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et post pauca: Illa fuit plena peccato, sed tu plena gratia. Illa fuit maledicta in mulieribus, sed benedicta tu in mulieribus. Fructus ventris maledictus Cain, sed fructus ventris tui erit benedictus Iesus.]

a Genes. 3.
b Luc. 1.
c Genes. 2.
d Matth. 1.
e Genes. 3.
f Luc. 2.

Quid vero si tot Patribus Poëtas, eosdemque veteres & Christianos, Sedulium & Aratorem adiiciamus? Vtérque cum prioribus plane consentit. Ille quidem ita modulatur:

Sedulius in carmine Pas. XIII. Patrum testimonia.

Et velut è spinis mollis rosa surgit acutis,
Nil quo lædat habens, matremque obscurat honore:
Sic Euæ de stirpe sacra veniente Maria
Virginis antiquæ facinus noua Virgo piauit.

Arator vero de Maria in hũc modum canit:

Arator lib. 1. in Acta Apostolorum.

Maria Dei genitrix intacta creantis
A nato que ornata suo mala criminis Euæ
Virgo secunda fuga: nulla est iniuria sexus.
Restituit quod prima tulit persona ruinam.
Non natura dedit: tunc fœmina fœta periclum.
Nunc tumuit paritura Deum, mortalia gignens
Et diuina ferens, per quam Mediator in orbem
Prodiit, & verum portauit ad æthera carnem.

Nihil vero necessum est plures veterum sententias aggregare: satis fuerit hactenus nos aduersariis obsequi voluisse, qui sua iniquitate hanc æquam Mariæ & Euæ collationé á nobis extorserũt. Pergant illi, si velint, profanè disputare, vtra fuerit grauiori peccato obnoxia. Cõtra vero ô sanctissimi doctissimiq; Patres, quorũ sensum & consensum propriis ipsorum verbis demonstrauimus propter Euæ morbum Mariã velut antidotũ diuinitus datam esse docent, solique primæ illi, non huic alteri Euæ peccati rationem imputãt & asciscunt. In quibus quidem Patrum sententiis illud etiam obseruare par est, quantam in his collationibus tum excellentiam, tum reuerentiam Virgini matri deferant, vt maiorem certe vix deferre posse videantur. Nec minus fortiter illi confutant aduersarios, qui cum de peccato agitur, tam inscitè quam improbe Mariam Euæ hoc est, lucem tenebris, vitam morti conferũt: & personas adeo dissimiles, sibique plane aduersantes sub vnum peccati iugum quodammodo redigere moliuntur. Prodest etiam Patrum testimonia in vnum velut conspectum ita proferri, vt in illis loquentem, & adhuc in Ecclesia vnum idémque sonantem Spiritum

Quidam sed rectius de Patrum testimonio.

rectius obseruemus, neque locũ istis Mariomastigibus reliquũ faciamus, qui de Matre Domini, vt sentiũt, ita leuissimè incõstantissimèq; scribere cõsueuerũt. Atqui hæc ipsa veterum dicta lucẽ nobis præsentem, si voluimus, & illustrẽ exhibent, quæ istorum oculos nimium imbecilles vi sua ita perstringit, vt nec videre nec sentire possint Virginis matris sanctitatem, quam certe magnificis titulis veteres cohonestant, & ante quoque probatum est, Sanctis reliquis anteponunt. [a] Irenæus, quem adduximus, Euę aduocatam vocat, quæ vniuerso generi humano salutis causa extiterit, vt sequenti libro à nobis pluribus euincetur. [b] Augustino eadem dicitur auctrix meriti, quæ obediendo consecuta sit gratiam. [c] Epiphanius & [d] Chrysologus matrem viuentium faciunt. [e] Fulgentius cæli scalam & fenestram appellat. [f] Bernardus alicubi reginam cælorum & matrem misericordiæ nominat. Et tamen non obtruduntur nobis, imo toti etiam obtrectant Ecclesiæ Sectarij, quòd ad nouas ipsorum siue cantiones, siue vociferationes obsurdescamus, & venerandis Patrum vestigiis insistamus, nostramque fidem & pietatem cum illis Ecclesiæ columnis arctissime coniungamus. Sed ad nostrum institutum redeat oratio.

a Lib. 5. contra hæreses.
b Serm. 17 in natali Domini.

c contra anti dicomarianitas.
d Serm. 140
e Ser. de laudibus Virg.
f De aduentu serm. 2

CAPVT XVII.

Vanam & falsam esse sententiam Nouatorum, qui Mariæ tribuunt expostulationis, & commoti animi vitium, quando suum filium duodennem in templo compellauit.

Quo sensu Maria Christũ in templo alloquatur.

Vo plures & fœdiores Corruptelas in vnam eandemque Lucæ historiã nonnulli Doctores congerunt, eo nos pluribus respondere, & in ea ipsa historia longius hærere necesse est, vt violatum Virginis honorem vtcũque vindicemus. Agit Lucas de puero Iesu, quem parẽtes eius, Ioseph patet putatiuus & Maria, vno & altero die non sine dolore quidẽ, sed frustra tamen quæsitum, nusquam alibi quam in sacro templo tandem inuenere. Nec otiosus illic quidem erat Iesus, sed rebus diuinis operam seriam dabat, non solum intentus precationibus, nam hoc templum domum orationis & ipse vocauit, sed sedens etiam in Doctorum medio, ibique tum attente audiens, tum prudenter ac modeste peritissimos legis interrogans, & haud dubie non tractans alia, quàm quæ ad arcana Scripturæ fideique causam, vel ad salutem hominum maxime pertinerent. Cum vero Maria filium sibi charissimũ diu quæsitum & magnopere desideratum in hoc templo inuenisset, his illum verbis compellauit: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Quæ compellatio vt materna, sic etiam blanda & amica fuisse videtur, imo etiam plena affectuum gaudij & lætitiæ propter redditum filiũ, cuius ingenti desiderio, vt matris verba declarant, parentes ambo hactenus tenebantur. Neque nobis displicet, quod existimant quidam, Mariam hæc non dixisse nisi post finem disputationis, quã Dominus cum templi Doctoribus habuit, atque ita quod maioris erat modestiæ argumentum, soluto cœtu ad Christum accessisse videbitur, sicut etiam sentiunt Centuriatores. Hinc & Caluinus admonet, fieri potuisse, vt seorsim & remotis testibus Maria egerit cũ filio, postquam is à conuentu discessit. Certe si verba ipsa spectemus, candidéque iudicemus, maternam quandam sollicitudinem, simúlque fiduciam & libertatem in filio compellando præ se ferunt, vt sine stomacho & amarulentia mitissimę Virginis dicta hæc omnia sint accipienda, in quibus interrogationem simplicem cum admiratione coniunctam licet considerare. Nec vllus est veterum interpretum, qui Mariam hic aliquid immodestius atque immoderatius fecisse, vel grauiter cũ filio expostulasse notarit. Imo vero à Græ-

Luc. 2. Summa historiæ Lucæ de puero quæ huc loco vindicatur.
Quid parer Iesum in templo egerit.
Matth. 21
Marc. 11
Luc. 19.

Quando Maria Christum in templo compellarit.
Cent. 1 lib. 1 In harmonia Euangelica.

Quid obstet quin dicamus Mariam cum Ioseph & reliquis parentibus Christum in templo compellasse.

Vide Cateni aurcam in 2. cap. Luc.

Alia vulgata ex Patrum sententia solue ntur obiectiones Matthæi.

Etiam Caluinus aduersarios hoc Mariam suggillantes deredit. in harmonia Euangelica.

Maria Christum etiam vt Deum reuerebatur.

Serm. 1. de assumptione Virginis.

Refutatio eorum quæ Bullingerus ac alii Christi parentibus obiiciunt.

Ita 2. c. Luc.

a Centur. 1 lib. 1 b in cap. Lucæ. c In Postilla. d In Dominica 2. post Epiphan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] SPANGENBERGIVS vero Brentium secutus, permultum hic acerbitatis admiscet dum per prosopopœiam ita loquentē Virginem introducit: *Me tuam esse matrem non ignoras, te filium. Noisti præceptum illud Dei: Honora patrem tuum & matrem tuam. Nouisti pœnam, quam exhibuerunt immorigeri parentibus. Cur igitur nobis sic feceisti? qui tibi nullam non ita contristandi præbuimus occasionem, sed quibus potuimus beneficiis te prosecuti sumus, & multa incommoda passi tecum in Bethlehem & in Aegypto: maximis te curis atque molestiis educauimus. Sed hanc gratiam nobis modo rependis.* Quod si hoc modo tantāque vehementia dixisset Maria, quemadmodum videri vult Spangenbergius, vere & serio cum puero expostulasset, seque non parum commotam & indignabundam, ne dicam & contentiosam, demonstrasset. Eandem amarulentiam præ se fert Lossius, cui Maria videtur sic dicere voluisse: *Cur contra obedientiam, quam nobis debes, mansisti Hierosolymis? ex qua re in dolorem ingentem incidimus.* Nec mitior est interpres Sarcerius, dum fingit Christum de facto non admodum honesto, imo de peccato contra obedientiam erga parentes præceptam, hic à matre insimulari & obiurgari. Deum immortalem, an quisquam magis turbulentos & patheticos Euangelij sacri interpretes vnquam vel legit, vel audiuit? Ira, odio, inuidia, aliisque fœdis & insanis affectibus hos flagare necessum est, qui tam fœda & ab omni humanitate aliena, nec ab impiis, sed à sanctis, in Christi contumeliam dicta, tantāmque virulentiam & acerbitatem vbique profundunt. Scilicet in fide Christi tam parum erant hi venerabiles coniuges instituti, vt de tali tantóque puero tam inhoneste improbéque sentirent? Sed nullus Mariæ vel durior, vel iniquior est Brentio, qui rursus hanc tragicam & tantummodo non furiosam vociferationem à matre ad Christum habitā audeat effutire: *Filius es an nescis igitur, quid filius debeat parentibus? Honora, inquit lex, patrem & matrem, vt sis longæuus super terram. Ergo qui parentes non honorat, non diu diabit dies suos. Et alias dicitur: Maledictus qui exasperat matrem suam. Cur igitur fecisti nobis sic? Nullam prorsus causam habes nos sic despiciendi & contemnendi. Nihil enim vnquam mali in te commisimus, sed potius omnia quæ potuimus, beneficia in te contulimus. Ego te in præsepio adhuc iacentem magna cura foui: postea quas non molestias, quos non labores, quæ non pericula nomine tuo perpessi sumus, quando necesse habuimus tecum in Aegyptum fugere? & quanta sollicitudine te vsque ad hoc ætatis educauimus? Sed si alia quædam calamitas te multo nobis accidisset, boui consuluissemus: nunc autem hoc nobis mœstum est, quod nobis fecisti sic? quod tua sponte nos coniecisti in tantum dolorem, vt mallemus mortem oppetere, quam iterum tantis terroribus obiici. Quid autem inter se distant, parentes gladio interficere, & parentes in terrores mortis, qui ipsa morte grauiores sunt, sua culpa adigere? Non est igitur mediocre scelus filij, quod in nos parentes tuos designasti. Hæc est increpatio, qua Maria IESVM obiurgat.*

ATQVE hactenus Rhetoricari conatur Brentius, velut contra Mariam partes non Theologi sustineat, sed nescio cuius rabulæ, & forensis seditiosique declamatoris personam apud iudicem gerat. An vero decet in Scripturis hoc modo ludere, neque modo suspectam, sed & infamem Mariæ personam leuissima de causa omnibus reddere? Id vero nec decet, nec licet, nec expedit prorsus, quicquid tandem Brentius per summam petulantiam scribere audeat. Si Virgo præ omnibus benedicta vere in Christum credidit, si illum omnis culpæ semper expertem sciuit, si summam vbique seruauit modestiam, vt nullus dubitat probe Christianus, quomodo ad has vanas & acerbas querimonias descenderet? cur filio, velut ingrato, sua beneficia exprobraret? quo consilio velut ignarum de præceptis diuinis admoneret, ac tanquam immorigerum increpare? qua fronte demum haud secus illum ac parricidæ similem de summo scelere accusare & damnare tentaret? An fortasse illa tam sui ac diuinorum erat oblita, vt de maiestate ac proprietate Messiæ nihil cogitaret, quam ex Prophetici literis & Angelicis verbis ipsam Dei sapientiam atque virtutem esse, vtique non poterat ignorare, quémque grato pectore palam in suo cātico commendarat, & de quo insuper tām multa & illustria acceperat testimonia, quemadmodum ea Lucas describit, si tamen describit omnia? Quonam igitur pacto hæc aliàque id genus miranda, quæ tum viderat, tum audierat Virgo fide plena, vento committeret, ac demum de tanto filio tām temere abiectéque sentiret, imo etiam illum tam arroganti & probrosa obiurgatione simul & exprobratione oppugnaret atque castigaret? O infelicem Domini matrem, sapientiæ grauitatisque vacuam, indignabundam, impatientem, cōtentiosam ac ferocem filij sui Deique nostri obiurgatricem, quæ nec ab apertis conuitiis sibi potuit temperare, si tantum ex Nouatorum verbis iudicare fas est. Non enim solum indecoros & plusquām muliebres affectus, eósque nulla quidem ratione excusabiles, sed & superba, contumeliosa & atrocia multa Deiparæ impudenter ascribunt. Habent isti suas domi mulierculas, sine quibus viuere nec vellent, nec possent, Doctores licet Euangelici, sed homines male spirituales ac minime continentes. An vero Mariam cum istis suis ancillulis & vxorculis cupiunt comparari? Sic enim profecto Mariā nobis depingunt, velut vulgaris fuerit mulierecula, in qua communes & omnibus notæ fœminarum perturbationes extiterint, præsertim si quādo grauiter commotæ, vel rixantur cum filiis & vicinis, vel bilem omnem in obuium quémque impatienter effundunt. Sed longe rectius de Maria sensit ac scripsit Matthæus Philadelphiensis apud Ephesum Metropolitanus, vtpote qui vocat illam à peccati contagio immunem, ab omnique leuissimarum culparum næuo puram iuxta ac sinceram, in qua non modo culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuerit subsistere, quæque animum ab omni rerum humanarum cupiditate vacuum habuerit, verecundia & temperantia vitæ perpetua, niueis moribus, humilitate pariter ac puritate, cæterarúmque virtutum laude cumprimis decorata.

CAPUT

[a] In Domin. ca. 1. post. Epiphan. Exodi 20. Quę nam indecora Deiparę affingantur a Spangenbergio, Lossio, Sarcerio, & maxime Brentio.

Annotat. in Euang. Domini. 1. post. Epiphan. Schol. in Lucam cap. 2. Intollerabilē esse duriciem, rigorem, pertinaciam in Christi parentibus accusandis.

Homel. 20 in Lucam. Quomodo Maria iuxta Brentium in Christum iniecta fuerit. Exod. 20.

Prouerb. 20

Multis modis peccare Brentium in superiori tuenda & præsertim in Deiparam esse contumeliosum.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Mariæ dignitatem ac perfectionem in dubium temere idcirco vocari, quod Christus in templo illam durius alloqui videatur, dicens: An nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Item de illis Lucæ verbis: Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

BREVIS apud Lucam est Historia de Puero Iesu, nō solum sine culpa parentum amisso, vt diximus, verum etiam in templo tandem ab iisdem læte inuento, atque sine amarulentia cōpellato. Quis vero suspicari possit, tantum fellis & acerbitatis in nostris Nouatoribus residere, quantum in hanc vnam historiam cumulatim illi profuderunt, dum ad Mariæ insectationem, pro suo candore scilicet, nihil non rapiunt atque detorquent? Nec vero sat habēt priorem dictæ historiæ partem, quam excussimus, tetris veluti notis tantę Virgini inustis contaminare, nisi sequētem etiam Domini sermonē, quo Matri responsum est, ad singularem eius vel iniuriam, vel contumeliā interpretentur. Quid est, inquit Christus, quod me quærebatis: An nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Hac oratione Christus puer exponit parentibus, cur minus admirari debeāt, quod ipse in vrbe Hierosolymitana hoc triduo manserit, illos vero in quærēdo permiserit sollicite & anxie laborare. Subindicat etiam, se ex nullo illorum contemptu, sed ob amorem & honorem summi Patris in templo remansisse, quodque hoc exemplo velit docere alios perfectioris obedientiæ præstādæ normā atque rationem, ac demū dicto & facto quasi præludit, ea quæ post Baptismum in publico docendi & disputandi munere, ad ęterni Patris gloriam apud Iudæos erat exhibiturus. Sic ergo respōdet, vt neget, ipsi matri & viro eius Iosepho causam fuisse necessariam ita dolenter inquirēdi, aut periculum vllum ob suam absentiā extimescendi, quādo citra sui Patris æterni voluntatem faceret nihil, ad huius vero cultū & gloriam id pertinuisse, quòd relictis hoc breui tēpore amicissimis, se ipse totum rebus diuinis in tēplo dederet, ibique cum præstantibus in Synagoga viris legisque Doctorib⁹ de rebus sacris colloqueretur, sui primū quasi specimen præbens Israelitis.

QVAE Christi verba, si rite examines, nulla ex parte nouum istorū erroré vel muniunt, vel excusant, qui Mariā tum in amittendo, tum in quærendo, tum in compellando filio reprehendunt, cum Christus ea de re nihil pronunciet, aut ostendat, multóque minus parentes ambos obiurget. Cur enim vel reprehendat, vel obiurget laude dignos, qui non modo præsentis, sed absentis etiam, ac potissimum amissi pueri rationē & curā singularē habuere, quēadmodū ipsis iniuncti à Deo muneris ratio flagitabat? Tunc vero reprehēsione illi meritò digni fuissent, si in officio suo torpentes, malēq; securi, omnē quærendi curam & fidū dolendi affectum eo tēpore abiecissent, nihilque de amisso tāto thesauro fuissent solliciti, quē certe summe amare & diligentissime custodire, omnibúsque mūdi re-

Nouatores mire acerbos ac iniquos esse in præsentem historiam, vt Deiparam in scelerent. Luc. 2

Vt & sensus verborū Christi sibi ex cū suos parentes in templo alloquitur.

Christi patēs grauiter mo nō hic loco reprehenditur a Nouatorib⁹ tanquā meri

A bus lōge anteferre debebāt. Adde quod Christi verba rite perpensa eosdē parentes excusent, omnique culpa liberent, quum aperte declarent, id quod factum erat, non ipsorum negligētia, sed diuinæ prouidentiæ dispositione, ac officij sui ratione sic exigente, quàm certe sine culpa ignorabant, cōtigisse, quandoquidem se ipse Messiam voluerit insolito nunc modo exhibere. Præterea non erat Christus tam ingratus vel inhumanus, vt maternam si, mul& paternam Mariæ & Ioseph erga se charitatē grauémque sollicitudinem omnino negligeret ac repudiaret: sed procul dubio etiam absens, quærentes, laborantes & dolentes illos haud sine pio quodam commiserationis affectu sæpe respexit, eósque suo B nomine afflictos singulari est gratia prosecutus. Quid enim faceret aliud tā piæ Virginis quàm māsueti Dauidis filius, omni plenus semper misericordia, qui præter alios omnes, super egenū & pauperē intellexit, qui & suorū laborem, dolorē & gemitū nūquam non libenter aspicit, ac eorundē, quantūuis pauperū & abiectorū, desideria libēter exaudit.

IGITVR illos magno in errore versari necesse est, qui hoc Domini responsum eo detorquent, vt sit quasi amarulenta quædā cū matre expostulatio, vtque Christus à parentibus obiurgatus, vicissim illos grauissime obiurgare, imo & pene abnegare voluerit, sicut Brentius pro sua quidem in calumniando inexplebili libidine cōuiciatur. Aliena sunt hæc prorsus ab eo, qui optimā charissimámq; matrem nullius vnquam peculiaris peccati legitur simulasse, qui præterea nō solum author, sed etiam obseruator fuit sanctissimæ legis, qua filiis præceptum est, suos vt parentes, licet immerentes, omnis beneuolentiæ, amoris, obedientiæ ac studij genere prosequantur. Et quis demum vnquam æque, sicut Christus, & amauit & honorauit parentes? Quis plus debuit genitrici, cum solus ipse patrem in terris nullum tenens, carné & sanguinem ab hac matre sola susceperit, & idcirco (vt multorum est opinio) filius hominis rectè prędicetur, nec aliūde quidem, quàm ab hac vna id priuilegij, quo Messias, Rex & Pontifex salutatur, acceperit? Absit igitur fœda suspicio, & stulta isthæc carnis imaginatio, quæ nostris imponit aduersariis, dū fingunt, filium acerbè & amarulente respondere matri, & cum illa C semper, licet innocētissima, duriter & inhumaniter agere voluisse. Absit, inquā, vt qui se ad legē perficiendā missum esse testatur, vel parētes contēpserit: vel ad negligendos illos fenestram filiis aperuerit, ansāmq; vlli ętati, vt maioribus essent immorigeri subditi, subministrarit. Accedit quòd Christus si hoc loco quicquā obiurgatione & correctione dignū parentibus opponere voluisset, non tā tecte & obscure loqueretur, vt ab illis ipsis, quos arguebat nō posset intelligi, sicut Lucas tactū esse describit: sed reprehēsione clarā & apertā illis, quos emēdatos volebat, pro sua prudētia proculdubio exposuisset.

Quis Christi animus & affectus fuerit erga parentes absentes & quærentes. Psal. 40 Psal. 17 Psal. 10

Falsa Nouatorum interpretatione præsentem hī storiam depraua tam non sine Christi & parentum eius iniuria.

Christus parētes amauit ac honorauit plurimum, ac in primis matrē, cui & multum debuerit. Exod. 20 Deute. 5 Matth. 15 Merum esse figmentū, quo fingunt Noua tores, Christū cum suis parētibus expostulasse. Matth. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt maximè Christum hic dicendi liber-tatem aduersus parentes vsurpasset, nō id sine grauibus causis fecit.

SEDENIM si in his Christi verbis est aliquid, A quod duriusculè, vel non satis blande dictum videatur, id cum Ioanne Hesselio nō vulgari Theologo, sic possumus interpretari, quod suos parentes Christus, tanquam eis superior, magna cum authoritate publicè sit allocutus, vt cæteri qui illū parentibus esse subiectum atque morigerum iam antè nouerant, hinc ansam arriperent cogitandi, eum ipsum puerum amplius quàm hominem esse, sicque paulatim ad pleniorem illius notitiam adducerentur, quem in ipsa pueritia tam mirificis ornatum donibus deprehenderent. Et tamen sine increpandi acerbitate loquitur Christus, perinde ac si diceret: Quæ vobis causa est me requirendi, nisi quandoquidem me hominem esse nouistis, quem parentum affectu prosequimini? neque de natura mea diuina nunc humanæ præferenda cogitatis. Accedit, quod Christus insolita dicendi libertate vtens, sub parentum horum persona omnes filiorum curatores ac adolescentum institutores voluit commonefacere, maximi momenti rem eorum mentibus infixurus. Videmus passim, & communis sapientum querela est, liberos à parentibus perditè amari, indulgenter haberi, nimiumque molliter educari, & qui maxime pueros in officio contineri debebant, ad illorum vitia fere cōniuent, & peccantibus adblandiuntur magis, quam irascuntur, tegunt, non sanāt eorum vulnera. Hinc vero summorum malorum tum in familiis, tum in ciuitatibus extat seminarium, hinc ætatium fere omnium labes & corruptelæ magna ex parte dimanant. Ac, pro dolor, si verum fatendum est, ex multis parentibus vix paucos reperire licet, qui iuxta Spiritum perinde ac secundum carnem suos ament liberos, & eorum animis ad Dei timorem, veræque pietatis & omnis virtutis studium informandis serio vacent. Alij vt grauius etiam in filios peccent, pios eorum conatus velut iniecta manu fatagūt impedire, & ad perfectiora tendentes pueros ac adolescentes tum exemplo, tum imperio suo auocant atque deterrent. Quos ego crudeles impiósque parentes dixerim, vt potè, qui non solum ad luxum, fastum, ambitionem, atque voluptatum omnium illecebras, fluxarúmque opū studium liberos instituunt, verum etiam, vti pestes quædam, eosdem inficiunt, à bonis sanctisque studiis abducunt, & sæpenumero secum ad exitium sempiternum deuoluunt.

Qnomodo parentes plerique in filios pec. & grauiter sibi aliisque nocere solcant.

Pauci parentes officio suo in educandis liberis satisfaciunt.

Multi hodie crudeles impiique parentes.

EN IGITVR tibi singularem Christi sapientiam, qui quod in suis parentibus quamlibet innocentibus culpare videtur, id aliorum parentum dixit fecitque gratia, qui nempe liberorum depranatores potius, quàm progenitores possunt haberi, quando illorum salutem & piam institutionem vix vnquàm cordi habent, & quod peius est, haud raro Dei Spiritum in illorum extinguunt animis, & ad perfectionis vitę studium adspirantes pueros à melioribus reuocant institutis. Neque solum parentes, sed & filij hoc præclaro Christi exēplo atq; responso admonētur, nulla esse sanguinis, necessitudinis, vel propinquitatis tàm arcta firmaq; vincula, quæ perrumpi non debeant, cùm ad meliora vocat Deus, & æternæ salutis ratio sic flagitat. Tūc enim locum habet plane, quod grauiter Hieronymus dixit: Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat mater ostendat, licet in limine paterea-ceat: per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est, in hac re esse erudelem.] Sic demum impletur, quod Christus ipse Dux & Princeps à suis exigit militibus, vt præ se vno contēnant omnia, totique mundo remittant nuncium, nulla vel parentū, vel amicorum, vel familiarū, vel denique quorūcunque aliorum, qui impedimento esse possint, habita ratione, si vni & summo velint Domino expedite seruire, & illi se totos in perpetuū cōsecrare. Alioquin qui amat, inquit, patrem aut matrem plus quàm me, nimo qui suo tempore & loco non odit patrem suum & matrem suam, non est me dignus.

Qua specie-tus Christi fecerit taxet, si quā diris verbis ad parentes dictis miscuit.

Quomodo filij hoc ipso loco per Christi exemplum eruditantur.

In epist. ad Heliodorum.

HIS ergo Christi propositum exemplū & responsum est inprimis accommodatum, qui se totos perfectioris disciplinæ instituto tradidere, vt Euāgelicæ Philosophiæ partē optimā, quæ in seueriote sui abnegatione, & seruēti Dei amore consistit, sincere complectantur. Tales Christus puer docet in tēplo, vt propter parentes, cognatos & amicos nō excutiant, neque contristent Spiritum sanctū, & de loco quē semel sunt amplexi, nulla vi se dimoueri patiantur, vtq; ad ararrū Dominicū semel adiuncti ne retrospectet, sed potius vt cognatorum affectū, tanquàm telum Diabolicum, & venenum pleriſque pestiferum fugiant, omnes vero ætatis indusriaque suæ neruos ad cultum & studium æterni numinis conferant ac impendant. Vnde Basilius Magnus cū veræ pietatis studiosum institueret, inter alia præcepit. Cognatos tuos ne plus quàm Dominum curaueris, quibus si vna cum Christo mortuus es, quid iterum inter eos conuersari cupis? Si quæ propter Christum destruxisti, eadem denuo propter eos ædificas, transgressorem te constituis, promissis minime stas. Ne igitur propter eorum necessitudinē loco tuo discesseris.] Acriter rum de cognatis amicisque deferendis, aut potius fugiendis hoc admonet: A propinquis, amicis & parentibus tantum affectu separatos esse conuenit, quantum à vinis mortuos.] An vero in Scripturis est inusitatū, vt qui loquitur, aliorū personam sustineat, & non tantum ad præsentes, sed etiam ad locorum interuallis disiunctos, imo etiam ad nondum natos, sua dicta conuertat? [a] Sic Iob, sic [b] Salomon, sic [c] Paulus ex aliorum persona loquuntur: sic ipse [d] Christus cum infrugiferæ ficui maledicit, Iudæos velut steriles arbores, exitio proximos haud obscure notauit. Nihil ergo mirum videri debet, Christum Dominum, qui ad Ecclesiæ suæ profectū nihil non dixit, scribique voluit Euāgelium, hoc loco sic parentes affari, vt etiam longius respiciat, & communes parētum affectus noret, simúlque filiorum consulat imbecillitati.

Qua specie-tus Christi fecerit taxet, si quā diris verbis ad parentes dictis miscuit.

SED & omnium credentium animi hoc Christi dicto & facto excitantur, vt sicut indicauimus, corporalis affinitatis affectum, & quemlibet respectum, vt loquuntur, humanū nūquā tanti faciant, vt desint diuinæ vocationi & obedientiæ, vt quę animi sui conscientiam lædant. Pereant ergo affectares, in oblivionem veniat patria, irascatur affines, tumultuentur amici, ac vniuersus contra nos mundus conspiret ac frendeat, tantum ne offendatur Deus, non fidei sinceritas vitietur, animæque salus in discrimen adducatur. Atque vt habeant auditū uersarij quem audiant, si nos forte minus auditū præsen tis

In Euangel. Dominica 1. post Epiph. Confirmatio fictis adsentiuntur quidā Christi exemplo docere.

In Euangel. eiusdem Dominicæ.

præsentis loci Euangeli *ei* interpretatione: dabo A illis è suo ipsorum grege Petrum Artopœum, qui hoc modo scripsit: *In diuina vocatione & negotio parentes in filios ius non habent, nec respiciendi sunt, aut de eo interrogādi. Idea Christus ius matris in se nō admittit in diuino negotio. Vnde inquit Ioannis secundo: Quid mihi & tibi est mulier?* Verum de hoc loco alibi plura. Tum Culmannus eisdem pene verbis, quæ tam ex Artopœo citauimus, vtitur, nisi quod hæc etiam subiiciat: *Obedientia erga priorem tabulam in omnibus præferenda est obedientia posteriori tabulæ, idque hoc exemplo Iesu, qui docemur, chariorem nobis esse debere gloriam Dei & salutem animarum, quam vllum parentum affectum. Deni enim parentibus & rebus omnibus*

Perperam ac petulanter Maria à Nouatoribus plera que imputari circa præsentem historiā

In Euangel. Lucæ cā. 2.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Mariam indigne culpari, velut reprehensibili turpique ignorantia laborarit, etsi non omnia quidem nouerit ac intellexerit, illudque maximè, quod ei Christus in templo Herosolymitano respondit.

NEC DVM satis est Aduersariis in vna eademque Historia tot modis Deiparā exagitasse, nisi calumniæ aduersus illam struendæ ansam inde quoque nouam arripiāt, quod Lucas de Maria & Ioseph commemorat: Et ipsi non intellexerūt verbum quod locutus est ad eos. Hic enim Momi isti rursus insurgunt, atque vt serpentinos dentes beatissimæ Dei matri pergant infigere, varia contra illam commenta producunt. Etenim si Lossio credimus, Christi parentes propter carnalem imaginationem de regno Messiæ corporali, verbum Domini non intellexerunt. Expectabant enim in Iesu non doctum quendam Rabinum, sed illustrem in hoc seculo Regem, quemadmodum & Brentius arbitratur. Eodem errore tenetur Spangenbergius, parentes rerum sacrarum tam ignaros fuisse somnians, vt putarent, velut potentem & pompaticum Regem Israel (sic enim loquitur) inter expeditos exercitus arma tractaturum, non autem Scripturæ Doctorem vel Magistrum in Israel euasurum esse. Quibus breuiter nos respondemus, Mariam & Ioseph multo sanctius & sublimius de Christo sensisse, quam vt congruat temerè illis carnalem & Iudaicam illam de regno Messiæ affingere persuasionem. Certe varia ac illustria de puero Iesu oracula acceperant, & ab Angelo ipso erant edocti, & multiplici experientia vel in ipsis Christi incunabulis, tam vilibus & abiectis satis superque dedicerant, Christi regnum fore spirituale, minimèque mundanum & corporale, quod crassi homines rebus tantum externis, vt splendore imperij, opum affluentia, militum copiis, armorum præsidiis, aulicorum strepitu & magnifico apparatu metiri consueuerunt. Pellicanus putat, sublimitatem diuinæ virtutis ab his parentibus non fuisse perceptam: falso tamen, cùm de Christi cælesti origine, & quod conceptus esset de Spiritu sancto, non obscure illis Angelus fuisset locutus, cùmque multis iam testimoniis hunc Iesum verè Altissimi Filium ac Sanctum Sanctorum esse, comprobatum persuasumque habuisset, quemadmodum multis antea demonstratum est.

Qnomodo de Matrefolij as imaginā ra-pateris, quod secundum Lucam omnia ignorarit ipso Ioseph non in-tellexit.

Homelia 2. in Lucam.

Dominica 1. post Epiphan.

Responsio ad superiores Nouatorum interpretationes.

Matth. 1 Luc. 2.

Christi parentes regnum non mā-dauit sed spiri-tuale fore co-gnouerant.

In Lucam cap. 2.

Luc. 2. 1.

LVTHERVS hic Mariæ causam premit, vrgét-

Lutherus qualem ignorantiam & errorē in Maria tran-scribit.

In Postilla maiori circa Euangel. Dominica 1. post Epiph.

Qnomodo Lutherus in solo verbo Christiam vel-lit requiri. Refutatio eorum quæ Lutherus ob-iicit.

a Libide spiritu sancto cap. 27.
b Libr. de anima corpore iam exuta cap. 14
In epist. contra duo mandata Cesaris & de potest. seculari.

Maria docet Orthodoxos multa recte pieque facere: hic Dei ver-bo expresso quicquid Lu-therus cum suis obstre-pat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque vti, neque abuti voluit, siue Cæsari soluendus census, siue Sacerdotibus præstanda oblatio, siue ritus purgationis obseruandus, siue templum quotannis adeundum, siue sacri cœtus visitandi, siue feriæ celebrandæ, siue traditiones & consuetudines veteres retinendæ, siue Sacramenta nouæ legis recipienda, siue cæremoniæ diuino cultui adhibendæ, siue magistratibus tum Ecclesiasticis, tum politicis obtemperandum esset. Etsi enim Spiritu sancto plena foret, neque, vti nos, externis mediis atque præsidiis ad bene beatéque viuendum tantopere indigeret, tamen omnia omnibus fieri voluit, non quærens quod sibi vtile esset, sed quod multis, vt omnes faceret saluos, nihil omnino à se putans alienum, quod ab Apostolo postea scriptum atque mandatum est: Quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.

Luce 2.

Philip. 4.

Quomodò Franciscus Libertus con trasectas edes hic garrit. In 2. c. Luc.

SED quoniam Lutherum hoc loco ineptientē audiuimus, nunc eius etiam discipulum Franciscum Lambertum, quoniam in eundem fere scopulum impingit, & errorem errore cumulat, non grauate audiamus. Quod enim Lucas ait, Christū in tēplo à parentibus inueniri, hoc ille non solum de Dei verbo, in quo veritas omnis vnicè inueniatur, cum suo magistro interpretatur, sed etiam eandem historiam ad sacrarum ædium iniuriam & contemptum scelerate detorquet: *Nulla sunt*, inquit, *Dei templa præter ipsos fideles: templum illud quod sub lege fuit corruit: sola enim viua Dei templa, nempe credentes, manent: in his templis Christus reperitur & adoratur. Impie ergo quidam templa multiplicarunt, in eis volentes potius quam alibi Deum adorari.* En tibi Doctorem insulsum, qui templa interiora & mystice accepta, viuis ex lapidibus constructa, Christóque ceu fundamento & primariæ petræ innixa, tam præpostere commēdat & vrget, vt exteriora Christianorum tēpla damnare & reiicere videatur, velut impium sit loca sacra construere & multiplicare, in quibus peculiariter Deus adoretur, & mysteria noui Testamenti celebrentur. Euersum est procul dubio, & cum suis ritibus & sacrificiis extinctum iacet templum Hierosolymitanum, vti Daniel Propheta fore prædixerat. Habet vero Ecclesia vbique gentium, & iam inde à tempore Apostolorum habuit ad adorandum & sacrificandum loca Deo consecrata, in quibus exemplo Apostolorum ac primorum Christianorum perseuerat, & ea quæ Christianæ religionis sunt propria, reuerenter exercet. Reclamat igitur hic Lambertus Apostolo Paulo, qui Ecclesiam Dei, siue vt veteres appellarunt Basilicam, aduersus Corinthios sedulo defendit, ac eandem decentibus ritibus cohonestari, reuerentérque haberi præcepit. Confirmat deinde hic homo veterem, & iure damnatum errorem impij Eustathij, Christiana templa improbè contemnentis, quod ea nullius vtilitatis esse blateraret. Ac multos ille quidem socios nefarij accepit erroris, vt VValdenses, Pseudoapostolos, Thaboritas, ac nostro quidem seculo innumerabiles Antiochi, Iuliani & Copronymi, hoc est, Sacrilegorū Principum satellites sibi subseruientes inuenit, qui inter aram & haram, inter templa & stabula, inter loca sacra & profana nullum fere discrimē agnoscunt: imo vero qui in Dei domiciliis diripiendis, fœdandis, euertēdis magna cum voluptate, neque minore crudelitate versantur. Contra hos immanes & plusquàm barbaros Dei Ecclesiæque hostes, quos infelicissimi exitus consequi solent, alij satis disputarunt. Nos Græcum & antiquum Theologum Maximum præterire non possumus, qui præclarè Christianos hortatur adire Ecclesias, táquàm domos orationis, ac libenter in illis versari, cuiusque rei fructum explicat quoniam præsentes illic & fauentes comprecantésque habeant Angelos, ac præterea singularem Spiritus sancti gratiam quæ semper ibidem inuisibiliter permanet, assequantur. Tum Chrysostomus perspicue docet: Domi quidem orari potest: hic autem vt in Ecclesia non potest, vbi tanta Patrum multitudo, vbi clamor ad Deum vnanimiter emittitur.] Verum hæc attigisse sat est: plura enim libro sequenti de sacris ædibus adferemus, & insanis illarum contemptoribus, quorum nunc plena sunt omnia, respondebimus.

Defensio sacrarum ædium contra Franciscum Lambertum.

1. Petr. 4. Ephes. 2.

Daniel. 9 & 12

Templorum origo & vsus cū ipsis Apostolis incepit.

Luc. 24. Actor. 2

Vetus & damnatus est error tēpla spernentium.

1. Cor. 11 & 14.

In Concil. Gangrens.

Multos hodie sacrilegos esse, vim & iniuriam sacris locis adferētes.

IAM vero Centuriatores, vt se germanos Lutheri discipulos monstrent, præsentem quoque locum in Mariæ iniuriam trahunt, eámque non obscurè perstringūt, hanc de illa seueram nimium censuram adferentes: *Nequaquam perfectissima fuit Maria, sed habuit & ipsa quasdam imbecillitates.* Quas vero illi nominant imbecillitates? Si communes illos humanæ naturæ defectus intelligunt, quos nostra causa etiam cū Mariæ carne Christus assumpsit, quoniā sicut Paulus prædicat, per omnia debuit fratribus assimilari, non repugnamus, quin Maria, licet purissima perfectissimáque, quasdam habuerit naturæ imbecillitates, quæ Christianæ virtuti adeo nihil dērogant, vt maiorem etiā exercendæ augendæque virtutis segetem præstent. Virtus enim perficitur in infirmitate. Vnde affectus humani non defuerunt Virgini matri, quemadmodum antea demonstrauimus, maximisque dolorib. sæpenumero fuit obnoxia, nec modo langorem & debilitatem aliquam corporis, sed ineuitabilem quoque mortis necessitatem experta est. Si vero per imbecillitates peccata, fœdique lapsus accipiuntur, quibus & Deus offenditur, & mens contaminatur, & aliqua peccato debita pœna conflatur, haud quaquam assentimur Cēturiatoribus, sed aperte testamur, ita perfectam Domini matrē fuisse, vt huius generis imbecillitatib. caruerit, semperque vixerit illibata ac immaculata. Qua de re toties dictum est, vt plura nunc repetere vereamur. Quod si vllas habuit imbecillitates cum peccato coniunctas, iustæque reprehensioni obnoxias, cur eas non exprimunt, nec recensent tam arguti & curiosi Centuriatores, vt ad sanctorum næuos colligendos fere nati esse videantur? Hactenus quidē nullus tam acutus & solers extitit, qui eiusmodi imbecillitates Virginis potuerit deprehēdere: nullus tam inuidus & curiosus, qui eas voluerit inuestigare. Soli post hominum memoriā reperti sunt Cēturiatores, qui cum suo magistro Luthero, Mariæ ruditatem, errorem & imbecillitates affingerent, eámque peccantibus aliis exæquarent, quam Augustinus omnésque pij suspicione culpæ liberant, & peccati expertem, totámque pulchram & gratia plenam esse confirmant, imo quam alieni etiam a fide nostra Mahometani, vt docuimus, inter mulieres

In Indic Ecclesiasticis sanctis. Templa sæpe & cum fruitu adeūda Christianis.

Homil. 79 ad populum Antiochen.

Non eadem vtilitas domi & in templis precantibus.

Centuriatores Mariam Dei genitricem impudenter carpere conantes.

Centur. 1 lib. 1. Mariæ cetera imbecillitates tribuentes. Centuriatores, & quo fertur id verum ac falsum sit. Hebr. 2. 2. Cor. 12.

Spirituales imbecillitates fuisse Mariæ, in Maria non vel insipientiæ vel iniquitati contrarias.

Lutherus & centuriatores quam male Deiparam tractent. Lib. de magn. vt & gratia cap. 36. Lib. 3.

ter mulieres omnes vnicè perfectam agnoscunt & prædicant.

Cent. 4. Centuriatores in ea re deficerent Bilii obiicit imbecillitatis loco. Responsio ad eandem Centuriatorū cū Maria defensione.

SED *non est assecuta*, inquiunt, *Domini verba, cum Lucas clare dicat: Et ipsi, Ioseph & Maria videlicet, non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.* ET rursus: *Maria hæc verba obstupebat, & longius spectare cogitabat: vt videas ipsos* (Ioseph & Mariam) *non fuisse omnino perfectos, quia responsionem Christi non assequuntur.* O crimen horrendum, ô fœdam imbecillitatem, cuius gratia, deiparæ vel puritas contaminetur, vel perfectio labefactetur, ac ab istis negetur publice. Quasi verò sācti & perfecti homines, licut eos paulus vocat quādiu in hoc corpore peregrinantur, non ex parte cognoscant, neque in ænigmate per speculū videāt, ac sæpè multa in verbo dei non assequantur. An Apostolorum perfectioni quicquam adimit, quod eodem tempore, & post acceptam Spiritus plenitudinem, de mysteriis diuinis aliquid non intellexerunt, quódque in his cognoscendis paulatim profecerunt? Si imbecillitas dicenda est, aliquid ignorare, cur illam etiam electis & perfectis Angelis nō exprobrant? qui certè multa nesciunt, & non solū à Deo, sed etiam alij ab aliis subindè docētur atque illuminantur, magno Dionysio teste. Sed enim si hoc modo Mariæ & Angelis imbecillitatem exprobrare pergant, Deum ipsum humanæ angelicæque naturæ authorem reprehendant necesse est. Etenim si verè dixit Salomon: Qui despicit pauperem vel calumniatur, exprobrat factori eius, cur non eodē iure creatori deo exprobrare dicatur, qui Mariæ sanctíque aliis eam donorum carentiam vel vacuitatē obiicit, quibus illos Deus noluit præditos esse, & sine quibus suam illi naturam, suásque dotes & virtutes integras pro huius vitæ conditione non tenuerunt? Nunc satis est admonuisse, sacris in rebus ignorantiam omnem non esse peccatum, ac tùm quidem potissimùm, cum nesciuntur, quæ Deus, vt cognoscerentur, nondum reuelauit, aut non satis explicatè per se vel per suos ministros proposuit & declarauit. Multa nescire licet absque piaculo, & sicut scitè dixit Chrysostomus: Satius est ignorare bene, quàm scire male. De Maria eruditi sic quidā sentiunt, solos defectus naturæ, qui apud Damascenum naturales & innoxij nuncupantur, quia defectus gratiæ & scientiæ non secum adferunt, in illa mansisse, & eandem matrem tām innocentia, quàm pœna Christo filio conformem extitisse. At impie facit Lutherus, qui vt optimæ sanctissimæque Virginis contemptum suos doceat, ruditatem ei ac errorem impudenter exprobrat. Tum Centuriatores aperte calumniantur, qui Mariam imbecillitatis ac ignorantiæ condemnant, nec alia de causa perfectæ virtutis laudem ei detrahunt, nisi quod Christi responsum in templo non fuerit assecuta.

Hom. 10. de Assumptione. Ambros. de virginit. quæ Ioseph. Hieron. de assumptione Mariæ. Aug. 3. de fide Orthodoxa cap. 20. & supra citt.

Mariam à Iacobo & Cōsanguineis eius non admirationem & errorem imputatum.

Eiusdem erroris socius & magister est Culmannus, qui Mariam hoc etiam loco errantem statuit, ac præterea errantis illius exemplū huc detorquet, vt vniuersam Ecclesiam hinc audeat erroris nota commaculare. Sic enim acutissimus, scilicet, ratiocinatur. *Si erauit Maria, ergo & Ecclesia potest errare. Plena gratia erat Maria, & tamen erauit, & permittit Deus huiusmodi desperationes & ignorantias in Sanctis, ne desperemus, si accidat similia, neque magnificemus cuiusque hominis doctrinam, quia fallere potest.* Vbi primum hic homo suam satis inscitiam prodit, quòd inter ignorantiam & errorem, ac rursus inter ignorātiam cul-

Culmanni ratiocinatio de Ecclesia fœcunda Mariæ exemplum extenuate.

In Tussilla Dominica 1. post Epiph.

Refutatio dictæ ratiocinationis & defensio Ecclesiæ quæ non erret.

Maria. non sciuit omnia & tamen in fide non erauit aut fluctuauit.

Luce 2.

Quomodo Culmannus ineptè committeat quę in Ecclesia & Maria distinguenda sunt.

Vera & proba ratiocinatio Culmanni hoc loco refutat.

Ioan. 14 & 16

Per multā Ecclesiæ vt veritatis magistræ tribuendum esse quia docetur à Spiritu sancto. Irenæi & Cypriani testimonio de Ecclesiæ authoritate fide dignare.

1. Cor. 13 Philip. 3

Quomodo Culmannus ineptè ratiocinetur.

pabilem, præsertim quæ affectata dicitur, & eā quæ omni vitio vacat, nullum discrimen agnoscit ac statuit. Deinde nullus est Catholicorum tām imperitus, qui doceat aut credat, Mariam cum in humanis esset, sciuisse omnia. Ignorauit procul dubio nō pauca, & ideircò cupida discendi, Gabrielem veluti suum præceptorem interrogauit, & post partum de iis, quæ circa Christum infantem vidit & audiuit, admirata est: nec dubium, quin paulatim in illa cognitio doctrináque cælestis auctior facta sit. Cæterùm quod ad fidem fideíque doctrinam attinet, in his quidem quæ necessariò cognoscere debuit, nec dubitauit vnquàm, nec erauit Virgo sapientissima, multò certè in rebus diuinis peritior, quàm putent Nouatores, imò quàm nostrum quisquam animo facilè comprehendat. Fuit hoc interim illi cū multis, ipsíque Christi Apostolis diuinitus edoctis cōmune, verè vt posset dicere: Ex parte cognoscimus, & ex parte Prophetamus: videmus nunc per speculum in ænigmate: nondum arbitramur nos cōprehendisse.

Errat sanè & sophisticatur, quisquis collectionē huiusmodi ferè instituit: Apostoli etiam post acceptam diuini Spiritus gratiam, in his quæ ad Deum spectabant, nonnulla ignorauerunt: igitur in aliis etiam quæ docuerunt, scripserunt atque constituerunt, vel quæ illos omninò scire oportuit, ab erroris nota non fuerunt immunes. Parem verò in argumentando vanitatem Culmannus inducit, cum ex Mariæ ignorantia colligit argumentum, vt totius Ecclesiæ fidem, doctrinam authoritatémque conuellat, & planè suspectam orbi reddat. Quid enim aliud sibi vult, quod nobis obtrudit: Erauit Maria, Ergo & Ecclesia potuit errare? nec videt homo parum in disputando solers, ex falso antecedente consequens falsum inferri, tametsi antecedēte quoque concesso, negari possit & consequens, quod culpabilis quidem erroris ratio, si maximè in Virgine tāquam priuata persona locum habuisset, tamen in Ecclesiam, quæ communis & fida omnium credentium magistra est, minimè cadere possit. At longè rectius hoc modo Culmannus, si saperet, ratiocinaretur: Quemadmodum in rebus creditu necessariis non erauit Maria, & quoniam eadem in gratia Spiritus confirmata fuit, nec potuit quidem errare: sic nec Deus Ecclesiam, cuius ipsa typum gerebat, in necessariis errare sinit, præsertim cum diuinus ille Spiritus, vt anteà Mariam, sic nunc etiam Ecclesiam doceat omnem veritatem, quemadmodum efficaces Christi promissiones luculenter ostendunt.

Vbi longiorem de Ecclesia eiúsque certissima veritate, fide ac doctrina disputationem prudens ac sciens omitto, ratus Orthodoxis omnibus satis esse persuasum, illam errare non posse, quam tanto honore dignatur Deus, vt non modò dicatur, sed sit etiam ac maneat columna ac firmamentum veritatis, cui præterea velut supremæ iudici tām sublimē authoritatem tribuit Christus, vt qui dicto eius minus sunt audientes, hos tanquàm Ethnicos auersari ac fugere iubeat. Irenæus clarissimè docet: Vbi Ecclesia, ibi & Spiritus: & vbi Spiritus Dei, illic Ecclesia & omnis gratia.] Negat igitur Cypsianus Christi sponsam adulterari posse, eámque semper incorruptam & pudicam manere confirmat. Erauerit verò Tertullianus, Origenes, Lactātius, aliiq; plures fallantur ac fallant, quorum errores nullus

Matth. 18 Lib. 4. c. 40. Lib. de vñ re Eccles.

Universidad de Deusto
Biblioteca

probat Orthodoxus, multos autem reiicit Ecclesia. Quid? an hinc rectè Culmannus colliget, quorumliber sanctorum & probatorum Patrũ doctrinam & fidem (vt nihil de sacris & œcumenicis Cõciliis dicam) eleuari, reddíque suspectam oportere? Scilicet, ita delirabimus tandem, vt Sectariis inter se dissectis, & omnia diuina humanáque miscentibus fidem habeamus, non autem Orthodoxis pulchrè consentientib. Ecclesiæque calculo comprobatis adhæreamus, sed potius perpetuò dubitemus, maximè vbi de doctrina religionis, de germano diuinæ Scripturæ sensu, déque rebus fidei necessariis agitur atque definitur?

Licet diuersi etiam docti & magni fecerint, non tamen ipsa Ecclesia in fidei doctrina. Sectarii fidē sibi præstari postulant, nec aliis illam præstare dignantur.

Nihil verò attinet cum hoc Sectario pluribus digladiari, qui tàm crassè philosophatur, dũ ex Lucæ verbis ineptissimè colligit, errare posse Ecclesiam, & quod auditu non minus horrendum est, in Sanctis desperationem inesse: tum neque Patres, neque doctrinam hominum quantúmuis illustrium & probatorum, in precio haberi oportere. Quæ omnia vt cum Lutheri doctrina pulchrè congruunt, sic ab Euangelij sensu exẽplóque Mariæ tàm remota sunt, vt nesciam quid insulsius in medium adferri à quoquam possit. Prætereà Melanchthon in eundem impingit lapidem, ac turpius etiam fortassè labitur, cum Lucæ dictum exponit: erat pater eius & mater eius mirantes super his, quæ dicebãtur de illo. Hoc enim ridiculum scholion adiicit: *Vt non dicas Sanctas non errare. Inter homines non quærendus Iesus, sed in his quæ patris sunt eius, hoc est, in verbo eius.* Indicat ergo Melanchthõ, Mariam & Ioseph errasse, atque hinc colligit, de Sanctis aliis idem iudicandum esse. Sed Melanchthon egregiè fallitur, cùm Christi parentes admirando errasse fingit, quia vel ignorat, vel non obseruat discrimen, quod statuendum est inter admirationem dubitationis, quæ ex quadam infidelitate procedit, & aliam, quæ cum reuerentiæ & congratulationis officio coniuncta est. Vitiosa quidem [a] Zachariæ admiratio, quum filium ex se nasciturũ audiret: [b] Maria verò salutantem Angelum sine vitio admiratur, ipsíque [c] Angeli ob nouam Christi in carne gloriam apud Esaiam obstupescunt, simúlque sanctè gratulantur. Ac verè piorum, vt Mariæ & Ioseph, est proprium, cum stupore, & citra omnem tamen errorem diuina mysteria contẽplari, & contemplando in Spiritu sancto gaudere. Rectiùs ergò sensit Fráciscus Lambertus, quum inter cætera hoc modo scripsit: *Non fuit horum parentum admiratio, sicut dũ quis miratur de his quæ antea minime agnouit, sed quod de illo, de quo toties admirati fuerant, semper maior admirationis ratio sese offerebat. Multum enim distat inter admirationem & gaudium mundi, & admirationem ac gaudium Spiritus Dei.* Cæterùm Culmannus vt eidem Melanchthoni subscribat, hæc quoque profundit: *Habemus hic exemplum contra illos, qui dicunt, habentes Spiritum sanctum errare non posse, cũ Maria erarit.* Nos verò satis probauimus, quicquid isti cum suis obgannant, Virginem sacram, sempérque sapientem errasse nunquam, quæ cum in gratia diuini Spiritus confirmata esset, nec errauit sanè, vt diximus, nec errare potuit in his, quæ de fide ac Religione scire illam & confiteri oportebat. Vnde Richardus etiam Victorinus in ea est sententia, quam libenter comprobant eruditi, Mariam non solum in omni gratia consummatam, verùm etiam in omni bono & dono, quod acceperat, cõfirmatam videri, cui de plena

A virtutũ perfectione defuerit nihil. Falsum & illud vel assumit, vel iudicat Culmannus, quòd Catholici doceamus, habentes Spiritum sanctum errare nõ posse, cum apertè vel cœci videant & experiantur, quòd renati post acceptũ in sacro Baptismate Spiritum sanctum, exeutiant gratiam sæpè, nec solum in varia scelera, sed etiã in pernicioſos errores prolabi possint, & verò quotidie prolabantur. Quid, quòd nulli turpioribus se erroribus contaminant, quàm qui sunt Spiritu sancto, eiúsque donis excellenter ornati, suísque tamen ingeniis nimium attributi, atque vt falsa vel condant, vel stabiliant dogmata, sensa sua communi Ecclesiæ iudicio superbè anteponunt? quòd si ne sic quidem isti desistent errorem obiicere Virgini, satis eã hac labe purgauerit Ambrosius, qui docet Deiparæ personam, quò esset melior, eò etiam Prophetia pleniorem fuisse, quæ prorsus nesciret errorem.

Maria in omni dono Spiritus perfecta.

Sanctos errare posse: contra Catholicos.

Errant, maxime sibi sapere, quæ ingenium præseferunt.

Tum Rupertus Tuitiẽsis Mariam facit magnam Prophetissam, sicut ab Esaia quoque prædicatur, quæ cum plena esset gratia, nõ prorsus ignorauerit, quod Lucas alioquin hoc loco illam ignorasse testatur. Proponit enim hanc quæstionem: Quid est quod in Euangelio Maria dixit: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Subiungit porrò, quæ sequntur apud eundem euangelistam de Christi responso, & quod parentes eorum, quæ dicta fuerant, nihil intellexerũt, quódque continuò Lucas annexuit: Maria autem conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Igitur ecce duo, inquit Rupertus, quasi repugnantia. Si n. Maria non nesciebat, quomodo quærens dolebat, & dolens quærebat? Si autem nesciebat, quomodò, vel de quibus in corde suo conferebat? Ergò neque à dextris, neque à sinistris sermo fit: quia vtraciter magna hæc Prophetissa quid ageretur non ignorabat, quoniam gratia plena erat: & tamen dolens quærebat, quoniam dispensatione diuina ipsa suo silentio seruiens, quamuis cum illis quærentib. quæreret, tempus tacendi custodiebat, & dolentib. condolebat.] Quæ Ruperti verba, quoniam subobscura videntur, ex aliis ipsius commẽtariis in Matthæum scriptis facilè illustrantur, vbi docet duo tẽpora esse circa Mariæ historiam in Euangelio descriptam consideranda, alterum quidem tacendi, cùm Christus in terris ipse doceret, alterum verò loquẽdi, cum idem in cælos esset assumptus, ac iam res ipsa postularet non tacere, sed loqui sapientissimam Virginem, nimium vt & Apostoli per illam instruerentur, & noua Ecclesia ædificaretur. Vnde post aduentum diuini Spiritus, qui omnem docet veritatem, Maria in loquendi officio se fidam aliis matrem præstitit, multáque cum discipulis & Ecclesiæ, siue capitibus, siue membris salutaria communicauit, mulier illa vere spiritualis, inquam recte conuenit illud dictum in Canticis: Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: E missiones tuę Paradisus malorum punicorũ cum pomorũ fructibus, cyprus cum nardo, nardus & crocus, fistula, & cynamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguẽtis, fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Nec dubium, hæc mystice intellecta, si ad vllam dilectam Deo sponsam allata, ad Mariam vel maxime pertinere: quibus in verbis eãdem ab incredibili sapientia, loquendique gratia commendatur.

Maria ignorans quædam, quæ tamen postea intellexit Spiritum.

commendatur. Vocat ergo Rupertus Mariam vere fidelem, & veraciter magnæ fidei Virginem, imò & magistram magistrorum, id est, Apostolorũ, quæ nullam habuerit vnquam sui ignorantiam, vt iure quodam dicere potuerit, Introduxit me Rex in cellaria sua. Nec.n. satis visum est Patri cælesti, vnigenitum Filium Mariæ tradere atque infundere, nisi cum illo etiam ditissima cellaria, id est, quæcunque sacris literis continentur mysteria, & reliqua præstantissima dona eidẽ matri amplissimè impertiret.

Magistra magistrorum dicitur Maria.

Maria nullam habuerit vnquam sui ignorantiã, habuitq; dona mirabili sapientia.

Cantic. 1

Hæc ego non ex propria, sed Ruperti doctissimi viri officina profero, isque non concedit Mariam simpliciter ignorasse, quæ Dominus illi respondit in templo, sed in hunc sensum, quòd instar aliorũ pro ignorante se gesserit, agnitumque mysterium sapienter celarit, magna interim fide complectens omnia, quæ suo quidem tempore, cum ita vellet Deus, efferret, aliisque cum fructu patefaceret. Etenim à Patre suo regéque sapientissimo Salomone filia tàm soleis & ingeniosa didicerat, suum & tacẽdi & loquendi tempus obseruari oportere, & sermonem quidem intempestiuum parum hominibus gratum & fructuosum esse nouerat. Quæ omnia Bernardus confirmare videtur, cum Mariæ fidem & sapientiam singularem prædicat, & ex eo quidem demonstrat, quòd Virgo sancta per Angelũ, priusquàm ab homine vllo, traditum sibi Euangelium acceperit, videlicet ne mater Dei à consiliis filij videretur amota, si eorum quę in terris tàm propè gererentur, remansisset ignara. Accedit quòd decuerit prorsus, vt Bernardus idem colligit, de mysteriis omnibus à principio cælitus illam ac plenè instrui, quæ rerum tempus & ordinem tenens, Euangelij scriptoribus ac prædicatoribus veritatem erat reseraturа. Tum, si ab aduersariis petendum est suffragium, Melanchthon apertè fatetur, Mariam post resurrectionem filij annos aliquot superstitẽ fuisse, quoniam Claudij Cæsaris tempore ex hac vita discesserit: quæ non solum Ecclesiæ primæ viderit initia, sed suis etiam consiliis rexerit Apostolos. Quomodo autem illa commodè regeret, ac ipsos Euangelij orbisque doctores gubernaret, si vel in fidei doctrina nutaret, vel aliqua ex parte caligaret, nec omninò sapientia & Spiritu sancto plena, ipsos etiam Apostolos multis & illustribus donis facilè superaret?

Maria fuit magistra magistrorum, id est Apostolorũ, vt Melanchthon fatetur.

Sunt qui præsentem Euangelij locum aliter interpretantur, eúmque per Synecdochen accipi volunt: sicut & illud quod de latronibus cum Christo in crucem suffixis legimus, qui in Christũ blasphemi fuisse leguntur: cũ tamẽ vnus duntaxat blasphemasse videatur. Ad hunc modum quod Lucas de vtroque parente commemorat, ad vnum Iosephi veluti rudiorem referunt, qui nõ adeò sicut Maria, in fide profecerit, ideóque minus assequeretur, quid illo sermone puer insinuaret, cùm nihil ab eo simile vnquam exaudisset. Rursus quidam in hac opinione versantur, non ad Domini parentes, sed ad auditores vel spectatores in templo alios id pertinere, quod puerum tàm sublimiter matri respondentem non intellexerint. Veruntamen ne ambages & latebras consectari videamur, simplicem & proprium verborum sensum retinemus, neque illud dare veremur, quod Euangelista scribit, ad Mariam nimirũ & Ioseph, Christi pertinere responsum. Etsi verò hi cõiuges multis modis iam antè didicissent, quod

Alij interpretantur Euangelistam de generali Christi ignorantia.

Matth. 27

A Christus etiam infans pluſquàm homo, imò verus & perfectus æternúsque Dei filius esset, de quo súma quæque meritò expectarent: tamen necdum satis intelligebant, an hoc responso fortasse significaret, quod in Hierusalem perpetuò manere, ac in templo versari, vel aliorum more adolescentum, quibus Hierusalem erat Academia sacra, quotidiè Legem & Prophetas audire vellet. Prætereà non satis intelligebant, an in animo haberet, non amplius inter priuatos latere parietes, fuísque patentibus commorari, vt hactenus fecerat, sed potius prædicádi munus aggredi, suámque diuinitatem publicè prodere. Nec dubium, quin illis esset incertum, quẽ ille modum ac ordinem in reliqua vita seruaturus, quósve progressus in obeundo Messiæ munere facturus esset, vt hinc circa ipsum & res eius gestas admiratione quadam perpetua tenerentur, præsertim si quando clarius in illo Dei Spiritus eluceret. Illud verò præter expectationem & spem omnẽ illis accidit, vt puerum tãtoperè desideratum sibíque charum eo nunc loco spectarent, vbi hominum doctissimorum corona cingeretur, suúmque cum illis colloquium grauissimis de rebus instituerer, adeóque doctoribus ipsis ac aliis præsentibus ob singularem in respondendo industriam ac dexteritatem esset admirationi. Audiebant de Patre loquentem, & maiestas quædam haud dubiè non deerat orationi, vt nunquam antèà minus familiariter & maiore zelo cum ipsis egisse videretur. Nec statim diuinare licebat, de quo tandem negotio diceret, cùm latè pateat sermo, si dicas: In his quæ Patris mei sunt: vel in negotio à Patre mihi commisso versor, ac me versari necesse est. Nam & Ioseph patrem suum dicere iam antè solebat, sicut & mater ob loquendi cõsuetudinem hoc nomine Ioseph appellauit. Certè primum & admirandum hoc fuit specimẽ præbebat Iesus, vt non parentes modò, sed & præsentes omnes ad hoc pueri factum attoniti starent, nec satis eius prudentiam suspicere possent. Sic enim præludebat Dei sapientia iis, quæ omnibus admiranda populis, docturus & facturus erat in orbe Messias. Deinde via fortassè populo præstruebatur, vt virum maioris aliquando facerent, qui puerum tanta præditum indole & gratia multò antè cognouissent.

Quomodo Christi parentes meritò dubitárint de sensu verborum auditorum, & de causis admirandi.

Quid ergò mirum, obsecro, si Ioseph, & Maria nõdum caperent, quæ tùm agerentur & responderentur, præsertim cùm vehementi sollicitudine impediti accederẽt, ac noui spectaculi admiratione perculsi, minus præsenti paratóque essent animo, vt fieri solet, ad Christi mẽtem & orationem perfectè cognoscendam. Non intellexerunt, inquam, tàm paucis verbis tàm multa & magna, quæ docuimus, contineri, nec erat facilè coniectare, præsenti sermone absentes potius in filiorum educatione peccantes, quàm præsentes ac innocentes verè parentes notari atque perstringi. Quòd si Origeni credimus non intellexerunt, vtrùm Christus his verbis de tẽplo exteriore, an verò interiore verba faceret. In mentem enim illis venisse potuit, altius quiddam fortassè, quàm ipsi putarẽt, aut sicut Theophylactus existimat, Sacramentum aliquod hoc ipso pueri verbo accipi oportere. Dionysius Rickelius de toto negotio ita respõdet: Indubitãter felix & gloriosa Maria certissimè nouerat, quod vnigenitus per patrem suum, designauit Patrem æternum: quod item per ea quæ patris sui sunt, intellexit diuinum cultũ

parentum dubitatiõem & ignorantiam non grauibus reprehensionibus carpit.

Quomodo parentes non intellexerint Christũ, iuxta Origenem Theophilactum, Dionysij Rickelij interpretatio.

Hom. 20. Lucam. In 2. cap. Lucæ. Libr. 1. de genio & ginis cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque quod cultui Patris cælestis oporteret eum secundum assumptam naturam semper esse intentum: sed circumstantias loci ac temporis, modumque occupandi se in his, quæ Patris sunt, nondum cognouit. Quemadmodum etiam filium suum cum dolore quæsiuit, non quòd putauit eum erraſſe, periisse aut perditum esse, sed separationis à dilecto impatiens, verebatur ne ex proposito ad alia diuertisset aut demigrasset: vel vt Origenes exponit, ne fortè rediisset ad cælos, inde dum sibi placeret, rediturus.] Probat igitur Dionysius, hunc locum nihil impedire, quò minus excellens ac perfecta sapiétia, rerúmque diuinarum exacta cognitio Mariæ veræ æternæque sapientiæ matri, plusquam sapientissimis & diuinitus edoctis Apostolis tribuatur: hanc enim vnam in Scripturis rebúsque sacris cognoscendis tantò plus lucis præ cæteris accepisse, quantò semper puriore, humiliore, dociliore, multísque dotibus instructiore mente gauderet, Deo quidem maximè familiaris atque coniuncta.

Nos parentes non erraſſe, vel culpabiles fuisse licet Christi verba nó assequerétur.

Absit igitur, vt etiamsi maximè fateremur, quòd hi coniuges vel vnum, vel plura mysteria, quæ hic sanè concurrebant, ignorarent, eáque mirarentur magis, quàm assequerentur: absit, inquam, vt eos vel minus pios, vel parum sapientes, vel nimium rudes atque crassos, nedum errantes fuisse dicamus. Illustrem illi de Christo cognitionem habeant, sed & amabant plusquàm dici possit, hunc puerũ, quo nihil amabilius & speciosius, etiamsi hoc illis à Deo pignus commendatum non esset, ad cuius sanè curam & obsequium se totos accommodabant. Etsi verò non singula, quæ circa illum viderent & audirent, eo tempore cognoscerent, ac nullus mortaliũ satis posset cognoscere, non tamen ob hoc illorum cõditio deterior fuit, præsertim cum sic Deo visum esset, vt in Christi cognitione ac rerum sacrarum intelligentia, sicut diximus, magis ac magis proficerent, ac seipsos quotidie superarent, nec vno quidé tempore tàm multa & arcana discerent ac assequerentur. Obmutescat igitur ignarus ac cœcus Sarcerius, quem nihil pudet tàm abiectè ac viliter de Maria scribere, vt in illa exemplum statuat ignorãtiæ, simul & cœcitatis. quasi verò prudentissima Virgo, licet omnia de Christo distinctè patefacta nondum teneret, tàm diu ignorantiæ tenebris immersa, & fidei lumine destituta, cæcáque manserit, nec filio semper plurimum detulerit, cuius cognitionem tot modis & illustribus argumentis intus ac foris confirmatam habebat, vt ad credendum nihil magnoperè desideraret. Cæterum inter aduersarios Franciscus Lambertus reliquis tolerabilior esse videtur, quando in hunc modum scribit: *Indubie nouerat beata Virgo, quod Christus filius altissimi esset, sicut ab Angelo audierat, neque id Ioseph ignorabat. Sciebant quoque & templum & eloquia de quibus tractabat, Dei esse. Nesciebant autem, ad quid tunc illud dixisset quod in his, quæ Patris sui erant, illum esse oporteret. Ad quid autem tunc tantum potius quam alio tempore id fecerit, & ad quid triduo a matre requiri voluerit, quis satis nouit?*

In scholis super Lucam cap. 2.

Sarcerius impudenter de Maria fingit in illa nobis exemplũ ignorantiæ & cæcitatis proponi.

Quomodo Franciscus Lambertus colãt Christi parentes excuset.

In 2. cap. Lucæ.

postremo si Lucę verba diligenter inspiciantur, nõ obscurè docent, quæ ad Mariæ quidem laudem & gloriã non leuiter animaduertenda sunt, maioremque fructum præbent, quàm quæ calumniantes aduersarij hactenus effutiuerunt, & primum quidem efiinxerunt. Non enim sat habuit Euangelista dicere de Christi parentibus: Et ipsi non intellexerunt verbum, verùm etiam illud significãter adiungit: Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius cõseruabat omnia verba hæc in corde suo. Primum enim quantum obsecro, decoris & ornamenti Mariæ conciliat, quòd immortalis Deus, cui Angeli subditi sunt, cui principatus & Potestates omnes obediunt, huic matri, & propter illam (vt diserte Bernardus notat) ipsi Ioseph sit subditus? Deinde an non singularem modestiæ commendationem præ se fert ac ostendit, quod Maria etsi sermonem filij non assequatur, tamé nec rogat amplius, nec mussitat, nec pro materna libertate aut muliebri loquacitate quicquam opponit, vt suam & sponsi causam agat ac excuset? Prætèrea tantum venerationis charissimo filio defert mater, vt quæcunque ab illo dicuntur & geruntur, aut quę circa illum etiam infantem & puerum alij narrant ac faciunt, hæc obseruatione digna censeat, eáque singula notet, colligat, reuoluat, ac menti penitus inhæ seruet. Hoc est, quod semel ac iterum Lucas tradit: Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo, per verba nimirum designans etiam opera & mysteria rẽsque gestas omnes, quæ inde ab initio cum noui Melliæ conceptione, ortu & educatione coniunctæ fuerunt. In his autem initiis, quę multis vilia & abiecta visa sunt, Virgo prudentissima fide viua prælucente cognoscit, certo Dei consilio cuncta geri, ac plena esse illa dignitatis atque vtilitatis, quæ boni omnes intimis animorum sensibus meritò complecterentur, ac memoriæ perpetuæ consecrarent. O præclarum exemplum Euãgelici pectoris, diuinas opes tàm cupidè recondentis, tàm fideliter conseruantis. Non est Maria otiosa spectatrix, vel negligẽs auditrix eorum, quæ sesè passim offerebant, sed sedula meditatrix, & obseruatrix, vt sacro & arcano cordis sui scrinio illa diuinæ dispensationis opera commendaret, commẽdatáque retineret, ne vnquam effluerent. Nec enim sibi tantum, sed & aliis mater prouida inseruiebat, vt precioſum pararet thesaurũ, opportunè aliquando depromendum, multísque vtilissimè communicandum. Proinde non temerè Ambrosius, Mariam arcæ fœderis comparauit: Siquidem, inquit, arca intrinsecus portabat Testamenti tabulas: Maria autem ipsius Testamenti gestabat hæredem. Illa intra semet legem, hæc Euangelium retinebat: illa Dei vocem habebat, hæc verbum. Arca intus forisque auri nitore radiabat: Sancta Maria intus forisque virginitatis splendore fulgẽbat. Illa terreno ornabatur auro, ista cælesti.] Ac rursus alibi Mariá celebrat, quæ non minus ore pudica quàm corpore secreta quæ nouerat nulli diuulgarit, sed tacito corde peruestigarit, congruum nempè tẽpus, quo hæc Deus euulgare vellet, reuerenter expectans. Interea verò quæcunque de Domino vel à Domino facta cognouit, siue ea intelligeret, siue nõdum illi reuelata essent, in memoria sua recondidit omnia, vt quando tempus prædicandæ seu scribẽdæ incarnationis eius appeteret, sufficienter vniuersa, prout essent gesta, posset explicare quærentibus, vt Lyranus etiam comprobat.

Christus Mariæ ob illa Ioseph subditus.

Hom. 2. super Missus est.

Maria non intelligens, nihil quæsiit, nihil abnuit, sed laudabiliter gerat.

Quid sibi vult Maria conseruabat omnia verba hæc &c.

Sed & Beda prudenter expendit, quod Lucas ait, Mariam in corde suo & conseruasse verba, & contulisse. Debuit dicere, inquit, considerabat in corde suo, & conseruabat in corde suo: sed quia sanctas Scripturas legerat, & sciebat Prophetas, conferebat ea,

Serm. 31.

Maria instar arcæ fœderis.

Maria priùs cercollit, tũc thesaurizat, tũc multis communicabat.

In Glossa ordinaria, Lyranus.

In 2. cap. Lucæ.

In 2. cap. Lucæ.

Quomodò Maria in corde conseruarit & conferre dicatur.

Lib. 2. de laudibus V. virg. cap. 26

Quid consequatur ex hoc Luc. testimonio iuxta Ribellium.

Lib. 6. reuelationum cap. 58

Christus intra pectoris partes tanquam in area sua latet, patefactus tamen patet.

Lucæ 10.

ca, quæ secum sunt acta de Domino cum his, quæ nouerat à prophetis scripta de Domino, & collata ad inuicem cognouit instar cælestium Cherubin socia sui vultus luce concordia.] Demùm ex eadem Lucæ sententia, quæ Mariæ modestiá prudentiámque commendat, scitè nos docet Dionysius Ricxelius hoc modo ratiocinari: Si sacra Virgo alios de filio loquentes diligenter aduertit, eorum verba memoriter tenuit, in corde suo libenter contulit, sæpéque reuoluit, nimirum quæ ab Angelis, Pastoribus Zacharia, Elizabeth, Magis, Simeone, Anna aliísque pluribus denunciabãtur, quanto illa cupidius atque accuratius Filium suum, siue domi de sacris disserentem, siue publicè concionantem audiuit, quanto eadem audita clarius intellexit, & sæpius mente reuoluit, & sublimius contemplata est, maiorémque inde tùm admirationem, tum vtilitatem vsque persensit? ac est probabile quod sanctæ viduæ Brigittæ à Deo reuelatum legimus, Christũ adhuc puerum & adolescẽtem in priuato & domestico illo cum parentibus contubernio ita vixisse, vt multa illis arcana exposuerit, suisque suauibus colloquiis eosdem recrearit, magnam vt inde voluptatem lætitiámque sanctam crebrò perciperent, & in Dei amorem talibus monitis excitarentur. Scio singularem Magdalenæ laudem tribui, quæ verbum Domini sedẽs ad Dominicos pedes audiuit, eóque C eadem hodie accusatur, gradum faciamus.

Maria ita verbo audiendo & conferendo studiosiorquã Magdalena.

In Euangel. Dominica 1. post Epiph.

Mariam quomodo exaũ uersariis duo commendent ob studium erga Dei verbũ.

In postilla circa dictum Euangel.

Maria typus omnium Dei verbum sincere & ardenter amplectentiũ.

CAPVT XX.

Aduersus nouos calumniatores Maria defenditur, quæ in nuptiis Canæ per muliebrem & ambitiosum affectum nihil peccauerit, nec filij sui reprehensionem vel obiurgationem promeruit, multis alioquin nominibus ob eandem historiam commendanda.

Cana.

Nuptiæ Apostolorum ante Christi aduentum celebratæ.

Quomodò Christus dicatur nondum horam suam venisse.

Nouæ propheticæ.

RAECLARA est historia de nuptiis in Cana Galilææ oppido factis, quas quidem solus Ioannes & ipse Galilæus describit, siue idem sponsus in his nuptiis, vt [a] Augustinus, [b] Beda, [c] Albinus, [d] Abdias pronunciant, siue alius quispiam affinis fuerit, quem constat, etiamsi architriclinum habuisse dicatur, exiguis tamen fortunis fuisse, cum ne vinum quidem nuptiali conuiuio necessarium suis potuerit hospitibus exhibere. Nec moramur, an sponsus aut sponsa Christum eiúsque parentem ob cognationem, siue vicinię familiaritatísque gratia inuitarit: tantùm quæ ad Mariam à Nouatorum calumniis tuendam propriè spectant, hoc loco disputiemus. Igitur quas innocenti Mariæ labes noui Ecclesiæ hostes aspergant, citatis ipsorũ verbis indicabimus, antequàm ad eiusmodi labes, adeóque fœdissimas maculas abstergendas, spongiam adhibeamus.

Duo Mariæ dicta extant in hac præclara historia, Vinum non habent, Et: Quodcunque dixerit vobis, facite: vtrobique virtutem sapientiámque suã singularem Virgo sancta declarat. Aduersarij verò, vt sunt Virgini matri frequenter infesti, priorem eius sententiam mirè conuellunt, magnáque vi eo detorquẽt, velut Mariam muliebris, & nescio quis carnis affectus ad hæc dicenda impulerit, vt omnis æqui & decori oblita, sese per filij miraculum ostẽtare, & hominum gloriam aucupari studeret. Tale quiddã indicat Oecolampadius, hunc locum sic explicans: *Quid mater volebat? nonne hoc vrget, vt cæteri videant filium suum longe præstantiorem? Non potuit ignorare quem genuit filium, quasi diceret Christus: Tu fortassis hoc velles vt sic prodirem: vt etiam infra ab amicis audit vt ascendat in Hierusalem, & palam se monstret.* Quibus verbis ostendit Oecolampadius, haud parum ambitioso affectu commotam Virginem adhunc prorupisse sermonem, opémque filij sui nouis coniugibus postulasse, vt ille suam nempè gloriam hac occasione proderet, multisque manifestaret. Vbi confert Mariam cum amicis siue fratribus domini, quos Ioannes ad Christum dixisse scribit: Transi hinc & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo quippè in occulto quid facit, & querit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres eius credebãt in eum. Igitur hisce fratribus, siue cognatis tàm vanis & ambitiosis, imò penitus incredulis, vt Ioãnes affirmat, qui nihil nisi vulgi fauorem ac fastum in Christo cognato quærerent, Mariam pudendum in modum confert, & conferendam Oecolampadius putat, nihil vt de matre Domini perpetuò sancta & innocente, vt demonstrauimus, hic homo abiectus fingere potuisse videatur.

In cap. 2. Ioã.

Pari candore iudicat Brentius, quum dicit, quasdam extare significationes, nec illas tamé nominat

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ testentur nihil humani alienum fuisse à Maria, quippè quòd & ipsa cõtineatur in publico humani generis iudicio. [a] Propter vnum hominem peccatũ in mundum introiit. [b] Non iustificatur in conspectu tuo omnis viuens. Ac iterum: [c] Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Proinde ad marginem quoque scribendum curauit, Mariam Virginẽ esse peccatricem, ne videlicet de illa sublimius, quã de aliis Adæ filiis & filiabus peccato subiectis, vnà cum Augustino sentiamus. Tum ad rem propius accedens: *Vbi Maria*, inquit, *non eum tantũ honorem quæsiit, qui debetur parentibus, sed etiam ambit honorem Messiæ, & cupit esse quasi socia administrandi eius officij, quod Christo diuinitus mandatum erat: ibi tum Christus durissimè eam alloquitur, vt contineat ipsam inter terminos suæ vocationis.* Hoccine est Deiparam dũtaxat accusare? imò verò læsæ maiestatis diuinæ ream peragere, vt quæ Brentij iudicio maximum Messiæ ambiuit honorem, & vnà cum filio proprium Messiæ officium, quod vni personæ diuinitus erat iniunctum, partiri voluerit atque administrare. Vtrũque profectò sine intolerabili fastu ac tartarea superbia fieri non potuit, & haud scio, an in prima muliere peccatum enormius extitit, quæ sui criminis pœnas vindici Deo grauissimas dedit, quùm intra terminos suæ vocationis non constitit, & serpenti consentiens, ad sublimitatem sapientiamque diuinam aspirauit.

Nunc verò pœnam ab aduersariis definitam, & Mariæ impositam audiamus, quam ob peccatũ hoc loco commissum subiuit. Sic enim decernunt Aduersarij: *Christus matrem vetuit, vt æquet aliis hominibus cum inquit: Quid mihi tecum est mulier? Quasi diceret, quia mater es, ideo videris alicuius prærogatiuæ merito a me impetratura. Ideo scias, te non plus esse apud me, quam vel mulier peccatrix est, vel Syrophœnissa: tantum impetrabis, quantum credes misericordiæ.* Atque hanc damnationis sententiam Philippus ille aliorum Præceptor tulit, vt sciamus, Mariam ob hæc verba dicta: Vinum non habent, tàm seuerè à filio castigari, ac sua prærogatiua spoliari, in ordinemque redigi, vt nõ amplius benedicta inter mulieres habeatur, sed illis etiã fœminis, quæ ante suam conuersionem coram Deo impiè, & in hoc mundo impurè turpitérque vixerunt, inposterum aggregetur. Ac bis quidem Philippus hoc velut insigne mysterium repetit, matrem à Christo reiici, vt omnibus, adeóque etiam mulieri peccatrici aut Syrophœnissæ exequetur. Quis verò pius, si hasce tàm procaces ac verè blasphemas Nouatorum censuras secum expendat, non meritò demiretur audaciam, non iure impietatem exhorrescat? Pro pudor, ita ne verò fas est, non dicam Iudæis ac Mahometanis, sed Euangelicis, vt se ipsi vocant, sanctissimam Dei matrem proscindere maledictis, & hoc nitidissimum Dei organum nõ modò scurrili & impia dicacitate conspurcare, sed & vulgo damnandum atque conspuendum prostituere? Vbi certè Caluinus multis aliis & moderatiorẽ & æquiorem sese præstat, cùm affirmat, coniecturã hanc nihil rationis habere, qua fingitur Mariã muliebri affectu sibi & filio nescio quid fauoris captasse, hanc certè scientem & volentem non peccasse: sed qui tamen ad grauandam Mariæ causam hoc temerè adiicit, peccasse illam in eo, quod fines suos excesserit, quamuis neque ambitio, neque alius carnis affectus ipsam ageret. Prudentior etiam Philippo & aliis fuit Pellicanus atque benignior, sed in eo mox immodicus: quòd puret Christi matrem muliebri quadam ac vana sollicitudine detineri, quùm compellans filium, vini defectum indicat. Atque hanc sollicitudinem sanctam non muliebris & vanus affectus, sed pei matre digna charitas suggerebat, & fides efficiebat, vt Virgo piam voluntatem suam & præsentem aliorum necessitatem ei aperiret, qui meritò in die tribulationis à piis omnibus inuocatur, neque minus est quàm dicitur, in opportunitatibus & tribulationibus adiutor, refugium, virtus, protector atque susceptor.

Rogabis fortassè, quam ob rem igitur mater tàm duriter à Christo repulsa sit, vt illi negetur, quod postulat, & filius illam nec mattis nomine dignetur, sed hoc duntaxat, quod satis acerbum videtur, respondeat: Quid mihi & tibi est mulier? Respondemus, ob hæc Christi verba, qualiacũque ea sint, nullam aduersariis fuisse causam in matrem Domini tantoperè debacchandi, ac de sincero illius affectu tàm impurè & contumelioſe pronunciandi. Deinde afurmamus, quicquid acrimoniæ verba illa præ se ferant, & cãdorem matris filio fuisse perspectum, & Christũ re ipsa testari, quòd matri detulerit, eiúsque piis votis fuerit obsecutus. Lutherus verò vt in Maria oppugnanda (præsertim vbi de illius gloria disputarut) more suo est vehemens atque procax: ita hoc etiam loco, vt oleum (quod aiunt) camino addat, satis acerbè contendit, quod Christus hic se difficilem ac immitem ostenderit, matrémque durè repulerit, quàm adeò & responso inhumano coram tot conuiuis pudefecerit. Auget præterea non parum verborum asperitatem, quum quod Græce dictum est: τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι, ipse Germanicè in hunc modum vertit: Beib, mas hab ichmit dir zu schaffen? Quæ versio præterquã quod à Latina & probata Euangelij editione discedit, etiam nouatorum confirmat opinionem, vt eò libentius Mariæ causam eleuent ac oppugnent. Verùm Ecclesiæ lectio vel idcircò magis retinenda est, quòd non modò prædictam verborum Christi duritiem lenit, sed etiam ex aliis Scripturæ locis cõprobetur, quæ simili phrasi Græcis & Hebræis familiari enunciantur, ac eodem ferè modo Latinè vertuntur. Nam [a] Paulus ita Corinthiis loquitur: τί γὰρ μοὶ καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν, hoc est: quid enim mihi de his quæ foris sunt iudicare? Nec dissimilis est phrasis, qua Pilati vxor vtitur: [b] Nihil tibi & iusto illi, hoc est: Ne quid tibi sit cum Christo iusto negotij. Tùm in libro [c] Regum: Quid tibi & paci? hoc est: Quid tibi cum pace? Ad hunc modum: Quid mihi rei est tecum? Christus ad matrem hoc loco dicere voluit, sed ita vt sine acerbitate & amarulentia hoc dixerit, & nullam in matre culpam redarguere voluerit, ficuti postea monstrabimus. Neque solùm Christus pronũciauit: Quid mihi & tibi est mulier? sed statim adiecit: Nondum venit hora mea; nimirùm, vt hos insanos præuerteret criminatores, ac seipsum nobis explicaret. Perinde ac si diceret: Etsi quod à me beneficium petis, pro tua pietate petis, vt præsenti necessitati, ac nouorum coniugum pudori consulam: tamen si profectum ac salutem spectemus præsentium, non est sanè, cur tuæ petitioni annuam, sed maior quædam temporis opportunitas expectanda est, suum vt vtum & fructum habeat miraculum, quod te postulante facturus sum. Nondum venit hora mea, id est, tempus

Maria iniquè quoque tractari a Brentio, circa hanc historiam, & loco peccatricis haberi.

In Ioannis Euangel. Hom. 20
a Rom. 5
b Psal. 142
c Psal. 13.

Depulsio grauis criminationis.

Genes 3

Melanthon in annotatio. circa Euan. Ioan. cap 2. Marci. 7

Quomodo fingant Nouatores, pœnam à Christo matri hoc loco irrogari.

In harmon. Euangelica.

Caluinum & Pellicanum æquiores quã Philippũ esse Mariæ licet non æquos penitus.

In explicat. Euang. Ioan. cap. 2.

Psalm. 9 & 41.

Mariam non ita acerbè hoc loco obiurgatis, sicut Nouatores.

a 1. Cor. 5.
b Matth. 27.
c 4. Reg. 9

Quãm prudẽter Christus dixerit: Nondum venit hora mea.

De Christi verbis, Quid mihi & tibi mulier? recte accipiendis.

tempus miraculo congruum & oportunum tunc præstò erit, quùm vini penuriam conuiuæ certò deprehendent, vt inde magis intelligant auxiliatorẽ, & sincerius glorificent Deum, [a] qui educit panem de terra, & vino lætificat cor hominis. Vnde sapiẽter etiam Cyrillus [b] admonet, quòd Christus non à se, neque non rogatus ad actionem miraculorum peruenire, sed potius necessitati atque vsui hominũ suam præbere gratiam soleat: & ferè gratiora sunt quę impetrantur, si petita eadem aliquantulum differantur.

Quod si de mulieris nomine, quo Christus hic vtitur, agendum est, ne id quidem ad suam acerbitatem vel tegendam, vel tuendam rectè obtendunt Aduersarij, quandoquidem ex vsu Scripturæ commune hoc sexus est vocabulum, neque minus ad Virginem, quàm ad vitiatam vel nuptam pertinet. Probat hoc [c] Augustinus ex [d] Moysis testimonio & Hebraicæ linguæ proprietate: probat & [e] Origenes ex vulgari vsu loquendi, & sic ratiocinatur: Si rectè, dicitur vir ille pro sola temporis ætate, qui nullius admixtionem fœminæ nouerit, quomodò non eadem consequentia etiam Virgo, quæ intemerata permansit, pro sola ætatis maturitate mulier nominetur? In eundem sensum [f] Gaudentius docet, ac Mariam hic à Christo vocari asserit mulierem veritate sexus, non detrimento integritatis, quoniam diuino partu sic cœperit esse mater, vt Virgo sacratior permaneret: Quantiquàm hoc rarò inuenias, & bis quidem duntaxat in Euangelio, vt mulier Maria dicatur: octies verò post partum, matrem Iesu vocari legimus, vt etiam [g] Metaphrastes animaduertit. Nec desunt qui ad singularem Mariæ laudẽ referant, quòd Christus eam nusquam nisi hoc nomine, mulier, vocauerit: idque præstantius esse putant, quàm si Virgo (quippè quod apud Iudæos eo tempore non expediebat) tantum appellaretur. Quemadmodum enim Christus inter viros primatum tenet, ac viri nomen maximè promeretur, sic Maria inter mulieres omnes principatum obtinẽs, mulieris nomine meritò nuncupatur, cum sit rara illa mulier, quam ardenti desiderio Salomõ in Spiritu quærebat, cùm diceret, Mulierem fortem quis inueniet? Sed & Paulus filij Dei matrem non nisi mulierem vocat, ex qua illum esse factum, legisque subiectum dicit, vt eos qui sub lege erant, redimeret. Si enim à muliere peccati omnis initium, & quasi malorum scaturigo defluxit, cur non mulier quoque dicatur, ac inprimis honoretur, per quam gratiæ & salutis æternæ principium, & certum velut antidotum ægris adeóque perditis mortalibus donatum est?

Facessat ergo Lutherus, tùm Paulo tùm Mariæ tàm durus, acerbus iniquus, vt in hæc verba scribere non vereatur: *Paulus vt appareat, quasi per contumeliam, Virginem matrem filij Dei, mulierem tantum appellat.* Quinimò si rectè iudicemus, per contumeliam Lutherus hoc Paulo tribuit, verámque eius loci interpretationem Hieronymus hoc modo declarat: Quod Apostolus sanctam & beatam matrem Domini, mulierem non Virginem nominauit, hoc idem & in Euangelio scriptum est, quando vxor appellatur Ioseph, & ab ipso Domino quasi mulier increpatur. Non enim necesse erat semper, quasi cautè & timidè Virginem dicere: cùm mulier sexũ magis significet, quàm copulam viri, & secundum intelligentiam Græcitatis γυνὴ tàm vxor, quàm mulier valeat interpretari.] Tertullianus verò clarissimè docet, mulieris nomen in Scripturis accipi, vt etiam his competat fœminis, quæ viros pallæ non sunt, & ad sexum ipsum, non autem ad gradum sexus pertinere, quo nomine Virgines etiam censeantur. Vnde quum Gabriel Angelus mulierem scirret dici pro Virgine, Mariam quamuis Virginem inter mulieres benedictã salutauit. Sic igitur Paulus Mariam, sicut Moyses Euam primum conditam & intactam adhuc Virginem, mulierem nuncupauit. Hoc est, quod Gerson suo, id est, scholastico more dixit: Domina nostra appellatur mulier, sicut Eua appellata fuit in creatione sua, & est nomen perfectionis & sexus, non autem corruptionis, quẽ admodum aliqui Hæretici dicere nisi sunt, propter hoc dominam nostram nõ esse matrem Iesu Christi, cum tamen præsens Euangelium prorsus asserat contrarium.] De quo demum nomine quid Georgius Maior prædicet, paulo post subiiciemus, vt illius quoque testimonio veritas aduersus Lutherum eius magistrum corroboretur.

Cæterum vt ad historiam Euangelicam propius accedamus, hæc vel sola, si à capite vsque ad calcem ritè perideatur, aduersarios Mariam temere insectantes coarguit, ac vanissima illorum probra subuertit. An illic quicquam extat, vnde colligi possit, optimam simulque modestissimam Virginem in Messiæ officium inuolare, eúmque pro affectu suo gubernare voluisse, quemadmodum isti proteruè confingunt? Nihil eiusmodi proponit, aut leuiter etiam indicat Euangelista, sed alia multa ad Marianæ fidei, charitatis modestiæque singularem laudẽ spectantia, & cum nouis eiusmodi portentis quasi pugnantia, nobis ob oculos ponit. Fidei erat excellentis, quod inter omnes præsentes ipsa sola, in præsenti necessitate ad Christum, velut sacram anchoram confugeret, quod diuinã illius tum bonitatem, tum virtutem etiam inter edendum suspiceret, quod ab illo qui nullum adhuc miraculum patrauerat, eíque subditus hucusque fuerat, tãta cum fiducia supernaturale auxiliũ desideraret & exposceret. Neque precib. vrget negotiũ, sed verbo vnò solum indicat, pudore leuandos nouos coniuges, & conuiuas vini munere donandos esse, rémque totã spe summa, nec minore reuerentia vni Filio cõmittit, velut qui vellet & posset maius etiam præstare beneficium, quàm vel ipsa peteret, vel aliorum necessitas postularet. Et hanc ingentem Mariæ fidem illud illustriorem efficit, quod licet Christi in speciẽ duriore responso exciperetur, ac repulsam quodãmodò passa videretur, tamen nihil offensa, benè, vt antea, de miraculo sperare pergat, adeóque hac fidei probatione quasi constantior effecta, è vestigio mẽsæ ministros sedulò admoneat Christi dicto parere, quicquid illi mãdaret. Tam rara fides, támque sublimis de Christo & eximia opinio, qui patratione miraculorũ se mundo manifestare statim vellet ac posset, in Maria sola eo tempore inueniebatur.

Cum hac fide (qualis non erat certè in Israel) officiosa & viuida charitas, de qua mox dicemus, coniungebatur: nec deerat perfecta obedientia, cuius officium optima institutrix Maria non suo tantum exemplo, sed etiã præcepto per omnes ætates

Mulieris nomen ad sexũ, non ad gradũ sexus pertinet.

Luc. 1.
Genes. 3

In serm. de Euang. Domin. post Epiphan.

Mariã in hoc Euangelio multis modis commendari.

Mariæ à fide commendatio.

Mariæ fides eo tẽpore incomparabilis & rara.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duraturo commendauit, atque his verbis pulcherrimè tradidit.

Mariæ ad obedientiã non solum præsentes in nuptiis, sed etiam fideles omnes hortatur, & quo pacto.

Quæcunque dixerit vobis facite, perinde ac si iuxta sublimiorem quidem sensum, tenatis in Christo congruentem, diceret: Vos qui ad spirituales nuptias vocati accessistis, & amici cœlestis sponsi per fidem facti estis, æterni Patris testimoniũ præceptúmque tenetis, quod circa Iordanem de cælo insonuit, vt dilectum & gratiosum eius Filium audiatis, Habete nunc & matris testimonium ac præceptum alterum, vt quomodò idem Filius audiendus sit, intelligatis, simúlque perpetuò retineatis.

Matth.17 Quæcunque dixerit vobis non solùm audite, credite, magnificate, sed & factis præstate fideliter: quęcunque, inquam, vel per se ille, vel per Spiritum suum Ecclesiæ promissum vobis dixerit & annunciarit. Nullus in posterum de solius fidei iustitia sibi falsò blãdiatur: nullus de Filio meo vanè & inaniter glorietur. Sicut cœpistis facere & docere, ita legis non tantum auditores, sed & factores requirit, suam cuique mercedem secundum eius opera tãdem certo certius redditurus. [a] Mecum & matres eius eritis, si feceritis & Patris, & Filij voluntatem. [b] Tantùm obtemperantibus sibi factus est causa salutis æternæ.

a Actor.1 Rom.2 Iacob 2. Matth.16 a Matth.12 b Hebr.5

Mariæ multis modis charitatem hoc loco declarat.

Quid verò nisi Mariæ charitatem maximam arguit, quod nec monita, neque rogata, sponso & sponsæ condolet, & sponte alienis incommodis cõmouetur, quod de pauperibus cõiugibus benè mereri studet, quódque, cum per se non possit illorum inopiam subleuare, beneficium tamen apud Christum officiose procurat, & sua demum intercessione impetrat? Iam si cuentum ipsum, qui mox consecutus est, intueamur, quùm fida mater patratum vidit miraculum, non potuit Christo, qui suã gloriam illic declarasset, nõ ex animo gratulari, simúlque præsentibus amicis & conuiuis in charitate nõ ficta congaudere. s; liberata pia sollicitudine, & iam re ipsa comperiens, vrgentem penuriam depulsam, optimúque vini copiam exhibitam, cõiuges pudore ignominiáque leuatos, honestáté denique nuptialis conuiuij apud amicos integram conseruatam.

Maria filij & aliis ex charitate gratulatur.

Accedit his sancta iubilatio, quam nihil dubium, quin Spiritus sanctus in eius pectore excitarit, quú suæ petitionis tàm felicé effectum Virgo cerneret, vt primum & præclarum miraculum vero Messia dignum, ac multorum fidei non mediocre adiumẽtum, consequeretur. Postremò ingentem Virginis commendat modestiam, quod vbi alioquin summa est aliorum in loquendo agendóque licentia, hæc paucitate verborum contenta, necessaria tantũ loquatur, certè à communi mulierc arum vitio aliena, quæ garrulitati adeò libenter & licenter indulgent, & linguæ frænum imponere, loquendique artem tenere difficillimè possunt. Breui quidem oratione plura complecti non potuit, quàm quum sola soli dixit filio: Vinum non habent. Id perinde erat ac si loqueretur: Nihil est opus à me sapientissimum admoneri, vides ipse Fili & intelligis, vinũ ad ignominiã sponsi ac sponsæ depellendam, atque ad consolationem hospitibus exhibendam desiderari: quibus verò modis vtrique parti consulendum sit, tuæ & potentiæ & charitati commendatum volo, nihil ambigens, te nec meæ postulationi, nec illorum vtilitati defuturum. Meum erat hoc, fidei erga te, & charitatis erga illos officium verbo vno præstare.

Mariæ modestiam hic eluc ere.

Sensus verborum: Vinum non habent.

A Sed enim aduersariis aliquid largiremur, & eorum commẽtis maiorem fidem haberemus, si Maria coram omnibus in has forsasse voces, vt illi confingunt, prorupisset, Da eis vinum, ostende quid possis, Messiæ virtutem & gloriam omnibus tandem declara, mundóque te manifesta, diu satis domi latuisti. Nihil verò tale verecunda Virgo, & grauis mater, omnísque honestatis & virtutis speculum clarissimum, suggerit vel ostendit: tantum abest, vt humanis consiliis Messiam regere, & in eius officiũ inuolare, eiúsque administrationem cum Filio partiri vel cogitaret, vel cuperet, sicut petulantissimi homines nõ sine nequissimi serpentis afflatu in medium effundere voluerunt.

Porro in Christi verbis, quibus Matri suæ respõdet, prima quidem fronte aliquid subasperum & duriusculum esse non negamus: vnde cum alij Hæretici, tùm nostri aduersarij causas hallucinandi varias acceperunt. Quarè notandum est, Christũ non tàm matris, quàm aliorum causa sic loquutum esse, sicut non modò Bernardus asserit, sed etiam Calunus apertè fatetur. Vt enim alias semper, ita nunc etiam Christo cum matre charissima & probissima optimè conueniebat, ipséque, vt Filius omnium obsequentissimus, illã & vnicè diligere, & piissimè venerari nunquàm intermittebat. Præclarè Augustinus: Certi Sacramenti gratia, inquit, videtur matrem, de qua sponsus processit, non agnoscere, & sic dicere illi: Quid mihi & tibi est mulier?] Docet igitur contra futuros Hæreticos hoc ipso responso, se maius habere aliquid, quã quod ex Maria sumpsisset, seque non solum illius, sed & Dei filiũ esse, ac diuinam quidem naturam sine matre, sine tempore perfectè sibi constare, ac etiamnum in carne sic liberè operari. Docet miraculorum patrandorum plo. authoritatem non ab humanis affectibus, neque à matre quidem, sed à diuina virtute pẽdere, soliquę Deo adscribendam esse. Docet, suum & aliorum, qui negotium euangelicum probè curatum volunt, proprium esse munus, sepositis carnis affectibus, & afinium parentúmque consiliis reiectis, non humana sapere, sed diuina curare. Docet demùm, ad veram pietatem pertinere, si parẽtes & coniunctissimi quique, quùm a studiis melioribus nos auocant, nõ audiantur, non cognoscantur, non honorentur, nõ diligantur, sed potius negligantur, ita vt illorum voluntati ac imperio Dei voluntas, honos & gloria sincerè anteponatur. Hæc alibi pluribus à nobis explicantur, nihil vt modò superesse putem, nisi vt veterum sententias nobis hac in parte sustragantes bona fide proponamus. Sic enim facilè apparebit, quantò illi reuerentius, acutius, simúlque verius, quàm arrogantes & nugantes hodie Nouatores, de Domini ac Dei nostri matre loquantur.

Cur Christus matri dixerit cuius loquentia in nuptiis.

Serm. 2. de Domin. post Epiph.

Tractatu 8. in Ioan.

Atque vt à Cyrillo exordiar, demonstrat is lucupatrem ostendisse.

Lib. 3. in Ioan. cap. 23.

tate, vini defectum indicasse Christo, qui deinde perinde ac si excusset, quòd matris petitioni non statim annuat, maiorem ac meliorem futuri miraculi opportunitatem expectarit. Vnde præterea colligit, singularem parentibus honorem debere à filiis, eum ităm Dominus ad miraculum perpetrandum propter matrem accedat, quod alioquin quantum in eo erat, parumper fuerat dilaturus. Tùm Chrysostomus, vt hic Mariæ patrocinetur, monet, maternum honorem à Christo nõ violari, neque

Patres nostri: mentis, quæ Christo filius matrem ostendisse, non tam matrem ve traduxisse fingens. Nos

Hom. 22. in Matthæum.

neque hęc verba esse loquentis ad matrem liberius, cum maternus honor Filio curæ fuerit, qui etiam matris impleuerit voluntatem, vt matri honorem exhiberet. Quid, quod Maximus hoc loco Mariæ propheticum Spiritum ascribit, in hæc verba loquens: Venerabilis Maria verè, vt mater Domini, in Spiritu futura prænoscens, ac Dominicam præuidens voluntatem, sollicitè ministros admonuit, dicens: Quodcunque dixerit vobis, facite. Sciebat profectò mater sancta, obiurgationem illam Domini filiique sui non irascentis offensam prætendere, sed miserantis portare mysterium.] Tùm ante Maximũ Gaudentius Brixinensis, Ambrosij æqualis floruit, ac in eandem sententiam scripsit, Prophetiæ Spiritum Mariæ hæc loquenti tribuẽs: Ipsa, inquit, beatissima, agnito responsionis huius profundo mysterio, intellexit non suggestionem suam præsentem aspernanter acceptam, sed secundum illam spiritualem rationem in mysterio tunc delatã. Cæterùm nunquàm mandaret ministris: Quodcũque dixerit vobis, facite, nisi Spiritu sancto post partum diuinum plena, nõ solũ responsionis Christi virtutem cognouisset; verùm etiam futuri ab eo tunc ex aqua vini vniuersum ordinem præuidisset. Quid enim lateret sapientiæ matrem capacem Dei, ædem dignissimam tantæ virtutis, veritate facti historialiter approbata?] Longè igitur aliter Gaudentius, multóque reuerentius, quàm aduersarij, Mariæ animum factúmque depinxit, quæ in his etiam nuptiis Spiritu sancto plena, & Prophetico Spiritu prædita, non modò vt valdè sapiens intellectum illustratum habuit (spiritualis enim iudicat omnia) verum etiam cum Christo Christique voluntate coniuncta mansit, ac Filij sermonem omnem probè assecuta est. Id quod confirmat etiam Eusebius Emissẽnus, vt qui matrem Domini, de vini penutia loquentem plenam facit Spiritu sancto, per quẽ illustrata, iam tunc illud miraculum, quod filius eius erat patraturus, anteà præuiderit. Quod ergo, inquit, Iesus facere cogitabat, hoc illa vt faceret admonebat.] Vbi Mariæ prudentiam prædicare licet, sicut & Metaphrastes prædicauit, hoc modo disserens: Vide autem hic quoque Dei matris insignem moderationem & prudentiam. Nec enim iubet audacter tanquàm mater filio, vt faciat miraculum, sed cum solummodò admoneat, idque cum magna quadam reuerentia & submissione: Vinum non habent. Nam etsi ea illum esse suum cognoscebat Filium, non tamẽ ignorabat esse suum quoque Creatorem.] Vnum adhuc eúmque peruetustũ & martyrij gloria præstantem, siue Theologum, siue Philosophum, sustinum dabo, qui non modò Mariæ honorem in hac historia præclarè defendit, sed & omnem calumniandi aditum præclusisse videtur. Interrogatus enim quæstionem: Si parẽtes aspernari sacris est literis interdictum, & qui interdicta consectatur, peccator dicitur: quomodò Dominus Christus multis in locis parentes suos aspernatus, immunis à peccato probatur? In nuptiis enim per illud: Quid mihi & tibi est mulier? matrem obiurgauit.] Huic quæstioni deinde respondet: Istud: Quid mihi & tibi est mulier? non ad matris obiurgationem dictũ est à Saluatore, sed ad istud ostendendum: Nõ nos, inquit, delecti sumus, quibus consumptum in nuptiis vinum curæ esset. Ex singulari tamen charitate, si vis, ne eos vinum deficiat, ministris dicito, vt

Hesych. l. 1. in Festum Epiphanie.

Mariam non fuisse prophetissam Spiritu sancto in nuptiis.

Tractata 2. discipulus Euangelij quasi in ordinatum.

Singularem Mariæ prudentiam hic non modicam esse.

Quomodo Christus facti sua matre usus sit, & Christianos edoc. quid in hac parte facere oporteat.

Lib. quæst. noui Testamẽti 15.

Alberti Magni sententia.

In Euang. Ioan. cap. 2.

Superiorum Epilogus de Christi cũ matre concordia nõ interrupta.

In Euang. Dominica 2. post Epiph.

Ad amputandos carnis & cognationis affectus Christi verba & mentem referri hic oportere.

In serm. 4. de assumptione Virginis.

Christus matrem exaudiuit & honorauit, tantum abest, vt illam repulerit, vel obiurgarit in nuptiis.

Matth. 15.

Sermone 2. in Dominic. 1 post. Epiph.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mariæ causam hic etiã à quibusdã aduersariis contra mordentes alios excusari ac defendi.

Tantum ex aduersariis vnum & alterum testem, quamuis plures adduci possent, nequeo prætermittere, vt illos aliis omnibus Mariæ hic obtrectantibus opponamus, tantámque Virginem hoc loco nõ tàm excusandam, quàm verè laudandam, hostium etiam suffragiis comprobemus. Habet igitur in hũc modum Lossius: *Proponitur hic affectus excellentis charitatis erga proximum in Maria, quod pro miseris interpellat, & fidei, quod de exauditione non dubitabat, etiamsi duro responso excipiatur a Filio*: Eandem sententiam confirmat Georgius Maior, & hoc insuper adiũgit:

In explicatione 2. capitis Ioannis.

In Euangel. Dominicæ 2. post. Epiphan.

Quod matri modestè vinũ petenti durius respondet his verbis: Quid mihi tecum est mulier? Nondum venit hora mea, id ideo fecit, vt ipsius fidem exerceat. Non enim propter hæc verba paulum duriora fidem abiecit mater, quasi repulsam passa a filio, sed fidem retinet, cum ipsius naturæ bonitatem, & omne iuuandi studium & voluntatem nouerit. Et rursum: *Quia certa est de filij bonitate & misericordia, & suas preces exauditas, & facturum filium, quod ab ipso petitum est, ideo dicit ad ministros: Quodcunque dixerit vobis, facite.* Posteà verò quæstionem tractans, cur Christus mulierem, & non dulciore voce matrem Mariam appellet, hanc non vulgarem illi laudem tribuit: *Vtitur voce (mulier) ad promissionem primam respiciens: Ipsum semen mulieris conteret caput serpentis, tanquam appellatione omnium honorificentissima, & soli suæ matri inter omnes mulieres conueniente. Hæc enim sola mulier peperit semen, in quo benedicuntur omnes gentes terræ, quam præ omnibus mulieribus orbis terrarum ab initio vsque ad finem Angelus Gabriel, & Elizabeth hac salutatione & hoc magnifico titulo dignatur & ornat: Aue Maria gratiosa, Dominus tecum: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Vocat igitur mulierem Filius, appellatione & titulo omnium honorificentissimo, & huic soli mulieri conueniente. Hæc enim sola mulier feminis benedicit, & hæc sola propter hoc semen, cuius ipsa mulier, hoc est, mater est & benedicta, cæteræ omnes mulieres, nisi per semen huius mulieris benedicantur, sunt maledictæ. Itaque appellatio mulieris omnium maxime iuxta promissionem honorifica, & huic soli mulieri competens est. Ita & in cruce pendens Dominus, priusquã exhalaret animam suam, summa στοργῆ & affectu erga matrem accessus, quam videt ob aliam dulcissimo & vnico solatio suo, filio vnigenito, & quidem tali filio, qui & aliissimi filius est, in hoc inquam, ardenti erga matrem affectu, & pro ea sollicitudine commendat eam discipulo Ioanni. Mulier, inquit, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua, mulierem non matrem appellans, vt digniori appellatione, quasi dicat: Commendo tibi hanc mulierem, quæ præ omnibus in toto genere humano ad hoc electa, & inter omnes mulieres benedicta est, vt sit mulier, id est, mater seminis contriturí caput serpentis, quæ contritio capitis serpentis iam impleta est, sicut mox subiicitur ibidem: Omnia iam consummata sunt. Sic appellatione mulieris matrem præ omnibus aliis mulieribus in genere humano, iam in cruce expiraturus coronat & ornat. Absit enim, vt quis cogitet, in hoc agone nouissimo filium Dei quasi per contemptum matrem suam mulierem appellasse.* Sic Maior haud perperam nobis Mariam celebrat, multisque verbis inde commendat, quod mulier potius quàm mater partim in nuptiis, partim in cruce à Christo ipso dicatur.

Georgij Maioris sententia, cur Christus matrem vocet mulierem.

Genes. 3 Genes. 3. 12 & 22.

Mulieris appellatio omnium honorificentissima in Virgine matre.

Quomodo Christus in cruce matrẽ non nisi mulierem appellarit.

Ioan. 19

Moriturus in cruce Dominus matrẽ coronat & ornat mulieris nomine.

Quapropter vt hunc locum semel absoluam, à vero Euangelij sensu discedunt, Christique & Mariæ honori malè consulunt, qui duram filij obiurgationem & seueram parẽtis increpationem ex his paucis verbis extruunt, præsertim cùm longè sit cõuenientius ita Christi dictum accipere, vt ad nullam seueritatem matrisque contemptum, sed ad mansuetam potius & modestam Filij responsionem verba referantur. Etenim, vt à nobis probatum est, res ipsa cogit fateri, in hoc Christi sermone nihil acerbitatis inesse, aut si qua inesse dicatur, à nullo eam rectius, quàm à matre ipsa posse intelligi. Illa verò sic Domini responsum excipit, vt nullam in eo duritiem agnoscat, nullam illius recusationem vel repulsam timeat, nec pudore afficiatur. Quin potius conceptam prius animo fiduciam retinet, parémque mentis æquabilitatem ostendit, planè nimirum intelligens, se desideriúmque suum non refutari, sed solum differri beneficium, ac meliorem miraculi occasionem à filio sapientissimo expectari. Nam planè conueniebat, vt præsentes conuiuæ, quorum salutem pia quoque mater, teste Ruperto, expetebat, præsentem vini penuriam certiùs agnoscerent, & postagnitam necessitatem præsens beneficium pluris facerent, atque hinc demum ad Christi cognitionem verámque fidem propiùs & facilius adducerentur. Maria igitur audito iam responso filij adeò non offenditur, neque indignatur, aut desperat, vt perinde ac si apertam habeat futuri miraculi promissionem, ministris conuiuij seriò iungat obediendi officium, quicquid etiam imperaret filius, quoniam imperaturum esse iam certò sibi persuaserat. Scio interim alias ab Augustino, & quibusdã patribus rationes adferri, quarè Christus matrem hoc loco mulierem vocet, eámque diutiùs alloqui videatur. Verùm neque nostri est instituti, neque res postulat, isthæc omnia persequi & posteà docebimus, quo pacto Mariæ gloria inde non imminuatur, si quædam in his Christi verbis asperitas inesse vel maximè concedatur. Et Gerson quidem, vt breuiter, ita perspicuè mihi dixisse videtur: Iesus Christus sic respõdit Dominæ nostræ, vel ad demonstrandum diuinitatem, ad quam spectabat facere miracula, non matri esse subiectam, vel quasi diceret defectum esse in ministris, vel ad ostendendum, ne nimiùm trahamur per carnalem amorem matris vel propinquorum.] Neque minus luculenter Rickelius, vt hoc loco Virginem simul excuset ac laudet (illius autem oratione caput hoc vniuersum absoluemus) in hunc modum scripsit: Vniuersæ Euangelicæ retexe veritatis historiam, & discerne, si quippiam durum, aut certè crudele seu minatorium de Maria inueneris: In nuptiis ad Filium, vinum asserit non habent: & ecce clemens compassio. Et in his quidem à Filio increpata videtur, quippè cui dictũ est: Quid mihi & tibi est mulier? Veruntamen re vera increpata non est, quippè quę culpam omninò non habuit, atque ab omni redargutionis causa immunis extitit. Nam si culpabilis erat, cur tàm promptè ei filius acquieuit? Etenim irrationabili vtique preci non assentire par est. Veruntamen ad eius instantiam author naturæ, eius certè filius, vinum produxit. Quod autem in his austeriùs ei filius, virtus vtique & sapientia patris respondisse videtur, propter nos fecit, erudiens, ne parentibus carnaliter nimis afficiamur. Denique & ipsa secretissimorũ vnigeniti sui consiliorũ conscia, loquentis mentem magis, quàm verba cognouit: atque ob id nuptiarum magistris: Quicquid, inquit, dixerit vobis, facite: optimè sciens sanctissima, quia omne quod ipsa monuerit, ille repetè impleret. Igitur cũcta quæ de Maria, Euangelica pãdit narratio, rememorans atque reuoluens, aliud prorsus non inuenis, quàm quod in omnibus verbis factisque

Christi verba & horum interpretes præcipue Maria inuitat, docet, & quomodo.

Gerson. & Rickelius contra Maiorem defendũtur.

Maria in omnibus verbis & factis mitissima.

A mitissima fuerit, vniuersæque demũm crudelitatis ac amaritudinis expers, misericordiæ atque dulcedinis visceribus supereffluenter redundans, singulis exorabilis, cunctis existens placabilis.]

CAPVT XXI.

Maria ambitionis & importunitatis, præsertim à Brentio, immeritò accusari, eò quòd alios cognatos secum adducens, ad Christum docentem vellet accedere, eúmque compellare.

Mariæ dein cepere Euangelio mutãdę fama.

Cvm Dominus in terris cum Hominibus versans, sacrum euangelij sui semen spargeret fortè accidit, matrem eius, & cum illa cognatos quosdam aduentare, ac præ foribus expectare. Nunciatur igitur hoc Domino: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærẽtes te. Vel, sicut Lucas recitat: Mater tua & fratres tui stant foris volentes te videre. Cui internũcio respondet Christus. Quæ est mater mea? & qui sunt fratres mei? Hinc circumflectit oculos, videtque in circuitu sedentes circum se discipulos, & manum in eos protẽdit, hac addita oratione: Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror & mater est. Id quod idem Lucas verbis paulum immutatis ita refert: Mater mea & fratres mei, hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. Hæc de historia Euangelica breuiter, vt sequentis tractationis argumentum rectiùs cognoscatur, minúsque credatur aduersariis, qui ad Mariæ honorem labefactandum nouo hic studio & arte varia dimicare contendunt.

Matth. 12 Luc. 8

Luc. cap. 10.

Caluinus non vulgaris Mariæ hostis sic in illam impetum facit: *Non dubium est*, inquit, *quin his verbis carpatur Mariæ importunitas, & cerne præposterè cursum doctrinæ eius abrumpere tentabat.* Deinde Lossius non modò fratribus Domini, sed & Mariæ peccatum tribuit ambitionis, quoniam carnali affectu vna cũ illis prædita, non nisi vanam gloriam ex Christi excellentia venetur, eiúsque colloquium expetat, vt hinc nimirum cum iisdem fratribus apud turbam clarior & gratior habeatur. Vnde rursus colligit, peccati reliquias in Maria fuisse. Sed & Sarcerius hoc loco Mariæ carnalem taxat affectũ. Neque dissentit Ioannes Agricola, opinionem illorum recensens, atque vt videtur, etiam comprobans, qui putant matrem & fratres Domini, sicut erãt homines, humana passos & aucupandæ gloriolæ causa accessisse atque vocasse Iesum. Tàm multa isti sine candore, sine iudicio conglomerant, suis vt sordibus sinceriſſimam Mariæ mentem aspergant atque cõtaminent, velut studiosè cauere & impedire conentur, ne de illius innocentia & eximia sanctitate prę clarè sentiamus, nobísque & illi in Ecclesia gratulemur. Vincit autẽ hos omnes acerbitate solidáque Perulãtia sua Brentius, qui Mariæ tàm se infensum ostendit, vt illi atrox & perpetuum bellum indixisse videatur. Considerentur eius verba, & iudicet Lector quæso, an quicquam illa candoris ac spiritus Euangelici præ se ferant. *Est*, inquit, *vehementer inhonestum & inciuile, publice in magna hominum turba cõcionantem, & in graui argumento versantem, priuatorum negotiorum causa interpellare. Non possumus igitur de matre & cognatis Iesu hoc loco aliud sentire, quam quod importuna sua euocatione leges publicæ honestatis violarint. Deinde etsi candidus quispiam auditor possit hoc factum matris & cognatorum Iesu interpretari, quod euocauerint Iesum magis rudi simplicitate, quam malitia, multa tamen argumenta indicãt, & Ecclesiastici quidam magni nominis scriptores testificantur, matrem & cognatos euocasse Iesum arrogantia quadam & elatione animi.* Et rursus: *Ambitio peccatum est aduersus secundum præceptum Decalogi, & si rectè interpreteris, ambitio blasphemia est in nomen Domini Dei nostri: quippe quod id sibi suæque virtuti vsurpare solet, quod illi diuino numini & clementiæ tribendum est. Mater igitur & cognati Iesu ambitione sua tam grauiter peccant, vt eti impalam per Christum pudefiant.*

B

C

D

In homel. 78 in Luc. cap. 8

Præcipuè ærẽ cũ hic Mariæ aduersari, ac valde cõtumelioſum esse.

Igitur si censori Brentio credimus, cũ sacra Virgo Christum docentem voluit adire, de quo posteà vidimus, rem valdè inhonestã & inciuilem egit, leges honestatis publicè violauit, arrogantiam & elationem animi attulit, in secundum Decalogi præceptum ambitione deliquit, & ne à blasphemiæ quidem peccato fuit immunis, sed & in nomen Domini sui blasphemauit, sibi demùm suæque virtuti id, quod erat soli diuino numini & Christi clementiæ tribuendum, temerè vsurpauit. Hæc tàm multa, tàm atrocia crimina, quorum vel solam cõmemorationem piæ aures exhorrẽant, vnus homo congerit ac euomit in vulgus, vt præclari, scilicet, ac Euangelici Doctoris munere perfungatur. Ego verò qui toties Brentianam audaciam reprimere & compescere cogor, quid huic tantæ insaniæ vel maledicentiæ primùm respondeam, ignoro. Illam furioſe appeti & oppugnari video, quę cum innocentiſſima Virgo & sanctiſſima summi Dei parens exiſtat, nihil sanè minus, quàm vt nomen eius reuerẽdum arroderetur, tantisque Sectariorum conuitiis configeretur, promerebatur. Dari fortasse venia potest Iudæo, Mahumetano, vel alij palam impio, cui Euangelij lumen nondum illuxit, si Dei ac Domini nostri matrem non cognoscat, non amet, non veneretur ac prædicet, vt in Ecclesia pij facere consueuerunt. Quis verò conuenièter excuset, aut vlla dignũ putet eũ venia, qui se Magistrum in Israel, & Euangelicæ purioriſque doctrinæ vindicẽ profitetur, tàm turpiter scribere, tàm contumelioſe cõcionari, vt etiam honestis vtcunque matronis, nõ dicã sanctis fœminis, Mariã longè faciat inferiorẽ? Qui si furioſus planè, aut etiam atheus fuiſſet, certè grauiorẽ in te, ô sacrosancta Mater, contumeliã intorquere vix potuiſſet. Nemo tot seculis inuẽtus est tã audax & impudens, qui te suis dentibus tanquã immanis bellua, mordendã atque dilacerandam appeteret: nullus qui tanto studio conceptũ animi virus in te, benedicta Virgo, effunderet, nullus qui contra

Examinatio & refutatio superioris inuectiuæ, cõtra Dei paramprodũctẽ à Brentio.

Quam malè Brentius de matre Domini mereatur.

Ad Mariam exclamatio, simul & præsentis seculi deploratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A contemptu sanctæ Virginis ad omnem impietatem & atheismum sit hodie progressio.

te leges iniquiores & acerbiores decerneret, nullus demum, qui summam ac etiam Angelis admirandā puritatem tot sceleribus obiectis inquinare, conspurcare ac penitus obruere conaretur. O nos ter infelices, in quos non modò delirantis huius mundi finis peruenit, sed etiam omnis iniquitas, & eum eadem coniuncta nefanda impietas, nunc demum mirabiliter exundant. Sed enim postquam ad contemptum Deiparæ Virginis ventum est, quid aliud consecuturum speres, nisi vt hinc porrò ad Mariæ Filium & reiiciendū & abnegandum fiat progressio quam nunc sanè multis in Europæ locis, præsertim per nouos Arianos, Nestorianos, Euthychianos, Trinitarios factam esse cernimus. Igitur & in sanctissima Eucharistia, & in diuina humanáque natura sua Christus hodie grauissimis modis affligitur, & plurimos sui mystici corporis habet persecutores, irrisores, conculcatores, cum nihil ferè in Ecclesiæ sanctionibus, institutis, moribus, integrum inuiolatúmque relinquatur, sed veluti à rabiosis canibus sacra omnia passim mordeantur, lacerentur ac dissipentur. Tām sedulò ac indefesse procurat Satan, ne quid omninò desit ad atheismum nobis inducendum, & ad mysterium iniquitatis consummandum, quod ille in suis quidem ministris indies magis ac magis operatur. Sed quærelis omissis ad rem propius.

2. Thes. 2

In caput 7. Ioannis.

Qui hoc loco de Maria tàm indignè, vt ostendi, sentiunt, inter quos etiam est Oecolampadius, turpiter illi quidem in eo hallucinantur, quod sanctissimam Virginem exæquent aliis, quos in præsenti historia coniunxit Euangelista. Hi fratres Domini, hoc est, consanguinei vocantur. Etenim secundum carnem fratres nullos habuit Christus, vtpotè non solum primogenitus, sed & vnigenitus matris, quæ quid demum Heluidius calumnietur, qui sanctum & perpetuum huius matris virginitatem, sicut libro secundo diximus, ex hoc etiam loco impiè oppugnauit. Hic verò Scripturæ mos est, vt qui eiusdem sunt cognationis, aut sanguinis propinquitate coniuncti (quemadmodum Abraham & Loth, Iacob & Laban) fratrum quoque nomine cōseantur. Sunt qui fratres Domini dictos velint Ioseph filios, velut quos integerrimus Mariæ sponsus ex alia coniuge sibi procrearit. Sed refellit hūc errorem [a] Hieronymus, cumque tum ex deliramentis apocryphorum, tùm ex mulierculæ cuiusdā sexfigmentis natum esse Ioseph verò cœlibem & Virginem mānsisse testatur, sicut & supra docuimus. Rectè igitur docet [b] Albinus: Cum audieritis fratres Domini, Mariæ cogitate consanguinitatem, nō iterum patientis vllam propaginem. Rectè & [c] Beda fratres Domini sic accipiendos monet, vt nec sint filij beatæ semperque Virginis Mariæ, nec filij Ioseph ex alia vxore, sed eius potius cognati, siue Mariæ consanguinei.

Ex quo cæteris fallantur hic aduersarij.

Fratres Domini in Euangel. vocantur Christi cognati & Mariæ filij.

Vide Hieronymum lib. contra Heluidium.

Genes. 14 & 27.

Epiph. cōtra Antidicomarianitas.

Fratres Domini non fuisse filij Ioseph ac dici oportere.

Oecumenius in Act. Apost. 1. Beda in Matt. & lib. contra Heluidium. Item in Ioannē lib. 4 in eundem Iohan.

Iā verò de his Domini fratribus & illud legimus, quòd à fide & doctrina Christi fuerint alieni, & hostes potius quàm amici, fortasse vel in Nazareth, vel in Capharnaum habitantes. In vtraque ciuitate tametsi diu multúmque versatus sit Christus, pergratos tamen & credulos inuenit, vt satis indicant Euangelistæ. Ioannes hos Domini fratres adeò futiles ac vanos homines describit, qui Christo authores esse voluerint ad præclara facinora siue miracula perpetranda, sed ob hominum laudem

Fratres Domini cum Maria veniens in Euangelistæ prehenduntur.

Ioan. 7

Tobiæ 4

Quomodò Maria contra improbet carnis affectus in Christo fuisse sanctæ memorat.

Maria ab his vitiis liberam esse, quæ illi Brentius impingit.

Qui veneretur Mariam, nec tamen eius sanctitatem.

Matth. 25 & Marci.

hominibus mancipia Dæmonum facit. Quare sapiens ille Tobias inter alia mandata, quæ ad bene beatéque viuendum præscripsit filio, ac velut testamenti loco reliquit, nō postremum hoc posuit: Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Iam verò quod ad carnis affectus attinet, ab his alienam prorsus fuisse Mariam docuimus, quæ tantum profecto in spiritualibus profecerat studiis, vt nunquam non de seipsa modestè sentiret, mundi fastum spernueret, quæ humilia sunt quæreret, veram sitiret iustitiam, solam vero Dei gloriam vbi & quando posset, ex animo procuraret. Tantum abest, vt illi vnquam in mentem perpetuo mundissimam vetus Euæ fermentem veniret, ambitio, eáque tàm vehemens, vt sibi suæque virtuti, non dicam humanum aut vulgare aliquid, sed quod soli diuino numini & Christi clementiæ tribuendum erat, vsurpare tentaret, sicut blasphemus homo non explicat quidem, sed indicat satis. Peccauit Brentius hæc tam pudenda & nefanda scribendo: non peccauit Maria tale aliquid vel in omni vita cogitando, sibique vēdicando. Nulla illi magis, quam Christi gloria cordi fuit, omnem suam curam & fiduciam in illo vno defixam habuit: nec illi charius, antiquius, suauius quicquam esse potuit, quam diuini nominis gloriam & cæleste regnum, filij sui conatibus egregie promoueri atque amplificari.

Sed obiicit adhuc Brentius, scriptores magni nominis hoc testificari, quod mater & cognati Domini haud sine arrogantia quadam & animi elatione Christum euocarint. Nos vero sub huius libri finem respondebimus de Patribus, si cubi Mariæ minus fauere, vel vitij quicquam in illa ponere videantur. Ex his præcipue Chrysostomus Mariæ tribuit nonnihil ambitionis, verum vt ex impetu quodam & feruore dicendi, qui & Oratoribus, & Concionatoribus non est infrequens, multorum iudicio modum excedat. Aut sic ille intelligendus est, Christum cohibuisse in matre affectum, non qui re vera ei inesset, sed quem alij forsitan eidem inesse existimare potuissent. Ad quem modum humanissimus Theologorum Scholasticorū princeps Thomas Aquinas & Chrysostomum ciuiliter excusat. & Mariæ integritatem sapienter defendit. Vbi nos minus ideirco laborabimus, quod quidā ex aduersariis, præsertim Caluinus, & ante illum Zuinglius, hic etiam sanctissimæ Virgini contra Brentium patrocinentur. Caluini verba sunt: *Quod Ambrosius & Chrysostomus Mariam ambitionis insimulant, nihil*, inquit, *habet coloris: quod summa eius pietas & modestia Spiritus testimonio commendetur.* Ad eūdem fere modum Mariam tuetur in nuptiis, vt ab omni ambitionis suspitione liberetur. Sic enim habet: *Chrysostomus eam muliebri affectu sibi & Filio nescio quid fauoris captasse suspicatur. Sed hæc coniectura nihil rationis habet.* Quid vero Zuingliusian non disertè pronunciat? *Quod Chrysostomus affectum hic ambitionis aut vanæ gloriæ attribuit Mariæ, nihil opus fuit.* Nec possum Erasmum Roterodamum omittere, qui nodum eundem ita dissoluit: *Chrysostomus Mariæ tribuit importunitatem & ambitionem, qua Dominum euocauit cum fratribus.* In alia editione (nam variant codices Chrysostomi) *hanc imperiosam importunitatem in fratres potissimum idem refert, matris parens.* Subiungit:

Ad Matth. 25 & Marci.

Ioannes Stella in Luc. & Matth. Bonfrerius in Matth. Salmeron. tom. 10. tract. 41. Christophorus Iustinianus.

A postea ex Hieronymo, & rectè quidem, quod hic núcius Christum insidiosè tetauerit, nū ob suorum affectum prædicandi munus intermissurus esset, atque ob id acrius à Christo fuisse reprehensum. Igitur non satis constat, an Chrysostomus hoc dixerit, quod ex eo Brentius in Mariam eleuandam adducit, præsertim quum idem alibi Virginē tantopere laudet ac efferat.

In Caluini verbis quædā recipiendis, quædam improbandā esse.

Vtinam vero Caluinus quod paulo ante dixit, alibi meminisset, nimirum summā Mariæ pietatem & modestiā Spiritus sancti testimonio vbique commendari. Hoc enim si ita est, nullus dubitandi restat locus, quin Maria, & fortasse cognati etiam, vt putat Caluinus, non ambitione, sed pio studio ad Christum quærendum, eúmque cōpellandum accesserint. Cæterum hoc minime concedimus, illis Domini verbis: Quæ est mater mea? Virginis carpi importunitatem, vt statim postea, quum eandem sententiam ex professo tractauerimus, planum faciemus. Ac multo minus verum est, quod Mariæ innocēti rursus affingit Caluinus, præpostere illam tentasse, vt cursus doctrinæ Christi abrumperetur. Nihil tale significant verba Euāgelistæ, qui narrat solum, quid Christo de matris & cognatorum aduentu fuerit renunciatum. Nec est sane probabile, Virginem tām prudētem, quām religiosam (si tamen illa nuncium ad filium destinauit) rem suam præposterè sic instituisse, vt docentem Dominum vellet interpellare, aut ad cursum doctrinæ abrumpendum vllam illi præbere occasionem. Quis enim credat, eam vel tam importunam, vel tam imprudentem, aut rudem fuisse, vt non cogitaret atque intelligeret, diuini verbi prædicationem (officium in Ecclesia certe præstantissimum, maximéque necessarium, & Christo inprimis à Patre demandatum, ac Ecclesiæ pastoribus, quibus væ, nisi Euangelizauerint, inprimis commendandum (haudquaquam impediri ac interrūpi, sed modis omnibus prouehi oportere? Complures auditores & auditrices Dei verbum à Christo prædicatum habuit, sed sicut ipse admonet, valde differentes, nullos vero Maria meliores, quæ illud præ cæteris studiosius audiuit, & maiore cum fructu percepit, eiúsque cursum ad communem salutem hominum promouendam ardentius desiderauit, ac demum pro sua vtili magis adiuuit, præsertim Apostolorum ætate, vt alibi monstrabimus. Ego vero sic arbitror, Mariam pro sua pietate atque sapientia Christum docentem per se, vel per alium nō interpellasse, sed potius accessum ad filiū propterea expetiisse, vt quia præ turba non licebat accedere propius, quemadmodū Lucas meminit, locum ad audiendum verbum sibi & cognatis opportunum pararet. Neque multum est dissimile, quod Hesselius doctus haud dubiè Theologus ad Mariam excusandam adfert, quum hac vtitur oratione: Non ob hoc eadem Virgo arguenda imprudentiæ est, quod ad Filium cum in domo prædicaret, foris stans miserit nuncium, qui eum vocaret. Non enim cupiuit eum impedire à prædicatione verbi Dei, sed ei tantummodo significare voluit, quod, quando ei placeret, siue prædicatione finita, ei loqui cuperet. Hoc certo cōstat, nullum Euangelistarum expressisse, an, & quomodo, & quando ad Christum Maria miserit: potuit autem internuncius, quisquis ille fuit, à Maria non iussus, &

Matth. 12

Luc. 8

Quo consilio Maria videatur sibi ad docēdum filium aditum quæsiuisse.

Luc. 8.

In explicatione salutationis Angelicæ c. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnino præter & contra eius mentem, Christum A prædicationis tempore interpellare.

Summa superioris, quod Maria Christũ docente non culpabiliter interpellarit.

QVID plura? vt fusè dicta in pauca demum cõtraham, de illo qui Mariæ matris aduentum Christo nunciauit, sic habendum est, quod aut sponte animo non bono, sed tentandi gratia Dominum concionantem interpellarit, sicut Hieronymus interpretatur, aut quod ab ambitiosis Christi cognatis, non à matre subornatus accesserit: aut demum, si à matre missus dicatur, non id quidem factum esse ad sacrum docentis Christi officium impediẽdum, eumque molestè interpellandum, sed potius ad significandum, se quidem præ foribus expectare, ipse vero vt pro suo nutu quid velit, decernat ac iubeat. Atque hæc sufficere putamus, tum ad Mariæ Virginis tuendam innocentiam, tum ad improbam aduersariorum calumniam depellendam, qui certe nimium inhoneste & inciuiliter faciunt, quum totius honestatis speculũ tam grauiter accusant, quod inhoneste & inciuiliter admodum egerit, & propter suam importunam euocationem, de qua nihil certi demonstrare possunt, leges honestatis publice violauerit. Quin & ipse Brentius, qui tanto maledicendi feruore abreptus, multis hic criminibus matrẽ Domini grauat, in eo quidem fit æquior, quum fatetur non modo Mariæ, sed & Cognatorum factum sic excusari posse, vt quadam simplicitate magis, quam malitia Christum euocauerint.

Brentius non solũ accusat sed etiam excusat hic Virginem. Homel. 78 in Lucam.

CAPVT XXII.

De sensu verborum Christi: Quæ est Mater mea? neque idcirco Mariam à Filio negligi, pudefieri, reiici vel abnegari, vt Nouatores audent comminisci.

PLVRA nobis excutienda B sunt, quæ ad superiorẽ Historiam spectant, & ab aduersariis tum Virginis, tum Ecclesiæ perperam accipiuntur. Nã ex propositis Christi verbis, quæ ipsis admodũ dura videntur, Mariam non leuiter peccasse colligunt, quandoquidem Filij sermone aspero reprehendatur, imo etiam palam pudefiat, ac propemodum abnegetur, vt certe Brẽtio libet calumniari. Quid ergo Christus? nuncianti suorum aduentum ita respondit: Quæ est mater mea? & qui sunt fratres mei? ac deinde manum extendens in discipulos qui circunsedebant, vt ex Marco discimus: Ecce, inquit, mater mea, & fratres mei: Statimque rationem hanc adiungit: C Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Vbi Melanchthon Christi verbis hæc assuit:

Summa historiæ de Christo respondente nunciantí, suã matrẽ adesse. Marci 3.

In cap. 12 Matth.

Cum tam duriter respondeat interpellantibus de matre & fratribus, satis apparet, magna eum ira tunc flagrasse cum illum priorem terribilem concionem haberet, & in ista ira durius respondet.

Atque hæc quidem suo nomini haud male respondet Melanchthon.

SCIMVS alicubi Christum sic loqui & agere, præsertim cum negotiantes exturbat de templo, & contumaces refellit aduersarios, vt sancto Dei zelo feruere, & aliquam indignantis ac iratscẽtis animi commotionem præ se ferre videatur, adeóque declarasse dicatur. Nihil autem attinet, vt præsenti loco iratus respondere, vel sicut Philippus parum modestè contendit, magna ira tunc flagrasse, aut prioris exeandescentiæ aliquid adhuc retinuisse asseueretur. Cum enim de grauibus animi perturbationibus hic sermo sit, non decet sane illas Christo sæpius, atque aliter quam Scriptura diuina exigat, attribuere, partim ne homines hac ratione libertus discant irasci, partim vt omnis modestiæ perfectissimo Magistro suum & exemplũ & præceptum constet inuiolatum. Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humilis corde. Nec temere mãsuetos[a] deo extollit, vt inter beatos numeret, hinc etiam[b] ouium nomine toties in Euangelio dele-

Expensio verborum Philippi flagrantem iram Christo attribuentis. Ioan. 2 Matth. 21 Marc. 3

a Matth. 5
b Matth. 10 25. & 25. Luc. 15 Ioan. 10 & 21.

ne cuiquam irascamur, grauiter inhibet.

D

CÆTERVM, vt redeam ad institutum, non est sane cur suspicetur quispiam, Mariam cõmeruisse, cui succenseat Dominus, & quam publice pudefaciat, aut seuero sermone castiget. Sic enim verba Christi semper accipienda sunt, nullum vt infirmis pariant offensionem, nec leuiculam quidem irreuerentiæ adferãt suspitionem, quasi vel duriorem, vel iniquiorem se matri semper innocẽti præbeat. Recte igitur ac prudenter admonent Patres, quod Christus hoc loco dicit & facit, ad nullum matris eius vel iniuriam, vel contemptum pertinere. Patrum vero sententias, quũ libro tertio Manichæos refelleremus, in medium adduximus, atque ideirco paucas nunc alias adiungemus. Fuit enim hoc Manichæorum proprium, quod Mariam mulierẽ à Christo dici, & matrem abnegari traderent, vtpote ex qua corpus nullũ vere assumpsisset. Quid vero Ambrosius? Ergo hic, inquit, non vt quidam Hæretici tẽdiculas aucupantur, mater negatur, quę etiam de cruce agnoscitur.] Eundem Ambrosium Beda sequitur, neque dissentit Anselmus. Sed & Chrysostomus admonet, Christum hoc loco illi respondere, qui de matris & cognatorum aduentu significauerat: neque tamen hoc dicere: Abeas, & die mulieri huic, quia mater mea non est: cum de matre sua non verecundaretur, neque natum se ab illa negaret, cuius tantam habuit curam, vt cum vel in cruce penderet, amantissimo eam discipulo commendaret.] Eadem est Hieronymi sententia. Euthymius planissimè dixit, Matrẽ ab illo abnegari non potuisse, qui morti suæ vicinus magnam illius curam habuit, quique propter reuerentiam, quam erga illam gerebat, aquam conuertit in vinum, ac ei subditus esse dignatus est. Si enim negaturus illam fuisset, aut ob eam pudore afficiendus, nequaquam ab ea natus fuisset.]

Patrum testimonia, quod Christus matrem hoc loco non neglexerit aut negarit.

In Lucam lib. 6. cap. 12.
In eundem locum Homil. 41 in Matth.
Ioan. 19

Quam reuerenter Christus habuerit matrem.

Ioan. 19

QVAE Patrum testimonia non obscure docẽt, qua fide ac reuerentia Christus matrem sit semper prosecutus, vt recte Chrysostomus dicat, eum non modo matris filium, sed & Dominum & curatorẽ fuisse. Ac nullum quidem argumentum à Christo edi poterat euidẽtius, quo summum erga matrem honorem

Hom. 41 in Matth.

honorem omnibus testificaretur, quã hoc ipsum, A quod [a] Hilarius, [b] Ambrosius, & Chrysostomus hic annotarũt. Nẽpe in supremo illo & acerbissimo agone, velut omnium & sui etiã oblitus esset, charissimam simul & afflictissimam matrem de alta cruce respexit, amanter compellauit, fideliter commendauit, illíque custodiendam tradidit discipulo, quem omnium charissimum habuit, vt ad illum amorem ac honorem tunc matri tributum, nihil accedere potuisse videatur. Etenim cum dilexisset eam, in finem dilexit eam, vt nõ solum propter, ipsam finem viuendi, & in ipsam, finem pene faceret loquendi: dum velut inter vltima verba testamẽti curam matris, cuius debitorem se cognoscebat, charissimo transcribit hæredi, vt Guericus scitè notauit. Ambrosius habet ad hunc modum: Hoc testimoniũ filij est de matris integritate, hæc B Mariæ locuples integri pudoris hæreditas, hic totius finis consummationis.] Pluris putatur, vt idem alibi docet, quod victor suppliciorum pietatis officia matri exhibeat, quàm quod regnum cælestè donabat vitæ æternæ. Nam si religiosum est, quod latroni donatur, venia, multa vberioris pietatis est quod à filio mater tãto affectu honoratur.] Ac rursus idẽ Ambrosius hoc Testamentũ vocat domesticum, quod condebat Dominus, & signabat Ioannes, dignus tanto testatore testis.] Eòdem spectat quod apud Cyprianũ legimus, Christũ in cruce adeo de matre sollicitũ fuisse, vt materno moretur affectu, & thalamũ humanitatis suæ dilecto cubiculario cõmendaret, ac benedictę inter mulieres Apostolicam clientelã sedulo prouideret, obsequiumque Virginis, virgini discipulo traderet.] C

a in 12. cap. Matth.
b in cap. 8 Luc.
c Hom. 45 in Matth. Ioan. 19

Suam amore Christus erga matrẽ in fine vitæ potissimũ declarauit.

Serm. 4. de Assumptione Virginis. Lib. 10 epist. 83.

Ambrosij & Cypriani testimonia de Christi sollicitudine & amore erga matrẽ in cruce.

Ioannes dilectus Christi cubicularius, cui benedicta inter mulieres commendatur. Luce. 23 Lib. 10. in ea dem epist. Serm. de passione Christi.

FALLVNTVR ergo, qui hæc Christi verba in Mariæ detorquent iniuriam, velut Filium suæ matris pudeat, aut eandem publicè pudefaciat, cognatisue aliis, qui tum aderant, resp ondens exæquet, vel demum eius importunitatẽ reprehẽdat. Agnouit hanc veritatem quoque Zuinglius, quando in hæc verba: (Qui sunt fratres mei, & mater mea?) ita scripsit: *Hoc non loquitur matrem auersans aut dedignans. Non qui matrem honorare docet, quomodo is matrem suam contemneret?* Videritergo Brentius, ne se Manichæorũ errore contaminet, quando de Christo audet dicere, quod non solum palam reprehẽdat ac pudefaciat matrem, verum etiam pene abnegetur. Ad vero literis Euangelicis, & ueterum scriptis, & Christi bonitati haudquaquam est consentaneum. Cæterum aduersarios in errorem impellit D & illud, quod non animaduertunt, Christum aliquando nonnullis loqui durius, aut eos etiam reprehendere, qui culpa vacare videãtur. Quid, quęso, ea increpatione acerbius, quæ Petro facta est: Vade retro me Satana, quum ille animo non malo, & commiserationis motus affectu, priusquam crucis mysterium cognosceret, horrendam Domini ac Magistri sui mortem auditam deprecaretur? Pia erat Matthæ voluntas atque petitio, vt ad conuiũ Christo & Apostolis instruẽdum sororem sociam & auxiliatricem obtineret: nihilominus à Domino quodammodo est obiurgata. Ita enim nobis conueniebat, vt aliorum quibus cũ tunc Christus agebat, exemplo disceremus, bonis meliora præferre, & diuina potius quàm humana in rebus agendis niti sapientia. Idem vero de Maria nostra sentire fas est, quæ licet à peccato semper esset immunis,

Ex qua causa filij erubescant aliquando matres. Matth. 12

Ioan. 10

Mariæ laudẽ nõ imminuit, sed illustrat sequens Christi dictum: Quicũque fecerit voluntatem Patris &c. Vana gloriatio cognatorũ Christi ob carnalem cognationem, cum Christus spiritualem requirat.

Augustini & Tustini testimonijs, Maria his Christi verbis omnino cõtinetur. Lib. de sancta virginitate cap. 5. & 6

Epist. 38 ad Latum. Ad Christi cognationẽ non pertinet, nisi cum Maria diuinam faciens voluntatem.

Mariæ non excludi, sed prorsus includi & adiungi illorũ ordini, qui sunt obedientes Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

includit. Faciebat enim & illa voluntatem patris eius. Ita optimus magister atq; diuinus & maternum nomen, quod ei quasi priuatú propriúmque nunciauerant, quia terrenum erat in comparatione cælestis propinquitatis, abiecit: & eandem cælestem propinquitatem in discipulis suis cómemorans, quo sibi rursum consortio generis cum cæteris Sanctis Virgo sancta cohæret, ostendit.] Igitur quod ad Mariam obscurandam inducunt aduersarij, ad singularem eius laudem refert, ac referendum docet Augustinus, Christique verbis confirmat, Deiparam non modo corporali, sed & cælesti propinquitate Christo cohærere, ac proinde inter cæteros, qui Patris voluntatem faciunt, vere, prodprie ac excellenter Christi matrem existere. Vbi Augustino Iustinus, insignis & verus ille Christi Martyr consonat, Mariæ causam itidem hoc loco defendés, vt doceat, Christum neque hic, neque alibi quicquam cum matris contumelia protulisse, ac alios qui Dei verbum audiunt, & faciunt, eidem nequaquam opposuisse. Non mattrem, inquit, honore debito priuat, sed cuiusmodi materni iuris genere beatissima esset Virgo, declarat. Si enim qui audit verbum Dei & custodit, is frater est Dei, & soror, & mater, & vtraque hæc matri eius inerant: nempe eiuscemodi materni iuris laude beatificatá oportuit matrem eius. Nam audire & seruare verbum, Dei virtutis est, & animi puri, qui totus in Deum respiciendo sit intétus. Et quia non quamlibet é vulgo fœminá Deus delegit, quæ genitrix Christi fieret, sed quę mulieres omnes virtute anteiret: non abs re eiusmodi virtutis nomine matrem suam beatam deprædicari voluit, per quá virtutem honore eo digna habita est, vt Virgo mater fieret.]

Quomodò Iustinus hic Mariam commendet, ac vere beatam ob virtutem ostendat.

In lib. quæstionum ad resposionem, quæst. 136

Maria in primis Dei verbi fecit, ideoque digniorDei mater facta, iuxta Iustinum.

Verus vsus ex præsenti loco colligendus ad Mariæ defensionem.

QVARE, si sapimus, his aliisque Patrum testimoniis communiti, propositum Christi sermoné sic accipiamus, ne hinc parentes vel negligendi vel contemnendi, filiis vllis prębeatur occasio, néue cú Sectariis de matre Domini vlla ex parte perperam sentiamus. Imo vero est, cur ex hoc ipso loco communem piorum de præstanti Mariæ virtute sententiam stabiliamus, quandoquidem ipsa, non materna propinquitate contenta, Patris qui in cælis est fecit voluntatem, vt Christo perfecte, sicut diximus, tum carne tum spiritu cohæreret. Nec est cur quispiam hoc nouo & insueto loquendi genere offendatur, cum audit diuinam voluntatem facientes omnes tantopere commendari, vt nõ modo fratres & sorores, sed etiam matres Christi censeantur atque dicantur. Nã prior appellatio vtrúque sexum, viros ac mulieres, ad Christianam obedientiam præstandam habiles esse, atque diuinitus vocati designat. Posterius matris Christi nomé ad eos pertinet, qui Dei verbum prædicando, salutaré fructum proximis adferunt, aut bonæ vitæ moribus & exemplis alios ad meliorem frugem adducunt. Nam vtrique Christum, velut in animis hominum procreant, & quasi matres aliorum spirituales efficiuntur, quorum salutem magna fide zelóque ardenti procurant. Talem se mattrem Paulus præbuit, qui totus animarum lucris intétus, Christum in tot hominum millibus generauit, quot ad Christi cognitionem amorémque perduxit: vt hinc etiam suis Galatis dixerit: Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus in vobis formetur. Felices profecto matres, quibus cordi est filiorũ amor atque successio, vt spiritualiter fœcundæ, in multis etiam Christum patere ac fouere, eósque tanquàm filios ad cælestem patriam secum inducere satagãt. Hinc Anselmus eandem Christi sententiam ita declarat: Qui est frater & soror Iesu credendo, mater efficitur prædicando. Quasi enim parit Dominum, qui eum cordi audientis infuderit, & mater eius efficitur, si per eius vocem amor Dei in mente proximi generatur.]

Quomodo Christus distinguat inter fratres, sorores & matrem hoc loco.

Galat. 4

1 Cor. 4

Generosum est, Christi matrem esse mysticè, vt mystos Christi filios parias.

Iacob. 12. Matth.

CAPVT XXIII.

De triplici genere cognatorum Christi, quos omnes Maria excelluit, carne simul & Spiritu perfecta Domini Mater.

VAE HVCVSQVE diximus, ac porro de Maria disputaturi sumus, haud paulo luculentiora reddétur, si triplex cognatorũ genus, quos Christo tribuunt Euangelistæ, rite distinxerimus. Habuit enim cognatos secundum carnem, qui passim fratres Domini, vt diximus, nuncupantur. Habuit & alios spirituali propinquitate sibi coniunctos, nimirum omnes recte credentes, quos Apostolus non modo fratres, sed hęredes etiam Dei & cohęredes Christi vocat, inter quos idem Paulus Christum primogenitum facit. Habuit demum alios partim secundum carnem, partim secundum spiritum cognatos, suos nempe maiores, qui illũ non modo secundum veram genealogiam, sed & propter veræ fidei virtutem, spirituali simul & carnali cognatione attingebant. Tales in serie progenitorum Christi se offerunt Abraham & sancti Patriarchæ, quibus Regem Dauid, aliósque Prophetas & iustos ab eximia virtute laudatos, licet annumerare. Nullam vero sanctarum mulierum in genealogia Saluatoris assumi, sed eas duntaxat, quas Scriptura reprehendit, Maria solum excepta, etiá Hieronymus annotauit: nimirum vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus, nascens omnium peccata deleret. Sunt quibus bimembris placeat partitio, vt cognati Domini aut secũdum carnem, aut secundum spiritum esse dicantur. Sed nos docendi gratia trimembrem hic sequimur diuisionem, vt rectius intelligatur, quia in classe Maria locanda sit, quemue locum inter hos Domini cognatos promereatur.

In genealogia Christi sanctę mulieres, exceptis Maria, priuatim notantur. *In c.1. Matth.*

Quidam Christi cognati secundum carnem, alij secũdum spiritum, tertiũ vtroque modo.

Rom. 8

Ibidem.

Ac primum si collatio eius fiat cũ omnibus, quos Christus carne propinquos habuit, nullá dare vel fingere queas hac vna propinquiorem, ex qua sola immediate, vt dicunt, Verbum carnem assumpsit, vt diuinam naturam humanæ copularet. Neque solum hæc Parens de purissimis visceribus carnem & sanguinem Christo largita est, sed etiam genitú sacris suis lactauit vberibus, omnemque maternam curam & fidem illi accuratissimè detulit, digna prorsus quæ non solũ χριστοτοκος, sed etiam θεοτοκος (vel inuitis Nestorianis) publicè decantetur, quoniam non hominem solum, sed & Deum perfectum genuit, omnique officio materno prosequuta est. Rursus verò si spiritualem, quæ aliis cum Christo fuit, cognationem spectemus, quis illi Filio fuit vel erit vnquàm coniunctior matre MARIA, quæ in Patris voluntate præstanda tantò reliquis & voluit & potuit & debuit esse perfectior quãtò vberiore donorum copia vas illud suũ repleuit & ex ornauit Spiritus sanctus? Hanc gratiæ præstantiam ac plenitudinem agnouit Gabriel, Elizabetha confirmauit, sed & vniuersa prædicat Ecclesia, primas MARIAE post Christũ tribuens, ac Sanctis eam præponens omnibus, qui secundũ Spiritum regenerati, in sancta obedientia iustitiáque perfecta vnquàm emicuerunt. Postremò, si certium illud genus expendimus, quis ex omnibus Christi progenitoribus eam felicitatem consecutus est, obsecro, vt simul carne & spiritu summam cum Christo contraheret affinitatem? Nullũ enim coniunctius & arctius vinculum atque fœdus, quá quod inter Christum & MARIAM intercedit, excogitari potest. Multis quidem & præclaris virtutibus excelluerunt Patres, ex quorum genere Virginis filius & semen mulieris, in quo benedicuntur omnes, prodiit: sed quos omnes longo post se interuallo hæc relinquit mater, quæ amissam & inuenit & attulit gratiam, non tàm à suis accipiens Maioribus, quàm illis ipsis conferens veræ nobilitatis insignia, quibus vel in carne, vel in spiritu possunt commendari.

Maria plus nobilitate effulsit maternitatis, quam ab illis accepit.

Maria sibi ma tri Christi cõsideranda.

QVOCIRCA si planè vel stupidi vel maligni censores esse nolimus, ingenue fatendum est, Mariæ laudem hic à Christo non violari, vt aduersarij somniant, imò, etiam confirmari, augeri & illustrari. Et enim, sicut ex Augustino comprobatum est, indicat Dominus, Mariam suam esse matrem non modò secundum carnem, quod ipsum est donum incomparabile, nullique alteri communicatur, sed & maximè secundum spiritum, qua ratione illam nobis, omnibúsque credentibus imitandam proponit. Rectè igitur Leo Magnus: [a] Virgo Regia Dauidicæ stirpis, inquit, sacro grauidanda fœtu, diuinam humanamque prolem priùs mente concepit, quàm corpore.] Cui Rupertus [b] etiam astipulatur, cùm in hæc verba scribit: Generationis Christi vera beatitudo est in eo, quia Verbum ipsum, quod Virgo fidelis secundum carnem peperit & lactauit ipta secundum fidem priùs, & corde concepit, & ore peperit.] Vt hinc iam intelligat Lector, quomodò Scriptura nobis MARIAM depingat semperque spectandam præbeat, vt bis matrem Christi esse meminerimus, quod priuilegium illi soli competit: cùm sit mater tùm carne, tùm spiritu, quæ simul carnalem & spiritualem generationem tàm absolutè coniúxit, vt inter Sanctos omnes nihil illa vel in corpore purius, vel in anima sanctius, vel in iustitia perfectius, vel inter cœlites excellentius reperiatur.

Testimonium Ruperti de Christi progenitoribus diligenter considerandum.

Cæterum de aliis Christi cognatis, aut potiùs progenitoribus, & horum cum Maria collatione libet ascribere quod Rupertus ad præsentem Euãgelij locũ alludens eruditè tradidit: Felices, inquit, quorum etsi caro, Patres siue generationem Iesu

Multum honoris accedere Virgini Mariæ, quod præ aliis Christo fuit coniunctissima, & primo iuxta carnẽ.

Christi non contingit, anima tamen audiendo & custodiẽdo verbũ Dei mater facta est eiusdem Iesu Christi. Felicissimi verò, qui vtroque modo Patres siue parentes sunt filij quorum nomina sic insigniter enunciantur in capite libri huius (Euangelij Matthæi scilicet) filij Dauid, filij Abrahæ. Et de genitura quidem carnis, veritas nostra assertione non indiget, quòd secundum illam beata Virgo Maria ipsorum filia sit vel fuerit: de illa vero quâ secundum fidem, siue obseruatione verbi Dei quælibet anima sit mater eiusdem Iesu Christi, non superfluũ est memorare, quomodo illorum filia fuerit. Videlicet habendo fidem, habendo humilitatem facta est Abraham, filia Dauid: Habuit enim fidem, quæ Angelo sibi inaudita cunctis seculis Euangelizanti, imò Deo, cui Abraham crediderat, loquenti sibi per Angelum, velociter credidit. Habuit humilitatem quæ audiens & credens sese fieri matrem Domini, ancillam professa est: Ecce inquiens, ancilla Domini, secundùm similitudinem ita dictorum Abraham atque Dauid quorũ quanta fuerit humilitas, ex ipsorum verbis palàm innotescit.] Vult igitur hic eruditus author, cùm Christus varios non modò cognatos, sed & parentes in Scripturis habeat, eos fuisse omnium felicissimos, quibus non modò secundum carnalem, sed & iuxta spiritualem cognationem affinitas atque propinquitas cum ipso Christo contigit: eos enim non modò fratres, sed & parentes Domini posse censeri iuxta Christi regulam: Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror & mater est. Cæterùm quod ad Mariam spectat, idem Rupertus illam prioribus Patriarchis, Prophetis & Regibus rectè confert, præcipuè verò præstantissimis illis duobus Heroibus, Abrahæ & Dauidi, quorum illa sit præ cæteris tùm carne tùm spiritu vera germanaque filia, maximè ob eius singulare studium, quod in illorum Principum fide & humilitate exprimenda præstitit, semperque seruauit.

Lucæ 1.

Lucæ 1. *Ibidem.*

Maria quomodo filia spiritualis suorum fuit progenitorum ob virtutum imitationem.

Matth. 12

Genes. 12

Genes. 18

2. Reg. 6

Psal 130

Progenitores Christi omnia laudatissimi atque felicissimi.

Maria peculiariter Abrahæ & Dauidis filia dicta.

Quid igitur est, quod aduersarij sic loquantur & scribant, perinde ac si Christus matrem non pluris, ac matronam aliam honestam & piam faciat, sed illis tamen affectibus humanisque vitiis obnoxiam significet, vt frequenti & seria reprehensione atque obiurgatione corrigenda veniat, & in officio sit continenda? Quasi verò qui omnibus tantũ non pessimis manfuetus, comis & benignus esse solebat, qui miseris etiam consolationem præsentem vsque pollicetur & præstat, hic ipse cum matre omnium præstantissima mitissimaque vel contẽdere, vel durè & insuauiter agere consueuerit, & vix illamquidem agnoscere, nedum honorare fuerit dignatus. An fortasse putant, Mariam nobis hactenus vnicè, certè maximè commendari, quòd secũdum carnem Christi sit mater, illumque concepерit, genuerit, educârit? Nunquàm sanè hac in parte aliud docuimus Catholici, quàm quod ab Augustino scriptum, imò etiam ab Ecclesia traditum accepimus, nimirum beatiorem esse Mariam percipiendo fidem christi, quàm concipiendo carnem Christi, & sicut fratribus Domini, id est, cognatis eius, qui in eum non crediderunt, nihil profuit carnalis illa cognatio, sic & maternam propinquitatem nihil Mariæ, nisi felicius christum corde quã carne gestasset, profuturam fuisse sentimus. Imò

Non existimãdũ esse quod Christus matrem adeo neglexerit durequè tractauerit, sicut fingunt Nouatores.

Catholici nõ confiderant maternitatẽ Virginis sine domo, aliis spiritualibus adiunctis.

De sancta Virginitate cap. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dona corporalia & spiritualia sine iustificantia distinguenda.

Quale donũ sit Dei matrẽ esse.

nullam Prophetiam, nullam virginitatem, nullam carnis prærogatiuam, nullum corporale donum tanti facimus, vt hinc Deo nos commendari gratosque fieri existimemus, nisi & alia spiritualia & iustificantia dona, vt fides, spes charitásque concurrant. Iam verò inter corporalia Dei dona maximum & præstantissimum est vtique Christi matrẽ existere, donum quidem gratiæ gratis datæ, vt in scholis appellant, & à gratia gratum faciente separabile, si quidem secundum se accipiatur, quemadmodùm illud aduersarij accipere consueuerunt. Verùm Theologi, præsertim recentiores, quoties de hoc ipso dono loquuntur, illudque, vti par est, cum Bernardo magnificè prædicant, summisque priuilegiis diuinitùs exornatum ostendũt, alia Dei dona spiritualia coniuncta, & in eadem Virgine Deo gratissima semper intelligunt, atque ab omnibus intelligi volunt. Aliòquin si corporale hoc Mariæ donum à spirituali disiungatur, nemo prudens dubitat, hoc illi præponderare, & Mariam fidem Christi percipiendo magis quàm carnem eius concipiendo beatam omnibus esse censendam, Qua de re libet adscribere, quod è Scholasticis quidem, sed æquè doctus ac pius Theologus Rickelius annotauit. Quamuis inquit, maternitas Dei secundum se assumta, dicatur donum gratiæ gratis datæ, propter quod benè disseruit Aug. quod MARIA fuit felicior concipiendo Christum mente, quàm concipiendo eum corporaliter ventre: attamen quia maternitas ista fuit in benedicta & præmanda, Maria eo modo quo decuit, puta cum proportionata & correspondente plenitudine virtutum ac donorum gratiæ gratum facientis, patet, quod ipsa dignissima sit tàm ex parte donorũ gratiæ gratis datæ quam gratiæ gratum facientis. Atque ex hac dignitate & excellentia, qua est mater ipsa Dei, insunt & competunt ei aliæ plurimę prærogatiuæ excellentiæ & priuilegia. Hinc namque ipsa & vterus eius appellatur verè thalamus Dei, cubiculum sponsi cælestis, domus & mansio Creatoris, tabernaculum Saluatoris, sacrarium Spiritus sancti, templum Altissimi, hortus deliciarum, paradisus cælestium gaudiorum, mysticarũ secretarium nuptiatum, quibus vnita est verbo æterno humana natura, & ipsa quoque Ecclesia. Vnde Bernardus. Iam verum tuum tãquam sacratissimum Dei templum totus mundus veneretur: quia in eo salus mundi initiata: ibi decorem indutus est Filius Dei & electæ Ecclesiæ formosus in stola candida exultanter occurrit, desideratum diu osculum porrigens, & Ecclesiam sibi despondens.] Nihil ergò mirum à veteribus tria numerari, quæ tanta sint, vt ne diuina quidem potentia maiora illis in suo quidque genere effici possint, nempè humanitas Christi, maternitas Virginis, & essentialis beatorum gloria, quæ in aperta summi boni contemplatione consistit.

Quod maternitas Dei in Maria sit Donum gratiæ gratis datæ & gratam virginem facientis complura priuilegia continens.

Lib. 1 de laudib. glor. Virginis, art. 15

Tria omnium maxima Deus effecit.

Circa veram considerationem dictæ maternitatis non Catholicos sed aduersarios quasi ea Iudæis hallucinari.

QVAE quùm ita sint, alienus à nobis Catholicis error est, quod Mariam dùntaxat secundum carnem iudicemus atque laudemus, sed sicut Scriptura postulat, bis matrem Domini, vt iam dictum est, statuimus, & veneratione publica dignam esse censemus. Peccant hic potiùs aduersarij, seque Iudæis non dissimiles præbent, qui vt homines erant valdè carnales, carnalem in hac matre spectabant generationem, & spiritualem alteram, qua Deo maximè commendabatur aliisque prælucebat, neque cõtemplari, neque admirari, neque imitari dignabantur. At tantò magis Christo laborandum fuit, vt relicta carnali, de spirituali illa generatione atque cognatione sermonẽ institueret, rudesque Iudęorũ animos cõmonefaceret, neque aliter quà peritissimum decebat medicũ, Verbi sui pharmacum ægrotorum vigentibus morbis prouidè adhiberet. Vnde factum videtur, vt præsentes cognatos negligat, falsamque illorum fiduciam, & stultam de affinitate conceptam opinionem retũdat, spirituálẽ verò illam commendet cognationem, quam veri Messiæ fides & Præceptorum Dei obedientia conciliat, quæque singularem & salutarem cum Christo efficit coniunctionem.

Cur Christus de spirituali magis quam carnali cognatione agat in Euangelio.

Fortassis & hoc artificium summi Magistri fuit, vt de matre neglectiùs loqueretur, sic suorum consanguineorum saluti consulens, qui se præstringi eo terrent moderatiùs, cùm viderent, ipsam Domini matrem eadẽ oratione percelli, sibique quodam modò exæquari. Nouerat enim cęlestis Medicus grauem & pestilentem illorum esse morbum qui non vulgari remedio indigeret, præsertim cùm illi rebus affixi terrenis, & cœca ambitione prorsus occupati, nihil sublime saperent, nec solùm in Maria sed in ipso quoque Christo nihil præclari diuinique muneris, & quod ad spiritualem cognationem generationemque filiorum Dei spectaret, suscipere & contemplari didicissent. Proinde cum Chrysostomus Mariam idcircò laudasset, quòd peculiarem eius curam suscepisset Christus, quam in cruce pendens charissimo discipulo commendauit, de præsenti quidem historia hæc statim adiecit! Nunc verònon tantum honoris matri conferre videtur, quantum in cruce pendens nempè contulit, quoniam fratrum qui nudum hominem illum cẽsebant, inanem ambitionem eiicere studebat.

Alia ratione Christus de matre neglexisse videatur.

Hom. 45 in Matthæum.

Christus alibi & factis adhibet, quod in Synagoga futurum esset illa delicta ad gentes ipse migraret.

Postremo in hac historia insigne latet mysterium, quo partim incredulí Iudæi ab Euangelico negotio reiiciendi, quantumuis nobilitate generis, parentum meritis & Dei promissionibus gloriarentur, partim gentes fideliter auditurę Euangelium, & ad Christi regnum vocandæ præfigurantur. Cui mysterio pulchrè respondet, quod Christus matri simul & fratribus ex Iudaismo natis se durum exhibet, ac illos gratia sua velut indignos aduersatur. Vnde dixit Hilarius: In matre Domini ac fratribus Synagoga & Israelitæ præfigurantur, ingressu eius atque aditu abstinentes.] Tertullianus in hunc modum: Figura est Synagogæ in matre adiuncta, & Iudæorum in fratribus incredulis. Foris erat in illis Israel, discipuli autem noui intus audientes, & credentes & cohærentes Christo, Ecclesiam delineabant, quam potiorem matrem & digniorem fraternitatem, recusato carnali genere, nuncupat.] Eandem interpretandi rationem sequitur Gregorius Magnus: Mater Domini, inquit, cum quasi non agnoscitur, foris stare perhibetur: quia videlicet Synagoga idcireò ab Authore suo nõ recognoscitur, quia legis obseruationes tenens, spiritualem intellectum perdit, & sese ad custodiam literæ foris fixit.] Nec multò aliter locum explicat [a] Ambrosius, [b] Hieronymo etiã suffragante, vt reliquos iam antè citatos prætereamus.

Chrysostomus

[a] CHRYSOSTOMVS aliud quoque mysterium in hac historia deprehendit, quasi Christus idcirco cum matre simul & fratribus seuerius agat, vt hoc exemplo castiget errorem vulgo nimis vsitatum, qui amicitiam ac propinquitatem non imitatione studioque virtutis æstimat, sed sola carnis & sanguinis coniunctione metitur. Sic enim Chrysostomus loquitur: Probat Dominus, nec matrem, nec fratres suos, nec quoscunque alios sua fretos necessitudine, virtutem negligere oportere. Nam si nullam mater, etiam in quantum mater, vtilitatem consequitur, nisi virtutem colat, multo minus alij necessitudine saluabuntur. Vna enim sola & vera & communis nobilitas atque necessitudo cum Christo est, vt voluntatem Dei facias: hic propinquitatis modus multo melior illo est ac vberior. Quæ omnia probe tenentes, nec de filiorum gestis gloriemur, nisi virtutes eorum imitemur: nec de parentum nobilitate quicquam nobis arrogemus, nisi probam eorum vitam sequamur. Potest quippe etiam quæ non genuit mater esse, & quæ genuit eodem modo non esse. Idcircò alibi cum mulier quædam dixisset: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, non respondit: Nullus me portauit venter: nec, nulla ipse vbera suxi, sed, Beati qui faciunt voluntatem Patris mei. Vides quemadmodum nullibi coniunctionem hanc naturæ hominum negat, sed addit semper quæ à virtutibus est.] Euthymius vno veluti verbo rem explicans, dixit: Si nec Dei matri genuisse illum profuisset, nisi virtutem secuta fuisset, cui alteri proderit, Viri sancti esse cognatum, si virtutem non habeat? O admirandam virtutem, quo ad se accedentes ad tantum extollit honorem, vt ipsos Christi faciat esse cognatos.] Ab hac interpretatione non multum discedit Augustinus, qui hoc toto Euangelij loco Christum ait, genus nostrum spirituale, cognitioni carnali præponere, nec beatos inde esse animos, si Iustis & Sanctis carnis propinquitate iungantur, sed si eorum doctrinæ ac moribus obediendo atque imitando cohæreleant, atque vt rem summatim exponat: Docebat Dominus, inquit, exemplo suo negandos esse terrenos Parentes propter Deum.] Quæ omnia non obscurè commonstrant, vehementer eos errare, qui quod Christus de matre hoc loco dicit, in illius iniuriam audent detorquere, velut ab optimo humanissimoque filio Mater tam sancta fœdè negligatur atque contemnatur. Etenim singulari consilio prudentiaque factum, vt ad profectum aliorum Christus matri verbotenus non pareceret, sed eodem quasi loco & numero matrem, quo fratres haberet, pro aliorum nempe qui aderant captu, qui nihil in Maria sublime, sed solam carnis cum Christo coniunctionem propinquitatemque spectabant. Verum hæc ipsa de re, ac de mystico sensu, si quis plura desideret, sequenti capite disseremus.

a Hom. 45. in Matth.

Quomodo Christus vulgarem errorẽ corrigat, quo carnalis cognatio spirituali antęponitur.

Hom. 45 in Matth.

Christi, nihil humane de se cogitasse.

Luc. 11.

Christum pueritiæ annos fabri filium passum, vt illius officium exerceret.

Luc. 2.

Epilogus huius Capitis.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

Quas ob causas Christus in Euangelio MARIAM parcè laudet, ac duris etiam verbis alloqui videatur: & hoc exemplo multa hominum genera de rebus grauibus admoneri.

ETSI multa hucusque produximus, quæ inter Christum & Mariam dissidium nullum, multam verò consensionem & singularem coniunctionem fuisse declarant, tamen non absre fore putamus, si ad veritatem comprobandam, quæ nonnullis Euangelij locis rectè intelligendis est necessaria, hoc loco plura subiiciamus. Primum si personam Christi rectè contemplemur, apud cordatos omnes illud certò constat, summam & æternam illam sapientiam prouide ac prudenter dixisse & fecisse omnia, & ad nostrum etiam retulisse profectum, etiamsi complures arcana illius consilia, & agendi rationes omnes mirari potius, quam perscrutari & assequi nedum eloqui possint. Est & illud extra controuersiam, Christum, cum puer esset ac adolescens, Parentum rationem & curam habuisse maximam, illisque subditum fuisse ac obedientem non in vno atque altero ministerij genere, sed vbicunque suam illis operam dare posset, vt nihil in eo desiderare liceret, quod probum & obsequentem Filium merga suos patentes facere par sit. Quare Basilius Magnus de hoc puero dicere non vereretur:

Primæua quidem ætate parentibus subditus, quemuis corporalem laborem mansuete & laboriose cum illis tulit. Cum enim homines essent iusti quidem ac pij, pauperes tamen ac rerum necessariarum haudquaquam abundantes, cuius rei testimonium dat præsæpe, vt verisimile est assiduo corporalium laborum exercitio victum sibi necessarium vna comparasse. IESVS autem istis, vt Scriptura, inquit, subditus, obedientiam suam omnem etiam his præstitit, vt simul cum illis laboraret.] In eundem sensum Brigitta scribit, quum reuelationes sibi diuinitus factas aperit Christum nempè puerum & adolescentem, atque ad grandiorem ætatem progredientem, sacris precationibus diuinoque cultui valdè quidem deditum & intentum, nec minus suis parentibus subditum ac obedientem, quibuscum subinde Hierosolymam concedens solennes ferias celebrarit, tamen nec à labore manuum abstinuisse, & vtriusque parentis dicto & vestigio semper paruisse. Nec temere factum apparet, quod Christus à Nazarenis faber apud Marcum dicatur, ob fabrilem videlicet operam, quam cum Ioseph fabro communem habuisse videtur, vt sibi suisque parentibus, quos pauperes elegit, quotidianum victum mechanico opificio

Lib. de constitut. Monach. cap. 5

Luc. 2.

Christus ad obedientiam suam parentibus declarandam manuale non recusauit, Basilio teste.

Lib. 6. rerum Iudaicarum. cap. 58.

Christus faber & fabri Filius dicetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæritaret. Ac Hieronymus quidem clarissime scripsit: Dominus Iesus Christus subiectus erat Parentibus suis, venerabatur matrem, cuius ipse erat pater. Vnde in cruce pendens commendat parentem discipulo, quam nunquam ante crucem dimiserat.] Quicquid ergo ad exactam obedientiam plenamq; reuerentiam parentibus exhibendam, eorumq; necessitatem subleuandam attinet, & Ioseph & Mariæ Christus abunde præstitit, ac tanto quidem Mariæ libentius, quanto plusquam Ioseph debuit, ex sola nimirum Virgine citra viri semẽ procreatus. Proinde nec rationi, nec Scripturis consentaneum videri potest, quod Christus, vt sæpè dictũ est, honori materno quicquam detraxerit, aut in illa coléda & obseruanda vlli filiorum cesserit, quin potius vt præclarum ac perpetuum omni iuuentuti ad honorandos parentes præberet exemplum, Ioseph & Mariæ voluntati se maximè diligentissimèque accommodauit, ac sicut decebat, per omnem occasionem matris honorem defendit promouitque potius, quam labefactauit.

An epist. de vitando suspecto conuictu.

Christus in matre colenda & obseruãda nulli filiorum cessit.

Iam verò si Mariæ personam consideremus, est id quidem sapientibus in confesso, piam hanc fidelemq; matrem sic erga filium sese gessisse, vt materno iure & officio, quod in Christum non repugnãtem habebat, nunquam abuteretur, ideoque tali Filio nihil aut imperiose mandaret, aut æquo grauius inponeret. Etsi enim illum suum esse cognoscebat Filium, tamen non ignorabat suum quoq; esse Creatorem, vt Simon Metaphrastes affirmat. Vnde cum eodem, quem nõ modo Filium habebat, sed & Deũ colebat, simul amanter & reuerenter admodũ versata est, sicut viuida in Christum fides, quam à Gabriele semel fuit edocta, & in suo semper pectore conseruauit, omnino postulabat. Quis ergo dubitet, Mariam fide gratiaque plenam, perfectæ matris officium in Christo tum educando, tum gubernando diligenter obiuisse, neque vnquam maternis affectibus tantum indulsisse, vt eius præstantiæ, nobilitatis, sapientiæ, potestatis, virtutis ac maiestatis obliuisceretur, quam in Christo non solum Viro, sed etiã infante, puero & adolescente prorsus docebat vbique locorum suspicere atque venerari? Ac recte quidem Dionysius Rickelius illod, vt probabile constitui postulat, Mariæ & filij, triginta illis annis suauissimũ fuisse conuictum tantoque maiorem & ardentioré matris erga Filium amorem tam naturalem quam spiritualem viguisse, quanto illa clariorem eiusdem adorandi Filij cognitionem haberet, quæ cum valde studiosa & docilis esset, etiam à sapientissimo Filio arcana multa interrogarit atque didicerit, quum nihil dubitaret, omnes sapientiæ & scientiæ thesauros in hoc suo Filio absconditos esse.

Quod Maria iure officioque materno erga Filium non sit abusa.

Orat. de vita & obdormitione B. Virginis.

Maria reuerẽter admodum erga Filiũ sese gessit, quẽ perfectè cognascebat.

Lib. de laudibus Virg. cap. 10

Qualis inter Mariam & Filiũ conuictus fuerit annis triginta.

Colloss. 2

Quæ cum ita sint, vt neminem pium arbitror negaturum, mirum profecto videri potest, quid demũ in causa sit, quod Christus in Euangelio, de matre sacrosancta omnique laude digna & de se optimè merita, tam parcè ac tectè loquatur? deinde cur non solum à matris laudibus abstineat, verum etiam illam asperè compellare ac etiam increpare videatur? Ad primam quæstionem respondemus, haud quaquam conuenisse, vt Christus Dominus, qui ad Iudæos sibi suæque doctrinæ conciliandos missus fuerat, & omnis modestiæ prudentiæque magister esse debebat, matrẽ suam & præclaras eius dotes publicè commendaret. Etenim ingrata, suspecta & infrugifera Iudæis fuisset omnis eiusmodi laudatio, & vel mendacij, vel arrogãtiæ vitio forte tributa ab his, qui ad calumniãdũ alioquin erãt suapte spõte procliues, & Christum libenter vanitatis insimulabant. Ferte illi homines nõ poterant, sed obstinate spernebant Dominũ concionantẽ, adeoq; factis, verum se esse Messiam, & vnius cum Deo Patre naturæ Filiũ, clarissimè demonstrantem. Quam ergo fidẽ & rudes & efferati homines illius testimonio præbuissent, si totius humilitatis Magister Christus, quũ in terris superesset, vel per se, vel per alios, Mariæ virtutes prædicasset, illãq; mulieribus & iustis aliis prætulisset, aut se Virginis Filiũ proclamasset? Hinc tanè illi non meliores, sed prorsus deteriores effecti, magis ab Euangelica prædicatione abhorruissent, & perceptæ veritati eiusque Doctori vel maxime repugnassent.

Matth. 12 Ioan. 7.8 & 12.

Iudæi non licuisse conclamabant Matthæum à templo præcedere.

Ratio reticendi veritatis Mariæ laudes à Christo celebratas.

Accedit, quod ratio temporis nõ ferebat, Mariæ laudes, variasque prærogatiuas ante Christum in cælos assumptum efferri, & ne orbi quidem credibile videri tum potuisset, si Mariæ tribuisset Christus gratiæ plenitudinem, virtutis altissimi obumbrationem, Verbi conceptionẽ, quod illa insuper sine grauamine grauida, sine dolore puerpera, inuiolata pariter & fœcunda fuisset, quas prærogatiuas (vt alias omittam) Mariæ Bernardus assignat. Quocirca diuinæ sapiẽtiæ nõ fortiter modo, sed & suauiter omnia disponenti visum est, sicut & alibi meminimus, vt paulatim sacri Euangelij mysteria innotescerent, & quæ præcipua essent Christianæ fidei fundamẽta, primum iacerentur, firmiterque stabilirentur. Multa igitur Euangelicæ doctrinæ sunt capita & mẽbra iam antè quidem à Prophetis vtcunque delineata, à Christo autem expressius tradita, sed post Domini glorificationem & sancti Spiritus missionem primũ patefacta, recepta probatáque publicè. Tum idcirco hæreses otiri sæpe permittit Deus, vt de quibus fidei rebus non satis antea conueniebat, quoniam lateret potius, quã pateret veritas, de his posterior ætas diligẽtius quærat ac statuat Duce Spiritu sancto, qui nõ ociosus manet in Ecclesia, sed secundũ Christi promissionem fidum agit magistrum, ac quoad in terris militat Ecclesia, docet ac annunciat omnibus ætatibus omnem veritatẽ. Vnde illud etiam perspici potest, graui eos errore teneri, qui hac tempestate de Maria eiusque dignitate tam multa inficiantur, quæ vel in Scripturis prætermissa, vel tempore à posterioribus seculis, etsi quædam non statim tradita, sed posterioribus seculis, tandẽ primum à Deo reuelata, & ab Ecclesia nobis tandẽ commendata fuerunt. Qua de re alias plura.

Iam. 3.4 & 12.

Christus primo se filium Mariæ fecisse, postea Matrem in Cana Galilææ.

Ioan. 2

Matth. 12

Luc. 11

Matth. 12

Ioan. 19.

Sacerdotes passim Christi.

Maria Petri ministerio Christi non nihil adiuta.

Christus quo sensu Melchisedech vocetur.

Adhæc Christi ornat sapientiam, quod is de a Ioanne Baptista, b Petro, c Nathanaële, d Centurione prædicandis, deque e Magdalenæ commendanda maiorem, quam de parente sua landanda curam in Euangelio gerit. Hoc enim exemplo Apostolos, ac eorum in ministerio Euangelico successores egregiè docet, à cognitionis affectu, à parentum desiderio, omniq; specie mali, præsertim si ad Ecclesiasticã dignitatem veniendum, sedulo abstinere, vtq; in Euangelico ministerio versantes, suum munus integrum ac incorruptum tueantur, & diuina potius quã humana curent, neque tanti parentes & amicos faciãt, vt eorum gratia & sollicitudine, qui (vt nequid gratius dicam) precioſi saltem plerunq; fures sunt tẽporis, à sacris occupationibus se retrahi ac auocari patiantur. Hinc Dominus venientes ad se cognatos,

a Matth. 14 b Matth. 16 c Ioan. 1 d Luc. 7. e Luc. 8.

Quomodo Christus Patrem & Matrẽ reliquerit.

Matth. 8

Christus aliter suos amicos quã mundus tractare consueuit.

tos, licet discipulos, Iacobum & Ioannem, eorumque matrem, quamuis rogantem & adorãtem, cum increpatione repulit, votis flagitantium abnuit, nec promisit quicquam, sed hoc grauiter opposuit: Nescitis, quid petatis: non est meum dare vobis. Suum quippè regnum, quod non est de hoc mundo, nequaquã carne, sanguine, affinitate, sed gratia & merito vult comparari: & spiritualis regni seu Ecclesiæ gubernacula non tam Præsulum aut Principum cõsanguineis & notis amicis, quam probatis & dignis hominibus, licet alienigenis ac peregrinis, committi demandarique postulat.

Matth. 12

Nvnc quæstionem alteram, eamque difficiliorem excutiamus, cur Christus nempè non solum à matris laudibus abstinear, sed verbis etiam asperioribus illam aggredi, dureque tractare videatur. Fingamus enim hic esse, quemadmodum aduersarij postulant, vt quod matri loquitur Christus, cum seueritate & asperitate quadam coniungatur. Sonet insuauiter quod in Cana Galileæ dicit: Quid mihi & tibi est mulier? quando ne matris quidem nomine Mariam dignatur. Acerbitatem quandam præ se ferat, quod de matris aduentu nuncianti respondit: Quæ est mater mea? vbi vix matrem suam agnoscere, aut piis certè aliis exæquare videtur. Tum increpantis potius quam blandientis illa in templo est oratio: Quid est quod me quærebatis? An nesciebat, vt cætera prætermittam. Et cum audisset mulierculam, quæ felicem matris Mariæ sortem prædicauerat, quid illi responderit, non est ignotum, sequentique Capite repetetur. Demum in supremo crucis supplicio constitutus, vidit quidem & compellauit matrem astantem, sed mulierem, non matrem voluit appellare. Nec veretur dicere Cyprianus, quod Christus cum Euangelizaret, ac mater illi loqui vellet, non modo negauerit illi colloquium, sed etiam verbi auditores spiritu pauperes prætulerit matri. Ac plura id genus Patrum testimonia coaceruare non sit difficile, quibus probare liceat, Christum cum matre parum leniter egisse, imò illam increpasse, & aliis non prætulisse. Quid igitur? an idcirco Mariæ honos & gloria periclitatur, quod à Filio parce admodum modicèque laudetur, aut verbis etiam austeris, ac velut increpatoriis excipiatur? sicut nostri quidé aduersarij nimium eredunt ac populum docent impudenter.

Matth. 12 Luc. 11 Ioan. 2 Matth. 19

Christus matri dictis fecisse videri potest iniuriã.

Ioan. 2

Matth. 12

Luc. 11

Matth. 19

Ioan. 19.

Sacerdotes passim Christi.

Maria Petri ministerio Christi non nihil adiuta.

Melchisedech dictus filius sine genealogia.

Christus quo sensu Melchisedech vocetur.

Vervm enimvero ne Lectorem diutius remoremur, quod Christus matrem dilectissimam simul & sanctissimam non blande mulcere, sed dure potius in Euangelio compellare videtur, variæ & graues adferri causæ possunt. Primum Messiæ officium, quo nihil sanctius, id exigebat, vt legem ipse non solueret, sed adimpleret. In lege autem dictum ac promissum erat, futurum illum Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, is verò sine Patre, sine matre, sine genealogia in hoc mũdo vixit, cum nullam quidem de his mentionem fecerit diuina Scriptura. Accessit Christus, verus haud dubiè ac æternus ille Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui vt vmbræ satisfaceret, ac Veterem figuram re ipsa compleret, secundum naturam diuinã, vt Patris vnigenitus, omni cognatione caruit, & quatenus homo ex Virgine natus, à patre mortali nihil accepit, talemque in terris sese gessit, vt ne matrem quidem Mariam, nec regiam genealogiam, neque cognatos suos agnoscere videretur. Quæ, in-

Secunda causa ob spiritualem circumcisionem.

Genes. 17. Leuit. 12.

Luc. 12

Christus ut gladium in terras mitteret, quo sensu.

In lib. de vera circumcisione inter opera Hier. Matth. 12 Ioan. 2

Tertia causa, quæ secundũ Adam primo respondete declarat.

Genes. 2 Philip. 2

Psal. 18. Ephes. 5

Christus adhæret Ecclesiæ vxori, relictis parentibus.

Quarta causa ex communi probatione & tribulatione iustorum desumpta.

Strm. de vetbis Apocal. Signum mag. & ser. 1 de Assump. Virginis.

Psalm. 118 Prouer. 27 Luc. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctionis & gloriæ, socios atque participes facit. Ac semper hoc Dei proprium fuit, vt sicuti Scriptura loquitur, mortificet ac viuificet, deducat ad inferos & reducat. Neque solum ille vult, sed nobis etiá expedit maximè, vt non nisi ab humilitate ad gloriam, à luctu ad gaudium, à morte ad vitam (hæc enim regia via est) perueniamus, vtque ita imagini filij Dei conformes efficiamur.

Matth.7 Roman 8 2. Tim.2 1. Reg.2 Rom.8

Vult Deus, & nobis expedit ab humilib. & aduersis ad alta & prospera progressum fieri.

POSTREMO sic verba Domini accipiēda sunt, vt scopus & animus loquentis non contra Mariæ personam, sed in alios potius dirigatur. Nobis enim seruiebat, nos respiciebat atque docebat Christus, cum ita se durum Matri præstaret, nihilque minus quam ei indulgere ac adblandiri vellet. Hinc enim, vt diximus, parentum plurimorum deprauati corrigunturaffectus. Hinc filij aduersus parentes, fratres contra fratres impios, piè crudeles esse monentur, vt illis ex animo etiam puellus dicat: Nescio vos, ignoro vos. Qua ratione quidem Elias quum institutum vitæ monasticæ inuitis parentibus esset amplexus, & ab his vt suos lares reuiseret, sollicitaretur apud Bernardum ita respondit: Si me vt verè boni, vt pij parentes diligitis, si veram, si fidelem erga filium pietatem habetis, quid me patri omnium Deo placere satagentem inquietatis, & ab eius seruitio, cui seruire regnare est, retrahere attentatis? In hoc vobis obedire non debeo: in hoc vos non agnosco parentes, sed hostes. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad meum atque vestrum, imò vniuersorum patrem. Alioquin quid mihi & vobis?] Hinc præterea senes & iuuenes excitantur, vt cogitent, diuino cultui, veræque pietatis officio nihil anteponere, omniaque salutis æternę negotio post habere oportere. Hinc perfectioris vitæ studiosi, qui à mundi negotiis abstinent, ac diuino cultui se dedicarunt, parentum & propinquorum curam omnem discunt abiicere, & vel amicissimos homines, qui religioso ipsorum instituto obesse magis quam prodesse possunt, vigente vincenteque spiritu, absque parricidio, vt Euangelium loquitur, odisse & perdere admonentur. Nimis enim verum est frequenter illud, quod dixit Hieronymus: Grandis in parētes pietas, impietas in Deum est.]

Quinta causa informatoria vt Christus per matrem alios adhortetur, & instruat vt sibi à carnis affectibus caueant.

Quid respondendum parentibus filium a monasterio reuocantibus.

Deut.33

Vide Epist. III. apud Bernar.

Matth.10 Luc.9. Ioan.12 In Epist. ad Paulam.

HINC demum qui Apostolorum, imò & Christi vices in Ecclesia gerunt, siue Doctores sint, siue Pastores, pulchrè informantur, vt carnem & sanguinem non respiciant, ne vllus humanitatis sensus, aut propinquitatis affectus, in illis Ecclesiasticæ functionis aut pastoralis officij cōstantiam labefactet. Vix enim dici potest, quam sit alte nobis infixus, & quam multis, alioquin cordatis & doctis, imponat spiritus, qui sub specie honestæ amicitiæ & cognationis arrepit, & tanquam toxicum melle illitum inficit, enecuat, frangit animos priusquam ferè sentiatur: nonnunquam & sacrum ministerium, adeoque totum ordinem supra modum obscurat, dedecorat, infamat. Eoque laudabilior olim Moyses extitit, adeò ab hoc tenaci & fallaci visco, id est, carnis & sanguinis affectu alienus, vt nec propriis quidem filiis eum honoris gradum, quo ipse alios omnes antecesserat, post se deferendum, sed seruo Iosue potius tradendum putaret. Id quod Origenes quoque notauit. Proinde nouus Legislator matri esse blandus non debuit præsertim qui discipulos, eorumq; successores, vt Euangelico muneri rectius inseruirent, tales esse cupiebat, qui mundo mortui, Deo autem

Quales Ecclesiæ prælatos & Doctores exemplo Christi esse deceat

Deut.34

Moyses sibi successorem deligit non filium, sed Iosue seruum.

Homil.23 in lib. Numeri.

& diuinis duntaxat intenti, secularibus negotiis atque curis omnibus renunciarent, sanguine iunctos vulgi more non respicerent ac amarent, sed eos humana sapientes atque à diuinis rebus auocantes cœcis velut oculis præterirent, sanctoque odio persequerentur, ac domesticis valedicerent, atque adeò ne Parenti quidem mortuo sepulturæ officium exhiberent. Quid multis: Si Christus in templo & cōcionandi munere constitutus, matrem interuenientem non admittit, ne diuina humanis, & spiritualia terrenis postponere videatur, quid nobis, obsecro, si sapimus, tam coniunctum, tam charum ac preciosum esse potest, quod Dei gratia & salutis studio non contemnamus atque abiiciamus? Valeat mater, quæ à Dei cultu auocat, eruatur oculus, qui adfert offendiculum amputetur dextera, cuius dispendio salus animæ redimi potest: pereat mundus dum vniuersus cum suis vel illecebris, vel terriculamentis, qui nos à Christi amore, ab Ecclesiæ vnitate, à pœnitentiæ fructibus, à iustitiæ officiis à sancto vitæ instituto remoratur. Sed hæc fortasse longius quam pro nostro instituto, non tamen à præsenti loco aliena, nec eo quidem pertinentia, vt quisquá putare debeat, ex earum matrum numero Mariam fuisse, quæ liberos suos à Dei cultu præpedire conantur, sed vt ostendamus, quanto maiore iure ac zelo tum illis matribus, tum generatim parentibus & amicis omnibus, qui simile aliquid erga suos conantur, renunciandum sit, quando Christus matri suæ, vt charissimæ, sic ab ista omnique alia labe alienissimæ, nullum ad se accedendi locum præbuit, quum Euangelicæ prædicationi operam daret.

Matth.10

Quid generatim doceat Christus circa filios rigorem erga matrem.

Matth.12

NVNC paucas Veterum sententias adiungam, vt ea quæ de mystico sensu diximus, antiquis etiam Theologis non ignota, sed & scripto commendata fuisse liquido intelligatur. Extat Veteris authoris Liber de vera circumcisione (quidam Hieronymo, alij Tertulliano illum ascribunt) in quo isthæc legimus: Christus sanè nec suis parcit affectibus. Nam eum gladium, quo alios circumcidebat docendo: Si quis amauerit patrem & matrem supra me, non est me dignus: sua conuertit in viscera. Et sibiipsi facturus, cum dicit: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? O mysterium: matrem Mariam sibi Dominus abiurat, cum extra verbi esset audientiam constituta.] Et paulò post: Quis hic erit rogo, qui excusationem præferat aut gratiæ, aut amori, si & Mariam merito nulla vincit, & Christum Dominum nostrum nemo superat pietate? Illa mater enim negatur à Filio, vt vera illa circumcisio doceatur: quoniam magister & parens vitæ debuit viuere, prout docebat esse viuendum. Hic est ille gladius temoralis, quo Leuitæ suos propinquos & proximos occiderūt. Sixtus verò III. Pontifex, isque pereruditus, in hunc modū docet: Quales illi parentes sunt qui te nolunt hoc esse quod melius est? Tales enim aut filium non diligunt, aut perfectè non credunt futura. Nemo enim est, qui filiis suis non hoc optet euenire, quod perfectius nouerit, nisi qui aut de perfectione ipsa dubius est, aut quod credendum non est, filiorum inuidus bono. Huiusmodi inimici potius habendi sunt, quam parentes. De talibus dixisse Dominum reor: Inimici hominis domestici eius: Et iterum: Qui dicit patri aut matri, non noui te, & fratres

Hieronymus

Matth.10

Sixti Pontificis testimonium de parentibus exemplo Christi quando negligendis.

Luc.14.

Domestici sendo pro matrib. & cæsibi fine.

Matth.12

Christus matrem non despicatui habuit, sed illa longe vberius.

Serm. de Assumpt. Mariæ.

Quibus rationibus Christus Mariam sibi matrem esse docuerit.

Ioan.2

Matth.12

Ioan.19

Ex historia Nicephori Lib.2. cap.40

Ex historia Nicephori de Ioannis Euangelistæ virginitate.

& fratres suos non agnouit, & filios suos non cognouit, obseruauit iustitias tuas, & testamentum tuum conseruauit. Et iterum: Qui non odit patrem aut matrem, non est me dignus. Non debemus ei nostros præferre parentes, quia nec suos nobis, nec seipsum quidem prætulit, qui cum discipulos doceret, & matris ac fratrum nuncio pro foribus stantium & se videre cupientium fuisset interpellatus, respondit, dicens: Quæ est mater mea? & qui sunt fratres mei? Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, hic meus frater, & soror & mater est. Non quod sanctam matrem despiceret, sed vt nos, quales Parentes magis computare deberemus, suo doceret exemplo, & ostenderet, præferre nos eum malis saltem debere Parentibus, quibus ille nec bonos quidem prætulit.] Nec vulgaris est scriptor Guericus, qui Euangelij sententias iam ante repetitas & excussas diligenter expendit, & in hunc modum præsentem Mariæ causam illustrauit: Meritò in cruce Maria mater agnita, & cura ipsius idoneo tutori delegata est: vni maximè est probata & marris ad Filium sincera charitas, & filij de matre vera humanitas. Nam alias Christus velut dissimulasse matrem visus est, siue cum in nuptiis flagitanti miraculum ait: Quid mihi & tibi mulier? siue cum in mediis sermonibus Euāgelij dicenti cuidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. Quæ est, inquit, mater mea? Sed & mater cum miraculum prosceret, sic respondendum erat, vt aliunde quam à matre miracula haberi significaret: & illi qui sermonem Euangelij parentes annunciando interrumpebat, melius responderi non poterat, vt sciret spiritualia carnalib. præferenda monstraret. Ac si more suo diceret Parentibus, se occupatum in negotio Euangelij quærentibus: Quid est quod me quæritis? Nescitis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Abiit enim vt matrem aspernatus sit, qui tanta cura de parentibus honorandis legem dedit. Absit, inquam, vt in terra fastidierit matrem, cuius è cælo concupiuit decorem. Imò potius ordinabat in nobis charitatem, tam verbis quam exemplis nobiscum agens, vt carnalium affectibus necessitudinum, non solum Dei præponamus dilectionem, sed etiam eorum, qui Dei faciūt voluntatem.

Matth.12.

Maria nō modo iuxta carnem, sed & spiritualiter Christi mater quia Dei fecit voluntatem.

Serm.2 de miracula facto in nuptiis.

Bernardū, Basilium & Hieronymum eodem modo superiora intelexisse.

In regulis fusius disputatis. Matth.12 in Epist. ad Eliodorum.

ILle siquidem affectibus de cordibus exigitur omnium nostrum, quos summi Patris adoptauit dignatio, quo fideliter dicamus cum ipsius Vnigenito: Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est: Prorsus filiis Dei competit vox ista, nec vllum fidelius testimonium reddit ipse Spiritus spiritui nostro, quod simus filij Dei, quam vt sonet de cordibus nostris hæc vox Vnigeniti Dei. Itaque Mariam quæ secundum carnem mater erat, alia quoque ratione matrem sibi Iesus probat, quandoquidem & ipsa voluntatem Patris in tantum faciebat, vt de ipsa prædiceret Pater: Vocaberis voluntas mea. Igitur vbi eam visus est ignorasse Filius, ibi ampliùs honorasse inuenitur, dū ei, scilicet, materni nominis horas duplicatur, pro eo, quod eundem Filium, quem aluo gestauerat incarnatum, etiam nunc animo gestabat inspiratum.

VBI Guericus Præceptorem suum Bernardum sequitur, qui eodem fere modo interpretatur, quod Christus dure acerbeque Mariæ matri loquitur, idque ad pœnitentes & religiosos, qui mundo renunciarunt, pertinere docet, vt hi nulla Parentum cura sollicitentur, neue in spiritualibus exercitiis ob carnales propinquos & necessitudines impediantur. Legerat fortassis vterque Basilium Magnum haud multo aliter differentem, planeque prohibentem Monachis, ad consanguineos & amicos inuisendos egredi, quando Christus etiam in docendi munere Patrisque negotio versans, adeo se à matre alienum ostendit. Legerat Hieronymum ex multis diuinæ Scripturæ locis astruētem, vt qui totum se in Christo conseruauit, pristinarum necessitudinum non recordetur, sed calcatis parentibus, & diruptis vinculis omnibus ad vexillum crucis euolet, nudusque nudum Christum sequatur. Atque hæc satis esse puto ad omnem tum admirationem, tum offensionem infirmis eximendam, quod Christus matrem suam, quantumuis dilectam & innocentem, eo habuerit loco, vt in Euangelio non semel eam durius alloqui & increpare videatur. Nunc porro ad aliam historiam Euangelicam, in qua Virginis nostræ causam rursus premunt æmuli, recta transeamus.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

Defensio mulieris Euangelicæ, quæ Mariam coram Christo & Turbis palam celebrans, dixit: Beatus venter qui te portauit. Ac de eodem loco aduersus Nouatores, sed præcipuè caluinum disputatio, & cum annexa illorum confutatione, qui euangelica dicta de Dei verbo custodiendo, & de Patris voluntate facienda corrumpunt.

Lucæ 11.

ACTVM est, inquit Lucas, cū hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: BEATVS VENTER, qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimo, Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Habemus hic duplicem, & præclaram sanè confessionem, mulieris vnam, & Christi alteram, vtramque semper merito coniungendam. Vult enim à suis non solum agnosci Deus, sed etiam in se Sanctisque suis, & præsertim in Deipara Virgine prædicari atque coli. Deinde non solum laudatores, sed & Verbi sui custodes atque factores habere postulat, iisque solis veram promittit felicitatem, ne sola fide iustificari hominem falso existimemus. Etenim custodia sermonis Dei, eius est adimpletio, quemadmodum Euthymius annotauit, & nos deinceps, ne quis cum Nouatoribus erret, admonebimus.

CAETERVM, quod ad mulierem hanc Euangelicā attinet, quæ nonnullis Marcella dicitur, nullus Veterum hactenus dubitauit, eam diuino affla-

Lucæ.11

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mulieré hanc Euangelicam diuino Spiritu afflatam, Christo laudē publicam tribuisse, & multas hæreses confutasse.

tam Spiritu, de Christo rectè sensisse, & quod amplius est, blasphemis Christi aduersariis, qui tunc aderant, feliciter æquè ac fortiter obstitisse, sinceræque fidei & Christianæ veritatis illustre hoc testimonium palam edidisse. Laudat igitur illam non immerito Beda, hisque verbis commendat: Magnæ deuotionis & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis & Pharisæis Dominū tentantibus simul & blasphemantibus, tanta eius incarnationem sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, vt & præsentium procerum calumniam, & futurorum Hæreticorum confundat perfidiam.] Narrat deinde aliquot impias opiniones siue Hæreseis, quæ hac mulieris insigni sententia queant non incommodè confutari, quoniam magnum illud pietatis Sacramentū, quod

In Lucam lib. 4. cap. 49

1. Tim. 3

in carne manifestatum, & à multis impiè oppugnatum fuit, apertè comprobat, maiusque aliquid in Christo quam in homine alio esse suspiciēdum declarat, cb quod mater eti ac nutrix eius beata merito cunctis prædicetur, hancque solam Domini Patrem agnoscit, nihil viro aut virili semini in hoc diuino partu cōcedens. Probat & Augustinus præsentem confessionem, quam hæc mulier non suo tantum, sed & aliorum piorū fecerit nomine. Theophylactus mulierem hanc simplicem, doloque carentem vocat, quæ Domini miracula celebret. Videmus autem in illa typum quendam Ecclesiæ gentium nobis expressum, cum præclarè hoc suo exemplo præludat, credentes ex Ethnicis non passuros, vt blasphemia Synagoga Christi gratiam & doctrinam infectetur, sed tantò quidem ardentius Christi nomen & honorem vindicaturos, ac matris eius gloriam publicè celebraturos esse, quanto iudignius impij Iudæi & mundi sapientes vtriusque personæ splendorem obscurare, ac oblatam Euangelij gratiā auersari non erubescunt. Quid multis? Hæc mulieris vox non secus quam pro Spiritus sancti testimonio debet accipi, quo non modò præsentium Pharisæorum calumnia retundatur, sed futurorum etiā Hæreticorum perfidia confutetur, nobisque Christiana veritas, vt de Christo & naturali eius matre ptobè sentiamus, pulchrè corroboretur. Atq; haudscio, an quicquam sub illa breuitate verborum ab hac muliere aptius, tempestiuius atque decentius in medium proferri potuisset. Verè in illa etiam videmus impletum quod canit Propheta Regius: Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem: quodque Paulus affirmat, quæ stulta & infirma sunt mundi, à Deo eligi, vt eò magis sapientes ac potentes confundat.

In Euāg. Ioā. Tract. 10

In Lucam cap. 11

Quomodo vox præsens mulieris accipienda sit.

Psalm. 8

1. Cor. 1

Mulier hæc ex veris Christi paraulis & stultis huius mundi.

Hanc piam mulierē a Notatoribusmaleindigneque tractari.

Hæc propterea repeto, quod Sectarij nostri aduersus hanc piam vereque laudabilem fœminam sinue Marcellam, oppido quam insolenter insurgant, eamque taxandam potius, quam laudandam censeant. Quæ [a] Brentio quidem videtur aliquatenus malè sensisse, & cui [b] Æmilius pium quidē, sed carnalem affectum tribuit. Multo magis id facit [c] Sarcerius, quum doceat, illam prorsus carnaliter sensisse de regno Dei, & de beatitudine seu iustitia regni gratuita. Sed & [d] Lutherus in illa stultam & carnalem mulierculæ deuotionem reprehendit. [e] Franciscus verò Lambertus etsi fidelem hanc fuisse mulierem, cui suauissima Domini eloquia placuerint confitetur: tamen hoc etiam fermentum admiscet:

a Hom. 101 in Lucam
b In Domin. 3. Quadrag.
c In cap. 11 Lucæ, & in Euangel. de conceptione Mariæ.
d In Postil. maiori circa Dominicam. 3. Quadrage.

Affectu carnis hæc protulisse videtur, quemadmodum & Amoris est fœminarum, eas felices prædicare, quæ filios cæteris honoratiores genuerunt. Vnde Saluator, qui & affectus & laudes carnis detestatur, illi respondit. Neque minus vehemens, durus & acerbus est Spangenbergius, quum hanc mulierem accusat erroris, quæ rationi humanæ, non verbo Dei inhæreat, quæ beatitudinem siue iustitiam reb & operibus externis tribuat, quæ optet se tanti Prophetæ matrem esse, & cuius opinionem Christus demum suggillet. Nec dissentit Coruinus, qui fidem in hac requirit muliere, & carnali affectu præditam dicit in eo, quod beatam sti matrem pronunciat.

e In cap. 11 Luc.

In Postillā circa Euāg. Dom. Qui. In Euāg. eiusdem Domin.

Qvæ omnia cum sine probatione, sine iudicio proferantur, ac temere tantum effutiantur, suis authoribus relinquenda potius, quam hoc loco multis confutanda videntur. Nec vllus quidem sapiens æquum censebit, bonam matronam nunc primum tot nominibus incusari, quam ornat sacrum Euangelium, quam defendunt Patres, & res ipsa non obscurè commendat, præsertim si adiunctæ circumstātiæ, vnde, cui, quo tempore, apud quos, & de qua persona suum vel testimonium, vel eulogium protulerit, sedulo discutiantur. Nec enim rogata, sed sponte, quum plena tumultus essent omnia, in medio blasphemantium hostium, vt Christi contempti & accusati causam tueatur, muliebrem pudorē, humanumque timorem exuit, neque apud se mussitat, sed vocem intendit, & sola vtitur singulari libertate dicendi, publicum de innocentia Christi testimonium ferens atque proclamans. Sunt autem isti fortasse huiscfœminę propterea iniquiores, quod haud obscurè cernant, illius testimonio Mariæ laudem illustrari, & in hac venerāda, veterem Catholicorum morem aliqua ex parte confirmari. Quicquid enim ad Virginis gloriam confert, mirum quā ferant impatienter Nouatores, quamque illud studioſe supprimant, lacerent, ac torqueāt, ita vt si possent, id prorsus abolitum cupiant in Ecclesia Dei. Sed frustraneus hic labor est Antidicomarianitarū, qui quantumuis honoris diuini zelum suæ prætexant temeritati, dum Mariæ gloriam certatim deprimunt & obscurant, hoc tantum assequuntur, vt quo ipsi Deiparæ laudem & veneration em oppugnant hostilius, eò plures & præstantiores Marianæ dignitatis præcones & vindices emergant, qui non sine prouidentia diuina hoc sustineant obeantque munus, quod Gabriel, Elizabetha & hæc præsens mulier ad Virginem celebrandam præclarè sanctēque admodum inchoarunt. Nec aliter sane fieri potest, quin suum cursum & vigorem perpetuum habeat, quod diuino est oracul o prænunciatum atque sancitum, vt Mariam, cui magna fecit qui potēs est, beatam dicant omnes generationes. Quid, quod Sibylla Tyburtina, non multo quidem aliter, atque hæc mulier, Mariam vel nondum natam celebrauit, ac diuino haud dubie Spiritu edocta, sic cecinit vaticinando:

Respōsio ad priorum interpretum iniquam censurā. Deprecatio mulieres quas multis modis sit commendanda.

Vnde Nouatores impio animo trahi esse videantur.

Lucæ 1.

O nimium felix, cælo dignissima mater,
Quæ tantum sacro lactauit ab vbere prolem.

Eodem pertinet vetus & insigne carmen, quod ante mille Annos Christianus edidit Poeta, & iij Matutino in solennem vsum recepit Ecclesia, quodque in hūc vsque diem vel inuito serpente & eius semine, per omnes Catholicas sonat Ecclesias:

Carmen Sedulij.

Salue sancta Parens, enixa puerpera Regem,
Qui cælum terramque tenet per secula, cuius

Numen, & æterno complectens omnia gyro,
Imperium sine fine manet: quæ ventre beato
Gaudia matris habens cum Virginitatis honore,
Nec primam similem visa es, nec habere sequentem,
Sola sine exemplo placuisti fœmina Christo.

Beda carmen ad hunc Euāgelii locum alludens.

Qvod Sedulij carmen nobis alibi citatum, hoc loco cum Beda repetere visum est, quoniam cum præsente mulieris confessione ad Mariæ laudem confirmandam pulchre consentit: quanquam ad præsentem locum propius facit, quod idem Beda cecinit:

In natali, festiu Dei genitricis.

Et tu beata præ omnibus
Virgo Maria fœminis
Dei genitrix inclyta,
Nostris faueto laudibus.
Pudica cuius viscera
Sancto dicata Spiritu,
Dauidis ortum semine
Regem ferebant seculi.
Beata cuius viscera
Summo repleta munere,
Terris alebant vnicam
Terræ polique gloriam.

Ne comittam eiusdem Bedæ prudentem piamque commonefactionem, quum huc etiam pertineat: Nos, inquit, his contra Eutychen dictis extollamus vocem cum Ecclesia Catholica, cuius hæc mulier typum gessit: extollamus & mentem de medio turbarum, dicamusque Saluatori: Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Verè enim beata parens.]

1. Euangel. Lucæ cap. 11

Bedæ admonitio de vita huius loci.

In natalem Domini.

Allvdit ad hunc quoque locum multo vetustior Gregorius Nissenus & piæ mulieris exemplū æmulatus hoc Mariæ præconium defert: O beatum vterum illum, qui bonitatis præstantia ad se animi traxit bona. In reliquis enim omnibus vix animus purus Spiritus sancti præsentiam capit: hic autem caro fit Spiritus receptaculum.] Nec est dissimile, quod ab Epiphanio scriptum legimus: O vterū impollutum habentem circulum cælorum, qui Deum incomprehensum, in te verè comprehensum portasti. O vterum cælo ampliorem, qui Deum in te non coarctasti. O vterum, qui cælum es septem circulis constans, & capacior illis existis. O vterum septem cælis sublimiorem atque latiorem. O vterum, qui es octauum cælum, septem firmamentis celsiorem. O vterum, habentem inextinguibile lumen septies lucentis gratiæ.] Eodem Augustini verba spectant: O Virgo Dei genitrix gloriosa, ô sublimis puerpera, cuius viscеribus author cæli terræque committitur.] Et rursus: O fœmina super fœminas, quæ & virum non cognouit, & virum in vtero circumdedit: quæ concubitu carnali non tangitur, & tamen carnea prole de spirituali semine gratulatur.] Igitur de hac Euangelica muliere sic habendum est, illam in hac laudatione veræque fidei confessione nihil omnino peccare, cuius quum exemplum sancti Patres libenter æmulentur, satis declarant, eiusdem affectum fœminæ spiritualem potius quam carnalem esse, nulloque modo reprehendi oportere. Etsi enim a solo corporali dono maternitatis (vt loquuntur) Mariam extollere, ac beatam proclamare videatur, quandoquidem mundi Redemptorem genuit ac aluit, tamen eiusdem Virginis fidem insignem ab Elizabetha laudatam, aliasque virtutes, quæ illam Deo præcipue commendarunt, nequaquam excludit. Ac de Christi quidem responso postea videri-

Testimonia eadem vete rum piæ mulieris exemplum in Mariā laudādā sequūtur.

In sermo. de V. Virg. laudib.

Serm. 35 de sanctis. Serm. 9. de tempore.

Maria semper habuit & quibus laudibus quantumuis habet effer obtulerit.

Nouatores magnam sibi fraudē honore, quam propter fœminæ vterū & vbera prosequuntur.

Sibylla tyburtina hæc mulier sua mulier sua confirmat congruit.

A mus, qualem quantamque vim habeat ad coniecturam aduersariorum vel tegendam, vel fulciendam. Peccant igitur aduersarij, dum piæ mulieris mētem & affectum ad solam carnem carnalemque sensum detorquent, dumque in Deipara ventrem & vbera, siue ipsam maternitatem, vt dicunt in Scholis, contra ea quæ supra diximus, & postea subiiciemus, solummodo intuentur. Nemo certe castissimum Mariæ vterum, & sanctissima eius vbera satis extollat, quam ex Filij vnione, communione, cōtractu & obsequio (vt Rickelius loquitur) inæstimabiliter dignificatam ac Deificatam quodammodo esse credendum est. Georgius Æmilius præsentem locum rectius quam eius collegæ, sic explicat, vt venter & vbera pro matre sumantur, vt potè præcipua generationis & nutritionis instrumenta, quibus felicissima Domini mater vsa est, vt æternum Dei Filium primum in lucem ederet, & editum suo lacte nutriret. Rideant autem si velint aduersarij, vt Philosophis mundique sapientibus sese conforment, quod nos de ventre & vberibus Mariæ gloriemur: hæc sanè gloriatio ad Christum ipsum à Maria genitum & nutritum refertur, & propter illum, talem matrem in corpore simul & anima non possumus non beatificare.

1. in explicat. Luc. cap. Circa Euangel. Dominicæ 3. Quadra.

In Harmo. Euangelica.

Hæc pluribus persequi cogimur, vt Caluini criminationem depellamus, quam impudens homo toti Ecclesiæ petulanter intentat: *Mirus*, inquit, *Papatus stupor, quod in Mariæ honorem cantillent hæc verba, quibus tam diserte reselliturum eorum superstitio: in agendis vero gratiis mulierculæ vocem decerpunt, omissa correctione. Verum ita modis omnibus obstupefieri decuit, qui pro sua libidine sacrum Dei verbum data opera profanant.* Quorsum verò isthæc tam acerba procacitas, & procax acerbitas tua Caluine? quin teipsum respicis improbe calumniator, & de oculo tuo demis trabem, qui festucam in alienis oculis tam accurate consideras, tam atrociter accusas? An tu potius pro libidine tua verbum Dei non tractas, multisque in locis data opera non profanas? sicut Claudius, Demachares Horantius, Camerarius, vt nihil de VVestphalo, Heshusio aliisque multis, qui suos in te calamos acuerunt, modo dicam, luce clarius orbi commonstrarunt? Quod verò in Catholicis reprehendis, si recte tecum reputes omnia, tibi nimium ac tuisproprie competit. Nisi enim velut in stuporem, adeoque sensum reprobum à iusto Deo esset is traditi, facile cognosceretis laudandum potius quam suggillandum illorum esse studium, qui ad prædicandam Deiparam his Euangelicis verbis vtuntur. Iam verò vtentibus, quis quæso stupor, quæ imperitia recte potest ascribi? Est hęc sane, si sincere iudicabitur, veræ fidei professio, est spiritus Euangelici testimoniū est Christianę pietatis officium, est Ecclesiasticę confessionis aduersus Antidicomarianitas perpulchrum symbolum, ac demum non obscurum grati pectoris argumētum. Enimuerò mulier, qua de agimus, haudquaquam hic loquitur muliebriter, sed eodem, quo Elizabetha Spiritu afflata, Mariam publice celebrat, & celebrandam esse docet, nunquam non habitura facti sui comites, socios, sectatores atque sectatrices, à quibus etiam Christus toto orbe in Maria (vel inuitis impiis) prędicetur atque honoretur.

Caluinū perutanter tori Ecclesiæ insultare op verba huiusmulieris & simul depulsio Caluiniane cauillationis.

Confessio mulieris hoc loco multiplicem vsum & fructum præbet.

Luc. 1.

Qvem igitur errorem, quamue superstitionem in veteri Ecclesia notabit iure Caluinus, qui tam ab omni pietate remotus est, vt ne ferre quidem possit

Universidad de Deusto
Biblioteca

suam Mariæ laudem à piis tribui, etiamsi verba tantum Euangelica priuatim vel publice proferant? Scilicet si Caluino credimus, nefas erit ita dicere: Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium, & beata vbera, quæ de cælo plena, Christum Dominum lactauerunt. Et tursus canit Ecclesia: Beata Virgo, cuius viscera meruerunt portare Dominum Christum, quemadmodum & sancta Elizabeth, vbi Mariam benedictam celebrat, ventrem illius benedictum speciatim prædicare nō dubitauit. Quid verò, si sancti viri his aliisque modis, quos repetere non attinet, multis ab hinc seculis dixerint, scripserint, decătarint? Tam sunt aures delicatæ Caluino, vt hanc quoque Catholicæ pietatis partem & exercitationem non solum in templis, sed in priuatis etiam ędibus & mensis penitus auersetur? Fortassis & notam tetræ superstitionis inuret nobis hoc nomine: tam malè illi conuenit cum Mariæ laudatione, in qua se mutos esse gaudent Sectarij, quamuis alibi, dum se suaque iactant, vel graculis soleant esse loquaciores. Haud enim malè referunt Achillam & Atrium, de quibus hoc Zozomenus memoriæ prodidit, quod laudem propriam aucuparentur, & quæcunque contra Catholicos possent, adferrent, ac derisiones negotiarentur, seditionesque illis quotidie ac persecutiones molirentur.

Ecclesię instităt. ut ifſdē fere verbis Mariam extollere, ſicut hęc mulier & Elizabeth extulerunt.

Luc. 1.

Sectarii ex mōre ſuo potius quā aliena prędicant.

Hiſt. Eccle. lib. 1. c. 14

SEDENIM veterem morem hic Momus incusat, quod sola verba quæ ad Mariæ laudem seruiunt, ex hoc Euangelio decerpantur. Fit hoc fateor sicut etiam ab Ambrosio factum cernimus, quando his verbis est vsus: Mariæ vbera benedicta, quibus sancta Virgo, poculo Domini, potum lactis immulsit.] In templis autem est vsitatius, vt cum priore sententia iungantur & illa, quibus Christi responsio continetur. Cum autem ob studium breuitatis hæc mulieris verba, siue in agendis ad mensam gratiis, siue alibi non integre vsurpantur, quid vel periculi, vel piaculi in eo esse potest? Sed omittitur correctio inquit Caluinus: Quid tum posteà quanquam ne id quidem concedimus, ad correctionem pertinere, quod Christus è vestigio subintulit. Quinimo, μᾶλλον γε. Ea coniunctio neque negat quod dictum est, neque reiicit, vt Lossius quoque fatetur: quia nō modo non negatur quod à muliere dictum est, sed etiam confirmatur. Perinde ac si diceret: Ob sermones meos auditos rectè cognoscis in me aliquid homine maius esse admirandum, & idcirco meam genitricem ac nutricem speciatim honoras, vereque beatam prædicas. Est ita sanè: sed hoc tibi simul affirmo beatitudinis laudem non in illam solam cōpetere, sed & aliis communicari posse, qui sermones meos sic audiunt, vt eos corde spiritualiter concipiant, & conceptos pariant, eosdem custodiendo & adimplendo. Licebit enim & illis meos esse cognatos, quę dignitas nullis quidem verbis potest explicari. Quod si Zvvinglio credimus, non alia mulieris mens fuit, præterquam si hoc affirmaret: *Vos Pharisæi calumniamini factum Christi, & Dæmoni hanc ascribitis virtutem. Ego autem contra vos pronuncio, ipsum esse sanctissimum hominem, adeoque beatum, vt etiam mater eius & vbera beata sint. Sanctitas ergo Mariæ ex sanctitate nascitur Christi.* Tum eodem Zvvinglio teste (Quinimo) hic est concedentis, quod idcirco Germanicè non malè vertitur, Das ist immer vvahr, pro eo quod Latini, certè vel profectò dicunt. Sed & alibi

An non liceat ex cōfessione mulieris verba quædam decerpere.

Lib. de ioseph cap. 11.

In cap. 11 Lucæ.

Sensus verborum mulieris iuxta Zuinglium.

Quinimo, vox eſt concedentis & affirmantis in Scriptura.

Christi respōsum ad mulierem confitentem, non pertinet ad correctione m.

In loci huius explicatione.

Scriptura sic eadem voce vtitur, vt planè sit asseuerantis, quemadmodum dum Dauid loquitur Ionathæ: Quinimo viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantum, vt ita dicam, gradu ego morsque diuidimur. Vbi prius illud sic alij linguæ sanctæ peritissimi transtulerunt: Et profectò viuit Dominus, & viuit anima tua.

1. Reg. 20

FALLITVR ergo Caluinus, dum ex hac voce, Quinimo, tantas turbas excitat, totamque in ius vocat Ecclesiam. Hoc verò Christi responsum, Quinimo beati qui audiunt & custodiunt verbum, sic idē interpretatur, Christum hic adeo mulierculæ non subscribere, vt potius hoc dictum cōtineat aliquam reprehensionem. Quid igitur? an verum ingenuè confitmans, præsertim vbi de fidei oppugnatæ negotio agitur, in aliquam iustam reprehensionem incurrit? Christone displiceret Matri delata laudatio? Non magis hæc certè, quam illa vel à Gabriele, vel ab Elizabetha profecta commendatio poterat offendere. Sed hoc imponit Caluino, sicut & Georgio Æmilio, & Spangenbergio, quod aduersatiuam hic faciant dictionem, Quinimo. Quasi verò in dubium vocari possit, rectene Maria dicatur beata, quod Virgo Christum Dominum in suo sacro ventre gestarit, suisque lactarit vberibus de cælo plenis, ut canit Ecclesia? Item, verene dicatur beatus ille venter, & beata vbera, quibus duobus, veluti præcipuis organis & instrumentis, sacra Virgo vsa est, & sanctissime vsa est non absque miraculo, ad summi Regis nostrique Redemptoris tum generationem, tum educationem nobis maximè salutarem? Quocirca Erasmus vtramque sententiam mutatis & Christi hoc modo coniunctim proponit: Beatus Matiæ Virginis vterus, qui re (Iesu) gestauit iuxta carnem, ac beata vbera, quę te lactauerunt: sed & omnes illi beati, qui diuini sermonis cælestę semen spiritualiter concipiunt ac retinent, donec gignat in eis vitam æternam.

Caluinus ob vocem Quinimo totam iniustè vocat Ecclesiam.

Errare Nostratores, qui ex voce Quinimo, dictum hic faciens ad vectationem.

In liturgia Virg. Laurent.

NVLLVS verò, nisi sit impius planè, hanc singularis beatitudinis laudem Mariæ ad hoc tantum Dei opus electæ atque assumptæ vnquā adimere queat. Augustinus perspicue docet, Christum in hoc suo responso non reiicere, sed simul includere matrem, quæ non minus quam reliqui audientes & custodientes verbum Dei, beata censenda sit. Vnde tractans hæc ipsa verba: Beati qui audiunt, hoc est, inquit, dicere, Et mater mea, quam appellastis felicem, inde felix, quia verbum Dei custodiuit.] En quantum Augustinus Marię tribuat, quod nimirum verè perfecteque fuerit Euangelica, quia non solum audiuit, neque tantum in corde suo conseruauit, & contulit, vt Lucas affirmat, sed & custodiuit verbū Dei, vt veluti terra benedicta, fructum benedictum & vsquequaque perfectum copiosę proferret. Eādem sententiam sequitur Chrysostomus, qui sic dictum vult: Quinimo beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud, vt mater Domini hic minime negligatur. Sed & Beda hoc loco Christum affirmasse & confirmasse censet id, quod mulier Mariam, imò & Christum ipsum laudando dixerat. Adiecit tamen Dominus generale quoddam axioma, quod auditoribus omnibus inseruire ac prodesse posset, & ex occasione dicti quod attulerat mulier, regulam tradidit omnibus ad benè beateque viuendum & scitu, & obseruatu necessariam, ne quis alioquin putet, Mariam aut fuisse, aut fore solam in terris ac cælo

Christus hic matrem non excludit à beatitudine, vt Augustinus, Chrysostomus & Beda interpretantur.

Tract. 10. in Ioan.

Luc. 1

Luc. 2.

Hom. 30. in Euang. Ioan.

cælo beatam. Sed verba Bedæ subiiciamus, quę planè conuincunt, hoc Christi dicto siue responso suum etiam Mariæ honorem, quem labefactare conantur aduersarij, integrum permanere. Pulchrè, inquit, Saluator attestationi mulieris annuit, non eam solum modo quæ verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes, qui idem verbum spiritualiter auditu fidei concipere, & boni operis custodia vel in suo, vel in proximorum corde patere, & quasi alere studuerint, asseuerans esse beatos. Quia & eadem Dei genitrix, & inde quidem beata, quia verbi incarnandi ministra est facta temporalis sed inde multo beatior, quia eiusdem semper amandi custos manebat æterna. Qua sententia sapientes Iudæorū clam percutit, qui verbum Dei non audire & custodire, sed negare & blasphemare quærebant.] Sed & alibi non minus luculenter Mariæ gloriam ex hoc loco confirmat, cum explicans verba illa Virginis: Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum, ita scribit: Concinit his beatæ Marię verbis ipsius Domini sermo, quo non tantum matrem, quæ se corporaliter meruit generare, sed & omnes qui sua præcepta seruarent, pronunciauit esse beatos.] Et postea citatis verbis illis: Beatus venter qui te portauit. At ille, inquit, testimoniū veritatis prolatum libenter accipiens, continuò respondit: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt. Ac si apertè dicat: Quamuis singulare priuilegium habeat, quæ filium Dei incarnatum Virgo in vtero gestare, parere ac nutrire digna extitit, atque præcipuum (hoc est præclarum & honestum) tamen in eadem vita perpetuæ beatitudinis locum & ipsi sunt habituri, qui eius fidem ac dilectionem casto in corde concipiunt, qui sedula in mente præceptorum eius memoriam portant, qui hanc & in mente proximorū, solerti cohortatione nutrire satagunt.] Prolixè docentem Bedam introduximus, quod præsentem locum sedulo excusserit, & genuinum eius sensum reddiderit clariorem, simulque suam Mariæ laudem contra Nouatores vindicarit. Ac multos quidem in audiendo & custodiendo verbo sedulos perfectosque fuisse dubium nō est: sed horum iustorum nullus Mariæ anteponi meretur, quæ intellectu, & affectu, & actu (Bernardi verbis vtar) super omnes mortales decalogum habuit & obseruauit.

In Euangelium Luce.

Quomodo Beda præferat locum ex regula.

Luc. 1

Matth. 13 Luc. 8. Term. ad ad illa Domini. Matth. 7 Luc. 6. Iacobi 1. Rom. 2 Matth. 7

QVOD verò Christus de verbo custodiendo meminit, rectè sic Beda Euthymiusque declarant, vt ad boni operis custodiam referatur, quandoquidem ad benè ac beate viuēdum satis non sit Dei verbum cum fide percipere, sicut illud Herodes libenter à Ioanne Baptista percepit. Est enim verbum Dei semen, quod in agro humani pectoris reconditum, ne suffocetur aut exaresçat, non modo conseruari, sed etiam excrescere, ac fructus Deo dignos proferre debet, vt Euangelica docet parabola. Vnde Bernardus hoc ipsum dictum tractans admonet, Dei verbum non in sola memoria custodiri, sed sicut ipsum cibum corporis, omnino deglutiri atque masticari oportere, vt salutarem ex eo vitæ fructum ad benè beatéque viuendum percipiamus. Traiiciatur ait, in viscera quædam animæ tuæ, transeat in affectiones tuas, & in mores tuos.] Non enim auditores tantū, etiamsi cum fide dicant, Domine Domine, sed factores Dei verbum requirit. Qui facit voluntatem Patris, intrabit in regnum cælorum, sicut Christus

Super Matth. Hieron.

Cur Christus dixit verbum custodiendum & non audiendum.

In solemnitate visitationis Mariæ. Luc. 1.

Singulare privilegium Virginis super digna Dei aeternum filium in vtero gestare potuisse.

In Euangelium Dominicæ 8. à Trinitate.

Nouatores de præstāt. Euangelij loca de verbo Dei cu-stodiendo & faciendo inculcantia-

a In cap. 11 Luc.

b in annotat. Matt. cap. 12

c In explicatione passionis Dominī.

d in cap. 12. Matth.

e in cap. 17 Matth.

Voluntas Dei non modo fidē, sed & obedientiam mādatorum requirit.

f Matth. 7

g Iacob. 2

h 2. Pet. 1

i Matt. 16 Rom. 2

Aliud est audire etiam cū fide, aliud facere verbum Dei.

Ioan. 12

Matth. 13

Ioan. 12.

Quomodo verbum Dei iustificet ac beet hominē.

Ioan. 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

Eiusdem mulieris aduersus Lutherum aliosque Sectarios propugnatio, & rursus de verbis illis: Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud, admonitio. Item in Matre Domini plusquam ministerium nudum esse spectandum. Ac demum multa in Deipara nobis etiam hodie celebranda & beatificanda reperiri.

NOn solum Ioanni Caluino, vt A explicuimus, verum etiã Martino Luthero eiusque Symmistis libuit præsentem Euangelij locum insano studio & audacia Hæretica conuellere, simulque præclarum mulieris dictum & factum, quo Mater Domini in conferta hominum turba publicè commendata est, insigniter deprauare. Lutheri verba subnectam. *Probè notandum*, inquit, *quomodo stultæ & carnali deuotioni, vt loquuntur, meditriculæ exclamantis, beatum ventrem qui eiusmodi filium gestasset, Christus obiurarit. Duo profectò summam omnium, quæ hac historia nobis proposita sunt, docuit: timitum ne opera aut dignitatem Sanctorum spectemus: sed solum verbum Dei, vt illud audiamus & seruemus. Nihil enim nostra refert, nihil nobis conducit, quam sancta & eximia sit huius Filij mater, imo nec quam præstans & insignis Filius & fructus sit, sed quid iste nobis Filius fuerit, quod nos ex gratia citra nostram operam ac meritum de patefactæ liberauerit Satanæ.* Quibus verbis multa certè Lutherus non solum insulse, sed etiam falsò & impie, & ad hunc quidem locũ prorsus ineptè coaceruat. Primum enim an non acerbius & contumeliosius est hic Gigas honestæ & piæ mulieri quam vt antè probatum est, multis nominibus commendare possimus, insectari verò non debemus, nisi fortasse omni posito Christiano candore, cum Luthero fœde liceat calumniari. Qui statim hic se ita prodit, vt cognoscamus illum ex mundi esse sapientibus, qui suo more simplices ac paruulos Christi superbe contemnunt, vt ipsi præ aliis sapere C videantur. Vnde alibi quoque mulierem eandem, velut à Christo reiectam & despectam asserit, perinde ac si dixisset: *Grauant me carnales laudes, nec mater mea hinc beata est: tua laus nullius momenti est, non enim adhuc ea quæ Dei sunt assequeris: tu emolumentum & voluptatem carnis quæris, mire tibi hisce mulieribus & noxiis cogitationibus places. Quocirca cor tuum ab his frivolis, inanibus & vanis cogitationibus auertas.* Ita enim in bonam ac piam, perinde ac stultam & culpabilem fœminam superbus Lutherus debacchatur.

FALSVM & illud quod adiungit, hoc doceri loco, ne opera dignitatemque Sanctorum spectemus. Quasi verò Christus tam malè matrem honoret, D aut sese adeò iratum illi præbeat, vt beatam fuisse inficietur, vel certè vt eidem publicam inuideat cõmendationem. Hæc nullus sanæ mentis dixerit, ac res ipsa testatur, haud sine Christi voluntate factum esse, quod beatam hanc suam parentem multo antè non vulgares personæ prædicarint: imò certum diuinumque decretum est, loquentis per Mariam Spiritus, fore, vt beatam eandem omnes prædicent generationes. Quod autem Sanctos alios, eorumque opera & dignitatem spectamus, admiramur, & in precio habemus, nihil cum præsente loco pugnat, sed sacris literis est cõsentaneum. Fingat ergo quicquid volet cum Achate suo Spangenbergio Lutherus, illud nobis ex verbo Dei concedat necesse est, Mariæ & Sanctorum præclara Deoque grata opera, quæ defunctos etiam comitantur, & æternam mereedem iustitiæque coronam certam accipiunt, non esse paria, sed dignitatem differentem habere; & in hoc nobis recte proponi, vt quemadmodum alibi tradidimus, sæpe multumque spectentur & celebrentur, neque solum suam & perpetuam in Ecclesia laudem habeant, sed multos etiam ad studium virtutis & iustitiæ officium excitent impellantque. Quod autem Lutherum fecutus addit Spangenbergius: *In regno cælorum nullam prærogatiuam relinquis, sed omnes beatos facit æquales, & eadem eis præmia promittis, legiaque largitur, quoniam gratuito ex misericordia Dei per fidem apprehensa æqualiter omnes beantur*, partim fœdũ Iouiniani dogma iam pridem explosum continet, partim ad nouas Lutheranæ Scholæ corruptelas sæpè dissectas & protritas pertinet, partim ab aliis eiusdem Sectæ professoribus qui rectius modo sapiunt, ita confutatum est, vt non deceat hic nos longius immorari.

EST & ille non dissimulandus Luthieri dolus, quod solum Dei verbum audiri & custodiri postulat. Quod autem ista huc verbum? nempe quod ille tot modis ac locis adulterat, quod nec integre cum Ecclesia recipit, quod receptum pro sua libidine cõtorquet, lacerat ac deprauat, eo demum impudentiæ progressus, vt quicquid ipse pro sua libidine docet ac statuit, id verbi & Euangelij titulo audeat vendĩtare. Quid autem de Coruino dicam? homine tam vano ac futili, vt scribere non vereatur, Papatum cum omni sua sanctimonia succumbere & ruere, quia Christus dixerit: Beati qui audiunt verbũ Dei & custodiunt illud. Solum enim verbum Dei audiendum esse. Sed ingrati Sectarij quod è Papatu (vti vocant) verbum Dei acceperint, obliuiscuntur, & subdoli inter verbum scriptum viuaque voce traditum Ecclesiæ non distinguunt, ac præterea improbi Ecclesiæ authoritatem in verbo Dei fundatã reiiciunt, & demum arrogantes sinceram verbi interpretationem vt legitimis Doctoribus admunt, ita sibi solis imperiose sumunt, & petulanter vsurpant. Hoccine sit solum Dei verbum audire, tractare, profiteri, amplecti, asserere atque custodire? verbum, inquam, tot nouis scholis & scoriis & fucibus contaminatum, vt planè vilissimorum hominũ abiectissimum commentum potius quam pretiosum sanctumque Dei verbum dici mereatur?

ILLVD verò impietatem planè sapit, quod porro subiicit Lutherus, nihil nostra referre, nihil conducere, quam sancta & eximia sit huius Filij mater. An enim impius dici non meretur, quisquis expresso Dei verbo palam contradicit, & quod illic affirmatur, id nihil nostra referre, nihil Ecclesiæ conducere,

In Postilla maiori, in Dominicam 3. Quadrag.

Lutherum historia Euangelij præsentis abuti, & multos errores ei ea illam commisere.

Statuæ & picturæ sanctorum operã, & meritis & veritatem à nobis spectari angeli celebrari.

Spangenbergius beatos omnes æquales facit, nullamque relinquit prærogatiuam.

Matth. 11

Lutherus huic mulieri in Euangelio inquit & acerbus.

In Euangel. de die conceptionis Mariæ.

Verat ex hoc loco Lutherus spectare Sanctorum opera & dignitatem.

Luce 1.

In Euangel. Dominica 3. Quadrag.

cere, impudenter asseuerat? Atqui ratio, antiquitas & Scriptura simul ostendunt, Mariam præ cæteris piis eximiam, sanctam, beatam, benedictam, electã, dilectam, euectam, ac idcirco magis etiam à mortalibus honorandam esse, quæ & sola Dei Mater & Virgo perpetua dici mereatur. Interest profecto nostra omniumque credentium, hanc vt veritatem & Mariæ dignitatem cum tota Ecclesia profiteamur, & quod verbo Dei consentaneum est, contra Sectarios omnes sedulo defendamus. Tum ad Christi gloriam asserendam haud parum adfert momenti, si suus Deiparæ honos integrè constet, nec in ordinem illa redigatur, quam aliis adeò prætulit Deus, quam tot prærogatiuis ac dotibus exornauit Spiritus sanctus, & ex qua Christus vt Dauidis Filius, æternusque Rex & Pontifex dicatur, accepit. Nam & Lutherus ipse fatetur, ac meritò sanè: *Nulla mulier tam B sancta est, nec fuit nec in posterum erit, quæ præter Mariam, fructum ventris sui benedictum pariat, quando nulla citra voluptatem & peccatum concipit: propterea & Angelus Gabriel ad Mariam dicebat: Benedicta tu inter mulieres.* Et rursum: *Christus*, inquit, *sine peccato tam corpore quam anima, sic Maria Virgo iuxta corpus quidem sine gratia iuxta animam autem plena gratiæ concepta est.* Ac piorum semper proprium fuit, non sine certa voluptate, parique vtilitate illa Dei magnalia contemplari, quæ fecit Mariæ Deus, si in aliis quidem Sanctis, tum in Virgine Matre vel maximè glotiosus atque mirabilis, quemadmodum alibi demonstramus. Vna hæc columba & electa est, vt Ruperti verbis dicam, quia nec inter Angelos, nec inter homines similem vel primam habet, vel sequentem habitura est: verè co- C lumba, quia gratia plena: verè electa, quæ nõ solum salua existeret, verum etiã ipsam salutem pareret.] Ingens profectò Zachariæ & Elizabethæ laus est & gloria, quod iusti fuerint ambo ante Deum, incedentes in omnibus mãdatis & iustificationibus Domini, sine querela, vti sacrum de illis Euangelium tradit. An his verò Maria nõ præstitit, maioremque commendationem nõ promeruit, quemadmodum Hieronymus comprobat luculenter. Elizabeth & Zacharias inquit, nos docere possunt, quanto inferiores sunt beatæ Mariæ matris Domini sanctitate, quæ conscientia in se habitantis Dei libere proclamat: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.] Vbi hoc etiam addit epiphonema, quod scio Lutheranæ doctrinæ aduersari? Quid mirum, in collatione Sanctorum alios esse meliores, & D alios inferiores, cum è contrario in collatione peccatorum hoc intelligi possit?] Albertus Magnus principium per se notum vocat, vt quicquid boni aliqua creatura fecit vel recepit, id Mariæ quoque sine dubio sit tribuendum, quum à nullo illustrium superetur, sicut Damascenus affirmat. Nec veretur dicere Bernardus: Quod vel paucis mortalium constat fuisse collatum, fas certè non est suspicari, tantæ Virgini esse negatum, per quam omnis mortalitas emersit ad vitam.]

Postremo haud minus impium & blasphemum nobis videtur, quod idem Hæresiarcha ne Christo quidem parcens, audet pronunciare, nihil nostra referre, nihilque nobis conducere, quam præstans & insignis Mariæ sit filius & fructus: modo sibi de Christo persuasum habeat homo, quid nobis ille fuerit atque profuerit ad salutem perpetuam comparãdam. Etenim qui tam crasse docet ac loquitur, an non Propheticis & Apostolicis insultat literis, diuinique verbi sensum genuinum vel abnegat, vel labefactat? Proponit passim diuina Scriptura, & à nobis considerari vult pleraque de Christo & eius maiestate, præstantia, iustitia, iudicio, sapientia, diuinitate. An verò parum aut nihil refert ac prodest hæc docere ac credere? Cæterum quod ad Christi gratiam & promissionem homini salutarem pertinet, nemo nisi prorsus atheus vel negat, vel ambigit, Christum, quatenus Redemptor & Saluator nobis est, gratis animis à cunctis amplectendum, & in fide imprimis acceptandum esse. Sed refert interim plurimum, vt cui propterea quod Mediator est, credimus & fidimus, eidem etiam velut Legislatori obtemperemus, & vt breui venturum vniuscuiusque Iudicem, ac iustum Remuneratorem reuereamur, eidemque & vitæ & mortis Domino, ad cuius numen omne genu flectitur, cum timore & tremore in iustitia & sanctitate noctes & dies inseruiamus. Verum Lutherus, qui suos discipulos sola fide iustificat & saluat, sicut & olim Eunomius mentiebatur, rem se dignam facit, nihil referre iudicans, quid de Christo vel scribatur, vel doceatur, vel credatur, modo sui norint certò secum statuere, propitium sibi esse Christum, huius meritã & meram gratiam ad se pertinere, seque in Christo sola fide iustos & beatos esse, quantumuis ab Ecclesia vera diiuncti, multisque erroribus contaminati, neque Christi vestigiis insistant, neque mandata obseruent, vt quæ ne seruari quidem posse persuasum habeant. Quid, quæso, in rem præsentem insulsius hic author adferret? aut quo pacto magis deprauaret id, quod Christus vrget sæpè, vt qui beati esse cupiunt, [a] ad verbũ Dei audiendum & custodiendum sese componant, vt legem [b] charitatis obseruent, vt præcepta [c] decalogi moribus exprimant, [d] Patrisque faciant voluntatem? Sed hæc pluribus confutare non attinet, cũ idem Lutherus apertos hic inuoluat errores, vt suam de iustificatione doctrinam malè cœptam peius vrgeat atque defendat.

Sedenim ad primum Lutheri errorem tãdem reuertor, quo plures alij falluntur & fallunt, dum in hac muliere erassam & Iudaicam opinionem statuunt, velut illa in matre Domini nihil eximij, sed carnem solum & sanguinem spectauerit, ac suo eulogio tantum quæ sunt corporea, voluerit commẽdare. Nos verò iam antè monstrauimus, de hac muliere candidius & sublimius esse iudicandum, neque tantam ruditatem illi, quæ tanta libertate Christum graniter tunc temporis oppugnatum publicè defendit, quæque totius Ecclesiæ typum gessit, ascribi oportere, sed maiore illam fide fideique confessione instructam, nobis ab Euangelista proponi. Atque ita Christi responsum quadrat aptius, vt qui hoc modo mulieri respõdere voluisse videtur: Scio quod ex animo loquaris, & veritatem confessa, præsentes ac valde blasphemos Euangelij mei aduersarios non reformides. Tu matrem & gestatricẽ Verbi prædicas beatam, in illa Deum prædicas, & me simul honoras. Quod autem de matre affirmas, equidem non negauerim: quin eam etiam beatam esse confirmo: Nolim autem vt quisquam puret, illam solam beatitudinis participem esse, sed generatim hoc dixerim, iustos & beatos etiam omnes posse censeri, quicunque idem illud Verbum quod à me prædicatur, corde sicut illa susceperint, atque opere

Esaiæ 7. Psal. 71. Ioan. 1 Hebr. 1 Ephes. 1 Coloss. 1 Act. 7

Non satis est Christum Mediatorem fide complecti.

Iacobea Mat. 16. & 25. Apoc. 1. 2. & 3. Philip. 2 Luce 1.

Quomodo Lutherus in superiore oratione, dogma de sola fide capiat promouere.

a Luce 11.

b Luce 10. c Matth. 9 d Matth. 7

Confirmatio superiorũ prædicatorũ de muliere, quam Nouatores cum Lutheranis & Iudaicam potiũ, quàm Christianam facere molitũ.

Cur à Christo additum sit Quinimo beati, &c.

Quale verbũ Lutherus audiendũ putet, obseruandũ.

Lib. 2. aduersus Pelagianos.

Matthæus Sanctius, præsertim in Esaiã, docte & fusè inferio rem fuisse.

Coruini calumnia refutata de solo verbo audiendo.

In Postilla circa hæc Euangelium.

Iohã. de Iandun. Virgin. Epistol. 174. ad Canonicos Lugdunenses

Lutherum docere Christum, quod nostra, quam præstans & insignis Maria sit filius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fideliter conseruarint. Quocirca fugiendus imprimis hic error est, ne fingamus Christum refutare magis, quam approbare dictum mulieris de beato ventre Mariæ, qui magnam sanè & incomparabilem illi tribuit prærogatiuam. Etenim verba hactenus & eximie illa beata, quod corporalis fuerit filij Dei mater, & ex hoc beatam illam dixere tot seculis, & porro dicent (vel inuitis Hæreticis) omnes generationes. Non intelligunt isti, quale quantumque hoc Mariæ sit donum, etiam secundum carnem Dei matrem existere. Hoc enim solum de sancta Virgine prædicari, quod Dei mater est (vt Anselmi verbis vtamur) excedit omnem altitudinem, quæ post Deũ dici vel cogitari potest. Hinc illa extat confessio ex sacris contexta literis, quæ totius Ecclesiæ nomine in templis iampridem recitatur: Benè in te Spiritui sancto complacuit, ô Maria, cum ad tam diuina mysteria vterum tuum consecrare dignatus est. Ipse est enim ignis consumens, qui sanctissimam animam tuam in seipso inflammauit, ac splendore Diuinæ maiestatis impleuit, tuumque vterum ineffabili modo impregnauit, fecitque vt Deum & hominẽ clausa conciperes, clausa pareres, & post partum Virgo permaneres. Iam ergo vterum tuum Domina, velut sacratissimum Dei viui templum, totus mundus veneratur, quia in eo salus mundi initiata est.] Et rursus: Verè paradisus Dei tu es, quia lignum vitæ mundo protulisti, de quo qui manducauerit, viuet in æternum: Fons vitæ, qui ex ore Altissimi prodiit, de medio ventris tui exiliuit.

Maria vere & sæpe beata dicenda, quia mater fuit Emanuelis.

De excellentia beatæ Virginis Mariæ cap. 2. Ex homiliar. doct. homil. in festo nativitatis Mariæ

Testimonium de beatitudine mariç, quia Christum in vtero gestauit & nutriuit.

A N verò quisquá adeò sit vecors & mẽtis inops, vt existimet Mariam duntaxat nobis idcirco beatam prædicari, quod Christum secundum carnem conceperit, gestarit, pepererit, educarit? sicut nec Apostolos quidem beatos facimus, quod sola corporali Christi præsentia fruerentur. Illud verò singularem Mariæ beatitudinem arguit, quod apud Nazarenos degens, verbum Dei ab Angelo prædicatum, eo autem mysterium altissimum continebatur, perfecta primum fide percepit, & mox æterno Deo maternũ, veréque purum & exquisitum hospitium præbuit, nunquam etiam Dei futura genitrix, nisi fidem Angeli verbis prima dedisset, seque promptam & lubentem ex ardenti charitate ad diuinum illud opificiũ exhibuisset. Prius in illa natus est Christus per fidem & amorem, quam per corporalem incarnationem nasceretur, sicut Scriptor vetus affirmat. Et scitè [a] Rupertus expendit illud quod [b] scriptum est: Ianuas cæli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum. Docet enim cuiuslibet iusti, sed Mariæ potissimum animam, Dei cælum habitationem vel sedem esse, ac huius quidem Mariani cæli duas ianuas reperiri, quas Dominus Deus aperuerit, mentis nimirum ac ventris. Ianuam mentis, inquit, Deus aperuit, quia beata hæc credidit quæ dicta sunt ei: ianuã ventris aperuit, quia sine viro Virgo concepit, Virgo peperit, & post partum Virgo permansit.]

Mariam Domini matrem prædicari beatam, sed non ob solam, vt dicunt, maternitatem.

a Lib. 1 in Matt. de gloria & honore filij hominis.

b Psal. 77

Maria & mentis & ventris ianuam aperuit Deo.

Q V A R E si sedulo animaduertas, vana isti speculatione delusi, in errorem duplicem prolabuntur. Primum enim dum carnis iudicio nituntur, carnalẽ Christi generationem præpostere contemplantur, ideoque nihil ferè præclari de illa (vt ita dicam) maternitate sentiunt, quæ tamen summam, vt liber tertius explicat, habuit prærogatiuam, & in immẽsum Mariæ auxit beatitudinem. Quod si Paulus dicere non veretur, saluari mulierem per filiorum generationem, & virum infidelem per mulierem fidelem sanctificari, quanto amplius Mariæ tribui potest, quæ nulli omnino matri cessit fide, pietate, omnique officij diligentia, quæ aut viro aut filio à muliere potest vnquam impendi? Deinde vno velut pede metiuntur illam carnis propinquitatem, quæ in Maria, & quæ in aliis Domini consanguineis fuit, sicut sæpè diximus. Hi verò de sola carnis coniunctione gloriabantur, non intelligentes generis claritatem & personarum dignitatem per se quidem consideratam, ad iustificationem Christique amicitiam eõciliandam nihil prorsus valere, sicut Iudæi potissimum arbitrabantur. Habet igitur Maria singulare hoc beatitudinis priuilegium, sicut à [a] Beda dictum est, quod verbum Dei incarnatum Virgo in vtero gestare, paterè ac nutrire digna extitit, quæ, sicut probauimus, etiam antequam Christi mater efficeretur, singulari Dei gratia cumulabatur, & ad hoc tantum Dei opus, cui ab æterno destinata erat, à summo artifice Deo parata & instructa peruenit. Tantum abest, vt nudum ministerium, postquá Dei mater ab Angelo fuit electa, sic in illa contemplandum: in illa, inquam, quæ sancta & beata Virgo fuit, priusquam sanctior, & beatior filium Dei conciperet ac pareret. Rectè igitur de illa profitetur Bernardus: Nec in terris locus dignior vteri virginalis templo, in quo filium Dei Maria susceperit.] Et alio in loco: Magnum est Angelo, vt minister sit Domini, sed Maria sublimius quiddam meruit, vt sit mater. Fœcunditas itaque Virginis superueniens gloria est, rãtoque excellentior Angelis facta munere singulari, quanto differentius præ ministris nomen matris accepit: hanc inuenit gratiam plena iam gratia, vt charitate feruida, virginitate integra, humilitate deuota, fieret nihilominus fine viri cognitione grauida, sine muliebri dolore puerpera. Parum est, quod ea natum est, Sanctum vocatur & est Filius Dei.]

a In expositione Euangeliorum.

Singulare priuilegium beatitudinis eam petit virgini.

Nudum ministerium in ea templandum est fine virginitate incorruptibus.

Serm. de Assumpt. ne Virginis.

Serm. de nativitate Mariæ.

A T Q V E huc pertinent præclara illa eulogia, quibus Maria tanquam Domini mater à Patribus plurimum commendatur. Prædicat igitur illam Chrysostomus, & vocat animatum palatium Regis Angelorum, rationalem paradisum, alterum cælũ, diuinum templum, habitaculum verbo Dei dignũ, thalamum diuinæ humanitatis, purum cubiculum ortus Christi, animatum Dei templum, cæli terræq; pariter domicilium, incomprehensibilis naturæ amplissimum habitãculum. Celebrat eandem Ephrem Basilij Magni Diaconus, à quo dicitur Acerra aurea, lucerna micantissima, vrna cæli manna gestans, tabula scriptam legem ferens mortalibus, arca vera, charta diuinissima, paradisus deliciarum & immortalitatis, signum vitæ, & thronus Creatoris. Plures id genus typos repetit Georgius Nicomediensis antistes, quibus Messiæ parens iam olim mirabiliter adumbrata, & credentibus omnibus commendata fuit. Appellat igitur illam portam semper clausam, animatum velum quod in se celauit diuinitatem, inauratum candelabrum, mensam in qua vitæ panis propositus, aureum thuribulum, arcam sanctificationis, quę portauit cæleste manna, noui Testamenti thesaurum, vrnam inclytam ac gloriosam, virgã Sacerdotalem, quæ absque irrigatione florem produxit, sanctam terram & desiderabilem, ex qua orta est iustitia & veritas, montem vmbrosum, in quo habitare placuit verbo, montem à quo abscissus est lapis, qui repleuit orbem, oleam fructiferam, throPatrum testimonia Mariæ celebrantium.

b In oratione de annuntiatione B. Virginis.

Quomodo Dei mater concepit & peperit Virgo.

In orat. de laudib. Mariæ.

In oratione de obdormitione Deiparæ in templo.

num gloriosum, regium vehiculum, sanctam Sion, lectum Salomonis, librum obsignatum, reginam à dextris stantem, quæ nullam susceperit maculam libero suo arbitrio, sponsam Christi, hortum cõclusum, fontem signatum, ex quo manant fluenta purissima, animatam Dei ciuitatem, sanctificatum Dei tabernaculum, domum gloriosam, indissolubile templũ, agnam immaculatam. Quid verò Andreas Archiepiscopus Hierosolymitanus? quam illustribus epithetis Mariam exornat, quantisque illam vehit laudibus? vt eas omnes non audeam repetere, ne sim Lectori ad nauseam vsque prolixus. Hoc satis sit ex illo citasse, quod vocet Virginem præclarissimam, ornatissimam, diuinæ gloriæ templum, sacrosanctũ Regis palatium, thalamum, thesaurum, cælum & domicilium cælo præstantius, terram virgineam, ex qua nouus Adam formatur, nouam Dei arcam, vrnam auream, forcipem seraphicam prunæ mysticæ, spirituale speculum, Prophetarum & Patriarcharum decus.

Quomodo propria voce vsus sit ab Andrea Hierosolymitano.

Serm. de Annunciatione & quibusdam aliis locis.

Q V I D igitur? præcurrerunt tot illustres typi, præcesserunt huiusmodi mystica Legis symbola, sed & Prophetica accellerunt sæpè oracula, quibus felix Messię parens antiquis Patribus pulchrè sane atque artificiosè adumbratur, vt eò magis ad toties promissæ matris expectationem & desiderium pij omnes excitarentur, vtque si non disertè loqui, at certè quidem secum cogitare ita possent: Beatus ille venter, beata vbera, beatum corpus vniuersum illius benedictæ matris, quæ nobis exoptatum & orbi salutarem proferret Emanuelem. Longa nobis, omnis mora est: rorent tandem cęli, & aperiatur huius veteri terra, vt salutis fructum proferat, nobisque germinet & Saluatorem. Et stultam adhuc mulierculam vocat impudens planè Lutherus, eam nimirum, quæ cælestis reuelationibus luce perfusa, vel sapientissimos & doctissimos hactenus superauit: quod exhibitum Messiam & singularem eius matrem nõ modo reuerenter agnouerit, sed & intrepide, publice, perfecte prædicarit? Cur illa non cogitaret ac diceret: Perquam beatus est venter tuus, ô Maria, arca illa intus & foris aurea, in qua cæleste nostrum mãna sedulo primum conseruasti. Felicia & vbera tua, non fracta libidine, sed de cælo plena, & lac illud dulcissimum suppeditãtia, quæ sæpè in tuo gremio æternum Dei filium refecisti. Deinde tum Græci, tum Latini Patres, quorum non paucos citauimus, vno velut ore tibi & orbi gratulantur, felicem illam venisse matrem, quam vetus instrumentum passim insinuabat, multisque modis & typis tam belle præludebat, de qua etiam vetustissimi Rabbini egregie philosophantur. Tam celebris erat de matre Messiæ iam olim omnium, qui aliquid apud Iudęos iudicio doctrinaque valebant, existimatio.

Mariæ oculi beatiores quã Apostolorũ.

Mariæ aures beatiores qu i primorum discipulorum.

Quomodo Mariæ manus beatę dici possunt.

Mariæ pedes quomodo beati æstimari queant, simul & eius oscula.

E T verabit adhuc nobis Caluinus, ne sit parum imperiosus & iniquus, vetabit inquam, nos reperto gaudere thesauro, præsentem spectare lucem, oblatam amplecti gratiam, beatam salutare matrem, & ex illa ipsa nobili arbore generosum illum fructum decerpere atque gustare, qui nobis perditis vitam, desperatis salutem, mortuis immortalitatem omnẽ adducit atque conseruat? Quod hoc est nouum, infestum maléque feriatum hominum genus, quod nos à diuinis laudibus, ab Euangelicis vocibus, à solennibus concionibus auocat, & auocatos abducit? Quo autem abducit? ad arras speluncas, ad psalmos deprauatos, ad hymnos effœminatos, ad cantiones authorum obtcurissimorum, ad concentus haud dissimiles Arianicis. Nam Arianis etiam, quod alibi meminimus, olim familiare fuit, cantiones Ecclesiasticas fastidiosè respuere, nouas & suę Sectæ aptas substituere, substitutas vulgo commendare, illasque gratiores reddere melodiæ suauitate, vt sic molles animi pestilentis doctrinæ dulci quidem, sed venenato succo allecti, facilius ab orthodoxa veritate deflecterent, quum scilicet de sactis omnibus & cõmentandi, & cantillandi, & disputandi nulli non potestas libera relinqueretur. Adeò vere dixit Tertullianus: Nemo venenum temperat felle & helleboro, sed conditis pulmentis, & benè saporatis & plurimum dulcibus id mali iniicit.] Verum ad rem ipsam propius, atque vt summatim agamus.

Sectariorum est proprium, nouos hymnos adferre, & cantillare in odiũ Ecclesię.

Vide Augustinum contra Maximinum Arianorum Episcopum lib. 2. c. 2. epist. 174.

Vide & Athanasij opi. de rebus gestis Arimini.

S I beati sunt omnes, qui verbum Dei audiunt, & custodiunt illud, vt hic Veritas apertè testatur, quãto beatior demum Christi mater est existimanda, quæ antequam ad hoc maximum dignitatis genus, vt Domini mater esset proueheretur, non solum ab homine, sed etiam ab Angelo Dei verbum audiuit, auditumque summa & fide, & humilitate, & pietate complexa est, diuinisq; aucta muneribus, dignissimam se verbi custodem semper præbuit, vt à filij docentis, imò & in cruce pendentis latere non posset auelli? An non Christus ipse suis loquitur: Beati oculi qui vident, quę vos videtis? Si ergo beati oculi Apostolorum, qui verbum illud, quod fuit ab initio, coram & familiariter, sed non toto quadriennio, & fide imbecilla præditi intuebantur, cur sit nefas quæso, nunc dicere: Beati oculi Mariæ, qui mundi lucem & Verbum carnem factum, illumque speciosum præ filiis hominum, ante alios primum spectauere, simulque per omnes ætatis illius progressus incredibili cum voluptate, & fide nunquam dubia spectando, sese oblectauere? Pari ratione, cur non rectè profiteamur: Beatæ aures, quas Maria plusquã regina [a] Saba, non dicam ad Regem Salomonem, sed ad ipsam Dei sapientiam, sed ad iustitiæ Doctorem & Magistrum vnum Christum priuatim & publicè audiendum cupidissimas attulit, nullus vt illum vel attentius, vel lætius, vel vtilius de summis illis differentem mysteriis vel interrogasse, vel auscultasse videatur? Cur non beatas quoque Virginis manus appellemus, quæ tot annis, tanta cum animi suauitate de verbo vitæ contrectauerunt? manus inquam, quæ huic diuinissimo infanti, puero, adolescenti in victu atque vestitu noctes ac dies materna quæuis officia fidissime præstiterunt? Cur non beatos pedes etiam agnoscamus, quos Dei amor, Christi cura, & obedientiæ lex ad longas, difficiles & sacras illas peregrinationes frequenter extrusit, pedes inquam, quos ad Christi vestigia tum insequendas tum reuisenda, ante & post filium in cælos assumptum libenter exercuit ac defatigauit? Cur demum beata non fateamur oscula, quę dilecta dilecto, in charitate non ficta toties & tã reuerenter delibauit, quæ à nato vicissim amanter accepit, cũ talẽ Filium talis mater in sinu amplecteretur, & tam dulce dulci de collo pẽderet onus, quod eadẽ patẽs & nutrix & gerula manibus circumferret, gestaret in vlnis, foue in gremio, ac sæpenumero blãdissime demulceret? quẽ verò demulceret? lilium conuallium, Israelis gloriam, lumen gentium, delitias orbis terrarum, suum

a 3. Reg. 10 Luc. 11.

Psal. 44

Matth. 13 Luc. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo Maria erga puerulum Iesum se gesserit.

cor, suum thesaurum, suum decus, suum solatium, A suum præsidium vnicum. Certè Mechtildi sanctæ virgini hoc reuelauit Deus, sæpenumero vsu venisse, vt Maria suum infantulum in gremio foueret, suumque caput illius capiti suauissime applicaret: ita verò factum esse, vt filij caput & faciem profusis amoris lachrymis irrigaret. Hùc verò sermonē matri eo tempore familiarem vsitatúque fuisse, vt cōpellās filium diceret: O salus & gaudiū animæ meæ.

Lib. 1. gratiæ spiritualis

Maria longè perfectius quam reliquæ matres erga filia laborauit.

VIDEANTVR hæc aliis tanrum fuisse figmenta, vel vulgaria & communia quædam maternæ pietatis ministeria, quæ parentes & nutrices suis liberis vltro exhibeant, dum illos quam possunt, tenere & amanter educant. Sedenim quid aliis matribus cum hac, quæso, communeꝰ quæ quod illæ faciunt, à se quidem alienum esse non putauit: quicquid autem faceret, quia non homini solū, sed Deo etiam ex se carnem induto seruiebat, longè rectius intellexit, & exactius obiuit, & persensit suauius, & absoluit dignius: quemadmodum illam profecto decebat, quæ maximo fidei lumine illustrata, & eximiæ charitatis igne flagrās, nullis carebat præsidiis, ad tale ministerium tali nutrici necessariis atq; opportunis. Cui rei maiorem fidem faciet, si quod piorum contēplatione dignum est, in animum reuocemus, Christi Domini, licet infantis & pueri, carnē per se tenerrimā, dulcissimam, mundissimam simul & efficacissimā extitisse, per quā intus latens eius Diuinitas suo modo resplenderit, ac suauem quandam fragrantiam ediderit, admirandamque virtutē, vt multi senserūt, exeruerit sæpè. Hinc Apostolorū oculi & aures, vt diximus, à singulari beatitudine cōmendātur, quod Christi Magistri ac Domini non tantum spirituali, sed etiam corporali familiaritate, dulciq; consuetudine fruerētur: qui & sancte postea gloriātur, quod illum audiuerint coram, & oculis viderint, fusisque manibus contrectarint. Tū, sicut Euangeliū docet, ex hoc ipso corpore virtus exibat & sanabat præsentes omnes, nemo vt frustra vel dominicā carnē, aut Christi tunicā attingeret, si quando suā gratiā Christus liberaliter vellet populo communicare. Quid, quod sanctis hominibus hoc sæpe contigit, vt eorū cōspectus, colloquia, tactus, oscula multis præsentē opē adferrent, vtq; accedentes non solum ex ægris incolumes, sed etiam vita integriores, & spiritu in vtero Dei amore atq; cultu alacriores efficerentur.

Lucæ 10.

Ioan. 1 1. Ioan. 1

Luc. 5. & 8.

Sanctorū præsentia corporalis multis sæpe efficax & salutaris.

Christi præsentia & cum Maria gratiam & illustrationem contulit.

IAM quod ad Mariā attinet, non minus illa quidē ac reliqui omnes, quibus corporalis Christi præsentia profuit, diuinæ influentiæ per Christi carnem operantis capax fuit, ac maiorem certe quam alij, fidem & charitatem ad hoc diuinitatis organum rite tangendum atque tractandum attulit, præsertim dū filio adhuc infanti, & puero, & adolescenti operam maternam impendit. Quis igitur nisi insulsus ambigat, illam in summa & quotidiana cū Emanuele familiaritate atque coniunctione, singulare e Christi carne fructum hausisse, vt proinde mirificus quidā sensus sanctissimi gaudij, maximę dulcedinis, incredibilis virtutis, & præstantissimæ voluptatis matri lectissimę accederet, vtq; per crebram diuinæ carnis contrectationē ipsa subinde mundior, sanctior, atq; (vt sic dicam) diuinior effecta sit? O matrē & nutricem vere beatam: ô reuerēda & prædicanda eiusdē matris membra: vt intus & foris vere pleneque gustaret, quā suauis esset ille paruulus, cuius carne nihil sacratius ac fragrātius, cuius aspectu nihil lætius cuius cōplexu nihil purius, cuius familiaritate nihil in terris iucundius queat excogitari. Cogitare quidē & admirari possumus, pro dignitate autem æstimare non possumus illas diuitias atq; delitias, quibus tūc Mesiæ mater, in illo diurno nocturnoq; contubernio abūdarit, quæ diuinis de rebus abdita sublimiaque sensa conceperit, quos perfecti amoris æstus & ardores pertulerit, quas itidem familiares ac dulces sæpe lachrymas profuderit, quum se totam filio nō solum humili, vt ancillam, sed etiam amāter, vt mattem, offerret, cōmendaret, impenderet. Igitur ficut mulier illa Euāgelica Virginis matris vterū & vbera ob Christi contactum beatificauit: ita nos etiam plures Mariani corporis partes, vti manus & brachia, quibus ad tantæ prolis partum & educationē sanctissime vsa est, merito suspicimus atque prædicamus. Hic si curiosi & morosi homines, quibus nūquam fere satisfacere possis, nobis pergent obstrepere, & Scripturam expressām requirent, næ illi parum expendunt, quantā sensuum & intelligētiæ copiā ex paucis Euangelij verbis hauriāt ij, qui humili ac studioso animo in ipsius cōmentatione versantur.

Quomodo Maria plenum diuinæ & meliores possis à nobis beatificari.

Maria Angelo reuerenter & de Iesu sui Dei & Domini nō prouocabant.

Plura nobis præclara de Maria proferuntur in sequentibus expositis.

IN EFFIGIEM SVBSEQVENTEM CARMEN PHILIPPI MENZELII D. ET PROFESS. MED. INGOLSTAD.

QVid tibi mentis erat, Virgo, quos pectore pressos, D
Quas lachrymas (si non lachrymas dolor hauserat omnes)
Diua, dabas, gemitu, heu, inconsolabilis alto
Dum miseranda tuum, solo tam nomine mater,
Vmgenam infando mactari funere Natum
Insontem, penitusque alienæ ob crimina culpæ,
Aspicis, ablocu'osque vides morientis & ora,
Et circum gelidos letho complecteris artus?
Sol equidem tam triste nefas ne cerneret ipse,
Abruptis mœstus radiis in nubila fugit:
Bruta sed & tellus acri concussa dolore
Horruit, & sceleris tanti sub mole laborans
Luxauit rigidos tremefacto corpore montes.
Hoc hoc illud erat, tibi quod longæuus ad aras
Interpres Diuum, quondam pia dona ferenti,
Prædixit Simeon. Veniet labentibus annis
Tempus, at, quando immani tibi vulnere adactus
Trans animam hanc gladius, Virgo miserabilis, ibit.
Hei mihi, quis falsum dicat Simeona? sequet res
Indulitata palam: Cerno, cerno amplius vnum,
Qui te, Diua, petit, qui te transuerberat, ensem.
Quippe nec impressum spinoso tegmine gnati
Dulce caput, pallorque genis suffusus, & atra
Morte graues oculi, contreti sanguine crines,
Lingua sitim confessa acrem, cumulataque mille
Vulnera vulneribus, neque te clamantis ab alta
Iam cruce luctificæ, media inter funera, voces,
Immenso tantum tua confixere dolore
Pectora: Quin etiam diri sors prima Satanæ
Cerinthusque, Heliongue, euersoresque sacrorum
Nestor, & Heluidius stimulis furialibus acti,
Direxere aciem, strictisque tot ensibus omnes
Te contra sua castra mouent, tibi vulnera crebri
Ingeminant: Quorum facinus crudele propagat
Hoc ævi Hæreseon legio non vna per orbem

Bella

Bella ferens, dum cuncta tuo meditatur honori
Extrema, & rabido passim te dente lacesit.
Tu tamen, ô, firma nunc ætheris arce beati,
Diua, sedens, omnem millena in gaudia luctum
Soluisti. procul est, quicquid dolet: Vnicus ille,
Quem propter tot dura lubens, tot aerumna tulisti,
Filius, æterno præsens te mulcet amore:
Ille truces plagas, atque intentata propulsat
Vulnera, maternæ vindex, tutelaque famæ.

DEO LAVS.



Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

De gladio Mariæ Virgini prædicto à Simeone, ac de variis acerbisque doloribus, qui Virgineam eius animam pertransierunt: nullam verò infidelitatem, aut in fide dubitationem in hisce doloribus illi adhæsisse. Tum de variis causis, quæ dolores & angores Mariæ maximos crearunt ob Filium.

Propositio de sequenti tractatione, eamque non parui esse monéti.

SVPEREST de Mariæ doloribus, qui animum eius grauiter vulnerarunt agere, partim vt fidem antè datam liberemus, partim vt hoc graue & vtile argumentũ, de quo multi multa scripserunt, in hoc Opere non prætereamus, simulque à quibusdam conn exis erroribus pro nostra virili vindicemus. Primum verò iusti Simeonis dictum, velut totius tractationis nostræ fundamentum excutiemus: deinde occasiones & causas dolendi, quæ Mariæ mœrorem iustum creare poterant, ex historia Euangelica indagabimus. Quibus de rebus tanto diligentius agendum censeo, quanto plures hodie sunt male persuasi, acerbos dolores & grauem multiplicemque luctum Virgini matri non competere, quinetiam tantæ personæ sanctitati atque cõstantiæ satis indecorum esse. Nec desunt, qui pro sua mirabili sapientia veterem morem piorum, Mariæ dolores & angores contemplantium ac venerantium planè contemnant ac subsannant, nulloque in precio haberi velint, quæcunque ad Mariæ compassionem, vt nostri dixere maiores, aliqua ex parte referuntur. Sed ad rem ipsam propius accedamus.

Luc. 2.

CVM iustus ille Simeon Spiritu sancto afflatus, in templum venisset Hierosolymitanũ, & Iesum puerum à parentibus allatum, in suas vlnas accepisset, eximiis illum laudibus Senex lætissimus publicè celebrauit. Hinc ad pueri parentes Ioseph & Mariam sese conuertit, illisque benedixit, siue illa benedictio fuerit Sacerdotalis, vt multi autumant, siue laudis & gratiarum actionis, siue religiosæ cuiusdam imprecationis. Probabile quidem non est, Simeonem illis more vulgari tantum fausta esse precatum, sicut hoc loco vertit Castalion, multique cum Luthero & Spangenbergio explicant. Etenim præterquam quod isti Sacerdotum munus exosum habent, quorum est proprium in Ecclesia benedicere, veteris etiam legis morem solennem ignorare videntur, in qua [a] Heli Sacerdos Annæ Samuelem filium in templum adducenti benedixit, ad eum fortasse modum, quem Moyses filiis Aaronis ad benedicendum in Lege præscripsit. Cui rei maiorem fidẽ præbet, quod ex Iudæorum Rabbinis [b] non obscurus Moyses Maimonis testatur, huiusmodi benedicendi morem in templo ad Simeonem iustum vsque peruenisse, atque in eo demum cessasse, nimirũ, quod iam tempus appeteret, Aaronicum Sacerdotium cum Christiano, Legale cum Euangelico commutandi, & in Christi nomine omnia consecrandi. Sacerdotem verò Aaronicum hunc fuisse Simeonẽ non solum Epiphanius, sed etiam Cyrillus Hierosolymitanus, vt & anteà meminimus, perspicuè tradit. Quod si Galatino credimus, Magister ille fuit

Repetitio historiæ de Simeone in templo prædicente Mariæ gladium, qui animam eius penetraret.

Quomodo Simeon parẽtibus Domini benedixerit.

a 1. Reg. 2.

b Num. 6.

In lib. More.

Heb. 7. & 8

Gamalielis, ad cuius pedes Paulus est institutus, ac eo grauatim adductus, vt Esaiæ crederet vaticinanti, Messiam ex Virgine nasciturum, sicut libro secũdo significauimus. Errat autem Erasmus de hoc Simeone iudicans, quod sicut Mariæ & Ioseph benedixit, sic etiam puero Iesu sit benè precatus. Prius illud Lucas asserit euidenter: posterius autem non attingit, sed ostendit quod Simeon Dominum benedixerit, id est, laudando prædicarit, quum nec decuerit senem puero, vt aliis benè precari, de quo tam illustrem plenamque cognitionem haberet, sicut oratione sua publice testatus est. Qui Simeon Mariam peculiari certè honore dignatur, quum illi soli seorsim suum depromit & committit vaticinium, haud dubiè per spiritum intelligens, quanto præstantior esset vera & naturalis pueri mater, quã Ioseph putatiuus ac nutritius pater, hancque vnice suspiciens, vti nobilem & Virginem & Prophetissam, quam Esaias multo antè promisisset, multique pij tot seculis expectassent. Ego verò nihil ambigo, quin ille in ipso colloquio personam tantæ matris reuereretur, & cum eadem plura conferret, quam Lucas hoc loco exposuerit. Cæterum vt ad nostra veniamus, inter alia quibus Propheta Simeon Mariam affatur, hoc etiam grauiter nunciat: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelenter ex multis cordibus cogitationes.

Aster. 25

Esaiæ. 7

In Theophil. circa cap. 2 Luc.

Erasmi error de Simeone, qui puero IESV sit benè precatus.

Mariam à Simeone honorari non licuisse.

Esa. 8.

VBI mox vetus incidit quæstio, de quo gladio Mariæ animam pertransituro Simeon vaticinetur. Est enim gladius quidem corporeus, de quo Christus ad Petrum loquitur: Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. Est & spiritualis gladius, quem Paulus Christi militibus commendans inquit: Accipite gladium spiritus, quod est verbum Dei: ilsque gladius omni ense ancipite penetrabilior, quia vius sermo Dei & efficax. Rursum est scandali & ambiguitatis gladius, quo certè imbecilles Apostoli percussi ceciderunt, quando ob crucem & mortem Domini offendiculum passi, Magistrum deseruerunt. Est demum tribulationis siue doloris atq; compassionis gladius, qui hominis quamlibet iusti animam vulnerat, suoque modo pertransit ac penetrat sæpè. Multæ enim, vt ille ait, tribulationes iustorum. Itaque de probo castoque adolescente Ioseph canit Dauid, quod ferrum animam eius pertrãsierit, quãdoquidem fratrum iniuria venditus alienigenis, & impudicæ heræ calumnia in vincula coniectus, ad tempus vitam duxit calamitosam. Docent autem Ambrosius & Beda, Simeonem de corporeo gladio non agere, cum nulla extet historia, quæ Mariam Simeonem ferro, gladio, aut violenta morte affectam, ex hac vita migrasse confirmet. Deinde nihil noui aut præclari assereret Simeon, si MARIA non nisi verbo Dei ceu gladio transfigendam diceret: hoc enim veluti quotidiano & lauto cibo illa vel maximè pascebatur atque oblectabatur, cum

Aliũ esse gladium corpus, aliũ spiritualem.

Matth. 26

Ephes. 6

Hebr. 4

Gladius est scandali & ambiguitatis.

Psalm. 33

Psalm. 104

Gen. 37. 38. & 39

1. ad Timoth. cap. 2.

cum in delitiis haberet, auditum Dei verbum secum animo reputare atque reuoluere. Igitur metaphora vehementius aliquid ac asperius, quod animam feriat, Scripturæ more designat.

Simeon Mariæ non prædixit gladiũ infidelitatis vel infidæ dubitationis, sicut Origenes fingit.

Hom. 17. in Lucam.

ORIGENES gladium scandali & ambiguitatis, adeoque infidelitatis hic Mariæ ausus est attribuere, perinde ac si illa cum Apostolis commune sibi scandalum habuerit, atque in vera fide nutarit, quum Christum filium in horrendis & extremis illis versari suppliciis vidit. Sed hæc interpretatio reiicitur ab eruditis, & cum recepta probataque fidei veritate pugnat, partim quod Scriptura hoc modo gladij nomen nusquam vsurpet, partim quod non sit consentaneum, matrem Domini post tot tantaque gratiæ acceptæ præsidia tam fœde lapsam, fuisque dissimilem extitisse. Quin potius constat, eandẽ in morte filij fortem & inuictum præstitisse animũ, & Apostolis in fide constantiorem vsque perseueratsse, sicut postea pluribus ostendemus. Stabat igitur ante crucem mater, & fugientibus viris stabat intrepida, nec mutabat animum, spectans piis oculis filij vulnera, per quem sciebat omnibus futuram redemptionẽ. Non enim ignara erat mysterij, quod genuisset resurrecturum] vt verbis [a] Ambrosij mis vramur. [b] Ex Augustino simile quiddam adfertur, velut illa dubitationis, vel infidelitatis gladium fuerit experta, ac penetrantem senserit. Cæterum hæc Augustini sententia non ex alio libro citatur, quam qui de quæstionibus veteris & noui Testamenti inscribitur, & Doctorum iudicio Augustinum nec habet, nec habere meretur authorem. Dionysius Rickelius, vt veteres excuset, qui Mariæ fidem hic suspectam faciũt, in hunc modum erudite censet: Sapientissima & constantissima Virgo, quę filij sui passionem, passionisque modum clare & distincte præcognouit, magis quam Dauid, Esaias, Daniel, aut aliquis Prophetarum, in passione ipsius nullatenus dubitauit, imò fidelissima mansit. Ideò Patrum verba exponentur non de dubitatione infidelitatis, sed admirationis naturalisque pietatis, qua quis de veritate aliqua omnino certissimus miratur, & per modum dubitationis stupet, seu discutit, qualiter res ita se posit habere.] Atque hæc non minus verè, quam candide Dionysius, vt sciamus Patrum dicta de Mariæ dubitatione cum venia sic posse accipi, vt ea dubitatio non ex infidelitate, sed ex ingenti admiratione proueniat, qualis & sanctis oboritur sæpè, & cum stupore quodam coniuncta est, quum præter naturæ modum & ordinem insolitæ quędam rerum species illis sese offerunt, & quasi attonitos tenent. Quarè Franciscus Lambertus, vt vnum ex aduersariis proferam, hic etiam Virgini nostræ patrocinatur, atque vti par est, hunc siue dubitationis, siue infidelitatis gladium, velut à Simeonis mente ac sensu alienum, atque vt tali marte prorsus indignum reiicit, minimeque probandum putat. Sic enim scribit: *Quod hic quidem infidelitatem gladio volunt intelligi, nullatenus est audiendum. Nam præter id, quod probare nequeunt quod sentiant, & quod sentiunt textui minime conuenit, temerarium est, & vt confidenter loquar, a veritate alienissimum. Quo enim fieri potuit, vt sancta Dei mater infidelitatis gladio transfigeretur, in cuius pectore nihil minus vnquam fuit quam infidelitas? Atqui a principio fidei integerrima exstit. Quæscant obsecro, eiusmodi blasphemiæ, & impia carnis inuenta. Ego quidem nihil tribuere volo beatæ Virgini plus quam scriptum reperiamus: volo tamen asserere quod de ea*

Rursum ex aduersariis quidam hic Mariã offendendant fidẽ de fide dubitarit.

In expositione Euang. Luc. cap. 2.

Mariæ fides ab omnio infidelitate germina.

A scriptum est, nempe quod beata quæ credidit. De fide eius testimonia habemus: verum quod infidelis fuerit, nec minimum quidem verbum vsquam reperies.

Scriptoribus Græcis non esse credendũ qui docem sequuntur Origenem de Mariæ dubitatione.

QVOD igitur nonnulli veteres, & Græci maximè scriptores, vt [a] Chrysostomus, [b] Amphilochius, [c] Theophylactus hic impegerunt, cum primis [d] Origeni multorum errorum principi imputare fas est, qui hunc sensum Simeonis verbis primus, vt opinor affinxit. Sic autem habet: Et tuam ipsius animã, quæ scis absque viro peperisse te virginem, quæ auditi à Gabriele: Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: pertransibit infidelitatis gladius, & ambiguitatis mucrone ferienis, & cogitationes tuæ te in diuersa lacerabunt, cum videris illũ quem filium Dei audieras, & sciebas absque semine viri esse generatũ, crucifigi & mori, & suppliciis humanis esse subiectum.] Vbi certè Origenes non modo nimium sibi permittit, sed & Euangelicum locũ in Mariæ iniuriam vi magna detorquet, duplici quidem argumento delusus. Primum est: Quid inquit? Putamus quod scandalizatis Apostolis mater Dominī à scandalo fuerit immunis?] Alterum: Si scandalum in Domini passione non passa est, non est mortuus Iesus pro peccatis eius.] Quis enim non videt, vtramque rationem adductam, si rite ponderemus, ad præsens institutum probandum infirmã, ac nullius momenti esse? Enimuerò si Maria sanctitatem habet super excellentem & plenissimam, iustitiamque perfectam (vt idem Origenes astruit luculenter) cur non putemus, eãdem Virginem Apostolis sæpè lapsis, & à Christo non semel meritò reprehensis, laudabiliorem purioremque fuisse, vt nõ solum à dicto scandalo, sed etiam ab omni peccato maneret immunis, sicut & Augustinus apertè definit? Præterea cum perpetuam Mariæ innocentiam constituimus, nihil hoc sanè prohibet, quo minus pro ea Christus mortuus esse, suaque morte omnem illi gratiam promeruisse dicatur, sicut libro primo demonstrauimus. Quarè sic omnino habẽdum est: Simeonem in hoc vaticinio nec cogitasse, nec innuisse quicquam, quo Mariam Apostolis exæquandam, aut illam in vera de Christo fide vacillantem, nedum infidelem futuram, ob qualescunque filij afflictiones significaret. Imò verò si vnquam antea, tunc vel maximè Virginis huius fides, veluti in grauissima lucta refulsit, quum Apostolis omnibus cõstantior, iuxta filij sui crucem fide plena constitit, eumque ab impiis tam indigne contemptum & grauiter excruciatum mœsta conspexit. Sed hoc Origenis lapsu tanto nos minus commoueri decet, quãto ille turpius in rebus aliis etiam sacratioribus hallucinatur, vtpotè quum Christum pro Angelis atque sideribus passum, eiusque animam prius in cælo beatam fuisse, & adhuc peccata nostra lugere, & Spiritus sancti ab ipso facti authorem esse vanissime fabulatur, vt reliquos id genus impios, crassos ac damnatos Origenis lapsus nõ attingamus. Igitur stuporis potuit, infidelitatis dubitatio non potuit in Mariam cadere, cuius fides si vsquam alibi, certè acerrimo illo in cruce certamine maximè probata & exercitata, sed nulla dolorũ vi labefactata & euersa, imò verò magis viuida, illustris & admirabilis effecta debet existimari. Atq; vt Græcum authoré Græcis opponamus, apertè docet Simeon Metaphrastes, neque consentaneam, neque Maria dignam illorum esse opinionẽ, qui dubitationem, offensionẽ

Mariæ fides circa Christi crucé effulsit maximè.

Origenis errores quidam impii & inexcusabiles.

Maria dubitationem stuporis non infidelitatis admisit in morte filii.

Confirmatio à Simeone Metaphraste.

De ortu & educatione Deiparæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque tentationem tempore crucis, Deiparæ animã A Virgo mater cruci Filij præsens adesset cum corpus
peruasisse sentiunt: neque enim hunc esse gladium à Filij mortui contrectaret, cum genas & manus osc-
Simeone prædictum, quandoquidem illa plusquam ularetur, cum corpus idem mortuum, sicut alia ca-
mulier afflicto in cruce filio propius astiterit, atque daueta, iacere videret. Sed hic dolor mixtus fide &
constanti animo adhæserit semper, nihilque timue- spe fuit cùm sciret mater Filium esse Messiam, & per
rit quod esset formidabile: vnde alias quoque mu- eum deleri peccatum & mortem, iustitiamque & vi-
lieres vt secum circa crucem in medio hostium ver- tam restitui. *Ideo scibat*, inquit, *certo resurrecturum esse.* Maria iuxta crucem Filij credidit eum resurrecturum.
sarentur, hortata sit atque persuaserit. Ac alibi rursus docet, quod Maria sustentarit & cõ-
firmarit animum fide resurrectionis, quam certò & breui sequuturam credebat. Monet igitur, vt in ve-
tris doloribus & in agone mortis simus similes Ma-
riæ, & cum illa Dominum sub cruce iacentem in-
tueamur. Quid verò Pellicanus? *Stabat*, inquit, *iuxta crucem magnanimiter, Spiritu sancto pectus eius digne confirmante & consolante.* Suffragatur Bullingerus, in sum-
mo illo Mariæ dolore viuidam fidem agnoscens,

[a] *Homilia 17 in Luc.*

ERRAT autem cum Origene [a] Brentius, ac tur-
piter sanè, qui post veritatem à multis confirmatam
publicéque receptam, adeo in Mariam est cõtume-
liosus, vt illi non minus quam Apostolis dubitatio-
nis ac scandali notam audeat inurere, illamque de
fide prorsus suspectam reddere, ideoque hæc verba
imperitè simul & petulanter effundit: *Qui credebant in Christum Apostoli, discipuli & mater eius, nihilominus tamen videntes eum a Pontificibus condemnatum, & turpi cruci affixum, offendebantur in eo, adeoque apparebat tunc, ipsorum quoque cogitationes vanas, & corda impia esse.* Ergone cor impium Mariæ attribuis Brenti, vt tuã ipse prodas impietatem? id verò ne Apostolis quidé omnibus ascribi fas est, quorum fides ad tẽpus qui-
dem suffocata, sed non prorsus extincta fuit, qui nõ tam cordis impieate quam imbecillitate, in cruce Domini offendiculum sustinuerunt. Vbi Brentius verba illa Simeonis deprauat, vt reuelentur siue re-
tegãtur ex multis cordibus cogitationes: hoc quip-
pè membrum orationis connectendum est cum illa sententia magis remota, quod Christus positus sit in ruinam, &c. Illud verò quod adiungit, vt de gladio, parentheſi debet includi, sicut & Erasmus indica-
uit. Atque vt maximè concedamus, locum nõ solum ad Christi hostes, sed etiam ad discipulos propter C ipsum offensos pertinere, tamen cum Simeone Me-
taphraste dicimus, hic Christi matrem excipi opor-
tere. Æquè probrosum, & Mariæ ignominiosum est, quod idem Brentius paulò superius dixerat, quum Simeonem Mariæ sic loquentem inducit: *Cæ-
lum ipsum in hac terra expectas, sed inferni potius dolores te, propter ipsum, in hac vita obruent. Magnam lætitiam tibi promittis, sed extrema tristitia propter ipsum afficieris, adeo-
que gladius doloris animam tuam penetrabit.* Quis verò pius, quæso, audire non horreat, Domini & Dei no-
stri matrem inferni doloribus obrui, quocunque tandem modo id Brentius interpretetur? Et quis omninò vel suspicetur, Virginem tam parum in ve-
ra pietatis doctrina versatam, tamque praue mundi amore captam, & stolidè vanitatibus addictam fuis-
se, vt cælum in hac terra expectaret, vtque magnam D lætitiam potius quam crucem in hac vita sibi polli-
ceretur, præsertim cum sciret de filij & electorum ferenda cruce Prophetas toties concionari?

Brentius origenē sequens, de Maria impie sentit, quòd in morte filii sit scandalizata.

Refutatio Brentianæ orationis.

In Serm. de ortu & educatione Deiparæ.

Aliud Brentij figmentũ contra Deiparã.

LIBET autem impudenti Brentio, vt alias sæpè, ita nunc etiam in ordinem redigere Virginem sa-
crosanctam, & quod auditu horrendum est, eam fi-
de & fortitudine animi spoliare non veretur, velut ipsa in supremo illo Christi agone mœrori succu-
buerit. Qua in re non ille nostris tantum Theolo-
gis, quorum sententias etiam vulgo notas repetere non attinet, sed suis etiam collegis ac sociis, qui à Catholica Ecclesia sæpè dissentiunt, hic autem cum illa ferè consentiunt, proterue aduersatur. Etenim illi fidem integram & inconcussam Virgini matri, quum iuxta Filij crucem astaret, persuicuè largiun-
tur. Ex quibus Melanchthon ingentes quidem do-
lores & tristissimas cogitationes fuisse scribit, cum

Brẽtius à suis collegis dissentit, confitẽtibus Mariam in agone Christi mœrori non succubuisse, sed inuictam fidẽ retinuisse.

Ioan. 19

In cap. 27 Matth.

adferens, qui præterea sit lumen ad cœcas gentes in A Dei, dum Filius eius cruci affixus est, de hoc enim
suis tenebris illustrandas, & demum gloria Israelita- cruciatu nunc vaticinatus est.] Tum Simeon Meta-
rum, vt nouus & præcellens splendor tandem & phrastes, quum Origenicam illam opinionem, cu-
illis restituatur. Verum is ipse, vt dixi, non solum in ius paulo antè meminimus, reiecisset: Conueniẽtius *In orat. de ortu & educatione Deiparæ.*
resurrectionem, sed etiam in ruinam permultis, nec est, inquit, quod dolorem ipsum gladij nomine si-
solum exteris, sed etiam Israelitis tanquam dome- gnificauerit, qui quidem tempore passionis Mariam
sticis est constitutus. Huic clam palam contradicẽt, inuasit.] Cũ his Beda pulchrè consentit ita scribens:
vt sibi tandem in exitium vertant, quod illis Deus Tuam ipsius animam pertransibit gladius, id est, do-
in commune remedium, atque ad præsentem mun- lor passionis Dominicæ, quia non potuit videre eũ *In Euang. Luc. 10 natali B. Virginis.*
di salutem ex gratia summa destinauerat. Ac tu qui- crucifigi sine affectu materni doloris, etsi speraret
dem re ipsa comperies, verum hoc meum esse vati- eundem resurrecturum, & mortem deuicturum.]
cinium, tuusque erga Filiũ sincerus & ingens amor Eiusdem Bedæ Carmen est, quod Virgini matri ce-
efficiet, vt ob communem hominum ingratitudinẽ cinit:
atque peruersitatem, qui se illi opponent, summo- *Cuius pium pertransiit*
perè discrucietis, vtque nõ solum illorum, sed mul- *Ensis doloris Spiritum,*
to magis Filij tui nomine condoleſcas, quum illius *Natum tuæ de corpore*
maxima beneficia summis populi maledictis atque B *Deum mori dum cerneres.*
sceleribus videris compensari. Hinc ille gladius, Nec dispar est Cassiodori ac Ludolphi sententia, *In Psal. 104*
multiplexque dolor & angor, qui in materna tua qui ambo ex Scriptura probant, hic Simeonem de
viscera sæuiet, vt vita tibi acerba videri possit. Nul- tristitia dominicę passionis, quæ matrem illam glo- *Lib. 4 de fide Orthod. c. 15*
la quidem mater te vna fortunatior, nulla lætior & riosam affligeret, sermonem instituisse. His accedit
augustior, quæ talem Filium nullis Regũ filiis æquã- Ioannes Damascenus clarissimè docens: Ipsa beata
dum, ac reliquis omnibus ex muliere natis longè & super naturam donorum digna effecta, dolores
pulchriorem, amabiliorem & honorabilem sortita partus, quos effugit pariens, illos tempore passionis
es. At rursus nulla mater, mihi crede, cum Filio & sustinuit, ex materna compassione viscerum lacerũ
propter Filium tam diris periculis obnoxia, tot in- reparturiens, & quem Deum per natiuitatem agno-
gentium malorum incursibus exposita, tam horren- uit, illum vt maleficum interfectum videns, tanquã
dis hostium insidiis atque infectationibus obiicien- gladio cogitationibus discerpitur. Et hoc est: Tuam
da est. Tu incredibilem quidem ex hoc paruulo fi- ipsius animam pertransibit gladius, quemadmodum *Luc. 2*
lioque tuo voluptatem & consolationem, percepi- ille prædixerat Dei expectator Simeon, Dominum
sti, ac sæpius porro perceptura es. Sed non minorem gestans in vlnis. Sed commutat tristitiam gaudium
quoque mœstitiam & calamitatem cum eodem ip- resurrectionis, Dominum carne mortuum rediuiuũ
so subibis, perinde ac si gladiorum ensibus ac telis C prædicans.] In eundem modum Bernardus locum
vndique appetaris, ac dire prorsus vulnereris. Nam interpretatur, & Mariam ob hunc acerbum doloris *In sermo. de verbis Apocal. Sig. magni in exposit. Euang. Stabat iuxta crucem & in serm. de passione Domini. in tractat. de compassione Virginis. In Euang. Ioan. ca. 19 In ser. Medit. pat. & Tractatum de compass. Virg.*
vtrique vestrum ingens malorum agmen impender, gladium, quia animam eius creduliter pertransiuit,
adeoque mundus coniuratis contra vos animis in- sæpè commẽdat, quoniam non solum Christus, sed
sanies, quando sic Deo visum est, vt calicem ambo etiam mater eius in via biberit de torrẽte passionis.
bibatis, & mater dolores, quos in partu effugit, alibi Quod enim in carne Christi agebãt claui & lancea,
experiatur, suoque Filio quodammodo commoria- hoc in Virginis mente passio naturalis affectionis
tur. Sic demum tua virtus velut aurum in igne pro- & materna angustia: Claui vtique & lancea passio-
babitur & probata splendescet, diuinumque decre- nem, affectio materna compassionem.] Ac rursus
tum in te perficietur, vt gloriam humilitas, victoriã alibi: Mater sentiebat Filij dolores: Virgo quæ pe-
pugna, lætitiã mœror, & vitam mors ipsa præcedat. perit, gladio patiebatur doloris. Christi morientis
Posteà verò, cum hic veluti imber transierit, & nul- vulnera matris erant, doloresq; matris Christi fue-
lus pungentis gladij aculeus, qui tenerum cor tuum runt, & dolores nati matris animam penetrabant vt
transuerberet, reliquus fuerit, tum cælestis Regni gladius acutus. Tum Rupertus dilucide dixit: Sta-
æternique gaudij cum tuo Filio consors futura es, bat mater iuxta Filij crucem, sine dubio dolens, &
ac potioribus bonis, quæ ille suo sanguine compa- D dolores tanquam parturientis habens. Cruce namq;
rabit, perbeate frueris. Tunc posito luctu, vestimen- eius nimium ipsa cruciebatur, sicut ei prædixerat
tis gloriæ indueris, ac delitiis affluës, vt eidem Filio Simeon.] Ac Anselmus quidem in hoc argumento
gratulabunda tuo iure decantes: Secundum multi- est copiosus, vt de Mariæ compassione moneat, imò
tudinem dolorum meorum in corde meo, consola- & moueat pios, huncq; Simeonis gladium de sum-
tiones tuæ lętificauerunt animam meam. Beati enim mis illius doloribus iuxta crucem Domini exantla-
qui lugent, quoniam ipsa consolabuntur. tis interpretatur. Idem facit qui hos omnes ætate
Nvnc ad Veterum testimonia veniamus, ne quis præcelluit [a] Ephrẽ diaconus: facit & [b] Sophronius,
nouum aut imbecillũ ducat quod diximus, Simeo- nec non [c] Hildephonsus, sicut sequenti mox Capite
nem gladij nomine maternorum viscerum dolores monstrabimus.
inexplicabiles hoc loco complecti, & præsertim ob
afflictum in cruce Filium, matris condolescentiam
præsignificare. Ambrosius Ansbertus perspicuè scri-
bit: Quanquam multæ tribulationes animam trans-
foderint beatissimæ Virginis: illa tamen hic specia-
liter designatur, quæ Domino in cruce moriẽte ma-
terna viscera transfixit.] Euthymius habet in hunc
modum. Gladium nominauit dolorem accutissimũ
maximèque diuidentem, qui penetrauit cor matris

Mariam inter cruciatus matres acerrima cõ tristitia & propter Filium fuit.

Testimonia Veterum de Mariæ cõpassione ad Filij gladium. Simeonis gladium fenserit inexplicabiles hoc loco complecti, & præsertim ob afflictum in cruce Filium, matris condolescentiam præsignificare. Ambrosius Ansbertus perspicuè scribit: Quanquam multæ tribulationes animam transfoderint beatissimæ Virginis: illa tamen hic specialiter designatur, quæ Domino in cruce moriẽte materna viscera transfixit.] Euthymius habet in hunc modum. Gladium nominauit dolorem accutissimũ maximèque diuidentem, qui penetrauit cor matris

De festo purif. Virg.

Sensus verbi Nunc. Luc.

Quomodo Crucigerum Mariam in Filij agone fuerint similimam cõmentati.

Mariæ iuxta crucem Filij credidit eum resurrecturum.

Alia interpretatio de gladio Mariæ prædicti Simeone.

Psalm. 93 Matth. 5

Tyrol. 8. & 5c.

Simeonis de gladio doloris maximè ad Mariam.

Nouos Doctores cum veteribus conspirare in præcipuo Lucæ loco interpretando.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille crudeliter, tanquam homo longè omnium sce- A
leratissimus, cruce occideretur. Consonat Francis-
cus Lambertus, gladium immensi doloris intelli-
gens, qui Mariæ animam propterea penetrarit, quod
ob impios Filio contradicentes, acerbo mœrore ad-
modum torqueretur. Tum Arsatius Schofet, *Hic*
In Euang. Dominic. 1 post natalem *sermo*, inquit, *nihil aliud sibi vult, quam Virginem Mariam*
In annotat. circa Euang. Domini 1 post Christi natalem. *variis periculis propter Christum Filium suum exerceri & premi. Tandem immensum dolorem sustinuit, quando vidit*
In Postilla circa Dominic. 1 post Christi nativitatem. *Christum in cruce pendentem ab inimicis subsannari.* Lo-
sius hoc pacto: *Gladium vocat acerbissimos dolores, quos*
Maria sensit in summo contemptu & persecutione filii. De-
mum princeps horum omnium Lutherus de Simeo-
ne docet, quod insignis amator & prædicator fuerit
crucis Christi, quod que non ad patrem Ioseph, sed
ad matrem hæc dixerit, ad quam solam omne dolo-
Simeon insignis amator & prædicator crucis Christi iuxta Lutherum. ris pondus de passione Filij rediturum erat. Ac in- B
ter alia loquitur: *Sic volunt his verbis Simeon Mariæ*
prædicere futurum, vt mortis tormenta animo pateretur, etsi
corpore non esset cruciatus passura. Quomodo autem id eue-
nerit, nemini potest esse ignotum.

Quid igitur? nullamne aliam dolendi causam
habuit Maria, nisi quod Filium in extremis illis an-
goribus atque suppliciis positum coram aspexit: &
mysticum hunc gladium, qui cor eius tenerrimum
penetrauit, ad solam Domini crucem astringemus?
Longius profecto Simeon Propheta respexit, plu-
resque calamitates, angustias, & ærumnas, quas pro-
pter Filium sæpè multumque Mater experta est, uno
Omne genus dolorū, quos propter Filiū Maria pertulit, Simeon nomine gladij complexus est. gladij nomine comprehendit, nobisque contem-
plandas reliquit. Nec est difficile pijs atque studio-
sis, si historiam tantum Euangelicam ob oculos po-
nant, complures & graues reperire causas, quæ Ma-
riæ animam exagitarent, atque ad tristitiam non le-
uem impellerent, variosque doloris aculeos in cor-
de molli simo excitarent, quin & tristes lachrymas
& singultus illi acerbos crebro extorquerent. Quod
Tota Mariæ vita multis doloribus obnoxia, sicut & Christo contigit. enim de omnibus electis affirmat Christus: In mun-
do pressuram habebitis, in Mariam etiam competit,
cuius tota vita molestijs, ærumnis, periculis & affli-
ctionibus referta fuit, vt virtus eius eximia Deo &
hominibus magis magisque commendaretur, & eo
Ioan. 10 in cælis esset beatior, quo grauiorem & frequentio-
rem in tertis crucem cum Filio & propter Filium
sustinuisset. Ambo sanè de torrente in via biberunt,
Psal. 109 & propterea inter cælites omnes exaltarunt capita,
statumque tristissimum & luctuosissimum cum lo-
gè lætissimo & amplissimo regno commutarunt.
Sic enim per crucem ad gloriam & Filium & Ma-
Rom. 12 *2. Cor. 12.* trem transire oportebat, vt hęc quidem quo impen-
sius præ cæteris illi crucifixo compateretur, eò feli-
cius etiam postea conregnaret. An non veræ germa-
næque charitatis officium exigit, gaudere cum gau-
dentibus, & flere cum flentibus: quemadmodum
Cur decuerit Mariam variis afflictionibus exerceri. Paulus non modò per Epistolam docuit, sed suo
etiam exemplo comprobaui? Non enim Stoicos &
stupidos, siue ab omni humanitate alienos, sed mol-
les, sed clementes, sed faciles, id est, sui similes ho-
mines amat Christus non frustra è mitissima Virgi-
ne natus, sui similes inquam, qui & aliorum succes-
sibus ex animo faueant atque congaudeant, ac vi-
cissim eorum incommodis, perinde ac suis verè in-
dolescant. Decebat igitur matrem Domini, cũ gra-
tia plena esset, in hoc ipso charitatis genere non ce-
dere, sed præstare matribus omnibus, & acerbissi-
mis filij sui cruciatibus grauissime commoueri: cum

non modo sciret, sed etiam coram cerneret illum & A
corpore & animo supra omnem modũ & cõsuetu-
dinem discruciari, vt vir dolorum & iciens infirmi-
tatem, à Propheta rectè dicatur, ipseque Patri testa-
Esaie. 53 *a Psal. 87* *b Psalm. 61* tur: [a] Omnes fluctus tuos induxisti super me: [b] Ve-
ni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.
Enimuerò si Maria tot tantisque Filij afflictionibus
vulneribus, calamitatibus, quæ nulla orationis co-
pia explicari possunt, non valde compateretur, quæ
que commiserationis intima viscera dolenti capiti
& morienti Filio non impenderet, non hunc suum
Opt. Max. Filium cognoscere, non diligere, non se
naturalem ac veram eius matrem exhibere, sed po-
tius Manichæorum de phantastico corpore nugan-
tium vanitatem confirmare, ac demum cum profe-
c Matth. 26 *d Luc. 7* cto Christi & [c] dolentis & [d] commiserantis, & [e] la-
Ioan. 6 *e Matth. 11* chrymantis exemplo pugnare videretur.

Quod si rationis lumen cum Euangelij veritate B
iungimus, vt aliquas dolendi causas in Virgine com-
monstremus, primum quomodo pia mater, obse-
cro, non mœreret, cum partui proxima, vt alibi di-
ximus, summam hominum inhumanitatẽ in Beth-
lehem aspexit, omnium ædibus excluſa, omnium
ope & subsidio destituta, vt ad solum stabulum &
commune bestiarum præsepe fuerit confugiendum
si se suumque puerperium & tenerrimum infantu-
lum à noctis, frigoris & hyemis asperitate, variisq;
iniurijs, vtcunque tueri vellet? Deinde non affligere-
tur maternum pectus, cum suauissimum mollissi-
mumque paruulum vix dies octo natum, legi duris-
simæ subiiceret, atque ex more gentis circumciden-
dum traderet: haud ignara certè, innocentissimum
C puerum hac sacri sanguinis effusione quasi præludere & præsignificare, qua via & ratione tandem no-
strorum criminum, adeoque totius mundi sordes &
maculas grauissimas deleturus esset? Adhæc triste
vaticinium, quod partim de Filio, partim de matre
eius in templo dixit Simeon, tanto maiorem dolo-
rem illi creauit, quanto frequẽtius illud secum ani-
mo reputauit, ac re ipsa certius deprehendit. Quo
autem mœrore, quantaque commiseratione martes
& infantes Bethlehemiticos prosecuta est? illas qui-
dem, quod charissimis pignoribus Herodiano gla-
dio sæuè trucidatis orbarentur: hos verò, quoniam
in tali ætate tam multi tam temerè atque barbarice
à tali Rege ob suum Filium iugularentur. Iam verò
an illi ludus esse potuit, intempesta nocte, insaluta-
tis amicis, rebus malè compositis, domum & patriã
D deserere, capitales filij quamuis infantis hostes, &
in his Herodem Regem fæuiẽtem fugere, tum apud
impios, barbaros, ignotos Ægyptios cum filiolo &
Iosepho aliquot annis exulare, totq; itinerum mo-
lestias & difficultates eundo ac redeundo deuorare?
Non dicam, quæ apud Bethlehemitas, Ægyptios,
Nazaræos, doloris aculeos illi parere & augere ma-
ximos potuerunt, cum filij paupertatem, neglectum
contemptum, calamitatem, persecutiones & ærum-
nas, velut perpetuas illius vitæ comites, haud sine
variis curis & maternis angoribus experta est, cum-
que suarum labore manuum victum sibi & filiolo
necessarium ægrè comparauit. Dolens & anxia Fi-
lium duodennem, tanquam vnicum suum thesaurũ
amissum requirit, vt sua etiam voce in templo testata
est, hunc que dolorem vna cum Ioseph communem
habuit. Sic enim Filium affatur: Ecce pater tuus &
ego dolentes quærebamus te. O graues & nobis in-
explicabiles

explicabiles animi cruciatus, quos illa cum Filio & A
propter Filium annos triginta sæpè sustinuit, atque
vt arbitror, pro sua modestia nulli mortalium pate-
fecit. Notus & charus illi vtique fuit Ioannes Ba-
Mariæ dolor ob acceptiuitatem & mortẽ Ioannis Baptistæ. ptista, qui tunc apud omnes maxima valebat autho-
Matth. 14. *Marc. 6* ritate: sed eò molestius illa tulit, iustiusq; ingemuit,
quum audiret, virum sanctum atque præstantem, fi-
lioque sui præcursorem & consanguineum, in adul-
teræ gratiam Herodianis vinculis tradi, & caput
eius, vt impudica saltatrix expetito frueretur præ-
mio, in tetro carcere amputari, ac Regiis epulis ad-
hiberi.

Præterea fieri non potuit, quin gentem pa-
triamque suam miserata, intimis animi sui sensibus
condoleseeret, cum certò intelligeret, multisque
indicijs compertum haberet, quam immanis & ob-
stinata Iudæorum, & præcipuè Magistratuum, esset
Matth. 23 [a] peruicacia, quam indigne vulgus prædicatum Chri-
sti Euangelium repudiaret, quantaque hominum
[a] aduersus præsentem Messiam impietas & ingratitu-
do magis ac magis serperet, ita vt vix pauci tandem
(quarta enim pars iacti seminis tantum fido semi-
natori fructum optatum attulit) ex tot auditis filij
concionibus, visisque miraculis suum Messiã agnos-
cerent, eiusque monitis obtemperarent. Illa verò
quo sincerius ardentiusque Christum amauit, om-
nemque iustitiam Euangelicam esuriuit, eo grauius
illorum vicem & doluit & deplorauit: qui se Chri-
sti ac Euangelij hostes infensissimos declarabant,
quique voces illas putidissimas subinde iactitabãt:
a Ioan. 8 *b Matth. 11* *c Luc. 15* *d Matth. 5* *e Luc. 7* *f Luc. 11* *g Matth. 26* *h Matth. 9 & 11* Est [a] Samaritanus, [b] vorax, vini potator, [c] publica-
norum socius, [d] populi seductor, [e] Sabbathi trans-
gressor, [f] Legis violator, ac [g] dæmoni familiaris. Iam C
verò, quæ sollicitudo, quis timor & angor illam non
corripuit, cum decreti Senatus de perdendo Chri-
sto publicaretur? cumque procerum animos velut
furiis quibusdam agitatos non solum in filij sui ne-
cem conspiraſſe, sed etiam extrema quæque moliri
non dubiè cognosceret, ac vtriusque sexus amici
crebro denunciarent.

Quam durum & amarum optimæ matri fuit,
parantem se ad mortem Filium inuisere, illique va-
ledicere, quandoquidem consentaneum est planè,
hunc dilectæ matri non reticuisse mysterium, quod
Matth. 16 *Luc. 9 & 24* sæpè [h] discipulis parefecerat, de atrocibus dirisque
suppliciis adeundis, atque vt Scripturæ implerẽtur
Propheticæ, in vrbe Hierusalem, & à sua gente per-
ferendis. Testatur [i] Bernardus, ac probat [k] Dionysius Rickelius, quod Maria, vtpote Prophetissa, in D
Propheticis literis exercitata, inter alia mysteria,
Christum Filium moriturum intellexerit, sicuti vel
i Esaiæ 50 *k Esaiæ 63* è solo [i] Esaia qui horrenda Christi supplicia sæpè
recen ser, assequi poterat. Hoc ergo si præcognouit,
ingens profecto mœroris ac pauoris affectus, quum
Dominicæ passionis tempus appeteret, in cor illud
maternum irruit: quippè cum ab hoc Filio tota pen-
deret, omnemque suam spem & consolationem in
eo solo defixam haberet, nihilque illi charius in ter-
ris & optabilius esse posset. Multoque magis illam
afflixit nuncius, qui prædictum Filij certamen iam
adesse & frendentes lupos in Agnum illum nõ vno
in loco immaniter grassari significauit. Cette Chri-
stus vel sola suæ mortis recordatione commotus,
ad mortem vsque tristem habuit animam, ac incre-
dibilem illam tristitiam sanguineo sudore profuso
comprobauit, quando & ab Angelo cælitus demis-

Mariæ dolor ob procerum Filium damnatium peruersitatem.

Mariæ dolor ob Iudam proditorẽ & alios Christi aduersarios.

Mariæ dolet ob discipulos filij fugitiuos.

Matth. 25 *& 27.*

Mariæ dolet ob varios & posteremos Christi patientes aduersationes.

Mariæ dolor ob filium in cruce clamantem.

Matth. 27

Iob. 30

Mariæ dolore augentia cum Christus in agone suo veraretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filium, se à Deo ipso esse desertum tremebunda A percepit? An non iure tunc suo diceret, quod aliquando Iob de seipso prædicauit: Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi? Ac verè quidem extremèque pauper in cruce Christus, quippè qui omnibus fortunæ bonis orbatus, vbi caput reclinaret suum non habuit, neque pauper solummodo, sed etiam totus sanguinolentus & liuidus solam in Orbe matrem sibi fideliter assistentem inuenit. Verum de hac condolescentia, quam Christo in cruce suffixo, & extreme calamitoso mater detulit, nos paulo post fusius.

Matth. 27.

Iob. 30.

Mariæ dolor ob Christi extremã paupertatẽ in cruce.

Matth. 8

Epilogus huius Capitis.

Satis hactenus, vt opinor, probatum est, multas ingentes iustasque dolendi causas nostræ Virgini suppetiuisse, quæ animam eius, quantumuis puram & sanctam, non solum in fide, sed etiam in fortitudine & patientia mirabiliter exercerent, ac velut spiculis inhxis grauissime vulnerarent. Quis ergo non videat, pulchrè impletum esse vaticinium, quo præ acuti gladij nomine, sæui dolores, variique angores animi, propter Filium sæpè, & sub eius mortem maximè subeundi, Mariæ in templo mature prænunciabantur?

Luc. 2.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

Expenduntur verba Ioannis: Stabat iuxta crucem Iesu mater eius, & quomodo veteres illa intellexerint: hinc Mariam ob singularem erga Filium compassionis affectum meritò commendari, & Martyribus non esse inferiorem, multumque promeruisse.

Præcipuus Mariæ dolor fuit circa crucem Filii vt Ioannes descripsit.

INexplicabiles angores, Virgineæ matris animum cum sæpè alias, tum illo tempore potissimum occuparunt, quum Filium vt innocentissimum, ita longè sibi charissimum, & natura quidem corporis tenerrimum in crucem suffixum, pessiméque à nefariis hostibus tractatum suis ipsa oculis, quod ferè inauditum est, nec semel, nec leuiter conspicata est. Qua de re etsi multa protulimus, tamen ob aduersarios, qui in re tristissima grauissimaque tantum non iocari videntur ac ludere, paulo fusius differendum putamus, vt simul Ioannis Euangelica verba illustrentur. Hic autem tanto maiorem fidem in præsentis historiæ parte meretur, quod oculatus testis adfuerit horrẽdo dominicæ crucis spectaculo, cuius contemplatione nõ solum humana corda, sed etiam Sol, saxa, monumenta, cadauera meritò commoueantur. Sed iam Euangelistæ voces audiamus: Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus: Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suam.

Matth. 27

Quomodo Ioãnes describat historiam hoc loco tractandam.

Ioan. 19

Excussio historiæ de Maria iuxta Filij crucem astante, & quomodo illa steterit.

RAs profecto & narratio admirabilis, quã Ioannes præ cæteris Euangelistis tradidit, post fugã nempè discipulorum, & amicis huc illucque dispersis, D prope tunc matrem astare, & tam crudeli spectaculo ad finem vsque adesse, neque tamen exanimem aut fractam doloribus, sed sui semper similem, animi plenam, in fide constantem, nulli tristitiæ succũbere, fœmineos autem affectus omnes superare, & hoc supremum officium morienti in cruce Filio coram truculentis hostibus vltro præstare velle atque posse. Stabat ergo fida custos & mater anxia, se totam fide sustentans, dum cogitat nihil illic fortuito geri, sed volentem illum Agnum, vt pro omnibus immoletur, in hanc carnificinam esse pertractum, sicut oraculis Prophetícis erat prænunciatum. Stabat ineffabilem amoris flammam mente reuoluens, qua Filius eius arderet, tot hostium probris atque

Esai. 50 & 53. Psal. 21. 68. Daniel. 9 Zachar. 13

B iniuriis adeò non exasperatus, vt quicquid perditi homines molirentur, id vltro illis omnibus condonaret, vtque summam illorum crudelitatem excusaret, ac pro salute scelestissimorum sollicite precaretur. Stabat, non sine stupore contemplans illam inemplicabilem Dei bonitatem, qui pro seruis Filium in tam acerbam mortem traderet, & iustitiam, qui tam atroces ab innocente pœnas pro sontibus pendi vellet, & liberalitatem, qui scelerato mundo preciosum illum donaret sanguinem, & copiosam Vnigeniti redemptionem etiam ingratissimis cuperet applicare. Stabat partim gratulabunda, quod Filium tam glorioſe certantem hostesque omnes breui victurum intelligeret, partim mœrore quasi cõfecta solũ calcantem torcular Filium, & nõ humana modo, sed & diuina quasi ope destitutum, & vndique suo conspersum sanguine, extremosque trahentem spiritus conspicaretur: se verò hoc vnico in terris thesauro suo fraudatum iri doleret. Stabat suæ virtutis atque constantiæ, quæ rebus aduersis probanda erat, memorandum exemplum posteris præbitura, quandoquidem nec tribulatio, nec angustia, nec periculum, nec persecutio, nec gladius, nec mors, nec vita, neque alia creatura illam separare posset à charitate Christi, cui mente penitus cohærebat. Stabat sexu imbecillis, animo virilis & intrepida, ipsis etiam Apostolis fortior, tãto licet impiorum & immanissimorum hostium agmine circumsepta, tantoque sanctæ dilectionis igne succensa, vt neq; Iudæorum furore, neque militum sœuitia, neque comprimentium turba, neque doloris acerbitate à statione sua posset dimoueri. Stabat nouo velut transfixa spiculo, cum illam filij moribundi vocem excideret: Mulier ecce filius tuus, siue mulier dicta sit, vt minus inuidiosum hoc, quam matris nomen esset apud aduersarios, siue vt materni doloris magnitudo leuaretur atque leniretur, quemadmodum & Baptista Mantuanus dixit:

Talibus & monuit matrem, sine nomine matris,
Ne materna pium laniaret viscera nomen.

TANTVS enim Christi erga Genitricem fuit amor, tantaque pietas & sollicitudo, (ô præclarum omnibusque liberis ad honorandos parentes imitandum exemplum) vt summis etiam doloribus oc-

Rom. 8

Esa. 63

Cur Christus de cruce Matrem non reficiat, sed matri moriens commendet.

cupatus, mortique proximus, illam clementer respicere, illam amanter compellare, & charissimo lectissimoque discipulo fideliter commendare non intermitteret. Tantum abest, vt in aliis colloquiis cum Matre prius habitis illam negligere, increpare vel reiicere voluerit, quum in supremo illo agone non minus de illa, quam de seipso sollicitus fuerit, maternæque charitati, vt anteà semper, ita moriturus etiam plurimum detulerit, talemque procuratorem & administrum, imò & filium adoptiuum illi suo loco sub mortem, velut testamento condito, assignarit. Quam ingens demum mœror animum matris occupat, quæ audito de cruce filio secum expendit, quem hactenus non filium modo, sed & custodem & tutorem habeat, quo nunc sit orbanda thesauro, & quam dispar filius Ioannes priori morituro succedat. Ac ne leue seu vulgare hoc esse putemus, quod Christus de cruce Matri præstitit, certè Ambrosius dicere non veretur: Pluris putatur quod victor suppliciorum, pietatis officia matri exhiberet, quam quod regnum cæleste donabat vitæ æternæ. Nam si religiosum est quod latroni donatur venia multo vberioris pietatis est, quod à Filio Mater tanto affectu honoratur.] Et rectè colligit Epiphanius, Ioseph Mariæ virum tunc suum obiisse diem, atque idcirco illam viduam alieno, vtpotè Ioanni, à Domino commendari, vt princeps virginitatis Virginem custodem haberet. Rursus propter amoris priuilegium Christus dilectum imprimis discipulũ voluit cohonestare, vt hæreditatem Virginis Domini, Virgo matrem Filius Virgo susciperet, sicut [a] Hieronymus & [b] Paulinus affirmant. Nunc [c] Gregorij Nazianzeni verba subiungam, quibus Christi sermonem ob Mariam de cruce prolatum, pulchrè complexus est:

O inter omnes mulier optima, en tibi
Qui virginali dote præditus: loco
Hunc Filij chari habueris tibi: En quoque
O discipule, Virgo, parentis in loco
Quam reuereris.

Cur Christus Mariam Ioannis soli commendarit.

Mariæ Christum in cruce plus contulisse quam latroni.

Lib. 10 epistola 82.

Aliæ causæ cur Christus matrem Ioanni commendarit.

Contra Antidicomar. hæres. 78

a Libri contra Iouinian. & in Epitaphio Nepotiani, & ad Principiam.

b In epistola ad Seuerum. c In Græcam de Christo patiente.

NEC temere Bernardus notauit, dictũ illud Christi: Mulier ecce filius tuus, sic posse accipi, vt Matri mœrorem augeat vehementer. Ioannes enim, qui hoc loco filius nominatur atque constituitur, Virgini matri traditur: ira verò seruus pro Domino, discipulus pro magistro, filius Zebedæi pro filio Dei, homo purus pro vero Deo deputatur, matrique adiungitur. Quæ commutatio non modò dura videtur, sed etiam gladius quidam Mariæ animam pertransiens Bernardo nuncupatur. Et rectè idem in Christi matrisque admirationem hoc loco defixus exclamat. O ineffabilis reciprocatio sancti amoris. Filius patitur, & intus valde compatitur matri: Mater verò compassa est patienti Filio. Tantus nempè impetus passionis Domini Iesu fuit, vt quasi torrens ipsum impleret patientem & inebriaret, quia teste Psalmo: De torrente, scilicet, passionis eius, in via bibit Christus: vt sic Christo impleto, in matrem flueret patientem, qua similiter repleta, ad Filium redundaret inundatio amaritudinis & mœroris.]

In Hom. super Euang. Stabat iuxta crucem

Psalm. 109.

VERE igitur magna fecit Mariæ qui potens est, vt mulier tot malorum & suppliciorum Filij spectatrix astaret, nec latum tamen vnguem à fidei viuæ curriculo desecteret, & eadem fide contra summos naturæ animique dolores, quibus vndique obruebatur, inuicta persisteret, simulque Christum (verã

A & viuam hostiam) pro mundi peccatis expiandis offerret. Hoc est quod Anselmus dilucide tradidit: Stabat Maria in fide Iesu constantissima & patientissima. Nam discipulis fugientibus, cunctisque viris recedentibus, in gloriam totius fœminei sexus, inter tot pressuras Filij sui, constanter ipsa sola stabat in fide Iesu firma, & pulchrè stabat, vt decet pudicitiam Virginalem: non se laniabat in tanta amaritudine, non maledicebat, non murmurabat, nec vindictam hostium à Deo petebat: sed stabat disciplinata, verecunda, Virgo patientissima, lachrymis plena, doloribus immersa.] Ac prudenter quidẽ hoc loco Anselmus talem Mariæ luctum indicat, qui tametsi grauissimus foret, tamen modum teneret, ac iustam bonorum reprehẽsionem effugeret. Si enim B vlli alij, tum mulieres in eo plurimum peccãt, quod ob mortem suorum perturbatæ, sese lachrymis & lamentis conficiant, ac velut desperabundẽ concidant, nonnunquam & insaniant, neque sapientum admonitioni, neque amicorum consolationi locum vllum relinquentes. Nihil tale de nostra Virgine suspicari fas est, quæ singularem animi fortitudinem cum summo mœrore coniunxit, ideoque tristitiæ prorsus se non dedidit, nec affectui magis indulsit, quam rationis ac fidei ratio sustineret. Non poterat illa non lugere, siue Filij, siue suam, siue hostium, siue amicorum, siue aliorum conditionem ritè perpenderet: ac homines quidem eiusmodi matre nihil miserabilius ac infelicius reputabant. Illa verò, quæ se tam tristi spectaculo subducere poterat, Filij flagranti amore commota, vel in medium hostium se vltro ingessit, & quæ antea libenter domi latitare solebat, in conferta impiorum turba, & iuxta patibulum suam stationem elegit, accepit, seruauit. Sic enim, si Bernardo credimus, secum tacite loquebatur: Stabo & aspiciam oculis manus perforatas & pedes: Videbo quomodo pendeat in patibulo mũdi Saluator, & quomodo transeat ex hoc mundo. Accedam propius, & amplectar brachiis, & depositum de cruce osculabor filium Deum & Dominũ meũ.] Cæterum qualiscunque hic mœror & luctus in Maria fuit (vt dicere cœperam) intra terminos propriæ vocationis rectæque rationis semper constitit, ac leges publicæ honestatis non violauit, sed eum cursum tenuit, vt Virgo neque dolori succumbere, neque in conspectu populi quicquam impatientius agere vnquam videretur.

In ser. super Euang. Stabat iuxta crucem.

Stat Maria iuxta crucẽ constantissima & patientissima.

Quis affectus Mariæ iuxta crucem astantis.

CÆTERVM hic nobis Bullingerus obstrepit, ac impatientia plusquam muliebri victus vociferatur: *Deus bone, quanta nugarum plaustra inuexerunt spermologi versus quam sermologi Papistici? quantas excitarunt de cõpassione beatæ & intemeratæ Virginis Mariæ tragœdias? Adeo autem inoleuit apud pleroſque cõpassionis illius existimatio, vt historiam passionis non pleuè videatur exposuisse, tametsi fide optima omnia quæ de Christo Domino scripserunt Euangelistæ, enarrauerit quisquis istorum quoque non adiecerit de compassione Virginis figmenta. Ac rursus: Quorsum pertinet prodigiosa quædam de Mariæ deploratu & lamentatione apud plebem deprædicare, & ad miserationem propensa pectora ad largissimas prouocare lachrymas? Nam hic quorundam monachorum hac in re vnicus finis est.* At ego respondeam: Quorsum pertinet Bullingere, has tragicas voces in Catholicorum odium spargere, & propter paucos, nescio quos, totum ordinẽ vulgo exosum reddere? Quorsum, inquam, pertinet ob zelum quorundam scientia & discretione fortẽ

In explicat. Euangel. Ioan. cap. 19

Reprehenſi à Bullingero cõsionatores de matris compassione.

Responsio ad prędicta Bullingeri censuram.

Mulieres plerumque luctu immodico defunctos amicos prosequũtur, contra exemplum Virginis.

In ser. super Euang. Stabat iuxta crucem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

carentium, de quorum tamen animo & scopo difficile sit pronunciare, tantas excitare turbas, & ad meras referre nugas, quæ vel illi, vel sancti Patres de tantæ Virginis compassione ita docent ac scribunt, vt in auditoribus siue lectoribus luctum excitent salutarem, ac pijs pias sæpè lachrymas exprimant: Frigidi sunt certè in suis concionibus Sectarij, quem admodum eorum quoque scripta ieiuna testantur, neque ad luctum & pœnitentiam, sed ad nimiam fiduciam falsamque securitatem plerunque mouendam comparata. Eoque minus ferunt ac probant, quod multos in Ecclesia Catholica non modo disertos, sed etiam vehementes, ardentes ac efficaces Concionatores passim habeamus, qui populares animos mirabiliter flectãt, & historiam Euangelicã ad inflammandos hominum affectus scite conuertant, vt non minus moueant, quam doceant atque delectent. Fatemur interim, sicut in omni virtutum genere, & in quauis honesta functione sæpe peccatur, ita in præsenti argumento tractando modum posse violari, præsertim si prodigiosa quædam ac nugarum plaustra, quemadmodum loquitur Bullingerus, historiæ tam sanctæ admisceantur. Quis verò sapiens ineptos, aut etiam stolidos Concionatores defendat ac probet? sicut nec illos quidem excusamus, qui vel pingunt, vel docent matrem Domini iuxta crucem fuisse collapsam, syncopi stupefactam, dolore prorsus exanimatam, illarumq; mulierecularum similem, quæ fractæ doloribus palam eiulant, pectus pugnis contundunt, capillos lacerãt, genas vnguibus decerpunt, seque demum clamitãt infelices. Hæc enim aliaque id genus, quæ honestas etiam matronas dedecorant, & prudentes offendũt, ad grauissimos materni cordis angores exprimẽdos & explicãdos nõ decet effingere, vbi de Maria iuxta Filij crucem dolente agitur, vt quæ affectũ humanũ spiritus robore coërcuit, nihil tale designãs, quod cũ sancta modestia & debita grauitate pugnaret. Et tamen quoniam spectatrix acerbissimæ mortis Filij astitisse legitur, sensumque doloris cor illud tenerrimum habuit, proculdubio vultum & habitũ corporis eo tempore mœstissimum præ se tulit, maiusque specimen sui luctus quam Nouatores existimãt, edidisse videtur. An mirum, si mœrorem suum singultibus & lachrymis testaretur, & præterea locum aliquem concederet lamentationi, quam certè veteres, vt mox probabimus, Mariæ attribuerunt. Est ita profecto, vt Ethnicus Poëta dixit:

Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur,
Cum lachrymas dedit: hæc nostri pars optima sensus.

Inuident Nouatores Catholicis pertinacia, & in mouendis affectibus felices cõcionatores.

Quibus modis peccetur in repræsentatione Virginis iuxta crucem astantis.

Mariam sui acerbidoloris externa quædam indicia monstrasse non est improbabile.

Iuuenal.

Serm. 26. super lib. Cãtic.

VBI non abs re fuerit commemorare, quo pacto Bernardus ingentem mœrorem ex germani fratris Gerardi morte conceperit, diuque seruarit, vt summo illius desiderio torqueretur. Grauiter ergo apud suos queritur, suique doloris rationem ex professo reddit, quamobrem charissimi fratris obitum tantopere deploret, crebrisq; lachrymis prosequi pergat. Cùm verò erudita sit eius oratio, quæ nostro etiam instituto ad tuendos Mariæ dolores cõgruat, eandem hoc loco repetere non sit superuacaneum. Plango, inquit, primum super mea ipsius plaga, atq; huius iactura domus. Plango deinde super pauperũ necessitatibus, quorum ille pater erat. Plango certè & super vniuerso statu nostri ordinis, nostrę professionis, quæ de tuo (Gerarde) zelo, consilio & exemplo robur non mediocre capiebat. Plango postremo etsi non super te, propter te tamen. Hinc prorsus, hinc afficior grauiter, quia vehementer amo. Et nemo mihi molestus sit, dicens non debere sic affici: cum benignus [a] Samuel super reprobo Rege, & pius [b] Dauid super parricida filio satisfecerint affectioni, & non ad iniuriam fidei, non in superni suggillationem iudicij. Absalon fili mi, ait sanctus Dauid, fili mi Absalon: & ecce plus quam Absalon hic. [c] Saluator quoque videns ciuitatem Hierusalem, & præuidens ruituram, fleuit super eam. Et ego propriam, & quæ in præsenti est desolationem non sentiam? Plagam meam recentem & grauem non doleam? Ille fleuit compatiendo: & ego patiendo non audeo? Et certè ad tumulum Lazari nec flentes arguit, nec à fletu prohibuit: insuper & fleuit cum flentibus. Et lachrymatus est, inquit, Iesus. Fuerunt lachrymæ illæ testes profecto naturæ, non indices diffidentiæ. Denique & prodidit mox ad vocem eius, qui erat mortuus: ne continuo putes fidei præiudicium dolentis affectum. Sic nec fletus vtique noster infidelitatis est signum, sed conditionis indicium.] Ita vir ille pius & sapiens suum de fratris morte dolorem prodit, ac simul exẽplis è Scriptura productis apud suos excusat. Eadem ad Mariam transfata sensum commodissimum efficiunt, valdeque probant, quælescunque illius dolores, dicam & planctus, ob morientem Filium, & ex ardenti charitate profectos, non modo venia, sed & laude dignos à sapientibus merito iudicari. Et sunt morosi adhuc sinaul & iniqui censores, qui hanc singularem Mariæ charitatẽ, tristitiam, compassionem erga confixum in cruce Filium vel contemnunt, vel pro nihilo ducunt, aut certè pro dignitate celebrari & Christianis commendari non sustinent.

Quomodo Bernardus Gerardi fratris sui mortẽ vehementer deplorarit.

[a] 1 Reg. 15
[b] 2 Reg. 18
[c] Luc. 19

EGO verò maiorum nostrorum pietatem non possum non probare, qui hos ipsos Mariæ commiserantis affectus & dolorum acerbitates cum perfecta fide & charitate coniunctas sedulo perpenderint, aliisque perpendendas commendarunt: nimirum vt aliquando, & præsertim hebdomada sancta (sicut ea Chrysostomus vocat) Filij Dei, ceu viua membra suo capiti cum matre sanctissima compaterentur, idemque sentirent, quod in Christo Iesu illa præ omnibus sensit mortalibus, atque ita passionibus Domini nostra nempè causa susceptis, gratis & ipsi animis, neque citra piæ commiserationis affectum, communicarent. De quo peruetusto Ecclesiæ more, & Christiano piorum luctu nihil aliud modo dicam, quam quod vir doctus æquè ac sanctus Rupertus Tuitiensis iam olim sapientissimè scripsit: Non ita gaudere debemus de gratia tradentis (æterni Patris scilicet) vel de charitate morientis (Filij Dei) vt non etiam doleamus, quod tanto Domino tormentorum & mortis causa fuimus: siquidem non gaudere ingratitudinis nõ dolere autem crudelitatis est.] Ac paulo post admonet, vt quo tempore solennis illa Christi crucifixi & mortui memoria in Ecclesia celebratur, tristitia in nobis regnet, vt contristemur ad pœnitentiam, vt exemplo Mariæ ferrum Dominicæ passionis nostram pertranseat animam: vt clauui manuum & pedum eius carnem nostram configant: vt denique crux eius nostram suspendat concupiscentiam. Compatimur ergo, inquit, vt conregnemus.]

Vetares Christiani maior compassionis in imagine vna habendæ, eo habendi quod ac memoriæ qui dem.

Romã. 8

AT inquiet aliquis: Cum Christus suis humeris crucem

crucem (grauissimum onus) gestaret, ac mulieres Hierosolymitanas sua causa plorantes cerneret, vt lut reprehendens eas dixit: Nolite flere super me. Respondeo, piam harum compassionẽ non prohiberi, sicut & Lyranus affirmat, sed aliã & potiorem lugendi causam à Domino illis inculcari, nimirum ob vrbis patriæque futurum exitium prorsus calamitosum, vt seueta vltio de præsentibus crucis inimicis sumeretur. Atque huc spectat sequẽs Christi oratio: Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, vtpotè quæ me tanquàm miserum morituũ, neque statim à morte rediuiuũ, sed prõrsus impotentẽ, mundique ludibrium semper fore putatis. Quare non fletum illarũ, sed flendi plorandique rationẽ in illis improbat, simúlque Prophetico more de tota gente disserit. Aliud est enim cum hisce mulierculis in sola Christi commiseratione versari, quum ignoras, qua de causa, & quo fructu, passus sit pro nobis Dominus: aliud vera fide præditum, dolenti Christo compati, quẽadmodum Ecclesia, vt se Mariæ comparientis exemplo conformet, Redemptoris sui passionẽ cum intimo doloris sensu meditatur omnibúsque meditandam proponit. Vnde Bernardus de hebdomada pœnosa (sic enim cum veteribus loquitur, pro eo quod Germanis dici solet, die Marter vvochen) in hunc modũ scribit: Vniuersi Christiani sacra hac septimana, aut præ solito, aut præter solitum pietatem colunt, modestiam exhibent, humilitatem sectantur, induũt grauitatem, vt Christo patienti quodammodo compati videãtur.] Et paucis interiectis: Adest passio Domini vsque hodie tetram mouens, petras scindens, apertiens monumenta.] Vocat igitur hanc generalem Ecclesiæ obseruationem & ritum perpetuò celebrandum: nimirum vt quo tempore salutem nostram in cruce operatus est Christus, & horrendos cruciatus nostra causa pertulit, nos etiam, sicut in morte primogeniti, vt Propheta fore prædixit, dolorem & luctum matris afflictissimæ assumamus. Hinc ille rigor sanctæque disciplinæ seueritas manat, quam veteres inde ab Apostolorum ætate traditam tetinuerunt, & circa finem Quadragesimæ, singulari abstinentia & carnis maceratione, simúlque cordis contritione comprobarunt, quemadmodum & Epiphanius docet.

Christus non vetuit mulieres Hierosolymitanas sibi patienti cõpati.

Luc. 23.

In cap. 25. Luc.

Quomodo sic accipienda illa sententia: Nolite flere super me.

Zachar. 12.

Epiphan. Aeresi haeres. 75.

Nos verò quum de Mariæ cõpassione loquimur, vt hoc obiter adiungam, totam illam historiam Euangelij complectimur, & complectendam affirmamus, quæ in huius matris animam circa crucem tùm ante, tum statim post mortem Domini ad sepulturam vsque gesta est. Cùm vero pleraque grauissima & tristissima tunc inciderint, mirum sanè & prodigiosum videri potest, Mariam in tantis doloribus durare, atque vt mœrore & luctu nõ extingueretur, firmam persistere potuisse. Videbat Christi manus pedésque duris clauis confixos, & corpus vndique vulneribus saucium & dilaceratũ. Audiebat verba Christi septẽ in cruce prolata, & rursus impiorum Sarcasmos, & insultantium blasphemias in Filium suum profusas, vt reliqua id genus iã antè narrata prætereamus. Nouum porrò & ingens vulnus accesit, quum in mortuum etiã Filij corpus desæuit miles, tantúmque sanguinis & aquæ ex latere Filij aperto defluxit. Quid verò, cùm illa corpus de cruce depositum cominus potuit intueri, contrectare, cõplecti, osculari, venerari & singula perscrutari vulnera, omniáque tantæ crudelitatis vestigia non

Quid intelligendum nonnullis compar Mariæ in hunc argumento.

Vtranda & incredibilis Mariæ fortitudo circa Filij afflictiones, mortem & sepulturam.

A modo tangere, sed & amaris lachrymarum imbribus perfundere? quem luctum deinde amici & sociæ mulieres suis lamentis haudubiè cumularunt, quòusque tandem hoc proprium diuinitatis organum, in quo nec species, nec decor iam supererat, sed fœda & aspectu horrida omnia, & tamen sacrosancta apparebant, sepulturæ tristitsimæ mandaretur. Non errat sanè Melanchthon, cum hanc totam historiam, quæ vel saxeum moueat pectus, serio cõtemplandam proponit, eámque vtilem nobis ac salutarem esse censet, vt sciamus, quum grauior crux, dolendique causa, vel mortis etiam timor ingruit, Mariam intueri simul & imitari, quæ ob Filium afflictissima fuit, & præsenti tamen in Deum fide suum animum confirmauit. *Cogitate*, inquit, *qualis, lucta fidei fuerit in Maria. Simul fuit magnus dolor, & tamen mixtus fide & spe. Ipsa mortui Filij corpus contrectauit, genas & manus osculata est, vidit ibi iacere corpus mortuum, sicut alia cadauera. Et tamen sciuit, quomodo cõceptus erat, sciuit esse Messiam, sciuit per eum deleri peccatũ & mortem, & per eum restitui iustitiam. Ideò sciebat certo resurrecturum esse. Prorsus ita nos quoque consolemur nos in nostra morte, intuentes in hunc ipsum Dominũ, & has ipsas cogitationes Mariæ apud nos sæpe consideremus.* Quanquã non probamus quod initio Melanchthon assumit, si luctã fidei in Maria sic asserit, vt eam ab aliqua mentis vacillatione & inconstantia profectam intelligat: quùm nihil tale vel suspicari sincera & constans Mariæ fides admittat. Cùm his iungi possunt, quæ Casparus Cruciger annotauit, quod Virgo non minus generis humani peccata, quàm ipsius Filij mortem luxerit: *Sed in his doloribus*, inquit, *obediendũ esse Deo norat, & expectabat resuscitationem Filij. In hæc duo bona obiecta, id est, in voluntatem Dei & resuscitationem intuens fide, aliquantulum leniebatur magnitudo doloris. Meminerimus autem hoc exemplum in nostris afflictionibus, vt obedientiam & fidem præstare nos quoque discamus.*

Melanchthonis & Crucigeri testimonia de Mariæ doloribus considerandis.

Esai. 53.

In explicat. Euangel. Matth. 27.

In explicat. Ioan. ca. 19.

In Liturgia diuæ Virginis.

Igitur aduersarij quoque fatentur, vt pluribus eorum suffragiis iam ante probatum est, Mariæ non modò fidem, sed etiam patientiam atque compassionem sub cruce Filij admirandam & incredibilẽ, quæ robur humanum longe superaret, extitisse. Vnde scripsit etiam Erasmus: Doluit Maria dolore Filij, sed affectum humanum spiritus robore coercuit. Flebant aliæ mulieres, & præ desiderio sublati Domini, quem nondum spiritualiter amabant, pene delirabant: sola Maria pectus inconcussum habens, tacet expectans voluntatem altissimi.]

Libet autem & veterum proferre sententias, quibus superiora illustrentur: sic enim euidentius apparebit, non solum Ruperti, Bernardi & Anselmi seculo (vt ostendimus) sed etiam apud antiquiores hoc institutum agnitum receptúmque fuisse, quo acerbi Mariæ dolores sub Filij cruce tolerati, à piis piè considerantur, & ab Ecclesia merito prædicantur. Ambrosius Ecclesiæ lumen & Augustini pater spiritualis, in hunc modum docet: Maria vt matrem Christi decebat, fugientibus Apostolis ante crucem stabat, & piis spectabat oculis Filij vulnera, quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem.] Alibi vero de infracto & constanti Mariæ animo, quem Christo Filio in cruce pendenti præbuerit, hæc clare pronunciat: Stabat ante crucem mater, & fugientibus vitis, stabat intrepida. Videte, vtrum pudorem mutare po-

Antiquorum Patrum testimonia de Mariæ compassione, & acerbis doloribus meditandis.

Lib. 10. epist. 82.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuerit mater Iesu, quæ animum non mutauit. Spectabat piis oculis Filij vulnera, per quę sciebat omnibus futuram redemptionem. Stabat non degeneri mater spectaculo, quæ non metueret peremptorem. Pendebat in cruce Filius, mater se persecutoribus offerebat.] Et paulò pòst: Non ignara fuit mysterij, quod geuisset resurrecturum.] Huc spectat Virginis propè crucem astantis lamentatio, quam illustris ille Diaconus & Basilij Magni familiaris Ephrem edidit, digna certè, ex qua nonnulla ob superiorem Bullingeri calumniam repetamus. Stans, inquit, apud crucem purissima Virgo, Saluatorémque in ligno suspensum suspiciens, plagas reputans, nexus & clauos, querelas, colaphos ac flagellationem, cum grauibus suspiriis, cum fletu ingenti, cum lamentis dolorosissimis exclamauit, dicens: Mi Fili dulcissime, dilectissime Fili, quomodo crucem sustines? Mi Fili & mi Deus quomodo sputa, clauos & lanceam, quomodo pateris alapas, risus, iniurias, spineam coronam, purpuream vestem, spongiam, arundinem, fel & acetum? Quomodo pendes in cruce denudatus, mi Fili, qui cælum nubibus contegis? Quomodò sitim fers, qui es opifex, quique mare & omnes aquas creasti? Quomodo mereris insons in medio scelestorum? Quidnã commisisti? Qua in re, Fili mi, Hebræos offendisti? Et cur ergò te isti, simul iniqui, simul ingrati cruci suffigũt, quorum claudos & permultos valetudinarios sanasti, mortuos viuificaiti? Tu vero quomodo niteris Fili mi dulcissime, magnanime Deus? Deficio te suspiciens in ligno suspensum, conclauatum, plagisque plenum mi Fili? Vbi nunc pulchritudo tua? vbi tuus modò decor? Sol lumen suum obscurauit, & alius factus est: splẽdida Luna in tenebras euanuit, petræ sunt perfractæ, & monumẽta aperta, templique velum in duo est discissum, creatura Conditorem suũ & Opificem cognouerunt: & hi peruersi ac miseri Hebræi aures obstruxerunt, oculos clauserant, ne Solem nunquàm occidentem suspectarent, Fili mi. O Simeon admirande, en nunc gladius, quo mihi prædixisti cor meum trajiciendum. Ecce gladius, ecce vulnus Fili & Deus mi, tua mors meũ cor subiit; viscera mea sunt disrupta, meum lumen obtenebratum est, & pectus meum grauis pertransiuit gladius. Horrendam cerno passionem tuam, mi Fili, & Deus meus. Video immeritam cædem tuam, nec opem ferre possum. Lugete mecum omnes discipuli Domini, dolorem meum & vulnus profundũ cordis mei contuentes.] Tandem verò præsentem Matriæ consolationem, qua seipsam in tantis angoribus fulciuerit, fidẽmque suam confirmarit, his verbis annectit: Fili mi charissime, venerortuas afflictiones: colo & adoro tuam misericordiã & magnanimitatem. Dedecus tuum Fili mi, decus cunctis factum est: mors tua facta est mundi totius vita. Cæterùm resurgito quamprimum Fili mi & Deus, quemadmodum prædixisti mihi, vt saluus fiat mundus, vtque gaudeam ego humilis mater tua, & mecum lætentur dilecti tui: in confusionem autem tui inimici omnes deueniant.] Cum hac lamẽtatione, quæ & Scripturæ testimoniis, & ipsa luce rationis facile stabiliri potest, haud malè consentit illa, quam Gregorius Nazianzenus eleganti conscripsit carmine, mariã quidẽ sic loquentẽ inducens:

Eamus ergo, eamus hinc, absit pauor:
Hic vita nobis esse quæ suauis potest?
Quin efferamus hinc pedem, vt videam mei
Tormenta Nati. Hei, hei mihi miserrimæ,
Charæ ò sodales, cerno nihil hic Filij,
Vsque adeo forma rara mutata & color.
Dilecte ò inquam, Filij vt vultum mei
Squalore vidi plurimo & sanie obsitum,
Mors sola votum est, vita mors tantum mihi.
Agite iam, agite vos, non sero vitam amplius.
Qui Vita cunctis es datus mortalibus
Communis, o dilecte Fili mi, quid hæc,
Aut quo iure nunc pateris admissum tibi
Quale istud, ò quod tam graues pœnas luis?

Alia Virginis affectus lamentatio ex cruce, ex Gregorio Nazianzeno.

Longum sit reliquam subiicere lamentationem, matre mœstissima dignam, & fideli tamen consolatione conditã, quã his verbis porrò Maria declarat:

Infestanobis cuncta damnorum agmina
Facile fugabit, morte mortem destruens.
Mox inferorum è tartaro vt caput efferes
Tibi perditorum hominum hoc genus pœnas dabit.

Quomodo Maria se in summo merore consoletur.

Pergamus verò alios quoque proferre testes, qui singularem Mariæ dolorem ex Filij cruce & morte collectum ostendant & comprobent, minus vt dubitari queat, summi perfectique amoris in eam affectum competere, quæ summos dolores, Christi causa perssenserit pertuleritque. Effugit illa quidem dolores, quos parturientes fœminæ, propter maledictionem à Deo primæ parenti inflictam, sæuissimos experiuntur. Sed quæ sola cum gaudio peperit, vt [a] Cyprianus, [b] Athanasius, [c] Gregorius Nyssenus, [d] Damascenus, [e] Bernardus pluresque testantur, non effugit dolores alios, qui parturientium omnium internos externósque cruciatus excedebant, cum vita morte esset illa acerbior, in qua dilectio mortem ipsam superauit, cúmque suam & nostram vitam Christiam morti omnium crudelissimæ & amarissimæ & contemptissimæ traditam, prorsus afflicta conspexit. Qua de re libet exponere, quod [f] Rupertus egregiè docet, vt hinc etiam Mariæ sub cruce dolores incredibiles rectius intelligantur: Si inquit, Apostolos suos in illa hora suæ passionis Dominus mulieri parturienti recte comparauit, dicens: Mulier cùm parit tristitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, iam nõ meminit pressurę propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc tristitiam habebitis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: quantò magis mulierem hanc statem iuxta crucem suam mulieri parturienti talem matrem, talis filius rectè similem duxit? Quid autẽ dico similem, cùm verè sit mulier, & verè mater, & veros habeat in illa hora partus sui dolores? Non enim habuit hæc mulier hanc pœnam, vt in dolore pareret, sicut cæteræ matres, quando infans sibi natus est: sed nunc dolet, cruciatur & tristitiam habet, quia venit hora eius, illa videlicet hora, propter quã de Spiritu sancto concepit, propter quam grauida facta est, propter quam completi sunt dies, vt pareret, propter quã omninò de vtero eius Deus homo factus est. Cùm autem hæc hora præterierit, cum totus iste gladius parturientẽ eius animam pertransierit, iam non erit memor pressuræ propter gaudiũ, quia natus erit homo in mundum, quia declaratus erit nouus homo, qui totum renouet genus humanum, totiúsque mundi sempiternum obtineat imperium: natus, inquam, id est, immortalis atque impassibilis factus, & angustias vitæ huius in æternæ patriæ

a Serm. de natiuitate Christi. b In declarationem Mariæ & Iesu. c In natiuitat. Christi. d De dormitione Deiparæ. e Serm. 2 in vigilia natiuitat. f Euangel. Ioan. lib. 13. Ioan. 16.

Quod dolores Maria in partu effugit, eos iuxta crucem filij patitur.

Testimonium Ruperti de Maria, quæ fuerit maior dolores parientis quam illorum omnium.

patriæ amplitudine supergressus, mortuorum primogenitus. Proinde quia verè ibi dolores vt parturientis, & in passione vnigeniti, omnium nostrũ salutem beata Virgo peperit, planè omnium nostrum mater est.]

Apocal. 2

Maria plus quam martyr in hoc incredibiles dolores effecta.

Qvid, quod Anselmus hos compatientis Marię dolores tãti facit, vt eam sanctis Martyribus, quamlibet atroces & horrendos cruciatus perferentibus, anteferre videatur: cum ita scribit: Quicquid crudelitatis inflictum est corporibus Martyrum, leue fuit, aut potius nihil, comparatione tuæ passionis. Non crediderim te potuisse vllo pacto stimulos tãti cruciatus, quin vitam amitteres, sustinere, nisi spiritus dulcissimi Filij tui te intus doceret, non esse mortem eum absumentem, sed magis triumphum omnia ei subiicientem.] Sequitur autem Anselmus hoc loco, ni fallor, Sophronium longè vetustiorem, qui & ipse Mariam plus quam Martyrem facit, & hanc rationem adiũgit: Alij namque sancti etsi passi sunt pro Christo in carne, tamen in anima (quia immortalis est) pati non potuerunt. Beata verò Dei genitrix, quia in ea parte passa est, quę impassibilis habetur: ideò (vt ita fatear) quia spiritualiter, & caro eius passa est gladio passionis Christi, plus quam Martyr fuit. Vnde constat, quia plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit, in tantum, vt animam eius totam pertransiret & possideret vis doloris, ad testimonium eximiæ dilectionis. Quæ quia mente passa est, plus quam Martyr fuit: nimirum quod dilectio eius amplius fortis, quam mors fuit: quia mortem Christi suam fecit.] His planè Bernardus consonat, qui Mariæ lamentationem integro est sermone cõplexus, & martyrium Virginis non solum ante, sed & post mortem vnigeniti filij grauissimum fuisse declarat. Nam postquam in cruce spiritum Christus emisit, crudelis lancea ipsius animam planè non attigit, lancea, inquam, quæ nec mortuo parcens, cui nocere non posset, illius latus aperuit: sed Mariæ animam vndique pertransiuit. Vnde plus quam martyr merito illa prædicatur, in qua nimirum corporeæ sensum passionis, vt idem loquitur, excesserit compassionis affectus.] In eandem sententiam concedit Bernardo vetustior Hildephonsus, & Mariam inter Martyres candidiorem digne prædicari asserit, quandoquidem gladius à Simeone prædictus ad animam eius vsque peruenerit, quando fugientibus Apostolis ad crucem stetit, & Dominum in crucem pendentem vidit. Tunc plus quam Martyr fuit, quia in animo non minus amoris, quam mœroris gladio intus vulnerata est, parataque stetit ad pœnam quãlibet excipiendam, si percussoris manus accessisset: quæ nimio amore demum vulnerata, testis extitit Saluatoris, & pio mœrore in animo cruciatum sustinuit passionis.] Notat itidem Amadæus, quod gloriosæ matris huius pectus tam pro Filij morte, quã pro Iudæorum perditione ineffabili dolore vrebatur, altissimoque pietatis iaculo confossum, extremas spirarit inter angustias, imò poculum ipsa morte amarius hauserit, quodque diuino adiuta munere fœmina id sustinere valuerit, quod nullum hominum genus ferre posset. Vicit sexum, inquit, vicit hominem, & passa est vltra humanitatem. Torquebatur namque magis, quã si torqueretur ex se: quoniam supra se incomparabiliter diligebat id vnde dolebat.] Vbi dolores adiungit alios, quibus Mariæ pectus grauissime discruciabatur, quum Propheticis oculis respiceret stirpis suæ magna ex parte condemnationem, gentis attritionem, patriæ ruinam, & sanctæ ciuitatis euersionem. Tum Bernardi discipulus Guerricus, quod Maria fida Christi assectatrix, & ad eius mortem vsque ministra sedula fuerit, hac oratione confirmat: Sed & cum Euangelizans circumiret Iesus ciuitates & castella, Maria comes indiuidua vestigiis eius adhærebat, pendebatque ex ore docentis, adeo vt nec procella profectionis, nec horrore supplicij à cõsectatu Filij & magistri potuerit abterreri. Stabat, inquit, iuxta crucem Iesu Maria mater eius: planè Mater, quæ nec in terrore mortis filium deserebat. Quomodo enim morte terreri poterat, cuius charitas fortis vt mors, imò fortior quam mors erat? Plane iuxta crucem Iesu stabat cuius mentem dolor crucis simul crucifigebat, suamque ipsius animam tam multiplex pertransibat gladius, quantis cõfossum corpus filij cernebat vulneribus. Merito igitur ibi mater agnita est, & cura ipsius idoneo tutori delegata est, vbi maximè probata est, & matris ad filium sincera charitas, & filij de matre vera humanitas.] Notat & Gerson nobilis ille Cancellarius, Mariam non solum cum Iesu gaudente gauisam esse, sed & cum flente fleuisse, ac tempore quidem Dominicæ passionis tam in filio quam in matre duplex quoddam canticum, profundissimæ nimirum lamentationis & altissimæ exultationis repertum esse. Summum enim luctum, nec minorem lamentationem, sicut super morte Primogeniti, hæc pia Mater assumpsit, quæ simul quoniam humanæ redẽptionis fuit singularis amatrix, suum filium tuique viscera in crucem ac mortem diris simam tradi consensit, neque sine gaudio talem hostiam, quæ toti mundo purgationem & salutem adferret, vna cum ipso filio Patri cælesti obtulit in odorem suauitatis. Qua ratione illud impleuit, quod à Paulo scriptum est: Hilarem datorem diligit Deus.

Ex quibus omnibus, vt semel finiam, quiuis facile animaduertat, non solum Christi Domini tolerantias in cruce afflictiones, sed & Mariæ tunc in animo perceptos dolores acerbissimis illis supplicijs, quæ vllus Martyrum subiit aut subiturus est, anteferri oportere. Deinde hinc colligi potest, nostram Virginem tanto magis doluisse, quanto vehementius eum diligeret, qui summe amabilis fuit, ex huius autem amoris magnitudine incredibilem compatientis Matris mœrorem prodiisse, vt illa etiam à Deo veluti derelicta videri posset. Rursus quoniam hos illa dolores cum perfecto Christi amore coniunxit, consequi necesse est, eandem maximè promeruisse, vt à Christo, de cuius calice tantum amaritudinis bibit, maximam reciperet consolationem, atque à nobis etiã hoc nomine peculiariter & amaretur & honoraretur. Qua de re libet adiungere, quid Bonauentura scripserit, primariis quidẽ schołæ Doctoribus merito annumeratus, & cuius non modica laus est in Ecclesia Dei. Præcipuè, inquit, merebatur in Christi filij sui passione beatissima mater & virgo Maria, cui patiẽti, quantũ sexus muliebris fragilitas sustinere poterat, cõpatiebatur. Nullo tamen modo est dubitandũ, quin virilis eius animus & ratio constantissima vellet etiam tradere filium suum pro salute humani generis, vt Mater per omnia conformis esset Patri. Et in hoc miro modo debet laudari & amari, quod placuit ei, quod vnige-

Quã fida Virgo fuerit in filio affectando eiqueque ad crucem adhærendo.

Serm. 4. de Assumpt. Virginis

Cantic. 8

Duplex canticum lamentationis & gaudij in Christo patiente.

& Maria compatiente notandum.

2. Cor. 9

Quæ notanda sint breuiter è superioribus; præsertim de Mariæ doloribus, ac eorundẽ magnitudine & meritis.

In lib. 1. sententiarum. distinct. 48. quæstione vltim.

maria licet de filii cruciatibus doleret, tamen placuit ei crucifixi filium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitus suus pro salute generis humani offerretur. Et A tantum etiam compassa est, vt si fieri potuisset, omnia tormenta, quæ Filius pertulit, ipsa multo libentius sustinuisset. Verè ergo fuit fortis & pia, dulcis pariter & seuera, sibi parca, & nobis liberalissima. Hæc ergo præcipue est amanda & veneranda post Trinitatem summam & eius Prolem beatissimam Dominum nostrum Iesum Christum.] Quę doctissimi, licet non valde diserti Theologi sententia tãto maiorem fidem promeretur, quanto certius è sacris literis constat, Christum [a] inquirentibus se, & [b] calicem suum bibentibus, aut propter se [c] crucẽ sustinẽtibus vt fidissimum, ita & liberalissimũ esse remunerotem, qui & omnem [d] lachrymam ab oculis eorũ velit abstergere, illudque demum efficere, vt in quibus membris suæ passiones [e] abundant, in eisdem abundet etiam sequens consolatio, atque vt præcedẽs leuis & momẽtanea tribulatio, supra modum in sublimitate [f] pondus æternum gloriæ operetur.

Maria fortis & pia dulcis & seuera in passione filij.

a Hebr. 1
b 2. Tim. 22
c Luc. 9
d Apoc. 21
e 2. Cor. 1
f 2. Cor. 4

PROINDE cum Christus à morte funesta reuixit, se continere non potuit, quin gratitudinis ergo mœstissimam Matrem primum inuiseret, illamque ante alios suæ gloriæ & consciam & participem redderet, sicut his ferè verbis Rupertus exponit: Ingens gaudij torrens repente inundans, locumque vulneris replens, Mariæ animam ferro doloris confossam inebriauit, quum rediuiuus Filius illi ante omnes mortales victoriam suam annũciauit, & dulcia carnis suæ vulnera deosculanda præbuit. Absit enim, vt qui in lege sua patrem & matrẽ honorate præcepit, matrem propter se doloris gladio transuerberatam, tam dura negligentia, vt idem inquit, talis Filius inhonorauerit.] Sed & Ambrosius, qui Rupertũ multis præcesserit seculis, dicere non veretur: Vidit Maria resurrectionem Domini, & prima vidit & credidit. Vidit & Maria Magdalena, quamuis adhuc ista nutaret.] Tum præter alios confirmat Anselmus, quod resurgens à morte Christus matri primum apparuerit: quemadmodum multo antè docuerat etiam Sedulius, cuius carmen adscribam.

Lib. 7. de diuinis officiis cap. 25

Christus resurgẽs matri primũ apparuit, illamque ante alios voluit consolari.

Exod. 20

Lib. de excellentia Virginis ca. 6

Libr. 5. cap. vltim. de ab. sectione Synagogæ.

Hæc est conspicuo radians in honore Maria,
Quæ cum clarifico semper sit nomine Mater,
Semper Virgo manet: Huius se visibus Astans,
Luce palam Dominus prius obtulit, vt bona mater
Grandia diuulgans miracula, quę fuit olim
Aduenientis iter, hæc sit redeuntis & index.

Rom. 8
2. Tim. 2.

IAM si veris Christi membris capiti suo compatientibus promissum est illud: Si compatimur, & cõregnabimus: Si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus, quantum demum gloriæ atque splendoris, quantum gaudij ac præmij quæso, Christus in regno suo liberalissimus tali repender Matri, quę sibi cum alias semper, tũ in extremis illis maximisque pœnis, vt nullus alius, intime compassa fuit, & ad mortẽ vsq; fidelissime astitit, tot iaculis gladiisque cõfixa, quot immanes angores ac dolores ob Christum subiit, ac mœstissimo corde consumsit? Quid tali Matre nunc lætius, quid in cęlis augustius, Christoque charũ magis & coniunctũ esse potest? sicut sequẽti libro demõstrabimus. Quid verò, si Maria suis in cruce doloribus hoc etiã promeruerit, vt nõ solũ Ioannis Apostoli, sed & nostrũ omniumq; credẽtium spiritualis mater diceretur & esset? Sensit ita quidem supra citatus Rupertus, atq; hisce verbis ostẽdit: Quia verè ibi dolores vt parturientis, & in passione vnigeniti omniũ nostrũ saluté

Mariæ ob summas afflictiones summa præmia competere.

Maria omniũ nostrũ mater esse meruit te ste Ruperto.

Libr. 13. in Euang. Ioãnis.

beata Virgo peperit, planè omniũ nostrũ mater est. Igitur quod de hoc discipulo dictũ est ab eo, qui instissime curam suæ matris habebat: Mulier ecce filius tuus: itemque ad eundem discipulum: Ecce mater tua: rectè & de alio quolibet discipulorũ, si præsens adesset, dici potuisset, quod omnium illa mater sit.] Atque vt minus ab hoc loquendi genere abhorreant aduersatij, quo Maria credentiũ mater appellatur, vtitur eo quoque Lutherus, ac magni gaudij præcipuæque consolationis loco haberi vult, quod credat Christianus atque glorietur, Mariam veram suam matrem, Christum fratrem, & Deum Patrem esse: *Hæc enim omnia*, inquit, *vera sunt, ac omnia ita cõiungunt, si modo credimus.* Nec pudet Caluinũ dicere, Mariam nostrã esse magistram, cuius sese quasi discipulum his verbis profitetur: *Libenter Mariam amplectimur* B *magistram, eiusque doctrinæ & præceptis obtemperamus.* Nos verò vt Mariam & matrem & magistrã in vera Ecclesia esse, semperque futuram haud grauatim cõcedimus: ita Lutherum, Caluinũ ac alios, qui Christi tunicam, hoc est, Ecclesiæ vnitatem nefarie scindunt, ad Mariæ familiã & scholã pertinere omnino negamus, præsertim quum à sanctę humilitatis obedientiæque disciplina, quam à suis filiis & discipulis Maria imprimis requirit, sint prorsus alieni. Atque hactenus de Mariæ doloribus dictum sit: eaque omnia suo carmine, velut illustri sigillo, nobis cõsignabit Poeta, imò Poetarũ nostri seculi princeps Hieronymus Vida, idemque Albæ Episcopus. Is Mariam circa crucem Domini versantem hoc modo venustè depingit.

Mariæ ad filium Crucifixum oratio & obtestatio.

Iesum 23

mariam matrem dari & esse fratrem. Lutherus

In Psalm. circa Euangel. de nativ. Christi.

In harmonia Euangelica circa fin. Luce.

Calumnia Caluinianæ discipulum esse Mariæ magistræ.

Scitum ad Mariæ familiam & scholã non pertinere.

Libr. Christiados.

Hæc memorans simul ibat eam sine more ruentem,
Rumpentemque aditus, per tela per agmina densa
Reiciunt clypeorum obiectu, & longius arcent:
Iam magis atque magis non vanis signa timoris
Clarescunt, propiusque in vertice conspicitur crux
Ingens, infabricata, & iniquis asperanodis.
Vt vero informis mulctatum funere natum,
Affixumque trabi medijs eam in morte teneri
Aspexit coram infelix, vt vidit ahena
Cuspide traiectas palmas, palmasque pedesque,
Vulnificisque genas, fœdataque tempora sertis,
Squalentem vt barbam, turpatum vt sanguine crinem,
Deiectosque oculos dura iam in morte natantes,
Inque humerum lapsos vultus, morienti aque ora,
Alpino stetit vt cautes in vertice surgens,
Quam neque concurrunt venti, neque fœua trisulco
Fulmine vis cæli, assiduus neque diluit imber,
Hispida, canagelu, longoque immobilis ævo.
Ipsi illam montes, ipsa illam flumina longe
Videre ingentem fessæ miserata dolorem,
Eque sacro aereæ lachrymarunt vertice cedri.
Filius at postquam pinu conspexit ab alta
Dilectam genitricem, animi miseratus in illa,
Vt potuit, subito morientia lumina fixit
Semianimus, dulcemque oculis respondit amorem.
Mox sic exanguem visu, vix tamque dolore
Affari extremum, curasque auertere dictis.
Hactenus ô mulier fletu nos: non te tamen ægram
Tantus edat tacite dolor: haud sine mente parentis
Hæc ferimus, solo qui temperat omnia nutu.
Hic tibi pro nato (admotum nam sorte parenti
Vidit Ioannem lachrymantem, & multa gementem)
Semper erit, iuuenem mox idem affatur amicum:
Hæc tibi erit genitrix: ovo tutare relictam
Tu saltem, & matris seruа communis amorem.

Elegans certamen Filiorum Mariæ flante sub cruce Filio.

Qualem Christum in cruce spectauerit Mater.

Quomodo spectauerit Mater Dominum in cruce.

Quomodo Christus ex cruce matrem dilectissimi discipuli commendarit, & de compensatione.

Protestatio eũ Mariæ ita affectam fuisse.

His

His dictis lachrymis perculsis mentibus hostes
Non ipsi tenuere: feræ ingemuere cohortes.
Hic demum matri rediit vox saucibus ægræ,
Ingentemque dedit gemitum, tum robora largo
Tristis, imexpletum lachrymans, lauit humida fletu,
Et tales amplexa trahem dabat ore querelas:
Num quem te miseræ matri pulcherrime rerum
Nate refers? talin' voluisti occumbere lætho?
Nec tibi noster amor subiit, ne funera adires
Talia, ne culpam alterius hac morte piares,
Et lethale dares miserę sub pectore vulnus?
Heu quem te nate aspiciens tua illa serena
Luce magis facies aspectu grata? tuine
Illi oculi quæ tam scelerata insania tantum
Ausa nefas? heu quam nato mutatus ab illo,

A *Cui nuper meus impubis, omnisque iuuentus*
Occurrit festam venienti læta per vrbem,
Perque viam vt regi velamina pictura,
Arbor eaque solo frondes, & oleastra serta
Sub pedibus strauere, Deum omnes voce fatentes?
His exornatum gemmis, hoc murice cerno?
Hos hos horribili montu trepidantia corda
Terrificans semor luctus sperare iubebat,
Et cecinit fore, cum pectus mihi figeret ensis.
Nunc alte mucro, nunc alte vulnus adactum.
Saltem huc serte oculos vos, ô quicunque tenetis
Hac iter, & comitem dulci me reddite nato,
Quando nulla mihi superant solatia vitæ,
Atque meo maior nusquam dolor, addite me me
Huic etiam, si qua est pietas, & figite trunco.

De Simeoni vaticinio Mariæ gladium prædicente.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

Quo iudicio legendi sint Patres, si cubi Mariæ Virgini parum esse propitij, vel dignitatem eius imminuere videantur: quid præterea veterum testimonijs quæ obiiciuntur, sit à Catholico respondendum.

VERVM equidem, ne morosi B quidam, ac etiam iniqui Censores tacite cogitent secum, adeoque palam querantur, nos multa quidẽ hactenus ad Mariæ dignitatem astruendam ex Patrũ scriptis adferre, sed alia interim callide dissimulare, in quibus idem Patres de matre Domini non optime sentiant, sed causam illius interdũ premant, ac ita faciant suspectam, vt Maria vix à peccato excusari ac defendi posse videatur. Nec desunt profecto, qui sibi blandiantur, magnamq; voluptatẽ capiant ex Patrũ dictis, quum in his Mariæ parũ tribui, & ab eius veneratione homines abduci, ac virtutẽ eius & gloriam obscurari legũt vel audiunt. Tanta enim istorũ imprudentia, ne dicam insania esse solet, vt velut ex horto amœnissimo & optimis floribus referto, spinas quam rosas colligere malint: & sicut immundæ fues, siliquis potius quã gemmis delectentur, in hoc vno peruersę ingeniosi, vt quæcunq; possunt, ex veterũ monumentis ad contentionẽ, imò ad præsentis Ecclesiæ despicientiã rapiant detorqueantq;. Igitur quæ ad sacratæ Virginis laudẽ & reuerentiã spectãt, quoniã Ecclesiæ pergrata esse intelligũt, cœcis velut oculis transeunt, & crebro in Patribus calumniãtur. Contra verò quicquid ad tantæ personæ vel extenuationẽ vel iniuriam aliqua ex parte referri potest, id si apud veteres legant, stellulis & asteriscis & indiculis adiectis subnotant, idemq; studio quodam excerpere, repetere, efferre, inculcare, decantare mirisque modis exaggerare consueuerunt. Tanta nũc demum libido est, Mariæ in his præsertim quæ ad veneration em & cultum eius pertinent, clam, palã obtrectandi: atque hunc præclarum, scilicet, fructũ nostri homines ex veterum lectione venantur atq; cõsequuntur. Quocirca committere non possum, quin sub Libri huius finẽ simul & quorundam imbecillitati cõsulam, & aliorum peruersitati resistã, & quoad eius fieri potest, omnibus hac in parte pro nostro modulo satisfaciam. Primum verò de aduersatiorũ petulantia, tum de Patribus rectè intelligendis, & postremo de locis quibusdam veterũ quæ obiiciuntur, prudẽter mitigãdis, fauẽte Domino, disseremus.

Scriptores veteres antiquato ritu iniquè tractari, & sub quo præxtu reprehendantur, vel deseruntur.

IN primis bonis dolendum omnibus puto, tãtam eorum, qui nouandæ religioni student, & audaciam & petulantiam existere. vt veterũ Ecclesiæ Doctorum scripta, dicta, facta, leuiter deserant, seuere carpant, improbe calumniẽtur, vtque venerãdam antiquitatem ridere magis, quam Patribus debitam tum authoritatem, tum reuerentiam præstare videantur. Nam quod adferre solent atq, obtendere, sententias Patrum ad Scripturæ diuinæ normam, & ad fidei analogiã reuocari & expendi oportere, inanis dũtaxat istorũ fucus & aperta fraus est, nimirũ vt eo prętextu sibi omne de Patribus iudiciũ sumant & vsurpẽt, neq; plus illis, quam sibi commodũ viderint, largiantur. Sic enim viam sibi muniunt, vt quandocũque velint, Patrũ authoritatẽ & sensa modo recipere, modo damnare possint, perinde ac si vel soli, vel maximi sint ipsi Iudices religionis, & de sensu Scripturę arbitri omni exceptione maiores nobis haberi debeant. Quid verò isti tandẽ sibi volunt ac arrogant, qui post hominũ memoriam bellum cũ Patribus tam apertum, iniquum, atrox, vt nulli vnquã fecerunt Hagiomastiges, tot iam annis instituunt atq; gerunt? Sed res exemplis illustranda est. An non eximius Ecclesiæ doctor Hieronymus tot seculis, nec iniuria quidẽ, existimatur? & hũc infamis Beza, ne parũ sit impudens, Apostolo iniuriũ, aperte blasphemum, sceleratum, impium, & qui audacia intolerabili Scripturas palam detorserit, audet appellare. Quis inter primarios Ecclesiæ Latinæ doctores Gregorium esse Magnum ignorat? sed hunc Bezæ magister Caluinus in spiritus Dei schola edoctum negat, sicut idem sanctissimi martyris Ignatij epistolas tot modis probatas pro insulsis næniis ducit, ac eandẽ ferè notam Patribus omnibus de satis factione scribentibus inurere non veretur. Rursus nõ obscurum est, quam præstantes Ecclesiæ Doctores ac Patres tertium Ecclesiæ seculum tulerit: sed hos tanri criminis insimulant Centuriatores, qui doctrinam de pœnitentia mire deprauauerint, ac iidem Rapsodiarum consarcinatores hoc sibi vel maximè propositum tenent, vt ætatum omnium Patres deprauatæ doctrinæ, præsertim in

Bellum apertum cum Patribus gerit Centuriatores, vt probãt exempla sequentia.

Annotatione in 23. cap. Actor.

Lib. 3. institutionum ca. 11 Sess. 5. Et lib. 3. cap. 20 Sess. 20.

In 3. Centũ.

Qui scopus Centuriatorũ in suis Rapsodiis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustificationis articulo, reos agant, eorumque Doctorum fidem eleuent, qui iustitiam hominis in sola fide locandam esse inde à primis Ecclesiæ temporibus negauerunt. Præclare in Ecclesia fulsit Theologorum lumen Augustinus: admirabilis Doctor, & ante hunc inuictus martyr Christi fuit Cyprianus, vt totus prædicat orbis Christianus. Verum de his aliisque similibus audi, quæso, Bestiam resonantem: *Nihil curo, etiamsi mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ contra me starent*: sicut pro sua modestia Lutherus cum Rege colloquens pronunciauit. Tum huius discipulus Melanchthon se veteris Ecclesiæ tam iniquum Iudicem præber, vt nullus ferè Patrũ illi satisfaciat, sed in omnibus, nescio quas stipulas & nævos & corruptrelas sui seculi, hæsisse more suo queratur. Pomeranus verò, vt suæ acerbitatis virus in Patres effundat, eos Montanico spiritu per traditiones humanas & doctrinas Dæmoniorum excæcatos dicere non formidat, & pro suo, scilicet, imperio hanc legem tradit: *Non debetis Patribus credere qui ex vno ore calidum & frigidum efflant.* Prætermittam alios id genus maledicos æui nostri scriptores, quibus tãtum ludus est, Patres minima de causa perstringere, lacerare, conspuere, vulgoque ridendos proponere, nimirum vt horum ignominia sibi ac suæ Sectæ gloriam parent, vtque nouos suæ Sectæ Doctores veteribus anteponant. Proinde nec Pontificum constitutiones admittunt, nec veterũ Theologorum sententias magni pendunt, neque totius Ecclesiæ consensu, Apostolicisue traditionibus cõmouentur, & quod omnium est indignissimum, ne sacris quidem Conciliis suam tribuunt authoritatem: sed omnia propemodum, quæ à maioribus constituta, tradita scriptaue sunt, quoties ipsorum fert libido, in controuersiam reuocare tentant, ita vt nihil omnino certum, sanctum, ratum ac firmum in religione persistere nobis posse videatur. Qua in re tolerabiliores iam olim & æquiores erant Ariani, macedoniani ac Eunomiani: quoniam Patrum sententiis & præiudicio se oppugnari, & Catholica dogmata veterum authoritate cõfirmari non grauatim patiebantur. O pudendam igitur simul & deplorãdam horum temporum calamitatem, in quibus cæci & ingrati homines, illas columnas, illa lumina ciuitatis Dei non suspiciunt ac venerantur: illos veterum labores & sudores pro communi fide & pietate susceptos non agnoscunt ac exosculantur: eorumque singularem authoritatem, in quibus, velut electis organis suis, locutus est, & Ecclesiam docuit Spiritus sanctus, non audiunt atque colunt. sed hos præcipuos Euangelij testes & Ecclesiæ ciues maledictis potius ac blasphemiis publice insectantur.

Quomodo Lutherus se Patribus omnibus impudẽtissime anteponat.

Lib. contra Regem Angliæ.

In lib. de authoritate Ecclesiæ.

In explicatione lonæ Prophetæ.

Quam indigne Patres tractentur à nouis Sectariis

IAM VERO vt ad cautionem in Patribus obseruandam accedamus, non eadem sanè omnium illorum ratio habenda est, quoniam non æque profecto sancti, non æque docti & probati omnes extiterunt. Ac rursus non rata & firma omnia, quæ probati etiam ab Ecclesia Doctores literis prodiderunt, sed ab his quædam disputandi potius, quam affirmandi gratia proferuntur, neque pro certa necessariaque fidei regula vel doctrina traduntur. Licuit veteribus de nonnullis rebus ambigere, quod iudex & magistra veritatis Ecclesia suam de illis sententiam nondum interposuisset: cuius alioquin Ecclesiæ iudicio Patres omnes Orthodoxi, se suaq; scripta omnia semper promptissime subiecerunt, nihil

Quæ cautio in legendis & iudicandis Patribus adhibenda sit.

A laturi molestius, quam si à veritatis columna (vti vocat Apostolus) vel modice auellerentur: Loquitur interim (quis neget?) in his suis selectis Spiritus sanctus, sed non æquè infallibiliter & certò, sicut in primariis illis fidei nostræ Ducibus & Magistris, Prophetis ac Apostolis sacrosanctis. Loquitur autem tunc maximè in Patribus, quum illi vno velut ore de veritate testantur, ac docent consentienter, illo nimirum afflati spiritu, qui spiritus vnitatis & pacis merito nuncupatur. Est & illud Spiritus in Patribus loquentis euidens argumentum, quum ecclesiæ calculo sensa illorum comprobantur, quia Christus non huic aut illi Doctori, sed Ecclesiæ promisit Spiritum veritatis, qui per ætates omnes ndus perpetuusque Doctor in ea perseueret qui præterea vt per se falli & errare non potest, sic & Christi spõsam ab erroris macula tueatur semper immunem, eamque veritatis columnam & firmamentum solidũ efficiat atque conseruet. Atque huc spectat quod Vincẽtius Lyrinensis, vt Christianum tyronem aduersus Hæreticorum artes & fraudes armaret, clarissime scripsit. Quicquid non vnus aut duo tantum, sed omnes pariter, vno eodemque consensu apertè, frequenter, perseueranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit Catholicus, id sibi quoque intelligat absque vlla dubitatione credendum.] Atque hęc fatis in præsentia de Patribus, partim vt viam nobis ad tractationem reliquam muniamus, in qua veterum quorundam dicta expendenda sunt, partim vt aduersariorum arrogans supercilium reprimamus, qui prorsus inutili, imò & peruerso studio vndecunque corradunt Patrum siue opiniones, siue sententias, quæ contra Ecclesiæ sensum atque consensum Virginis nostrę gloriam extenuare, & aliqua ex parte labefactare posse videntur. Quid verò mirum est, quædam à Patribus cum de Maria tractant, non ita circumspecte fuisse dicta, quæ curiosos, imbecilles & scrupulos facilè offendant, & ab illis aliter, ac in deteriorem plerunque partem accipiantur? Etenim res ipsa docet, eosdem veteres de summo sanctissimoque Trinitatis mysterio duriuscule, tamque incommode loqui aliquando, vt illorum verba cum recepta Theologorum sententia ægrè possint conciliari. Sicut igitur Diuinitatis ac Trinitatis mysterium quo nihil extat venerabilius, propterea conuellendum non est, quòd nonnulli veterum de tantis arcanis ambigue, suspecte parumque solide disseruerunt, cum nondum satis de veritate constaret: ita Mariæ honos & gloria non periclitatur ex authoritate paucorum, qui vel inconsideratius, vel acerbius de illa fortè loquuntur, quum alioquin alij protectores ex Patribus, & acerrimi vindices eidem neutiquam desint.

Spiritus Sanctus loquitur in Patribus, sed modificate, vt scilicet quod Spiritus inde vere loquitur.

2. Tom. 3

Cæterum vt ad eiusmodi veterum dicta veniamus, quæ cum Mariæ virtute & excellentia in speciem pugnant: primum apud Cyprianum legitur quod Christus auditores verbi pauperes spiritu matri suæ prætulerit, cum dixit, eos esse sibi pro matre & fratribus, qui Patris obtemperant voluntati. Vt autem omittamus, à doctis quibusdam dubitari, sitne γνήσιον Cypriani opus, quod Sermonum eius titulo circumfertur, certè quod ad propositam sententiam attinet, non video, cur Mariæ dignitas hoc dicto valde obscuretur ac imminuatur. Quod enim ex Euangelio nobis adfertur, non aliter accipiendum est, quam ipsa Euangelij verba rectè intellecta depoſcunt

De Cypriani loco de Maria quando de ea loquatur.

Matth. 12.

Serm. de sanctis Dominis.

Cur nonnulli veterum quædam de Maria non caute satis protulerint.

depoſcunt. Docuimus autem, quod hic necessario repetendum est, Mariam in præsenti Euãgelij loco, duplici modo spectari oportere: aut quatenus mater est Domini secundum carnem tantum, vt nudũ filio exhibuit ministerium, ac nihil alioquin spiritualis habuit cum Christo cognationis (quemadmodũ fratres Domini, qui in eadem historia proponuntur, carnali duntaxat affinitate Christo fuere coniuncti) aut vt mater est non carne tantum, sed spiritualiter etiam Christo coniunctissima, & in voluntate Dei facienda nulli sanctorum postponenda. Cyprianus igitur, cum discipulos Euangelio Christi obedientes Mariæ præferre videtur, priori modo de matre Domini loquitur, illorum nempè opinionem sequens, qui matrem eandem illic à filio increpari, & ab eius colloquio seuere repelli sentiunt: nõ quod Maria peccasset, aut gratia plena esse desisset (vti fingunt Nouatores) sed propter mysterium, quod admiranda Dei sapientia eo facto, vt diximus, primum Iudæis, ac deinde gentibus omnibus voluit demonstrare.

Maria nobilis in Euangelio spectanda, vt Christi mater corporalis tantum vel vt corporalis simul & spiritualis.

Tertullianus eandem de Domini matre sententiam profitetur, sicut & alia multa veteres scribunt.

Lib. contra Praxeam Montanistam.

Idem respõsum volumus Tertulliano, qui satis dure scribit, matrẽ æquè sicut fratres alios, quos incredulos fuisse fatetur, Christo nõ adhæsisse, cum Martha & Maria alia (vt verbis eiusdem vtar) in cõmercio Domini frequententur. Sed per in cogitantiam hoc excidisse Tertulliano, sicut alia multa nõ solum falsò, sed etiam hæretico spiritu delusus effudit, quia suo magis ingenio, quam communi Ecclesiæ iudicio in multis fidere voluit. Verum testimonio Spiritus sancti Mariæ defensa est, vt sanctis mulieribus aliis vel æquari, vel posthaberi minimè possit, quæ inter mulieres omnes benedicta, præcellentem & incomparabilem virtutis dignitatisque gradum adepta est, sicut Libro tertio demonstrauimus. Quid, quod seipsum quasi corrigit Tertullianus? cùm paulo post nobiscum planè sentit, ac verã præsentis loci sententiam explicat. Soler, inquit, adimplere Christus quod alios docet. Quale ergo erat si docens non tanti facere matrem ac fratres, quanti Dei verbum, ipse Dei verbum, nunciata matre & fraternitate deseruisset? Negauit itaq; parentes, quomodo docuit negandos pro Dei opere. Sed alias figura est Synagogæ in matre abiuncta, & Iudæorum, in fratribus incredulis. Fons erat in illis Israel, discipuli autem noui intus audientes & credentes, & cohærentes Christo, Ecclesiam delineabant, quam potiorem matrem & digniorem fraternitatem, recusator carnali genere nuncupat. Eodem sensu denique & illi exclamationi respondit, non matris verum & vbera negans, sed feliciores designans, qui verbum Dei audiunt]

Tertullianus explicat quæ videtur scripsisse contra Mariæ dignitatem.

Luc. 11.

Vnde non obscure colligi potest, Cyprianum & eius magistrum Tertullianum hoc loco sic de Maria scribere, vt illius collationẽ cum Gentibus Euãgelium rectè & cum fructu audientibus faciãt, quia Synagogæ typum in Maria eiusque cognatis à Christo exclusis proponunt. Præterea hi Patres innuunt, verè credentes & obedientes Euangelio, quadantenus matre Christi feliciores esse, si hæc nempè sine fide & obedientia consideretur, & carnalem solum cum Christo cognationem habere intelligatur, sicut vulgus tunc hominum existimabat, quorum captui & persuasioni Christus de matre duriuscule loquens prudenter se accommodasse videtur. Quod autem Cyprianus omnino senserit, Mariam piis & iustis præferendam magis quam exæquandam, nedum postponendam esse, aliis eiusdem verbis perspicuè potest euinci. Tãtum enim sanctus ille martyr Mariæ tribuit, vt clarè testetur, huic matri plenitudinem gratiæ, & virgini abundantiorem gloriã deberi. Præterea docet, eam carnis & mentis integritate insignem extitisse, quæ spirituali & corporali intus & extra Christi præsentia frueretur: in qua legem mentis lex carnis non infestauerit, neque rebellio vlla quietem spiritus afflixerit. Affirmat etiã, quod Spiritus sanctus ad verbum Gabrielis elapsus, à venerabili pectore Matris huius non recesserit: qui spiritus domum suam possederit, & templum, quod sibi consecrauerat, adornarit, suumque sacrarit sacrarium, & sanctimoniæ thalamum honorarit. Quis ergo ambigere possit, quin Cyprianus Mariam non solum extulerit, sed etiam sanctis aliis prætulerit, de qua nihil nisi sublime, perfectum, eximiéque sanctũ voluerit existimari? Tum si Tertulliano credimus, quod Eua credendo deliquit, Maria credendo deleuit: & quod per illam abiit in perditionem, per hanc redactum est in salutem: tantum abest, vt hic excellentem Mariæ sanctitatem & gloriam aut ignorauerit, aut negauerit: quam & ipse alibi beatissimam & gloriosissimam vocat.

Serm. de natiuit. Christi.

Lib. de carne Christi.

Cyprianus suã Mariam sanctis aliis antepositam fuisse.

Lib. de resurrectione carnis.

Mariam Tertullianus valde cõmendat.

Svnt præterea Veteres, qui Mariæ virginitatem aliqua ex parte in dubium vocẽt. Idem enim [a] Tertullianus & [b] Origenes ([c] Ambrosium enim excusare difficile non est) negare videntur, Mariam clauso vtero peperisse. Demus autem hoc paucis & peruetustis Patribus, qui de perpetua Mariæ virginitate nec legem acceperant Ecclesiæ, nec aliis legem credendi promulgare volebant, sed aliquando sine magno fidei periculo in suo sensu abundarunt, Nos verò supra commonstrauimus, quid postea Ecclesia præceperit, docuerit, probarit: Christum videlicet, sine nixu, sine dolore ac sordibus parturientis, clauso matris vtero, per integra virginitatis claustra prodiisse, non aliter sanè, quam solaris radius per vitri soliditatem sine vlla eius læsione ingreditur. Igitur Christum patefacto corpore Virginis essenatum nõ secus accipiendum est, quam à Patribus explanari solet illud: Masculus ad aperiens vuluam, de solo Christo dictum videlicet, non quod ille materni ventris hospitium ipso egressu deuirginauerit (sicut Beda loquitur) sed quod apertionis nomine humana corporis Filij Dei, qui ex incorrupto vtero nascebatur, veritas designetur. Qua de re tam multis antea disseruimus, vt pigeat ac tædeat, & ne deceat quidem pluribus nunc agere. Rectè igitur Hildephonsus affirmat, & Patrum testimoniis probat, quod Christus matris vterum non aperuerit, vtpotè miraculosè natus, quum per clausam Virginem in ortu suo egrederetur, sicut à morte resurgens, per sepulchrum signatum & clausum prodiit, ac deinde per clausas ianuas ad discipulos venit. Beata Dei genitrix, inquit, vt verè Virgo dicatur, dum parit, ex toto rectè clausa more virginum & incorrupta creditur: quod si non ita maneret incontaminata, vt reliquæ Virgines, verè Virgo non esset.]

An Maria clauso vtero peperierit.

Vide Thom. 3 parte 3 quæst. 28. Artic. 2.

Quomodo Christus dicatur matris vterũ aperuisse.

Serm. de natiuitate & purificatione B. Mariæ virginis. Ioan. 20.

Nec ignoramus contra ea (quæ [d] Basilius aliiq; à nobis adducti Patres asserunt) ab [e] Origene tradi, Mariam post partum purificatione indiguisse. Sed hic ab aliis responsum est, Origenem sic Mariam purificationis indigentem facere, non quod loquatur de purgatione ab immunditiis & sordibus pec-

An Maria post partum indiguerit purificatione, vt vult origines.

d Homelia de humana Christi generatione.

e Homilia 14. in Luc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cati, quibus Mariam non fuisse obnoxiam constat, A sed de ritibus & cæremoniis, quibus Moyses communes puerperas lustrari iusserat: hoc igitur purgationis genus necessario, id est, decenter vsurpati à matre illius, qui legem cum suis cæremoniis impleturus venerat, non destructurus. Alioquin non Veterum modo, sed & Nouatorum testimonia nobis hoc ipso Libro citantur, quæ apertè conuincant Virginem à lustrandarum puerperarum lege omnino immunem exemtamque fuisse, quam velut indicans Moyses dixerit: Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, vt Veteres interpretantur. Monuimus etiam Origeni non esse fidendum, vbi temere Mariam in fide suspectam reddit, velut circa filij sui crucem ac mortem scandalum, ac in fide dubitationem, & nescio quam infidelitatem admiserit, quum illic excellen- B tem fidem Deipara vel maximè declararit. Cuius erroris causa ex varicinio Simeonis nata videtur, Origene sensum falsum affingente his verbis: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Hoc enim non de scandali, vt ille putauit, sed de doloris gladio accipiendum erat, sicut norunt eruditi, nosque multis confirmauimus. Et tamen Græci quidam ex veteribus Origenicum sequuntur errorem, quorum dicta quomodo excusari, & sine offensione accipi possint, supra itidem indicauimus.

Matth. 5

Leuit. 12

Homil. 17 in Lucam.

Lucæ 2.

Iam verò nec illud quenquam debet offendere, si quando apud Veteres legat (quod perraro quidé vsu venit) in Maria non fuisse plenam diuinitatis Christi cognitionem. Id quod rectè ac sanè acceptū nihil habet absurdi, modo intelligas, Mariæ fidem C atque sapientiam eo non peruenisse, vt quæcunque ad diuinam humanamque Christi naturam spectāt mysteria, in terris plenè sit assecuta, cum in horum cognitione profecerit, & subinde alias atque alias acceperit reuelationes. Testātur interim docti, quibus [a] Albertum Magnum & [b] Dionysium Rickeliū annumero, Mariam ea quæ sunt fidei quantum puris, vt vocant, creaturis comprehendere fas est, clarissime penetrasse, & fide alios etiam Propheras excelluisse, ac religionis nostra arcana non modo per signa certissima, sed etiam per experientiam bona ex parte cognouisse, & perfectam rerum earum cognitionem habuisse, quæ secundum huius vitæ statum ad excellentem eius beatitudinem pertinerent.

a In libr. de laudib. beatæ Virginis, li. Libr. 2. de Laudibus eiusdem Virginis. Art. 12

An Maria nō nunquam cæ uerit notitia diuinitatis Christi.

Insignis Pictauorum Episcopus fuit Hilarius sed qui non caret dictis incommodis ac improui- D dis opinionibus, quæ speciem quādam erroris ostēdant. Indicat Deiparam Virginem, imò & Sanctos omnes, in extremi iudicij die non euasuros, quin igne purgentur. At reclamat schola tota Theologorum, magnoque consensu docet, viuentes tantum, quos dies ille supremus inuenerit, non autem Sanctos ante diem illum defunctos, extremo igni obnoxios: eosque purgandos esse. Et quoniam Deipara cum corpore in cælum assumpta creditur, vt postea dicemus, non est vt igne illo purgationis egeat, à quo & mortui alij, qui tunc Christi virtute ad vitam corporis excitabuntur, erunt immunes, vtpotè non nisi mundo per ignem purgato resuscitandi.

In Psal. 118 ad versic. illum. Concupiuit anima mea.

Sit ne Maria in fine mundi Igne purgāda.

An Maria vel ambitione, vel affectu vitioso laborarit.

Dvrvm & illud asperumque satis, quod [c] Chrisostomus, cuius tamen codices hic non consentiūt, & [d] Theophylactus, vtpotè indiuiduus Chrysostomi comes, nonnihil ambitionis Mariæ tribuunt, ac illam vitioso affectui obnoxiam facere videntur.

c Homil. 45. in Matth. & in cap. 12 Matth.

Sed benè habet, quod ex nostris aduersariis insignes sanctissimam Virginem, vt ostendimus, tam fœda nota liberant, præsertim quando ex Euangelio nihil eiusmodi, quod vitiosum Virginis affectum redoleat, rectè ac necessario colligi potest. Tum Patres qui hac de re meminerunt, dubiè potius, & ex sua vel aliorum opinione magis, quam certa assertione loquuntur. Thomas Aquinas, vt Mariæ honorem tueatur, duplici modo respondet: Primum, Chrysostomo & aliis ita loquentibus nonnunquā idē vsu venire, quod eximiis oratoribus & concionatoribus accidere solet, vt impetu quodam ac feruore dicendi abripiantur, ac modum excedant. Deinde quod Christus in matre affectam, non qui ei reuera inesset, sed quem alij forsitan inesse crederent, cohibuerit. Sic Thomas vt doctissimus, ita humanissimus Chrysostomum ciuiliter excusat, satisq; suo monet exemplo, quo nos candore in Veterum scriptis iudicandis & in leniendis potius, quam damnandis illorum dictis, si quæ occurrant duriuscula, versari debeamus. Certe multis ab hinc seculis nullum ego Theologum celebrem fuisse puto, qui sanctissimæ Virginis priuilegium ab Augustino agnitum atque probatum, non suo etiam calculo confirmaret. Priuilegium, inquam, conseruatæ semper innocentiæ, nullaque peccati actualis, etiam leuissimi labe contaminatæ, sicut Libro primo demonstrauimus, quicquid demum aduersus illam nonnulli & pauci Veteres fui fortassis oblíti, aut de re ipsa non satis instructi, in contrarium adferre videantur. Nā quod Brentius in Mariam hoc loco debacchatur, ne ipsis quidem aduersariis probatur, & cum intolerabili petulantia coniunctum est, vt frequenter admonuimus.

Thomas quomodo Christi mater interpretanda & excusanda.

Mariæ priuilegium de innocentia perpetua.

Euseb. de nostra ætate lib. 5. cap. 36.

Iterum verò Chrysostomus, quum Ioannem interpretatur, & primum Christi miraculum in nuptiis factum exponit, haud parum Mariæ causam odiosam reddit, vt quæ humano affectui nimis indulserit, & gloriam nescio quam, ex Filij miraculis apud homines quæsierit: vnde factum sit, vt Christi verbis etiam durioribus exciperetur. Chrysostomum verò hic & alibi passim, vt proxime diximus, sequitur Theophylactus. Neque hoc quidem Chrysostomus asseuerat, aut constanter affirmat, sed fortasse, inquit, aliquo humano afficiebatur affectu. Franciscus Titelmannus Theologus, qui ætate nostra Louanij sacras literas cum laude professus est, multaque docte & pie conscripsit, hoc modo respondet: Quod Chrysostomus ait, Mariam quodam affectu humano quasi gloriam apud homines quærentem ex Filij miraculis, de vino querelam proposuisse, atque ob hoc durius ei locutum esse Dominum, nequaquam tutum fuerit hac nostra tempestate approbare: quando ex Ecclesiæ totius vnanimi consensu constat, & sic ab omnibus piis creditur: Virginem Mariam ab omni actuali peccato, etiam leuissimo, fuisse semper immunem. Adde, quod nec ab originali peccato libera pertinaciter negari sine impietate potest. Neque profecto hac in re vel tanti est facienda à nobis illius authoritas, posteaquam totius Ecclesiæ vnanimis sententia cōtrarium clamat. Neque tamen ob hoc Chrysostomum ipsum damnamus, qui ea suis dixit temporibus, quando matris Dei dignitas nondum plene Ecclesiæ innotuit: quæ Ecclesiæ si nunc dicantur, impietatis notam non effugient, postquam vniuerso fidelium cœtui, per latissima orbis

Ioannem. Ad hæc etiam Maria vitiosa affectus, qui illam cum fabulis refert, obtendere solent.

In cap. 2. Ioan.

Franciscus Titelmannus de vita Mariæ Virginis.

orbis terrarum spacia, Spiritus sancti haud dubie A operatione certius persuasa est diuersa sententia, & Deiparæ matris sanctitas plenius reuelata innotuit.] Adiungit porro generalem veluti censuram, quæ in his aliisque Patrum sententiis rectè iudicandis, sæpeque mitigandis & caute legendis obseruatione digna est, præsertim vt aduersus liberiora nostri seculi ingenia & iudicia, quę & sanis & ægris valdè officiūt, præsens quoddam antidotum ad manum habeamus. Sic ille igitur sapienter hortari pergit: Ista quidē hoc in loco admonere visum fuit operæpretium, vt simpliciores quique lectores nostra hac admonitione præmuniti, si forte in locum aliquē huiusmodi apud Chrysostomum atq; Theophylactū inciderint (nam & alibi nonnulla prædictis similia authores isti dixisse comperiuntur) non illorum au- B thoritate commoueantur, vt vel tantillum mutent de pia erga Christi matrem affectione, quam à cunabulis iuxta antiquæ fidei traditionem & obseruationē à piis parentibus imbiberunt. Sed nec illi culpa ante Deum vacare se arbitrentur, qui nostra hac tempestate, ista quę sepeliri & celari magis decebat, ex huiusmodi authoribus collecta, simplicioribus lectoribus non sine exaggeratione ponunt ob oculos, atque etiam, quod maioris est periculi, & pueris decantant, & indoctis mulierculis in sinum obtrudunt.] Quam Titelmanni sinceram prudentiam, & prudētem admonitionem æquis quidem vel Lectoribus vel censoribus placituram esse confido, cum in ea consilium fidum, atque antidotum huic seculo necessarium proponatur, si quis modo in Patrū lectione, vt Paulus iubet, ad sobrietatem sapere, & cū Ecclesia recte potius sentire, quam cum Nouatoribus errare, ne dicā insanire, in animū suum inducat.

Antidotum generale contra morosa & liberiora huius seculi iudicia in scriptis veterum male interpretanda, & præsertim alia de Mariæ gloria deprimenda.

Rom. 12

Quid officiū Christianū circa loca Scripturæ dubia & obscura Veterum.

Quid longius moror? multa in Patribus caute & cum iudicio legenda sunt, vbi Mariæ causa odiose tractatur, & ei quæ cum præsentis Ecclesiæ norma sententiaque non congruunt, præterire potius quam amplecti debet prudens Orthodoxus. Ducē enim fidum, vt in via lubrica non labatur ac erret, tum Hieronymum, tum Augustinum recte sequetur. Ille autem de seipso [a] testatur: Meum propositū est antiquos legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fide Catholicæ Ecclesiæ non discedere.] Augustinus [b] verò quantumuis eximie doctus, ac incomparabilis Doctor esset, tamen suorum operum non modo pium Lectorem requirit, sed & liberum Correctorem admittit: de quo & ingenue profitetur: [c] Ille me non amet amplius, quam Catholicam veritatem.] Ac alio loco, [d] Non accipio, inquit, quod de baptizandis Hæreticis & Schismaticis beatus Cyprianus senserit, quia hoc Ecclesia non accipit, pro qua Cyprianus sanguinem fudit.] Tum de Aphricanis Episcopis [e] loquens, qui ducem Cyprianum in eadem causa sequebantur, apertè pronunciat, illorum sententiam totius Ecclesiæ cōsensioni, cuius membra se illi esse gaudebant, nullo modo præferendam esse. Breuiter, hoc obseruādum est ait, quod obseruat Ecclesia Dei: sicut & vetustior illo Origenes dixit: Illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione.] Quare cum Ecclesia Doctores recipere, & non cum Doctoribus sententiam Ecclesiæ deserere conuenit, vt præclare monuit Vincentius Lirinensis.

4. epist. ad Valerium in Prouincia lib. 1. de Trinitate.

In epist. 164. ad Euod. Græcum. lib. 2. cap. 32.

In explicat. Euang. Ioan.

c Lib. 5. contra Donatistas cap. 22. lib. 2. de Bapt. cap. 3.

Igitvr etsi grauis authoritas est veterum, vt Hilarius affirmat, quos tanquam clarissima ciuitatis

Quomodo de veterib. & eorū scriptis iudicandum sit.

Veterum patrum lapsus cauendi, cum ab ecclesia deficiunt.

Ecclesiæ iudicio standum esse in rebus fidei controuersis.

Nouatores multis modis peccant in Patres.

Qvapropter nisi valde ingrati ac vani esse velimus, amplectamur hoc doctrinæ lumē, quod nō modo prioribus, sed etiā posterioribus ætatibus in Ecclesia Deus ostenditrelinquamus spinas, legamus rosas è Veterū monumentis: ac postremo si fraternę charitatis, & Ecclesiasticæ pacis, qua nihil nobis debet esse antiquius, verè studiosi sumus, ad quosdam Veterum nævos ac lapsus potius conniueamus, quā vt propter illos sanctę charitatis necessariæq; societatis vincula, quibus Christi mēbra debēt arctissime copulari, pernicioſe ac turpiter dissoluamus. Ita demū fiet, vt libēter in Ecclesiæ iudicio acquiescamus, nihilq; illorū dictis & scriptis cōmoueamur, qui de sanctissima Dei matre vel incuriā suam, vel ob aliorū fraudem, qui bonorū authorum veterūque scripta sæpe deprauarunt, minus honorifice senſisse, ac incogitanter etiam quædam scripsisse videntur. Sed quoniā huic quoque Libro finis accesit, Iesu Christo Opt. Max. Redēptori, & Mariæ incomparabili Virgini Matri in cælo terraque tum gratia tū gloria.

In doctrina fidei rectè comprehēda quid maxime cauē dum sit.

FINIS LIBRI QVARTI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN EFFIGIEM PROXIME SEQVENTEM CARMEN PHILIPPI MENZELII, &c.

NOnalias, domitum post irreuocabilis Orci
Lucifugum Regē, Mundoque & Morte subactis,
Quum sua pacificus se Victor ad astra recepit,
Crediderim Superis aliquem plaudentibus æquè
Illuxisse diem, quam qui, ter maxima Diuum
Regina, hospitio moribundi corporis isto
Exemptam, cœlis meritæ te sede locauit.
O bona mors actæ procul extra crimina vitæ:
Illa Deo pretiosa venit, nec flebilis vlli,
Nec præcox, nec tarda nimis, quacunque sub hora
Ingruat. Hunc oculos tibi quis clausisse negaret,
Summa Parens, quam primæuæ nil matris habentem,
Intactamque anni, & procul omni labe remotam,
Transmisisse suos studiis cælestibus annos
Credimus, & cogit Pietas antiqua fateri?
Ergo nec inferni lemures, dum corpore sanctam
Exueres animam, quo se mortalibus ore
Terrifico, in media Lethi caligine, monstrant,
Ausi vsquam apparere tibi: conterruit illos,
Cuius adorandum Styx vel tremit infima nomen,
FILIVS omnipotens, cæli comitante Senatu
Præsto iam ipse tibi: nil quo præsente timendum,
Et præsente mori, viuax super omnia vita est.
Longue pios artus mens exonerata reliquit
Astra petens: qualem nualis misit ab Arca
Vitisator Nobas niue amsine labe, columbam.
Ipse equidem videor te cernere, Diua, coruscis
Stipatam cælo populis, longo agmine pompæ
Aera per liquidum vectari, hilaresque triumphos
Ducere: Iam medias video discedere nubes,
Nubesque pluuiasque, & quæ per inane profundum
Concurrunt rapidis Vemotum prælia flabris.
Cuncta silent: celeresque auras Ver mite serenat
Lucis inaccessæ radiis. En lacteus æther
Dat faciles aditus: flectit sua cornua supplex
Luna tibi: Sol ipse tuo se lumine lætus
Conuestit, Dominæque pedes venientis adorat.
Quid Superum plausus? quid ad hæc spectacula totum
Effusum, gemino de mundi cardine, cælum?
Quid tibi lætitiam immensam, partæque Coronæ
Aeternum sine morte decus memorare canendo
Aggrediar? quænam, aut hæc vnde superbia vili
Vermiculo mihi, sic terræ de puluere creto?
Scilicet auderem mortali improuidus ore
Gaudia cœlicolum tentare, & promere versu,
Non oculis hominum cuiquam, non auribus hausta,
Non animis? Et quæ gentes felicis Olympi
Immeneæ: quanquam vox incessabilis ipsis,
Claraque semper eat, quanquam præsente fruantur
Numine: vix vllis profiteri cantibus ausint?
Tu potius, cunctis quæ iam super addita Diuis
Cœlitibus Regina, tuo commenta Tonanti,
Respicis humanas, equidem non inscia, clades
(Nam quid non videt ille, videt qui cuncta videntem?)
Alma faue miseris: maternas suscipe partes:
Orandoque tuos ad sidera tolle nepotes.

DEO OPT. MAX. LAVS.



Universidad de Deusto
Biblioteca

IN LIBRVM QVINTVM DE
MARIA VIRGINE, ET SACROSANCTA DEI GENITRICE, PRÆFATIO.

Quid in primis notandũ è Libro superiore.

SATIS iam constare arbitror, Christiane Lector, huius æui plerosque Scriptores, à duce Satana subornatos haud dubiè milites, Mariæ beatissimæ, & gloriosissimæ matri (sicut eam Tertullianus appellat) bellum pestilentissimum indixisse, & contra illam infesta mouisse signa, multáque venenata tela torsisse: qui ad hoc nefarium institutum verbis & sententiis Euangelicis impudenter abutantur: quemadmodum Liber præcedens, ni planè fallor, luce clarius demonstrauit. Quocircà si antiquus & præclarus Pontifex Seuerinus, vt improbos quosdam bonorum calumniatores reprimeret, rectè quondam dixit: Væ væ illis, qui detrahunt seruis Dei: quia detractio eorum ad eum pertinet, cuius ministerium agũt: nos eodem, ac maiore quidem iure in istos Mariomastigas pronunciare possumus: Væ væ illis, qui Domini ac Dei nostri Genitrici petulanter obtrectant, eiúsque dicta & facta tot seculis probata atque defensa, in ipso etiam sacro Euangelio non malignè minus quàm imperitè interpretantur, & calumniosè deprauant. Quorum furiosa maledicentia & virulenta, ne dicam & impia criminatio præterquàm quòd benedictam illam, nec satis laudatam vnquam Virginem indignissimè lacerat, etiam eadem iniuria in Iesum Christum Opt. Max. mundi Redemptorem, omninò redundat, vt cuius illa Genitrix atque nutrix fuit, in quo educando nulli neque operæ, neque labori pepercit, quem non muliebriter, sed sincero ac perfecto amore semper complexa est, & cuius vestigiis demum per omnem vitam constanter adhæsit, vt etiam in acerbissima illa cruce morienti, sicut diximus, & corporis sui præsentiam, & intimum cordis compatientis affectum fidissimè exhibuerit. Ac vicissim Christus matrem plurimum redamauit, illius laudem suam putat esse gloriam, eiusdem accusatores & insectatores suos ducit aduersarios, & effusas in illam contumelias atque blasphemias, sicut veteres produnt annales, ad matris tuendum honorem, non rarò seueriss imè vindicauit.

Maledicti à Deo Sanctorum & Mariæ potissimũ detractatores.

Iniuria irrogata Deiparæ in Christum ipsum redundat, & ab eo seuerè vindicatur.

Ego verò etsi contra insanos Mariomastigas, qui cateruatim hac infelici prosilierunt ætate, hucusque multa disseruerim, eorumque impiam vanitatem & vanam impietatem aut protriuerim, aut labefactarim, tamen quicquid hoc est laboris ac studii, longè infra huius virginis dignitatem esse libens agnosco, semperque profitebor. verissimum est enim quod à Petro Damiano scriptũ legimus: Nullus humanus sermo in laude Mariæ inuenitur idoneus, de qua Mediator Dei & hominum cognoscitur incarnatus. Impar est illi, omne humanę linguę preconium, quę de intemeratę carnis suę visceribus, cibum nobis protulit animarum. At me interim in hoc ipso campo certantem consolatur, quod pro Maria contra hęreticam prauitatem dimicare ac vincere (vt Hildephonsus affirmat) Spiritus sancti proprium sit opus, tantóque illi bonorum fonti gratius studium, quanto magis idem exosos habet Antidicomarianitas, quos velut infamis illius Antichristi socios atque administros, de quibus venturis Ioannes in Apocalypsi tàm longè antè prędixit, prorsus execratur. Quoniam igitur Libros quatuor vtcunque absoluimus, quintum & postremum, si Mariæ Filius annuet, scribere aggrediemur, & fortasse acriores quàm hucusque conflictus subituri, multósque hostium cuneos penetraturi, priusquàm contentiosissimum de cultu Virginis argumentum, vt nobis propositũ expediamus. Quid enim nostris aduersariis tàm suspectum, ingratum, odiosum videri solet, præterquàm vbi de colenda Virgine, Catholicum virum legunt vel audiunt disserentem?

Pro Maria cõtra Hęreticos dimicare opus proprium Spiritus sancti.

Transitio ad sequentis operis tractationem.

Statim

De cultu beatæ Virginis audire & legere Nouatores illum quoque grauiter & vehementer contendunt.

Statim enim illic corrugant nares, obdurant aures, auertunt vultus, & modò clàm apud se musitant, modò palàm rident atque subsannant, perinde ac si religiosi homines nihil negotij nobiscum, vtpotè superstitiosis & idololatris, habere velint ac debeant. Adeò illos vrit & offendit, quicquid ad Mariæ cultum vel præsens obseruat, vel vetus instituit Ecclesia, nósque Catholici comprobamus. Id quippè vniuersum ad diuini nominis iniuriam pertinere, id Christi honorem violare, aut certè quidem obscurare, & cum primo Decalogi præcepto pugnare insulsè contendunt, ac apud populum odiosè admodum more suo vociferantur. Horrent igitur audire titulos tot seculis Mariæ decantatos, abrogant ferias, tollunt imagines, deridet cæremonias, negant miracula, & quicquid demum ad Mariæ laudem & gloriam pia vetustas vel tradidit, vel obseruauit, id sudes est in ipsorum oculis, id felle illis amarius, aut saltem nullius pretij merx esse videtur.

Liber de assumptione Mariæ.

Volem si ne festiuitatem esse alienam: monemus, cultum Ecclesiæ Catholicæ Deiparæ placitũ, semper esse præstitit.

Epist. 2.

Proinde nos vel inuitos res ipsa, & præsentis seculi peruersitas cogit, vt quàm verè & prudenter isti circa Deiparæ cultum iudicent, totámque suggillent ac damnent Ecclesiam, paulò diligentius excutiamus, simúlque summam illorum in maledicendo licentiam, & longè fœdissimam idololatriæ notam nobis obiectam ratione quadam ac via amoliamur. Sed ante quàm in hanc arenam cum aduersariis descendamus, de Mariæ dormitione, siue dormitatione, & assumptione (his enim nominibus veteres indifferenter vtuntur) nobis agendum esse censeo, vt ne hunc postremum nostræ virginis velut actum, & optimam præcipuámque eius partem, quæ illam vel maximè commendat atque cohonestat, in hoc Opere prætermittamus. vt enim verè grauiterque dixit Basilius Magnus: Qui in hac vita versatur, nondum beatus iudicandus est, propter incertum exitum: at qui ea quæ muneris sui fuerint (τὰ ἐπάλληλα) impleuit, vitámque fine certo clauserit, hic iam salutis securus, beatus rectè dici poterit.] Quod si Maria etiam ante mortem diuini Spiritus testimonio, & aperta piorum confessione benedicta, veréque beata in Euangelio prædicata est, quantò illa demum felicior, ac numeris omnibus bèatior tunc censeri meretur, cum sancta sanctioris vitæ curriculum sanctissimo fine concluserit, mortem in conspectu Domini pretiosam adepta, ob quam in vtraque, triumphante nimirum & militante Ecclesia, Sanctis omnibus facilè antecellit, & secundum Christum, cæli terræque lumen maximum pulcherrimúmque refulget, super omnes Angelicos choros euecta, & à sanctissima Trinitate regali in solio mirè fulgente collocata. Faxit autem Diuina bonitas, vt hunc quoque Librum & rectè ordiamur, & feliciter absoluamus, postremò quidem exposituri, quibus modis veteres in Matre Domini honoranda publicéque colenda versati sint, quidque per omnes propemodum ætates Latini & Græci de hoc cultus genere senserint, docuerint, obseruarint.

In primis sequentis operis tractationem de assumptione gloriosæ Virginis agendũ esse.

Mariam beatitudine ab ex. mium vitæ sanctio pendere.

Mariam non solũ post vitam, sed etiam post mortem sanctos omnes excellere.

Ll

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEQVENTIVM IN HOC LIBRO *quinto Capitum cum suis argumentis Index.*

i. Quamdiu Deipara in terris vixerit, & de rebus illius post Christum resuscitatum & in cælos assumptum gestis in Ecclesia ptimitiua: vbi nam habitarit: quàm præclarè partes actiuæ & contemplatiuæ vitæ absoluerit, quódque aliis admirationi fuerit ac veneration, ac de sancta eius paupertate. Vindicatur demùm Euangelij locus: Ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

ii. Hominem sic esse conditum, vt potuerit non mori: oportuisse autem & decuisse, vt mortem Maria gustaret. Quomodò item accipiendum sit, quod Epiphanius de illius morte ambigere videatur. Cur mortis pœnam innocens planè subierit, & quòd morte sua Deum glorificarit. Demùm, cur Apostoli de Mariæ morte ac rebus annexis nihil scriptum reliquerint.

iii. Matrem Domini extremum clausisse diem Hierosolymis, & suum discessum ex reuelatione diuina cognouisse: Apostolos autem eius mortiac sepulturæ, quæ in Gethsemane fuit, siue cum miraculo, siue sine miraculo interfuisse, & de factis illi exequiis, déque peruetusto & solenni exequiarum, quæ piis defunctis exhibentur, instituto, contra Cæturiatores.

iiii. Quomodò Deipara post mortem, vt beatitudinem animæ consequeretur, tùm à sanctis Angelis. ac reliquis cœlitibus, tùm à suo charissimo Filio in cælum introducta, & præ omnibus summo cum applausu, ac communi triumpho Sanctorum omnium honorata eximiéque coronata sit.

v. An Maria post mortem in corpore non sit resuscitata, & in cælos assumpta. Item quorum testimoniis, quibúsque rationibus & Scripturæ exemplis eiusmodi corporalis resurrectio & assumptio Virginis confirmetur? Quid præterea secus opinantibus liceat respondere, ac de fructu eiusceemodi tractationis.

vi. Præclaras admodum & venerandas esse ferias de assumptione Virginis in Ecclesia institutas, quas contra fas omne abrogent noui ac præposteri Reformatores. Nec audiendum esse Lutherum, qui nihil ad nos pertinere asserit, quomodo Maria in cælis viuat. Item festi huius Epistolam ex Ecclesiastico sumptam, ad Mariam rectè accõmodari, quicquid Nouatores garriant.

vii. Euangelium de Maria & Martha sororibus, quòd in festo assumptæ Virginis legit Ecclesia, non perperàm illi conuenire, ac Nouatores in hoc ipso Euangelio explicando multis modis hallucinari, contra quorum calumnias dictæ sorores Martha & Magdalena defenduntur. Item quomodò illa Christi sententia: Vnum est necessarium, hodie depraeetur. De vita etiam actiua & contemplatiua submonitio.

viii. Mariæ Deiparæ cultum in Ecclesia receptum, partim Satanæ inuidia, partim hominũ cæcitate grauiter nunc oppugnari, ac passim aboleri, ad eámque rem temerè prætextum obtendi ex Euangelica de nuptiis historia, velut in ea Christus futuros Mariæ cultores perstrinxerit.

ix. Nimis protetuos & contumelioſos esse Nouatores in Catholicis proscindendis, qui in vulgatis Bibliis legunt: Ipsa conteret caput tuum. Ac prætereà non damnandam esse Veterũ sententiam, qua contriuisse Maria dicitur vniuersam hæreticam prauitatem.

x. Quid nobis de Erasmo Roterodamo sit iudicandum, qui ætate nostra vel primus aduersus beatę Virginis laudes & titulos quædam in suis scriptis disseminauit, ac rursus tamen eãdem præclaris titulis ornauit ac inuocauit. Prętereà quantum Virgini Matri Oecolampadius tribuat, quámque magnificis titulis illam illustret.

xi. Contra Lutherum, Melanchthonem, Caluinum, nouos Apologeticos, Marbachiũ, aliósque plures Nouatores disputatio, qui cultum Deiparæ Virginis in Ecclesia iampridem vlitatum, & præsertim titulos illi delatos, petulanter impugnant. Item de quibusdam Patrum sententiis, quæ Mariam in primis ornant, recte accipiendis.

xii. Multa nomina, epitheta, & attributa in sacris literis iam soli Deo, iam Deo & Sanctis ascribi, nihilque incommodi esse, quòd Mariam & Sanctos alios, sicut Deũ vel Christum, eisdem titulis & loquendi formulis subinde ornemus atque commendemus.

xiii. Solennis cantici Salue Regina, defensio & explicatio, in quo nihil meritò reprehendendum

dum contineatur, quantumuis illud corrigere, reiicere & abolere satagant Nouatores. Item humanæ maternæque charitatis & compassionis affectum in Maria rectè à nobis agnosci atque commendari.

xiiii. Idololatriæ crimen, quod in primo Decalogi præcepto inprimis prohibetur, in Catholicos ob Mariæ cultũ iniquissimè detorqueri: ac veteres etiam Ecclesiæ hostes idololatriæ notam Catholicis propter Mariæ Sanctorúmque cultum nequiter impegisse. Item de falso cultu & vera idololatria nostrorum Sectariorum.

xv. De sacro cultu triplici Latriæ, Duliæ & Hyperduliæ, hánque Theologorum distinctione rectè tradi, & Hyperduliam Deiparæ competere, illámque præ Sanctis reliquis in Ecclesia coli, omnibúsque colendam esse. Cum Depulsione cauillationum, quæ sumuntur ex abusibus iam pridem circa Mariæ cultum occurentibus.

xvi. Epiphanij disputationem aduersus Collyridianos Catholicis temerè obiici, velut in ea reprehendatur vsitatis in Ecclesia cultus Virginis, mósque in Mariæ memoriam sacrificandi, & eandem Virginem inuocandi. Tùm de multiplici significatione adorationis, quæ Mariæ & pluribus aliis etiam tribuatur.

xvii. Marię Virginis inuocationem non primùm à Petro Gnaphæo Antiocheno Episcopo inductam, nec malè tamen ab ipso præceptam esse, vt ea inter publicas Ecclesiæ preces adhiberetur, quantumuis Chemnitius & Centuriatores oblatrent, & rectè in Mariæ nomine aliquid à Deo peti posse. Prætereà Constantinus Copronymus Imperator, qui Mariæ honorem petulanter impetiuit, eámque inuocari vetuit, confutatur. Demùm inuocatam Mariam, sicut & Sanctos alios, mortalibus posse opitulari demonstratur.

xviii. De quibusdam scriptis factisque recentibus ad Mariæ miracula pertinentibus. Accedit generalis de Sanctorum, & peculiaris de Beatæ Virginis miraculis tractatio, septem Propositionibus comprehensa, cum detectione Satanicæ fallaciæ, quam Nouatores ad huiusmodi miraculorum lucem extinguendam & obscurandam solent adhibere.

xix. Memorabilia exempla duo, nimirum Andreæ de Chio Martyris, & Ioannis Damasceni præstantis Theologi, qui ambo cùm à Barbaris hostibus immaniter tractarentur, non modò Deiparam inuocarunt, sed etiam prę sentem inuocationis fructum non sine manifestissimis miraculis retulerunt, aliisque publicè demonstrarunt.

xx. Quomodò Theophylus Oeconomus Ecclesiæ, & Maria Ægyptiaca, cum Deiparam sedulò inuocassent, è summis facinoribus ad veram pœnitentiam peruenerint, ac offenso Deo non sine miraculo fuerint reconciliati. Item de muliere Laudunensi in mediis flammis conseruata. Hildephonsum Episcopum Toletanum singulari Mariæ munere cohonestatum, & Rupertum Tuitiensem illa precante diuinitus illustratum fuisse, ac de pluribus aliis miraculis non solum ad bonorum consolationem & vtilitatem, sed etiam ad malorum terrorem atque punitionem per Mariam editis.

xxi. De mortuorum apparitionibus quæ fiunt, ritè intelligendis, & quomodò Sanctorum apparitiones à Nouatoribus indignè conuellantur. Adhæc quàm præclarè & constanter veteres loquantur de Maria Deipara mortalibus apparente, déque variis & excellentibus earum apparitionum effectibus.

xxii. De veteribus & nouis Iconomachis, quorum in sacras imagines & ædes irruentium furor sit planè intolerabilis, & error ab Ecclesia iure damnatus: Deiparæ autem Virginis imagines in veteri Ecclesia semper vsitatas & honoratas, nonnunquàm & miraculis diuinitus commendatas fuisse.

xxiii. Christiana templa, quæ suam originem vt antiquissimam, ita & probatissimam tenent, quęque soli Deo dedicantur, eum in aliorum Sanctorum, tùm in Deiparæ Virginis memoriam & honorem laudabiliter erigi, eáque à viris amplissimis constructa & dotata, per Nouatores perperam oppugnari ac profanari. Vanam prætereà esse querelam de multitudine & ornatu externóque apparatu templorum, qui ad laudem Virginis, aliorúmque Sanctorum solet à Catholicis adhiberi.

xxiiii. Dictum Euangelicum: Ecce in deserto est: ecce in penetralibus, peruersè torqueri aduersus institutum sacrarum peregrinationum. Cum verò Deus in sacris locis inæqualiter operetur, templorum delectum à nobis haberi posse, vt ad illa, in quibus diuinæ virtutis operatio magis elucet, sępius ac libentius peregrinemur. Ac morem quidem ad sacra loca, & præsertim Marię templa, peregridandi veteribus valdè receptum probatúmque fuisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xxv. De celebri Domicilio & templo sacrosanctæ Virginis, quod hodiè apud Lauretanos in Italia est florentissimum, & ad singularem Deiparæ dignitatem nostro seculo adstruendã mirificè confert.

xxvi. Diluuntur obiectiones & cauillationes cuiusdam Platzij, qui Catholicos in Mariano cultu versantes publicè ac temerariè insectatur.

xxvii. Variorum Theologorum & illustrium virorum testimonia, qui ante nostram ætatem, hoc est, à Maximiliano primo vsque ad Fridericum primũ Cæsarem, in Ecclesia fulserunt, suámque de cultu Deiparæ Virginis fidem & doctrinam scriptis publicè professi sunt.

xxviii. In cultu Deiparæ Virginis retinendo & exercendo magnum veterum fuisse consensum, qui à Friderico primo, vsque ad Otthonem Magnum, Christianum orbem constituerũt.

xxix. Testimoniis fide dignis euinci, quod Deiparæ Virginis cultus à tempore Otthonis Magni ad Mauritium Cæsarem vsque præclarè viguerit in Ecclesia Dei.

xxx. Eiusdem Deiparæ Virginis venerationem atque cultum non à Gregorio Magno sumpsisse initium, sed à Mauritio Cæsare vsque ad Constantinum Magnum in Ecclesia passim agnitum, receptum & vsitatum extitisse.

xxxi. Etiam à Cõstantino Magno, & in ipso Martyrum seculo ad Apostolica vsque tempora, Deiparam Virginem valdè honoratã, & piis præcipuè venerationi in orbe Christiano fuisse: Cum adiuncta peroratione.

LIBRI

LIBRI QVINTI DE MARIÆ IN COELOS MIGRATIONE AC DEBITO CVLTV.

CAPVT I.

Quamdiu Deipara in terris vixerit, & de rebus illius post Christum resuscitatum & in cœlos assumptum gestis in Ecclesia primitiua, vbinam habitarit: quàm præclarè partes actiuæ & contemplatiuæ vitæ absoluerit, quódque aliis admirationi fuerit ac venerationi, ac de sancta eius paupertate. vindicatur demum Euangelij locus: Ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

VETVS est Quæstio, & sæpè recurrit adhuc, quot ætatis annos Maria compleuerit, quando naturæ legibus concedens, vitæ mortalis conditionem cũ beata illa immortalitate commutauit. Et quidem alij aliter hic sentiunt, vt in tanta opinionum varietate certi aliquid pronunciare mihi difficile videatur. Sunt enim, qui annos quinquaginta nouem in terris illam vixisse, & post Christi filij in cœlos ascensum nouem annis superfuisse cõtendant. Neque solùm Hippolytus Thebanus ab Epiphanio Presbytero citatus ita sensit, verùm etiã Euodius, qui Apostolis proxime successit, & diuinus Nicephoro dicitur, idipsum disertè testatum reliquit. Docet enim, tempus omne à natiuitate Christi vsque ad Dei genitricis migrationẽ, annos fuisse quadraginta quatuor: totius autem vitæ eius annos quinquaginta nouem. Siquidem, vt idem affirmat, trimula cum esset, in templum est præsentata, & ibi in Sanctis Sanctorum traduxit annos vndecim. Deinde verò Sacerdotum manibus Iosepho ad custodiam est tradita, apud quem quum menses peregisset quatuor, ab Angelo Gabriele lætum illum accepit nuncium. Peperit autem mundi ipsius Lucem annos agens quindecim, vigesimo quinto die mensis Decembris. Deinceps annos peregit triginta tres, quos etiam æternum & ante seculare Verbum & Filius eius in terris exegit. Post crucis autem supplicium illud, in domo Ioannis annos impleuit vndecim: vt ætatis eius anni simul collecti, sint quinquaginta & nouem.] Atque hactenus quidem ex Euodio & Nicephoro Callisto. Sunt porrò, qui ætatem Mariæ annis sexaginta tribus definiant, quindecim verò eidem post Domini ascensionem ascribant. Vincentius sexaginta duos annos hic supputat. Sunt itidem, qui septuaginta annos illi largiantur: vnde sit consequens, illã multò longius, quàm prioribus visum fuit, in Ecclesia primitiua vitam produxisse. Demùm aliqui Mariæ vitam annis quadraginta nouem metiuntur, eámque post Domini passionem annum duntaxat vnũ, & menses ferè quinque in humanis fuisse sentiunt. Ad eam rem probandam Massæus testimonium profert, quod à sacræ virginis Elizabethæ, & beati viri Bertrami Cisterciensis reuelationibus desumptum est. Tùm ex aduersariis ferè primarius Melanchthon, si & illum libet audire, hoc modo scribit: *Maria virgo, mater Christi ex hac vita discessit Claudij tempore, cum, vt Nicephorus scribit, annum ageret nonum & quinquagesimum. Fuit ergo superstes post resurrectionem Filij annos aliquot, & vidit initia Ecclesiæ eius temporis, multa ingentia miracula, & supplicia Sanctorũ, & consilijs suis rexit Apostolos.*

Quomodo Melanchthon ætatem Mariæ definiat, ac de illius obita loquatur.

Cæterum ne quisquam in his diuersis opinionibus hæreat, etsi communi iam hominum opinioni, quæ sexaginta tres annos duntaxat Mariæ tribuit, nihil velimus esse detractum, tamen probabiliori nobis illorum apparet sententia, qui longioris vitæ spacium Mariæ post assumptum in cælos Filium assignant, vt nimirum ad ætatem prouectam, multámque senectutem peruenerit, atque sic annum septuagesimum vel attigerit, vel excesserit. Hanc enim sententiam tuetur [a] Epiphanius Presbyter Constantinopolitanus, & [b] Michael Glycas, eámque Andreæ Cretensis viri excellentis authoritate confirmant. Vt taceam Anselmum, qui octoginta & duos annos Mariæ largitur, & [c] Cedrenum, qui annos Mariæ septuaginta duos supputat, eámque post Christi in cælos ascensum annos viginti quatuor in humanis degisse scribit. Nimirum pusillus ille Christi grex ftementium vndique Iudæorum, ne dicam luporum, rabie circumseptus, vix dum erexerat caput, ac nouæ veluti plantulæ in recenti primúmque florente agro Ecclesiæ succrescentes, aduersus diras persecutionum tempestates nondum satis coaluerant, quum summo numini sapientissime visum est, electis amicis temperare luctum, quem illi ex Domini & sponsi sui ablatione, siue in cælos ascensione, non leuem perceperant. Quare matrem & magistram illis Mariam reliquit superstitem, cuius dulcis præsentia omnibus in mœrore solatium, in doctrina lumen, in certamine robur, in illis primordiis præsidium singulare præstaret. Multis autem modis expedi ebat, ac illius temporis Ecclesia tenera postulabat, talem columnam non statim suo moueri loco, sed potius annos aliquos ad totius mysticæ domus fulcimentum atque stabilimentum immotam persistere, vt ita Spiritus sanctus multa & præclara per hoc suũ lectissimum organum in multis ægris ac sanis, illius recens nati corporis membris potenter operaretur.

Quæ sententia è superioribus probabilior esse videatur.

[a] *In lib. de vita Mariæ*
[b] *Parte 3 Annalium.*
[c] *In compendio historiarum.*

Cur expedierit Mariã diutius in terris supersse, Christo in cælos assumpto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo Maria Domini mater multum & vtiliter laborarit, & ob laborem diuinus Ecclesiæ ministrarit.

Nec dubium sane, quin fida & generosa Mater de plerisque filiis optime sit merita, vt laudem non minorem sanè, atque illa Romana eiusdem nominis mulier promereatur, de qua paulus id scriptum reliquit: Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Et verè multum nobis Deipara laborauit, quæ fidei seminatorem fide ipsa concepit, ac Deum nobis, velut cognatum, eiusdem naturæ participem exhibet, illum in tempore proferens, quem Pater genuit ex æternitate: quo matris labore ac officio nihil magnificentius ac gloriosius dici & prædicari potest. Hinc illa non modò Dei, sed etiam Ecclesiæ Mater effecta est, soláque plus orbi contulit, quàm à suis parentibus filij omnes vnquam in bonis accipere potuerunt. Rursus ingentes & labores & dolores illa pertulit, quæ humanæ redemptionis mysteria in Christo, filio eius peracta, fidissimo corde & singulari compassionis affectu, quantum in se fuit, ornauit atque promouit. Demùm quamdiu in terris est peregrinata, laboriosum prorsus vitæ cursum tenuit, dum omnia, vt sic dicam, omnibus facta est, vt omnes in Christo vel gigneret, vel genitos confirmaret. Quarè illam non ita protinus è vita migrasse, sed ipsis etiam Ecclesiæ primordiis benè firmiterque constituendis diu præsto adfuisse, & Apostolis fideliter collaborasse, est consentaneum. Licet enim iidem Apostoli per reuelationem Spiritus sancti omnem fuerint veritatem edocti, incomparabiliter tamen eminentius ac manifestius Maria per eum Spiritum veritatis, illius veritatis profunditatem intelligebat, & per hoc multa eis per hanc reuelabantur, quæ in se non solum simplici scientia, sed ipso effectu, ipso experimento didicerat.] vt Anselmi verbis vtamur. Adhæc Ruperti sententia, oportebat Mariam cum aliis in prima illa Ecclesia religionis & fidei magistram esse, cùm viduis & virginibus non præsentibus modò, sed & futuris nouam & perfectam benè beatéque viuendi normam & exemplum demonstrare.

Etsi verò sub finem primi libri multa à nobis allata sunt, quæ ad vniuersam Deiparæ vitam vtcunque cognoscendam pertinent, tamen haud abs re fore putamus, si hoc etiam loco quædam eiusdem argumenti adiiciamus, vt quibus in studiis & operibus illa postremam vitæ partem maximè cõsumpserit, aliquantò rectius intelligatur. Quanquàm non dissitemur, adeó que cum Hildephonso ingenuè affirmamus, quid Maria post Domini ascensionem egerit, quàm pie & sanctè vixerit, cum quibus itidem habitarit, id notum esse non tàm mortalibus quàm soli Deo, cui manifesta sunt arcana cordium, & Gabrieli Archangelo, Mariani cubiculi, vt Guerricus ait, deputato custodi, & Angelicis spiritibus, frequenter illam, vt alibi probatum est, inuisentibus, ac demum Ioanni Euangelistæ, qui talis thesauri sibi concreditI, & rerum ad eum pertinentium vel maxime conscius fuit. Veruntamen Mariæ vitam & mores vtcunque vestigianti multa sese offerunt, quæ de tali turture post ablatum sponsum gemebunda vere affirmari, nec solùm sine vitio, sed etiam vtiliter cõsiderari ac tradi posse videntur. Principiò nobis Centuriatores cõcedunt, & Hildephonsus aliique confirmant, quòd Maria viderit Domini resurrectionem, & eiusdem gloriosæ in cælos ascensioni adfuerit, ac in Ecclesia Apostolica permanserit. Quod verò prima Domini resurrectionem viderit, sicut ex Ambrosio, Sedulio & Anselmo anteà diximus, eámque Apostolis aliis denunciarit, Gregorius etiam Nissenus meminit: quia decebat, inquit, Deiparam, ea, quę ad gaudium pertinebant, Apostolis annunciare, vt quæ radix gaudij esset. Ac Euangelista quidem refert, Dominum de tumulo resurgentem Mariæ Magdalenæ primum appartuisse. Sed vt rectè notat Rupertus, prima illa fuit e testibus præordinatis, quos solos nominare ad Euangelistas pertinuit, vel quos Christi resurrectionem annunciare decuit. Aut, sicut Simeon Metaphrastes respondet, cauerunt Euangelistæ maternum Christi adferre testimonium, ne videretur suspectum, & propter coniunctionem fides ei minus haberetur. Sed Deipara, inquit, cum Filij resurrectionem & visu, & internis oculis sic accepisset, posteà habitauit cum dilecto discipulo, expectans tempus Christi assumptionis.]

Iam verò quod ad sanctam Domini ascensionẽ attinet, quis, nisi fortassis insulsus ac stupidus ambigat, in monte illo Oliueti cum aliis adfuisse Mariam? quam Epiphanius non inuenuste perpetuam Iesu affectatricem appellat. Proinde Filium postremò apud suos differentem audiuit, fortasse cum illis accepit, & osculum, certe iam iam abeuntis benedictionem religiosè percepit, & in cælos ascendentem stupens aspexit. Nulla verò vel oratione, vel cogitatione consequi fas est, quantum & sibi & Filio Mater gratulata sit, quum carnem illam iam de hostibus omnibus triumphatricem, & redemptionis humanæ consummatricem, ad summum illud gloriæ fastigium vidit euectam, eúmque magnum illum pontificem, absoluto sacrificio, & placato nobis Deo cælos penetrantem lætissimis oculis est prosecuta. Scribit Epiphanius, quòd Maria Christum, quum is in carne resurrexisset, adorauerit: idipsum igitur in cælos ascendenti supplex proculdubio fecit, sicut alios discipulos fecisse Lucas euidenter ostendit. Inde porrò digressa, magno cum gaudio in sanctam rediit ciuitatem, longe aliter, quàm reliquæ matres consueuerunt affecta, quæ suos liberos, & maxime vnigenitos, ex hac vita migrantes, non sine summo mœrore spectant, ac spectando deplorant, & diutissime lugent. Maria sublati Filij desiderio non potest non commoueri, sed præsenti fide sustentat animum, & gaudet in Spiritu sancto: quandoquidem non amissi, sed præmissi Filij gloriam, officium, sapientiam cogitat, atque cum Dei voluntate suam voluntatem semper coniunctissimã tenet, quantumuis interim & ipsa dissolui, & cum Christo regnante viuere, rebúsque humanis eximi cuperet vehementer. Igitur à monte Oliueti, quem diximus, in sanctam ciuitatem Hierosolymam redit, atque vt Dominico mandato pareat, promissum diuini spiritus aduentum magno cum desiderio, multisque fusis ad Deum precibus, ne dicam & lachrymis decem dies expectat. Vbi sane locum habet, quod Lucas testatur, centum & viginti viros simul & mulieres in vno eodémque cœnaculo conueniisse, & vnanimiter in oratione cũ mulieribus, sicut & Maria matre Iesu perseuerasse. Ego verò singularem Mariæ modestiam, sanctámque simplicitatem cum Bernardo demiror, quod cum illa secessus & quietis esset amantissima, nunc

Ex iis Apostolis profatur, Mariam diutius in terris post assumptum Filium remanere.

Libide excel. beatæ Virg. cap. 7. Libro 5. in Cantica.

Serm. 5. de Assumptione Virginis.

Mariæ vita post filij sui assumptionem nulli mortalium cognita.

Serm. 2. de Assumptione Virginis.

In sermo. de verbis Apocalypsis 8. Factum est silentium in cœlo.

Matth. 11

Humilitatis Euangelicæ principes habemus in vtroque sexu. 1. Ioan. 1. Matth. 15. 17. 20. Luc. 22. Ioan. 13

Mariæ vitam cum Apostolis acceptam. Maria celebratur ab omnibus Ecclesiæ Scriptoribus tum singulari Atlar. 2

Matth. 24. Ioh. 5. de Laudibus Virginis. Artic. 27

Mariæ illius Deiparæ & animæ pri- ... Ecclesiæ sanctæ ... Ioan. 2

Atlar. 2

Atlar. 21 Luc. 1. c. 2.

Maria filia in cœlos ascendit adulta.

Hæres. 78 contra Antidicomarianitas.

Atlar. 2 Marc. 6

Ingens Mariæ gratitudo ob filium adoratum.

Hebr. 9

Cohæres fuit & filia Dei Patris. Atlar. 2 Luc. 24.

Maria Christi filij resurrectionem adorat. Maria in die filium ... rem ... sed ... profugatum

Quid Maria fecerit diebus ... ueri monuerit. ... uerit.

Atlar. 1

Maria ex reuelatione diuina Prophetis & Prophetissis omnibus præferenda.

Lib. 1. commentariorum in Esaiam. cap. 34. Luc. 1

In Tragœdia de Christo patiente. Maria vt prophetissa, Iudæis prædicit imminens exitium.

A Virginis Ioanni diuinitus esse patefactam. Hanc ipsam Prophetissam tanti facit Rupertus, vt eam nulli Prophetarum comparandam, sed omnibus in vtroque sexu præferendam iudicet, quandoquidem in eius sacrarium pectoris Spiritus sanctus Prophetas omnes conuexerit. Non dicam quàm eximium sui specimen hæc Prophetissa dederit, cùm in ædibus Zachariæ demoraretur, sed ex Gregorio Nazianzeno repetam vaticinium, quo illa post missum in Ecclesiam Spiritum, Iudæis prædixit imminens exitium, eo quòd in suum Messiam ac viræ authorem adeò crudeliter desæuissent. Vaticinium habet in hunc modum:

Αὐτὰς δὲ περὶ σῶ συμφορᾶ κεκρημένας,
ἕστιν γὰρ ἥτις ποινάτωρ δίκη φόνῳ,
ὃν δυσσεβεῖς πολῖται νεόμενοι θροεῖν. Hoc est:

B *Ipsos magis, clademque eorum desico.*
Namque vltione vindicabitur grauis,
Liuore cædes inuido quam perpetrant. Et rursus:
Gnatus resurget, spes vt est, à mortuis,
Gemémque ad æthra iusta cogent Martium,
Zelum propinqui quem necant per inuidum
Mei propinqui.

Ac multa quidem Lucas de primis Ecclesiæ nascentis fidelibus tradit, quorum numerum auxit felix Petri piscatio, quósque Apostolica institutio tam sanctè formauit, vt multitudinis credentium cor vnum, & anima vna esset, vtque omnes quotidie in templo ad laudes Deo celebrandas conuenirent, & non solùm in Apostolorum doctrina, sed etiam in frequenti, imò quotidiano vsu sacræ Eucharistiæ, orandique studio perseuerarent. Pia & C præclara isthæc studia & exercitia Christianæ pietatis illo vigebant seculo, sed Deiparę inprimis nota, vsitata, grata, iucunda, imò etiam, ni fallor, necessaria, vt quæ Christi Domini genitrix diceretur & esset, alios omnes etiam suæ virtutis & sanctitatis præiret exemplo. Fuit igitur omnibus & venerationi & admirationi, vt [a] Hildephonsus asserit: fuit cunctis desiderabilis, vt apud [b] Ignatium legimus: fuit prioris Ecclesiæ pars optima, & exemplar iunioris Ecclesiæ sponsæ Filij Dei, Filij sui, quem-admodum [c] Rupertus affirmat: fuit denique talis, vt vnius vita omnium esset disciplina, [d] Ambrosio teste. Atque huc imprimis pertinent, quæ scribit Græcus author [e] Sophronius (etsi opus in vulgaribus exemplaribus Hieronymo adscribatur, cuius ille quidem fuit familiaris) Ecce, inquit, Iesu ascendente, cum quibus Virgo vacat in Schola virtutum, & meditatur in lege mandatorum Dei, vt & ipsa sit forma disciplinæ Christi, & exemplum perfectionis hominibus. Conuersatur quidem cum testibus sanctæ resurrectionis & ipsa testis. Conuersatur cum senatoribus cæli intra curiam Paradisi, sub Spiritus sancti disciplina, & magisterio diuinæ maiestatis. Inuenitur prima beata Maria, inter primos summi Regis cohæredes, quorum vita non erat iam de terris, in quibus Christus prælibatur, sed de cælis. Non itaque eximius ille chorus sanctorum Apostolorum eam deseruit, inter quos post ascensionem intrans & exiens familiarius cõtulit de Christi incarnatione, tãtò siquidem verius, quantò ab initio plenius per Spiritum sanctum cũcta didicerat, & perspexerat oculis vniuersa, licet futurus esset, Matri & eidem Ecclesiæ protectrici totum militantis Ecclesiæ statum, qualis qualis ille & Apostoli per eundem Spiritum omnia cognouerunt, & in omnem edocti peruenerunt veritatẽ. Mariæ haud minus quàm ministro & custodi huius

ex reuelatione diuina Mariæ Prophetis & Prophetissis omnibus præferenda.

a Serm. 5. de Assumptione Virginis. b Ad Ioan. c In libr. 2. de operib. Spiritus sancti, & d Lib. 2. de Virginibus. e In serm. de Assumptione Virginis.

Mariæ vita in Ecclesia primitiua qualis fuerit iuxta Sophronium.

Maria cum Apostolis multa contulit de mysterio Dominicæ incarnationis.

Maria cunctis in ecclesia primitiua præluxit vitæ sanctimonia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannes Apostolus Mariã, vt Filius matremobseruat diligentius.

Vbi Maria post ascensionem Filij maximè habitarit.

Lib.2. de Eccles. histor. cap. 21

In sermo. de Assumptione Virginis.

Quam sanè beatam Virginem etsi omnes venerati A sunt discipuli, eique famulabantur affectu dilectionis, Ioannes tamen amplius & specialius vsque ad finem vitæ: qui sibi commissam quasi matrem filius, vt Virgo virgini cohæreret, & deseruiret officiosissimè cura adoptionis.]

Quod si roget fortasse aliquis, vbi & in quibus locis tam sacra & gratiosa sine Virgo, siue vidua deinceps habitarit, cum Nicephoro respondere licebit, illam Hierosolymis ad sanctam Sion (sic enim appellabant) & quidem in Ioannis domo habitasse, ibique ad extremum vsque diem suam peregisse vitam. Sophronius illam non procul à sepulchro Domini interdum habitasse diuinat magis quàm affirmat. Patres verò in Synodo Ephesina collecti, ad clerum populúmque Constantinopolitanum scribunt, quod Ioannes Euangelista & sacra B Deipara Virgo Maria, Ephesiorum vrbem quandoque incoluerunt: Hoc si verum est, Maria post assumptum Filium non perpetuò Hierosolymis mansit, & dispersis iam in orbe Apostolis, vt in sua quisque prouincia diuinum semen spargeret, superstes fuit, atque, vt est probabile, Ioanni Apostolo in Asiam profecto se comitem præbuit, vt quem constat Ephesijs Christi Euangelium prædicasse. Et confirmari potest hæc traditio, quandoquidem in Epistolis Ignatianis Maria scripsisse legitur, quòd vna cum Ioanne in Antiochiam se venturam esse promittat. Veniam, inquit, cum Ioanne, te, & qui tecum sunt videre: Ignatium scilicet, qui Antiochiæ potissimum floruit, hac oratione compellans. Etsi verò fatetur Epiphanius, sicut & multi alij comprobant, quòd Ioannes in Asiam instituerit profectionem, haud tamè concedit, quod idem sanctam Virginem eò secum adduxerit. Verùm si rite verba Epiphanij perpendantur, non ille quidem negat Mariam Ephesum vel in Asiam peruenisse, illíque cum suo custode Ioanne habitasse (quemadmodum tam præclaræ Synodi Patres, vt opinor, non vanè testantur) sed solùm affirmat, nihil tale in sacris literis reperiri, quæ propter miracula excellentiam isthæc prætermiserint. Atque vt maximè apud Ephesios illa vixisset, tamen consentaneum est, quod Hierosolymam posteà reuersa sit, ibíque diem extremum clauserit, sicut posteà suo loco dicemus.

In Epistola Virginis ad Ignatium scripta. Hæres. 78 contra Antidicomarianitas.

De loco Epiphanij rectè accipiendo.

Caeterum inter alia nostræ Virginis opera, quæ multi cum laude narrarunt, mihi reticendum non est pium eius institutum in sacris locis post filij resurrectionem atque ascensionem crebrò adeúndis atque religiosè visitandis. Etsi enim tota esset, vt sic dicam, spiritualis, rebúsque externis ac cæremoniis ad Deum in spiritu orandum & ad sacra meditanda minus quam alia quælibet indigeret, tamen quandiu mortale corpus circumtulit, sensitiuis etiam naturæ motibus & corporeis actionibus (quemadmodum & Christus ipse fecit) conuenienter est vsa, ideóque templi ac Sanctorum locorum visitatione delectata, quòd inde ad rerum sactarum memoriam atque contemplationem sibi animum excitari, & varios pietatis affectus augeri experiretur. Igitur & Caluariæ rupem, vbi crucifixus est Dominus, ascendebat, vt locum impleret lachrymis, in quo Christi sanguis peccata diluens, de cruce destillauerat. Tum ad speluncam Saluatoris ingressa, sepulchrum eius venerabatur, simúlque resurgentis Filij gloriam adorabat. Cum porrò ad montem Oliueti ventum esset, vnde Christus in cælum ascendit, impressa pedum eius vestigia deosculabatur. Arridebat illi Bethlehem, quam sui puerperij testem gaudebat aspicere, vbi augustissimum illum partum pannis inuoluerat, & præsepi imposuerat, & pastoribus ostenderat, ac à Magis viderat adorari. Placebat Nazareth ciuitatula, flos, vt sic dicam, Galileæ, prima & diuturnior sedes Emanuelis, qui non solùm illic conceptus, sed etiam nutritus, iucundissimam sui memoriam Matri refricabat. Tum ad Iordanis fluenta peruenienscum voluptate secum animo reputabat, quid egisset Ioannes, quomodo & vbi baptizasset filium, quæ vox cœlitus audita filium orbis Doctorem creasset, omnibúsque publice commendasset.

Assert. Luc. 2.

Matth. 2. Luc. 2. Matth. 2.

Luc. 2. Matth. 3.

Bone Deus, quæ Mariæ mens, quis amor, quæ lachrymæ in his aliísque Palæstinę locis inuisendis, dum res varias in Euangelio scriptas, aliásque plures illic à Christo gestas sibi in animum reuocaret, atque studiosissimè quidem contemplaretur? Atq; ob hoc ipsum in valle Iosaphat, vt putant, commorata est, ne à sanctis locis longè recederet, sed sæpius eadem inuiseret, quæ Christus sua præsentia, tótque mysteriis atque miraculis consecrasset. Atque huc velut alludens Hieronymus, vt Marcellam ad loca Palæstinæ sacra inuisenda, id est, ad Mariam imitandam inuitet, hac vtitur oratione: Ergóne erit illa dies, quando nobis liceat speluncam Saluatoris intrare? in sepulchro Domini flere cum sorore, flere cum matre? crucis deinde lambere lignum, & in Olivieti monte cum ascendente Domino, voto & animo subleuari?] Rursus idem Hieronymus Paulam viduam laudat, quod Romana vrbe atque nobilitate contempta, sedem sibi delegerit in Palæstina, vbi cum consisteret, loca sacra fide incredibili peruagata sit, & in illis prostrata, quasi præsentem Dominum cerneret, non sine lachrymis adoratit. Ac nos quidem de hac Mariæ in eiusmodi sacratis locis inuisendis consuetudine, quam complures posteà sunt amplexi, nihil recensemus, nisi non modo scholastici Doctores, vt Vincentius, Antoninus, & Dionysius, sed etiam his vetustiores Guerricus, Hildephonsus & Sophronius dictæ narrationis astruerent veritatem. Solius verò Sophronii verba, ne sim longior, hoc ioco reperere sat sit: Beata Virgo Maria, quamuis iam in spiritu esset, tamen dum in carne vixit, carnifibus mouebatur sensibus: & ideò quam sæpè locorum recreabatur visitationibus: & quem genuerat, mentis complectabatur amplexibus.] Acturus: Fortassis ergo præ nimio amore, in loco, quo sepultus Christus dicitur interdum habitasse eam credimus: quatenus pijs pasceretur internus amor obturibus. Sic namque locus medius est hinc inde constitutus, vt adire posset ascensionis eius vestigia, & locum sepulturæ ac resurrectionis, & omnia in quibus passus est loca inuisere: non quòd iam viuentem quæreret cum mortuis, sed vt suis consolaretur aspectibus.] Neque Mariae sanctam &[b] magni Regis propriam, per quam Dominus iurare verat, quæ & Domina gentium & Princeps prouinciarum dicta, tótque Propheticis oraculis illustrata est religionis ergo inuisérit qui-

Quæ loca Virgo sacra maxime visitarit. Matth. 27 Luc. 23 Ioan. 19

Quæ Maria in gestis circa loca eorum sacra versatur.

In epist. Pauli ad Ephes. hoc nomine ad Marcellam. Item in epitaph. Paulæ matris ad Eustochium.

Non inscitè dicitur Maria Dominici corporis fœtura & genitura virgo.

Sophronius in Assumptione B. Mariæ Virginis.

In sermo. de Assumptione Virginis.

De Mariæ conuersatione in Ecclesia primitiua.

Lib. 2. de Laudibus Virginis. Art. vlt.

Threnet. In Epist. ad Marcellam, vt commeret Bethlehem, & ad Paulinum de institutione Monachi.

Mariæ vita vt quæ ad Filij sui ascensionem actiua & deinde conté plativa fuit maximè.

Serm. 4. de Assumptione Virginis. Luc. 7.

Maria in vita contemplatiua longè perfectior quam Magdalena. Luc. 10.

Quomodo Maria post Filij ascensionem vitam exegerit cum virginibus & viduis.

Serm. 1. de Assumptione Virginis.

que Christum in eo loco vbi steterunt pedes eius, A reuerenter tot seculis adorarunt, eòque ad palæstinam ex toto orbe vndique iam olim (vt veteres sæpe testantur) concurrerunt. Atque hæc obiter, quicquid demum veteres ac noui obstrepant Eustachiani, vtpote piarum ad loca sacra peregrinationum insani impiique calumniatores, quorum petulantiam hoc ipso Libro forsasse posteà reprimemus.

Iam verò, ne diutius hic hæream, magno consensu veteres docent, Mariam, inde à Christo primum concepto & nato, velut Marthę officiosę partes exegisse, atque in actiua vita, vt vocant, multum sollicitudinis, laboris, peregrinationis ac molestiæ posuisse, quæ deinde subuecta in cælum filio, à Marthæ negotio ad sanctum Magdalenæ otium, vitámque contemplatiuam se maximè couerterit, B eíque studio singulari vacarit. Qua de re Guericus, vt alios omittam, hæc scitè prodidit: Maria sic se Marthæm exhibuit in cura pueri nutriendi, vt nihil omnino Mariæ partes executa credatur in studio verbi cognoscèdi. Maximè tamen, postquam idem filius ascendit vbi erat prius, mater absoluta omni sollicitudine temporali, sanctóque Spiritu (quem præter singulares illas conceptus sui primitias, cómuniter cum Apostolis acceperat) plenius illuminata; gaudebat nimirum vacare & videre quoniã Iesus est Deus. Visio est prorsus ineffabilis gaudij summęque delectationis, omnibus qui diligunt Iesum: sed præ omnibus illi quæ genuit Iesum.] Non solum enim perfectæ Virginis, quæ spiritu & corpore sancta soli Deo placere ac seruire satagit, verum etiam Euangelicæ probatissimæque viduæ, C tanquam clarissimum speculum & absolutum exemplar se præbere debebat. Talis autem & Virginis & viduæ proprium est, mundi tumultus fugere, rebus profanis mortuam esse, soli Deo adhærere, nocte, ac die obsecrationibus & orationibus incumbere, templum, & lachrymas amare, cum Angelis magis, quam hominibus conuersari, desideriis atque suspiriis ad cœlestia tendere, in carne sine carne viuere, sacris studiis animum pascere, ac præcipuè Christi vitam, doctrinam, crucem, mortem, gloriam cum spirituali gustu audire, legere, tractare, meditari. Hæc enim verè contemplatricis Magdalenæ sunt munia, hæc religiosæ mentis, Deúmque amantis officia, sed quæ nusquam ac in Maria, splendent illustrius, maioréque cum fructu & voluptate exercitata fuerunt. Hildephonsus ex Euangelio rectè quidem hoc modo ratiocinatur: Si Maria quondam peccatrix, cui donando peccata Christus erat propitius, intente verba audiebat ex ore eius: quanto magis hæc, quæ erat mente & corpore sancta, audiebat ardentius, cuius idem ipse & Dominus erat & filius?] Rursus verò: Eam optimam partem, inquit, quam soror Marthæ Maria in specie & figura gerebat, Dei genitrix, iure, vera firmissimè meretinebat.] Est sane probabile ac piorum fide dignum, quod scribit Rickelius, Mariam non modo patienti filio vehementissimè compassam esse, sed etiam eidem iam glorificato cum noua quasi gloria sese conformasse, vt totus mundus illi magis magisque vile seceret, ipsaque rebus cœlestibus inceßabiliter inhiaret, nihil amans, aut cupiens, aut admittens extra dilectum vnicumque Filium ad quem tota suspiraret, suam conuersationem in cælis potiùs, quàm in terris habens defixam.

Quamobrem fante vnquam, tunc maxime, cùm Filius sponsúsque esset ablatus, Maria ad diuina meditanda sese conuertit, sníque Filij res gestas, neque solum humana, sed etiam diuina eius opera (quæ tanquam optimum charissimúmque thesaurũ multis annis percepta, in virgineo pectore considerat) sedulò secum repetebat, multúmque de more ponderabat. In qua meditatione idem quod amore flagrantibus vsu venit, experta est, vt magnis & vehementibus æstibus crebro laboraret, & huius vitæ pertæsa, ad filij sui adamati conspectum atque complexum dulcissimum mirabiliter aspiraret, sæpiúsque multas amoris lachrymas profunderet. Nam ad illam quoque Christi sermo pertinet, quo suis luctum ieiuniúmque prædixit. Venient dies, inquit, quando auferetur sponsus ab eis, & tunc ieiunabunt. Quod si sponsi filiis id futurum erat, quantò magis eiusdem sponsi matrem ingens luctus ac triste tempus obruit, quo & ieiunaret & fleret, dilecti amore grauiter vulnerata & ebria, vt fine illo vita grauis & amara videretur. Sic enim & Rupertus nos docet ratiocinari, & Mariam pulchre hoc pacto loquentem inducit: Flebam & præ singultibus vehementer erumpentibus, non poteram verba nisi concussa, vel voces nisi intercisas euoluere. Nunquid enim poteram absque fletu de illo verba facere? Verùm fletus ipse consolatio mihi erat, delectatio quædam mihi erat sicut & cuique vestrum lachrymæ meæ dulces sunt, fluentes in eiusdem recordatione dilecti, iuxta illud: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Quantò magis mihi, dum diceretur mihi quotidie, vbi est Deus tuus, Filius tuus: siue dum dicerem ego: Me dimisit in hoc exilio Deus meus, Filius meus, de me taliter incarnatus vel natus, propter me, & me vidente taliter agonizatus, talia passus? Quale mihi erat, commemorare siue narrare verba eius, verba morientis siue continuo moriturí dilecti, maxime commendantis charitatis præceptum, mandatum dilectionis, ab illa cœna sacrosancta, quando tradebatur, vsque ad hæc verba nouissima: Mulier, ecce Filius tuus: ad discipulum autem: Ecce mater tua? Ibi ignis, ibi gladius: ignis amoris, gladius doloris: & anima mea victima erat holocausti. Hanc enim & ignis incendit, & gladius pertransiuit. Vnde sicut adeps sacrificij liquescit ab igne, & sicut fluit sanguis de gladij vulnere, sic anima mea liquefacta est, non ibi semel tantum, vbi moriebatur ipse, verùm etiam quoties me aperiente pessulum ostij mei locutus est in me.] Quod si deuotio, vt dicunt, lachrymarum mater est: si sancti viri, quum diuina meditantur, aut cum Augustino decantari sacros hymnos audiunt, à lachrymis se cõtinere nõ possunt, quid de hac sanctarum sanctissima virgine pronunciabimus, quę semper diuina meditabatur, quæ Dei spiritu plena erat, quæ in Dei abyssо mergebatur? Non enim lachrymæ tantum erumpunt dolore, sed & lætitia manant, ac tãto vberius Virgini elicièbantur, quanto & frequentius & iucundius de suauissimis Filij verbis & mysteriis cogitabat. Cæterum quæ Rupertus paulo ante produxit, ea non pie modo, sed etiam vere dicuntur, & Deiparæ morem affectumque proprium exprimunt, vt illam in vita, fere dixerim, viduali

Mariæ multa & magna de Filio & rebus Euangelicis meditãda sup petebant.

Matth. 9 Mariæ luctus & ieiunia fuit post assumptũ Filium hue sponsum.

Libr. 5. in Cantica.

Flerut Mariæ post Christũ ablatum frequens & dulcis.

Psalm. 41

Ioan. 9.

Genes. 22

In lib. Confess.

Maria veluti vidua desolata vixisse videtur, ac mãdo velut mortua.

In sermo. de Assumptione Virginis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

desertam, meritôque mœstam rectius intelligamus. Mundus enim illi crux, carnis voluptas instar fellis, corpus carcer, vita mors, mors lucrum deniq; videbatur: Tantoperè illa, cuius omnis conuersatio in cælis studiisque cælestibus versabatur, tantoperè inquam, Christi Filij & spectandi, & amplectendi, & osculandi desiderio, noctes atque dies torquebatur. Verùm de his Mariæ affectibus, quos liber Cãticorum sub sponsæ dilectæ & diligentis specie nobis mirificè considerandos proponit, alibi non pauca protulimus, ideóque nunc solum Sophronium inducemus. Amor Christi, inquit, Mariæ desiderium pariebat, desiderium verò gliscens, quasi nouis reparabatur ardoribus, in tantum vt credam, quod nonnunquam omnia, etiam & semetipsam transcenderet: quia omnino amor impatiens, quod amat non potest non videre.] Ac rem eandem fusius explicans: Cogitate, inquit, attentius & perpendite diligentius, quibus afficiebatur beata & intemerata Virgo Maria doloribus post Christi ad cælos ascensum, expletis omnibus quæ de ipso erant ab Angelis prædicata, & à Prophetis multifariè multisque modis præsignata, diuinis declarata oraculis, virtutibus exhibita, & quæ humanitatis sunt ostensa præsagiis. Quæso, si qua sunt in vobis viscera pietatis, considerate quo cruciabatur amore, quóve desiderio æstuabat hæc Virgo, dũ reuoluceret animo cũcta quæ audierat, quæ viderat, quæ cognouerat. Puto quòd quicquid cordis est, quicquid mẽtis, quicquid virtutis humanę, si totum adhibeas, non sufficiat, vt cogitare valeas, quanto indefinẽter cremabatur ardore pij amoris, quantis mouebatur, repleta Spiritu sancto, cælestium secretorum incitamentis: quia etsi diligebat Christum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute: nouis tamẽ quotidiè inflammabatur præsentia absens desideriorũ affectibus: tanto siquidé validius, quãto magis diuinis illustrabatur intus visitationibus: quam totam repleuerat Spiritus sancti gratia, quam totam induerat diuinus amor: ita, vt in ea nihil esset, mundanus quod violaret affectus, sed ardor continuus & ebrietas perfusi amoris. Nam & Christus ab hominibus est amandus ex toto corde, & ex tota anima, atque ex tota virtute quærendus: maximè tamen ab ea ardentius, cuius & Dominus erat & Filius.] Sic ille Mariæ in Christum amorem, desiderium & ardorem ostendit, ac nobis etiam attentius considerandum in illa reliquit, in qua neq; mundus, neque peccatum ius vllum haberet, & quæ inter homines versans, humanis negotiis non implicaretur, vt à Dei conspectu mentis oculos auerteret. Etsi enim eius anima corpore graui & mortali, quod ad ima demergit, inclusa esset, tamen quoniam igne diuini amoris & incessabili ardore incenderetur, ad superna cælestiáque tendebat, & ad dilecti filij præsentiam semper adspirans, in ea summo gaudio maximisq; deliciis fruebatur. Quin mens eius diuinitate quodammodo perfusa, in Deũ ita transierat, vt sine Deo viuere aut suspirare non posset, vtpotè quæ totum sui amoris thesaurum in cælo fixum ac immotum haberet. Nihil ergo mirum, quod nonnulli Mariam prorsus ecstaticam faciant, cuius vita iugis & continua quædam fuerit contemplatio, incredibili quodam spiritus feruore cõdita, ac diuinis reuelationibus mirabiliter illustrata, vt his, velut odoriferis Paradisi floribus, A & vernantibus liliis languens amore sponsa vtcunque fulciretur. Postquam enim Dei mater effecta, tantorum mysteriorum conscia esse cœpit, haud sine miraculo cõtigisse videtur, vt tot tantisque diuini Spiritus splendoribus irradiata, tótque charitatis iaculis vulnerata Virgo, tantum lumen videre, tantum pondus sustinere, & tamdiu vitam retinere posset, vtque immenso illo tot Sacramentorum pelago mens eius non absorberetur.

QVANQVAM non ita cõtemplantẽm diuinóque cultui duntaxat intentam Mariam facimus, nihil vt aliena curaret, aut omnem discipulorum ac neophytorum curam abiiceret, sibi solum, non aliis viuens ac seruiens. Absit hæc impuritas à purissima: absit veræ charitatis neglectus ab ea, quæ B præ cæteris non diuina modo, sed & fraterna & fœtoria dilectione ardens, non paruam eius Ecclesiæ rationem habere & voluit & debuit, cuius ipsa præcipuum membrum erat, & pro qua Christus in acerbissimam mortem se totum tradiderat. Facta est igitur tanquam oliua fructifera in domo Domini, & velut communis mater nouæ sanctæque familiæ, vt omnes lucrifaceret, omnibus ex animo sese accommodauit. Aliquando verbis & scriptis, nonnunquam per Apostolos, sæpè sida precatione suam erga proximum charitatem ostendit, labantes erexit, stantes confirmauit, humi iacentes sustulit, contritos curauit, torpentes animauit, ægrotis opem tulit, velut & ipsa diceret: Quotidie morior propter gloriam vestram fratres, quam habeo in Christo Iesu: non quæro quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Etenim probè C didicerat, [a] finem præcepti, & [b] legis plenitudinem, [c] totiúsque perfectionis vinculum esse Charitatem, [d] charitatem inquam, de corde puro & cõsciẽtia bona, & fide nõ ficta. Quare huius charitatis igne flagrans, cum infimis etiã commorari & assidere, communem cum illis cibum sumere, eisdem legibus viuere noneſt dedignata. Vnde sicut in Epistolis Ignatianis legimus, miseris & afflictis illa cõdolebat coafflicta, neque segniter subueniebat, humilibus deuota, quæ & deuotis deuotius, vt vetus interpres transtulit, humiliaretur; omnium quidem operum pietatis apud fideles ministra. Cur enim de his Ignatij epistolis dubitemus, quas non modo Bernardus, sed & Marcus Michaël Carnotensis, Donysius Rickelius, Marianus Victorinus, Symphorianus Clamperius, aliique complures agnouerunt, & Ignatio tribuunt? Gloriantur sanè Florẽtini; quod epistolam à Deipara scriptam acceperint, eámque Hieronymus Ferrariensis pro concione explicare non dubitauit: Sic autem habet: Florentia Deo & Domino Iesu Christo filio meo & mihi dilecta tene fidem, insta orationibus, robora te patientia: his enim & sempiternam salutem apud Deum, & apud homines gloriam consequeris.] Tum apud Siculos extat insignis Resp. Messanensium, quæ aliam epistolam ab eadem Virgine matre missam prædicat, atque vt audio, reuerenter in scriniis suis asseruat. Hæc quo velut Marianę charitatis symbola dixerim, quibus talem tantámque matrem de multorum etiam absentium longéque dissitorum salute non parum sollicitam fuisse res ipsa confirmat. Eadem charitate duce multa cum Apostolis sæpè contulit, nec pauca Lucæ, quem nonnulli Virginis Notarium dicunt,

In Maria continuus ardor & ebrietas spiritualis.

Mariæ vitam pœnitus ecstaticam, ac diuinis cõtemplationibus plenam egit in terris.

Maria eũ Apostolis, & præsertim Ioane & Luca contulit de Filij mysteriis.

Hymn. 4. de per missus est &c.

In Encom. de festo Assumptionis Mariæ quæ in corde suo cõtulerat, & per Euangelia de singulis Euangelicis reuelauit.

dicunt, & Ioanni eius valdè familiari, aliisque pluribus in Apostolica illa Ecclesia benignè communicauit. Ita enim tum ab Angelo Gabriele, tum à Christo filio in sacris erat edocta, vt rerum Euangelicarum tempus & ordinem tenẽs (Bernardi verbis vtar) melius postmodum scriptoribus ac prædicatoribus Euangelij veritatem referaret, quæ & plenè de omnibus à principio cœlitus fuerat instructa mysteriis.] Quare notat etiam Eusebius Emissenus, Mariam, vt sapientissimã matrẽ, omnia verba in corde suo cõtulisse, nobisque conseruasse, & memoriæ cõmendasse vt tandem ipsa docẽte, narrante atq; nunciante scriberẽtur, & vniuerso mundo prædicarentur, cunctisque nationibus communicarentur.] Móxque subiungit: Ab ipsa enim hæc Apostoli audierunt, & ipsa dictante scripserunt, nobisq; legenda mandauerunt. Quis igitur Euangeliis non credat? Quis eis contradicere præsumat, quæ aut Matris, aut Filii authoritate muniuntur? Quædam enim Apostoli & Euangelistæ à matre Domini audierunt, quemadmodum illa & cætera quæ de Saluatoris nostri infantia scripta sunt: plurima verò visu & auditu ab ipso Domino didicerant.] Cui rei maiorem fidem facit, quòd eruditè Rupertus admonet, duplex tempus, docendi & loquendi videlicet, à Maria obseruatum, atque à nobis etiam in illa spectandum esse. Quamdiu, inquit, Filius hominis manere debuit minoratus paulò minus ab Angelis, ferè tamdiu fuit beatæ Virgini tempus tacendi, & tamdiu tacuit, tamdiu in silentio fuit, velut hortus conclusus. Vbi autem gloria & honore coronatus est Filius hominis resurgendo & in cælos ascendendo, vbi sedet ad dexteram Patris, tunc eidem beatæ Virgini tempus fuit loquendi, & hoc amicis, id est, sanctis Apostolis, & talia loquendi, qualia prius portare non potuissent. Vbi venit Spiritus veritatis, primus quidem & princeps ipse illos omnem veritatem docuit, sed & ipsa beata Virgo testimonium suæ vocis adhibuit, & taliter locuta est auribus fidelibus, vt proinde rectè dicat dilectus eius Deus: Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua; emissiones tuæ, paradisus malorum Punicorum cum pomorum fructibus, cyprus cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis. Fons hortorum, puteus aquarum viuẽtium, quæ fluunt impetu de Libano.]

Maria vitam actiuam cum contemplatiua coniunxit, in charitate proximi exercenda imprimis diligens.

Maria doctorum doctrix, & Apostolorũ magistra.

Cantic. 4

Fascic. 2. Myrrh. Maria tempus & tacendi & loquendi diligentium ob seruauit.

Maria docta & Apostolorũ magistra.

Vide Ioan. Gerson. de Natiuitate Mariæ cap. 3 & 4. parte Summæ titulo 12.

Vide Arcan. de Virginis excellentia lo. supra citata.

Martin religio vide præcitat. lib. magistra Maria, pluri mum fuit agnitionis.

Dionysij Areopag. de ecclesiast. hierarch. cap. 3.

NIHIL ergo mirum, quòd MARIA præclaris illis titulis exornetur, vt dicatur Doctorum doctrix, & Apostolorum magistra vel illuminatrix, sicut [a] Idiota & [b] Antoninus appellant, quibus [c] Beigittam ádiungo. Nam & beatus Lucas, cui inter cæteros Euangelistas descriptio Dominicæ incarnationis attribuitur, Euangelii seriem à Virgine Maria didicisse traditur, vt loquitur Idiota. Eadem in epistola Ignatiana religionis nostræ & pœnitentiæ magistra vocatur, ad quam inuisendam, velut ad cæleste prodigium & sacratissimum spectaculum complures auidè properarent: cum vniuersis admiranda esset atque desiderabilis, vt eam videre gauderent & alloqui. Inter hos Dionysius Areopagita recensetur, qui cum ad Mariam venisset, neque tam formam corporis, quam morum sanctitatem & nescio quem diuinum in ea fulgorem spectasset, hoc dixisse fertur: Nisi mihi de A filio tuo esset reuelatum, facilè crederem, alium præter te, non esse Deum. Digna est autem historia, quæ pluribus verbis è viro sancto & docto Dionysio Rickelio repetita, hoc loco adscribatur. Beatus Dionysius, inquit, legitur à Græcia perueniſſe in Iudæam, ac exoraſſe Ioannem Apostolum, vt ei dignaretur præstantissimam illam ostẽdere fœminam, ex qua vniuersorum principium nasci & prodire dignatum erat. Cúmque sacra Virgo suam illi præsentiam exhibuisset, Dionysius in tanta ciritate, luce & gloria ipsam intuebatur, quod præ admiratione deficiens mox in terram corruit, ac tandem reuersus ad se dixit: Nisi ex relatione naturali & fide nouissem, esse aliam Deitatem, non putassem præter hanc esse aliam. Hoc idem recitat Vbertinus libro de vita Saluatoris, addens quod Dionysius circa præclarissimam Virginem vidit innumerabilem exercitum Angelorum.] Adeo venustum & perfectum huius puræ & sanctæ animæ habitaculum támque præclarum illud Spiritus sancti hospitium fuit, quòd omnes in admirationem raperet, nihil vt in terris vel spectabilius, vel venerabilius esse videretur. Neque illi tamen defuere cerramina: quandoquidem cùm maiorem in modũ ab omnibus celebraretur, Scribas & Pharisæos infensos & infestos habuit obtrectatores; nimirum, vt ne matri parcerent, qui & virulentissimis linguis, & nefariis planè consiliis in Filium iam antè immaniter desæuissent. Cum his congruit Artopæi sententia testificantis, quod Maria post Christi ascensionem perpessa sit Hæreticorum, & impiorum indignas obtrectationes.

In elucidat. 3. cap. de diuinis nominibus.

Maria Scribas & Pharisæos habuit aduersarios.

In concione de B. Virg.

C QVID, quòd Melanchton palàm pronunciat, Mariam fuisse, quæ post ascensionem Domini suis consiliis rexerit Apostolos, & primum illum credentium cœtum? Hoc si verum est, vt sanè videtur consentaneum, non tam interfuit, quam præfuit priuatis & publicis conuentibus, in quibus tempore illo difficillimo maximis de fidei negotiis Apostoli alliique seniores subinde consultarunt atque definierunt. Quod vt minus mirum esse videatur, eruditus author Rupertus perspicuè tradit, cùm ad primum concilium Hierosolymis celebrãdum Apostoli conuenissent, nec Mariam suo muneri defuisse, quam non modo magistram Magistrorum, id est, Apostolorum, sed etiam fidei & religionis magistram appellat. Ac tacitam obiectionem diluens, hæc subiicit? Quia Spiritus sanctus illos docuit, idcirco vocis magisterio non illis opus fuit? Imò vox tua vox illis fuit Spiritus sancti, quicquid supplementi opus erat eisdem mortalibus, vel testimonii ad confirmandos singulorum sensus, quos acceperant ab eodem Spiritu diuidente singulis prout vult, ex religioso ore tuo perceperunt, instructo ad loquendum, benè composito ad tacendum prout tempus erat oportunum. An quia loco supra memorato de actibus Apostolorum, vbi facta seditione propter cæremonias Iudaicas conuenerunt Apostoli & seniores videre de hoc verbo, nullam tui mentionem Scriptura fecit, idcirco putandum est, quod conuentus ille te omiserit, & sanctum de tuo pectore, de tuo ore, spiritum non consuluerit? Imo & illis & in cæteris agẽdis, tu Princeps omnem soluisti quæstionem: ita tamen, vt non clamares, neque contenderes, neque audiretur vox tua foris: quia sicut ante nos dictum

Maria suis cõ filiis Apostolos & primi-am Ecclesiã rexit iuxta Melanchthonem.

Maria in primo concilio Apostolico suum habuisse locum.

In 2. parte Chronicorum & in locis communib. Manlii. Lib. 1. in Cantica. Aller. 15

1. Cor. 12

Mariæ vox testimonio fuit Spiritus sæpè loquentis in Ecclesia primitiua. Aller. 15

Esaiæ 42.

Mariæ consilio Apostoli multum tribuisse.

Brigittæ testimonium de vita & operibus Mariæ in Ecclesia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,tu es sola Virgo,quæ vniuersam hæreticam prauitatem interemisti.] Nec esset operosum, ex viduæ Brigittæ libris huc multa transferre, quæ Mariam in Ecclesia primitiua versantem ita describit, vt magistra fuerit Apostolorum,confortatrix Martyrum, doctrix confessorum, clarissimum speculum virginum,consolatrix viduarum, in coniugio viuentiú salubertima monitrix, atque omnium in fide Catholica perfectissima roboratrix, cuius demum verbis, exemplis, studiis ac operibus honestissimis effectum sit, vt innumerabiles Iudæi ac Ethnici ad Christi fidem conuerterétur. Hac enim de causa illam post ablatum Filium diu in terris mansisse superstitem, vt complures ad meliorem vitam adduceret, simúlque Apostolos & electos in officio confirmaret. Quæ in locis sacris, vt diximus, visitandis sedula fuerit, & dominicæ quidem passionis memoriam cordi suo adeò infixam gesserit, vt eius inter edendum & bibendum non potuerit obliuiisci, à mundi quidem rebus aliena prorsus, & quæ nouis quotidiè desideriis inflammaretur, ac simul doloribus excitaretur: sic interim gaudium ac dolorem temperans, vt circa Dei cultum nihil prætermitteret. Quæ demum communem cum aliis vitæ rationem sic instituerit, vt præter tenuem victum nihil desiderare vel admittere soleret, quo quidem in hoc mundo delectaretur. Hæc verò illa vidua clarissima, per Spiritum sanctum, qui vbi vult spirat, illustrata, & Ecclesiæ iudicio comprobata cognouit atque scripsit, quemadmodum alia non pauca, quæ ad mirificam Deiparæ vitam, sanctissimósque mores intelligendos faciunt, multis disseruit. Sedenim ne modum excedamus, plura id genus congerere supersedebimus.

Christi parentis memoriã Mariæ animo semper insedisse.

Act.2.& 4.

Mariam cum primis credẽtibus amasse,& obseruasse Euangelicam paupertatem.

IELVD silentio præterire non possum, ad Mariam quoque pertinere, quod Lucas de primitiua Ecclesia; Omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia: possessiones & substantias vendebant,& diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Nec quisquam eorum quę possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Sancta quidem & Apostolica institutio', tam puro congruens Christianismo, quæ perfectionis omnis studiosissimæ Virginis ac Magistræ non potuit non esse grata, quum illius vtilitatem per se maximam, & Euangelicæ Philosophiæ conuenientissimam esse sciret. Accedebat,

1.Timot.5

quòd sanctam paupertatem à Filio inprimis laudatam, ac eius exemplo consecratam, probè intelligeret, quódque ad omnem rerum penuriam ac egestatem perferendam, sese multò iam antè comparasset. Viuebat igitur inter pauperes & Euangelicas Hebræorum viduas, quæ ab eius temporis Ecclesia non sine delectu assumebantur atque sustentabantur, & quarum gratia septem primi Diaconi constituti, atque ab Apostolis ordinati fuisse leguntur. O ter sancta vidua, quæ adeò sese demitteret,aliisque aggregari vellet, suam portionem ex communibus eleemosynis, siue, vti vocabant, collectis accipere contenta, & quicquid demum daretur, id ingenti simplicitate & exultatione cordis admittens, vt sic etiam aliis perfectum Christianæ humilitatis præberet exemplum. Qua in re si quis alius, certè Ioannes Apostolus,fidum Mariæ procuratorem præstitit, partim vt Christo, suam matrem ipsius curæ de cruce commendanti satisfaceret, partim vt suum erga talem tantámque matrem amorem ac singularem reuerentiam, re ipsa declararet. Quare Sophronius affirmat, quòd, cùm Apostoli omnes beatam Virginem venerarentur, eique sincero dilectionis affectu famularentur, tamen Ioannem amplius ac specialius vsque in finem vitæ curasse, vt virgo virginem seruaret, suisque obsequiis eidem deseruiret. Quod fidele ministerium ne Ioannes quidem tacuit, sed toti Orbi prodidit, de seipso scribens. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam; siue vt alij legunt,in sua,quemadmodum & Græci habent, ἔλαβεν αὐτὴν εἰς τὰ ἴδια. Quanquam dubitant nonnulli, an olim paulo aliter legerint Græci, vna scilicet aut altera litera commutata,in hunc nempè modum,ἔλαβεν αὐτὴν εἰς τὴν ἰδίαν. Vulgaris lectio sic habet: Accepit eam discipulus in suam, vt curam vel matrem subintelligamus,quandoquidem necessitudinem & quasi adoptionem matris Ioannes agnouerit. Sophronius quidem docet,quando Ioannes sibi commissam acceperit in suam, quasi matrem Filius, vt Virgo virgini cohæreret, & cura adoptionis officiosissimè deseruiret.] Quod si legatur: Accepit eam in sua, id perinde fuerit, atque in suum ius,in suam curam, tanquam matrem propriam,sicut & [a] Bullingerus interpretatur: vel secundum Nannium, inter ea, quæ ipsius erant, hanc quoque pro sua habuit.

Haudquaquam verò recipiendum est, quod Ioannes Caluinus, Rudolphus Gualterus, aliique plures Nouatores Ioannem hîc diuitem faciunt, vt qui Mariæ hospitium, victus,sumptus,& nescio quæ tandem de suo subministrauerit, ac domi secum aluerit. Vnde rursus colligunt, Apostolos habuisse suas familias:quia vt Caluinus ait; *hospitio excipere non poterat Ioannes Christi matrem, nec apud se habere, nisi fuisset illi domus, & certa viuendi ratio.* Nos verò, vt breuiter his respondeamus, etsi fatemur singularem Mariæ curam à Christo Ioanni esse commendatam, tamen negamus, eiusmodi commendatione aliquid contineri, quod Apostolorum vocationi officióque repugnet. Repugnaret autem si Apostolorum quisquam mensis,ædibus,familiis, rebúsque familiaribus curandis operam daret, vel de fortunæ bonis ac reb. externis curam susciperet, aut patrem familiâs ageret. Nam Apostoli suum munus satis illa oratione declarant: Non est æquú nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Nec temerè Apostolorum princeps Petrus,cùm & ipse Ioannes præsto esset,hoc profitetur: Argentum & aurum non est mihi. Nisi fortasse qui ante Christi crucem omnia reliquerunt, & pauperem dominum pauperes secuti sunt,post acceptum Spiritum sanctum mutarunt animum, factique sunt liberiores atque ditiores illisque discipulis postponendi sunt, qui vt nihil in bonis haberent, vel propriè possiderent, domos & agros generosis animis vẽdiderunt, omniáque propter Christum vltrò reliquerunt. Certè Augustinus ex voto pauperes Apostolos facit, illisque Christus, ob paupertatem sponte susceptam, ingentia præmia pollicetur.

Quare locum Euangelicum deprauant,qui cum Caluino nouum illi sensum affingunt,de domo nimirum Ioannis propria,deque hospitio certo,quo Christi matrem exceperit atque sustentarit. Longè aliter

In serm. de Assumpt. Virginis.

In Euang. Ioan.cap.19

Quomodo intelligendi & excipiendi sint quòd Ioannes Matrem acceperit in sua.

In Euang. Ioannis Tractatu 119.

Ioan.19 In serm. de Assumpt. B.Virginis.

Inadhortatione ad Virgines.

Quomodo hic locus à Nouatoribus depranetur.

Matth.4

a In capite Ioannis. b In manus. Ambrosius.

Euseb. Eccles. histor.lib.3.cap.28

Ioan.19

An Maria in domũ Ioannis duxerit iuxta Nicephorũ.

Ioannes cap.16

aliter sanè Patres,& contrario planè modo eundem locum interpretantur, ex quibus Rupertus clarissimè dixit: Accepit Ioannes Mariam,in sua non prædia,quæ nulla habebat,vel habiturus erat, (quippe qui de illis vnus est, qui Dominum secuti,reliquerant omnia)sed sic in sua dictum est, vt in illa quoque communione rerum, qua diuidebatur singulis, prout cuique opus erat, ad huius curam quicquid illi esset necessarium,pertineret.] In eadem sententiam scribit Beda, & Ioannem quidem prorsus inter pauperes collocat, qui nihil ab ea societate diuersum fecerit,in qua cum omnia essent communia nemo suum aliquid esse dicebat, & vnicuique tamẽ prout illi opus erat,distribuebatur. Vnde intelligẽdum est ait, sic distributũ fuisse huic discipulo quod opus erat,vt illic etiam beatæ Mariæ,tanquam matris eius, portio poneretur. Magisque sic debemus accipere quod dictum est: Ex illa hora suscepit eam discipulus in sua, vt ad eius curam quicquid ei esset necessarium, pertineret. Suscepit ergo eam in sua, non prædia, quæ nulla proprie possidebat, sed officia,quæ propria dispensatione exequenda curabat.] Citarem porro Augustinum, qui solus Caluini figmentum fortissime dissipat, nisi Beda, vt sæpè alias, ita superiore loco etiam Augustiniana verba repetiuisset, in quibus peculium omnisque bonorũ proprietas Ioanni adempta, & solum procurandi officium in his, quæ Mariam attingebant, relictum ei esse cernimus. Præter hos Patres testatur Ambrosius, cum eundem locum explicat,quod Ioannes patrem & omnia reliquerit,nec vel sua, vel mundana & secularia quædam habuerit, sed ea solum quæ á Christo acceperat spiritualia. Tanti enim Christus pauperta tem habuit,vt illam & ortu suo, & ex hoc mũdo discessu consecrarit, matremque charissimam non nisi mendico commendarit. Quod verò Nicephorus meminit, Mariam in Ioannis domo Hierosolymis habitasse, atque ad extremum vsque diem vitam illic suam peregisse,sic,accipi potest,vt quemadmodum Matthæus telonium, sic & Ioannes hoc domicilium dimiserit ante Apostolatum, & tamen vsus domicilij Mariæ obuenerit, quod Ioannis, vtpotè prioris possessoris nomine manserit insignitũ. In eadem domo Christum cum suis agnum paschalem edisse narrat, quam tamen Ioannis propriã non fuisse, vt reliqua fileam,ex historia Barnabę Apostoli per alexandrum scripta potest liquido cõfirmari. Docet enim ille traditionem veterũ esse,quod Christus Pascha suum celebrarit,sæpeque aliasHierosolymis diuersatus fuerit in domo, quæ propria erat Mariæ matris Ioannis. Hunc Ioannẽ, qui alias Marcus cognominatur, vt Lucas indicat,dictę Marię Filium, eundemque Barnabæ consobrinum extitisse. Igitur in huius mulieris cœnaculo (vt idem author ad verbum scribit)Dominus Pascha fecit:in illo apparuit Thomæ Apostolo,cum à mortuis surrexisset: illuc postquam Iesus in cælum assumptus est, discipuli cum reliquis fratribus centum viginti (in quibus erant Barnabas & Marcus)ex monte Oliuarum conuenerunt: illuc Spiritus sanctus in linguis igneis ad discipulos descendit in die Pentecostes, illic collocata nunc est magna & sanctissima Sion, omnium Ecclesiarum maxima.] Facilis autem est error nomina propria cõfundentium, vt si Philippum Apostolum pro Philippo Diacono accipias, aut Ioãnem Mariæ Filium,qui & Marcus,pro Ioãne dicas Apostolo & Euangelista. Verum vt ad institutum redeã, Hildephonsus de cura spirituali Ioannem loqui existimat,in hunc modum scribens:Licet omnes Apostoli Mariam venerarentur, eique officio dilectionis famularentur, plus tamen & specialius cæteris Ioannes vsque ad finem vitæ dilexit & coluit, quique sibi commissam Virginem virgo accepit, in suã, & sic ei quasi Filius matri astitit & obsecutus est, recordans illud quod à benigno Magistro audierat.]

In qua domo Christus Pascha ederit & alia pleraque cum suis egerit Hierosolymis.

Act.1.15

In vita Barnabæ Apostoli.

Serm.6. de Assumptione Virginis.

Valeant igitur noui fabulatores, qui tam futili fundamento nituntur, vt sanctæ ac voluntariæ paupertatis institutum oppugnent,ac ne Apostolis quidem illud permittant, quos ex mendicis, sic enim vetus Theophylacti verit interpres, diuites patres familias,& politicos homines faciunt, egregium scilicet exẽplum nacti, quo impuris apostatis improbe patrocinentur,dum hi pulchra prorsus metamorphosi,ex Monachis mariti, & ex clericis laici, adeoque cauponarij,aliquando etiam carnifices nostro seculo efficiuntur. Ex his demum colligi potest, quam sint æqui & candidi Centuriatores in censenda historia Ioannis Euangelistę: hunc enim arguere non verentur, quod voluntariam paupertatem doceat, & cuidam inculcet.

Nouatores hoc loco prorsus abutũtur Sacerdotibus & Monachis vota relaxãt,

Thomas in Cathena cap. 9.10.Luc.

Cæsar.1.lib.3

CAPVT SECVNDVM.

Hominem sic esse conditum, vt potuerit non mori: oportuisse autem & decuisse, vt mortem Maria gustaret. Quomodo item accipiendum sit, quod Epiphanius de illius morte ambigere videatur. Cur mortis pœnam innocens planè subierit, & quod morte sua Deum glorificarit. Demum cur Apostoli de Mariæ morte ac rebus annexis nihil scriptum reliquerint.

Hominem à Deo primum sic conditum vt mortis ex. tex capere

DE MARIÆ morte dicturus facere non possum, quin ex Augustino Theologorũ facilè principe nonnulla repetã, quæ ad hoc argumentum spectare, & viam nobis ad sequentia munire videntur. Habet ille in hunc modum: Fides Christiana prædicat, & ita primos homines fuisse conditos,vt si non peccassent,nulla morte à suis corporibus soluerentur,sed pro meritis obedientiæ custoditæ immortalitate donati,cum eis viuerent in æternum: & talia sanctos in resurrectione habituros ea ipsa, in quibus hic laborauerunt, corpora, vt nec eorum carni aliquid corruptionis vel difficultatis, nec eorum beatitudini aliquid doloris & infelicitatis posit accidere.] In hanc Augustini sententiam Theologi omnes planè conspirant,magnoque

Lib.13.de ciuit.Dei c.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consensu astruunt, non modo posterius hoc, de sanctorum corporibus in beata immortalitate victuris, sed & prius illud, de hominibus in statu innocentiæ, si Deo subditi mansissent, pulcherrimum immortalitatis donum in carne retenturis, vt nullis omnino mortis legibus vel periculis subiacerent, per quam corporis animæque coniunctio maxima dissolueretur. Hanc gratiam, vt homini confirmaret Deus, vtque illum sibi colonum in terris immortalem seruaret, tam prouide inde ab initio de obedientia & temperantia seruanda monuit, & legem haud sine graui interminatione sanciuit: In quacunque die comederis ex eo (nimirum de ligno vel arbore scientiæ boni ac mali) morte morieris, siue mortalis eris, sicut Symmachus ab Hieronymo laudatus interpretatur. Cæterum postquam ingratus homo cibum vetitum sumpsit, ac propositam Dei legē violauit, nouam damnationis accepit sententiam, meritamque subiit pœnam, quæ illis Dei verbis continetur: Terra es, & in terram ibis: aut sicut nostri habet interpres: puluis es, & in puluerem reuerteris. Vnde colligit Augustinus ac probat, Christianos veraciter Catholicam tenentes fidem rectè profiteri, quod ipsa mors corporis non lege naturæ, quia nullam mortem homini Deus fecit, sed meritò peccati, quod Dei iustitia vindicat, nobis ac vniuersis Adę filiis & filiabus infligatur. Hanc moriendi legem ac necessitatem, eiusque propriam causam confirmat Apostolus, quum planissime docet: Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Ac alibi succinctius: Statutum est hominibus semel mori: secundū illam videlicet irreuocabilem diuinæ vltionis sententiam, quæ ad omnes & singulos pertinet: Terra es, & in terram ibis: vel sicut nos legimus, puluis es, & in puluerem reuerteris.

Homo in statu innocentię donum immortalitatis pōterat retinere.

Genes. 2

Homo post peccatū mortī reus est factus.

Genes. 3

Lib. 13. de ciuita. Dei cap. 13

Roman. 5

Hebre. 9

Genes. 3

QVOCIRCA, vt ad rem nostram veniamus, consequens est prorsus: Mariam, vtpotè Adę filiam, quæ mortalem naturam atque cōditionem ex mortalibus parentibus traxerat, mortem quoque gustasse, seque hominem cum aliis multis indiciis, tum suprema illa animæ & corporis dissolutione comprobasse. Quod nisi factum esset, suos tetros ac impios errores facilè quidam corroborassent, qui Mariam plusquam hominem, imò Angelū esse fabulati sunt, sicut de Manichæis Thomas affirmat. Angeli enim à moriendi lege semper manent exempti, & sine morte ad cælestem illam gloriam traducti in cælo lætantur: tale autem aliquid fanatici homines de Maria quoque arbitrarentur. Hinc præterea non Manichæi modo, sed & Valentiniani sua deliria cōfirmarent, ob quæ Christo Domino partim phantasticum, partim cæleste corpus iam olim impiè attribuerunt. Accedit, quod capiti membrum, Christo Maria vt in multis aliis, ita hic etiam sese debuit conformare, & ex eodem veluti calice cum Filio bibere, id est, mortem patienti animo excipere, atque ita per mortem transire ad gloriam, ne alioquin matris potior quam Filij conditio videretur. Etenim tametsi Christus violenta morte non fuisset extinctus, tamen, vt putant eruditi, longa senectute tandem confectus & assumptus, vniuersæ carnis viam ingressus, mortis legibus & ipse cessisset. Rursus cur ne Maria non debuit tot commodis ac emolumētis, quæ iusti ex morte benè piéque suscepta colligunt, vt sibi tum merita, tum præmia inde augeant, morsque ipsorum in cōspectu Domini verè sit pretiosa. Quid enim his mors est aliud, præterquam exitus è carcere, depositio sarcinæ, peregrinationis terminus, vinculorum disruptio, debiti naturæ solutio, in patriam reditus, vitæ ianua, & in cælestē Regnum ingressus? Postremo diuina bonitas hoc nobis solatium tribuit, vt nō Christi modo, sed & matris eius morientis exemplo confirmemur, nosque & alios consolemur, quando supremam illam difficillimamque pugnam sudor ille mortis erumpens ostendit, aut mortis angores & pericula nos obruūt. Si enim in viridi ligno, & in sanctissimis hominibus, adeoque in matre Domini tanta mortis potestas viget, quid mirum, quæso, aut nouum est, Sanctis inferioribus, adeoque arido ligno, id est, his, qui Christianum nomen indigne profitentur, vt nihil de impiis dicam, hanc ipsam mortis Tyrannidem dominari? Rectè igitur & præclare facit Ecclesia, quod suam de Mariæ morte fidem publicis feriis cęremoniisque testatur, solennem & anniuersariam eius diei memoriam celebrās, in quo Deipara mortem subiit temporalem: quemadmodum verbis disertis Ecclesia Gregorium Magnum, vti putant, imitata decantat.

Maria cōmuni legi moriēdi fuit obnoxia, & quare conuenerit illam mori.

Maria pro Angelo à Manichæis habita.

In tertia sent. dist. 4 quæst. 2

Christus naturalem mortē non effugisset licet nullus illū occidisset.

Psalm. 115

Mortis piorum pretiosa & fructuosa vtilitas.

Mariæ mors nos cōsolatur.

Luce. 21

Probantur Ecclesię ritus in festum celebrandi de matre Maria.

SCIMVS interim, vt hūc etiam scrupulum amoueamus, quod Epiphanius Gregorio vetustior ita scribit, vt Mariæ mortem in dubiū reuocare, incertamque relinquere videatur. Verum qui verba Epiphanij ritè perpenderit, facile comperiet, illum præclarum authorem affirmare, quod nunc extra omnem est controuersiam, de morte & sepultura sanctissimæ Virginis nihil in sactis literis esse conscriptum: cuius rei rationem nos postea sumus explicaturi. Deinde tam reuerenter ac modestè de Maria sentit ac loquitur Epiphanius, vt de illius morte ac sepultura non ausit certi aliquid definire, ideoque in hunc modum pronunciat: Non omnino defino hoc, & non dico quod immortalis mansit: sed neque affirmo an mortua sit. Eodem modo de sepultura Virginis iudicat. Melanchthon Epiphanium sic interpretatur, quod non constare dicat, quo genere mortis Maria sit extincta, aut vbi sit corpus eius in terra sepultum. Alius quidam Epiphanium intelligit, vt loquatur de morte cum ipsa incineratione coniuncta, vel quæ resurrectionem simul & glorificationem corporis Mariæ complectatur. Præterea quoniam Epiphanius è singulari quadam reuerentia loquitur, sicut & Damascenus, hoc peculiari & verecundo sermonis genere illi tacite verberantur, qui iam olim circa Deiparæ mortem, sepulturam, & in cælos assumptionem pleraque nimis audacter asseruerunt, & scriptis tradiderunt. Hæc autem pro scriptis Apocryphis [a] Gelasius habēda esse decreuit, quorum & [b] Sophronius & [c] Hildephonsus meminerunt. Adhæc ex dictis Epiphanij verbis colligi potest, quod, etiamsi nihil ipse certi hoc loco statuat, tamen nec improbet illorum sententiā, qui verè mortuam ac sepultam, adeoque in cælos assumptam Virginē credunt. Quod si vir sanctus hac de re dubitauit, ne id quidem prohibet, quo minus mortem, siue dormitionem Deiparæ cum Ecclesia confiteamur, eamque confessionē publicis Feriis testificemur, vt non modo Latini, sed Græci etiam tot seculis diligenter obseruant. Etenim vnius aut alterius Doctoris opinio siue sententia eam vim non

Vide Lucā cōmentar. Manilij cap. de calumniatoribus.

In Sermon. de dormitione Virginis.

a Distinct. 15. Canon. Romana Ecclesia. b In sermo. de Assumptione Virginis. c Sermo. de Assumptione Virginis.

obtinet, vt aliis aliter meliusque sentientibus præiudicium adferre, multoque minus, vt communem Ecclesiæ fidem, sententiam atque authoritatem labefactare possit ac debeat. Quod autem addit Melanchthon, si vera sunt quæ scribit Manlius: *Epiphanius putat Mariam coronatam Martyrio, & allegat hoc dicta Simeonis: Tuam ipsius animam pertransibit gladius*: id ab Epiphanij tum animo, tum oratione alienum esse pronunciamus. Nam de morte Mariæ violenta, vel quod Martyrio coronata sit, ne verbo quidem indicat [a] Epiphanius, & opinionem illam [b] Ambrosius & Beda refutant, quam nullus etiam Veterum probat, illique Ecclesię perpetua traditio repugnat, quæ Mariam in pace, & sine martyrio vitam hanc concluſisse testatur. Vnde Paulinus ad Augustinum scribens: Nec Mariam, inquit, beatissimam vsquam legimus occisam, vt de corporali gladio sanctus ille (Simeon) ei futuram passionem Prophetasse videatur.] Disputat quidem Epiphanius: an Maria verè mortua sit nec ne, & in vtramq; partem adfert Scripturæ testimonia, quoniam & Simeon dixerit de gladio ipsius animam pertransituro, & in Apocalypsi de muliere in desertum assumpta scriptū extet. Suum verò iudiciū hic non interponit Epiphanius, hauddubiè pro sua prudentia intelligens, ex vtroq; Scripturæ loco nihil firmi ac solidi posse definiri, vt Maria verè mortua, vel sine morte in cælos translata esse dicatur.

Vita Lucæ.

Luce. 2

a hæres. 78 contra Antidicomar.

b In cap. 2 Luce.

Epist. 178. Epistolis August.

Apocal. 12

Hæresi 78 contra Antidicomar.

Ac & quando Epiphanius de matris morte dubitet.

Annecessitate moriendi Mariam, cum reliqui effecerint, & incertum plane.

A TT fortasse aliquis rogabit, qui fiat, vt mater domini morte nō liberetur, quæ peccati pœna est grauis, imò pœnarum omnium, quæ corpori accidere possunt, maxima grauissimaque, vt omnium terribilium hoc maxime terribile esse dicatur. Cur ergo pœnam hanc sentiat, in qua non præcesserit culpa, cum Virgo ab omni peccato semper immunis vixerit, vt iam antè multis est commonstratum? Respōdeo, mortem pie sancteque susceptam, adeō non esse duram, acerbam atque terribilem, quicquid impij demum sentiant, vt suauis etiā somnus, & optanda quies meritò habeatur. Beati enim qui in Domino moriuntur, vt quorum est proprium omni labore ac dolore defungi, & in regno Patris quiete perfrui sempiterna. Deinde affirmo, mortem inter illa esse flagella numerandam, quibus suos electos amicos, eosque sanctitate percelebres, quemadmodum Iob, Hieremiam, Baptistam visitat Deus, qui quos diligit, libenter sanè castigat, eosque, sicut figulus vasa sibi pulcherrima in fornace siue igne tribulationis vel excoquit, vel consummat. Verū eiusmodi pœnæ, sicut & mors ipsa, non perpetuo ad expiationem aut dilutionem peccatorum, sed sæpè ad diuinæ gloriæ manifestationem, ad ipsorum quoq; piorum, qui sustinent, meritum vel præmium: tum ad profectum & exemplum aliorum, atque propter alios similes id genus effectus, à summo Deo infligūtur. Proinde tametsi mater Domini nihil commiserit, quo mortis pœnam promereretur, tamen quandoquidem illius primi Parentis, in quo natura tota cecidit, filia fuit, non potuit hanc mortis pœnam cunctis Adæ filiis propositam effugere, sed illa ipsa etiam debuit Deum glorificare. Cùm enim corpus hominis ex quatuor elementis, & contrariis, vti vocant, qualitatibus sit constitutum, non potest non languoribus ac morti demum esse obnoxium, per quam ab anima separatur, atque corrumpatur. Nota sunt enim illa Physicorum axiomata in scholis trita: Omne compositum ex quatuor elementis, vel ex contrariis, est corruptibile. Omnia quæ fiūt & generantur in tempore, etiam in tempore corrumpuntur. Omne corruptibile aliquando corrumpi necesse est. Quapropter tametsi Virgo purissima nihil peccato deberet, tamen vt naturæ debitum exolueret, mortis poculum eam haurire decebat.

Mortis ipsius dura, & horrida facies ac optā da.

Luce. 14.

Hebr. 12. Eccles. 27

Non omnes pœnæ propter peccatum infligūtur.

Cur Mariæ moriendum fuerit.

Corpus humanum ex necessitate per mortē dissolui.

Aristotelis lib. 1. de generatione & li. 4. & 5. Physicor.

QVIS verò non videat, hac ipsa morte Deum etiam glorificari, vt quæ, sicut diximus, Christi Domini morientis fuit imitatio, Christianæ veræ fidei contra hæreticam prauitatem confirmatio, tum ipsius Deiparę in bonis gratiæ gloriæque profectus, quæ Mariam in pace, & sine martyrio vitam hanc concluſisse testatur. Vnde Paulinus ad Augustinum scribens: Nec Mariam, inquit, beatissimam vsquam legimus occisam, vt de corporali gladio sanctus ille (Simeon) ei futuram passionem Prophetasse videatur.] Disputat quidem Epiphanius: an Maria verè mortua sit nec ne, & in vtramq; partem adfert Scripturæ testimonia, quoniam & Simeon dixerit de gladio ipsius animam pertransituro, & in Apocalypsi de muliere in desertum assumpta scriptū extet. Suum verò iudiciū hic non interponit Epiphanius, hauddubiè pro sua prudentia intelligens, ex vtroq; Scripturæ loco nihil firmi ac solidi posse definiri, vt Maria verè mortua, vel sine morte in cælos translata esse dicatur.

Quod Maria Deū sua morte glorificarit.

Deus mirabiliter & potenter adfuit Mariæ morienti.

Inter omnes morientes maria felicissima & paratissima fuisse videtur.

Apocal. 14

Luce 12.

Prouerb. 14

Matth. 25

Psalm. 142

Mm ij

Universidad de Deusto
Biblioteca

expectabant, illi paratam in cælo sedem, caronam, A retributionem ex animo precabantur, in illius gratiam agebant excubias præsidiarij veluti milites, quibus nihil est gratius atque vsitatius, quam honeste Principem deducere, & talem Principem, quæ non in sinum Abrahæ, sed in æterni Dei lætissimos erat amplexus deportanda. Certè Brigitta non temerè scripsit, quod diuinitus didicit, Mariam leuissimo mortis genere affectam, ex hoc mũdo migrasse, nimirum vt quo grauiores angores ipsa, & deinde Ioannes Apostolus præ cæteris omnibus sub Christi cruce subiuerat, eò faciliorem cum morte pugnã vna cum eodem Ioanne, diuino nutu experiretur.

Maria leuissimo mortis genere extincta.

Lib. 4. Reuelationũ, ca. 23.

RELIQVVM est, vt curiosis etiam satisfaciamus, qui vel mirantur, vel scisciantur, qua de causa de B morte, sepultura, aliisque rebus ad historiam Virginis in cælos assumptæ pertinentibus, nihil in sacra Scriptura disertè prodatur. Ego verò, qui veterum potius, quam meis verbis atque sententiis in rebus hodie controuersis libẽter vtor, facere non possum, quin hoc etiam loco Michaëlem Glycam Siculum, qui recens Latine versus prodiit, & ante quingentos annos docte scripsit, pro me respondentem inducã. Proponit is quæstionem ab amico vel discipulo factam, qui sic interrogauerit: Quamobrem discipuli Christi & Apostoli rebus aliis in commentarios & historias relatis, prorsus de obdormitione perpetuæ Virginis obticuerunt? Nunc audi quid ille sentiat: Hæc de re satis est respondere, inquit, authores Euãgeliorum Christi admirationem in carne admirantes, ad eius à terris in cælum assumptionem peruenisse. At expers illa maculę Domini nostri Iesu Christi mater, prouectam ætatem attigisse perhibetur, vt diuinus ille vir Andreas Cretensis antistes auctor est. Quapropter fieri non potuit, vt Virginis illius perpetuæ obdormitio Euangelicæ historiæ inseretur, vti quæ lõgo deinceps tempore, ceu diximus, acciderit. Præterea seorsim peculiari quodam libro, de ipsa nihil Christi discipuli memoriæ prodiderũt, propterea quod in explicanda ipsius administratione occupati, magnoperéque de vna illa re sollicíti, quo nimirum pacto incredulos fideles efficerent, ac omnes ad puram sinceramque in Christum fidem D perducerent, cætera negligebant, præsertim ea quæ ad diuinam illam prædicationem nihil facerent. Nõ tamen omnino diuina isthæc obdormitio silentio est præterita. Nam rerum ille diuinarum interpres Magnus Dionysius, de hac admiranda quædam in præscriptis ad Timotheum epistolis tradere deprehenditur.] Et paulo post: Cæterum tametsi Virgo mater, naturæ legibus fuit obnoxia, tametsi morté degustauit, tametsi vt homo in sepulchrum est deposita: naturæ tamen fines atque terminos superauit & excessit, neque sepulchrum & mortalitas eam in potestate sua retinere potuit.]

Cur nihil scriptum extet in nouo Testamento de Mariæ morte & annexis rebus.

Part. 3. Annalium.

Li. de diuinis nominibus.

Maria mortua naturæ fines excessit.

SVMMA totius responsionis, quam audiuimus, in eo versatur: scriptores Euangeliorum nec potuisse, nec debuisse de Mariæ morte aliisque connexis facere mentionem, quandoquidem sacram historiã non longius quam ad Christi in cælos ascendentis gloriam vsque producere in animo habebant. Maria verò diu postea in terris mansit superstes. Adhæc scopum Apostolis propositum fuisse, vt præcipua fidei nostræ capita tum viua voce, tum scripto complecterentur, hominumque animis maxime commendarent: quare illi tum Mariæ, tum Apostolorũ gesta magis attingere quam explicare curarunt. Postremo Dionysium Magnum siue Areopagitam, Iuuenalem Hierosolymorum antistitem, Germanum Patriarcham Constantinopolitanum, Andreã Cretensem Episcopum, quos omnes idem Glyca, sicut & Nicephorus, huius historiæ testes adduxit, de Mariæ obitu & assumptione satis multa litteris consignasse, quemadmodum nos etiam bona fide postmodum referemus. Demum rectè Glyca hoc quoque notauit, Mariam morti cessisse quidẽ, sed mortalitati tamen non omnino succubuisse: id quod cũ Gregorij dicto cõgruit affirmantis, quod sancta Dei C genitrix mortẽ subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit. Vbi per nexus mortis peccatum, & quicquid cum mortis horrore corporisque corruptione atque putrefactione, siue incineratione coniunctum est, intelligunt eruditi. His enim mortis incommodis, & effectibus siue adiunctis, Mariæ corpus non fuit obnoxium, vt suo loco demonstrabimus. Proinde qui de Virginis morte aliisque rebus adiunctis dubitat, quiue noui Testamenti scriptores de Mariæ morte tacuisse miratur, is de Apostolis etiam eorumque certaminibus ad mortem & martyrium vsque durantibus, & an verè illi sint mortui, dubitare ac mirari poterit, quandoquidem hisce de rebus (vnum Iacobum excipio) nihil in sacris literis conscriptum & explicatum habemus. Superioribus autem consonat Epiphanius Presbyter Constantinopolitanus, nonnunquam à Nicephoro citatus, dum in hunc modum scribit: Sancti Apostoli in Verbo ex ea incarnato, & in actis eius, studium omne posuerunt: de Virgine verò cum pauca quædam dixissent, statim prætermiserunt, sic Spiritu sancto dispensante.]

Explicatio quare historia de Mariæ transitu ab Apostolis non scripserint.

Maiores vetres de Mariæ obitu & assumptione scripsisse.

Sententia Michaelis Glycæ de proposita quæstione.

Mon esse mirandum, in primis Ecclesiæ seculis de

CAPVT TERTIVM.

Matrem Domini extremum clausisse diem Hierosolymis, & suum discessum ex reuelatione diuina cognouisse, Apostolos autem eius morti ac sepulturæ, quæ in Gethsemane fuit, siue cum miraculo, siue sine miraculo interfuisse, & de factis illi exequiis, deque peruetusto & solenni exequiarum, quæ piis defunctis exhibentur, instituto, contra Centuriatores.

PLANT nonnulli, Mariæ vitam, & præsertim eius mortem, sepulturam, & in cælos migrationem à fide dignis authoribus conscriptam, Ecclesiæque iudicio approbatam extare. Verum hi secum cogitent velim, ex vetustissimorum scriptorum monumentis permulta intercidisse, quemadmodum Egesippi opus, in quo omnes actus Ecclesiasticos, vt notauit Hieronymus, ad sua vsque tempora complectebatur, hodie desideratur. Periit & liber Eusebij Cæsariensis, quem

historia rerũ extare desiderantur.

sis, quem de antiquis Martyribus, vt ipse meminit, scriptum edidit, vt alia id genus veterum opera, quæ bona ex parte nusquam extant, silentio transeamus. Deinde notatu dignum est, nascentis primum Ecclesiæ homines ita se comparasse, vt quia Spiritus acceptis primitiis valdè feruebant, ad diuinarum rerum tum contemplationem, tum exercitationem se totos conuerterent, de scribendis verò & edendis libris nullam aut exiguam curam susciperent. Et quanquam Apostoli, illique perpauci, quædam scripto consignarint, tamen hi plura de Christi dictis, miraculis rebusque gestis prætermisisse quam annotasse videntur. — De posterioribus ætatibus nihil dicam, quæ paulatim plures rerum sacrarum & Ecclesiasticarum Scriptores euulgarunt: sed antiquiores Orthodoxi tum Ethnicorum, tum Hæ- B reticorum importunitate permoti & coacti, ad scribendum vel maximè accesserunt, vtpotè tanctæ actionis quam multæ scriptionis longè studiosiores. Ego verò diuinæ bonitati gratias imprimis ago: agendasque à piis omnibus duco, quod summam horum temporum asperitatem, & grassantem hodie fœdissimarum hæresion colluuiem arcano quodam consilio sic mitigauerit, vt veterum authorum Latina lingua loquentium, typisque luculenter expressorum copia & supellex vno eodemque tempore vix maior vnquam extiterit, quam hodie nobis extare liquido cernimus. Proculdubio à Domino factum est istud, atque ad maximam Ecclesiæ defensionem pertinet, in tanta circumfusarum hæresum caligine, tot prius ignota, vel non visa lumina simul nobis apparere, quorum splendore si non aduersariorum densæ tenebræ dissipantur, at saltem in luce Ecclesiæ ambulantes magis magisque collustrantur. Et quoniam hunc nobis pulcherrimum lectissimumque thesaurum donat Deus, libet ex eo quædam depromere, quæ historiam de Virgine moriente atque in cælum transeunte, non parum illustrent, aliis interim prætermissis, quæ parum firma, & ex Apocryphis petita, minusque huic instituto necessaria esse videntur.

In Catalogo script. Eccl. Lib. 3. cap. 15.

In ser. de dor. Virginis.

Mariæ verba vltima filij morté dicta.

A C primum in eo veneranda conspirat antiquitas, Mariam post Filium in cælos assumptum Hierosolymis non solum, vt diximus, habitasse, sed etiam extremum clausisse diem, fortasse vt formosa filia Hierusalem, à terrestri ad cælestem D Hierusalem recta proficisceretur. Hinc magnum decus accessit Ecclesiæ Hierosolymitanæ, vtpotè quæ non modo Apostolis & nascenti Christianismo, sed etiam Deiparæ diuturnum hospitium præbuit: quandoquidem hæc post Filij sui resurrectionem illic vitam suam egit atque complevit, sed & sepulturæ locum ibidem accepit, quemadmodum & indicat Damascenus. Deinde valdè credibile est quod narrant: Virginem diuina seu Angelica reuelatione instructam, sui ex hoc mundo discessus tempus imminens cognouisse, atque amicis exposuisse, cum interim huius molestæ peregrinationis terminum, veræque vitæ principium, ardenti desiderio expectaret. Verum hoc sibi cum plerisque piis alijs commune habuit, qui ex corporis ergastulo, velut ad epulas lautissimas iamiam, lætissimo spiritu euolarunt. Ac digna profecto vox tali matre, quę mortem iamiam ex-

Capita quędã habentur ad eam rem necessaria, per quæ mors Virginis, sicut reliquorum sanctorum, & præsertim quod dixerit Hieronymus, facta sit.

In Serm. de dormitione Virginis.

Maria suam mortem prædixerit & prædixerit.

Apostoli multique alij præstantes Mariæ morienti adfuere.

Lib. 1. de diuinis nominib. c. 3.

Testimonium Dionysij Areopagitæ.

In Nicepb. lib. 2. Eccle. siast. hist. c. 22.

In vita Dormis.

VERVM hic incidit quæstio: Verum ne sit, quod *a In oras. de* scribunt quidam, Apostolos momento temporis, *vita & obitu* per aerem raptos Hierosolymis conuenisse, & mo- *Virg.* rienti Virgini adfuisse? Affirmat hoc quidem [a] Me- *b In oras. de* taphrastes, & cõfirmat [b] Damascenus per historiam *obdormit. Virg.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euthymiacam, quæ citat Iuuenalis Hierosolymitani Episcopi confessionem coram Marciano Cæsare factam in hunc modum : In sancta quidem & diuinitus inspirata Scriptura de discessu sanctæ Deiparæ Mariæ nihil traditur. Ex antiqua autem & verissima accepimus traditione, quod tempore gloriosæ eius dormitionis, vniuersi quidem sancti Apostoli, qui orbem terræ ad salutem gentium obibant, momento temporis in sublime sublati, conuenerunt Hierosolymis. Et cum apud eam essent, eis visio extitit Angelica, & audita fuit diuina hymnodia præstantiorum potestatum, & sic cum diuina gloria & supercælesti, in manus Dei sanctam tradidit animam ratione quadam ineffabili.] Hæc Iuuenalis corã Imperatore Marciano, cum de sanctissimo Mariæ obitu & corpore rationẽ reddere iuberetur. Quæ Apostolorum subita translatio, & per aërem transuectio tali sanè miraculo ascribi potest, quale diuina Scriptura tum Prophetæ Abacuc, tum Philippo discipulo disertè largitur. Nam vterque per Angelum ex hominum conspectu in sublime subuectus, per aëra citissime, & longo quidem viarum spacio confecto, pro nutu eiusdem Angeli transportabantur. Verum Beda Melitonem Episcopum Asiæ, qui Librum de obitu genitricis Dei edidit, hac in parte suspectum reddere videtur sicut & Augustinus sermone quodam, eiusdem argumenti ac tituli volumen Apocryphum, diuo Ioanni Euangelistæ à nonnullis ascriptum refellit. Mittamus autem Apocrypha, quæ nõ modo incertum, sed & suspectæ fidei habent authorem, & fictitia potius quam vera videri debẽt. Certè qui Apostolos ex variis locis, vbi Christum prædicabant, per miraculum Hierosolymis conuenisse, & Mariæ morti interfuisse confirmant, sicut Iuuenalis, Damascenus, Nicephorus, Metaphrastes, hi tẽ ita proponunt, vt non scriptis Apocryphis, sed veræ & peruetustæ traditioni videantur inniti.

Quomodo Apostoli Hierosolymã peruenerint, vt Mariæ morti adessent.

Testimonio veteris historiæ Euthymij & Iuuenalis, Apostoli momento temporis per aërem sublati Hierosolimis conuenere.

Beda & Augustinus notant, Apocrypha quẽdã hic esse vitanda.

Li in retractationibus act. Apostolorum c. 8 & 13

SVNT interim, qui secluso etiam miraculo fieri potuisse putant, vt Apostoli Hierosolymis conuenirent, ac præsentem Mariæ mortem cernerent, suaque presentia funus illius cohonestarent. Vnde Franciscus Turrianus noster, in vetustis quidem Ecclesiæ scriptoribus apprime versatus, aduersus Magdeburgenses Centuriatores inter cætera hoc modo scribit: Quia verò, postquã beatus Petrus expulsus fuit Roma, vsque ad mortem Claudij anni octo fluxerunt, potuit idem partes Syriæ & Iudeæ peragrare, & Hierosolymam frequenter ascendere, & vna item ascendere cum eo post conuersionem suam Clemẽs Romanus, & videre discipulos & Iacobum fratrem Domini habere omnia communia. Cum his temporibus primi aduentus Petri Romani, & reuetionis eius in Iudæam, & secundi reditus Romam (vt hoc quoque obseruetur) non discrepat, imò mirificè conuenit, & quod de ætate Virginis varie à veteribus traditum est : & quod Dionysius Areopagita scribit, interfuisse Petrum cum reliquis Apostolis funeri, & exequiis eius.] Probat deinde, rationem temporis non refragari, quo minus princeps Apostolorum Petrus funeri Mariæ interfuerit, siue Virginis eiusdem ætatem ad LIX. siue ad LXIII. siue ad LXXII. annos referamus.

Apostolos etiam sine miraculo potuisse adesse Mariæ morienti.

Lib. 2. aduersus Magdeburgenses pro defensione Cam. Apost.

Lib. 1. de diuinis nominibus.

Quid notandum circa Virginem & Apostolos Hierosolimis conuenientes.

VERVM enimuero siue per miraculum, siue sine miraculo, ad Mariæ mortem Apostoli conuenerunt, diuinæ dispensationis hoc opus vtique proprium fuit, in quo Christus suam erga matrem curã & dilectionem insigniter declarauit, quum per lectissimos discipulos, & quasi aduentus sui præcursores illam in extremo vitæ spacio amanter inuisit, officiose salutauit, fideliter cõsolatus est. Maria verò eosdem Filij sui præcipuos Vicarios & Legatos agnoscens, & ob Euangelici muneris, quo fungebãtur, maiestatem honorans, non potuit eos reliquis credentibus non chariores habere ac peculiariter venerari : præsertim quod summis de rebus sæpè alias cum illis ipsis reuerenter conferre soleret. Illi verò, nihil ambigo, quin summopere desiderarent talem matrem ac magistram, adeoque primariam illius Ecclesiæ columnam diu videre superstitem, cuius præsentiam, sapientiam atque sanctitatem sibi ac aliis valde frugiferam & salutarem esse persæpè sensissent. Quare talem mortem non poterant non moleste ferre, & luctu quodam amico prosequi, nõ Mariæ quidem gratia, quæ tot huius vitæ malis exempta, longinquum explebat, desiderium, atque ad vitam longè præstantiorem, quæ & sola vita dicenda sit, vocãte Domino, proficiscereturi : sed propter Ecclesiam, cui certè acerbum quasi vulnus erat, talis matris ac doctricis, imò & rectricis, vt Melachithon fatetur, præsentia, consiliis, opera & authoritate orbari atque destitui, quæque vt semper hactenus, ita in posterum etiam, si Deo visum ita fuisset, tam precioso thesauro, tum iucundissime tum vtilissime vti fruiq; desideraret. Nec sanè improbabilis est [a] Nicephori & [b] Metaphrastæ narratio, magnam hominum frequentiam, qui vel amoris necessitudine, vel generis propinquitate Mariæ coniuncti erant, ad eam morituram conuenisse, & ingentem lachrymarum vim ex oculis omnium profluisse, propterea quod orbitatem suam in illius migratione complorarent, admonente interim sacra Virgine, vt suum ex hoc mundo discessum & ad veram vitam transitum, non luctu, sed gaudio magis prosequerentur. Ac Lucas quidem refert, luctum, imò planctum ingentem ex morte Stephani in Ecclesia creatũ fuisse : maior autem iactura ex Mariæ morte timeri poterat, eoq; iustior luctus videtur assumptus. Sed enim cum hoc qualicunque mœrore ac luctu, quem Deiparæ mors primis Christianis attulit, gaudium etiam spirituale coniunctum erat, & ad hymnos Deo decantandos excitabat animos, quemadmodum Apostoli, multique alij percelebres Viri hymnos sacros eo tempore decantarunt. Si credimus Areopagitæ. Non enim in vita solum, sed etiam, ac multo magis in morte iustorum (quæ verè preciosa est) Dei potentia, sapientia & bonitas cumprimis agnoscẽda, gratisque piorum animis concelebranda est. Sciebant vtique, cum aliorum perfectæ redemtorum, tum Mariæ mortem, non nisi suauem esse somnum, & in vitam æternam ingressum : faciléque animaduertebãt, Virginem matrem hac morte non amitti, sed præmitti, ac velut optimum depositum in securissima cæli sede recondi, vbi illa non minus, imò melius quam hucusque, de tota Ecclesia mereretur. Cur verò illi cum Bernardo non dicerent : Aduocatam præmisit peregrinatio nostra, quæ tanquam Iudicis matrem, & mater misericordiæ, suppliciter & efficaciter salutis nostræ negotia pertractabit?] Atque vt de illius Ecclesiæ consuetudine certius constet, quam primi duces Apostoli suo exẽplo haud dubiè comprobarunt, scribit vir Apostolicus, quem dixi, Dionysius, cum qui pure sancteque vixisset, ac deinde ob dor-

[a] Lib. 2. Eccles. hist. cap. 37.
[b] In vita B. Virginis.

Christus Mariæ mortem sibi grauem fuisse, ideoque suorum fletus iuste reprehendisse.

Ioan. 16.

Luc. 2.

Psal. 44. Cant. 4.

obdormiuisset, ab amicis prædicar, quod ad optatũ finem victoriæ peruenerit, ideoque authori victoriæ laudes cum gratiarum actione pro illo persolui, sanctosque iam defunctos in Ecclesia publicè concelebrari, hortante omnes Sacerdote, vt sibiipsis identidem postulent beatam in Christo consummationem.

Vestissimus Ecclesiæ mos est, vt circa defunctos pithymni decantentur.

IAM verò non Apostolos tantum, sed & Christũ ipsum coram illic adfuisse, tametsi veteres non affirmarent, tamen & talis Filij erga matrem amor, & multorum, quibus morientibus Christus crebro adesse dignatus fuit, exempla fide digna suaderent, & ratio ipsa fidei lumine illustrata declararet. Vidit ergo Maria, quum in lecto decumberet, Christũ Dominum illis oculis, quibus & Stephanus paulo ante mortem eundem aspexerat : vidit, inquam, Angelorum tanquam Satellitio circumquaque stipatum, & ad se ita comiter venientem, vt hinc tota gaudio & voluptate perfunderetur, quod in amicis illius manibus suã esset animam depositura. Quid verò erit absurdi, si non modo lætissimum Christi conspectũ, sed & suauissimas eius voces hoc loco cõsideremus? Damascenus hoc modo Christum dixisse narrat : Veni benedicta mater mea in requiem meam. Audi, surge propinqua mea, pulchra inter mulieres. Ecce hyems præteriit, venit tempus putationis. Pulchra es propinqua mea, & macula non est in te. Odor vnguẽtorum tuorum super omnia aromata.] Quod si rem ipsam penitius inspicianus, vt & rudioribus consulatur, Christi mentem fuisse putabimus, perinde ac si hoc modo locutus esset : Clamauit ad me, & ego exaudiam eam : cum ipsa sum in tribulatione, eripiam eam, & glorificabo eam. Nomen meum coram hominibus, imò coram crucis meæ inimicis apertè confessa est : confitebor & ego illam coram Angelis, qui summo illius desiderio tenentur, & coram Patre meo, qui veri Salomonis matrẽ in throno ampliſſimo collocabit. Bonum certamen certauit, cursum vitæ consummauit, fidem seruauit, in via Domini sui semper ambulauit immaculata. Nũc iusto iudicio curandum est, vt matri meę corona iustitiæ debita, quæ inde ab initio illi præparata est, tandem aliquando rependatur. De torrente mecum in via bibisti : nunc in patria mecum caput exaltabis. Acutissimi doloris gladius tuam animam, meo nomine, & sæpè quidẽ, pertransiuit : non te piguit, mihi patienti ex animo compati, & morienti quodammodo commori, præsertim quando sub cruce mihi constantissime ac fidissime assistebas. Tempus est, vt mutatis vicibus luctus in gaudium, tristitia in exultationem, mors in vitam gloriamque cõuertatur, ac tu summi decoris in meo regno particeps effecta, sempiternis illic perfruare delitiis. Super omnes filias Hierusalem hanc sponsam elegi, amaui, concupiui : hanc vnicam mihi Matrem lectissimam feci, in qua si anteha vnquam, nunc maximè honorãda & ornanda versabor. Igitur attollite portas, Principes, vestras & eleuamini portæ æternales, & cum Regina gloriæ introibit Rex gloriæ : Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea & veni : Veni de Libano speciosa mea : veni, coronaberis. Verũ isthæc fortasse longius, quando difficile non est in hoc pulcherrimo campo expatiari, præsertim quum nunquam prædicari satis possit illa Christi charitas, illa obseruantia, illa comitas & liberalitas, quam si seruis & ancillis aliis, longè magis quidem matri di-

Christi haud dubie ad matrem morientem venisse, summamque illi consolationem attulisse.

Matth. 10

2. Timot. 4

Psal. 139 Luc. 2.

Psal. 131 Cant. 4

Apostolos & alios longum Mariæ exitum deplorasse.

Vide Matthæum de Carmina.

Ioannes de Ianduno.

Tyrius in Sermone.

Sermo. in Assumpt. Mariæ.

Lib. de dormitione Virginis.

Lib. 2. c. 2.

lectissimæ in supremo illo vitæ spatio declarauit. Nos verò vtcunque balbutiendo non, vt volumus, sed vt possumus, iltheę producimus, sed vt plura pio Lectori accuratius contemplãda relinquamus. Nec dubium sanè, admirabilem illum Canticorum librum ita conscriptum esse, vt magnam nobis lucem præbeat ad vtramque personam Mariæ & Christi rectius & sublimiori modo intelligendam : Marię quidem spõsæ nimio amore languentis, imò & morientis, Christi verò sponsi suam adamatam sponsam, adeoque matrem ex hac vita vocantis, atque ad cælestes illas nuptias summo cum Angelorum applausu perducentis.

Librum Canticorum multa suppeditare, quę circa Mariæ mortẽ merito cõsideretur.

Quid de Mariæ defunctæ sepultura sit sentiendum. Gloriosa Mariæ sepultura.

CÆTERVM qui de Mariæ morte dubitant, de sepultura eius dubitent quoque necesse est : nos corpus illud, licet sanctissimum, & verè mortuum, & verè sepultum, terræque mandatum credimus, sicut & multi veteres comprobarunt. Extat locus ab hac sepultura nobilitatus, nimirum in Gethsemane & in valle Iosaphat, vt hac etiam in parte Filio, cui gloriosum sepulchrum contigit (sicut Propheta fore prædixerat) mater conformetur. Hinc Andreas Cretensis Archiepiscopus Hierosolymitanus : Gethsemane, inquit, suscipe nouam Reginam, para sepulchrum, produce eã, quæ sunt vsui ad sepeliendum, orna thecam vnguentis.] Narrat & miracula, quæ hoc Mariæ sepulchrum valde commendent, illudque piis magnæ fuit olim venerationi. Verum hic irruunt contentiosi Centuriatores, atque in hunc modum scribunt : *Narrat Nicephorus, Mariam vnde seXagesimum annum vixisse, & in domo Ioannis Euangelistæ ad montem Sion sita defunctam esse, cum prius multa mirãda circa eam accidissent, conuenisse omnes Apostolos quoque miraculose, atque exequias ei fecisse : & in Gethsemane perlatam & postea assumptam in cælũ. Citatur Dionysius Areopagita, & Iuuenalis Episcopus Hierosolymorum. Sed exequiæ defunctorum res est recentior, quam quod fuerint ab Apostolis celebratæ : & pleraque ad cultum Mariæ superstitiosum sunt comparata. Quare nos illa prolixius huc inserere noluimus.* Parum autem refert, quid suis rapsodiis inserant aut eximant Centuriatores, qui non modo Nicephorum, sed alios etiam vetustiores atque probatiores authores more suo perstringunt, atque, vt à multis probatum est, iniquissime tractant. Nihil autem dictæ narrationi Nicephori, præterquã exequias Virgini factas, & superstitiosi cultus notã possunt opponere, quandoquidem nõ solum duo, quos ipsi nominant, sed & plures alij veteres Theologi apertè hic Nicephoro suffragantur. Dionysiũ Areopagitam iam antea citauimus, qui plus fidei solus, quam tota Sectariorum colluuies promeretur. Verum Iuuenalis Archiepiscopi Hierosolymitani, qui magnæ & ipse olim fuit authoritatis, testimonium non modo Nicephorus, sed & Euthymius, Damascenus & Glycas ad huius historiæ confirmationem adducunt. Eiusdem Iuuenalis hęc verba sunt : Corpus quod Deum susceperit, cum Angelica & Apostolica hymnodia elatum, iustis ei factis, in loculo fuit depositum Gethsemane.] In eundem sensum scribit etiam Metaphrastes, & vir ille diuinus, vt Glycas appellat, Andreas Cretensis antistes. De Virgine autem in cælum assumpta suus erit postea dicendi locus : nũc priusquam obiectam superstitionis notam amoliamur, de factis exequiis videamus.

Quomodo Centuriatores narrationem veterum de Mariæ sepultura & exequiis omnino suspectam reddere conentur.

Refutatio superiorũ, quæ à Centuriatoribus Nicephoro & aliis veteribus obiiciantur.

Multos veteres huic historiæ patrocinari.

Vide Nicephorum lib. 2. Ecclesiastic. cap. 25

Part. 3. Annalium.

HOC enim istos vtic maximè, quod ex Nicephoro audire cogantur, Apostolos non solum funeri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exequias Mariæ honorificat a primis fidelibus esse celebratas, licet reclament Centuriatores.

Virginis adfuisse, sed & cereos ardentes, & flores & Psalmos, cantumque adiunxisse, quum diuinam illam aream ex Sion in Gethsemane deportarent. Pugnant hæc prorsus cum istorum instituto, qui cũ cæremonias Ecclesiasticas, tum solennes ritus circa exequias obseruari solitos magno supercilio aspernantur, & vbi possunt abrogant, pro sua scilicet insigni pietate. Exequiæ defunctorum res est recentior, inquiunt, quam quòd fuerint ab Apostolis celebratæ: imò verò res adeò vetus est, vt a sanctissimis illis Patriarchis ad Iudæos peruenisse, ac Apostolicę itidem Ecclesiæ non ignota, ac deinde Christianis commendata, semperque vsurpata fuisse videatur.

Quam sit vetus institutum exequiarum in Ecclesia.

Genes. 23
Genes. 50

Non repetam singularem Abrahæ fidem & operam in suæ coniugis sepultura curanda præteribo filiorũ Iacob in officio paterni funeris adimplendo sumptuosam diligentiam: de Apostolorum ætate dicam, qua Protomartyr ille Stephanus lapidibus Iudæorum obrutus, primum pro Christo sanguinem fudit. Ac eo tamen tempore, quum Euangelium conrusçaret, fratres curauerunt Stephanum defunctum & fecerunt planctum magnum super eum, sicut Lucas affirmat. Qui sanè planctus non in plangentium exanimatione, sed in pompa funeris, & exequiarum frequentia intelligendus est, quemadmodum Hieronymus ad Paulam scribens, disertè notauit.

Act. 8
Quid sibi velit plãctus magnus ob defũctum Stephanum factus.
Lib. de Eccle. Hierar. ca. 7

Exequiæ in Apostolica Ecclesia vsitatas, vt probant Dionysius, & Clemens.

PRÆTEREA Dionysius, qui Paulum habuit Præceptorem, & Apostolica vidit certamina, eum fuisse morem Ecclesiæ testatur, vt circa defunctos Christianos, præter cæremonias alias, multæ preces & Psalmorum cantus à Sacerdotibus adhiberentur. Nec dissimilia profert Petri discipulus Clemens, atque inter constitutiones Apostolicas ponit, vt in Domino obdormientes cum Psalmis deducantur, atque dies aliquot in Psalmis, Lectionibus atque Orationibus, propter eos ipsos peragantur. Adiungit & varia è Scripturis testimonia, quibus probat, piorum & Sanctorum mortem, singulari vluetium studio decorandam, eorumque reliquias non sine honore habendas & relinquendas esse. Quid autem isthæc aliud indicant, nisi defunctorum exequias Apostolis notas, probatas ac vlitatas extitisse? Nec mirum, Apostolos vt in aliis plerisque, ita in paradis etiam exequiis à consueto laudabilique Iudæorum more non abhorruisse, sed eundé, vtpotè Christianæ charitati congruentem, ad posteros transmisisse. Vnde testatur Eusebius, quod iam olim Christiani Martyrum corpora & præsertim Marini, reuerenter & honestè, neque sine vitæ periculo terræ mãdauerint, vt hinc etiam Ethnici ob tributos martyrum corporibus honores haud parum offenderẽtur. Indicat & [a] Tertullianus, mortuos oratione à Presbyteris componi consueuisse, pro quibus insuper oblationes & sacrificia de more in Ecclesia celebrata fuisse, tum ipse, tum [b] Cyprianus affirmat. Origenes demum clare pronunciat: Rationalem animã (de piis verò defunctis loquitur) honorare didicimus, & huius organa sepulchro honorifice demandare.]

Ab Apostolis ad nos manauit vsus exequiarum.
Lib. 7. Eccles. histor. cap. 18
Martyrum corpora diligenter olim curata & honorata.
Pro mortuis fidelibus olim sacrificabant.
a Lib. de corona militis.
b Lib. 8. contra Celsum

IAM verò qui Martyrum ætatem proxime secuti sunt, studiosam veterum in celebrandis exequiis pietatem non scriptis minus, quam moribus cõprobarunt. Hinc illa Chrysostomi oratio: Dic mihi, inquit, quid sibi volunt in funere lampades istæ festiuæ? Quid etiam hymni? nonne vt Deum glorificemus? Pro quare, die, Presbyteros vocas & psallentes? nonne vt consolationem recipias? nõnne vt honores discedentem?] Quid autem omnino planius Os aureum testaretur, vt peruetustum honorandi funeris morem astrueret atque describeret, quem olim Ecclesia in humandis Christianorum corporibus obseruauit? Et offendit adhuc morosos Centuriatores, quod à Nicephoro scriptũ est, corpus tam sacrum cum luminibus & floribus & hymnis elatũ, atque solennibus exequiis cohonestatum esse. Expostulent igitur cum Gregorio Niceno, qui morte fororis suæ Marinæ, & curationem illius funeris ita describit, vt seorsim viri seorsim mulieres, & seorsim Sacerdotes cum Psalmis & canticis ad sepulchrum processisse testetur. Reprehendant & Gregorium Nazianzenum, Græcorum quidem Theologorum longè grauissimum, qui de Constantij Cęsaris morte ac funere hoc disertè prodidit: Ille igitur publicis laudibus faustisque ominationibus pompisque deducitur, ac religiosis etiam his nostratibus cultibus, nocturnis cantionibus, faciumque gestationibus, quibus nos Christiani pium è vita discessum honore prosequi consueuimus. Langus eundem locum ita vertit: Christiani obitum pium sanctioribus carminibus, item nocturnis hymnis & lucernarum ignibus cohonestandum censemus. Cum his pulchrè congruunt, quæ apud dictum Gregorium de morte fratris eius Cæsarij memorantur, quod nempè corpus defuncti, cum multiplici hymnorum cantu deductum, celebrique pompa ad Martyrum sedes elatum, sanctisque parentum manibus honoratum fuerit, matre quidem accensas faces gestante, ac pietatem mœrore subrogante.] Longum esset ex Hieronymo recensere, quam celebri & frequenti pompa illustris Paula Romana, veréque sancta vidua, post mortẽ fuerit decorata, multarum vtbium Episcopis & Sacerdotibus, variisque Virginum & Monachorum turbis præsentibus, cum alij lampadas cereósque præferrent, alij choros psallentium ducerent, Episcopi verò cernicem ferro subiicerent, & Psalmorum linguis diuersis examina cõcrepparent. Valeant igitur cum suo inani garritu Centuriatores, qui venerandæ antiquitatis vel cæci obseruatores, vel fraudulenti dissimulatores, vel impij contemptores, Nicephori narrationem de exequiis Mariæ factis suspectam faciunt, suoque calculo indignam arbitrantur. Scilicet, vetus & Apostolica Ecclesia tam præpostere fuit spiritualis, vt interiore Dei cultu contenta, nihil ritus externos curaret, & neque hymnos pro viuis aut mortuis decãtaret, neque luminarium & cereorũ ardentium vsum agnosceret, neque amicos etiam funebri pompa dignos existimaret, neque defunctorum corpora religiosè haberet atque tractaret. Augustinus curationem funeris, conditionem sepulturæ, & pompam exequiarum viuorum vocat solatia, illosque commendat, qui antiquorum iustorum funera, officiosa pietate curarunt, & exequias celebrarunt.

Quæ solennes exequiæ mutarint Ecclesiæ ritus.
In epitaphio Olympiæ.
Orat. 2. in Iulianum.
De exequiis Cęsaris Constantinopoli facta per Nazianzenum fuit.
Vide Nicephor. lib. 9 Ecclesiast. hist. cap. 50. Greg. in laudem Cæsarii.
In Epitaphio Paulæ matris ad Eustoch.

ÆQVE vana coniectura, imò merum somnium est Centuriatorum, qui, vt Nicephori ac aliorum veterum narrationem de honorifica Deiparæ sepultura & miraculis adiunctis eludant (quoniam nihil aliud obiicere possunt) isthæc ad cultum Mariæ superstitiosum efficta & comparata esse deblaterant. Quod verò periculum superstitionis esse dicent, si Apostoli aliique credentes conueniant religiose, & suam charitatem ac reuerentiam in officio funeris implendo

Centuriatores Ecclesiæ vanitatem arguunt, quòd post mortem corpori honorem exhibuerit.
Quomodo Deiparæ mirabilis dormitio & per Assumptionem resurrectio.
Psalm. 76
Quæ consolatoria doctrina suggeratur ei, qui ab homine perit.
Centuriatores frustra timent periculum superstitionis, si honor defunctis exhibitus sit signum fidei in resurrectionem.

implendo testentur, si singularem reuerentiam non solum erga Virginem, sed potius erga Deum externo quoque cultu declarent? Scribit Dionysius secũ illic Timotheum ac Hierotheum adfuisse, ac præterea Petrum Theologorum summum decus, & Iacobum fratrem Domini, aliosque Apostolos & excellẽtes viros, qui cum corpus illud intuiti fuissent, quod author em vitæ Deumque cepisset, placuisse omnibus, vt immensa Dei summi bonitas laudaretur, illudq; laudationis munus certatim omnes obiisse. Nihil profecto à vera pietate alienum, nihil superstitiosum à summis illis Ecclesiæ luminaribus admissum est, quum celebrem funeris pompam instruentes, ei cum gaudio gratulati sunt, quam post longam, difficilemque huius vitæ nauigationẽ, ęternæ salutis portum iam tandem nouerant attigisse. Hæc veræ fidei & spei Christianæ confessio, hoc germanæ dilectionis in Martrem defunctam officiũ: hic præclarus fructus Spiritus, qui & gaudere cum gaudentibus & lugere cum lugentibus facit: hoc demum resurrectionis futurę proprium est testimonium, ob quod Sanctorum corpora non abiicimus, sed honoramus, religioséque seruamus, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera sanctus vsus est Spiritus, vt Augustini verbis vtamur: Nam & laudabiliter, inquit, commemorantur in Euangelio, qui corpus Dominicum de cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt.] Sedenim quid facias, quæso, tam iniquis quam infestis rerum æstimatoribus, qui quicquid demum præclari & mirifici in Mariæ morte, funere, sepultura Deus effecit, siue literis mandatũ, siue traditione confirmatum, siue silentio transmissum sit, id vniuersum in terram suspitionem trahere, id inuidia odioque grauare pergunt, cuncta propemodum cum singulari Virginis laude coniuncta eo detorquentes, vt ad superititiosum eius cultum comparata esse confingant. Sed firma tamen, vel inuitis istis, manet regula, quam Andreas Cretẽsis tradidit, Mariæ in hunc mundum ingressum siue ortũ, simul & posttemum eius decessum plenum esse miraculo, nec humanæ mentis acumine posse comprehendi. Permittamus autem Antidicomarianitas sibi sapere, qui quoniam cum Ecclesia sapere non uolunt, nauseabundi statim respuunt, quicquid vel Catholicam in colenda Virgine pietatem confirmare, vel tantæ matris honorem aliqua ex parte promouere potest. Atque hæc satis fuerit, vt putamus, de Marię morte atque sepultura in medium adduxisse: de vero & falso Virginis cultu, si Dominus fauerit, postea disseremus.

Lib. de diuinis nominibus.
Laudanda illorum pietas, qui solennes exequias deiparæ Virginis celebrarũt.
Roman. 12.
Lib. 3. de ciuit. Dei cap. 13. Isam. 29.
Cæterum Augustinus dicere solet quis Christianus.
Lib. 1. de cura pro mortuis Deo cap. 13.
Cęterũ Centuriatores ad Ecclesiæ iudiciũ & odiũ nihil nõ rapere & deprauare solẽt.
Mariæ in mundũ ingressus miraculo plenus, nobisque incomprehensibilis.
In epist. de Virgin. Assumptione

CAPVT QVARTVM.

Quomodo Deipara post mortem, vt beatitudinem animæ consequeretur, tum à sanctis Angelis ac reliquis cœlitibus, tum à suo charissimo Filio in cœlum introducta, & præ omnibus summo cum applausu ac communi triumpho Sanctorum omnium honorata eximieque coronata sit.

Homini non tantum corpus diuinũ, sed etiam vtriusque partis per fabricationem Diuinæ bonitatis præditum, eamque perfectio ne sic homo possunt.

MAGNA Dei bonitate factum est, vt homo duplici natura, spirituali nempè & corporali, hoc est, anima corporéque cõstaret, vtraque autem reliquis animantibus omnibus antecelleret. Maius adhuc diuinęcharitatis argumentum est, quod non solum animam & corpus variis ac excellentibus dotibus exornauit, sed etiam vtrique parti suã perfectionem atque felicitatem inde ab initio præstituit, vt admirandum hoc suum opificium, & quasi orbis miraculum (hominem loquor) omnino absolutum redderet, ac in sempiternũ plenè bearet. Verum ingratus homo, dum nefarij Satanæ potius, quã optimi authoris sui obsequitur voluntati, vtramque felicitatem amisit, sibique cum corporis tum animæ mortem, ceu homicida ipse conciuit. Neque tamẽ continuit in ira sua misericordias Deus, sed demisso in terram Filio viam ac rationem inuenit ac ostẽdit, qua homo dignitatem amissam recuperare, & ex vtraq; parte tum animæ tum corporis, vera beatitudine potiri posset. Ita demum mirabili numinis sapientia est effectum, vt & victor hominis, mundique princeps Satanas illusus, spe sua pessima frustraretur, & ob primum Adam lapsus homo, per secundum Adam erigeretur, & demum perditi hominis reparator Deus, propositum sibi ab initio finem in beando homine assequeretur. Quæ res si sæpè multumque considereretur, præsentem & efficacem piis consolationem adfert, vt sese alios que quamlibet afflictos erigant ac sustentent, quod certò intelligant, benè beatéque viuendi viam per Christum iam omnibus esse patefactam, vt quiuelint, post breuem huius vitæ decursum primum quidem animæ, deinde verò corporis etiam felicitate donentur, ac suo demum Capiti & Regi Christo pulcherrimè conformentur. Hinc iusti ad præsentis mundi vitæ quo contemptum incitantur, & ad cælestem illam patriam, velut animarũ corporibus exutarum placidissimam sedem turissimumque portum, anhelantes aspirant, vt posita corporis sarcina, cum Christo ipso viuant expedite. Hinc supremum etiam Iudicis aduentum ardenter expectãt, per quem corpus hoc humile, mortale, adeoque putrefactum reformetur, & clarissimo corpori Redemptoris perfectè configuretur, atque ita in nouam prorsus ac perfectam transeat creaturam. Stat enim immota sententia, nec potest vllis aduersariis viribus labefactari: Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem ex Deo habemus domũ non manufactam, sed æternam in cælis. Tum Saluatorem nostrum è cælis venturum expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratum corpori claritatis suæ: quemadmodum Paulus Apostolus perspicuè tradit.

2. Cor. 5.
Philip. 3

HÆc præfari placuit, vt eò commodius ad tractationem sequentem, eamque non leuis sanè momenti accedamus, quantum videlicet felicitatis tum anima tum corpus Deiparæ perceperit, postquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa è vinis exceſſit. Valet enim hoc quoque ad ſingularem commendationem Diuinæ poteſtatis ac munificentiæ, quæ ſi in Sanctis vllis aliis, certè in hac præſtanti Virgine ornanda & beanda eminenter effulſit. Etſi verò ſatis agnoſcimus, rectiſſimè ſcriptum eſſe illud: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum, certumque habemus, nullius omnino Sancti, nedum ſacratiſſimæ Virginis beatitudinem vlla poſſe oratione comprehendi: tamen haud abs re fore putamus, ſi humano more, & quaſi rudi (quod aiunt) Minerua dicamus aliquid, quomodo ad vltimos beatitudinis fines Deipara peruenerit, quod quidem cum ipſo Eccleſiæ ſenſu atque inſtituto congruere videatur: de iis autem quæ ad beatitudinem & gloriam tam ſacri corporis pertinent, ſuus erit locus poſtea diſſerendi.

Mariæ beatitudo immenſa quidem, ſed aliquo tamen modo verbis explicanda eſt.

1. Cor. 2

Mariæ anima migrans è corpore ſtatim ab Angelis excipitur.

POSTQVAM igitur Deiparæ anima, velut nitidiſſima quædam columba (vt ſic dicam) ex nobili arca corporis euolauit, ac diu exoptatam libertatem, quam terreſtris domus inhabitatio præpediuerat, eſt conſecuta, Deus bone, quot ſanctorum Angelorum greges, aut potius innumerabiles cœlitum exercitus ſibi obuios habuit, à quibus illa primum amiciſſimè ſalutaretur, ac mox paratiſſimis tũ gratulantium, tum miniſtrantium officiis ſumma cum reuerentia exciperetur. Niſi fortè Paulũs fallitur, qui eos omnes, adminiſtratorios ſpiritus in miniſterium miſſos propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, appellat. Quod ſi Lazaro mendico tantum felicitatis obtigit, morientis vt anima ſuos ſtatim cuſtodes deportatores ac miniſtros Angelos obtineret: quid minus, obſecro, imò quid non longè amplius matri Domini tributum eſſe dicemus? Adhæc ſi Angelis tantæ curæ ſunt res mortalium, vt vnius etiam miſerrimi hominis ad Deum cõuerſione pœnitentiaque lætentur, & commune in cælis gaudiũ celebrent, quid illos Mariæ feciſſe putemus? quo applauſu atque tripudio illius non exceperunt aduentum, quæ vna ob perpetuam innocentiam illis vt conformior, ſic & acceptior fuit, quam quiuis alius ob quamlibet actam pœnitentiam eſſe poſſit? An non illi modis omnibus lætiſſime gratularentur, quam non modo Virginem, ſed & omnium virginum Euangelicarum principem & matrem & exẽplar eſſe ſcirent? Quid autem illis caſtiſſimis Angelis æquè ac Virginum contubernium in hominibus eſt iucundum? quid magis familiare? quoniam amoris cauſam vel maximam præbet vitæ morumque ſimilitudo. Opinor equidem, nihil in cælo ac terris tum reperiri potuiſſe, quod præ hac vna & ſanctiſſima & pulcherrima Deiparæ anima, cum Angelorum tum Dei ſummi oculos oblectaret, magiſque omnium cœlitum animos paſceret ac recrearet. Papæ quam propenſe & alacriter curatum eſt, vt beata illa Regina, quæ cerui ſitientis inſtar ad fontem illum viuum properabat & maxime anhelabat, recta perduceretur. Quanta verò concinentium & laudãtium & exultantium velut aulicorum fuit contentio? quam ſuauis melodia? quam frequens & celebris pompa lectiſſimorum cæli ciuium, quum Domini ſuamque matrem in nouum, illud hoſpitium inducerent, & illam non in ſinum Abrahæ, ſed ad locum tabernaculi admirabilis, ad thronum excelſum Dei, ad ſinum Patris, in quo ipſe Filius vnigenitus manet, turmatim ac honorifice deducerent? Enimuerò ſi Ioannes necdum natus, & intra materna viſcera concluſus, ad vocem Virginis præ gaudio exultauit, quantum choros Angelicos exultaſſe, & quale tripudium in beatis omnibus extitiſſe credemus, tanto decore & lumine mirabiliter apparente, ſibique mox animos ſpectantium conciliante?

Luce. 16

Hebr. 1

Angeli non Mariæ minus quam Lazaro poſt mortem præſtiterunt.

Luce. 15.

Angeli de Mariæ innocentia plus lætantur, quam de cuiuſlibet pœnitentia.

Angeli Virginum ſocietate lætantur maxime.

Mariæ aduentus non ſine communi cælitum gaudio & triumpho exceptus.

Pſal. 41.

Pſalm. 41
Ioan. 1

Luce 1.

SEDENIM ne quicquam hic fingere videamur, veterum etiam ſententias audiamus. Scribit Andreas Cretenſis Epiſcopus, & palam affirmat, ad Mariæ mortem, velut ad inſigne ſpectaculum, innumerabilem Angelorum cœtum confluxiſſe, & Sanctorum animas in ipſo Virginis exitu, veluti pulcherrimos ducentes choros adfuiſſe, has enim illas eſſe adoleſcentulas, de quibus liber Canticorum diſſerat. Ac eiuſdẽ Andreæ vox eſt: Oportebat cum Regina naturę vna adeſſe diuinas eorum, quivixerant, animas, in exitu prędecedentes, & eam deducere, & ea canere cantica, quę cani ſolent exeuntibus.] In eũdem ſenſum Damaſcenus, Hildephonſus, Metaphraſtes, aliique multa recẽſent, quæ ſingulare & incredibile Angelorum gaudium Mariam in cælos deducentium comprobant, ſed nobis erit ſatis Sophronij & Bernardi verba hoc loco citaſſe. Ille habet in hunc modum Legimus quam ſæpè ad funera & ad ſepulturas quorundam Sanctorum Angelos adueniſſe, & exequiis eorum obſequia præſtitiſſe, nec non & animas electorum vſque ad cælos eum hymnis & laudibus detuliſſe: vbi & vtriuſque ſexus chori commemorãtur frequentes auditi, laudeſque ceciniſſe: interea & quod perſpicacius eſt, multo nonnunquam lumine eoſdem reſplenduiſſe: inſuper & adhuc viuentes in carne, ibidem miri odoris fragrantiam diutius perſenſiſſe. Quod ſi ad recreandam ſpem & corroborãdam fidem interdum aſtantium, Saluator noſter Ieſus Chriſtus ob merita ſuorum amplius compro-banda, talia & tanta dignatus eſt exhibere per ſuos cæli miniſtros circa defunctos: quanto magis credendum eſt, hodierna die militiam cælorum cum ſuis agminibus feſtiue obuiam veniſſe genitrici dei, eamque ingenti lumine circumfulſiſſe, & vſque ad thronum olim ſibi, etiam ante mundi conſtitutionẽ paratum, cum laudibus & canticis ſpiritualibus perduxiſſe? Nulli dubium omnem illam cœleſtem Hieruſalem tunc exultaſſe ineffabili lætitia, tunc iucundatum eſſe inæſtimabili charitate, tunc quecum omni gratulatione iubilaſſe: quoniam feſtiuitas hæc, quæ nobis hodie reuoluitur annua, illis omnibus facta eſt continua.] Bernardus verò inter alia, quæ longum ſit repetere, hac etiam vtitur oratione: Quis cogitare ſufficiat, quam glorioſa hodie mundi Regina proceſſerit, & quanto deuotionis affectu tota in eius occurſum cæleſtium Legionum prodierit multitudo, quibus ad thronum gloriæ cãticis ſit deducta, quam placido vultu, quam ſerena facie, quã diuinis amplexibus ſuſcepta à Filio, & ſuper omnẽ exaltata creaturam: cum eo honore, quo tanta mater digna fuit: eũ ea gloria, quæ tantũ decuit Filiũ?]

In orat. de Aſſumptione Mariæ.

Serm. 4. de Aſſumptione Virginis.

Tollimitia veterum de gaudio relato ob Mariæ hoc vocationem.

Cant. 1. & 6

Eccliaſt.

Angeli non mirentur de cuiuscunque filiabus.

Vide illorum orationem de feſto Aſſumptionis.

Sermone de Aſſumptione Virginis.

Feſtũ Aſſumptionis quod nouũ cum Angelis ſit celebrandum.

Eccliaſt. & Auguſtinus docent, vtinam Angelorum exemplo Mariæ hanc tã tam gloriam tribuamus.

PRÆTEREA multi veterum notarunt, maximã in Angelis admirationem excitatam eſſe, quum inſolitam & incomparabilem illam Virginis matris in cælum veniẽtis puritatem & pulchritudinẽ aſpicerent, eoſq; tanto ſplendore ac nitore quaſi reuerberatos, in has voces prorupiſſe: Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Et rurſus: Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delitiis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Iterum verò: Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? Præclara certè, & cęleſtibus cantoribus digna verba, ſed in quibus myſticos veſtigare ſenſus omitto, ſecundum quos Angeli haud ſine ſtupore ſciſcitantur atque perpendũt, quæ quantaque ſit hæc nouæ Virginis & matris Reginæque aduentantis venuſtas, opulentia, amplitudo, felicitas: vt quæ in ſui amorem atque admirationem cœlites omnes facilè raperet, & eos quaſi vno ore fateri cogeret illud: Speciosa nobis facta es & ſuauis in delitiis tuis Virgo pulcherrima prudentiſſimaque: meritò te amamus atque ſuſpicimus, quæ magno iure ſuper omnes Angelorum choros exaltaris. Bernardus eoſdem Angelos ita loquentes ac demirantes inducit: Quanta eſt hæc, & vnde ei aſcendenti, vtique de deſerto, affluentia tanta delitiarum? Nec enim pares inueniuntur delitiæ vel in nobis, quos in ciuitate Domini lætificat fluminis impetus, qui à vultu gloriæ, voluptatis gloria potamur? Quæ eſt iſta, quæ de ſub ſole, (vbi nihil eſt niſi labor & dolor & afflictio ſpiritus) aſcendit delitiis ſpiritualibus affluens? Aſcendens igitur de deſerto Regina mundi, etiam Angelis ſanctis, vt canit Eccleſia, ſpecioſa facta eſt & ſuauis in delitiis ſuis.] Has autem delitias ille tum ad plenitudinem gratię, tum ad prærogatiuam gloriæ ſingularis potiſſimum refert.

O ſancta & auguſta Dei genitrix intende proſpere, procede & regna. Benedicta tu nõ ſolum in mulieribus, ſed & ſuper omnes choros Angelorum. Beatam te dicunt & dicent non humanæ ſolum generationes, ſed & Angelicæ poteſtates atque virtutes. Miramur in te homine plus quam Angelicam puritatem: Miramur diuinam illam ſapientiam, quæ te ſummorum myſteriorum peritiſſimam, ac ipſius, qui æterna eſt Sapientia, genitricem & nutricem effecit: Miramur fidem inconcuſſam, qua omnes auditores & auditrices Euangelij ſuperaſti: Miramur plus quam virilem animi fortitudinem, quam tot tamque diris doloribus obruta præſtitiſti: Miramur charitatem ardentem, qua ſemper incenſa Deum colere, Filium amare, & proximo inſeruire perfecte conſueuiſti: Miramur anteactæ vitæ humilitatem, quæ te ad hanc ſummam prouexit gloriam, vt iam ſolo Deo & Chriſto Filio inferior eſſe videaris. Ecce tua præſentia non ſolum orbis illuſtratur, ſed & cœleſtis patria nunc clarius rutilat, Virgineæ tuæ lãpadis irradiata fulgore. Aue gratia plena, Dominus tecum, quem tibi magis deuinctum ac propinquiorem habere nõ potes, quia Deum hominem, tuumque Filium orbi genuiſti, & genitum vna præ omnibus dilexiſti. O ſacroſanctum totius adorandæ Trinitatis habitaculum, Verbique Dei puriſſimum domicilium, quod creaturæ omnes in cælo & terra iure ſummo celebrent atque venerentur.

Beatorum animæ in cælo venienti Mariæ gratulatæ eſſe & Dauidis exemplũ imitari potuiſſe.

2. Reg. 6

EGO verò iſthæc tam multis non proſequerer, niſi magiſtram ſequerer Eccleſiam, quæ nos docuit Mariam in cælos migrantem ita contemplari, vt ſimul gratulantium illi Angelorum lætitiam maximã in animum reuocemus, ac illorum exemplum ſimul nobis imitandum proponamus. Hinc illud tot ſeculis receptum Eccleſiæ canticum: Aſſumpta eſt Maria in cælum: gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum. Tum Athanaſius clariſſimè docet, omnes Angelorum Hierarchias hoc ſtudio feruere, vt Mariam in cælo ſuſpiciant atque benedicant. Te, inquit, celebrat prima acies, quæ ex rhronis Cherubinis & Seraphinis conſtat, qui aut flammei, aut magni Regis Dei cognitores appellantur. Beata tu in mulieribus, & beatus vterus tuus Dei geſtator, & vbera, quæ ille adhuc infantulus ſuxit. Secunda verò Hierarchia, quæ in ſe Dominationes, Virtutes, Poteſtateſque complectitur, ad te reſpectans clamat, (vtporè quæ hæc didicerit à ſublimiori Hierarchia, priuſquæ initiata ſit) Benedicta tu in mulieribus, & benedictus venter tuus, qui Deum concepit, & mammillæ, quæ Deum educauerunt puerum factum. Iam tertia ex Principibus Angelis & Archangelis acies, quibus mandatum & permiſſum fuit, à Deo emittente, vt per vnum Gabrielem Archangelum ederet ſplendidiſſimum & capaciſſimũ hymnum, in hæc verba: Aue gratia plena, Dominus tecum.] His verbis magnus ille Athanaſius Angelicum triumphum in cælis Mariæ decretum non explicat, id quod nulla orationis vi & copia ſe aſſecuturum facile eſſe prouidebat, ſed triumphi partem duntaxat, quæ in laudatione ſola conſiſteret, nobis vtcunque depingit.

In Euangel. de ſanctiſſ. Deipara.

Mariã ab omnibus Angelorum Hierarchiis in cælo peculiariter celebrari.

Luca. 1

VBI cum ego Angelos nomino, haud excluſos velim religioſos Patriarchas, illuſtres Prophetas, caſtum Ioſeph ipſius Deiparæ coniugem, iuſtum Sacerdotem Zachariam cum ſua Elizabetha, & magnum vtriuſque filium Ioannem Baptiſtam. Adiungo itidem Simeonem timoratum, Annam Prophetiſſam, Stephanum Diaconum, Iacobum primum ex Apoſtolis Martyrem, pluresque alios, qui ante Mariæ mortem vel ſuum pro Chriſto ſanguinem profuderunt, vel accepti Spiritus primitias vitæ innocentia decorarunt, aut ſicut Ioannes loquitur, lotas ſuas ſtolas Agni ſanguine dealbauerunt. His demum tot Sanctarum animarum myriades annumero, quot primum illum iuſtum Abel ſequentes vna cum Chriſto cælum petiuerunt, ſedeſque in regno Dei beatiſſimas primæ occuparunt. Quam ergo lætus, quam optatus, quam felix illis Mariæ fuit occurſus, quum & perſonæ procedentis maieſtatem, & maximam comitum in illa deducenda frequentiam, & communem gratulantium alacritatem, atque demum Filium in matre honorantium curam, & ardorem incredibilem cernerent? Quis niſi ſtupidus, quæſo, non intelligat, eaſdem piorum piarumque animas, ſiue in veteri, ſiue in nouo Teſtamento Chriſto capiti per fidem atque charitatem adhæſerunt, ſui Redemptoris venientem matrem agnouiſſe, & agnitam ſuſpexiſſe, & in charitate non ficta illius felicitati, præmiiſque ampliſſimis gratulari voluiſſe? Animaduertebant profecto, iam illud adeſſe tempus, quo ſuam gratitudinem explicarent, & vna cum Angelis concepti gaudij ſpecimen exhiberent, atque in Maria Deum maximè prædicarent, ſed & ordine ſuo cum Angelicis Hierarchiis ſolenniter accinerent: Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Benedicta vbera, benedicta viſcera tua: benedictum cor & corpus tuum, quod adeò prompte inſeruiuit Emanueli, atque in procuranda noſtra ſalute pro materna ſua pietate fideliter Chriſto voluit cooperari. Cur, obſecro, ad Prophetæ Dauidis imitationem ſeſe non componerent? Cur ſacram arcam Domini, quæ iam ob oculos eſſet, non lætè deducerent, non reuerenter haberent? Dauid enim

Præter Angelos multi ex hominibus beatis Mariã in cęlũ ingredientem non ſine maxima lætitia excepterunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum veterem illam arcam Domini, quæ Mariæ A proculdubio typus erat, in meliorem domum vellet traducere, præ summo gaudio exiliuit, chorum psallentium & cantantium instituit, variis hymnis & instrumentis musicis conceptum animo gaudium declarauit, omnemque Dei populum ad edenda lætitiæ publicæ signa ouantem secum deduxit. Et miramur adhuc, non Angelos modo, sed alios etiam cœlites propenso & ardenti studio, insueta exultatione, ac singulari obseruantiæ significatione, illi obuiam prodiisse, quæ Regis æterni mater eadem & cælorum Regina, tunc clarius se contemplandam offerret? Etenim hanc figuram eodem modo veteres interpretantur eaque interpretatio tanto videri probabilior debet, quanto plura concurrunt, quæ typo veritatem, & B rem figuratam figuratæ congruere & respondere demonstrant.

Quam ingens Regis Dauid studiũ fuerit in arca Domini solenniter deducenda.

Magnã fuisse causam beatis ob præsentem Virginem exultandi.

PROINDE fieri non potuit, quin illi gaudio intimo perfunderentur, suique gaudij specimen euidens exhiberent, cum tantum noui luminis & decoris appareret, quantum nouus è Sanctis hospes nunquam antea tulerat, quantumque ad omnes cælorum sedes complendas propemodum sufficere videretur. Quam lætis illi animis arcam Dei viuam & animatam sunt prosecuti, arcam dico ad miraculum vsque puram, sanctam, auream, hostibus formidabilem, quam Filius Dauid Christus in ciuitatem suam cælestem Hierusalem glorioſe transferre, sibique proximam esse decreuerat? in qua demum panis de cælo descendens & vitam mundo tribuens initio condebatur? Hanc arcam illi non suspicerent, non eximiis dignam honoribus iudicarent, qua vna secundum Deum nihil in cælo præstantius, nihil auguſtius, formoſius, venerabilius vel reperirent, vel desiderarent? Nec mirum, si pro sua tum charitate, tum sapientia cœlites ad Christum Regem gloriæ conuersi, simul Filio & matri communem gloriam gratularentur, ac idcirco plenis vocibus conclamarẽt: Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. Verum inter omnes & lucidas illas tot Sanctorum acies, quibus Deiparæ aduentus perquam iucundus extitit, nescio quid admirãdum & eximium in Virginibus sanctis eluxit, vtpotè Agnum proximè assectantibus, nouumque illi semper & dulciſsimum canticum modulantibus: quæ vt Christo sponſo, ita & matri sponſi præ reliquis cæli incolis, sunt vtique manentque familiariores. His non postremas, sed primas merito dabimus in tam celebri ouantium pompa, quandoquidem tales pediſſequas tali Reginę imprimis adesse congruebat, quę ſui ordinis matrem & principem amarent impensius, & propinquius comitarentur, & ſtudioſius honorarent, & perfectius demum Prophetæ complerent vaticinium, quo prędixerat Spiritus ſanctus: Adducentur Regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. Quid multis? Viderunt hodie ascendentem filiæ Sion cæleſtis, & beatam dixerunt, & Reginæ laudauerunt eam. Prorsus de benedictionibus ſuis hodie Maria metit, quia refuſa est ſpiritualiter in eam omnimoda benedictio illa, quam de ſe profudit.] quemadmodum Guerricus affirmat.

2. Reg. 6 Ioan 6.

Psal. 131.

Sacras virgines ob Mariã aduentum præ ceteris exhilaratas esse.

Apocal. 14

Psal. 44. Cantic. 6

Serm. 4. de Assumptione Virginis.

Do Christi personæ consideranda, quomodo erga matrem in cœ-

RELIQVVM est de Christo ipso dicere, qui cer- C tè inter cæteros & præ cæteris matrem charisſimam in cæleſtibus ſedibus ita honorificauit, vt vel ſolus ad ſummam conſolationẽ, imò voluptatem, lætitiã, omnemq; felicitatẽ tali animæ ſufficere videretur. Id quod paulo luculentius fiet, repetito colloquio, quo idem Filius matrem primum venientem excepiſſe, ac amanter admodum ſalutaſſe, ſuamque illi beneuolentiam declaraſſe, præter alios Guerricus etiam indicauit. Sic enim Chriſtum loquentem nobis producit: Ego ſum qui patrẽ & matrem filiis honorandos commendaui: ego vt facerem quod docui & exemplo eſſem aliis, vt patrem honorarẽ, in terrã deſcendi: nihilominus vt matrem honorarem, in cælum reaſcendi. Aſcendi & præparaui ei locũ thronum gloriæ, vt à dextris Regis, Regina coronata cõſideat in veſtitu deaurato, circundata varietate. Neque hoc dico quod in parte thronus ei collocetur: quin ipſa potius eſt thronus meus. Veni igitur electa mea, & ponam in te thronum meum.] Et poſt pauca: Nullus mihi plus miniſtrauit in humilitate mea: nulli abundantius adminiſtrare volo in gloria mea. Communicaſti mihi præter alia quod homo ſum: communicabo tibi quod Deus ſum. Quia concupiui ſpeciem tuam, etiam deſiderantius quam tu meam, nec ſatis glorificatus videbor mihi, donec tu glorificeris. Gloria tibi domine Ieſu, ſubintulit chorus Angelorũ: Gloria tibi Domine Ieſu, ingeminet cætus fidelium.] Cum his non perperam congruũt, quæ ab aliis adferuntur: Chriſtum, videlicet, ſi more humano res tanta exprimẽda eſt, venienti matri hoc modo dixiſſe: Veni tandem electa mea, amica mea, mater mea, columba mea, tota pulchra, quoniam macula non eſt in te. Veni receptura materni ꝑ pignora, fidelis educationis mercede donanda, quæ vt nullus alius, me charitatis officiis cumulaſti, meique curam ſemper maximã habuiſti. Tu me carnis tuę veſtiſti ſubſtantia: ego te maieſtatis gloria induã. Solem nube texiſti: nunc ſole viciſsim ipſa veſtieris, vt mulier amicta ſole perpetuo celebreris. Me Salomonem humanitatis diademate coronaſti: nunc ego tibi, vt mea diuinitate fruaris, nouam ſplendidamque coronam imponam. Materno in ſinu me paruulum benigne fouiſti: & tibi thronũ excelſum, in quo Regina ſuauiter perpetuoque quieſcas, aſſigno. Me ſuper omnia ſincere atque aſsidue dilexiſti, teque vt humilem ancillam infimo loco habuiſti. Quare ſuper creaturam omnem & humanã & angelicam te in regno meo elegi, dilexi, exaltaui, vt lõgè amplius quam primus ille Salomon ſuam parentem amauit atque honorauit, tu à me ac meis etiam in poſterum, tam in triumphante quam in militante Eccleſia, & ameris & honoreris. Atque huc pertinet, quod quidam ſentiunt, ſingularem thronum, & ſpeciale Regis ſolium excelſum Mariæ in cælo eſſe tributum, vt ſuper choros Angelorum & cœlitum omnium exaltata, nihil contempletur ſuper ſe mater, niſi Filium ſolum, nihil miretur ſuper ſe Regina, niſi Regem ſolum, nihil veneretur ſupra ſe mediatrix noſtra, niſi Mediatorem ſolum, vt Guerricus diſertè teſtatur. Alij Angelos etiam vota ſua Virginis fauore aſſequi putant, quibus per Mariam plus modo diuinæ cognitionis, & abundantior gratia communicetur: Verum de hoc nihil modo ſtatuemus.

Ipſum venientẽ ſe geſſerit.

Serm. 1. de Assumptione Virginis.

Chriſti ad matrem ornatiſſimã iuxta Guerricum.

Apocal. 12

Excellentes thronos Mariæ in cælo ſuos Angelos aſſignaſſe.

Theorob. 31 in lib. contemplat. B. Virginis. c. 2 Maria non minus exaltatum quam cuilibet Sanctorum.

Serm. 1. de Assumptione Virginis.

Deiparã non minus cenſis excellere Scripturæ ſententiis quibus ei promittitur.

NVLLI autem vanum atque ſuſpectum videri debet, quod eiuſcemodi dicta diuini amoris, ſummæque liberalitatis plena Chriſto Domino attribuuntur, quum varia Scripturæ loca cõſonent, quæ mirificam

mitificam Dei erga ſuos amicos bonitatem, ac incredibilem munificentiam tum in promittendo, tum in remunerando declarent. Quid enim ſibi volunt hæ Chriſti ſententiæ: Quiſquis potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis; amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunque me ſuſceperit, non me ſuſcipit, ſed eum qui miſit me. Quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tum alibi: Cum facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum. Ac ne dubitemus, eiuſmodi retributionem ſiue remunerationem locupletiſſimam fore: Menſuram, inquit, bonam & confertam, & coagitatam, & ſuperefluentem dabunt in ſinum veſtrum. Quocirca diues herus, vt ſe frugi ſeruo, ſeu fido Oeconomo gratum veréque liberalem oſtendat: Euge, inquit, ſerue bone & fidelis quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra gaudium Domini tui. Adhæc pollicetur ſe curaturum, vt ſuis diſponat regnum, ſicut ipſi Pater diſpoſuit, vtque ſuper menſam ſuam edant & bibant, quibus diſcumbentibus & ipſe famulorum inſtar præcinctus, miniſtrare velit, ac demum eos ſuper omnia bona ſua conſtituere. Poſtremo quid à Domino magnificentius offerri, & à nobis amplius expectari poterat, præterquam illud? Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant claritatem, quam dediſti mihi. Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Præclara ſunt hæc ſanè, quibus immenſam ſuam erga nos beneuolentiam, & in præmiis conferendis liberalitatem Chriſtus comprobat; multò etiam futurus electis largior, quàm ſermone vllo exprimi, & à quoquam credi poſſit. Quare nullus ambigendi ſupereſt locus, quin iſtiuſmodi promiſſiones, vt in aliis Dei ſeruis, ſic etiam & multo quidem amplius in ipſa Dei parente ſuum ſortiantur effectum, illámque præmiis in cælo ampliſſimis honoratam eiſſe conuincant. Qui enim vnicuique reddet ſecundum opera ſua, tantis Mariæ doloribus, laboribus, meritis iuſta mercede compẽſandis deeſſe nec voluit, nec potuit, ſed eius ornandæ & coronandæ rationem habere maximam debuit; quæ ſicut in miniſtrando imprimis ſedula fideliſſimáque, ſic etiam in charitate omnique virtute perfectiſſima fuit, vt verè de illa prædicetur: Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Ac veriſſimum eſt Idiotæ dictum: Quodcunque donum alicui Sanctorum vnquam datum fuit, Mariæ non fuit negatum, cui omnis gratia bonorũ naturalium, & ſpiritualiũ chariſmatum & bonorũ cæleſtiũ non defuit.

Mare. 9

Ibidem.

Luc. 14

Luc. 6

Matth. 25

Luce 22.

Matth. 24

Luce 12.

Ioan. 17

Deus in Maria promiſſiones ſuas impletas, ſicut & alias eius creden dum.

Matth. 16

HABEANT ſuam in cælo perennem gloriam, qui olim ſingulari clementiæ, humanitatis, & beneficentiæ laude claruerunt, quemadmodum [a] Abraham, [b] Loth, [c] Iob, [d] Tobias, Martinus, Nicolaus, quandoquidem vel peregrinos hoſpitio libenter exceperunt, vt afflictis & pauperibus compati ac ſubuenire curauerunt, vel defunctis ſepulturæ pietatem exhibuerunt, vel nudorum demum viſcera ſuis aut veſtibus aut facultatibus benignè texerũt, Hinc illi miſericordes non modò miſericordiam, ſed & fulgentem perpetuòque durantem iuſtitiæ coronam, ſibi apud Deum & Angelos & homines compararunt. Tantò autem his Maria beatior, atque in cælis glorioſior exiſtimanda eſt, quanto in omnibus charitatis & miſericordiæ operibus exercendis ſolicitior ac diligentior extitit: præſertim erga illum, qui cùm inde ab æterno dies eſſet, noſtro nomine non ſolum egenus, ſed & nudus, & imbecillis, & rerum omnium indigens puer factus eſt, non habens quidem vbi caput ſuum reclinaret, vbive corpus mortuum, niſi in alieno ſepulchro, condendum relinqueret. Quis autem officioſam & ſedulam Mariæ pietatem erga pauperem Ieſum digne ſatis explicet? quis illi iuſtum aliquem fratrum iuuandorum ſtudioſum merito anteponat, tantámque huius charitatem ſingularibus æterniſque præmiis maximè afficiendam non cenſeat? Illa enim Dei Filium, qui tanquam colonus & viator, vt Propheta loquitur, ad nos declinauit, in domũ, adeóque in vterum ſuum excepit, & verbum illud æternum virgineã carne ſua contexit. Illa Emanuelem maternis obſequiis domi ac foris fidiſſimè proſecuta eſt, quum natum infantem pannis inuoluit, præſepi impoſuit, lacte pauit, veſtibus induit, manibus deportauit, magnáque cura nutriuit, nihil vt tali paruulo deeſſe pateretur. Eandem charitatem adoleſcenti & iuueni præſtitit, tam impenſè per omnem vitam illi dedita, vt iniuriam filio irrogatam ſuam eſſe reputaret. Igitur vincto, flagellato, irriſo, condemnato, & in crucem ſuſſixo intimè compaſſa eſt, morienti fideliſſimè aſtitit, & mortuum demum mœſtiſſima ſepeliuit. Tam ſincera, vehemens, aſsiduáque charitas non vni ex minimis, ſed Chriſto longè omnium præſtantiſsimo, Deique Filio vnigenito impenſa, nónne vocationem & inuitationem dulciſsimam promerebatur, vt à Filio regnante tandem audiret: Veni benedicta Patris mei, poſside paratum tibi regnum à conſtitutione mundi? Euge mater bona & fideliſ: cunctis frugi ſeruis mihi iure charior, & in miniſtrando diligentior. Super pauca fuiſti fidelis, ſuper multa, imò ſuper omnia bona te conſtituam. Intra in gaudium Domini tui, quod à te nemo tollet, vt Spiritus tuus in Deo ſalutari tuo ſemper exulter. Replebitur nunc in bonis deſiderium tuum: ſaturaberis, quoniam apparuit gloria mea: inebriaberis ab vberrate domus Dei, & torrente diuinæ voluptatis potaberis. Vbi ſum ego, & tu manſura es, vt quemadmodum prius eraſ ſocia paſſionum, ita nunc conſolationum quoque in regno meo particeps ſias. Meam claritatem, quam ab initio mihi dedit Pater, ſi vlli alij, tibi vel maxime cõmunem eſſe volo, vt eãm videas, ſimúlque guſtes, quam ſuauis ſit Dominus, in quem credidiſti, quem amaſti, & præ omnibus deſideraſti. Hæc eſt vita æterna, in qua perficientur quæcunque tibi dicta ſunt atque promiſſa: vt Patrem verum Deum ſolum, & me ab illo miſſum de facie ad faciem ſine fine videas, & videndo ſine faſtidio diligas, & diligendo continuè perfruaris, hócque ſummum bonum cum electis & præelectis omnibus ſecurè poſſideas in ſempiternum.

Matt. 5 & 6. Maria Chriſto pauperi humanitatem & miſeri cordiam omnem impendit. Luc. 6 & 12. Hebr. 13 2. Cor. 8

Matth. 8. Ioan. 19.

Quam ſedula fuerit Maria in Chriſto curando, & per omnem vitam iuuando. Ierem. 14

Chriſti matrẽ coronãtiſsimi ca & liberalis promiſſio.

Homiliar. de Aſſumptione Virg.

Teſtimonia veterum de Chriſto matrẽ humaniter excipiente & honorante.

Neque vero ſine veterum exemplis iſthæc proferimus, qui eodem fere modo de Mariæ aſcendẽtis in cælum gloria ſunt philoſophati. Vnde Fulbertus in homiliis Augu. aſcriptis hoc modo tradit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hodie Maria à sponso Filio & Domino congruè audiuit: Iam hiems transiit, imber abiit & recessit. Surge proxima mea, sponsa mea, columba mea & veni.] Adiungit postea, thronum Regium in aula Regis æterni ab Angelis Mariæ collocari, quam Rex ipse Regum, vt matrem veram & sponsam decoram, præ omnibus diligat, & amoris amplexibus sibi consocier, quæque in illa beatorum regia primi ordinis teneat dignitatē. Notauit & Idiota, quod sicut Maria circa humanam Christi naturam dulcissimè versata est, dum puerum illum lactaret, lauaret, foueret, leniret, amplecteretur, osculareturque, cæteraque humanitatis officia Filio exhiberet: sic illum vicissim optimæ matri suæ diuinitatis dulcedinem singulariter indulgere. Sed & Bernardus superiora confirmat, cùm de Christo scribit, qui sedens in dextera Patris, matrem ad thronum gloriæ ascendentem voluerit honorare, & in beata salutatione suscipere, hoc velut epithalamium depromens; Osculetur me osculo oris sui. Etenim non solum tota cælestium legionum multitudo in Mariæ occursum prodidit, illámque ad thronum gloriæ magno deuotionis affectu deduxit, sed & Filius placido vultu, serena facie, diuinis amplexibus eandem suscepit, & super omnem creaturam exaltauit, ac denique dulciter osculatus est. Quod si, inquit, oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se: quod præparauit gignenti se, & quod omnibus est certum, diligenti præ omnibus, quis loquatur. Felix planè Maria & multipliciter felix, siue cum excipit Saluatorem, siue cum à Saluatore suscipitur: vtrobique mira dignitas Virginis matris: vtrobique amplectenda dignatio maiestatis.] Ac rursus: Quem Maria in castellum mūdi huius intrantem prius susceperat, ab eo suscipitur hodie sanctam ingrediens ciuitatem. Sed cum quanto, putas, honore, cumquanta, putas, exultatione, cum quanta gloria? Nec in terris locus dignior vteri Virginalis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit; nec in cælis regali solio in quo Mariam hodie Mariæ Filius sublimauit.] His planè respondent, quæ Amadeus refert, Mariam de carnis habitaculo eductam, cum ætatis esset prouectæ, ad Christum Filium glorioſè migrasse, ac ciues cæli venerandos in sui obsequium & deductionem paratos inuenisse, mirantibus omnibus tantum felicis animæ nitorem, quæ nullam omnino labem contraxisset: Christum ipsum dixisse; Tota pulchra es mater mea, & macula non est in te. Surge amica mea, columba mea, formosa mea, immaculata mea, & veni. Quæ quum vt Augusta Regina deduceretur, summisque omnium cælitum laudibus extolleretur, nouum & admirandum in cælo splendorem apparuisse, ac ipsum diuinas laudes vna cum aliis celebrasse, quod anima simul & corpore super omnes cælites exaltata, in sublimi sede gloriæ collocaretur: eandem deinde in cælo glorioſissimam, & orando potentissimam, inenarrabili charitate adesse mortalibus.

In Lib. contemplat. de beata Virgine cap. 2

Serm. 1. de Assumptione Mariæ.

Quomodo Maria in cœli veniens honorata sit.

Felix Maria, siue suscipiat Christum, siue ab eo suscipiatur.

Maria in Regali solio à Filio sublimata.

Homel. 7 de Virg. matre.

Tàm præclarè dicta ecclesiasticis de Mariæ gloria & coronatione, vt ferre non possint Nouatores.

Serm 1. de Assumptione Virginis.

Q V O D si Nouatores hanc incomparabilem Mariæ sublimitatem, siue in cælis præstantiam, ægrè concedent, multo minus approbabunt, quod à Bernardo Maria nobis facta dicitur aduocata, & mater misericordiæ, reginaque cælorum, quæ apud Deum salutis nostræ negotia efficaciter pertractet; quia nec voluntas ei desit, nec potestas. De quibus epithetis non falsò Mariæ tributis, & in Ecclesia certè probatis (quicquid aduersarij obstrepant) nos loco suo postea disseremus. Eodem supercilio reprehendent Anselmum, quod scripserit: Stipatus mille millibus, imò innumerabilibus Angelorum agminibus, Deus ipse huic piissimæ matri suæ de hoc mundo migranti occurrit, eámque super omnes cælos exaltatam, cunctæ secum creaturæ perenni iure dominaturam, in throno gloriæ collocauit.] Et rursus: ipse Iesus, Deus & Dominus omnium, Filius benedictus huius castissimæ Virginis & Dominæ rerum, ei, sicut suæ vnicæ matri, totus festiuus occurrere volebat: & aliquis de familia sua se tanti gaudii immensitati subtraheret?] Accusabunt & Hildephonsum, cuius testimonio Christus matrem in throno regni collocauit, & eam in immortalitatis gloriam transposuit, ac super choros Angelorum euexit. Qui hoc etiam scribit: Hodie Maria cum Angelis coronatur in regno, quod olim ei præparatum est, vna cum Sanctis à constitutione mundi. Hodie collocatur in throno à dextris Dei, sicut canitur in Psalmis: Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate virtutum.] Ac rursus alio loco: Etsi impartit præmia iustus Iudex Christus Dominus, secundum Apostolum, vnicuique iuxta opera sua, huic tamen sacratissimæ Virgini genitrici suæ, sicut incomparabile est quod gessit, & ineffabile donum quod percepit: ita est inæstimabile atque incomprehensibile præmium & gloria, non dico inter cæteras sacras virgines, verum etiam vltra omnes Sanctos, quam promeruit.] Mordebunt itidem Sophronium Hildephonso antiquiorem clarissimè pronunciantem, quòd Maria vsque ad throni celsitudinem processit, atque in regni solio sublimata, post Christum gloriosa resedit. Sic enim vbique, inquit, confidenter sancta Dei canit Ecclesia, quod de nullo alio Sanctorum fas est credere, vt vltra Angelorum & Archangelorum dignitatem merito transcenderit.] Ac rursus: Creditur quod Saluator omnium ipse per se totus festiuus occurrerit, & cum gaudio eam secum in throno collocauit. Alias autem quomodo impleuisse creditur, quod in Lege ipse præcepit: Honora patrem tuum & matrem tuam?]

Lib. 1. de virg.

Maria coronata à Christo filio & Deo super omnes Angelos exaltata.

Exod. 20

Athanasius Nouatoribus illum ad Virginem & Dominam gloriosam In Euangel. de semine Deipara.

Q V O D si dictos Patres non audient Nouatores, adeò perfrictæ frontis illos futuros non arbitror, vt magnum illum, nec satis laudatum vnquam Athanasium vel repudient, vel aspernentur. Is verò tam vetus & probatus Doctor, etiam de Maria in cælum assumpta interpretatur, quod per Dauidem dictum est: Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato; circundata varietate. Hanc enim esse affirmat, quæ vt Regina, à dextris Filij vbique regnātis assistat, hàncque nouam Euam, vitæ matrē semperque & vndequaque beatissimam Reginam, Dominam & Deiparam ritè salutari, quemadmodum Capite sequenti ex eodem Athanasio pluribus astruemus. Atque hactenus ostendisse sufficerit, quæ sit veterum confessio de incredibili verēque admiranda Deiparæ gloria, quam felix eius anima corpore iam exuta, non sine summo Ecclesiæ triumphantis applausu in cælo percepit, Christo quidem imprimis matrem vt charissimam, ita & dignissimam honorante, & summa illi æternāque præmia decernente. Verissima est enim semperque retinenda Bernardi Regula: Quantum gratiæ Maria in terris adepta est præ cæteris, tantum & in cælis obtinet gloriæ singularis.] Nec mirum sanè: Si enim eadem Virgo mater præ omnibus Christum in terris dilexit, quod omnibus esse certum idem Bernardus affirmat, quoniam charitati præmium beatitudinis essentiale debetur, vt Theologi asseuerant, consequens est, in cælesti gloria primarium locum, eidem summè summum bonum diligenti competere, vt in throno Diuinitati proximo præ omnibus collocetur, sicut [a] Rickelius non leuiter probat. Proinde [b] Anselmus Mariæ gratiam, gloriam & felicitatem immen-

Bernardi Regula de singulari Mariæ gratia & gloria.

Serm. 1. de Ipsa Assumptionis Virg. Idem. Mariæ summè diligenti sum competere beatitudo. Lib. 4. de laudib. Virginis. Art. 5. lib. de excellentia Virginis cap. 8.

Lib. 1. de Virgin. cap. 3

Serm. 2. de Assumptione Virginis.

Psalm. 44

Serm. 2. de Assumptione Virginis. Quomodo Hilarius singulare Mariæ in cœlo gloriam ponat. In Serm. 2. de Assumptione Virginis.

Maria cœli decus, aclumen in Encomio de dormitione Deiparæ.

[b] In Serm. de laudibus B. Virginis. Maria cunctis superior, Deo tantum excepto, iuxta Epiphanium.

CAPVT QVINTVM.

An Maria post mortem in corpore non sit resuscitata, & in cælos assumpta? Idem quorum testimonijs, quibusque rationibus & Scripturæ exemplis eiusmodi corporalis resurrectio & assumptio Virginis confirmetur? Quid præterea secus opinantibus liceat respondere, ac de fructu eiusmodi tractationis?

Probat animæ & corporis resurrectionem desiderium ac de firmandi eam habuit.

Philip. 1 Luc. 5

Philip. 3

Mariæ vehementer desiderio ad suum Filium ascendendi cum eo viuere æternùm.

Appocal. 21.

S V P R A meminimus, duplicem felicitatem, quę tum animæ tum corpori respondeat, homini à Deo propositam esse. Vtramque Paulus Apostolus expetebat, quoniam & corporeis vinculis dissolutis cum Christo esse, & in hoc mortali tabernaculo ingemiscens, superuestiri summopere desiderabat, vt quod mortale est, à vita absorberetur. Vnde rursus domum in cælis æternam sibi post mortem promittebat, ac simul Christi aduentum, per quem humile corpus suum non modò reformaretur, sed etiam Redemptoris clarissimo corpori conformaretur, fidenter expectabat. Et si verò mortales omnes, sicut Ethnici quoque scriptores testantur, naturali quodam felicitatis desiderio teneantur, tamen piorum & Christum sincere amantium manet proprium, vt in hoc mortali corpore peregrinantes, & cum veræ fidei luce ambulantes, non animæ solùm felicitatem expetant, sed ad corporis etiam redemptionem, sicut idem Apostolus appellat, & consequentem eius felicitatem vehementer aspirent: nimirum vt imagini Filij suique Capitis hoc quoque modo conformes efficiantur. Qua in re Maria quidem nihil à Sanctis aliis diuersum habuit, sed potius hoc ipsum desiderium, vt corpore beatur, tantò magis in illa peregrinante videtur arsisse, quanto certius de dotibus corporis glorificati cognoscebat, quantóque iucundior erat illi memoria Christi filij, quocum tam præclare ageretur in illa gloriosa & augusta suæ carnis post mortem resurrectione. Nec dubium sanè, quin, sicut Ioannes dilectus, sponsa hæc summè dilecta summéque diligens, ex animo dixerit ac rogauerit sæpè: Veni Domine Iesu, Veni, inquam, vt anima mea velut carcere liberata, tibi perfectè adhæreat, téque sine impedimēto cum Angelis laudet, ac vnus tecum in cælo spiritus efficiatur. Veni præterea, vt hoc corpus meum, quod primo ad-

A sam dicere non veretur, quæ sua quidem glorificatione inæstimabiliter patriam cælestem cohonestet ac illustret. [c] Andreas verò Crētensis illam Reginam omnis humanæ naturæ, quæ, solo Deo excepto, sit omnibus altior, vocat. Demum [d] Epiphanius, vt semel finiam, in hunc modum admirabundus exclamabat: Maria, solo Deo excepto, cunctis superior existis: natura formosior es ipsis Cherubim, Seraphim, omni exercitu Angelico, cui prædicandæ cælestis ac terrena lingua minimè sufficit, imò verò nec Angelorum; columba pura, sponsa indiuiduæ Trinitatis, & à Deo ipso in honore habita.]

Ioan. 12 & 17.

Maria sæpe petiuisse videtur, ut cū animā & corpore veniret ad Filiū glorificatum.

Ioan. 3 Rom. 8

Pſalm. 4

Pſalm. 15

Actor. 2

Ecclesia modo sibi persuasum habeat, Mariā in carne resuscitatā & cum corpore beatā esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propositio cū diuisione de sequenti tractatione.

Quam piam Ecclesiæ credulitatem non esse vanam aut nuper excogitatam, floccique pendendam, nos primum veterum scriptorum sententiis confirmabimus: deinde rationes varias, quæ hanc sententiam piis probabiliorem faciant, in medium adducemus: postremò illis respondebimus, qui virginem cum corpore in cælos assumptam vel negant vel dubitant.

Testimonia scholasticorū & vetustiorū Latinorū, qui Mariæ corpus glorificatum tribuunt.

ORDIEMVR autem à scholasticis Doctoribus, quorum certè non contemnenda est authoritas, in his potissimum quæ consentienter astruunt, sicut de corporali Mariæ in cælos assumptione vno quasi ore loquuntur. Qua de re dubitandum non esse [a] Rickelius asserit, quoniam à fidelibus piè creditur, idémque à Doctoribus confirmetur, Mariam cum resuscitato corpore in cælos assumptam esse, sicut & [b] Antonius Archiepiscopus Florentinus affirmat. Hinc & [c] Thomas Aquinas, qui scholasticorum Doctorum est facile princeps: Credimus, inquit, quòd post mortem Maria resuscitata fuerit, & in cælum deportata.] Id quod [d] Albertus Magnus cum Hugone Victorino confirmat, nec solum Deiparæ, sed etiam aliis, qui cum Domino resurrexerunt, duplicem corporis & animæ in patria stolam adscribit. Tum [e] Bonauenturæ testimonio sancti Doctores probabiliter sentire videntur, & rationabiliter probare nituntur, & fideles hunc sensum piè amplectuntur, quod beata Maria iam cum corpore sit assumpta, & corpus iam omnino cum anima sit glorificatum, vt ipse loquitur. His pulchrè consonat Durandus inter scholasticos & ipse nobilis, in hunc modum scribens: Incineratio seu reuersio corporis humani in puluerem, est pœna peccati originalis secundum legem communem, per quam natura derelicta fuit sibi, & ideo sicut de terra formatum est corpus, sic in terram reuertitur. Sed beata Virgo priuilegiata fuit in hoc articulo & rationabiliter; vt sicut corpus Christi sumptum de corpore Virginis fuit immune à tali corruptione, secundū illud Psalmi: Non dabis sanctum corpus tuum videre corruptionem: sic corpus Virginis, de quo fuit sumptum Corpus Christi, fuit immune ab eadem corruptione.] Suffragatur & Richardus Victorinus, qui Mariam propter assumptionem pulchre vocat arcam fœderis Dauid humeris allatam, nec sine magno iubilo translatam, quæ Trinitati comuncta, desideratis Filij sui oculis modo fruatur. O iubilum, inquit, quo iubilat mater nato vnita: O quàm præclara rutilat duplicibus vestita: verè surrexit ô dulcis mater Christi] Tum ex Bernardi oratione satis apparet, quòd hac de re nihil dubitarit, cùm aperte pronunciet, Virginem gloriosam cælos ascendisse, magnámque idcirco cælestium exultationem fuisse, cùm eius & vocem audire, & faciem, & beata eiusdem frui præsentia meruissent. Affirmat illam præ omnibus amatam & ornatam, quam Christus stola gloriæ induerit, coronam pulchritudinis in eius capite ponens. Augustinus verò, qui vnus pro multis sat esse debet, quemque postea differentem inducemus, grauissimas rationes ad hoc probandum institutum adfert, ac demum ita concludit: Consideratis igitur vniuersis, vera ratione sentio confitendum, Mariam in Christo & apud christum esse. In Christo, quia in ipso viuimus, mouemur & sumus: apud Christum tum gloriosè ad æternitatis gaudia assumptam benignitate Christi, & honoratè susceptam præ cæteris, quam gratia honorauit præ cæteris; atque ad communem humilitatem non esse adductam post mortem, putredinis videlicet vermis & pulueris, quæ suum & omnium genuit Saluatorem.] His omnibus haud malè respondet, quod vidua sancta Brigitta cœlitus illustrata monet, duo duntaxat, Christi nimirum ac Mariæ corpora glorificata in cælesti patria reperiri. Postremò Lausanensis Episcopus tum pius, tum eruditus Amadeus hoc modo testatur: Maria prima post Deum super omnes cœligenas in sede gloriæ collocatur: ibi resumpta carnis substantia (neque enim credi fas est corpus eius vidisse corruptionem) & duplici stola induta, Deum & hominem in vtraque natura, quanto cæteris clarius, tanto ardentius vniuersis, mentis & carnis oculis contemplatur.

a In explicatione Euangel. de festo Assumptionis
b In 4 part. summæ titulo 15.
c In opusculo 8 circa expositionem salutat. Angelicæ.
d In vltimum cap. Ioannis & in 4. sent. distinct. 12. Art. 14.
e In speculo beatæ Virg. f In 3. sentēt. distin. 3. q. 1.

SED nunc ad Græcos rem clarius etiam explicates veniamus, ex quibus Nicephorus differtè pronunciat. Vbi ad Gethsemane peruentum est, sepulturæ quidem illa, Filium imitata, traditur: per illum autem ad diuina tabernacula, ad ipsum tcilicet paradisum, vbi & vitæ arbor consita est, ratione ea, quam qui hæc fecit Deus nouit, transfertur.] In eundem sensum alibi quoque docet, Dei genitricem incorruptibili corpore reuixisse ac resurrexisse. His Michaël Glycas consonat, sequenti oratione: Tametsi Virgo mater naturæ legibus fuit obnoxia, tametsi mortem degustauit, tametsi vt homo in sepulchrum est deposita: naturæ tamen fines atque terminos superauit & excessit, neque sepulchrum, nec mortalitas eam in potestate sua retinere potuit. Nam & ipsa de sepulchro resurrexit, prorsus vti filius eius, idémque Deus etiam fecerat, solis sepulchralibus exuuiis in monumento relictis.] Tum idem ad Alipium Monachum scribēs, inter cætera hoc etiam tradit. Qua ratione Maria, omnis labis expers, per mortem ad vitam corpore simul & anima tranlierit, id admirabiliter alicubi disserit Andreas Cretensis. Sed neque minus quoque perspicue & clare isthæc ipsa ob oculos ponit magnus ille hymnographus Cosmas: Tu inquit ille, sacra & casta Virgo, quæ præter naturæ ordinem Deum enixa es, charà victoriæ symbola deferens, illúmque qui te genuit æmulata, super naturam naturæ legibus concedis. Nam & moteris, & mortuo cum Filio denuo exuscitaris, vna cum illo in omnem victura æternitatem.] Ac rursus ab eodem Cosma traditur, Mariæ corpus in sepulchro incorruptum asseruatū, admirabilitérque ex terrena hac statione ad cælestem sedem translatum, atque conglorificatum esse.] Vt cætera præteream, quæ idem Cosmas à Glyca valde laudatus in eundem sensum adduxit.

ET quoniam de Andrea Cretensi Archiepiscopo Hierosolymitano viróque percelebri facta est mentio, in hunc ille modum docet luculenter: Sicut non fuit corruptus Mariæ parientis vterus, ita nec mortuæ caro non interiit. Partus effugit corruptionem, & sepulchrum non admisit interitum. Stat enim sepulchrū inane vsque ad hodiernum diem, quod & testimonio approbatū est, & approbat latum. perat, in eo loco iam rediuiua collocatur, vbi fons perennis est vitæ: vbi nihil adest materia fluxæ aut caducæ: vbi nullæ infestant molestiæ, aut vitæ huius

Maria cū corpore ascendens spectaculum fuit longe pulcherrimum.

ærūnæ, vbi ingratę denique nullę obtinēt rerum vicissitudines. Quid multis? Spectaculum inter omnia quæ spectari possunt, pulcherrimū hodie exurgens, ac cęlos omnes latè penetrans, eos cum sempiterna illa mēte ac spiritu sermones miscet, quos is vel solus vel maximè nouit, qui corpus & animā illi primo inter se vinxerat, móxq; soluta, indissolubili societatis vinculo inter se rursū colligauerat.] Omitto cætera, quæ aliquot concionibus ille prosequitur, multa, quæ huc pertinent, interserens, ac pulchrè vocans Deiparæ corpus μεταπεθεὸν καὶ θεόληπτον hoc est, quod in cœlestem incolatum transpositum, & à Deo assumptum est, sicut in Græcis eius codicibus veruſtissimis, qui nondum Latinè facti sunt, & Romæ extant, scriptum reperimus.

a In Serm. de vita & dormitione Virginis.

His planè astipulatur [a] Simeon Metaphrastes, quum asserit, Mariæ, sacratissimum corpus ab eiusdem Filio & Deo ad diuina illa & cœlestia tabernacula esse transmissum, vbi secum & corpore & anima perpetuò versetur. Tum [b] Germanus ille Patriarcha Constantinopolitanus, qui clarissimi olim nominis fuit, hoc modo Mariam affatur: Viuit Spiritus tuus in omne æuū, & caro tua sepulchrale corruptionem non est experta.] Iterum verò: Sacratissimæ Virginis caro ex mortuis iam resuscitata, expedita & spiritualis effecta est, vtpotè ad omnem immortalitatem & incorruptionem iam transformata.] Ac rursus: Corpus tuum Virgineum omnino sanctum est, & humanum quidem, sed quod ad summam immortalitatis vitā peruenerit, adeóque integrum sit, & absolute viuum & obdormitioni non obnoxium: quippe quòd vas Dei capax fuerit.]

b In homil. de obdormitione Virg.

Caro Mariæ Christi & sepulchrale corruptionē experta non est.

Testatur & Damascenus, corpus Deiparæ sanctum, & integrum, & interitui minime obnoxium: tertio die ex monumento resurrexisse, & matrem ad Filium ex sepulchro translatam esse: Hodie, inquit, Virgo immaculata non in terram reuersa est, sed cùm esset animatum cælum in cælestibus tabernaculis collocatur, vt filia veteris Adam, veterem sentētiam subiicit, ná & eius filius, qui est vita ipsa, eam non recusauit: Vt autem Dei viuentis mater, ad illum ipsum digne assumitur.] Ac iterum aperte pronuntiat: Non enim anima tua in infernum descendit, nec caro tua corruptionem vidit. Non corpus illud tuum immaculatum, ac labis omnis expers in terra relictum est, verum in cælo ac regiis sedibus tu Regina, Domina, hera ac vere mater & genitrix deposita es.] Eiusdem testimonio corpus Virginis exuta mortalitate, incorruptionem induere oportebat, vt cuius in partu incolumis Virginitas mansit, eadem è vita migrante corpus ita conseruaretur, vt non dissolutum, sed ad præstantiorem & diuiniorem vitam translatum, in infinita seculorum secula perduraret. Non repetam cætera, quæ in eundem fere sensum & grauiter docet, & Publicè concionatur, & copiosè differit Damascenus, planéque confirmat, Mariæ corpus relictis fasciis sepulchralibus in sublime raptum abiisse.

Damascenī testimonia de MARIA post mortem resurrexisse.

In Orat. V. de obdormitione Virginis.

Isaiæ. 14

Iuuenalis Episcopi authoritas de Maria eius corpore resuscitata.

AC prioribus quidem omnibus, quos hactenus adduximus, vetustior est Iuuenalis Archiepiscopus Hierosolymitanus, vir in Synodo Calcedonensi valde probatus, quem in præsenti causa velut testem omni exceptione maiorem, Euthymius, Damascenus, Metaphrastes, Nicephorus atque Glycas producunt. Is verò à summis Princip. Marciano atque Pulcheria monitus, coram multis in magno Patrum concessu id respondit, quod ipse rerum ad Ecclesiam suam Hierosolymitanam spectantium peritissimus, longa veracique maiorum traditione confirmatum acceperat: nimirum Apostolos totum triduum ad Mariæ Deiparæ monumentum perseuerasse, atque cum clausum illud aperuissent, sepulchralia tantum linteа illic inuenisse, intemeratum verò corpus eius iam translatum nusquam apparuisse, sed simile quiddam cum Christi corpore, quod è clauso sepulchro lintheis tantum modò illic relictis ad vitam rediit, expertum fuisse. Vbi Leonem Imperatorem, cui sapientis cognomentum haud temere tributum fuit, libet adiicere, quum & ipse Mariæ obdormitionem docta & diserta oratione celebret, ac inter cætera hoc modo Græce concionetur: Μητρὸς θεοῦ ἑορτὴν μεθ' ἡμῶν ποιᾶ γλῶσσα τὴν πρὸ τῶν ἑξακοσίων ταύτης τὴν ξίαν ὡδε ἐνδύσασα τὴν εὐφημοῦμένην, θεασαμένη καὶ νῦν ἐκπλήττεται παντὸς ἀγγέλους, ἡ γὰρ πάντων δεσπόζουσα χορηγεῖ τὴν ὑποδεσίν. τίς λόγος τῷ μεγέθει τῶν τῆς συνεπταθήσεται;

Leonis Imperatoris testimonium in laudem assumptę Virginis matris.

Et paulò post: τί σοι τὰ μεγαλεῖα ποιήσας μέγας ὑφ' ἡμῶν λογισθήσεται σήμερον ποιεῖ, τί γίνεται τί παράδοξον: ἡ τὸν κόσμον σε τὸ ἀγιάσματος, τὸν εὐαγεστάτην νυμφῶνα, τὸν θειότατον θρόνον εἰς τὸ θεῖον ἑαυτῆς ἀνάκτορον μετατίθησιν, ᾗ τῶν ἐξ ἧς λαβὼν τὸν σαρκίνον στολὴν, μετ' ἀνθρώπων ἐπολιτεύσατο, ἐν ὑψίστοις φέρει, συδιαπρίσειν τῆς σαρκίνων ἀναλαμβάνων;

Hoc est, diem festum matri Dei sacrum, solemni ritu ac cæremonia celebremus. Sed quæ linguæ facultas celebritatis huius honorem, pro dignitate sua, quæ sane nostris laudationibus acclamationibúsq; nihil indiget, exæquabit? Quin & nunc Dominicus peragitur celebertimus conuentus atq; solennitas. Hoc enim etiā argumentū ea, quæ omnibus dominatur, suppeditat Maria. Ecquæ oratio tantæ amplitudini huius tam celebris festiuitatis coextendetur ac par esse poterit? Ac deinde sermone ad Mariam ipsam conuerso: O super omnes benedicta, inquit, qui solus magnalia facit prępotens Filius tuus, qui hodie tibi præstat? quid agitur? quod spectaculum exhibetur? At non, obsecro, te sanctificationis aream, ter ornatissimum thalamum, & diuinissimum thronum ad suum diuinum & augustale templum transponit? An non te illam, ex qua carnis indumentum, quocum inter homines versatus est, susceperat, ad summa cælorum fastigia cum carne desumens, vt cum ipso in carne versareris', euehit? Et ne multis (prolixum enim sit omnia repetere) hic Imperator Mariam vna cum corporis sui tabernaculo ad Filium translatam, ac indissolubili societatis consuetudinisque vinculo longe arctissimèque Christo coniunctam esse, sermone luculento testatur. Eandem sententiam Simeon Metaphrastes & Michaël Syngelus (vt scriptores alios Græcos prætream) memoriæ prodiderunt, MARIAE tum resurrectionem, tum Assumptionem in corpore factam plane asseuerantes.

Maria carne vestita, & ad cælę fastigiū euecta, cui mi nistrāt cęlites.

Ser. in Euang. de sanctiss. Deipara.

Testimonium Athanasij de Maria post.

Superest vt ab Athanasio, qui non minus Latinis, quàm Græcis probatus est Theologus, in Mariæ gratiam suffragium capiamus. Hic igitur grauissimè docet, non modo Christum ex Virgine natum

Psalm. 15

Parte 1. de visione Ezechielis cap. 1. Reg. 6

Serm. 1. de Assumptione Virginis.

Actor. 17

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortem resuscitata, & carnis incorruptionem adepta.

post mortem resurrexisse, & regnare cepisse, sed etiam genitricem mortem temporariam cum beata immortalitate commutasse, iámq; carnis incorruptibilitate vestitam, vti Reginam & Dominam Filio suo in cælis assistere. Quocirca in ea concione, quam verè Athanasij esse Glycas confirmat, & Romana simul agnoscit Ecclesia, hoc modo scriptum legimus: Quandoquidem ipse Rex est qui natus est ex Virgine, idémque & Dominus & Deus, ea propter & mater quæ eum genuit, & Regina & Domina & Deipara propriè & verè censetur, licebísque nobis ita congruenter dicere, dum ad ipsam & ad eum, qui ex ea genitus est; carniferum Filium respicimus: Nunc, scilicet, adest Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta, variegata, eò quòd secundum sexum fœmineum Regina & Domina & mater Dei appellari debeat. Eáque nunc vt Regina assistens à dextris Filii vbique regnantis, quasi in vestitu deaurato, incorruptionis & immortalitatis, circumamicta & variegata, sacris & solennibus verbis celebratur, non quidem secundum spiritualem simplicitatem, aut quasi sine corpore & carne assistat, sed quòd induta sit (quantum spectat ad sanctissimam eius carnem) incorruptibilitate & immortalitate.] Nec multò post: Proinde ista noua Eua mater vitæ appellatur, variegatáque permanet ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium. Dicimus eam igitur iterum atque iterum, & semper & vndequaque beatissimam.] Ex quibus facilè intelligas, quanti Athanasius faciat Mariæ carnem sanctissimam, vtpotè quam fatetur non solùm ante, sed etiam post mortem eius à Deo valdè honoratam, magnisque priuilegijs mirabiliter decoratam esse. Præterea hinc liquido constat, tantum Ecclesiæ lumen nihil dubitasse, adeóque palam docuisse, Virginem matrem non solum anima, sed etiam corpore iam beatam in cælis cum Christo regnare, ac veræ incorruptionis immortalitatisque fulgenti veste ornatam, electis omnib. præeminere, suóque Filio assistere, & idcirco, sicut iubiicit, tum à cœlestibus tùm à terrestrib. Hierarchiis magno studio celebrari.

Parte 3. Annaliam.

Maria Regina & Domina a dextris Filij cũ carne gloriosa.

Psalm. 44

Maria noua Eua & mater vitæ permanet ad primitias Vitæ immortalis.

Eo QVE minus admirari par est, Græcorum Ecclesiam prioribus, quos diximus, aliisque pluribus Doctoribus ac scriptoribus in eadem fide ac doctrina subscribere, vt iidem idcirco Græci tot seculis in honorem assumptæ Virginis publice soleant decantare: Virgo Deipara quando ex hoc mundo ad illum emigrasti, quem ineffabili modo genuisti, aderat tibi Iacobus frater Domini primus Hierosolymorum Pontifex, tum Petrus summus ille, & cum primis venerandus Theologorum antesignanus, sed & sacer ille diuinorum Apostolorum chorus, vt diuinum atque excellens œconomiæ Christi mysterium Angelicis planéque diuinis concentibus & laudum præconiis concelebrarent, vtque corpori tuo, quod & Deum susceperat, & vitæ principium extiterat, non absque magna lætitia, & singulari hymnorum concenta parentarent. Quin & supernæ sacratissimæ ac longæuæ Angelorum virtutes, tei miraculo velut attonitæ, atque inter sese mutuò cõferentes aiebant: Attollite portas vestras, & eam suscipite, quæ & cæli & terræ opificem peperit. Præterea hymnis ac laudibus venerandum illud & sacrum corpus, quod inspectabilem Deum ac Dominum gestauit, digné vos & officiose concelebrate.] His addamus & aliud Canticum Græcanicæ Ecclesiæ iampridem vsitatum: In tua translatione vel ascensione mater Dei, Angelorum exercitus, gaudio, stupore & admiratione plenus, augustissimum illud corpus tuum, quod Deum susceperat, suis quidem alis reuerenter operiebat.] Nec dissimile illud, vt reliqua præteremittam: Pius populus in vnum collectus adest, siquidem diuinæ gloriæ tabernaculum è Sion ad domicilium cæleste translatũ est, vbi sonus purus vbi ineffabilis exultãtiũ festáque celebrantium, & in lætitia Christo acclamantiũ iubilus & plausus resonant, Gloriosus & noster & patrum nostrorũ Deus benedictus.] Quis verò prudens opinetur, isthæc tam vetusta quam solennia Græcorum cantica temerè vel inducta, vel recepta, ac non potius magno cum iudicio condita, probata, vsitata, authoritatem in ipsorum Ecclesia tot seculis obtinuisse? Quòd si vana seu incerta est sententia de Mariæ corpore in cælum assumpto, tot præclaros authores, tam frequentes piorum cœtus, tantarúmque Ecclesiarum confessiones audacter quidem satis, sed nescio quàm prudenter & piè accusabimus.

Aliud Græcorum canticum.

Tertium ejusdem rei.

Quomodo Græci suis Cãticis declarẽt Ecclesiæ sententiã de Maria corã Apostolis defuncta, honorificè sepulta, ac deinde reassumpta.

Et ne solùm de Græcis agere videamur, quid sibi volunt, quęso isthæc Ecclesiæ Latinæ cantica, quæ in Catholicis templis hucusque vsum tenent antiquissimum, & communi piorum nomine publice recitantur: Assumpta est Maria in cælum: gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum. Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio. Exaltata est sancta Dei genitrix super choros Angelorũ & cælestia regna? Nec dissentit Ambrosius, in cuius Liturgia dies assumptionis Mariæ omni deuotione colendus asseritur. Hæccine canticis Græcorum non pulchrè respõdent? quibus & peruetustum festi nomẽ accedit, ab assumptione sumptum, ac veteribus etiam vsurpatum, quo Mariæ, ac nullius alterius è Sanctis omnibus assumptionem in Ecclesia celebrari significatur; nimirum ob corporis (vt ipsa loquendi proprietas indicat) assumptionem, non propter solius animę beatitudinem. Solius enim Christi vt qui suapte virtute cęlum primus conscendit, ascensionem, ac Marię solius, vt quæ Filii beneficio in cælum euecta est, assumptionem, vtramque tum animæ tum corporis trãslationẽ cõstantem, in Ecclesia solenniter colimus & veneramur, quemadmodum vocabula ipsa prudenter inuenta, & religiosè conseruata non obscure demonstrant. Quę sententia iam seculis aliquot obtinet, ac piorum animis infixa, totique Ecclesiæ sic commendata est, vt qui Mariæ corpus in cælum negant assumptum, ne patienter quidem audiantur, sed velut nimium contentiosi, aut prorsus temerarii, & Hæretico magis quàm Catholico Spiritu imbuti homines passim exibilentur. Extat Georgij V Vicelij confessio, qui pro Catholica veritate non pauca cum laude scripsit, ac ingenue profitetur, se de corporali Virginis assumptione vna cum Augustino & Bernardo sentire, quod nimirũ illa iam & anima & corpore in cælo beata sit.

Sermone de Assumptione virginis.

Quanquam ne aduersarij quidem & deferrores Ecclesiæ hic nobis omnino contradicunt, quum Bullingerus & Brentius (vt alios omittã) à veritate alienum

alienum esse non putent, sed potius probent, quod Maria in cælum cum corpore migrasse existimatur. Quid enim Bullingeri verbis clarius dici queat? *Credimus*, inquit, *& Deiparæ Virginis Mariæ purissimũ thalamum, & Spiritus sancti templum, hoc est, sacrosanctũ corpus eius deportatum esse in cælum.* Brentius verò cuique vt vult, sentire permittit, Mariam in cælos assumptam vnà cum corpore, vel secundum animam tantùm. Adiungit tamen & illud: *Potuit fieri, quod sicut Enoch translatus est in cælum corpore, & sicut multa corpora Sanctorum resurrexerunt cum Christo, ita & Mariæ cum corpore translata sit in cælum: Certissimum autem est, quod Maria perpetuam consecuta sit felicitatem.* Tùm qui nomen suum & ipse Luthero debit Ioannes Riuius, etsi nõ affirmare ausit, Mariam in cęlis vna cum corpore assumptam esse, tamen hoc verisimile videri, neque à se prorsus negari apertè fatetur. Vtnam verò in aliis, quæ ad Marianam causam pertinent, eodem isti candore vterentur, neque ad solas Scripturas omnia reuocarent: multo certò minus in plerisque hallucinarentur.

Li. de Origerroris, c. 16 Hom. 1. in de assumpt. Virginis. Genes. 5 Matth. 27 Lib. de abusibus Eccles.

Exaluerfariis quosdam cõfiteri, Mariam cum corpore in cælum migrasse.

Multa sunt autem, neque leuis illa momenti, quę dictam sententiam de Mariæ corpore glorificato comprobẽt, vt alterum promissionis nostræ caput, quod in confirmatione sicum est, expedire pergamus. Ac primùm Scripturæ sacræ loca ad hoc argumentum spectantia expędemus, veterum maximè vestigiis insistentes, ne quis putet nos viam insuetam hic ingredi, aut noua quædam inuenta venditare velle. Illustre Psalmographi dictum est: Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. Vbi vaticinatur Propheta, primũ Christi Domini, ac deinde matris eius tabernaculũ siue corpus post mortem ad vitam singulari quodã modo resurrecturum esse, sicut [a] Nicephorus & aliquantò fusius [b] Glycas interpretantur. Consimili nimirùm modo (inquit) & ipsam Dei matrem ex mortuis resurrecturam fuisse, quo Filius resurrexerat, multò antè beatus ille Dauides huiusmodi verbis significauerat: Surge Domine in requiem tuã, tu, inquam, ipse, & arca sanctitatis tuæ. Nam quia norat Dauides eam, quæ Christum vtero suo gestasset, ac illam ipsam ob causam arca sanctitatis esset, atque nuncuparetur, eodem pacto resurrecturam è sepulchro, quo & natus ex ipsa Christus Dei Filius, & Deus resurrexit: idcirco non abs re consimilem vtriusque resurrectionem ex mortuis multò antè quasi pictura quãdam expressit: etenim si res ita se haberet, non sanè posteaquàm dixerat: Surge Domine, subiecisset: Et arca sanctitatis tuę.]

Scripturæ loca proferuntur, quæ probabiliorem Ecclesiæ illorum sententiam confirmant, qui Mariam cum corpore assumptam esse sentiunt.

Psalm. 131

a Lib 2. Eccles. hist. cap. 23. b Part. 3. Annalium.

Quomodo Ecclesia filij discere atque agnoscere debeant de corporibus Mariæ in cælos assumpta.

Alter è Psalmis Dauidicis locus, quẽ huc trãsfert Athanasius, ita sonat: Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Hic enim Deiparam matrem semper Virginem designari post Athanasium Glycas comprobat, quæ corpore post mortem induta, Filio suo proximè assistat, & cum eodem immortali Rege vna regnet, non quantum ad æquam administrationem, sed quantùm ad eandem humanæ carnis substantiam spectat. Et certè vestitus deauratus Mariæ tribuitur, quãdoquidem sanctissima eius caro incorruptibilitatẽ & immortalitatem, velut vestem auream planéque fulgentẽ maturè induit, eámque variegatam, nimirum ob varia ossa sacra in vnum corpus coeuntia, & carnẽ eius suffulcientia. Igitur quod alij tandem in fine

Psalm. 44. In serm. de sanctissima Deipara. Tom. 3. Annalium.

Maria Regina est, quæ à dextris Filii astat eorum gloriosõ corpore (secundum Damascenum & Athanasium).

Vide Mariæ Virginis decantatas laudes.

Nn iiij

Christus matrem perfectè honorans, illã etiam in corpore glorificauit.

Exod. 20

Mariæ corpus singulari gratia tum à putredine præseruatum tum ad immortalitatis gloriã perductum.

Ephes. 2

Sermone de Assumptione virginis.

Genes. 5

Mariæ natura excipitur à corruptione, communi pœna mortalis.

Consentaneũ est Mariam sicut à dolore in partu, sic etiam à corruptione corporis diuinitus præseruatam esse.

Genes. 5

Serm. 1. de Assumptione Virginis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

triumpho rediens, ab inferis resurrexisset, neque A vllam perpessus esset corruptionem, sicut propheta prædixerat fore, de Christi matre hoc etiam subiicit: Ærumnam Maria sustinuit: cuius animam gladius passionis Christi pertransiuit: sed conceptus non multiplicauit, nec sub viri, id est, mariti potestate deguit, quæ integerrimis visceribus de Spiritu sancto Christum suscepit, & virginitatis integritate manente, Virgo permansit. Quem quia sine peccati colluuione, & sine virilis admixtionis detrimento suscepit, sine dolore genuit, & sine integritatis violatione cum pudore virginitatis, integra permansit. Hoc enim potuit efficere de matre, qui sic elegit nasci Deus de homine. Maria ergò etsi cõmunicat ærumnis Euæ, non communicat parturiẽdo cũ dolore. Promeruit enim hoc singularis sanctitas eius, & singularis gratia, quòd susceptione B Dei singulariter æstimata est digna. Non immeritò ergò à quibusdam generalibus excipitur vera æstimatione, quam tanta seruat gratia, & attollit dignitatis prærogatiua.] Ac deinde ad nostrum institutũ propius accedens: Quid ergo, inquit, si in tanta diuersitate dicimus Mariam humanæ sortis mortem subiisse, nec vinculis eius retineri, per quam Deus voluit nasci, & carnis substantiam communicare, nunquid impium erit? Scimus enim Iesum omnia posse, qui de seipso ait: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Si ergò voluit integram matrem cum virginitatis seruare pudore: cur non velit incorruptam à putredinis seruare fœtore?] Ac demùm ita concludit: Illud sacratissimum corpus, de quo Christus cărnem assumpsit, & Diuinam naturam humanæ vniuit, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat, vt Verbum caro, hoc est, Deus homo fieret, escam vermibus traditum, quia sentire non valeo, dicere pertimesco, in communi sorte putredinis futurum de vermibus puluerem. Hæc Augustinus tàm reuerenter, quàm grauiter de corpore Deiparæ disserit, quod nequaquã in mortis potestate manserit: nec video, quis omninò sanus ac sobrius tanti Doctoris argumẽta vel confutare, vel labefactare possit, nisi fortassè singularem Christi potentiam, & eminentem erga matrẽ amorem atque bonitatem simul oppugnet.

Quinto, è Scripturis nobis exempla porrigũtur, quæ docent, similia quædam miracula in Sanctis aliis facta esse, vt hanc Dei virtutem, quam astruimus, minus in Maria miremur. Cur enim matri D Domini adimamus, quod aliis longe inferioribus Dei amicis & seruis attribuimus? aut qua æquitate Dei potentiam in aliis agnitam, hic Mariæ deesse putemus? cui proculdubio Diuina bonitas atque virtus semper plurimùm fauit. Nec ignota est illa Theologorum regula, Mariæ non adimenda esse dona excellentia, quę Sanctis aliis diuinitus tribuũtur, imo plura etiam priuilegia in illam vnam competere, sicut & Idiota confirmat. Docet sanè Scriptura diuina, primo illo seculo Henoch vitam Deo gratum, ex hoc mundo sublatum amplius non apparuisse, quia transtulit illum Dominus. Hinc illud in Ecclesiastico: Henoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum. Docet eadem Scriptura, Heliam per turbinem in cælum raptum, igneóque curru susceptum, à suo comite Helisæo aliisque in terra constitutis videri ac inueniri nõ potuisse. Receptus enim à terra in turbine ignis, & in curru equorum igneorum abiit, vt dixit Ecclesiasticus. De vtroque sic habet Tertullianus: Hodie Henoch & Helias nondum resurrectione dispuncti, quia nec morte functi, qua tamen de orbe transiati, & hoc ipso iã æternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni dãno, & ab omni iniuria & contumelia immunitate carnis ẽdiscunt.] Quod si Henoch in sublime raptus, & Helias curru cælesti auectus, vitam corporis integram conseruarunt, Deo in illis mirabiliter operante: cur de Maria dubitemus, quod mortua ex infirmitate, reuixerit tamen ex Dei virtute, nec viderit corruptionem? sicut Andreas Cretensis etiã est argumentatus.

Scribit itidem Matthæus Euangelista, multa Sãctorum, qui dormierant, corpora cum Christo surrexisse, qui de monumentis exeuntes, in sanctam ciuitatem Hierusalem venerint, seque multis Hierosolymitis viuos demonstrarint: nimirum, vt in resumptis corporibus aptiores essent resurrectionis Dominicæ testes, præcones ac socij. De his Anselmus clarè pronunciat: Qui resurgente Domino resurrexerunt, Beda testante, etiam cum illo ascendente simul ascendisse credendi sunt: nec vlla ratione illorum temeritati fides accommodanda est, qui posteà illos reuersos incinerem dicunt.] Eodem plane modo Glossa docet ordinaria: Hic credendi sunt, inquit, cum Domino ascendente simul ascendisse cum corpore.] Tùm plures veterum fatentur, vt Sophronij verbis vtar, quod veri testes isti non essent, nisi & vera eorum esset resurrectio, & beatus Petrus dixisse legitur, cum de Dauid loqueretur in testimonium: Et sepulchrum, inquit, eius apud nos est. quasi non sit ausus dicere, quod ipse aut corpus eius apud nos est, sed tantùm sepulchrum, quo conditus fuerat: hinc aiũt resurrexisse & eum cum cæteris Sanctis: & ideo vacuum remãsisse mausoleũ, vt nunc beatæ Marię cernitur. Quod sane factum, & de aliis quibuslibet locis Scripturarum affirmare conantur: quod hi iam cum Christo regnent resuscitati in æterna societate. Quod (quia Deo nihil est impossibile) nec nos de beata Maria Virgine factum abnuimus.] Atque hæc quidem Sophronius. Quod autem hi sancti ad vitam immortalem resurrexerint, neque rursum obdormierunt, probabilis multorum, etiam recentiorum Theologorum est sententia, nimirum vt & maior Christi eos resuscitantis appareat gloria, illique illustrius soliddæ resurrectionis documentum præbeant, ac plenìore beneficio diuinitus affecti, & demum Christo ex mortuis primogenito conformiores esse videantur.

Cæterum vt plura miracula, quæ rem probabiliorem faciant, è Scripturis repetamus, Sidrach, Misach & Abdenago pij sanctique adolescentes, ab impiis hostibus in caminum ignis ardentis iniecti, tum corpora, tum vestimenta sua integra conseruarunt, atque in medio flammarum ardentium ambularunt illæsi, laudésque diuinas læti celebrarunt. Rursus Propheta Ionas in vẽtre Ceti inclusus (mirùm dictu) triduo perseuerauit, donec viuus ac integer ad littus euomeretur. Demum Daniel licet in lacu Leonum sederet inermis, ac solus famelicis feris esset expositus, tamen saluus euasit, nihilque detrimenti pertulit. Hæc ego propter Augustinum repeto, qui ad præsentem causam comprobandam iisdem exemplis est vsus, atque hoc erudite conclusit:

Maria non omnibus ærũmnis Euæ communicat secũdum Augustinum.

Maria merito à quibusdam generalibus regulis excipitur, & singularib. prærogatiuis ornatur, præsertim vt incorrupta seruetur à putredine.

Matth. 28

Augustinus dicere pertimescit, nec sẽtire audet Mariæ corpus eam vermium & puluerem esse factum.

Exempla scripturæ suppetere, quę miraculum de Maria cum corpore assumpta probabilius faciant.

Lib. contemplat. Virginis cap. 2. Genes. 3. & Hebr. 11. Eccles. 44

De Henoch & Helia est corpore translatis e mundo

Ecclesiast. 44

Lib. de resurrectione carnis.

In orat. de Virginis assumptione Matth. 27

Multos cum corpore resurrexisse, cum Christus à mortuis resurgeret.

In euang. Matth. 27

Eosdem cum corpore in cœlum ascendisse Christum secutos.

Beda in Matth.

Ansel. in Matth.

Glossa ordinaria.

Sermone de Assumptione Virginis.

Aug. lib. 2

Recentiores etiam Theologos Gabrielem Biel, Gregorium Arimin. Præsentem Ferrariensem, Ioannem de Turrecremata, Ioannem Fabrum, Ioannem Eckium, Ioannem Maiorem, Ioannem Driedonem, Ioannem Hessels, Ioannem Mensingum, Ioannem Hoffmeisterum, Ioannem Cochlæum, Ioannem Dietenbergium, Ioannem Nauseam, Ioannem Gropperum, Ioannem Gerardum, Ioannem Molanum, Ioannem Lindanum, Ioannem Vuildenbergium, Ioannem Vuilhelmum, Ioannem Vuiggerum, Ioannem Vuestphalum, Ioannem Vuicelium, Ioannem Vuigandum, Ioannem Vuigandum, Ioannem Vuigandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpus formatum ad hypostaticũ esse Diuinum assumpsit,& cuius fido ministerio tàm frequenter atque familiariter vsus fuit. Proinde nullo modo cõgruisse, vt hoc ipsum sacrosanctum corpus vel in terra computresceret, vel sine corruptione tàm diu iaceret, aut alioquin obscurum, occultum, ignotum, inglorium, ac omnis expers honoris, qui Sanctorum venerandis reliquiis exhiberi solet, alicubi asseruaretur: Quid multis? si potuit Christus, quia omnipotens, à corruptione corporis matrem suam integram conseruare: si nouit præterea, quia summè sapiens, qua ratione idipsum effectum redderet: si voluit Demùm, quia benignissimus, hoc vltimò beneficio suum studium in honoranda matre testari: quis ambigat porrò, Deiparam hanc accepisse gratiam, tali matri ac Reginæ si non debitam, at certè quidem honorificam, nullíque Sanctorum iustius deferendam, ac tali Filio in amanda & ornanda matre maximè congruentem? Proinde vt semel finiam, quod Iudocus Clichtoueus doctus iuxtà ac pius Theologus dixit, quoniam verè, sapienter & Catholicè dixit, hoc loco repetemus: Maria, inquit, sicut in ortu suo & sanctissimo partu, à cõmuni hominum maledicto fuit per speciale priuilegium exempta, ita & in suo felici transitu. Nam paulò pòst separationem animę eius à corpore, fuit diuino beneplacito corpus eius gloriosum ad vitam immortalem resuscitatũ, & rursum vnitã illi anima ad æthereas sedes translatum, vt validissimis rationibus probat sanctus Augustinus, & tota confitetur Ecclesia, & ipsa fidei pietas statim conuincit.]

Christum potuisse, nouisse & voluisse, vt mater eius gauderet priuilegio resurrectionis & assumptionis.

In serm. 4 de Assumptione Virginis.

Clichtouei sententia & conclusio de hoc toto Argumento.

Reliquum est, vt illis respondeamus, qui aut friuolum, aut Apocryphum videri volunt, quicquid de Mariæ corpore in cælos translato scribitur & affirmatur. Citant & opponunt nobis Gelasij Pont. Max. sententiam, qui præter alia scripta non authẽtica, Librum de transitu beatæ Virginis editũ pro Apocrypho habeat, ac habẽdum esse decernat. Ego verò quid hoc libri sit, compertum non habeo, & multos alios nec legisse, nec vidisse arbitror, quos inprimis moneo, vt priusquam de causa iudicent, de causa ipsa cognoscant, ita enim rectius optimi pontificis decreto parebunt. Est eiusdem argumẽti opus, quod Ioanni Euangelistæ inscribitur, nimirũ Mariæ transitus, siue Liber de transitu sanctæ Mariæ, quem reiicit quoque Glycas. Sed & Melito Sardensis Episcopus, si Trithemio credimus, tale quiddam edidit, quem Beda Episcopum Asiæ facit, vtpotè qui de obitu beatæ Genitricis Dei scripserit, eámque secundo post ascensionem Domini anno obiisse, & tunc Apostolos Hierosolymis adfuisse confirmarit: id verò Beda cum Lucæ historia minime cõuenire testatur. Tùm alij plures de Virginis nostræ vita & morte scripserunt, quemadmodum Iacobus quidam Hebræus, Aphrodisianus Persa, Ioannes Thessalonicensis, & alter Ioannes falso Theologi nomine insignitus, quemadmodum Epiphanius presbyter Constantinopolitanus prodidit. Omitto Seleucum Manichæum, & nescio quos alios siue Hæreticos, siue suspectæ fidei homines, qui partim de vita, partim de morte Deiparæ iam olim scripta quædam eiulgarunt. Quid ergò mirum est, quòd Gelasius, Sophronius, Hildephõsus sui seculi homines admonuerunt, ne fidem eiusmodi scriptis Apocryphis darent, in quibus vera falsis permixta, & quædam cum fidei veritate pugnantia continerentur? At verò satis non est vociferari Apocrypha Apocrypha (quod nomen alij quidem aliter interpretantur) neque falsa esse necesse est, quæ vulgo Apocrypha nuncupantur. De illo præcipua est quæstio: An quæcunque tot præclari scriptores, quot recensuimus, de Maria in cælum integrè translata prodiderunt, ex meris pendeant Apocryphis, ac de illis cuique liberum sit, quod velit, amplecti. Certè nunquam Gelasio viro tàm sancto quàm docto in mentem venit, vt istiusmodi Scriptores ac Patres negligendos aut reiiciendos duceret, qui antè & post suam ætatem huic assumptioni testimonium perhiberent, quique suam in hac parte fidem publicè profiterentur, ac solénibus etiam cæremoniis in Ecclesia declararent.

Gelasij Pontificis authoritatem non obstare illorum sententiæ, qui Mariã in carne assumptam defendunt.

Ad Alypium in Iacrymabilem in acta.

De assumptione Virginis multi veteres ita scripserũt, vt fidem non mereantur, imo reiiciantur.

Non statim Apocryphum est, quod apud veteres scriptores extat de historia mortis & assumptionis Virginis.

Sed rursus obiiciunt, Hieronymum de corporali Mariæ in cælos assumptione adeò nihil certi tradere, vt se potius nescire aut dubitare ingenuè fateatur. Scimus inter opera Hieronymiana Librum extare de Virginis assumptione, quem tamen Hieronymi non esse proprium, sed Sophronio qui Hieronymi comes & familiaris erat, ascribendum quidam putant, quoniam is Græcè scripserit, Hieronymo longe inferior, minùsque in scribendo exercitatus. Sed enim, vt maxime hoc opus Hieronymo tribuatur, certe sancta Romana Ecclesia, quũ nuper sacras publicásque preces reformatas ederet, hoc ipso amoto, Athanasium & Damasceenum de festo differentes inseruit, qui ambo corporalẽ Mariæ in cælum assumptionẽ, omni dubitatione sublata, prædicant, verbísque grauissimis contestãtur. Deinde idem author, quicunque fuerit, non secus quàm Gelasius, rationem sui temporis habuisse videtur: nimirum vt ex hominum manibus ea scripta excureret, quæ vel sine iudicio, vel cum periculo passim legebantur, magísque obesse quàm prodesse poterant ad Ecclesiæ ædificationem. Hinc illa verba: Ne fortè si venerit in manus vestras illud Apocryphum de Transitu eiusdem Virginis, dubia pro certis recipiatis, quod multi Latinorum pietatis amore, studio legendi chariùs amplectuntur.] Et tamen agnoscit, illo seculo plurimorum opinionẽ inualuisse, quí Mariam à corpore migrasse, ac resuscitatam beata cum Christo immortalitate vestiri assererent, simúlque multis argumentis probarẽt. Primum, quòd Ioanni Euangelistæ similem Dei gratiam obtigisse crederetur: tùm quòd in multis cum Christo à morte resuscitatis, perpetua resurrectio iam completa fuisset, vt plerique arbitrarẽtur: quòd præterea & Ioannis & Mariæ corpora neque in sepulchris, neque alibi vsquam reperiri possent. Tandem ita concludit: Quia Deo nihil est impossibile, nec nos de B. Maria factum abnuimus, vt nimirum & ipsa resuscitata cum Christo regnet in æterna societate.] Adiungit interim & illud: Quãquam propter cautelam salua fide pio magis desiderio opinari oporteat, quàm inconsultè definire quod sine periculo nescitur.] Non igitur ab hac sententia quam defendimus, fuit alienus, sed omninò affirmare noluit, quod illo seculo fidelibus nõ vsque adeò persuasum esse videbat. Dubitarit autẽ ille, quisquis fuit, & maiorem ab Ecclesia lucem expectarit, nihil hoc sanè impedit, quò minus ea nos luce fruamur, quam acceptam venerandi patres atque Maiores nobis non sine numinis prouidẽtia benigne

Quid respondendum sit illis, qui Sophronij testimonio se munitum, contra superiora.

Ecclesia Romana non Sophronij, sed Athanasij sententiam non bis proponit, de Mariæ assumptione.

Sophronius non omnino negat Mariam cum corpore assumptã imo etiam ex parte probat.

Sophronii dubitatio, nõ debet nos hodie dubitantes reddere in hoc argumento.

benigne communicarunt, & partim viua voce, partim scripto publicè confirmarunt. An hic quoque locum non habeat, quod alicubi Gerson perité dixit, aliter Doctorum dicta quum assertiuè, quàm cum dubie loquuntur, accipi oportere? Demum nulla iusta causa est, vt Augustino fidem denegemus, quum firmissimis, & prorsus, vt multi non malè putant, irrefutabilibus argumentis euincit, Mariæ corpus resuscitatum atque felicitate donatum esse, vt his etiam verbis indicauit: Deus lætari facit Mariam, lætitia inenarrabili anima & corpore in proprio Filio, cum proprio Filio, per proprium Filium: vt sit semper incorrupta, quam tanta perfudit gratia, sitque integraliter viuens, quæ omnium integram perfectámque genuit vitam.]

Serm. 1. de Assumptione Virginis.

Lib. de præscriptionibus Hæreticor. Serm. 1 de assumptione Virgin.

Per multa certa sunt, licet non scripta.

An Ecclesia cuiquam aliquid definierit de Mariæ assumptione credendum.

Verum, inquiet aliquis, vt vt sese res cum Hieronymo siue Sophronio habeat, tamen illud fatendum est, Ecclesiam de hac Mariæ assumptione nihil certi credendum præscribere atque pronunciare. Sit ita sanè, Apostolos & proximis seculis insequentes alios in iaciendis veræ fidei fundamentis occupatos, ad Christi ascensionem magis quàm ad matris eius assumptionem docendam & inculcandam respicere voluisse: ac multa sunt id genus alia, quæ posteà in Ecclesia vtiliter accepta sunt atque retenta, licet inde ab initio non traderentur, neque certa lege definirentur. Etenim, vt dici solet, Ecclesia ficut aurora consurgit, ac pro temporum ratione aliis atque aliis tùm moribus regitur, manente tamen semper fidei à Christo & Apostolis traditæ fũdamento, quod seculis omnibus immotum atque inuariabile perseuerare necesse est, vt admonet etiã Tertullianus. Iam verò quæ traduntur ab Ecclesia, non vnius generis esse constat, sed alia vt certa & explicata dogmata proponi, à quibus citra impietatis notam haud liceat discedere, alia verò tacito fidelium consensu & longæuo Ecclesiæ vsu corroborata, vim quandam legis accipere, vt nemo, nisi temerarius, illis contradicat. Rursus ea quæ ritu cultúque publico celebrat Ecclesia, quædam eius sunt generis, vt tanquam pia & probabilia tantò magis credantur, quantò studiosius à Doctoribus approbantur, maioréque consensu fidelium recipiuntur. Ad hanc classem pertinet, quòd Deiparam nõ solùm animã, sed etiam corpore in cælum assumptã, perfectéque beatam profitemur. Sic enim multis iã seculis præclari sensere Doctores, & Christianus orbis hanc ipsam sententiam mirabili consensione, & publica religione testatur, sibíque prorsus persuasam habent Orthodoxi.

Ecclesia sicut aurora consurgit, ac in cognitione rerum fidei sensim proficit ac facit.

Lib. de præscriptionib. Hæreticorum.

Vtilis est, nec vnicuique periculosa ea quæ ritu tenet Ecclesia.

Quæ omnia fitè quidem ponderata, duplicem in primis vsum, eúmque Lectori (vt spero) non inutilem præstare possunt: alterum vt aduersus virulẽtas quasdam Nouatorum voces mẽtem magis præmunitam atque confirmatam habeat: alterum vt quibusdam nimiùm scrupulosis non facile assentiatur. Etenim quid nisi fugiẽdum virus dixeris, quod Ioannes Riuius, & id genus alij Sectarij nullo modo affirmare ausint, Mariam in cælos vnà cum corpore assumptam esse, quoniam in Scriptura sacra nullus ea de re locus extet, quam prætereà sine periculo nescire liceat, nihil prorsus ad salutem adipiscendam facere, siue credas, siue non credas: nimò verò nugas appellant, quod de assumpto Mariæ corpore vel disputatur, vel asseritur ab Orthodoxis. Notum est autem, ex quo fonte hæc aqua tàm

Duplex vsus Ecclesiæ traditionis.

In lib. de obitu Sanctæ Deiparæ.

Vtilis esse ad confirmationem eorum, qui scripserunt de assumptione Mariæ aliquid, quod non sit omnino reiiciendum.

putida deriuetur, nempè quod verbo Dei scripto fidem & obseruationem omnem Ecclesiæ alligatam esse, nihilque præter Dei verbum expressum in religione valere contendant. Hoc autem istorum & Arianorum commune idolum est, toties à nobis euersum, atque ab aliis etiam protritum, vt actum agere pigeat, nouúmque certamẽ cõtra hos Ecclesiæ hostes instituere, quibus libertimum est cũ suo magistro Luthero, quicquid libet, siue scriptum sit, siue non sit, vel dicere vel negare, quique vt Tertullianus loquitur, in solis Scripturis certamen omne solent constituere. Satis nunc sit vnum eúmque probatissimum Theologum Augustinum citasse, qui de Mariæ assumptione differẽs, exemplis euincit, permulta esse certa, quæ alioquin in Scriptura Canonica non expresse tradantur. Adiũgit & illud: Quædam, Scriptura sancta veris indagationum studiis quærenda reliquit: quæ nõ sunt superflua æstimanda, dum vera indagatione fuerint patefacta.] Ac rursus: Sunt quædam quæ, quamuis in Scriptura commemorari ex toto omissa sint, vera tamen ratione creduntur.] Quare Thomas Aquinas recte asserit, quod licet in sacris literis non tradatur Mariam cum corpore in cælum assumptam esse, tamẽ id ab Augustino rationabiliter colligi atque probari.

In 3. part. quæst. 27 artic. 1.

Cæterum vt ad alterum illúdque minus apertũ aduersariorum genus progrediamur, hi Catholici quidem, nescio tamen quo spiritu ducti, & zelo fortasse, sed non secundum scientiam inflammati, de Maria in cælos assumpta loqui metuunt, ac docere dedignantur. Quocirca nomen Assumptionis expungunt, & pro eo dormitionem sanctæ Dei genitricis nominant, hócque Deiparę festum, ad eius pro carnis conditione migrantis memoriam solùm celebrandam referre conantur. Tùm Ecclesiæ sobrietatem appellant, quòd hæc elegerit cum pietate magis nescire, quam aut friuolum aut Apocryphum aliquid docere de illius sanctissimi corporis assumptione. Scimus interim, veteres quosdam, quum de hoc festo loquuntur, Mariæ dormitionẽ potiùs, quam assumptionem nominare, ac in dubio relinquere, vbi Deiparæ corpus post mortem conditum asseruetur, & an resuscitatum atque in cælos translatum debeat definiri. Quibus de rebus quid olim friuolum ac Apocryphum vani ac insulsi homines aut scripserint, aut finxerint, alij si velint, curiosè perquirant: Quorundam sane opinio aut hęsitatio nihil impedit, quo minus hodie nos præsenti ac superiorum etiam ætatũ Ecclesiæ adhæreamus, vt cum ea ipsa de corporali Mariæ assumptione certius credamus, & confidentius definiamus, & apertius protestemur, quàm primis illis nascentis Christianismi seculis factum est. Etenim Ecclesia, vti supra monstrauimus, successu temporis auget sapientiam, ducéque Spiritu sancto, à quo semper regitur & eruditur, è posterioribus Conciliis maioréque cõsensu Doctorum illustriorem veritatis lucem & accipit & ostendit. De Sanctis aliis, quin cum Christo in cælis regnent, nullus dubitat Orthodoxus: eorum autem assumptionem in Ecclesia celebrari, sicut dies ipsorum natalitios celebrari dicimus, inauditum, & à communi loquentiũ piorum omnium vsu ac sensu alienum est. Soli enim Christo in Euangelio, & Christi matri in Ecclesia nomen & priuilegiũ assumptionis ob corpus assum-

Quosdam hodie nimis esse morosos ac difficiles in corporali assumptione Virginis agnoscenda atque confirmanda.

Christi & matris eius non Sanctorum assumptio in Ecclesia celebratur.

Marc. 16 Aclor. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

prum debetur atque tribuitur. Secus qui sentiunt A ac loquuntur, licet in errorem sacris literis aduersantem non impingant, tamen non sapiunt ad sobrietatem, optimis & clarissimis Patribus contradicunt, à communi bonorum credulitate atque cõfessione, quæ iam vim legis obtinet, non sine periculo sese subducunt, neque solum eximio dignissimæ Virginis honori derogant, sed etiam verè diuinum illud miraculum, quod in corporali Matris Domini resurrectione & assumptione refulget, ac mitificè Angelos ac pios recreat, maiorem in modũ obseruant extenuántque. Nos demùm venusti Poetæ Mantuani carmẽ, qui hoc caput absoluat, suámque sententiam verè Catholicam explicet, in medium adferemus. *In libr. 3 Fastorum.*

Hæc est illa dies, qua Christus in æthera Matrem
Sustulit indutam membris: sic credere sanctum est.
Nam nec erat locus in terris, vbi viscera conds
Fas foret, æternum quæ progenuere Tonantem.

CAPVT VI.

Præclaras admodum & venerandas esse Ferias de Assumptione Virginis in Ecclesia institutas, quas contra fas omne abrogent noui ac præposteri Reformatores. Nec audiendum esse Lutherum, qui nihil ad nos pertinere asserit, quomodo Maria in cælis viuat. Item Festi huius Epistolam ex Ecclesiastico sumptam, ad Mariam rectè accommodari, quicquid Nouatores garriant.

Inter omnes Mariæ ferias festum assumptionis eius maxime & solennissimè celebrari.

FERIAS Deiparæ sacras, vt frequenter, ita reuerenter peragit Ecclesia, certò intelligẽs, Deo gratum, & Orthodoxis dignum, hoc esse officiũ, quo inter beatos & beatas omnes beatissima Domini & Dei nostri mater, certis anni temporibus ac publicis cæremoniis sæpe numerò celebratur. Inter has autem ferias, quæ tot seculis religiosè hactenus obseruantur, festum Assumptionis, quod vocant, non minimum, sed maximum reputatur, locúmque principem tenet: Nec dies quidem vllus Mariæ lætior feliciórque contigit, si nouam & animæ & corporis felicitatem eo die illi collatam rite contemplemur: ideóque si anteà vnquam, tunc vel maximè spiritus & anima & corpus eius in Deum viuum mirabiliter exultauit, ipsáque summo iure dicere potuit: Respexit humilitatem ancillæ suæ: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens est. Quare nos etiam, qui te Filiumque tuum amamus, ô ter beata & verè augusta Mater, non possumus huic præclaræ & incomparabili felicitati tuæ non ex animo gratulari, quandoquidem quæcunque à Domino tibi, & de te dicta sunt, tàm pulchro exitu concluduntur, ac omni ex parte tandem perficiuntur. Beata quæ non modò credidisti, sed fidei etiam omnisque virtutis fructum & finem hodie consecuta es, & eius quem tantoperè amasti atque desiderasti, iucundissimo conspectu nunc demùm perfrui meruisti. Emanuelem in castellum mundi hunus intrantem, tanquam hospitem, hospita excepisti: hodie ab illo vicissim in regale suum palatiũ exciperis, & tanquàm mater tali Salomone digna magnifice primum honoraris. Ego sane vix pium eum esse arbitror, qui cum Bernardo non ingenue confitetur: Nec in terris locus digniot vteri Virginalis templo, in quo Filium Dei Maria susceperit: nec in cælis regali solio, in quo beatam Mariam hodie Filius sublimauit. Quis autem cogitare sufficiat quàm gloriosa hodie mundi Regina processerit, & quanto deuotionis affectu tota in eius occursum cælestium legionum prodierit multitudo? Quis itidem excogitare queat, quibus ad thronum gloriæ canticis sit illa deducta, quam placido vultu, quam serena facie, quàm diuinis amplexibus susceptа à Filio, & super omnem exaltata creaturam: cum eo honore, quo tanta Mater digna fuit: cum ea gloria, quæ tantum decuit Filium? Quantum enim gratiæ in terris adepta est præ cæteris, tantum & in cælis obtinet gloriæ singularis. Quod si oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se: quod præparauit gignenti se, & quod omnibus est certum, diligenti præ omnibus, quis loquatur?] Ac tandem ita concludit: Felix plane Maria, & multipliciter felix, sue cum excipit Saluatorem, siue cum à Saluatore susceptur.] Præclara isthæc & notanda viri sancti est oratio, quæ partim nostræ Virginis ad summum honorem euectæ præstantiam, partim huius festi prærogatiuam ostendit, eáque tanta est, vt inter præcipuas Sanctorum festiuitates hęc ipsa refulgeat & excellat, sicut ante nongentos etiam annos testatus est Hildephonsus. Vnum adhuc Amadæum adiungam, qui festi huius excellentiam confirmet ac illustret: Quis digne laudibus, inquit, efferat sacratissimam Virginis assumptionẽ? quis fatu explicet, quàm læta migrauit à corpore, quã lętа vidit filiũ, quàm gaudens properauit ad Dominum, Angelicis vallata choris, Apostolicis fulta obsequiis, dũ Regẽ cerneret in decore, sicut expers omnis corruptelæ, sic immunis ab omni molestia. O quã preciosa in conspectu Domini mors genitricis eius? Eleuata cum vocibus exultationis & laudis, prima post deũ super omnes cœligenas in sede glorię collocatur.]

Nos verò priusquam aduersarios huic festo non parum infestos petamus, facere nõ possumus, quin de eo ipso nonnulla dicamus, sed eò succinctius, quo pluribus de Mariæ felicitate iam ante disseruimus. Felix profectò & sacrosanctus dies, quo tàm innocens anima, velut colũba candidissima, ex corpore tanquàm ex arca euolauit, neque in Abrahæ, sed Dei sinum cõtinuò deportata est. Felix dies, qui tàm preciosum munus de huius mũdi deserto trãsmisit, & ad sanctam æternámque ciuitatẽ ita perduxit, vt commune & incredibile gaudiũ, nec minor admiratio cælitibus omnibus crearetur. Felix dies, qui

Nullus dies Mariæ lætior, quam cum in cælum assumeretur.

Luc. 1.

Cur Mariæ in cælum assumtæ gratulari debeat Christianus.

Serm. 1 de Assumptione Virginis.

Quomodo Bernardus hoc festum de pugnet, ac Mariam in eo velit considerari.

1. Cor. 2.

Serm. 2. de Assumptione Virginis. Amadeus. 7. de Virgine matre.

Rationes aliquot ob quas festi huius excellentiam abrogare dam. & illis strandum.

qui sponsæ languentis tàm ardentibus quàm diuturnis desideriis satisfecit, vt quod quæsierat inueniret, quod petierat acciperet, quod expectarat secura possideret, nimirum in illa summi æternique boni perfecta visione atque fruitione penitus conquiescens. Felix dies, qui migranti è sacro corpore sanctiori animæ cælestes illos Spiritus obuios dedit ac deinde resuscitato à morte corpori Virginali tot támque beatos & lætos comites, custodes atque deportatores præbuit. Felix dies, qui tantum luminis & decoris cælesti Paradiso intulit, quantum in fœmineo sexu núquam apparuerat, vt tanquã splẽdor fulgentissimæ lampadis omnes cæli sedes & incolas clarissimè irradiaret. Felix dies, qui duo vt sanctissima, ita & pulcherrima corpora primum in cælo coniunxit, vt sponsus sponsam, & Filius matrem suauissime complecteretur, mutuisque osculis ambo sese inuicem consalutarent. Felix dies, qui ancillam Domini humillimam eo vsque prouexit ac extulit, vt præstantissima cæli Regina, mundique Domina efficeretur, & ne altius quidem posset assurgere, quoniam vt Sophronius loquitur in Regni solio sublimata, post Christum gloriosa resedit. Sic enim vbique, inquit, confidenter sancta Dei canit Ecclesia, quod de nullo alio Sanctorum fas est credere, Mariam vltra Angelorum & Archangelorum dignitatem transcendisse.] Atque, vt semel absoluã, felix hic planéque venerandus dies est, qui Reginã & Matrem nobis potentem simul & clementem in regno Dei constituit ac cõfirmauit, vt eandem, quę Iudicis mater assiduè manet, matrem misericordiæ nobis fauentem, & apud Christum patrocinantem, nostræque salutis negotia fideliter procurãtem habeamus. Quod si erunt fortasse, quibus hæ laudes immodicæ videantur, non mihi, quæso, sed Patribus, vt Bernardo, Anselmo, Damasceno, Hildephonso, Sophronio, Athanasio succenseant: horum ego me discipulum, nec solum præsentis, sed & veteris Ecclesiæ ciuem esse profiteor, atque ab huiusmodi calumniis auelli nequeo, quia Dei verbũ expressum est, vt qui suis animabus pacẽ & securitatẽ exoptant, nõ de nouis, sed antiquis semitis interrogent, ac inuentis continenter insistãt, neque terminos antiquos à Patribus præstitutos trãsgrediãtur.

Verum enimuero vt ad nouarum semitarum inuentores ac duces veniamus, age ex illorum scriptis & factis iudicemus, quàm pulchrè, prudẽter ac piè ipsi Festum hoc peruetustum, maximóque in precio semper Græcis & Latinis habitum celebrent, atque tractent. Principio bonæ Sectariorum partі adeo fœtet hic dies, vt illum prorsus abrogatum cupiant, sicut in suis quidem Ecclesiis passim abrogarũt, vt nulla eius vestigia propemodum supereſſe videantur. Cui rei argumẽto est, quòd in illis nouæ religionis siue ordinationũ, vt vocãt, formulis quas subinde figunt atque refigunt, præcipuũ hoc Mariæ festũ nec attingere, nec nominare dignentur. Egregia, scilicet, pietas, quã isti cũ Iudæis, Turcis ac Ethnicis, hoc est, cum præcipuis Christiani nominis hostibus communem habere possunt: cum veteri & Catholica Ecclesia habere non possunt. Hæc enim Festũ præsens, vt diximus, non modò iampridem agnouit, sed etiam cæteris quæ aliis Sanctis festiuè coluntur, prætulit, ac vbique gentiũ celeberrimum habuit, multis etiã solennibus canticis & concionibus sacris illud exornans, sicut veterũ patrum Homeliæ hoc die ad populum habitæ liquido contestantur. Gloriantur Æthiopes, suã religionem inde ab Apostolis traditam perseuerare, in qua diẽ mortis & assumptionis Mariæ Virginis (hæc autẽ ab illis diligentissimè & per multas ferias colitur) singulari studio in hũc vsque diẽ obseruant. Dauid Chytræus quamuis inuitus aperte fatetur, Festum hoc apud Constantinopolitanos & Græcosynũ ex præcipuis esse, quod sicut Natiuitatis Domini, & Resurrectionis ac Pentecostes festum solenniter celebretur. Annus à Christo nato fuit sexcentesimus septuagesimus quartus, quo Imperator Manuel Cõnenus de diebus feriatis legẽ tulit, eámque Balsamõ Photius Antiochenus patriarcha repetiuit in opere, quod velut ius Pontificium Græcorum haberi potest. Inde verò clare conuincitur, ante mille annos Cæsarem publice mandasse, vt decimo quinto die mensis Augusti gloriosa sanctæ Dei genitricis emigratio ritu solenni peragereturque. Quæ igitur istiusmodi noua religio Euangelicorum, vt homines spõte ad mala quæque propensos, & ad pietatem difficiles, à Dei cultu & sacris auocent, vt bonorum omnium authorem in Maria prædicari vetent, vt beatam illã in Ecclesia dici & decantari nõ permittant, denique vt vitam eius & mortẽ atque gloriã palam deprædicari, aut publicis testimoniis cõprobari minime patiantur? An Mariæ honos ad Christi honorem nõ pertinet, quemadmodum & irrogata parenti iniuria, in Filij redundat ignominiam, meritóque ab eo vindicatur? Iam verò quam horum prudentiã esse dicemus, quod Apostolorum & Stephani Protho-martyris natales iubeant publicis feriis cohonestari, ac Euangelicæ peccatrici Festum etiam propriũ plerisque in locis largiantur: Mariæ verò purissimæ Virginis & cælorum Reginæ natali, quando cælestem vitam agere & Sanctis omnibus in gloria præstare cæpit, nihil omnino concedant? Quæ porrò isthæc arrogantia, ne dicam dementia est, homines priuatos aut nulla Ecclesiastica authoritate suffultos, de sacris constituere, ac receptos probatósque ritus violare, contemnere, abolere? In qua potestate hæc faciunt? [a] non Diuina, quę vtrunque magistratum propriis terminis circumscripsit, & penes Ecclesiasticos curam sacrorũ esse decreuit: nõ [b] Euangelica, quæ in Cathedra sedentibus licet discolis reuerentiam & obedientiam tribui postulat: nõ [c] Apostolica, quæ oues pastoribus, populum Episcopis in spiritualibus rebus subiicit: non [d] Ecclesiastica, quæ festorum institutionem & mutationem ciuili magistratui nunquam permisit, sed seuere potius interdixit: non denique [e] Imperiali, quæ de Episcopis & Clericis ita loquitur, vt Ecclesiarum gubernationem penes illos integram manere decernat, neque vllas nouas religionis formulas dari vel accipi velit à politico magistratu. In qua igitur potestate hæc faciũt? nisi Tyrannica, cuius hoc propriũ esse solet: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Atque hæc, scilicet, præclara pars est illius reformatæ, vt vocant, Ecclesiæ, quæ luxum, epulas, pocula chorææ, omne denique profanũ negotium festis diebus haud grauatim ferre potest: sacrum otium & Deiparæ honorem ferre non potest. Perinde ac si bono publico inuideant, quod profectò ad populum redit, si is de tanta Virgine certis anni temporibus secundum Euangelium instituatur, illámque amare, colere, & Deum in illa laudare

Festum hoc insigne apud Æthiopes & Græcos. Hoc festum indigne pessus & impie abrogati.

In orat. de statu Ecclesiarum.

Tit. 7. col. 1

Imprudentes aduersarios non tàm minus quàm Sanctis aliis eorumque festis tribuunt.

Intollerabilis arrogantiam esse Nouatorum, qui aduersus omnia iura sibi sumunt potestatem iudicandi de religione, ac festis abolendis.

a Deut. 17
b Matth. 23 Luc. 22
c Hebr. 13
Titum 3.
2. Tim. 4
& canon. 30. in Conc. Apost.
d Vide Canones dist. 96
e In authent. de sanctiss. Clericis & Episcopis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

admoneatur, ac demùm excellentem eius gloriam quotannis grata memoria prosequatur. Sed habeāt Ecclesiæ desertores suas quas condant & vrgeant, leges iniquas, tenebras ponant lucem, & lucem tenebras, sicut Propheta dixit, suo tandem magno malo sentient, quid sit matrem Saluatoris debito defraudasse honore, ac Christum in matre sua augustissima non reuerentius habuisse.

Qui reformatim Ecclesiā hodie profitentur quam præponere Festorum habeant rationem.

Esai. 10. v. 5

Sed enim vt temeritati suæ qualemcunque fucū prætexant, accusant abusus, qui apud papistas huic Festo admiscentur. Quasi verò quod Sectarij pro abusibus ducunt, statim hoc nomine dignum deberet existimari, non magis profectò, quàm si ægro qui infecto palato laborat, de ciborum saporibus iudicanti fides habenda sit. Corrigātur abusus, qui verè abusus sunt: quanquam sine his nec fuit, nec erit vnquàm in terris Ecclesia. Corrigantur legitima ratione, non pro libidine fanaticorum. Corrigantur salua ipsa, vt sic dicam, rei substantia, eáque moderatione addita, vt in ipsa curatione præsentes morbi non augeantur magis quàm profligentur. Corrigantur demùm, vt peiores abusibus errores, qui Christi corpus nefariè lacerant, nullo modo admisceantur. Cur vero ipsi hos nostros, quos notant, abusus non ita corrigunt, vt in suis saltem Synagogis præsens Festum retineant, & à vulgo celebrari permittant, quum veterum & publicorum rituum mutatio magnum sæpè periculum adferat? Quod si tanta religio est abusus cauendi ac reformandi, cur nō Dominicum quoque diem è medio tollunt, qui pluribus ad peccandi licentiā & turpe otium, pauciis ad veræ pietatis exercitationem ac studium seruit, sicut ipsi in suo populo experiūtur? Sed in locum communem nolo excurrere, vt aduersariorum & nostrorum in celebrādis feriis abusus collatione facta proponam, & illorum trabem, qui nobis festucam exprobrant, hoc loco patefaciā exaggerémque. Vtinā rectè illi secum expendant, ac simul amplectantur, quod Hieronymus prudentissime docuit, traditiones Ecclesiasticas, quæ fidei non officiunt, ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt, eásque piis vtiles, Deo gratas & humanæ saluti conducibiles esse, Damascenus affirmat. Id quod de probatis & solennibus feriis, siue in Christi, siue in Mariæ honorem iampridem institutis ac obseruatis, vel maxime intelligendum est.

Non audiendos esse Nouatores, qui has ferias propter abusus volūt aboleri, nec rationem legitimam obseruant in abusibus corrigendis.

Sivllum Festum, Dominicum diē propter populi abusus maximè aboleri oporteret.

Veterū ritus & obseruationes Ecclesiæ mordicus retinendæ.

In epistō ad Lucinium.

In sermo. de sufftrag. pro defunctis.

Iam verò cum illis agamus, qui paulò sunt è Sectariis moderatiores, & Festum hoc quadamtenus videntur agnoscere, quoniam in illius Euangelio tractando versantur. Ex quibus princeps eorum Lutherus concionem hoc die publicā habuit, atque inter alia de illo scripsit, satis esse, si mariam in cælo viuere sciamus: quomodò autem viuat, nihil ad nos pertinere. *Necessario*, inquit, *credendum est, Dei genitricem viuere: quomodo autem hoc fiat, curæ Diuinæ mandandum est.* Vbi nos Luthero concedimus, nōnullos in eo posse peccare, quòd cum Mariæ beatitudiné, & incredibilem eius gloriā cōtemplantur, siue tractant, supra modū sint sollicíti atque curiosi, quandoquidem præceptum illud parùm obseruent: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. Tùm ex Paulo satis constat, humanis sensibus non posse percipi, quæ diligentibus se summa Dei bonitas præparauit, atque in patria illa cælesti rependit. Quocircà vt quis maximè annitatur, assequi tamen non poterit, quo triumpho & apparatu talis Regina in cælos deducta, & ad summum sublimitatis fastigiū perducta, ibique super omnem principatum, virtutem & potestatem, adeóque super omne quod infra Deum est, collocata sit, iámque donis & bonis cælestis regni amplissimis potiatur. Norunt hæc Angelici spiritus, & quę iucundissimo spectaculo interfuerunt, atque adhuc adsunt animæ sanctę, nullo quidem mortalium hanc tantam Mariæ gloriam comprehendente. Vt hinc etiam Bernardus non temerè dixerit: Christi generationem & Mariæ assumptionem, quis enarrabit? Sed aliò tendit Lutheri oratio, nimirum vt veteribus velut colaphum, vt sic dicam, impingat, aut tacitè saltem eos perstringat, qui de Mariæ in cælum præclaro ingressu, déque iucunda Angelorum illi occurrentium gratulatione, ac de ipsius etiam Filij matrem honorantis charitate præclara scripserunt, aut etiamnum piè meditantur atque docent. Quod docendi & meditandi genus, cùm sit patribus ac piis per quàm familiare, tamen à Luthero improbatur: quoniam publicus Ecclesiæ hostis veretur, ex talium rerum siue tractatione, siue contemplatione consequuturum, vt tantò magis Deipara honoretur, quantò abundantior eius in cælis gloria consideratur atque cōmendatur. Verùm enimuerò huius Festi ratio non solùm fidem simplicem exigit, quà Mariam in cælis viuere certò credamus (sicut Lutherus insulsè philosophatur) verùm etiam veræ charitatis officium postulat, vt cum ipsa gaudente & collætantibus ei Angelis congaudeamus, vtque decretos illi in cælis honores, ac debitam in terris venerationem nobis ob oculos seriò proponamus. Hinc illa vox Ecclesiæ suos filios hoc die adhortantis: Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore B. Mariæ Virginis, de cuius assumptione gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. Quod spirituale gaudium piis tantò magis concipitur & augetur, quantò diligentius admonentur, & ipsi secū perpendūt de mirifica illa, quam diximus, tum animæ tùm corporis felicitate nulli Sanctorum alij opulentius attributa. Valeat igitur Lutheri vana, & Ecclesiæ instituto Patrúmque scriptis aduersa speculatio, qui ne Mariæ quidem gloriam eminentem, quam spectemus & admiremur, concedere dignatur, ac satis esse docet, si Deiparam solum apud Deū viuere statuamus, de reliquo nihil magis de illa, quàm de latrone illo in cruce ferò pœnitente sollicíti. Verùm hæc Satanica fraus eo comparata est, vt piorum animi à recto pióque celebrandi huius Festi more ac officio auocentur, & veram pietatem dediscant potius quàm in vsū habeant. Nouit enim versipellis hostis, quàm libenter probi & Deum amantes Ecclesiæ filij, erectis in cælum animis soleant sacrum illum Virginis ascendentis triumphū, & Christi Angelorumque illi occurrentium gaudium in mentem reuocare, tantæque Reginæ super cœlos exaltatæ gratulari, ac simul in Maria Deum, qui tàm magna illi fecit, extollere ac celebrare. Prætereà ingenium ac studium huius Hæresiarchæ proprium est, nihil non admoliri, vt meritorum & præmiorum gradus abroger, neque Sanctis coronā institiæ permittat, quam alij aliis pro suis beneficiis excellentiorem percipiant, sicut nos alibi demonstrauimus:

Sed

Mariæ in cælo gloria inter initia & incuna prehenditur.

Serm. 1. de assumptione Virginis.

Quomodo Lutheri dictū meritò reprehendatur.

An festū hoc recte celebretur, dum quidam minus charitatiuum & dei inscium.

Quo pacto Lutheri dictum & Sanctorum Virginis honorem laudi deceat vacuum.

Sed rursus moroſi queruntur Sectarij, multa hoc die legi & cantari publicè in Ecclesia, quæ parum aut nihil ad rem faciant, & incommodè quidem ad Deiparam referantur, præsertim si Epistolica & Euangelica lectio consideretur. Agnosco sanè quosdam tetricos & turbulentos murmuratores, vti Iudas Apostolus loquitur, more suo mussitantes & obtrectantes matri Ecclesiæ, quibus etiam illa, tametsi velit, nunquam satisfacere possit. Adeò semper in promptu habent nasuti quod calumnientur, & vnde offendi se clamitent, quicquid vel instituat, vel mandet, vel canat, vel obseruet Ecclesia, postquam ab hac se ipsi nefariæ præsciderunt. Reprehendunt autem peculiariter hoc die nonnulla Deiparæ tribui, & in eius laudem publicè decantari ex libro Ecclesiastici, quę alioquin de sapientia æterna dicantur atque intelligantur. Hinc verba illa Lutheri: *Cœcle & Epistolā huc torserunt, quæ Diuinæ sapientiæ tantum competit, ipsi scilicet Christo. Hic enim ante secula fuit, in quo omnia condita sunt. Quod autem Mariæ Deiparæ hæc tribuitur, merum mendacium & in Deum blasphemia est.* Atque hæc satis quidem imperiosè, ne dicam rabiosè Lutherus.

Non admitē dari esse Nouatorum quorundā hoc ætate cōtra Festū matris Iesu tumultū.

Iudæ 1.

Veram esse quorūdā quod Epistolæ vo tionibus Festo male quadet in Eccle sia.

Ex Psalmis enarrat. Enarr. in Psal. 118. Mem.

Lutheri canillæ aduersus Epistolam Festi.

Respondemus autem, ad sacras literas ritè tractandas cumprimis obseruari oportere, quòd in illis vnus ac idem locus, sensus diuersos frequenter admittat, quum diuinitus sic ita prouisum (sic enim Augustinus loquitur) vt eadem verba pluribus modis intelligantur. Imò verò vna ac eadem res, non modò varia, sed etiam contraria in Scripturis solet significare. Vnde Paulus quæ scripta sunt de Hierusalem metropoli Iudæorum, per allegoriam ad cęlestem Hierusalem transfert, sicut & [a] Ioannes facit in Apocalipsi: & nomen Leonis iam [b] Christo de tribu Iuda, iam [c] dæmoni circumienti & quærēti quem deuoret, in iisdem Scripturis attribuitur. Est [d] ignis quem misit Dominus in terram, vt ardeat: est rursus ignis, qui super impios cadat, vt nō videāt [e] solem. Deinde ad veram Scripturarum intelligētiam pertinet canon, quem à Ticonio mutuatur Augustinus, vt à capite Christo ad corpus eius mysticum, & rursus à corpore ad caput transeatur, atque adeò vt velut vtriusque persona vna fiat. Exēplo sit quod ab Esaia partim in persona Christi, partim in persona Ecclesiæ dictum legimus: Sicut sponso imposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento, quemadmodum Augustinus legit, pro eo quod noster habet interpres: Circumdedit me quasi sponsum decoratū corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Etsi enim sponsus & sponsa duæ ac diuersæ personæ sint, tamen hoc loco pro vna ac eadem persona, sicut idem Augustinus notauit, accipiuntur. Tùm è Salomonis libris facilè perspicitur, quòd æterna Sapientia se sponsæ ac mulieri conferat, ac sub tali imagine se nobis præbeat cognoscendam.

Liberum ni- hil detrahatur Ecclesiæ, quod Epistolam Festi ad Christi & Mariam ac referendo.

Scripturæ de Christo, Ioanne, Paulo & reliquis sæpe & quomodo intelligēdæ sint.

Quæ cùm ita se habeant, nihil profectò causæ est, cur Lutherus tam immaniter in Ecclesiam sanctam debacchetur, eámque tam probrosè mendacij, simul & blasphemiæ insimulet, quandoquidē verba quædam Ecclesiastici sic accipiat, vt in illis non Christi solummodo, sed etiam Mariæ præconium, quæ præcipuū corporis eius membrum, adeóque mater est, ritè considerandum proponat. Non quòd matri tantundem, quantum Filio eius æternóque Verbo deferat Ecclesia, quæ vtique firmissimè confitetur, Deum & quamlibet diuinam personam infinitis partibus creaturæ quamlibet excellenti præstare, ac vnice duntaxat in cælo & terris cultu latriæ, vt vocant, adorari, vnúmque rerum omnium principiū coli oportere. Nihil autem hæc fides & confessio impedit, quò minus encomion, Christo, vti Deo ac æternæ Sapientiæ propriè competens, eiusdem matri, vtpote ipsóque & mulieri omnium præstantissimæ secundariò communicetur. Hinc enim Christo fonti bonorum adeò nihil decedit honoris & gloriæ, vt potius eiusdem gloria illustretur & augeatur, cùm similia his attributa, quę ipse ex omni æternitate habuit, eorúmque participationem parenti suæ aliquo modo elargiri dignatur, quando ei præ cæteris electis gratiæ plenitudinem æternæque gloriæ consortium tribuit, ac eandem Sanctorum omnium lectissimam & præstantissimam & honoratissimā reddit, in qua Verbum æternum caro fieret, & cum donis suis amplissimis iucundissime habitaret. Proinde sicut diuina sapiētia, quæ inde ab æterno suam à Patre habet essentiam, tanquam persona quædā apud Deum & cum Deo subsistens hic introducitur, ac Deinde Filio Dei similis prærogatiua secundum naturam humanam assumptam assignatur, quoniam omnis plenitudo diuinitatis in Christo corporaliter inhabitat, Apostolo testeuita in eodē orationis decursu multa sunt, quæ nulli vel hominum, vel Angelorum rectius, quàm Christi æternæ sapientiæ matri accommodentur. Huius enim est proprium dicere: In omnibus requiem quæsiui, & in hęreditate Domini morabor. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Quę deinde quoniam in regno Dei, si cum cæteris beatis cōferatur, primas tulit vna omnium beatissima, pulchrè illis etiam similitudinibus adumbratur, quæ in eadem lectione sequuntur, vt instar cedri, cypressi, palmæ, rosetj, oliuę & platani exaltata esse dicatur. His autem aliisque id genus meraphorisvndecúque petitis, quicquid Lutherus cum suis garriat, prudētes, pij & candidi homines nō offenduntur, sed delectantur, Ecclesięque matris institutū prędicant, quæ nouā Mariæ dignitatē & inexplicabilem felicitatem aptis quibusdam similitudinibus expressam proposuerit, vt per externa illa symbola, quibus vti Scriptura nos docuit, res verè spirituales & cælestes rectius percipiamus.

Sine incommodo ad Mariā posse referri, quæ de Christo scripturæ principaliter intelligūtur.

In Mariā pulchrè cōpetere verba huius epistolæ.

Matth. 8

Quis autem totius Ecclesiæ sit sensus, dum prædictæ Ecclesiastici sententiæ ad hoc Festum transferuntur, ex veterum monumentis facilè quiuis animaduertat. Guerrici hæc est oratio: Si quis curiosius inquirere velit, cuius potissimum vox illa sit: In omnibus requiem quæsiui. vox est vtique Sapientiæ, vox est Ecclesiæ, vox est Mariæ, vox est cuiuslibet sapientis animæ. Sapientia in omnibus requiem quæsiuit, sed in solis humilibus inuenit, Ecclesia in omnibus mundi nationibus requiem quæsiuit, sed in solis credentibus inuenit, Maria, sicut & quælibet fidelis anima, in omnibus actionibus suis requiem quæsiuit. sed hodie demum inuenit, cum post persecutionem Herodis, & fugam Ægypti, post tot insidias & atrocitates Iudaicæ impietatis, post tot passiones suas de passione & morte Filij, postquam tot & tam acerbi ipsius animam pertransierunt gladij, tandem hodie dicere datum est ei: Conuertere anima in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.

Quomodo veteres dictā Epistolam ad Mariam accōmodarint, ac primū Guerricus.

Quando Maria quæsitam requiem inuenerit.

Serm. 3. de Assumptione Virginis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 124 Qui creauit me, creatus ex me, requieuit in taber- A
Eccles. 24 naculo corporis mei, negare non potuit mihi re-
quiem cæli sui. Qui enim gratiam vltrò cumulat
Esaie. 66 aliis, par pari quomodo non referet matri?] Atque
hæc quidem Guerricus aptissimè disserit, vt osten-
Testimonio Haimonis eadem epistola dat, quo sensu Maria hodie loquens inducatur: In
huic festo & omnibus requiem quæsiuit: Qui creauit me, requie-
Mariæ rectè quadrat. uit in tabernaculo meo. Agnoscit ac defendit idem
Ecclesiæ institutum Haimo Germanus quondam
In Epistola Festi Assumptionis. & doctus Episcopus, in hæc verba differens: Lec-
tionis huius capitulum, specialiter laudem æternæ
Dei sapientiæ, per quam omnia creata sunt, com-
mendare videtur. Sed hæc particula à Catholicis
& eruditis Patribus in solennitate perpetuæ Virgi-
nis Mariæ, de qua eadem Dei sapientia carnem as-
sumpsit, ad legendum ordinata est: & potest pars
Homil. de festo assumptionis virg. quædam illius non incongruè eidem Dei genitrici B
aptari, quæ ab ipsa Dei Sapientia talis creata est, vt
per illam ad redimendam humanam naturam Dei
Filius sine humana concupiscentia crearetur.] Nec
recens author est Radulphus Ardens Pictauus, qui
hunc ipsum Ecclesiastici locum tractans: Cùm, in-
quit, in omnibus his diuina requiescat Sapientia,
præcipuè & superexcellenter requieuit in Maria,
& ipsam exaltauit, sicut cedrum in Lybano, sicut
cypressum in monte Sion, & sicut palmam in Ca-
des.] Ac velut huius dicti rationem reddens adú-
git: Deus eam in via, super altitudinem fidei, spei
& charitatis, cæterarúmque virtutum omnium su-
perexcellenter exaltauit, & in patria super omnem
Angelorum & Archangelorum celsitudinem sin-
gulariter sublimauit. Decorauit quoque eam sicut
plantationem rosæ in Iericho, & sicut oliuam spe-
ciosam in campis, & platanũ exaltatam iuxta aquã
in plateis: quoniam eam etiam in via, martyrij (re-
stante Simeone quòd eius animã pertransiret gla-
dius) & misericordiæ, & magnanimitatis, cætera-
rúmque virtutum operibus decorauit: & in patria,
omni corona, omnique gloria, omni pulchritudi-
ne, claritate & honore, plus quàm cor hominis ca-
pere possit, mirificauit.] Verùm vt prolixum, ità
minus necessarium duco, sententias omnes Eccle-
siastici hoc loco repetere & explanare, quum de
illis multorum scripti extent commentarij, & mi-
nutiora hæc persequi, nostri non sit proprium in-
stituti.

Maria omnibus virtutibus supertens, cæli celsitudines & sperius excellit.

Luce. 2

Maria supra quã cogitari & dici possit, & in virtutibus & in beatitudine cæteris præstat.

CAPVT VII.

Euangelium de Maria & Martha sororibus, quod in Festo assumptæ Virginis legit Ecclesia, non perperam illi conuenire, ac Nouatores in hoc ipso Euangelio explicãdo multis modis hallucinari, contra quorum calumnias dictæ sorores Martha & Magdalena) defenduntur. Item quomodo illa Christi sententia. Vnum est necessarium, hodie deprauetur. De vita etiam actiua & contemplatiua.

Aduersarii reprehendunt Ecclesiã quod hoc Euangelium tali festo assignarit.

ITEM nobis nouam intentat C
aduersarij, adeoque totam su-
gillant Ecclesiam velut ine-
ptientem, quòd historiã Euã-
gelicam de Martha & Magda-
lena sororibus, Christóque il-
larum hospite loquentem, ad
hoc Festum accõmodarit. Vn-
de Bucerus velut indignabũdus exclamat: *Bene Deus quàm misere torta hæc electio est, vt assumptioni diuæ Virginis Christi matris responderet?* Est ita sanè, in hoc
Euãgelio de matre Domini nullam fieri mentionẽ,
de cuius insuper morte & assumptione omnes tacẽt
Euangelistæ. Hic enim illis propositus erat scopus,
Nullus Euangelista meminit de morte Mariæ vel Apostolorũ. vt Christi res gestas, nec illas tamen omnes, sed pro
complecterentur, & Euangelicam historiam non
longius quàm ad Christũ ipsum in cælos ascenden-
tẽ vsque producerent, eáque narratione Emanue-
lem potissimũ & Mariæ filiũ, vt qui promissi Mes-
siæ munus numeris omnibus absoluisset, orbi cõ- D
probarent. Quare argumenti & operis Euangelici
Acter. 12 ratio non ferebat, vt Mariæ historiam & mortem,
siue in cælos transitum describerent, quãdo & Lu-
cas Apostolorum acta ex professo tractans, vnius
Iacobi obitum, sicut antea meminimus, duntaxat
exposuit. Proinde cum Ecclesia cuique festo Euan-
gelium propriũ assignare soleret, nec vllum de Ma-
riæ morte vel gloria scriptum extaret, commodissi-
mum visum est prædictam Marthæ & Magdalenæ
historiam deligere, & in hoc festo publice populo
exponẽdum proponere, sicut multis ab hinc seculis
factum esse constat.

Quod verò Bucerus cum suis vociferatur, hoc
Euangelium ad præsens festum misere detorqueri,
inanis quidem garritus est, ac veniam fortassis me-
reretur, nisi propriam Hæreticorum superbiam, &
superbam Ecclesiæ sanctæ despicientiam, quæ sine
grauissimo scelere constare non potest, tibi adiun-
ctam haberet, dum istiusmodi Doctores noui, aliis
omnibus quantalibet eruditione & sanctitate præ-
ditis, se peritiores ac sapientiores esse confidunt.
Doctor vtique fuit Anselmus, & percelebris idem
Archiepiscopus, qui dictum Euangelium huic festo
quadrare tradidit & ostẽdit. Doctor Eusebius Emi-
senus, quocunque tandem seculo vixit, in hûc mo-
dum scribens: Meritò sancti patres cõstituerunt, vt
in hac solennitate beatæ Virginis Mariæ hoc Euã-
gelium legeretur, quæ specialiter quidẽ per has duas
mulieres significatur. Ipsa enim inter omnes creatu-
ras beatissima Virgo, virtutúque vitæ, actiuæ videli-
cet, & contẽplatiuæ plus cæteris omnibus priuile-
gia custodiuit. Ipsa quoq; sicut Martha, imò melius
quã Martha, susceptit Christũ, nõ solùm in domum
suam, verùm etiam intra claustra vteri sui. Ipsa eũ
concepit, ipsa eũ genuit, ipsa eum peperit, & porta-
uit, & plus quã Martha & frequẽtius ei ministrauit.
Ipsa denique sicut Maria, eius verbum non solùm
audiebat, verùm etiã in corde suo cõferebat, nobis-
que ad legendum & audiendũ custodiebat.] Quòd
si nihil omninò aliud, præterquã hoc vnũ in Euan-
gelio legeretur. Maria optimam partem elegit, quę
non auferetur ab ea, nõ temerè profectò sed aptis-
simè idem Euãgelium tali festo applicaretur, atque
ad Deiparæ commendationem ingens momentum
adferret.

Hoc Euangelium non minorem vim habere ad præsentem festum, vt Bucerus blaterat.

Serm. 4. de Assumptione Virginis. Luce. 10 adferret. Qua de re Guerricus egregiè docet, vt A
verba eius ad Nouatores fortius verberandos me-
ritò asscribamus. Dixerat cum Luca, Maria optimã
partem elegit, & statim subiicit: Hoc de Maria so-
rore Marthæ scriptum est: sed in Maria matre Do-
mini hodie plenius & sanctius impletum est. Ho-
Maria Dei mater non minorem quam Magdalena optimam partem elegit, vt refert Rabanus. die namque beata Virgo Maria optimam partem
elegit, imò quam dudum elegerat, hodie perpetuo
possidendam accepit: vt scilicet inseparabiliter ad-
hæreat Domino, perennitérque fruatur Dei verbo.
Nec alienum aut incongruum, si quod de illa Ma-
ria dictum est, in istam transsumatur: cùm ad con-
uenientiam transformationis, similitudo non solũ
nominis, sed etiam operis suffragetur. Illa siquidẽ
Luce. 2 Dominũ hospitio tecti, hæc thalamo susceptt vteri.
Et qui creauit me, inquit, requieuit in tabernaculo
meo. Illa sedens secus pedes Domini audiebat ver- B
bum illius: hęc sedula circa curam humanitatis eius,
cõseruabat omnia verba quę de illo erant, cõferens
in corde suo.] Et quibusdam interiectis: His, in-
quit, vt opinor, contemplationibus patcebatur
Maria, hanc optimam partem elegerat, quæ nõ ab-
lata, sed & perfecta est hodie in ea.]

Ac plura quidem id genus adferri possunt, imò
à multis & præclaris Theologis allata sunt, vt scia-
mus, propositam Lucæ historiam, si mentem ad-
uertimus, cum festo bellè congruere, facta nimirũ
Quæ sit mens Ecclesiæ dictũ Euangelium hoc festo accommodantis. decenti collatione duarum sororum (quæ laudem
habent in Euangelio) cum Virgine matre omnium
beatissima laudatissimáque. perinde ac si Ecclesia
suam mentem nobis explicans dicat: Si vlla vnquã
fœmina præclarum sanctæ vitæ cursum instituit & C
absoluit, si vlla Maria Christum in hac vita cogno-
uit, cognitum dilexit, dilectum coluit, omnique
honore prosecuta est: si vlla mens verè pia semen
illud bonum & thesaurum preciosum (Verbum
Dei) cupidè & attentè percepit, perceptũ toto pe-
ctore complexa est, & fractum ex eo vberrimum
reportauit, si denique vlla Christi sponsa fuit, spon-
si huius amore flagrans, illum hospitem excipiens
atque seruans, ad eius nutum sese componens, illi
per omnia ministrans & obsequens, ex illo tota pẽ-
dens, illius moribus & exemplis sese conformans,
cum eo in perfectissimo vitæ genere semper vnita,
& quæ demum ab illo coronam gloriæ singularem
acceperit, & accepram securè possederit: hæc pro-
fectò illa fœmina, illa Maria, illa sponsa est, cuius
mortem in oculis Dei preciosam, cuius assumptio- D
nem Angelis admirabilem, cuius glorificationem
veluti partem & coronam Sanctorũ omnium opti-
mam & maximam, hodierno die publicè celebra-
mus, celebrando veneramur, tum illi, tum nobis in
Christo ob talem Martham & Magdalenam, inter
omnes mulieres benedictam congratulantes. Iudi-
cet quæso, Lector, an hoc sit Scripturam Euange-
licam misere torquere, sicut Bucerus calumniandi
studio audet effutire, vt veterem & sanctam Eccle-
siam, à qua perfidus apostata sese disiunxit, petulã-
ter accuset. Ac nouit ille quidem, modo fateri ve-
lit, varios sensus in eundem Scripturæ locum, vt
anteà monuimus, competere, nouit, non literalem
tantummodo, sed mysticam etiam sensum ad pie-
tatem alendam valere plurimùm: nouit demùm,
Ecclesiam eodem iure sacris literis ratiocinari, quo
& Paulus Apostolus est ratiocinatus, cùm ex Moy-
sis lege citaret illud: Non alligabis os boui tritu-

In expositione huius Euangelij Augustinus, Ambros. in sermone de Assumpt. Virginis.

Veterum testimonia contra Bucerum.

Bucerum peruicaciter in Ecclesia repre-hendens, quod festum mysticum Scripturæ ex eam Paulo torquatur.

Per Martham & Magdalenam pulchrè nobis proponi vitæ Deiparæ contemplandæ.

ranti, nimirum è mystico sensu colligens, minis-
tros Euangelij temporaria mercede non fraudan-
dos, sed à suis auditoribus honestè sustentandos
esse.

Iam verò dispiciamus, quas & sordes & fœces in
hoc ipsum festi Euangelium congetant Nouato-
res, vt non solùm ineptos, sed etiam ridiculos in-
terpretes orbi se præbeant. Etsi enim hæc tractatio
ad Mariæ nostræ causam proprie non pertinet, ta-
men præcipuum eius festum attingit, ac nostro
quidem instituto quadrare videtur, vt hac etiam
occasione verbi Dei deprauatoribus occurramus.
Accusant religiosam illam & officiosam Christi
hospitam, perpetuam, vt veteres testantur annales,
Virginem Martham, in qua pulcherrimum Chri-
stianæ hospitalitatis refulget exemplum, accusant,
inquam, ob vanam præsumptionem, quam de suis
domesticis officiis habuerit, & nescio quos illi af-
fingunt errores. Vnde Brentius Christum Marthæ
loquentem hoc modo inducit: *Abominor opinionem tuam, quæ putas me solis his domesticis officiis maxime omnium delectari, & sedentariam quietem sororis tuæ laudare.* Accursus. *Existimauit, sola sua officia esse verum & necessarium cultum, quo Christus honoretur: Mariæ autem opus non esse nisi socordiam & ignauiam, quæ iure reprehendi debeat. Quid verò hac opinione vanius, quid contumeliosius? quarè Christus reprehendit Martham seueriter.* Ac eadem propè verba repetit Spangenbergius, nimirùm falsam hic Marthæ opinionem reprehendi, *quod existimauit, sola sua officia, & rei familiaris curam esse verum & necessariũ cultum, quo Christus honoretur: & Mariæ opus (quod verbum Dei audit) non esse nisi socordiam & ignauiam summa seueritate reprehendendam. Eam pranam opinionem reprehendit Christus.* Hæc istorum figmenta sunt, qui sæpe sine iu-
dicio sanctos & sanctas incessunt. & Euangelici cã-
doris obliti, humanas imbecillitates in illis supra
modum amplificant, ac apud vulgus nimium odio-
se traducunt. Perfectam non fuisse Martham, &
ipsius & Christi verba declarant, vt quæ sataegendo
modum excederet: quod commune vicium est mu-
liercularum & aliorum omnium fere, qui rei fami-
liaris curam grauem sustinent. Verùm ex tota hi-
storia probari non potest, nec est quidem verisimi-
le, Martham in doctrina pietatis tàm male institu-
tam fuisse, vt falsas eiusmodi opiniones, quas ei
affingunt isti, in animo retineret, vtque ob illas à
Christo seueriter obiurgaretur atque reiceretur.
An non potuit piam de sorore querelam apud
Dominum interponere, & sororiam operam in
curandis domesticis officiis eo tempore necessa-
riis expetere, tametsi de se vanam præsumptio-
nem & falsam de Magdalena opinionem nullam
adferret? Quis credat, illam in primo Decalogi
præcepto ita cæcutiisse, vt existimaret, Christum
ac Deum ipsum domesticis illis negotiis, magis
quàm religionis veræ studiis, tum fraternæ cha-
ritatis operibus potius, quam interiore diuinóque
cultu delectari. Prætereà vnde probabunt, obse-
cro, quod Martha ex animo prorsus fastidioso,
& sororis quietem ac ocium despiciente locuta
sit, illámque velut socordem & ignauam in suo
pio instituto putauerit, séque superbe illi ante-
posuerit, quam adeo religiosam & spiritualibus
rebus deditam esse multis iam documentis com-
pertum haberet, ac idcirco, ni fallor, etiam sibi

In Euangel. de assumpt. Virginis.

Depulsio figmentorũ, quæ dicti aduersarij aduersus Martham opponunt nimis grauiter illam accusantes.

Martham multo rectius de Christi & sororis animo iudicasse, quã do cent Brentius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

chatiorem ducereté Christus viam sanè perfectioré hic Marthæ ob oculos ponit, séque sancto Magdalenæ ocio delectari commonstrat, & nimiam in rebus domesticis curam, anxiámque Marthæ sollicitudinem improbat, maximè cum à necessario pietatis studio mens impeditur. An idcircò est consequens, quòd Martha de suis negotiis, quæ sola velut œconoma & materfamilias procurabat, ac præterea de sororis quiete & ocio tàm temerè, tàm vanè, & sicut garrit Brentius, contumelioſe statueret atque iudicaret, vt digna esset etiam, cuius animum Christus abominaretur? Atqui Basilius Magnus perspicuè monet, ambarum mulierum studiũ hic à Christo approbari, & in vtraque sorore studium esse laudandum, in Martha quidem, quòd hospitio Dominum susciperet, & ministerio occupata, ea pararet, quæ hospitis corpori futura erant necessaria: in Magdalena verò, quòd ad pedes Domini assidens, audiendis quæ ab eo dicebantur vacaret. Sic altera inquit, Domini partem illam quæ tangi poterat, reficiebat: altera parti illi, quæ occultè cerni non poterat, consulebat.] Et paulò pòst: Dominus neque Martham ab suscepto ministerio est dehortatus. & Magdalenæ laudem tribuit, quod quæ diceret, attentius auscultaret.]

Basilii de his sororibus sententia.

In constitut. Monast.

Ex his quoque rigida Caluini Censura æstimari potest, qui Martham in turbulentis operis sibi placuisse, & pium discendi studium in sorore cõtemptisse audet pronunciare. Etenim de his nihil certi statui potest, nec est probabile, piam illam Christi hospitam, licet plus æquo domesticis curis intentam, adeò arroganter de seipsa sensisse, ac religiosæ sororis institutum tàm superbè despexisse, quùm tantùm illam domestici laboris sociam habere desideraret, fortasse, vt & Christo & Apostolis, velut honestissimis charissimisque hospitibus, tanto decentius ambæ inseruirent, minúsque incommodi acciperet res œconomica, quæ vnius humeros non parum onerabat. Fuit enim Marthæ non exigua familia, quæ in Bethania domicilio proprium habuit, in quo Christum hospitem frequenter excepit, & maximè post fratrem Lazarum à morte resuscitatum Christo in cœna ministrauit, sicut Ioannes ostendit. Sed vehementior adhuc ac dutior est Spangenbergius, vt qui ad bonam Martham exagitandam hæc rursus verba profundit: *Degener animus matris illius Euæ, Marthæ adhuc adhæret: perpetuò mettuit, ne plus satis sit officiosæ, & tandem impatientia victa & irritata Christum accedit, & sororem suam Mariam ignauiæ accusat, quod otiosa ad pedes eius sedeat.* Hic ego Spangenbergio ac eius collegis idem non temerè dixerim, quod Christus Iudæ huiúsque sociis obmurmurantibus, & Marthæ sororem iniquè sugillantibus, olim respondit: Quid molesti estis huic mulieri? cuius quidem næuos tàm curioſe scrutari, tàm acriter ponderare, tàtóque studio exaggerare, scutram potius, quàm Euangelicorum proprium esse duco. Habuit Martha vtique suas imbecillitates, sed quarum veniam facilè promeretur ob insignem illam (quæ vniuersa[a] delicta tegit) charitatẽ atque hospitalitatem annexam. Ea nunquàm satis in illa commendari potest, si ritè pensemus, quod Euangelica fide illustrata, eo tempore Christũ non modò in primariis discipulis, sed in propria etiam persona hospitio exceperit, ac proculdubio summa cum sedulitate, reuerentia & humanitate tractarit.

Eiusdem Marthæ defensio aduersus Caluinum.

In hæresin Euangelicam.

Ioan. 11 et 12. In Euan. de Assumptione Virginis.

Quomodo Spangenbergius Marthæ quoque sugillet.

Matth. 26

Responsio ad verba Spangenbergij.

Magnæ virtutes Marthæ facile tegunt & excusant eius imbecillitates.

a Prouerb. 10

Qui autem recipit prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedẽ iusti recipiet: quantò magis illa, quæ toties Christum Prophetarum Dominum & iustorum caput excepit? Fingant isti Martham impatientem, rixantem, sugillantem, & pluribus, si velint, affectibus ac vitiis muliebribus matronam Euangelicam grauent. Nos Augustinũ sequimur, cuius testimonio, Martha Christum hospitem appellat, pias querelas ad pium iudicem deferens, quòd eam soror deseruerit, & laborantem in ministerio adiuuare neglexerit. Manet interim in bono ministerio benedicta, laboriosa, laudabilis, innocens, sicut eandem Augustinus appellat. Sed his omissis, nos ad alia, quæ maioris momenti sunt, progrediamur.

Matth. 10

Serm. 26. de verbis Domini.

Ab Augustino Martha cõmendatur.

Serm. 21. de verbis Domini.

Totius Euangelij, quod tractamus, summam in eo statuit Spangenbergius, quod Christus hic fidẽ ab operibus discernat, tandémque concludit, opera coram Deo non iustificare. Nec minus insulsè scribit Melanchthon: *Vides hic populum operum, & populum Euangelij in duabus sororibus: Opera sunt bona, sed sine eis est salus. Sine Euangelio vero non est salus, hoc est, sine fide. Optimam partem elegerat Maria. De Martha vero dicit Lucas, quod sollicita est, & tumultuatur ergà plurima, vt ministret Domino. Hæc putat esse iustitiam, sed Dominus aliter docet, quæs dicat: Quod tu facis Martha curare possim: quod Maria facit, curare nolo.* Hic verò præsentem historiam deprauari, variósque errores commisceri & multa sanctis illis sororibus perperam affingi facile intelligent eruditi. Error est, dicti Euangelij summam, ad tractationem & distinctionem fidei operúmque pertinere. Error est, quicquã hoc loco concludi, quod bonorum operum iustitiam aut tollat, aut labefactet. Error est, in Martha typum ac imaginem eorum ostendi, qui doctrinam bonorum operum amplectuntur. Error est, illos Magdalenæ similes esse, qui duntaxat fide iustitiam atque salutem sibi aliúsque promittunt. Error est, sine bonis operibus homini salutem obuenire, præsertim quum illi tempus & facultas suppetit benè operandi. Error est, aut potius temeritas de Martha tàm audacter pronunciare, quòd suam iustitiam esse putarit, in officiis domesticis versari, & circa plurima tumultuari, vt Domino ministraret. Hos errores omnes indicasse quasi refutasse est, cùm aduersarij nullis rationibus sua dicta confirment, sed pro sua tantum libidine præsentem historiam miserè torqueant, & maligne corrumpant.

In quo summã huius Euangelij ponunt Spangenbergius & Melanchton.

Confutatio sententiarum eã indicantium varios errores.

Agit hic sanè Christus non de fide, sed cum duabus sororibus iam fide præditis & ornatis, quæ simul bonis operibus, licet non in eadem vocatione, neque pari studio, salutarem operam darent. Neque de iustificationis negotio hic sermo est, sed monet historia de differenti ratione auditorum verbi Dei iam fide iustificatorum & in gratia viuentium, quorum alij maiorem, alij minorem fructum ex audito verbo percipiant. Cupit interim Christus in Ecclesia multas extare Magdalenas, hoc est, homines vere spirituales, & rerum diuinarum magis, quàm humanarum studio deditos & intentos, cósque charissimos habet, & summis præmiis afficiet. Vult itidem Marthas adesse, à quibus charitatis & misericordię fraternæ officia sedulò exercitentur, hac addita cautione,

Quomodo Christus ex hoc Euangelio nihil euincat, quo à fide iustificatione & Nouatorius ad fidei iustificationem & cõtra operum bonorum necessitatem.

cautione, vt suæ sollicitudinis & occupationum externarum teneant modum, nec alioquin præpostere aliis potius quàm sibi ac Deo vacare videantur, quorum benefacta, æterna etiam mercede compensabit. Ergóne bonis operibus quicquam hoc loco derogatur, aut Magdalena solius fidei gratia commendatur, vt noui Sectarij vanissimè fabulantur?

In Magdalenæ nomine significatum quid fides iustificet.

Luc. 18

1. Ioan. 3

Luc. 7

Magdalenæ operosa pietate charitas ostensa in Euangelio testatur.

Luc. 8

Luc. 7

Ioan. 12

Matth. 26

Lutherus somniat Magdalenam fidem tantùm habuisse, & tantum non detestatum fuisse.

In Postilla sua Euang. assumpt.

Magdalena in domo Christi ostendit ab eo multis amaritudinis peculia-

Matth. 26

Quomodo Lutherus hoc vnum in Magdalena notare, quod fide tantùm Christum audierit, & credidit.

Quasi nihil præterea de præclaris eius actionibus, quibus fidem suam confirmauit, Euangelistæ conscribant.

Hinc vox illa insana Lutheri: *Proinde agat is, qui coram Deo non pudefieri vult & obiurgari, sit Maria, hoc est, credat & verbo adhæreat. Nam ego nullum opus aliud quamlibet magnificum agnoscam, quàm illud Mariæ opus hoc est, fidem, vt verbo credatur.* Quid verò Lutherus Marthæ laigitur? *Martha, inquit, hæc & illuc circumcursat, & anxia sedulitate in hoc & illo torquetur, tandem collabitur & desperat.* O præclarum harum sororum, quas tota laudabit posteritas, encomiasten. O improbum Euangelij depraua torem, de matronis verè Euangelicis tam insulsè quàm impiè pronunciantem. Ex hoc malo coruo duplex ouum non bonum, Antonomi videlicet ac Flacciani prodierunt, nefariè affirmantes, rènatis obedientiam ad salutem consequendam non necessariam, imò pernicioſam esse: sola enim fide hominem in Christo simul iustificari ac beari. Quis verò è supra dictis non videat, Sectarios nouos, Iuda execrando proditore quasi deteriores existere, quum ille soli Magdalenæ in priuatis ædibus ac semel obtrectare sit ausus: hi verò non vnam tantum illam, sed simul & Martham & deiparam, clarissimas in Euangelio fœminas, tum publicè, tum sæpenumero insectari non erubescant?

Apud hodie sine Iuda deteriores aduersarios habet.

Nvnc de pulcherrima Christi sententia dicere conuenit, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία: Vnum est necessarium, fiue vt quidam inquiunt, vno est opus. Vbi sæuus hostis & Euangelij deprauator Lutherus iterum irruit, atque hanc adulterinam interpretationem nobis obtrudit. *Christus hic docet & ait: Opera nihil efficiunt, quod persuasissimum tibi esto. Vnum duntaxat necessarium est, videlicet verbum Dei audire, & ei credere: hoc vnum efficax est, extra hoc nihil: eo confugito, & lætam conscientiam assequeris.* Nec multò pòst: *Hoc vnum necessarium est, extra hoc nihil quicquam in terra, nempe pura & nuda fides.* Ac rursus: *Ego nullum opus quamlibet magnificum agnoscam, quàm illud Mariæ opus, hoc est, fidem, vt verbo credatur.* Neque hac tanta petulantia contentus, vt suum de sola fide iustificante idolum Christi verbo vtcunque tegere ac fucare posit, etiam laudabilia tótque seculis probata piorum opera scurili oratione conspurcat ac reiicit. Cùm enim dixisset: *Diligentissimè hoc notate, ad vitam æternam consequendam vnam tantum rem necessariam esse, videlicet verbum Dei & fidem*: statim hæc vanissimè subiicit: *Per hoc tam omnia opera, omnes peregrinationes religionis ergo, omnes vigiliæ & liturgiæ pro animabus, velut fulmine afflata corruũt.* Ac deinde: *Quapropter vt cõscientiam leuemus, neque pœnitentia neque mœrore, aut alioquouis opere, sed fide tantũ cõsequemur.* Habes iam eius blãdissimæ doctrinę summam, quam sub principe suo Luthero Euãgelici profitentur, vulgúsque hominum haud grauatim tam cupidè arripit ac sectatur. Quis enim, si naturam hominis corruptam, & ad deteriora vsque procliuem spectes, non isto doctrinæ genere delectetur? Sola fide, iustitia & salus tibi parãda est: nulla sit cura de operibus bonis, deq; exteriore & interiore pœnitentia: fallax & falsa illorum est persuasio, qui ad Dei gratiã & gloriã sibi conciliandam operum rationem habere, & in illis sese multum exercere contendant. Vnde verò hæc tanta securitas atque confidentia, vt omnem salutem hominis sola fide metiantur? nempe, quoniam Christus in domo Marthæ dixit. Vnum est necessarium. Egregium verò, sed male regens pallium, ad velanda & excusanda tot pudenda Lutheri paradoxa, quæ non solum Ecclesiæ authoritati, sed etiam Scripturæ diuinæ testimoniis ex diametro aduersantur. Lutherus solum fidem vrget, atque ad salutem homini sufficere docet, sicut & Eunomius iampridem docuit. Christus verò præceptorum obseruationem à suis exigit, atque ad extremum Apostolis iniungit, vt quæcunque ipse mandasset, à credentibus obseruanda esse monerent, & summam extremi iudicij in eo statuit, vt qui bona fecerunt, in resurrexionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij tandem procedant, se quippe, tanquam iustum Iudicem, vnicuique secundum sua opera redditurum. Vtri ergo credemus, Lutherone, sine pœnitentia, sine operibus, nobis tantum credentibus vitam promittenti, an Christo Dei filio, qui mentiri non potest, qui sua & Dei præcepta seruari toties mandat, quique arbores bonis fructibus destitutas, seruósq; voluntatem Domini scientes & non facientes, tartareis flammis addicit? Quid multis? non potest solui scriptura, quæ fidem sine operibus otiosam ac mortuam astruit, ac illi homini regnũ cæleste promittit, qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam, declinans à malo & faciens bonum.

Quomodo Lutherus cornumpat sententiam Christi vnum esse necessarium. In postilla loco supra citato.

Confutatio illorum, quæ Lutherus adfert, vt solius fidei doctrinã atque iustitiã probet ex hoc euangelio.

Quã absurdè Lutherus ex præsenti loco ratiocinetur, Christique doctrinæ prorsus aduersetur.

Matth. 7. 19 & 28.

Ioan. 5

Christus ad salutẽ hominis requirit opera, Lutherus non requirit.

Matth. 16

2. Cor. 5

Matt. 19. 28 Luc. 10. 12

Iacob. 2 Psal. 14. & 33

DICAT ergo[a] Melanchthon: Vnum est necessarium, tantundem valere, perinde ac si Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quã cõsiter Nouatores vnũ necessarium, ad fidem dctor. queant.

resteretur, sine Euangelio non est salus, hoccst, sine A fide. Clamet [b] Brentius: *Audire Euangelium Christi & fide excipere, hoc vnum illud necessarium, de quo Christus hic loquitur.* [c] Garriat Agricola: *Vnum illud, quod vt necessarium ad salutem, elegisse Mariam hic scribitur, de audito verbo Dei exponit Christus.* Vociferetur [d] Franciscus Lambertus: *Audire verbum Dei est illud vnum Christianis omnibus summe necessarium.* Iactet [e] Spangenbergius: *Vnum illud est verbum Dei.* Effutiat [f] Sarcerius: *Vnum necessarium audire verbum, & audito credere.* Fabuletur [g] Bullingerus: *Auscultatio verbi & fides illud vnum & necessarium est.* Profundat [h] Lossius *Vnum est necessarium ad consequendam salutem, videlicet audire verbum Dei, & discere doctrinam religionis.*

Denique totus Nouatorum grex, vt in aliis plerisque, ita etiam hoc loco ducem & magistrum suum Luthetum impigre sectetur, déque sola & nuda fide apud populum glorietur. At nunquam tamen probabunt, æternam sapientiam (Christum) à sepipso dissentire, sibique repugnare. Is clarissime grauissiméque docet, veræ salutis & regni cælestis eos participes esse, qui verbum (semen illud bonum) non solum audiunt & cum fide gaudióque suscipiunt, verum etiam retinent, & fructum adferunt inpatientia. Docet rursus, Euangelij auditores [i] Patris facete voluntatem, & seruare diuina mandata. Docet [k] suos amicos, illos esse, qui accepta præcepta seruarint, ea verò negligentes, viro stulto super arenam ædificanti confert, discedite, inquit, à me omnes, qui operamini iniquitatem. Docet iterum in Apostolicis & propheticis literis, non [l] verbi auditores tantum, sed factores iustificari, & [m] in facto suo beari, [n] ipsósque iustos in iustitia sua, quam operati sunt, viuere.

Christi doctrina cũ prædicatione Nouatorũ solam fidem cõmendantium ex diametro pugnat.
i Matth.7 & 19.
k Ioan. 15
l Matth.7.
m Rom.2
n Iacob.1
o Ezec.18

Igitvr vt propius ad rem veniamus, quod à Christo, vnum esse necessarium dicitur, Augustinus prudenter ad mentis vnitatem in Magdalena commendatam refert, quoniam illa, non sicut Martha, multis cogitationibus, curis atque negociis distraheretur, sed in vno & summo bono animum plane collectum ac defixũ haberet. Vt enim Cassianus locum eundem tractans egregie dixit: Hic nobis principalis debet esse conatus, hæc immobilis destinatio cordis iugiter affectanda est ac tenenda, vt diuinis rebus ac Deo mens semper inhæreat. Quicquid ab hac diuersum est, quamuis magnum, secundum tamen, aut etiam infimum, seu certe noxium iudicandum est.] Et paucis interiectis: Videtis, inquit, principale bonũ in theoria sola, id est, in contemplatione diuina Dominum posuisse. Vnde cæteras virtutes, licet necessarias vel vtiles bonásque pronunciemus, secundo tamen gradu censendas esse discernimus, quia vniuersæ, huius vnius parantur obtentu.] Et rectè notat Rickelius, quòd, licet ad salutem obtinendam multa sint homini necessaria, vtpote fides, spes, charitas, Sacramenta, præceptorum obseruatio, tamen per antonomasiam vnum à Christo dici necessarium, quod præ cæteris, necesitate finis aut propter se atque simpliciter, necessarium sit existimandum, nimirum pax mentis in Deo, aut cum eo ipso cordis vnio, summive boni contemplatio seu dilectio. Qui enim adhæret Domino, vnus spiritus est, Apostolo teste. Verùm quoniam isthæc late patent, ad alia transeamus.

Quomodo Veteres, vnũ necessarium, hoc loco interpretentur. Serm.1 de verbis domini.
Collatione 1. Abbatis Moysi cap.8
In Euangel. Lucæ cap.10.
Pax mentis in Deo & cordis cũ Deo vnio summique boni contemplatio, vel dilectio, ad vnum necessariũ referri singula possunt.
1.Cor.6

Mirvm quamobrem Caluinus rixetur, & partim Sorbonicos, partim Monachos vexet, quòd in hoc Euangelio de contẽplatiua & actiua vita Philosophétur, & illam, vti potiorẽ acpræstantiorẽ, huic anteponant: Atque inter cætera sic audet scribere: *Turpiter hic locus ad laudẽ vitæ, vt vocant, contemplatiuæ Euangelica deiorius est, nihilque minus Christo propositum fuit, quam discipulos suos otio & frigidis speculationibus addicere.* Subiungit etiam veterem errorem esse, quòd Angelicam vitam agant, qui procul à negociis, roti in contemplationem incumbunt: actiuam verò vitam à Theologis fuisse despectam, non secus ac si nos è cælo retraheret. Quomodò igitur locũ hunc Euangelicum, Caluine, accipiemus? *Nullo*, inquit, *est hic comparatio, quemadmodum stulti & absurdi interpretes somniant, sed tantum pronunciat Christus, Mariam in sancto & vtili studio occupari, vnde abstrahi nõ debeat.* Tanto supercilio Caluinus veteres perstringit, quorum sententiam sibi nouit aduersari, ac longe stultius ipse & absurdius calumniatur, quàm illi stulti & absurdi interpretes habendi sunt, quos ipse tam impudenter insectatur. Vbi multis quidem modis Caluinus impingit. Primum enim vel ignorat, vel cum fraude dissimulat, quid vita sit contemplatiua, non ea profecto, quæ homines tota vita nil agẽtes, aut inerti otio, frigidísque speculationib. addictos tenet (sicut Caluino libet fingere) multò quidem ítac in parte ineptior Peripateticis licet Ethnicis Philosophis, qui de vita cõtemplatiua & eius excellentia prudentius disseruerunt. Certè cõtemplatiua vita Christianis dicitur, quæ in vera sapientia & Dei charitate fundata, totum hominis animũ in Deum Deique amorem rapit, & per contemplationem arctissimè cum eo coniungit, illúdque præstat, vt homo rerum humanarum oblitus simul per sapientiam luceat, & per diuinum amorem ardeat. Etenim verè perfecteque contemplantis est proprium, in carne sine carne viuere, tum in cælis fixam conuersationem, & vitam cum Christo in Deo absconditam habere, leuare se super se, & nũquã minus esse solum, quàm quũ solus esse videtur.

Refutatio sententiæ Caluiniana, qua res veterum interpretum deleta fiona.
Quid proprie sit vere & vita contẽplatiua.
Psalm.7

Qvid igitur nisi vanum Caluini figmentum, merumque mendacium est ad Theologos exagitandos inuentũ, cùm ex eorum sententia vitã contemplatiuã planè ociosam facit, ac frigidis nescio quib. speculationib. hoc sanctissimũ vitæ genus circumscribit, cũ nulli ferè magis negocioſi sint, quàm in vita contemplatiua multũ & præclarè exercitati. Nec minus fœda Caluini est calumnia, vitã actiuam à Theologis fuisse despectam. Nihil enim tale vnquam illi tradiderunt, quod actiuæ vitæ dignitati detraheret, sed potius Gregorij sentẽtiam confirmarunt, à quo sapientissimè dictũ est: Qui contemplationis arcem tenere desiderãt, prius se in cãpo per exercitium operis probent.] Ac rursus ille præcipit, vt non solùm ab actiua vita ad contẽplationẽ surgamus, sed etiã vt à cõtẽplatione ad actiuã redeamus, séque homo cõtinuè in vsu bonæ operationis exerceat. Sicut enim bonus ordo viuẽdi est, vt ab actiua in contemplatiuã tendatur: ita plerunq; vtiliter à contẽplatiua animus ad actiuã reflectitur, vt per hoc quod contẽplatiua mentem accenderit, perfectius actiua teneatur.] Vnde illud eiusdẽ Pontificis dictum extat: Sit rector actione præcipuus, sit præ cunctis in cõtemplatione suspensus. Et scholasticorum Doctorum princeps Thomas aperté definit, ad vitam contemplatiuam hæc quatuor pertinere,

An actiua vita à theologis despecta fuerit vt fingit Caluinus? Lib.6.moral. cap.27
Gregorius actiuam vitã cuiq; primo, contemplatiuam verò paucis tribuit.
In cap.5 Iob. cap.27
Ex Gregorio hæc sunt. lib.1. super Ezechielem homil.17 & lib.2. hom.14
2.2.quæst. 80. artic.2 Quæ ad vitam contemplatiuam pertinere iuxta Thomã

nere, virtutes morales, plures contẽplationum, ac demum ipsam diuinæ veritatis cõtẽplationem. An verò actiuæ vitæ detrahit, qui actiuæ vitæ partes etiam à contẽplante requirit? Norunt enim Theologi, quotquot sunt & fuerunt vnquã Orthodoxi, norunt, inquam, vtramq; vitam, sicuti Martham & Magdalenam, duas quodámodo germanas esse sorores, quæ sibi mutuò subseruire, & vicarias præbere operas debeant: nec enim rectius Ecclesiæ domũ posse constitui, præterquã si Christus in illa Marthã & Mariam suo muneri vtraque ex parte vacantes, & pacifice conuiuentes offendat. Demũ quomodo vitam actiuam despicerent, qui charitatis & misericordiæ non solum opera, sed etiam merita necessario ad salutem homini comparanda, & à iudice Christo tum exigenda, tum æternis præmiis remuneranda esse constanter affirmant?

In Ecclesia como actiua & contemplatiua vita sibi mutuo debẽt subseruire.

Tertio fallitur & fallit in eo Caluinus, quòd Christi verbis eum sensum attribuit, vt si Euangeliũ hoc põderetur, nullabi sit, vel esse possit vtriusque actiuæ & contemplatiuæ vitæ cõparatio. Longè aliter Latinis Patribus visum est, præsertim [a] Augustino, [b] Gregorio, Bedæ, Hildephonso, Bernardo, Anselmo; cũ quibus & Græci Theologi, vt Basilius, Theophylactus, Euthymius consentienter tradunt, hoc loco Magdalenam, tanquam contemplatiuæ, Martham verò tanqua actiuæ vitæ veluti typum & imaginẽ nobis exprimi ac proponi, Christique iudicio partem vtriusque bonam quidem & laudabilem, sed Magdalenæ meliorem & laudabiliorem æstimari, atque ita vtramque cõferri oportere. Etsi vero Græci codices pro eo quod nostet habet interpres; Maria optimam partẽ elegit, paulò aliter legant, τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο: hoc est, Bonam partem elegit, tamen ad rei amplificationem articulum addũt præpositiuum. Et Augustinus non bonam, sed meliorem partem Latinè legit, simúlque interpretatur. Vnde dixit etiã Ambrosius: Non Martha in bono ministerio reprehẽditur: sed Maria, quòd meliorem partem sibi elegerit, antefertur.] Quod autem Ambrosius & Augustinus hic legũt, nec bonam, nec optimam, sed meliorem partem ad Hebraici sermonis idioma spectare videtur, qui cã gradibus cõparationis careat, sæpè positiuũ, vel cõparatiui vel superlatiui loco reponit, sicut fatetur etiã Bullingerus. Euthymi perspicuè tradit: Duæ partes conuersationis laudabiles sunt, nempè practica siue operatiua, & theorica siue contemplatiua. Has duæ sorores istæ elegerant: Martha quidem operatiuam ministrãdo circa corporale Domini obsequium: Maria vero cõtemplatiuam audiendo sermones illius.] Et nonnullis interiectis: Bonam partem dixit Dominus, non quòd altera mala sit: sed bonam hic appellauit eam, quæ melior est. Bonum siquidem est hospitalem esse, verùm melius est Deo assidere.] Quanquam vnus Gregorius idémque sanctissimus Pontifex, si reliqui omnes deessent, satis lucis hic posset adferre, cuius isthæc est oratio: Quid per Mariam quæ verbum Domini residens audiebat, nisi contemplatiua vita exprimitur? Quid per Martham exterioribus obsequiis occupatam, nisi actiua vita signatur? Sed Marthæ cura non reprehenditur, Mariæ verò etiam laudatur: quia magna sunt actiuæ vitæ merita, sed contemplatiuæ vitæ potiora.] Adde quòd Euangelista diuersa sororum harum studia, ac differentes planè occupationes aperta oratione disiũgit, & collationem non obscuram ab vtriusque vitæ proprietate, vsu, fructu & fine describit, vt alteram alteri præstare commonstret. Sola Maria est, quæ ad pedes Iesu assidet, sermones eius reuerẽter audit, aliisque de cibo curantibus omnem corporis curam reiicit, sibi attendit, soli Deo vacat, ex Christi verbo pendet, ac tota in contemplatione versatur, vt rerum omnium oblita, ne sororem quidem præsentem aspicere, vel increpantem audire videatur. Hinc illæ apud Augustinum antitheses extant: Martha turbabatur, Maria epulabatur: Illa multum disponebat, ista vnum aspiciebat. Intenta erat Martha, quomodo pasceret Dominum; intenta Maria, quomodo pasceretur à Domino. A Martha conuiuium Domino parabatur, in cuius conuiuio Maria iã iucundabatur. Transit labor multitudinis, æterna est dulcedo veritatis.] Quærit & Gregorius: Quare pars Mariæ cũ marthæ parte, collata, & bona & optima christo iudice statuatur: Respondet, Christi verbis innitens: Actiuã vitã cum corpore deficere, & cũ præsenti seculo auferri: Contẽplatiuã minimè, quia hic incipiat, & substracta præsenti seculi luce, in cælesti patria perficiatur.] Quid verò Basilius Magnus? Per duas mulieres, inquit, duo mihi vitæ genera introduci animaduertito, vnũ quidẽ inferioris notæ, nempe quod in crassioribus obeũdis vitæ huius muneribus se occuparit: quanquam ipsum quoque mirifice commodum est: alterũ nobilius & cum spiritu magis cõiunctũ, nimirũ quod se ad arcanas res contemplandas altius extulerit]. Agnoscit demum Bullingerus, in hac historia elegantem extare collationem dilectionis Dei & proximi, & quòd dilectio Dei longè ante feratur dilectioni proximi. Quibus autem modis vita cõtemplatiua præcellat actiuam, inter alios Theologos Thomas fusè demonstrat, si quis fortasse legere cupiat. Et hactenus Caluino responsum sit, qui pro sua mirabili sapientia nullum discrimen inter contemplatiuam & actiuam vitam obseruat, atque peruerse Euangelicum hunc locum deprauat, vanéque tum recentiores, tum veteres Theologos mote suo ita perstringit, velut mordendi studio delectetur.

Ad Christus dissimulasse hic veritatẽque actionis Caluinum arguit. Serm.26 in Lucam. Lib.2. super Ezechielem homil.14
Lucæ in hac historia satis ostendit vtriusque personæ & vitæ discrimen.
In Euangel. de Festo Assumpt. Virginis.
In cap.10 Lucæ.
1.a.quæst. 182. Art.2
In cap.10 Lucæ.

Accedit autem Spangenbergius telam absoluturus, quam antea ordiri cœperat Brentius, & cũ illis expostulat, qui contemplatiuam vitam hic pro monastica interpretantur, eóque Christi dictum referunt: Vnum est necessarium. Viderit autem Spãgenbergius, quos huius nouæ & insulsæ opinionis siue authores, siue propugnatores habeat & oppugnet. Nullus enim Catholicorum, vt arbitror, tam est hebes ac imperitus, vt ad solã monasticen astringat vitam contemplatiuã, & quod vnice necessariũ affirmat Christus, id solis Monachis largiatur, præsertim cum eis etiã, quimonasticen non profitẽtur. Perpetuo licuerit vitã agere contẽplatiuam. Tum scholastici Doctores cum Aquinate non obscurè docent, statum religionis (quem aduersarij cõmuni nomine monasticen vocant) non ipsam esse vitã contemplatiuam, sed disciplinã vel exercitium, ad charitatis perfectionem comparandam accommodatũ, siue illa demum actione, siue contemplatione acquiratur. Vnde qui ad religionem transeunt, non se perfectos, aut verè contemplatiuos iactant, sed hoc solum profitentur, quòd consequendæ perfectionis studium sint adhibituri, idque vel contem-

Monastica vita non est vnũ illud necessarium, de quo Christus hic loquitur, sed via & mediũ ad perfectionem vitã perueniendi. Vide Thomã 2.2.quæst. 186. Art.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Monachorũ nomen gloriosum & sacrum esse, & vnde dictum.

platione, vel actione, vel vtraque duce. Quod autem Monachorum nomen & institutũ non sit ignominiosum, vt plerisque persuasum est, sed gloriosum, sacrum, Apostolicum, neque à solitudine, vt vulgus putat, sed ab vnione cum Deo, atque à monade dictum, testis locuples fuerit Areopagita, seculi apostolici scriptor, & omni maior exceptione.

Lib. de Ecclesiastica Hierarchia c. 6

Monachos igitur nominatos, & hoc sacro nomine insignitos asserit, eò quòd ratione officij Deo purè ministrent ac seruiant, vitámque præstent indiuisam simul & vnitam, quę eos velut vniat sacris quibusdam complexib. in reb. diuisis, transformétque in Deiformem vnitatem, & amãtem Dei consummationem. Illud nobis aduersarij vel inuiti fateantur necesse est, monasticam vitam etiam Euangelistæ Marci seculo viguisse, atque ad contemplantis Magdalenæ officium præclarè conferre, sicut Basilius non obscure declarat.

In Constit. Monast.

Cur aduersarij iis quæ ad vitam cõtemplatiuam spectant, minus delectentur.

Verumenimuero non solum Monachorum institutio & disciplina, sed & vniuersa perfectioris vitæ diuinæque cõtemplationis ratio & exercitatio tantum non sordet Nouatoribus, quandoquidem cum Iouinianistis libenter conspirant, & pro Euãgelica libertate carnis licentiam ex professo tuentur; ideóque opera quædam aliis meliora, & statum vnum alio perfectiorem, Deóque gratiorẽ, ac hominis magis meritorium esse contra Dei verbum inficiantur. Quibus de rebus iampridem alij disputarunt, & in hoc campo Hieronymus de Ecclesiæ hostibus glorioſè triumphauit, nihil vt sit opus hoc loco pluribus decertare. Libuit autem istiusmodi annotare non solum ad Nouatorum ineptias detegendas, sed insuper ad Patrum sententiam vindicandam, qui, vel inuitis Nouatoribus, præsens Euangelium ad vitam actiuam & contemplatiuam, ac deinde Mariam quoque Domini matrem, quæ in vtroque vitæ genere mirabiliter excelluit, docent accommodare. Quocirca præter alios, quorum antea meminimus, sic habet Hildephonsus: Domina nostra, imò Domini nostri & Dei genitrix, & semper virgo Maria, vtramque vitam ad plenum exercuit, actiuam laudabilem, quam opere Martha excoluit, & contemplatiuam optimam, quam Maria audiendo & eligendo obtinuit.] Explicat postea, quibus in rebus Maria se Martham sedulam, neque minus Magdalenam Deo deuotã præstiterit, vtpote quæ post Christi ascensionem se totam ad diuinam contulerit speculationem. Atque hæc de Mariæ morte & glorificatione pro nostri quidem instituti ratione satis: at pro ipsa rei magnitudine atq; dignitate nunquam satis, vt iterum cum Bernardo iure dicamus: Christi ascensionem & Mariæ assumptionem quis enarrabit? Vnde Poëta Mantuanus non minus eleganter quàm verè canit:

Quorsum superiora sint adducta.

Contra Iouinianum.

Serm. de Assumptione Virginis.

Maria in vera quę vita parte optimam elegerit.

a Serm. 1. de Assumptione Virginis.

b Li. 6. Fastorum.

Curia tum qualis resonarit Olympica plausu,
Qui cantus cælo audiri, quàm læta frequẽnsque
Pompa, quis ornatus diuum, ne dicere tenta,
Gaudia non capiunt nostris cælestia sensus.
Demum iussa super stellis & sole micantẽm
Ire thronum cæli accepit sceptrum atque coronam.


EPITHETA DEIPARAE VIRGINIS CARMINE COMPREHENSA.

AVTHORE PHILIPPO MENZELIO.

Si mihi, quem votis optem, rẽsque ipsa requirat,
Aureus eloquij cælo descenderet imber:
Non ego, impridem leuia, ac ludicra perosus
Carmina, fucatas laudes, hominumque triũphos
Gloriolam que breuem, spes fluxas, irrita vota,
Exequerer versu: Nec me labor iste iuuaret:
Nec capiti peterem tali de fronde coronam.
Parnasi mihi præ scopulis, Helicone idéque vnda,
Hermonus, clarísque Thabur, Libanúsque, Siónque
Inconcussa ingis, omnique immobilis æuo
Et sacer ipse suo Iordanes amne placeret.
Hinc equidem prępes me simplicis ala columbæ,
Balsaminos colles, & palmiferæ Ierichuntis
Tollat odoratum mox per nemus: hinc mea surgat
Altior, & diam ripæ Iordanidis auram
Musa inhians, pulset matutino æthera cantu,
Semper in immensi laudes effusa Tonanti.
Qualem cælicolæ magni per læta volutant
Atria, & æterno dant illum carmine plausum:
Ter sanctus Dominus SABAOTHES: omnia late
Plena ipso; plena ipsius sunt nomine sancto.
Et cælum, & tellus, & quod telluris sub ima est.
Te quoque, Virgo parens summi lectissima regis,
Ante alios canerem Diuos: vt Numine ab ipso
Primus honor tuus est: & concio sacra piorum
Hunc semper toto vnanimis tibi detulit orbe.
Tum ea? tu certe es, vatum quam turba sacrorum
Omnis in ore ferens, multúmque dilique cupitam
Nominibus centum, centena laude salutat
Tu stellis innexa caput, vestitaque Sole
Aurifua, Lunaque pedes effulta bicorni
Fœmina: Te Septemgemino draco sæuus hiatu
Appetit exundans; & inanes euomit iras.
Altera tu, melióque venis mortalibus Eua,
Semine, Diua, tuo versatilis acre colubri
Obtritura caput: verus, te matre, sub auras
Emergit Salomon: Niueum Gedeonis illud
Tu vellus, nadidas intactum rore per herbas:
Tu rubus, in medio fragrans imperditus igni:
Aaronis tu virga, suo quæ stirpe recisa
Dat miranda nouas rediuiuo vertice frondes:
Tu campi flos graminei: tu lactea præfers
Quæ circum rigidis stipantur lilia spinis.
Tu, qualem Iericho mittit, rosa: qualis in altum
Gadditis surgit sub inique pondere palma:
Tum campi speciosa nitens quæ floret oliua:
Lætaque propter aquæ platanus: sacraque Sionis
Vertice stans late conspecta cupressus ad auras:
Aeriique decus Libani, Salomonia Cedrus:
Et florum ambrosios exhalans hortus odores
Conclusus: Tu (quod perhibent oracula) tersum
Labe procul speculum, fons viua vberrimus vnda
Signatus, pacti sanctissima fœderis arca
Naufragi fidus pelagi, Dauidica turris.
Vrbs summi templúmque Dei, porta ætheris olim
Obstructi reserata: Et quo tot nomina versu
Eluquar? vnde mihi tanta hæc facundia, Virgo
Pulchrior aurora, & Sole ferentior ipso?

Salue

Salue hominum duros miseros Regina labores,
Vitaque dulcedoque, & spes nostra optima Salue
Ad te clamamus soboles miserabilis Euæ
Exul, & afflicto trahimus suspiria corde,
Cum gemitu lachrymas lachrymarum in valle cientes,
Eia oculis ergo placidis, ac fronte serena
Respice, Diua, tuos, facilisque tuere clientes.
Et prolem vnigenam nobis, bona mater, IESVM
Exilio functis, peccato numine, monstra,
O clemens, pia, dulce decus, Maria inclyta Virgo.



Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT OCTAVVM.

Mariæ Deiparæ cultum in Ecclesia receptum, partim Satanæ inuidia, partim hominum cœcitate grauiter nunc oppugnari, ac passim aboleri, ad eámque rem temerè prætextum obtendi ex Euangelica de nuptiis historia, velut in ea Christus futuros Mariæ cultores perstrixerint.

Ex duabus præcipuis cultus Mariæ festis atque cultum in Ecclesia hostiliter impugnari.

COGITANTI mihi, ex quo A fonte hoc malum proueniat, vt nouæ religionis amantes solenne Festum sacrosanctæ Virginis in cœlos assumptæ (de quo hucusque disseruimus) totúmque Mariæ cultum in Ecclesia tam infensè oderint, ac in suis Ecclesiis impiè abrogarint, duæ quidem præcipuè causæ, Satanæ inuidia, & hominum cœcitas ac ingratitudo, venerunt in mentem. Etenim

Vnde tanta sit Satanæ inuidia cótra Virginem matrẽ eiusque cultũ.

Dei & bonorum omnium aduersarius, qui se vera cœlestique felicitate priuauit, alienæ, hoc est, Sanctorum omnium, & Mariæ inprimis felicitati summopere inuidet, impatientissimèque fert, tantum virtutis decoris & gloriæ, quantum mortales atq; cælites in Deipara satis admirari non possunt, in sexu fœmineo resplendere. Dolet præterea superbissimus, tam infeliciter sibi primum cum homine certamen successisse, vt qui primam mulierẽ eiúsque semen vicerat, ideóque mundi princeps effectus erat, nunc per Mariam eiúsque semẽ non modo deiectus, sed etiam velut è suo principatu & regno eiectus exulare cogatur. Rursus dolet illi, Christum, adeóque tres sanctissimæ Trinitatis personas tam impense & ex professo per totam Ecclesiam in hac vna muliere, plusquam in aliis puris creaturis omnibus, glorificari. Dolet insuper, regnantis cum Christo matris incomparabilem beatitudinem, ac singularem gloriam, in multorum animis cum mirifico gaudio Spiritus toties renouari. Dolet denique, complures reperiri, qui per eiusmodi Festorum & cæremoniarum occasionem ad glorioſam illam cæli Reginam & venerandam, & inuocandam, & imitandam crebro incitentur, & incitati, spiritualibus studiis vacent, multisque diuinæ gratiæ muneribus locupletentur. Igitur quo maior est in cælis bonorum Angelorum exultatio, & erga Deum eiúsque matrem propensior congratulatio, quæ semel à Gabriele inchoata, nullum inuenire finem potest, eo tetti dæmones ardentioris iræ inuidiæque stimulis, ac velut furiis quibusdam impulsi, ferunt molestius, in Ecclesia triumphante tantum sancti gaudij ob Deiparam celebrari, ac deinde tantum gratiæ diuinæ, veréque consolationis ac spiritualis etiam commodi ad mortales vsque transfundi, ac plurimis communicari, potissimum quum solennes Mariæ feriæ à piis Ecclesiæ filiis legitimè peraguntur. Hinc enim illi suam fidem, fiduciam, charitatem & reuerentiam in Deum libenter excitant & exercent. Hinc Dei verbum sæpius legunt, cantant, audiunt & expendunt: hinc ad cultum diuinum, & Sacramentorum vsum conueniunt alacriores. Etenim in mentem illum reuocant, qui in nullo Sancto puráque creatura æque ac in Maria potens, glorioſus, munificus, liberalis, atque admirabilis inde ab initio fuit, qui præterea nobis hoc præcipuum Ecclesiæ suæ organum, hanc dilectissimam sponsam, suúmque simul & nostram matrem ad maiorem mundi consolationem & salutem ab æterno prædestinauit & elegit: qui demum, veluti fons bonorum omnium aquas gratiæ salutaris, cùm per alia media, tum post Christum per Mariam maximè in nos aliósque plurimos gaudet vsque profundere atque dispensare. Nam siue Virginis huius virtutes, mores vitámque omnem ad imitandum nobis proponimus, siue ministerium illius ad Christum orbi communicandum spectamus, siue dona gloriæ ad miseris opitulandum illi collata contemplamur, némo verè pius & B Orthodoxus ambigit, Mariam nobis maximo esse præsidio, & de tota Ecclesia præclarè mereri, Deo nimirum sapientissimè prouidente, variis vt modis imbecillitati hominum prospiciatur, cælestisque gratiæ participes illi efficiantur.

Mariam nobis & Ecclesiæ maximo esse præsidio & emolumento.

IAM verò si de hominum cœcitate ac ingratitudine dicendum est, quàm multi, pro pudor, hodie inueniuntur, qui Satanicis prestigiis impediti, Mariæ ferias, laudationes & cultum omnem ridere quam probare malint, quíque Ecclesiæ in Virgine colenda & honoranda studioſe versanti, hostiliter aduersentur ac petulanter obtrectent? Semper enim in illis hæret opinio, sempérque metus C recurrit, immodicum & superstitiosum esse, quicquid in Mariæ cultũ Orthodoxi instituamus. Sed ô cæci, qui alium cultũ Deo, alium Mariæ tribuendũ, & inde ab initio in Ecclesia tributum esse non cernitis neque discernitis. O cæci, qui in Maria Deum colere atque laudare & ipsi nescitis, & scientes volentésque alios prohibetis. O cœci, qui non minus à Dei quàm à Mariæ venetatione homines dictis, scriptis, factis auocatis. O cœci & arrogantiæ spiritu obcœcati, qui in Mariæ cultu diiudicando vos tantùm sapere, vestros verò maiores & Patres toto orbe dispersos cœcutire, aut nihil planè videre in animum superbè inducitis. O cœci demum, qui D lucem in tenebras, diem in noctem conuertitis, quum pios & deuotos Mariæ cultores superstitionis nota conspurcatis, & laudabilem Mariæ cultum, vt postea monstrabimus, turpissimo idolatriæ nomine palam infamatis. Iam verò quantam ingratitudinem cum hac sua cœcitate coniungunt? Quid enim? an nimium ingrati non sunt, qui matrem Emanuelis à Patriarchis & Prophetis ardenter desideratam, ab Archangelo Gabriele reuerenter exceptam, multis Euangelij testimoniis cum primis honoratam in ordinem redigunt, eámque nullo ferè cultus & honoris officio prosequũtur, aut eo dignam esse arbitrantur? Quam sunt ingrati, quos ventri, luxui, profanis negotiis, & rebus

Ob hominũ cœcitatẽ ac ingratitudinem Mariæ festis & cultui hodie laberactatur.

Grauẽ hominũ ingratitudinem esse, quod hodie ergà Virginẽ eiusque cultũ tam prauè affectantur.

& rebus sæpè pudendis seruire delectat, quibus interim nec libet nec vacat, vna cum piis breui tempore ac exiguo labore ferias Mariæ sacras, iamque olim solennes domi vel publicè celebrare? Quid, nisi fœdam ingratitudinem redolet, non agnoscere, non suspicere, non amare, non colere matrem sui Redemptoris, quam summus Deus reliquis creaturis prætulit, quam tantoperè amauit, ornauit & glorificauit, quam Angeli & Archangeli continuè reuerentur, & quæ denique incomparabili beneficio nos, & Dei filios omnes, quantum in ipsa quidem fuit, affecit, quum benedicta benedictum ventris sui fructum edidit, tantaque cum charitate orbi perdito communicauit? Postremo, vt leuissime dicam, misera ingratitudo, parque stupiditas plurimos impedit, quo minus Diuini numinis benignitatem cogitent & amplectantur, quà factum est, vt omnis ordinis homines innumerabiles experiantur, totque iam seculis experti sint, se MARIÆ inuocatione diuinitus adiuuari, & malis maximis liberari, bonaque ingentia tum spiritualia, tum externa facilime à summo Deo obtinere.

Ingratitudo erga Mariam & exhibitæ sæpè per Mariam Dei gratiæ repudiam & asserta.

Non est violandus ordo à Deo constitutus, vt primum Deus & deinde Maria eo modo colatur.

VTINAM verò & cœci tandem recipiant lucem, & ingratitudinis labe aspersi, torpore posito mentem attollant, vt diuinum ordinem intelligant, gratisque animis complectantur: ordinem, inquam, à summa illa Sapientia definitum, vt Diuinæ tres personæ quibus omnino nihil sublimius, nihil sanctius, nihil venerabilius, altissimo quodam cultus & honoris gradu ab omni Angelica humanaque creatura semper & vbique celebrentur: ac deinde sub Deo Maria suos etiam habeat laudatores atque C cultores. Verum isti dum diuini cultus assertores & vindices arroganter magis quam piè videri volunt, primum Virginem matrem debito honore priuant, ac deinde à veterum verè piorum, & in diuino cultu exercitatissimorum hominum vestigiis longissime quidem aberrant. Egregius Dei cultor fuit Anselmus, vt res quibusdam exemplis propositis magis elucescat, & hanc tamen laudem Mariæ tribuit, quod illa propter nos in tantam celsitudinem eleuata sit, vt eam dominam habeat, & veneretur omnis pariter creatura, quodque omnia quæ in cælo sunt, Mariæ glorificatione inæstimabiliter decorentur Egregius Dei cultor fuit Andreas Cretensis Mariam prædicans, quæ postquam ex hac vita migrauit, velut tribuum ac humani generis Regina facta, & in cæli regiam à Deo Rege regaliter D assumpta, iam in adyta cæli sancta peruenerit, & ad Deum proximè accesserit, sui etiam corporis thesauro eousque translato: quæ præterea non solum in cælis benedicta, sed etiam in terris glorificata sit, illa vitæ parens, quam lingua omnis grata meritò celebret. Egregius Dei cultor fuit Damascenus, qui tanti Mariam facit, vt eam cælum verè animatum, & vitæ thesaurum, gratiæque abyssum appellet, quæ res cunctas creatas superet, ac omnibus dominetur operibus, quoniam sit eius mater, qui Creator & Opifex & Dominus vniuersorum existit. Quamobrem ait, insignem illam Dei erga nos liberalitatem grati agnoscamus, iugique memoria recolamus, & ne vt ingrati illius beneficio quandoque abutamur, precibus sacratissimam Mariam Virginem illius matrem supplices adeamus, illamque in patronam & mediatricem assumamus, &

Bernardi testimonium de Mariæ dignitate post assumptionem.

certæ adiutricis loco habeamus.] Egregius Dei cultor fuit Bernardus, in ornanda & colenda Virgine nulli secundus, cuius etiam hæc est sententia: Præcesserit nos Regina nostra, præcesserit, & tam gloriosè suscepta est, vt fiducialiter sequantur Dominam seruili clamantes: Trahe nos post te, in odorem vnguentorum tuorum curremus.] Mox vocat eam aduocatam nostram, quæ tanquam Iudicis mater, & mater misericordiæ, suppliciter & efficaciter salutis nostræ negotia sit pertractura. Ac alibi Mariam in cælos assumptam his verbis affatur: Quis misericordiæ tuæ, ô benedicta, longitudinem & latitudinem, sublimitatem & profundum queat inuestigare? Nam longitudo eius vsque in diem longissimum, inuocantibus eam subuenit vniuersis. Latitudo eius repler orbem terrarum, vt tua quoque misericordia plena sit omnis creatura: Sic & sublimitas eius ciuitatis supernæ inuenit restaurationem, & B profundum eius sedentibus in tenebris, & in vmbra mortis obtinuit redemptionem. Per te enim cælum repletum, infernus euacuatus est, instauratæ ruinæ cælestis Hierusalem, expectantibus miseris vita perdita data.] Egregius demum cultor Dei fuit Idiota, Mariæ hanc laudem tribuens: Inter omnia opera æterni Opificis, post operationem illam, qua naturæ nostræ vnitus est Filius tuus, speciale opus fuisti, ô beatissima Virgo Maria.] Et rursum: Beatissima Virgo Maria sicut est omnium Regina, sic & omnium patrona & aduocata, & cura est illi de omnibus.] Legerat enim fortasis Chrysostomum, diserte pronunciantem, in rerum tota vniuersitate nihil maius & præstantius extare Maria, quæ sola & cælo & terra sit latior ac sanctior, nec aliud quippiam C inter aspectabilia & inaspectabilia Dei opera præclarius & excellentius inueniri. Quid verò si isthæc, aliáque plura, quæ à veteribus de Mariæ gloria præclarè scribuntur, & alibi à nobis adducuntur, nostris inuisa & exosa sint aduersariis? an idcirco suam fidem suumque pondus apud cordatos amittent: præsertim à talibus profecta Doctoribus, qui nihil hic noui de suo confinxerunt, sed doctrinam à Patribus acceptam, bonáque fide consignatam nobis tradiderunt, neque Diuinam gloriam, cuius erant longè obseruantissimi, propter MARIAM deprimere vel obscurare, sed Deum ipsum in MARIA & propter MARIAM celebrare ac glorificare docuerunt?

Quam longe latéque pateat Mariæ misericordia iuxta Bernardũ.

Serm. 4 de assumptione Virgin.

Idiotæ testimonium de Maria Sædis omnibus præfecẽda.

In lib. contemplat. de B. virg. ca. 2

Quantum Mariæ tribuat Chrysostom.

Homil. in Dominica hypapant.

Contemnendos esse aduersarios qui tam leuiter excitant aduersus veteres Mariæ præcones.

VERVM hic isti nobis obstrepunt, ac Euangelicum locum, quo Christus futuros Mariæ cultores D corripuerit, & superstitionis quodammodo condemnarit, obiectant. Nota est apud Ioannem de nuptiis historia, in qua dure & aspere matrem increpatam fingunt, dum à Filio audire cogitur: Quid mihi & tibi est mulier? Nunc audi, quæso, censuram Brentij: *Videt Christus futuros hypocritas, qui relicto se, quæsituri sint in Maria salutem, & remissionem peccatorum suorum. Sunt & aliæ innumerabiles idololatriæ, quibus totus mundus (circa Mariæ cultum) hactenus repletus fuit. Quare vt Christus his erroribus obuiam iret, quantum in ipso erat, semper duriter tractauit matrem suam, cum voluit esse sacri officij sui. Et si enim nulla vnquam fuit mulier in terris, nec vlla futura est, cuius debeamus honestiorem mentionem facere quam virginis MARIAE matris Christi, tamen non est eis tribuendus honor Messiæ saluatoris.* Quam pulchrè autem Brentius quod palam docet obseruat, vt nullius mulieris æquè ac Mariæ honesta fiat mentio:

Ioan. 2.

Quomodo ratiocinentur Nouatores ex Ioanne aduersus Mariæ cultum in Ecclesia vsitatum. Brentij argumentatio.

In Euangel. circa Dominicam 2. post Epiphan.

Nullius mulieris honestior mentio ac Mariæ facienda est iuxta Brentium.

Satanæ tanto magis dolet Mariæ gloria quanto impensius ob illam gaudent Angeli atque boni in vtraque Ecclesia.

Quem vsum & fructũ pij capiant ex festis Mariæ solennibus.

Genes. 3

Ioan. 12

Esaiæ 5.

Te Deum. de Assumptione Virginis.

Damascen. Nicephorus hist. li. 2. cap. 3. de Maria Deipara.

Metaphr. in Dormitionem Deiparæ.

Li. de excellen. Virg. cap. 6.

Quibus in rebus deprehendatur illorum cæcitas, qui contra Mariæ cultum nunc pugnant maximè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Excussio & refutatio superiorum verborum Brentij.

cum ipse quidem rursus hic de illa inhonestissime meminerit, quod nempè in Messiæ officium voluerit inuolare, & sæpè in eo munere administrando socia esse cum Filio. Sed benè habet, quod eam turpissimam notam ab hoc calumniatore Deiparæ iustam alibi depulerimus, sicut & præsentem historiam supra expediuimus, nihil vt sit necesse, cum eodem hoste prostrato, nunc iterum diu congredi. Fingat ille nos hypocritas, superstitiosos, idololatras: mentiatur etiam, quamdiu velit, Catholicos relicto Christo in Maria suam salutem & peccatorum remissionem quærere, quemadmodum ex eodem impudentiæ fonte eum haurire non puduit, quod salutationem Angelicam ad expianda peccata vsurpemus, & eandem tantum valere, quantum valet ipsa Christi Domini passio, nonnunquam arbitremur. Has tetras ac pudendas calumnias, quæ Sectariis sunt admodum vsitatæ, suis permittamus authoribus, qui nunquam sanè probauerint, quod Orthodoxus in veteri Ecclesia vnquam docuerit, aut tolerandum etiam putarit, vt vel honos Christo debitus matri eius attribueretur, vel ab ipsa, relicto Christo, salus & peccatorum remissio quæreretur. Est autem ridiculum ac futile prorsus argumentum, quod Brentius à fictitio & allegorico sensu acceptum in medium proponit, quum & Lutherus ipse moneat, vnum & simplicem sensum Scripturæ tribui oportere. Et falsum quidem illud assumitur, matrem Domini duriter vsque tractari, quæ Christum sibi semper conciliatum habuit, eiusque honorem nec in toto, nec in parte vnquam ambiuit, & si quid ab eo petiuit, pro sua reuerentia nunquam non exaudita est. Nam si qua durities aut acerbitas in Christi verbis ad Mariam prolatis inesse videtur, ad nos illa potius quam ad matrem ipsam pertinet, quemadmodum superiore Libro fusissime dictum atque probatum fuit.

Hom. 6. in Lucam.

Argumentatio Brentij futilis & ridicula.

In Postilla circa Epist. de natiuitate Christi.

Christus matrem tractauit vsque dariter, vt fingit Brentius.

Quæ Brentius falsò assingat, Catholicis circa cultum Virginis.

Bullingerum ex eadem historia cultum Virginis oppugnare.

Refutatio aulingericæ obiectionis.

Falsò catholicis imputari, quod propter Mariæ cultum creaturam coniungant cum Creatore, & Christum mediatorem relinquant.

Inc. 2. Euang. Ioannis.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Luc. 1.

Et habet tamen proteruus Brentius, quod ego sanè miror, suæ sententiæ suffragatores, qui eundem Euangelij locum non dissimili calumniandi arte torquent atque depranant. Sic enim scribit Bullingerus: *Impugnat hic locus graniter superstitiosos, colentes pro Creatore creaturam, existimantes Dominum Iesum pietate in matrem adigi, vt nihil eius possit negare precibus: vnde relicto vero Mediatore & intercessore Dei Filio, ad matrem Virginem conuertuntur, ab hac postulantes quod petendum erat à Filio.* Et quæ quidem satis insulsa ac virulente, præsertim si existimat Bullingerus eos, qui Catholico more Deiparam colunt vel implorant, tam esse superstitiosos ac impios, vt pro Creatore creaturam venerentur, Christúmque mediatorem & apud Patrem intercessorem deserant. Suum enim Christo munus relinquunt integrum, & nullam Creatori iniuriam irrogant, si non modo Mariam & beatos in cælis, sed mortales etiam in terris sibi adhibeant intercessores. Nescit fortassis Bullingerus, eos in Christi quoque nomine rogare Patrem, & Christo gratum facere, qui Mariam legitime inuocant, suasque preces cum Mariæ precibus coniunctas offerunt Patri, vt eius redemptionis & gratiæ, quæ Christo capiti semper est manetque propria, participes fiant. Tales namque non suo, nec etiam Mariæ, sed CHRISTI merito innitentes, ipsius Mariæ intercessionem non aliter valere ac à Deo exaudiri confidunt, nisi per Iesum Christum Dominum nostrum, qui semper ipsis via, veritas & vita perseuerat. Qua de re alias pluribus. Quam verò isthæc longè petita? quam friuola? dum Mariæ cultum grauiter impugnari & vetari putat Bullingerus, quoniam Christus matrem tribus vel quatuor verbis de præsenti vini negotio compellauit? Imò verò Bernardus ex hac ipsa historia contrarium doctè colligit, & receptam Mariæ inuocationem aperte confirmat, quicquid isti garriant. Bernardi sic habet oratio: Quoties mihi necesse est, fratres, post lachrymosas querimonias vestras, exorare matrem misericordiæ, vt suggerat suo benignissimo Filio, quoniam vinum non habeatis? (Vini autem nomine gratiam deuotionis, & feruorem charitatis accipit, sicut seipsum interpretatur.) Et Maria dico vobis, charissimi, si pie à nobis pulsata fuerit non deerit necessitati nostræ: quoniam misericors est, & mater misericordiæ. Nam si compassa est verecundiæ illorum, à quibus fuerat inuitata, multo magis comparietur nobis, si pie fuerit inuocata? Et rursus: Compassa est, inquit, eorum verecundiæ, sicut misericors, sicut benignissima. Verum de huius Virginis erga nos siue condolentia, siue compassione, & materno velut affectu posteà disseremus. Igitur non pro se tantum, sed aliorum etiam causa Bernardus, tanquam misericordiæ matrem, Mariam coluit & inuocauit, adeoque suos ad illam inuocandam excitauit, eiusque inuocationis fructum certum simul ostendit, nimirum vt verum præsentis historiæ vsum aduersus nouos etiam Sectarios vindicaret.

Ex quo loco colligit Bullingerus, Mariam non esse inuocandam, ex eodem Bernardino contrarium probari.

Serm. 1. de nativitate aquæ in virum.

Maria piè inuocata neque nunc deest pœnitenti necessitati.

FACESSAT ergo vanus Hemmingius, qui cæcos duces insequens, ex hoc ipso Euangelico loco ratiocinatur, Mariam præclaris titulis, quos nunc in vsu habet Ecclesia, superstitiosè & impiè salutari. Valeat & Caluinus, acerbus & ipse, si quisquam alius, ac iniquus hostis Ecclesiæ. *Hac Christi vox*, inquit, *palam constat denunciari hominibus, ne homines nominis materni honorem superstitiose in Maria euehendo, quæ Dei post Epiph. propria sunt, in ipsam transferant. Sic ergo matrem Christus alloquitur, vt perpetuam ac communem seculis omnibus doctrinam tradat, ne immodicus matris honor Diuinam suam gloriam obscuret. Porro quam necessaria hæc admonitio fuerit, ex crassis fœdisque superstitionibus quæ posteà secutæ sunt, plus satis notum est.* Vbi cum nihil noui vel Hemmingius, vel Caluinus adferant (nam Sectariorum more quæ probare non possunt, Orthodoxis impingunt) eorum sicut aliorum præcedentium labes & maculæ, eadem quasi spongia possunt abstergi, nimirum vt dicamus, ex præsenti verbo & facto Christi Mariæ laudem, cultum & titulos, de quibus posteà dicemus, nulla ex parte labefactari: neque Christum de immodico matris honore, eiusque cultoribus hic agere voluisse, sed neque vnquam cogitasse. Etenim reipsa probauit, sibi matris intercessionem esse gratam, cuius votis mox annuit, & in cuius gratiam primum & illustre patrauit miraculum. Nec grauatim Caluino fatemur, omnesque sapientes vltro testantur, in Mariæ cultu id semper esse cauendum, ne quæ Dei sunt propria, in Virginem transferantur, neue immodicus matris honor diuinam Christi gloriam obscuret. Verum nihil isthæc ad præsentem Euangelij locum, nihil ad Christi mentem pertinent, sed maligne prorsus aduersus Ecclesiæ Mariam venerantis institutum & laudabile studium detorquentur. Cætera quæ ad eandem historiam spectant, &

Hemmingij & Caluini excusa dem historia ratiocinatio contra cultum Deiparæ.

Ioan. 2.

Deputatur quæ potius aduersarij adducti ingratis.

Mariam vehementer exornant, ac Mariomastigibus obiici possent, ne actum agere videamur, hoc loco missa faciemus. Satis sit breuiter monuisse, quod Euangelico loco peruerse & insulsè abutantur, qui sensum veteribus inauditum, neque aliunde quam ex veteris Ecclesiæ odio inuidiáque confictum nobis hic ingerunt, velut Christus cum piis matris suæ amatoribus atque cultoribus pugnet, omnésque pro superstitiosis & impiis habeat, qui more Catholico Mariam venerantur, tótque retro actis seculis in Ecclesia & cum Ecclesia sunt publicè venerati. Rursus ex his perspicuè liquet, non mereri aduersarios laudem, quam venantur, vt veteres in Maria colendæ impij & impuri, ipsorum verò affectæ in Mariæ cultu abrogando pij & cathari esse videantur.

Superioris tractationis epilogus.

CAPVT NONVM.

Nimis proteruos & contumelioſos esse Nouatores in Catholicis proscindendis, qui in vulgatis Bibliis legunt: Ipsa conteret caput tuum. Ac præterea non damnandam esse veterum sententiam, qua contriuisse Maria dicitur vniuersam hæreticam prauitatem.

SVPEREST iam alius Scripturæ locus excutiendus, quem complures magno cum stomacho nobis obiiciunt & exprobrãt: velut Scripturam sacram deprauemus, eò quod ad Mariæ cultum stabiliendum legamus & decanteinus: Ipsa conteret caput tuum: sic enim suum honorem Christo adimi, & in Mariam inique, si non impiè, transferri clamitant. Quocirca Georgius maior Euangelicæ modestiæ omnis oblitus, hac oratione in Catholicos debacchatur: *Sub Papatu indocti monachi plusquam supina inscitia & negligentia ebrij & stertentes, ne se torquere hac disputatione cogerentur, audacissime quod de semine mulieris dicitur, deprauarunt. Et quod in neutro genere exprimendum erat, Ipsum semen, scilicet, mulieris, conteret caput serpentis, in fœmineum commutarunt. Ipsa conteret caput serpentis. Idque posteà ad stabiliendam idolomaniam de inuocatione Mariæ Virginis gemiricis Domini nostri Iesu Christi transtulerunt.* Accedit & alter Georgius, nempè Fabricius procax Grammaticus, qui vt licentia plusquam Poetica vtatur, non minus hic est contumelioſus: *Notissima*, inquit, *esse piis debet omnibus illa prima Euangelij vox dicta primo mortalis ab authore ipsius Deo sempiterno. Inimicitias ponam inter te & mulierem, &c. Quantum noctis offusum rei Christianæ, quantum impietatis & superstitionis importatum Ecclesiis est, vnico verbo deprauato & perperam intellecto? Annos longè supra mille inualuit error, & tantum valuit, vtqui certarent acutius, aut aliuas saperent, à multitudine contradicentium eorumque authoritate abduceretur. Etenim mulieri attributum est, quod attribuendum semini fuit: & capitis serpentis diminutio, diuæ Virginis laudibus applicata, quæ ad Christi solummodo dominatum victoriamque sunt referenda.* Cum his iungendus est Tilemannus Heshusius, qui inter blasphemos, scilicet, errores, Catholicis hunc etiam obiicit, quod caput serpentis à Maria Virgine contritum affirment. Contendit & Iacobus Heerbrandus, quod vetus & vsitata Bibliorum translatio perperam habeat, Ipsa conteret caput serpentis. *Est enim*, inquit, *idem pronomen absque puncto, eisdem literis scribatur masculino & fœmineo genere: tamen ad Mariam vtquaquam transferri potest, quod solius Filij Dei incarnati hoc opus sit, caput, hoc est, regnum serpentis vel Satanæ, eiusque opera, quæ sunt in genere humano peccatum & mors, conterere & destruere. Turpissimè itaque errant Pontificij.* Quid enim isti crepatent vel facerent aliud,

Dicitos iam Nouatores ex Lutheri spiritu & fonte hausse, quod ob præsentē sententiam adeo sint in Catholicos contumelioſi.

Genes. 3

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Luc. 1.

Quomodo Georgius Maior Georgius Fabricius, Tilemannus Heshusius & Iacobus Heerbrandus Catholicos insectentur, quòd dictum ipsi conteret deprauarint.

In 3. cap. Genes.

In disputat. de Promissione Abrahæ facta.

Tom. 2.

2. Tim. 2.

Aduersatios hoc loco nimis vehementer & contumelioſos esse Catholicis.

Ecce supra citato.

Vt maximè legatur, Ipsa conteret, non hoc torqueri à Catholicis ad vllam idolomaniam, neque in mentem hoc esse Monachorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi honorẽ non imminui ac obscurari, si legamus, Ipsa conteret.

ILLVD verò constanter negamus, per hanc lectionem Christo suum honorem, suumque officiũ adimi: velut Maria non Christus, huius mundi principem vicerit, caputque serpentis illa sola contriuerit. Vnde Lyranus locum exponens apertè pronunciat: Ipsa conteret caput tuum: quia per ipsam, mediante Filio suo, potestas dæmonis est cõtrita.] Rupertus in hunc modum: Cum dicit Deus: Ponam inimicitias inter te & mulierem, profecto magnum gratiæ suæ opus promittit, quod victorem diabolũ, qui vicerat frande, victa nunc mulier vincere quandóque debeat fortitudine. Porrò hæ inimicitiæ non per ipsam mulierem, sed per semen illius exercendæ & vsque ad victoriam perducendæ sunt.] Tum Eucherius diserte testatur, hunc locum de B. Virgine accipientes, fructum ventris Mariæ, qui est Christus intelligere, hunc enim esse, qui victor de morte resurgens, caput serpentis, hoc est, mortem, conterat. Quocirca quod nos legimus: Ipsa conteret caput tuum, & Hebræi Græcique in masculino, eundem sensum habere videtur, perinde ac si dicat serpenti Deus: Per hanc mulierem decepisti, & virus in totum genus humanum transfudisti: per aliam quandam mulierem, id est, per eius semen iterum vinceris & corrues, capite tuo, hoc est, regno peccati & mortis, eandem amisso atque cõtrito. Falluntur autem, vel fallunt potius aduersarij, dum nos adeò rudes & crassos populo videri volunt, vt cum [Ipsa] legimus, totum hoc sermonis genus ad Mariam solam contrahamus, & benedictum semen illud, in quo gentes omnes benedicuntur, excludamus. Imò verò certissime nobis persuasum habemus, semperque profitemur, Christum propterea venisse, vt caput serpentis contereret, ac [a] mũdi huius principem eiiceret foras, eiusque opera [b] dissolueret, quemadmodum Scriptura diuina testatur. Nec aliter vel docuit, vel credidit vnquam Ecclesia, quæ Christum solum hoc honore dignatur, vt is potestate quadam absoluta & excellenti præditus, Satanam sub pedibus conterat, simulque aliis, & Mariæ potissimum conterendi tribuat facultatem. Hinc dulcis illa promissio: Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici. Hinc & sancti Pauli gloriatio, quod aduersus Principatus & Potestates, aduersus mundi Dominos rectores tenebrarum harum cõflictetur, adeoque vincendi potestate polleat. Hinc & Ioannis non vana vox: Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis Malignum.

In ca 3. Gen. Lib. 3 de Trinit. fol operib. eius In ca. 19 Geneſ.

In Lib. 2 q. de Geneſ. ca. 29

In cũdẽ sensum ad Christi gloriam accipi posse, siue legatur ipsa siue ipse conteret caput tuum.

Geneſ. 22

a Ioan. 12
b 1. Ioan. 3

Extrà controuersiam Christum esse Victorem Satanę suapte virtute.

Luca. 10

Ephes. 6
1. Ioan. 2

Christus per se & per suos, vt nemo alius conterit serpentem antiquum.

Iudith c. 13

Geneſ. 3

Nihil Christo decogari, si Mariam velut alterã Iudith factamus, quæ caput Holophernis, id est Satanę contriuerit.

Maria præ cęteris à potestate Satanæ libera, illique hosti formidabilis fuit.

QVOD verò constanter negamus, per hanc lectionem Christo suum honorem, suumque officiũ adimi: velut Maria non Christus, huius mundi principem vicerit, caputque serpentis illa sola contriuerit. Vnde Lyranus locum exponens apertè pronunciat: Ipsa conteret caput tuum: quia per ipsam, mediante Filio suo, potestas dæmonis est cõtrita.] Rupertus in hunc modum: Cum dicit Deus: Ponam inimicitias inter te & mulierem, profecto magnum gratiæ suæ opus promittit, quod victorem diabolũ, qui vicerat frande, victa nunc mulier vincere quandóque debeat fortitudine. Porrò hæ inimicitiæ non per ipsam mulierem, sed per semen illius exercendæ & vsque ad victoriam perducendæ sunt.] Tum Eucherius diserte testatur, hunc locum de B. Virgine accipientes, fructum ventris Mariæ, qui est Christus intelligere, hunc enim esse, qui victor de morte resurgens, caput serpentis, hoc est, mortem, conterat. Quocirca quod nos legimus: Ipsa conteret caput tuum, & Hebræi Græcique in masculino, eundem sensum habere videtur, perinde ac si dicat serpenti Deus: Per hanc mulierem decepisti, & virus in totum genus humanum transfudisti: per aliam quandam mulierem, id est, per eius semen iterum vinceris & corrues, capite tuo, hoc est, regno peccati & mortis, eandem amisso atque cõtrito. Falluntur autem, vel fallunt potius aduersarij, dum nos adeò rudes & crassos populo videri volunt, vt cum [Ipsa] legimus, totum hoc sermonis genus ad Mariam solam contrahamus, & benedictum semen illud, in quo gentes omnes benedicuntur, excludamus. Imò verò certissime nobis persuasum habemus, semperque profitemur, Christum propterea venisse, vt caput serpentis contereret, ac [a] mũdi huius principem eiiceret foras, eiusque opera [b] dissolueret, quemadmodum Scriptura diuina testatur. Nec aliter vel docuit, vel credidit vnquam Ecclesia, quæ Christum solum hoc honore dignatur, vt is potestate quadam absoluta & excellenti præditus, Satanam sub pedibus conterat, simulque aliis, & Mariæ potissimum conterendi tribuat facultatem. Hinc dulcis illa promissio: Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici. Hinc & sancti Pauli gloriatio, quod aduersus Principatus & Potestates, aduersus mundi Dominos rectores tenebrarum harum cõflictetur, adeoque vincendi potestate polleat. Hinc & Ioannis non vana vox: Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis Malignum.

Christi afferitur gloria, ad vincendũ Satanam potentes celebratur.

QVOD autem Maria serpentis caput contriuisse dicitur, Fulbertus Episcopus Carnotensis his ferè modis explanat: Quid est caput serpentis conterere, nisi principalem diaboli suggestionem resistẽdo superare? Contriuit Maria, seruando virginitatem & humilitatem, quia & hæc extinxit mentis superbiã, & illa carnis concupiscentiam. Contriuit potẽtiam Satanæ per Filium quem genuit, spoliando illum dominio suo. Contriuit caput, astutiam eius, nempè sapientiam terrenam per paupertatem spiritus. Vnde de illa dici potest: Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. Serpens in cauda percussus euadit, in capite contritus nunquã resurgit. Contriuit autem Virgo caput, id est, suggestionem eius, qui Euam decepit, & caput est dæmonum.] Ab his aliquem non est, quod Bernardus docet, proposita verba tractans: Ipsa conteret caput tuum: Cui, inquit, hæc seruata victoria est, nisi Mariæ? Ipsa proculdubio caput contriuit venenatum, quæ omnimodam maligni suggestionem tam de carnis illecebra, quam de mentis superbia deduxit ad nihilum:] Atque hęc quidem ita dicuntur, vt sensum nobis loci mysticum explicent, qui aliis etiam verè Sanctis, vtpotè mundi, carnis ac Satanæ victoribus, rectè adaptari queat, quoniam & ipsi caput serpentis contriuerunt. Sed præter sensum hunc mysticum, alium etiam, quem diximus, veteres nobis commonstrarunt: nimirum vt Maria præ cæteris caput serpentis antiqui cõtriuisse intelligatur, quãdoquidem ad hoc, sicut etiam ad vincendum omnem ex parte peccatum, plus ei gratię collatum fuerit, quę concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum, vt cum Augustino loquamur. Incredibilis autem gratia fuit, fortissimum illum armatum gignere, qui Satanam mundi huius principem, quamlibet potentem, vt nullã ei [a] potestas conferri queat, vi magna [b] deiecit, sibique subiecit, ac ligatum eundem in [c] abyssum misit, simulque [d] spolia eius distribuit, Vtrouis autem sensu præsentem locum accipiamus, ac Marię de contrito serpentis capite gratulemur, nullum hic idolomanię, vel idololatriæ crimen aut periculum cernitur, nihil Christi honori detrahitur, quicquid demum improbi calumniatores in vulgus probrosè ac seditiosè spargant, & Orthodoxis affingant.

Maria seruando virginitatem & humilitatem caput serpentis contriuit.

Quomodo veteres intelligant, quòd Maria serpentis caput contriuerit.

Iudith. 14

Hom. 2. in Euang. Missus est.

Quomodo Maria seruando virginitatem & humilitatem caput serpentis contriuerit.

SED queruntur, ex hac mutatione verborum, Scripturæ vim inferri, & nefas esse contendunt, vt in sacris Bibliis Ipsa pro Ipso legatur. Respõdemus breuiter, nos à veteris Ecclesiæ cõsuetudine, quæ tot seculis vulgatam æditionem recepit, hancque lectionem sibi placere commonstrauit, nec velle, nec posse discedere. Habeant Græci & Hebręi suos codices, de semine testantes, quod contriuerit caput serpẽtis: hos autẽ per omnia integros & incorruptos non

Quid respondendum sit locis Scripturæ, in quibus Ipsa pro Ipso legitur.

Maria seruando virginitatem & humilitatem caput serpentis contriuit.

non esse, vel nobis tacentibus, communis Doctorum querela, & ipsorum codicum dissensio satis ostendit. Neque ignoramus, si lingua sancta consulatur, pronomen cui nostrum, Ipsa, respondet: absque punctis olim & scriptum & lectum esse, atque ita non minus fœminino, quam masculino generi conuenire, totidemque literis exprimi, quemadmodum & Nouatores vltro fatentur. Scimus etiã Græcos extare scriptores, qui sermonem ad mulierem referant, quomodocunque tãdem verterint septuaginta, vt postea probabimus. Legant [a] Irenæus, [b] Cyprianus, multique Patres, quos repetere non attinet, vt ipsum mulieris semen, non autem Ipsam intelligãt & exponant: qua de re cum aduersariis minime contendemus. At hi nobis vicissim concedãt, Patres itidem eruditos & fide dignos illos esse, qui cum Ecclesia nostra, de muliere scriptum accipiant: Ipsa conteret caput tuum. Et præter hos paulo post adducendos, Iosephus in Hebraicis hteris peritissimus, & Apostolorum coætaneus, vt ex Rufino eius interprete discimus, de Deo sic loquitur: Abstulit serpenti vocem, iratus eius malignitati, quam gesserat in Adam, & venenum ei sub lingua ponens, quod esset hominibus inimicum, præcepit vt mulier eius capiti plagas inferret.] E quibus verbis non obscure liquet, quod Ipsa, non Ipsum in Moyse legerit. Nam quod Gelenius, eundem locum Latinè vertens, mulieris nomen prætermisit, sinon fraudis, at certe quidem incuriæ suspicionem nobis creat.

Ipsa conteret non tãlegisse. Ipse conteret, sed etiam Ipsa

a Lib. 4. contra hær. ca. 78
b Lib. 2. contra Iudæos cap. 9.

Iosephum an Christiũ & diuinitus Hebraicas literas cum Deo docto.

DE Hieronymo est extra controuersiam, quod in linguis longè sit omnium doctissimus, & vtroque modo, iam Ipsum, iam Ipsam legat. Tum Ambrosius Græce simul & Latinè peritus, præsentem sententiam ita refert: Ipsa tibi seruabit caput, & tu illius calcaneum: quemadmodum & sæpe hoc modo citat Augustinus, monetque simul sententiam rotam esse figuratam. Ex eodem Augustino sumptum est, quod in Glossa ordinaria his verbis traditur: Inter semen diaboli & mulieris inimicitiæ ponuntur. Semen diaboli prauæ suggestio: mulieris, fructus boni operis quo suggestioni resistit. Ideò obsecuat plantam, vt si in illicita labatur, delectatio illam capiat. Illa obseruat caput eius, vt ipsum initium malæ suggestionis excludat.] Vnde satis intelligi potest, quod de muliere caput serpentis contritura nobiscum legerit Augustinus. Ad quam sententiam alludens etiã Ambrosius, veluti dicta Moysi verba nobis exponat, perspicuè dixit: Quid egisti diabole? vicit te Maria, quæ genuit Triumphatorem, quæ sine imminutione Virginitatis edidit eum, qui crucifixus vinceret te, & mortuus subiugaret.] Sicut autem Ambrosius hoc loco de Maria diaboli victrice loquitur, ita & Chrysippus Presbyter Hierosolymitanus affirmat mulierem esse, quæ hostem humani generis è Tyrannide deturbauit, vt quem antiqua Eua in altum erexerat, is per nouam Euam deiceretur. Tum Chrysostomus licet Græcus Theologus, vt Latinè versus extat, Deum serpenti sic loquentem inducit: Neque ergo illud solum, sed & inimicam fœderisque nesciam faciam tibi mulierem, neque eam solã, sed & semen eius semini tuo hostem perpetuum faciam: Ipsa tuum seruabit caput, & tu eius seruabis calcaneum. Tantum enim robur illi concedam, vt continuò imminet capiti tuo. Te autem faciam sub pedibus eius iacere.] Qui verò putant hunc Chrysostomi locum non optimè versum esse, legant,

Dei Patres ipsam editionem confitentur nempe Ambrosius, Augustinus, Hieronymus & vniuersa Ecclesia.

Liber de promissionibus & prædictis Dei cap. 7

Liber 22. de Ciuitate ad Marcellinum ca. 36 lib. 2. contra Manich. ca. 18 Contra ep. 3 Manich. fundamẽti ca. 9

Vide Mariã Magdal. Ambrosium citatè.

Tract. de Sancta Maria Deipara & de ea in annũciatione Angeli sententia. Supponitur in Genesim.

A quæso, authoris eiusdem Homeliam in Matthæum 46. facilèque cognoscent, hunc Theologum de muliere, non de semine verba præsentia interpretari. Magnum air, inter mulierem & serpentem certamẽ attendo, magnum bellum depositum esse confidero, magnam sollicitudinem habendam cognosco: directa est vtrinque acies, paratum bellum, certamen depositum, statur comminus, propius consistitur, ab vtriusque intentio prouocatur, vt cautela adsit, sollicitudo intendat, securitas conquiescat. Stat enim mulier in procinctu, serpentis caput & obseruans & vitans: obseruans vt calcet, vitans vt serpentis morsus declinet. Adest paratus & serpens callidus & subtilis: callidus ne mulieris pede calcetur, subtilis vt eius morsu incauta mulier prosternatur. Hanc pugnam lætus aspicit Deus, libenter attendit Dominus Christus, si tamen illæsa mulier serpentem calcando deuincat.] Præter hos Gregorius quoque magnus legit: Ipsa tuum obseruabit caput, & tu calcaneum eius. Suffragatur & Beda diserte admonens, locum à quibusdam de Virgine, in qua natus est Deus, intelligi. Eadem lectione vtuntur omnes postertores quibus annumero Eucherium, Idiotam, Rabanum, Bernardum, Hugonem & Richardum de sancto Victore, Rupertum, omnes Scholasticos, & in his cum eruditione, tum sanctimonia præstantes Viros innumerabiles, quos omnes supina insciția & negligentia ebrios ac sterrentes stultissime Maior appellat. His Aleimum Auitum, vtpote Christianũ veteremque Poëtam, & præstantem Archiepiscopum Viennensem adiungo, qui Dei sententiam cõtra serpentem latam carmine complexus est, & inter alia hoc modo cecinit:

Præcipue infelix mulier cum prole futura
Tecum inimicitias odio constante reponet.
Somnibusque tuis eius cum semine bellum
Perpetuum, sed dissimilis victoriamque qui
Ambos vna opera vicissis subdole serpens,
Olim erit vt sexum mulierem pronus adores.
Cuius tu quamquam paruidæ insidiabere calci,
Conteret vna caput tandem tibi fœmina victrix:
Nascendumque etiam tali de stipite germen.

Etiam Christostomus ex Græcis Patribus de Maria locum interpretatur.

Lib. 1. commentar. in Geneſ.

VERSATVR in eodem argumento Claudius Marius Victor, vetus & ipse Poeta, qui succincte rem indicans, Deum ad serpentem ita loquentem inducit:

Teque suo mulier perimet cum semine, cuius
Callidus extremis tantum insidiabere plantis.

Non temere veteres amplexi sunt vulgatam Ecclesię lectionem.

Acmihi probabile admodum esse videtur, quod veteres in vulgata & recepta hac editione tanto libentius acquieuerint, quanto certius deprehenderunt, varias & male consonantes huius loci interpretationes adferri: quum alij verterent, vt ostendimus: Ipse seruabit caput tuum, & tu seruabis eius calcaneum: quæ lectio non admodum placet Hieronymo: alij verò in hunc modum legerent: Ipse conteret caput tuum, & tu cõteres eius calcaneum. Chaldæus interpres cum dixisset, positurum Deum inimicitias inter filium serpentis & Filium mulieris, hoc subiicit: Ipse obseruabit tibi quod fecisti ei à principio, & tu obseruabis ei in finẽ. Vt interim de Caluino taceã, qui hæc verba tã religiosè tractat, vt neque Mariæ marti, neque Christo Filio locum hic reliquum faciat: semen enim nomen esse collectiuũ, per quod Christus nequeat intelligi, omnes autem pariter fideles hic putat significari. Discedit

Quomodo Caluinus hũc locũ accipiat.

In Geneſi c. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen à magistri Caluini sententia Dathenus, & ad- A uersus Anabaptistas publicè disputans, vna cum illis, locũ de Christi semine interpretatur. Sunt præterea, qui mulieris appellatione sanctam accipiunt Ecclesiam, cui perpetuum & irreconciliabile cum hoste Satana eiusque semine certamen indictum est & quæ plus satis in Hæreticis experitur, quã sit difficile, serpentis caput, hoc est, contumacem superbiam conteri, eamque cum sincera humilitate commutari. Et tamen verum est: Ipsa cõteret caput tuũ, ô serpens ac serpentina progenies de serpentinõ semine omnibus ætatibus procreata. Vicit Christus, vicit Maria, semper & victrix contra portas inferorum manet Ecclesia, eoq; magis vincit & pulchrius efflorescit, quo iniquius læditur ac grauius oppugnatur. Sed in his explicandis, quæ ad mysticum sensum pertinẽt, nolo immorari: solum indicare libuit, quam latè pateat proposita sententia, quamque variè accipiatur, & quod nimium sint petulantes aduersarij, quum pro sua prudentia excolantes culicẽ, camelum autem glutientes (sexcentis enim in locis princeps illorum Luthetus, vt multi probarunt, sacra Biblia deprauauit) summum & vix expiandum crimẽ nobis ac maioribus nostris imputãt, cõ quod cum sanctissimis Patribus legamus & cantemus: Ipsa conteret caput tuum. Quanquam & alteram lectionem, quæ codicibus Hebræis & Græcis consonat, Ecclesia nunquam improbauit, sed potius vtrãque sibi placere significauit, probe intelligens, libros etiam Latinos, eosque peruetustos extare, in quibus aliquando, licet rarius, Ipse pro Ipsa legatur. Satis autem fuerit istiusmodi infestis ac improbis calumniatoribus respondisse, qui propter hanc vnam vocem, ex occulto quodam Mariæ Marianique honoris odio, Ecclesiam tam atrociter insectantur.

In colloq. habito apud Francken.

Ecclesia mulier dicipotest, quæ serpentem & caput eius conterat.

Math. 16

Aduersarij nimium hoc loco petulantes cum damnant tot ætatẽ orthodoxos.

Ecclesia sic legit ipsa vt alteram lectionẽ; non improbet præsertim apud veteres & inquibusdã libris antiquis.

POSTREMO ad Mariam Satanæ victricem pertinet, quod veteres cum Bernardo haud temere nolauerunt, Mariam tum inter mulieres, tum inter viros fortissimam habendam esse, de qua dixisse Salomon videatur: Mulierem fortem quis inueniet? Et rursus: Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Proinde Rickelius Mariam ait esse mulierem fortitudine armatam, quæ omnẽ fœmineæ conditionis molliciem supergressa, humanæ perditionis calcarit authorem, ac demum amissæ beatitudinis reparatorem produxerit, nec modo fœminarum, sed virorum quoque sit fortissima. Nec miror, inquit, ô Domina, si sic fortitudine pollebas, summis etiam Angelis robustior: quoniam Dominum virtutum Christum Regem, qui Patris virtus est, cuncta sustentans, protulisti.] Hanc præterea illam esse tradit, quam dæmones specialissime timeãt ac oderint, quum sit illis valde grauis atque terribilis, quasi castrorum acies ordinata. Vnde bellatrix egregia dicta est, eundem hostem velut expugnans, qui primus primam mulierem supplantauit, præsertim quod humilitatis suæ virtute Spiritum elationis exploserit, vt vetus author[a] affirmat. Hæc demum vt multi asserunt, serpentis antiqui longè pessimum & pestilentissimum illud semen, hæreticam nempè prauitatem, deuicit atque cõtriuit. Quocirca[b] Bernardus dicere non veretur: Nimirum ipsa Maria est quondam à Deo promissa mulier, serpentis antiqui caput virtutis pede contritura, cuius planè calcaneo in multis vertutiis insidiatus est, sed sine causa: sola enim contriuit vniuersam hæreticam prauitatem.]

Maria mulier fortis, quã in Spiritu prædixit Salomon.

Libro 3. de laudib. Virg. art. 11. & in ca. 3. Genes.

Hebr. 1

Cant. 6

a In ferm. de natiuit. Virg.

Creatoris mater.

b Ser. de Maria Virgine ex verbis Apocalyp. Genes. 3 In libro 1 Cantic.

Seem. de natiuit. Mariæ Proverb. 31.

Quod vltimum dictum non à Bernardo & Ruperto doctissimis viris primum inuentum, sed ex vetesti & solenni Ecclesiæ cantico acceptum est, quo publicè tot seculis decantatur? Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses interemisti, quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti. Et ante annos mille ducentos ita scripsit Sophronius, siue, vt alij volunt, Hieronymus: Hæc est Virgo, quæ sola interemit vniuersam hæreticam prauitatem.] Quæ omnia Sectariis è venenato serpentis huius semine procreatis non possunt esse non ingrata, & sub hoc quidem prætextu oppugnantur, quod Christi vel excludant, vel obscurent gloriam. Atqui norunt, & vltro fatentur Catholici, à Christo ceu perenni fonte, bona omnia dimanare, qui tamen sua dona sæpè Sanctorum merita & ornamenta & priuilegia esse velit, quique à B se minime alienum putet, si potestatem sibi à Patre collatam, in sui corporis mystici membris magis ac magis reddat cõspicuam. Quod si in Sanctis vllis, certè in matre lectissima ille potens, ille gloriosus atque admirabilis apparere gaudet, ac per eandem, sese ad dissipandos Hæreticos, vt re ipsa sæpè probatum est, terribilem atque præpotentem ostendit. Quod si Maria, vt diximus, antiqui serpentis caput contriuit, cur non serpentinum quoque semẽ, quod maximè in Hæreticorum colluuie sese prodit, simul contriuisse dicatur? Aut si semen illud benedictum ad Christum referas, qui caput serpentis contriuerit, ac veritas manet æterna, suaque luce & virtute omnes errorum tenebras dissipat, habet inde suam quoque laudem tanti Filij mater, quæ tanquã Lucna, vt Epiphanius tradit, inuictum illum Leonem de C tribu Iuda, hæreticæ prauitatis domitorem gentis: quæ insuper fidem de hac ipsa Christi victoris potentia & maiestate præ omnibus illustrem tenuit & excellentem. Hæc enim est[c] victoria, quæ non modo mundum, sed etiam perfidiam hæreticam vincit: hoc[d] scutum, in quo tela nequissimi ignea extinguuntur, fides inconcussa. Quid autem Mariæ fide firma, solida, immobili præstantius? quid admirabilius? quid ad omnes omnium Hæreticorum insanias & oblatrationes atterendas robustius quæso? præsertim si de primis & præcipuis loquamur hæresibus quæ contra Diuinitatis mysterium, & vtramque Christi naturam arte Satanica velut ab inferis in orbem eruperunt. Proinde hanc ipsam fidem Virginis cognata Elizabetha, quamlibet sancta, tantoperè suD spicit, atque, vt alibi diximus, publice prædicat. Sic ergo virtutem in hæresibus extinguendis, & in erroribus elidendis Mariæ largimur, nihil vt Christo bonorum omniũ authori atque donatori surripiamus: quemadmodum Lunam extollimus, & aërem per illam dicimus illuminari, nullam vt iniuriam Soli Planetarum principi inferamus, à quo certè Luna ipsa & totus orbis inferior primariam suam accipit claritatem. Atque hæc satis fuerint ad Mariam de Dæmonibus ac Hæreticis triumphantem, quantumuis Catholicę veritatis hostes fremant & frendeant, obiter propugnandam. Verum enimuerò non vident, nec animaduertunt cœci & stulti homines, quam præsentem consolationem & opem ex eo capiat Ecclesia, quod Mariam vt matrem fidissimam, sibi in cælo fauentem, & apud Christum patrocinãtem, tantumque luminis & roboris impetrantem habeat, vt circumuolitantes istos erroris spiritus facilè agnoscat atque profliget. Facit id sane Christus cuo

Maria terribilis in damnationibus, & hæreticæ prauitatis destructione.

Vox pontificia de Maria vniuersam hæreticam prauitatem exstinguente.

Ser. de assumptione B. Virginis.

An Christi honori deroget, quod eum bene multi beatum & præditum Maria vocent?

Christus nemine priuatim dona quibusdam Sanctis cõmunicare dignatur, & mirabiliter Maria & qui Mariam operatur.

Ecclesia Dei vniuersa, & vnicè pia & Maria cultrix.

Psal. 120.

Ecclesiæ exemplo Mariæ eius Hæreticos terrefactur.

custos Israelis, & verus inuictusque Dauid, sed eo libentius facit, quo illi gratior est persona matris, pro afflicto populo, proque contempta & oppugnata sua Sponsa intercedentis. Videas interim Ecclesiã exẽplo Mariæ pulchrè sese conformantem, vt fide nunquam deficiente, & patiẽtia constante munita, etiãsi ad tempus blasphemos ferat hostes, portas tamen inferorum sæpè tandem confringat, ac tenebrarum principes vehementer nonnunquam exterreat, dẽque ipso Satana subinde glorioso triumphet.

CAPVT DECIMVM.

Quid nobis de Erasmo Roterodamo sit iudicandum, qui ætate nostra vel primus aduersus beatæ Virginis laudes & titulos quædam in suis scriptis disseminauit, ac rursus tamen eandem præclaris titulis ornauit ac inuocauit. Præterea quantum Virgini matri Oecolampadius tribuat, quamque magnificis titulis illam illustret.

Qualis prídẽ fuerit Erasmus Roterodamus, partim quidẽ laudabilis, partim reprehensibilis.

NONDVM anni sunt quinquaginta, quod Erasmus Roterodamus in humanis fuit, vir sanè sua ætate vbique percelebris, & præclaræ inter doctos existimationis. Fuit enim in eo, quod negari non potest, ingenium lepidum & periucundum, Latinæ Græcæque linguæ peritia singularis, eruditio multiplex, mira scribendi facilitas & copia eloquentia verò, vt illis temporibus, tara & admirabilis. Cæterum quemadmodum diligentia eius & doctrina ad bonarum artium studia excitanda, & à barbarie vindicãda multis haud parum contulit, ita rursus, si libere dicẽdum est, in rebus Christianæ religionis, & quæ ad Theologiam spectant, tum sibi tum aliis, haud parum incommodauit. Etenim qua C ipse vsus est, hanc alios etiam docuit immodicam libertatem, in veterum scriptis, in Ecclesiæ constitutionibus, in Theologorum sententiis, in publicis ritibus iudicandis, imò & conuellendis atque exagitandis. Igitur quod veteres de Philone viro disertissimo dicere consueuerunt: Aut Philo Platonizat, aut Plato Philonizat, hoc permulti de ipso etiam tandem pronunciarunt in hunc modum: Aut Erasmus Lutherizat, aut Lutherus Erasmizat. Et tamen fatendum est, si sincerè iudicare velimus, inter Erasmum & Lutherum permultũ interesse. Ille Catholicum semper nomen retinuit: hic Ecclesiæ Catholicæ manifestus non solum desertor, sed impius etiã oppugnator, multarumque Sectarum caput extitit. Ille arte potius quam potestate, sicut de Iuliano dixit Orosius, religionem est insectatus, magnam sæpè suis vel opinionibus vel erroribus cautionem ac moderationem adhibens: hic autem natura vehemens, turbulentus, ardens, factiosus, modum omnẽ excessit, ad extremaque ruit præceps, tàm arrogans vt nulli cederet, tàm durus & pertinax in sententiis, vt suis etiam sæpè visus sit intolerabilis, tantò demũ Ecclesiæ odio inflammatus, vt ad illius exitiũ aperto Marte & furiosissimè nihil non moliretur. Iudicauit Erasmus quæ in Theologorum doctrina & Ecclesia improbanda corrigendaque putabat, atque ita siue sciens, siue imprudens Momum egit, vt magnam simul fenestram Luthero & aliis aperuerit ad religionem vniuersam innouandam, & ad tumultus eos concitandos, quos in Christiano orbe nunc maximo malo consecutos esse videmus, satisque deplorare non possumus. Vnde illud etiam à multis vsurpari cæpit, Vbi Erasmus innuit, siue ioco scilicet, siue serio agens, illic Lutherus irruit, & quæ ille oua pesuit, hic tandem excubuit.

A scriptis Erasmi Theologi cuiusdã Ecclesiæ Censuram accemur.

Illud certo constat, Theologica Erasmi scripta, quæ permulta ille quidem edidit, nec posse hodie, nec debere vndequaque defendi. Quandoquidem Censura Ecclesiastica, quæ apud Orthodoxos quidem valet ac valere debet plurimum, Erasmica scripta, paucis exceptis, legi vetuit, & grauissimas ob causas, licet authorem ipsum non damnauerit, tamẽ eius opera velut Lectoribus obfutura potius quàm profutura, improbauit. Atque hæc ego vel inuitus præfari cogor, priusquam nonnulla ex Erasmo in medium adfero, in quibus ille pios tanto vehementius quidem offendit, quantò indignius Deiparæ honorem impetere, & haud obscurè violare nõ dubitauit. Offendit, vt exemplis rem explicem, quod alicubi Mariam inducit, quæ sua epistola ad Glaucoplutonem data nominatim commendat Lutherum, quandoquidem is Diuorum inuocationem superuacaneam esse tradat ac suadeat. Quid enim omnino turpius, quid magis criminosum sanctissimæ Virgini poterat affingi, quàm quod apertis Ecclesiæ hostibus, quorum hodie Lutherus est princeps, faueret, ac damnatis iam olim Vigilantij erroribus patrocinaretur? Offendit, quod in eadem epistola pleraque vota hominum improbat, quæ cum aliis Diuis, tùm Virgini matri, vt apud Deũ intercedat, honestè pieque concipiuntur. Quin & nautas Mariam inuocantes ridet: quòd eidem hunc in modum acclament: Salue Regina. Stella maris, Regina cæli, Domina mundi, Porta salutis. Quæ preconia vt Patribus ignota non sunt, totque iã seculis ab vniuersa Ecclesia celebrantur, sic etiam commodas habent interpretationes, quemadmodum eruditi sæpè mõstrarunt, & citra vllam Christi iniuriam in vsu retineri possunt, sicut postea demonstrabimus. Offendit, quod Virginem Christi matrem (pudet profecto dicere) Veneri in maris præfectura substituat. Id quod Luciani cum spiritum in Erasmo sæpè notatum redolet prorsus, quando toties ille gaudet irridere Diuos, & quæuis propemodum sacra ludificari, iocularesque cauillationes religioni admiscere, eamque turpiter inficere & labefactare non desinit. Tam pulchre seruauit decorum, qui Theologus castissimam Virginem impudicissimę Veneri, & Christianam pietatem cum superstitione Ethnica comparauit. Offendit, quod multorum in colenda Virgine studium deputet superstitioni, & cũ Christi

In colloquio peregrinationis religionis ergo.

Indicatio locorum, in quibus de Mariæ cultu nõ optimè sentit ac loquitur Erasmus.

Proverbium vulgo iactatũ vel Erasmum Lutherizare, vel Lutherum Erasmizare, inter Erasmũ & Lutherum nullum esse discrimen.

In Erasmo spiritum Lucianicum multorum iudicio recedisse.

Vbi Erasmus innuit, illic Lutherus irruit, vt vulgo inquiunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniuria velit esse coniunctum: perinde ac si Virginis matris potius quam Christi Domini præsidio fidat, putentque matrem Filio iam cum Patre regnanti posse imperare. Sed quotusquisque tam tardus & crassus, omnisque veræ pietatis rudis & imperitus erit, qui ad precandam Virginem hoc animo accedat, vt matrem Christo vel exæquet, vel anteponat, neque plus fiduciæ, dilectionis & reuerētiæ in Christo: quam in Sanctis omnibus collocandum putet? Atque vt sint homines quidem adeò vel deliri, vel superstitiosi, vt Mariam impensius quam Creatorē & Redemptorem suum colere & inuocare videantur, an propter subrusticum paucorum errorem, cōmunem bonorum pietatem suspectam facere, ac totius Ecclesiæ institutum odiosum reddere, omnemque Mariæ cultum apud plerosque vel in neglectum vel in cōtemptum adducere debebat Erasmus: Offendit denique, quod illorum errorem non obscure confirmat, qui sacrosanctam Virginem non solum originali, sed & actuali peccato contaminatā videri volunt, sicut nunc quidem Sectarij pestilenter affirmant. Etsi hic sibi non satis constat, cum alibi contrariam asserat sententiam, vt supra etiam indicauimus. Fuit enim hoc nimium illi familiare, vt parum constanter ac grauiter de sacris doceret, præsertim quod Scholasticorum & Monachorum odio magis quam sincerę veritatis amore ad dicēdas multis in rebus sentētias commoueretur. Nam illi etiam vsu venit, quod non temerè dici solet, nimium altercando veritatem amitti: & quo magis se suaque scripta perpetuò excusat atque tergiuersatur, eò minorem sibi fidem & existimationem apud doctos conciliat: præsertim quod Pyrrhonicam in multis Theologiam sequi videretur. At nos alibi de hoc Batauo plura disseruimus.

Eraſmus in Multis varius, iam affirmat, iam dubitat, Mariā ab omni peccato immunem esse.

IAM verò vt supradictis fides certior cōstet, Erasmum ipsum loquentem inducemus, eiusque verba nonnihil ponderabimus, nimirum vt ratio habeatur illius Euangelicæ regulæ: Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Extat colloquium Naufragij nomine inscriptum, in quo Erasmus sub Adolphi persona hæc velut ridens commemorat: *Nautæ canentes: Salue Regina, implorabant matrem Virginem, appellantes eam stellam maris, Reginam cæli, Dominam mundi, Portam salutis, aliisque multis titulis illis blandientes, quos nusquam illi tribuunt sacræ literæ.* Nos verò de solenni Cantico, Salue Regina, posteà viderimus, eiusque pium & laudabilem vsum nō minus contra Lutherum furentem, quam aduersus Erasmum iocātem vindicabimus. Quod ad titulos Virgini matri attributos, & in Ecclesia iampridem vsitatos attinet, mirum sanè, cur eos tam leuiter hoc loco conuellat Erasmus, qui tam multos id genus & præstantiores ferè titulos, vt posteà monstrabimus, in suis scriptis Mariæ largitur. Sed vt fucum modo prætexat temeritati, ad Scripturas, quæ id genus titulos Mariæ nesciant, callide prouocat. Est ita quidem in sacris literis vsitatum, vt cum de Maria mētionem faciunt, mirandam simplicitatem, & simplicem breuitatem obseruent. Verum eodem ferè modo de Christo differunt, quemadmodum illæ loquendi formulæ argumento esse possunt: [a] Dixit Iesus discipulis suis: [b] Hoc signum fecit Iesus: [c] Multa quidem & alia signa fecit Iesus. Quid ergo mirum, si de Maria tractantes Euangelistæ, simplicissime loquantur: [d] Nomen Virginis Maria. [e] Erat mater Iesu ibi: [f] Maria conseruabat omnia verba hæc. [g] Stabat iuxta crucem mater eius? Proinde, sicut Christi Domini maiestati nihil adimit, illum in Euangelio sine vllo titulo vel epitheto Iesum, aut Filium hominis, vel magistrum appellari: ita de Maria iudicare fas est, quod, tametsi simplex de illa mētio in Scripturis sæpè fiat, non idcirco eximiæ illius dotes imminuantur, quodque illa præclaris titulis, quos probet Ecclesia, non sit defraudanda. Ac interea, velit nolit, Erasmus fateri cogitur, tam multa & mirifica de Domini matre in Scriptura prædicari, vt nullæ laudes, nulli tituli, quantumuis illustres & eximij, ineffabilem illius præstantiam æquare posse videantur. Quid enim vel vno illo eulogio sublimius, quid augustius: Aue gratia plena? quum Deus rationali quidem creaturæ nihil maius, quam gratiæ suæ plenitudinem, possit impartiri. Quales verò & quam gratiosos ac sublimes titulos, quum alibi, tum in libro Canticorum Mariæ decantat Spiritus sanctus? quemadmodum iam antè citati à nobis veteres crebro confirmarunt.

An rectè dicat Erasmus Mariæ tribuēdos non esse titulos sine scripturæ testimonio.

Matth. 12.

Examinatio verborū Erasmicorū ad Mariæ cultū pertinentium.

a Matth. 16. & 19.
b Ioan. 2.
c Ioan. vlti. d Luce. 1
e Ioan. 2

Q V Æ autem ista hæc Erasmi est religio, vt quæ sacris literis explicata non sunt, Mariæ in hac parte nolit attribui, cum ipse alioquin tam multa, quæ à doctis meritò reprehensa sunt, Christo simul & omnipotenti absque Scripturis vllis ascribere non vereatur? Vbi enim scriptum legit, quod affirmat Christum Hierosolymæ, non modo purificatum, sed & circūcisum? Vbi [i] legit, Christum cum matre tam gratiter expostulasse, vt dixerit: Hactenus tuæ voluntati me præbui morigerum: quod nūc restat ex arbitrio Patris gerendum est, non ex humano præscripto: Alibi mater fuisti: posthac mihi nihil aliud eris quā mulier, quoties verſor in Patris negotio? Vbi [k] legit, quod Christus baptizatus, à solitudine siue deserto ad matrem aut nutricium Ioseph reuersus non fuerit? Vbi [l] legit, quod cum Dominus tres discipulos agonis sui testes assumeret, reliquos octo velut imbecilliores adiungere non auderet? Quæ tamen omnia, sicut & alia plura, idem Erasmus sine Scripturæ, sine Patrum authoritate, licenter nimis audet asseuerare. Ac eadem porrò licentia Deiparam tractat, pleraque illi confidēter affingens, quæ nec vera, nec probabilia, nedum Scripturis tradita esse videantur. Exemplo sit, quod cū Maria ad cognatam Elizabeth proficisceretur, in toto itinere neminem salutauerit. Rursus, quod illa in pueritia & infantia Christi, de ipsius Diuinitate veram non habuerit cognitionem. Præterea eandem Domini matrem die à partu quadragesimo secundo adiisse templum Hierosolymitanum, tunc que primum suum puerum obtulisse. Adhæc, quod parentes Iesu cunctis rite peractis, quæ ad purificationē præscripserat Lex, reuersi sint in Bethlehem, vbi natus erat puer. Eat igitur Erasmus, & quam legem ipse turpiter violat, ab aliis pergat exigere, vt sine Scripturæ testimoniis, Deiparæ tribuere non liceat, quod illi tot seculis tribuit Ecclesia, præsertim honorifice admodum ac reuerenter illam præ Sanctis reliquis salutans atque compellans.

Eraſmus malēta sine Scripturis & contra Scripturam de Christo affirmat, pugnat etiam vbi Paraphrasten agit Euangelij.

f Luce 2. & Ioan. 19

Nec Christo nec Virgini derogat quicquid piè ac pure in Scripturis appellentur.

Eximios titulos Deus in Scripturis Mariæ tribuit, ac tribuēdos esse docet.

i Luce 2.
k Matth. 3
l Matth. 26
Luce. 2

Luce 1.
Luce 2.

ASPERIOR adhuc Erasmi locus est in dialogo, qui de peregrinatione religionis ergo, tractat, & inauditum de Maria figmentum proponit, quæ Glauco pluto epistolam, cuius etiam supra meminimus, scripserit his verbis ordiens: *Quod Lutherū secutus sit, ne tu suades superuacaneum esse, in quem Deus, ante quidem ipso no-*

Exemplum eorum ad quæ progressus Erasmus in quo malè cauisse videtur.

mine bonam magnamque inisti gratiam, scito. Nam antehac tantum non enecabar improbis mortalium opplorationibus. Ab vna postulabantur omnia, quasi Filius meus semper iussus esset, quia talis fingitur pingiturque in sinu meo. Pudet enim ac piget reliqua cōmemorare, quæ pias aures possent offendere, & tamē Erasmus à Maria Iesu matre ex æde, nescio qua, lapidea, & certo quidem Christi passi anno scriptā, ac eiusdem Virginis manu subscriptā, edidit. Sic autem habet subscriptio: Beata Virgo mea manu subscripsi. Initium verò habet: Maria mater Iesu Glaucopluto. Finis demum: Hæc te scire volui. Tu cogita quid mihi respondendum censeas. Nam mihi planè res cordi est. Ex æde nostra lapidea. Calend. August. Anno Filij mei passi M.D.XXIIII. Quanquam verò monitus erat à Parisiensibus, hæc ridicula quidem, sed blasphemiæ proxima esse, nihil tamen postea correxit in codice, vel mutauit, sed tanquam iocum, qui in statuam Virginis caderet, excusandū putauit. Enimuerò valeat cum sua improba procacitate & procaci impietate Roterodamus, qui si aliter quidem Lucianus esset, quid obsecro, ad iudificandum petulātius fingere, si Vigilantianus aut Lutheranus, quid contra Virginis cultum turpius effutire potuisset? Rectius tunc illi, quam postea, cum Luthero conuenisse videtur: tam apertè illius instituto velut superis grato patrocinatur, & Diuorum inuocationem sub Lutheri persona superuacaneam censet, eosque velut Mariæ & Diuis molestos ridet, qui sese illorū precibus ad quædam à Deo impetranda cōmendāt. Quod si putet, hanc tantam licentiam plusquā Poëticam per iocum excusari, probisque comprobari posse, omnino fallitur, tum quod hoc pacto in sacris iocari, Christiano, nedum Theologo sit nefas, tum quod scribat ex instituto pueris, quorum imprudētem, lubricam, imbecillem, & ad malum vsque proclium ætatem vir grauis, & qualis ipse haberi volebat, fidelis institutor, lōgè aliter atque sincerius ad Ecclesiæ Catholicæ normam informare debuisset. Vtinam verò fallantur, qui censent Erasmū in multis malè sibi constare, & sæpè non bono genio agitari, præsertim cum plerosque ritus Ecclesiæ, adeoq; Virginem matrem ac Diuos alios non obscure ludificatur. Atque hæc pars est illorum colloquiorum quæ & bonos facilè corrumpant, & malos deteriores reddant, dum adeò Satyrice, petulanter, ac impure tam de rebus quam de personis sacris garriunt, digna profecto, de quibus suam censuram viri graues magnæque authoritatis præsules ederent. Eius censuræ summa est, nec decere neque expedire hoc seculo, vt puri animi tam impura lectione contaminentur, & cauendum esse in posterum, ne boni discipuli ex præceptore non bono dediscenda discant. Ac res ipsa demonstrat, quam sit indecorum ac turpe, senem Theologum tales docere nugas, & scurrā ferè impium vel agere vel simulare, deque sanctissima Dei matre, & causa religionis tam futiliter scribere, ac pullulantibus tunc etiam erroribus si non suum calculum addere', at certè quidem fomentum præbere. Et siue serio demū ille, siue ioco agat, haud sanè conueniebat, damnatæ memoriæ homines hoc honore dignari, vt eorum fautrix vel patrona virgo sanctissima constitueretur, vtque certa Ecclesiæ sententia, quæ Sanctorū inuocationē tot seculis astruit ac defendit, ab eo in dubium vel leuiter reuocaretur atque cōtra Hieronymi doctrinam labefactaretur.

Eraſmum excusari non posse quod ioco scripserit in dialogo.

Quid sentiendum sit de colloquiis Eraſmi.

Eraſmi in suis colloquiis erga Mariæ nugas, & ridiculum horum tum odium indignatæ nouerca.

Eraſmi testimonia, in quibus Mariam eiusque cultū apprime commendat.

Epithieta Virgini præclara tribuit Eraſmus.

Quemodo Mariam saluter Eraſmus, eam aduocatā agnoscens.

In precationibus Danielis à Paungartnero inscriptis.

Mundus Iesu & Mariæ nomen præcipue veneratur.

Quomodo Mariam inuocet Eraſmus.

In Liturgia Lauretana.

C Cætera quæ ad pleniorem confutationem faciunt, è sequenti contra Lutherum disputatione facilè colligentur: nolumus enim hoc loco plures cumulare nugas, quas alij è scriptis Erasmicis satis multas excerpserūt, & cum verā pietate pugnare conuicerūt.

SVNT tamen & alia eiusdem Erasmi loca, in quibus ille longè rectius ac reuerenter admodum de Mariæ cultu sentit ac loquitur, vt nescium sanè magisne ille Virgini sacrosanctæ detraxerit, an fauerit: propemodum dixerim, non tam insignem eum fuisse Mariomastigen quam Encomiasten. Extat illius Pæan Virgini matri dicendus, & obsecratio ad Mariam in rebus aduersis recitanda, tum Virginis Lauretanæ Liturgia: sed & pluribus aliis scriptis Deiparam amplissime verissimēque commendauit. Quas verò maiores laudes, quę illustriora epithera in Virginem ille conferret, præterquam vbi appellat eam vnicum cæli decus, certissimum terræ præsidium, præpotentem nostram Dominam, augustam cæli terrarumque Reginam, huius nostri pelagi stellam, terræ nostræ Lunam, imò spem vnicam nostrarum calamitatum, quæ quidem inter cœlites vna tantum vel meritis vel gratia, vel authoritate polleat, vt sola iudicis iram possit restinguere? An non Mariam salutat, cum ita loquitur Pæan: Salue inclita Regum progenies, Sacerdotum decus, Patriarcharum gloria, Cœlitum triumphus, Inferorum formido, Christianorum & spes solatium? Ac velut Angelicam salutationem exponat & illustret, alibi Mariam ita compellat: Aue Maria prudentium virginum Regina, quæ nobis Euæ fatuæ virginis maledictionem vertisti in benedictionem. Salue mattrum pudicarū decus, quæ salutem omnibus peperisti. Gaude Angelorum & hominum gloria, quæ cœlestium gaudiorum fontem citra virginitatis iacturā enixa es.] Ac deinde post pauca subiicit: Agnoscit orbis vniuersus, & quanto honore te dignatus sit Deus, & quantum ipse honorum per te accepetit, eóque duo nomina præ cęteris veneratur, Iesu Filij tui, ad quod sese inflectit omne genu cælestium, terrestrium & infernorum, & Mariæ Virginis, ad cuius mētionem hilarescunt ac recreantur omnes animæ nomen Iesu diligentium.] An nō Mariam aduocatam agnoscit, qui his verbis illam affatur, Diuinitati proximæ es, ne illic nobis deesses aduocata: plurimum apud eum vales, vt esset cuius precibus & authoritati iustam in nos iram suam posset donare? Quid verò aliud, nisi precantis, & Mariam suppliciter inuocātis est oratio: Certa fiducia, en, ego pronus tuis aduoluor pedibus, illis quibus etiam cœlites ipsi sese substernunt, præsentes tuo numini supplices tendo manus. Succurre, quæso, mea seruatrix, mea salus, meum vnicum certissimumque perfugium Maria, præfulge stella salutaris caliganti, dirige errantem, aspira laboranti, confirma vacillantem, fulci nutantem, adsis periclitanti. Serua meum dulce decus, animulam hanc, quæ sese tibi, quanta est, nuncupat.] Et rursus idem: Per omnium, inquit, qui in te spes fixere suas, vota, obsecro obtestorque, Virgo intemerata peccatoris huius patrocinium apud Filium suscipe: eius iram, quam meis flagitiis exciatui, deprecare.] An non inuocantis hoc quoque carmen est:

Esto Virgo fauens, qui moduli te celebrant pijs,
Iram auerte Dei, ne feriant fulmina noxios.

POSTREMO quid mirum, si religionis ergo votum suum Deiparæ nuncupauit, & nuncupatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erasmum magis Catholici fauere quam aduersarijs, circa cultum Deiparæ.

Laureti persoluit Erasmus, qui Virginis etiam matri Annæ, & diuæ Genouefuæ votiua carmina conscripsit, seque fido illarum patrocinio commendauit? Quare non habent aduersarij, cur Erasmum à se stare glorientur, eumque in Mariana causa nobis opponãt, quum vix vllum alium huius æui scriptorem, quem ipsi suspiciant, Mariæ magis addictum & deuotum, deque illius honore præclarius disserentem nobis demonstrare possint. Tum ex his Erasmus ipse refellitur, qui vt diximus, titulos in Ecclesia receptos, quoniam in Scriptura non legantur, Mariæ tribuit tam ægrè sustinet, quique à mortalibus Diuos ac eorum præsidia implorari, vanum alicubi aut supertua caneum reputare videtur. Hærenti autem & hallucinanti in quibusdam Erasmo, qui neque per omnia sibi constare solebat, vt diximus, tanto facilius venia danda est, quod ipse postea respiscens, vehementer doluerit, se quondam in libris suis quædam incaute scripsisse, & prædicasse libertatem spiritus, cum nihil minus suspicaretur, quam tale seculum, & eiusmodi populum exoriturum, qui splendidis verbis iactaret libertatem Euangelicam, & hoc fuco deceptus, effrenem carnis licẽtiam amplecteretur. Atque hæc satis, vt arbitror, in Erasmũ dicta sunt, qui primus de Mariæ cultu litem, aut potius querimoniam nostra mouit ætate, & veteris ecclesiæ vsum atque cõsuetudinem in suis scriptis improuide satis ac odiose perstrinxit. Vnde mirabili iudicio Dei factum videtur, vt qui, vtroque velut pede claudicans, iam huic, iam illi parti placere desiderabat, neutri tandem parti satisfecerit, vtque antea summus habitus, modo apud Catholicos æquè ac nouæ religionis amatores parem propemodum, hoc est, exiguam sibi authoritatem seruet, ac omnẽ ferè amittat gratiam.

Cur venia Erasmo in quibusdã scripsis dari possit.

In Postilla ad amicum religiosum, & ad Cardinalem.

Quem fructũ & exitum è suis scriptis Erasmus tandẽ reportarit.

VERVMENIMVERO vt sint aduersarij paulò æquiores, minusque pergant indignari nobis, qui semper in colenda Virgine matre immodici, & plus æquo accurati esse censemur, cum vix exiguam honoris debiti partem illi præstemus, authorem illis dabimus, qui nostrum institutum confirmet, nec illum quidem indoctum & rudem, sed linguarũ quoque peritum, neque Catholicum, sed inter nouos ministros nobilem & excellentem, quem ipsi solent admirari, quemque pro suo Episcopo habuerunt & coluerunt Basilæenses. Is est Ioannes Oecolampadius, qué nihil puduit magno in precio habere Virginem matrem, eamque præ Sanctis reliquis amare, & venerari, Sed ne quis mihi diffidat, illum ipsis loquentem in medium proferam, vt omnes de illo in Mariana causa iudicare possint. Sic igitur ad verbum pronunciat: *Recte admonet Propheta, vt in Sanctis laudemus Deum. In quo autẽ plasmate tam laudandus Deus, vt in Virgine Maria, quam hodie non solum inhabitare ceu templum sacratissimum sed ex ea, & in ea carnẽ assumpta homo fieri dignatus est? Cæli enarrant gloriam Dei, ne inuideant quem ipsi continere non poterant, Virginis vtero eligi dicitur. Obstupescant Angeli, quod ipsis præteritis Rex eorum ad Virginem diuerterit. Et quomodo non per Mariam laudabilis Deus, in qua se ostentat gratissime, si vspiam diuina cõmendantur munera in quam conuestita, quæ alicubi dissemi-nata: in qua refulgent, quæ alicubi inuite fuerunt? Nam vt hominis communicatæ creaturarum omnium dignitates, ita ista omnium humanarum eminentiarum particeps est. Quid mirum, si πανσοφολικὸς nulli non creaturæ comparetur, licaturque, vt est, cælum ornatissimum, pulchra vt sol, electa vt luna, clarior sideribus, fœcundior terra, profundior abyssis, candidior liliis, odoratior rosis, humilior violis, & rursus procera vt palma in Cades, exaltata vt cypressus in Sion, exaltata vt platanus iuxta aquas, exaltata vt cedrus Libani? Et quis colligeret omnia? Quid iterum mirum, si figuris sum Scriptura nobis eam deliniet, quas pij non expledunt, lucet doctiores sublimiora reconditioraque ex eis hauriant mysteria. Recte & ipse dicitur ardens rubus Moysis, virga Aaron, vellus Gedeonis, arca fœderis, turris Dauid, thronus Salomonis, hortus conclusus, fons signatus, porta clausa, vestimentum summi Sacerdotis, atque aliis modis. An & ad humanas laudes trenseundum? Quid ergo mirum, si dicatur, cum ita sit, quod fide vincat Abraham, patientia longanimitateque Isaac & Iacob, castitate Ioseph, lenitate Dauid, maiestate Salomonem, religione Iosiam: & vt semel dicam, omnes numeris omnibus vincat excellatque sta in vnoquoque virtutum genere, ac si solum illud peculiare fuisset. Supernacuum foret, eam conferre Sarae, Rebeccæ, Racheli, Deborae, Hester & aliis sanctis mulieribus, quæ & viros in tantum antecinit. Quin potius si cælestes Angelicaque virtutes nobis cognitæ essent, in eis liceret ubilibus cognoscere, quid illi cum vnaquaque commune. Sed quæ supra omnes, quæ Regina est omnium, quam Deus præ omnibus honorauit, cui similis non reperitur alia, quid non assecuta, quod eminentissimam probet? Et eodem in libro: Nollem, inquit, ex cultu Mariæ aliquid diminui, modo cultui diuino vero illi, quo colitur in spiritu & veritate, decedat nihil. Nunquam de me, vt in Domino confido, audietur, quasi auerser eam, eruga quam minus bene affici, REPROBATÆ mentis certum existimem indicium. Et quomodo non amarem? & quis est, qui non rapiatur in eius amorem, quam Deus ipse deamat quam venerantur Angeli & Archangelis, quæ peperit Salvatorem mundi, quæ humani generis est aduocata, quæ Regina appellatur misericordiæ? Eia horter iterum atque iterum, vt summis viribus per eam laudemus Deum.

Maria participeps omnium humanarum eminentiarũ.

Maximarum in mundo rerũ collationes ad Mariam recte referri.

Ferm. de laudãdo in Maria Deo.

Psalm. 150

Testimonium Ioannis Oecolampadii Mariam valde laudantis.

In nulla creatura adeo laudandus Deus, sicut in Maria Virgine.

Psalm. 18

Quibus vtitur Testimoniis figuris Mariæ ad illustrandã.

Quid Lectori de collatione in figuris Oecolampadij.

HÆc Latinè scripsit, hæc lingua vernacula, vt videtur, publicè pronunciauit, hæc Ioanni Iung Canonico, & in spiritualibus Vicario Frisingensi dedicauit, ac tum in lucem edidit Oecolampadius, cum Ecclesiam Catholicam deseruisset, minus vt mirari simul & irasci debeant aduersarij, nos in Maria veneranda persistere, quam tantus aloquin Ecclesiæ hostis suspicere cogitur, multisque modis apprime commendat. Sic autem Deiparam colimus, & colendam asseueramus, quemadmodum fatetur insignis iste Sectarius, eiusque sententiæ astipulamur, quoniam de suo nihil hic affingit, sed quam veritatẽ Birgittanus Monachus in Ecclesia Catholica didicerat, eã nunc repetit ac bona fide confirmat. Itaque nõ inuiti recipimus, quę tũ è scripturis tum è Patribus colligit nobis præconia, sed quæ Mariæ virtute, meritis & dignitate multo sunt adhuc inferiora, si cutnec ipse diffiteatur. Probamus & illud, Mariæ cultum in Ecclesia sic institui & celebrari oportere, vt huius diuini cultus, quem λατρείαν Græci vocant, nulla fiat diminutio. Augetur autem cultus diuinus & pulchrè illustratur, cum, sicut semper fecit Ecclesia, & iste fieri monet, in Maria Deum & mirauda Dei opera, munera, beneficia priuilegiaque contemplamur, suspicimus & veneramur: ad hæc cum, quę illi magna fecit & facit Deus, quęque per illam Angelis hominibusque bona diuinitus conferuntur, gratis recognoscimus animis, & hinc demum in tantę Virginis, quę Sanctis omnibus antecellit, amorem, venerationem, cultum, & qualemcunque imitationem excitamur atque prouehimur: eosque progressus in diuino cultu facimus, vt exemplo Mariæ fidem, spem & charitatem, quæ sunt heroicæ planè virtutes, Deóque nos arctissimè iungũt, augeamus atque confirmemus. Nec vllus vnquam satis explicet, quam ingens hinc solatium, quam firmum præsidium, quantúmque gaudium spirituale piis comparetur, cum sibi ob oculos rectè proponunt, & velut amplectuntur eam, qua nihil in cælis aut terris secũdum Christum Dominum amabilius, sublimius, augustius, venerabilius atque magnificẽtius potest reperiri.

Quod si Maria humani generis est aduocata, si Regina misericordiæ, quemadmodum Oecolampadius luculenter affirmat, alibi etiam Sanctos nobis inuocandos esse defendens, cur illam fidentibus non adeamus animis? cur votis ardentibus non imploremus, in cuius amorem rapi pulchrum, in qua celebranda perseuerare dignum, in qua Deum prædicare consentaneum, & per quam Christum sæpè multa largiri mortalibus constanter credit Ecclesia, multisque multorum experimentis est sæpè compertum, nullis, vt arbitror, præter impios, atque Sectarios hoc inficiantibus. Rectè igitur Oecolampadius non modo de Deo in Maria laudando disseruit, sed etiam de illa tanquam aduocata imploranda monuit, his etiam verbis postremam partem concionis absoluens: *Dignissima quæ super omnes creaturas laudetur imo per eam Deus glorificetur, in qua tanta Dei munera tam eminenter sunt conspicua. O diuinam clementiam, & immensam pietatem Dei, qui & Filio suo tam sanctam præparauit matrem, & nobis tam propitiam in omnibus cõ-*

Licet Mariã vt aduocatam nostram, & Reginam misericordiæ constituere & imitare iuxta Oecolãpadium.

In scholijs ederlis Christ. sessione.

Non solum Deus in Maria, vt creatura omnium diuinissima, laudandus, sed ipsa etiam tanquam aduocata imploranda iuxta Oecolampadium.

Quomodo cultus diuinus per Mariã in nobis augeatur & promoueatur.

Lutheri calumniæ & mendacia ad Mariæ cultum extinguendum cõparata.

Quid Lutherus propositã habuerit circa cultum Virginis

stituit aduocatam. Ea intercedente, &c. Nec à verò illud alienum est, quod idem præterea confirmat reprobatæ mentis indicium esse certum, si quis erga Virginem matrem minus benè afficiatur. Hoc si ita est, vt cum multis sanè piis & sapientibus viris haud temerè sibi persuasit Oecolampadius, viderint Mariomastiges, quod demum piaculum committant, in quam maledictionem incurrant, cum innocentissimam illam Dei matrem probris afficiunt, & in illã noua quæ sæpè prodidimus, congerunt crimina, nihilque ferè præclari, sed fœda mulra de illa profundunt, ac omnem ferè cultum Virginis in Ecclesia receptum calumniantur, irridentque, abrogant passim. An hoc est, obsecro, benè affici erga Virginem matrem? imò verò est hostilem & peruersum in illam animũ luce palam omnibus prodere, nec sibi tantum, sed & multis aliis nocere velle, quorum nempè animos ab illius sacrosanctæ Matris amore & cultu abalienare conantur. At charior est certè Christo Maria, quam vt inultum abire patiatur, quod ad matris honorem labefactandum, vel humana vel Satanica peruersitas, vnquam pertentabit. Veruntamen vt certius cõstet, Apostatas & Hæreticos (seipsis indices fieri deteriores, idem Oecolampadius [a] post scriptam eiusmodi homeliam, longè aliter de Maria sensit & scripsit, vtque reprobatæ mentis indicium, & specimen clarum ederet, tantæ Virginis laudem, titulos atque cultum tandem virulenter proscidit, vt idcircò Ioannes Faber, qui postea Viennensis Episcopus factus est, illius calumnias iusta disputatione depulerit atque dissiparit.

Reprobatæ mentis indicium certum est erga virginem matrem minus bene affici, Oecolãpadio teste.

Nouatores aperte prodũt se erga Virginem matrem pessime affectos esse, qui Dei vindictã effugere non possunt.

Oecolampadiũ aduersus Mariam bellũ apertum gessisse postea.

[a] *In sermo. de Festo omnium Sanctorum.*

[b] *In Epistol. Apologetica contra Ioannem Gerolampadium.*

CAPVT VNDECIMVM.

Contra Lutherum, Melanchthonem, Caluinum, nouos Apologeticos, Marbachium aliosque plures Nouatores disputatio, qui cultum Deiparæ Virginis in Ecclesia iampridem vsitatum, & præsertim titulos illi delatos, petulanter impugnant. Item de quibusdam Patrum sententiis, quæ Mariam imprimis ornant, rectè accipiendis.

Martinus Lutherus belli contra Mariã suscepti princeps nostro seculo.

AD Lutherum porro me conferam, qui abiecto Monachismo, vt immanem Ecclesiæ hostem, & furiosum Sectariorum antesignanum nostro seculo sese præberet, sicut alia multa religionis veteris pia instituta præse superbè contempsit ac repudiauit, sic etiam aduersus Mariæ cultum & venerationem nefarium bellum indixit Ecclesiæ, quod ad vitæ suæ finem vsque collectis vndique copiis hostiliter est persecutus. Quarè vt seditiosis discipulis quasi facem ad Marianum bellum præferret, palàm ita vociferatur: *Monachi nostri perditissimo suo Gnatonisme in mulierum gratiam, Mariam in hoc honoris fastigium collocarunt, & immodice laudes eius deprædicarunt. Nonne hoc est Christi gloriæ detrahere, quod creaturæ tribuimus ea, quæ Dei sunt, eique soli competunt? Volumus etiam titulum gratiosæ Dominæ tribuere, nec inuidere honorem, quo eam Deus dignatus est. Verum vt ex ea Deam quandam & Idolum faciamus, hoc non placet. At isti eam supèr omnes choros Angelorum euexerunt, & sic ipsius gloriam diminuerem, reddiderunt, quæ maxima impietas est.* Ac rursus, vt splendide porrò mentiatur: *Papistæ*, inquit, *Virginem matrem Mariam Deum constituunt, omnipotentiam ei in cælo & in terra attribuunt, quasi hæc ipsius propria sint.* Eiusdem vanitatis vox illa est: *In papatu omnes se ad Mariam contulerunt, & plus fauoris & gratiæ ab ea spectarunt, quàm à Christo ipso.* Adeò non pudet Lutherum, quicquid mala mens ipsi suggerit, ad veterem proscindendam Ecclesiam, cui capitale bellum intentarat, rabiosè falsòque conferre. Ac plures id genus flosculos, sed malè olentes alibi spargit, vt omnibus persuadeat, in Mariæ honore nimis profunde itum esse: pleraque enim illi tribui, quæ Dei sint propria, solique Christo competant. Igitur Lutherus non per cuniculos, sicut Erasmus, sed omni metu ac pudore posito, & aperto Martè sacræ Virginis cultum in Ecclesia vsitatum oppugnat, plane que abrogandum censet, quinetiam viuens vbi potuit, re ipsa abrogauit, eiusque abrogationis hæredes ac socios moriens valde multos reliquit, ne scilicet homo religiosus veteris superstitionis fermentum in suis tam sancte reformatis, aut potius omni vero cultu destitutis Ecclesiis vel admittere, vel præmittere videretur. Vbi à Lutheri magistri

In Postilla circa Euan. de Festo Assũc. Virg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

latere non diſcœdit Melanchthon, vtpotè palam in nos Catholicos inuehens, quod Mariæ Deiparæ nimium tribuamus: *Res loquitur ipſa*, inquit, *quod publicarit. Hanc inuocarunt homines, huius miſericordiæ confiſi ſunt: per hanc voluerunt placare Chriſtum, quaſi is non eſſet propitiator, ſed tantum horrendus iudex & vltor.* Atque hæc cum Theſeo ſuo Lutherus ſatis quidem impudenter.

In Apologia confeſſionis.

In ſuperiore Lutheri oratione multa falſa & fœda commiſceri.

Firma & vetus Eccleſiæ confeſſio eſt de Maria ſuper omnes Angelos exaltata non autē Monachorum inuentum.

Libr. 2. de excellent. Virginis cap. 4

Quot modis fallacem Lutherus ſe præbeat in verbis propoſitis.

Quòd ſi ſuperiora Lutheri verba nobis ad trutinam reuocanda ſunt, primum ille, vt vetus Hæreticorum mos eſt, veris falſa permiſcet, eóque facilius incautis & rudibus verſipellis imponit. Fatemur communem & publicam Eccleſiæ confeſſionem eſſe, quod Maria ſuper omnes Angelorum choros exaltata ſit: neque hoc Monachorum, vt ipſe videri vult, figmentum dici poteſt, ſed ante mille annos traditum, creditum, ſcriptum, decantatum in Græca & Latina Eccleſia retinetur, ſicut ex multis Patrum ſententiis, quas adduximus, conſtare liquido poteſt. Vnde in hunc vſque diem, tot ſeculis, vbique gentium canit Eccleſia: Exaltata eſt ſancta Dei genitrix ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna. Et Anſelmus non minus verè quam perſpicuè dixit: Tota Chriſtianitas Mariam ſuper omnes cælos exaltatam, & Angelicis choris prælatam certiſſime credit.] Probet autem, ſi poteſt cum toto ſuo grege Lutherus, quiſnam Monachorum, & vbi, vel quando in hunc ſenſum dicere vel docere primum Eccleſiæ ſuaſerit perſuaſeritue: id quod ante Sophronij vel Hieronymi ætatem, id eſt, ante mille ducentos annos apud Orthodoxos receptum, probatum ac decantatum fuiſſe ſupra demonſtrauimus. Speciosum & illud eſt, quod iactat Lutherus, ſibi non placere, vt ex Maria Deam quandam & Idolum faciamus, ſe verò paſſurum, vt Deipara titulo gratioſæ Dominæ compelletur, nec ſe illi honorem inuidere, quo eam ipſam Deus dignatus eſt. Quis enim Catholicus non eodem modo ſentit ac loquitur? ſed latet profecto ſub lapide ſcorpius, nec tutum eſt affirmanti, adeoque iuranti Luthero, etiamſi in Angelum lucis ſeſe transformaret, fidem adhibere. Fallit in eo certè, quod ſe ac ſuos, qui nihil de Mariæ honore atque cultu ſolliciti ſunt, pios: Catholicos verò eandem Domini matrem honorantes atque colentes, idololatras facit. Fallit, dum gratioſæ titulum & eum honorem, quo Mariam dignatus eſt Deus, ſe illi non inuidere ſimulat: diuinos autem honores eidem tribui ſe ferre poſſe negat, quum interim ne antiquiſſimum illum quidem & probatiſſimum, & à Deo per Angelum tributum titulum, illi integrum relinquere dignatur, quo gratia plena, vt ſupra demonſtrauimus, ritè nuncupatur. Fallit, quod longæuum Eccleſiæ morem in honorificis laudibus Mariæ deferendis adeò non recipit, vt eum etiam, tanquam impium & perditiſſimum Monachorum Gnatoniſmum, relegare non vereatur. Fallit, quod eiuſmodi laudes in mulierculorum gratiam vel inuentas, vel retentas eſſe conſingit. Fallit, cum contendit hoc præclaro Eccleſiæ inſtituto, quo Maria publicè laudatur & colitur, Chriſti gloriam obſcurari, & ea quæ Creatori ſunt vnicè tribuenda, in creaturam peruerſè impiéque transferri. Fallit, communem piorum ſenſum atque conſenſum impie damnans, qui Mariæ ſuper choros Angelorum euectæ ſummum honoris faſtigium

A qui in ſanctos quidem competere poteſt, priuatim aut publicè deferunt atque gratulantur. Atque vt ſemel deſinam, fallit, nimiumque craſſe mentitur cum Melanchthone Lutherus, dum Orthodoxis attribuit, quod beatam Virginem loco numinis conſtituant, & ex omnipotentia commendent, vel Redemptori Chriſto exæquare ſtudeant, ita vt huius officium, gratiam & meritum, in MARIAM transferant vtque ſe per matrem Domini, velut cauſam meritoriam, ſecundum iuſtitiam iuſtificari & ſaluari confidant. Calumnietur quantum velit cum ſuo duce Luthero Melanchthon, nunquam ſanè probauerit, Mariam ſic in Catholica Eccleſia prædicari atque coli, vt ſit fons & principium gratiæ, victrix mortis aut hominum viuificatrix. Inane iſtorum commentum eſt, propter Mariæ cultum B Chriſti mediatoris aboleri officium, noſtramque in Deum fiduciam veram extingui. Quoniam verò multi ante nos in hac certarunt arena, ſat habeo vnum Ioannem Cochleum, qui Lutheri cauillos bona ex parte iampridem diluit, hoc loco citare. Reſpondet igitur ille, omnem honorem qui à Catholicis Deiparæ tribuitur, tantæ Matris meritis & dignitati imparem eſſe, eam verò non Deam, ſed Dei veri matrem nobis agnoſci atque reputari, per quam legitimè honoratam Chriſtum non ſicut iſti volunt, inhonorari, ſed propter Chriſtum potius illam ipſam à Catholicis laudari atque coli. Adungit, improbam & in Monachos nimium ſcurrilem, atque adeò in Dei matrem verè blaſphemam eſſe calumniam, quo noui Sectarij cum Luthero ſinguntur Monachorum arte factum ac introductum, vt in C mulierculatum gratiam eadem Virgo ſacroſancta tantoperè in Eccleſia per mendacium honoretur. Etenim tacentibus etiam Monachis non deeſſe Mariæ cultores plurimos, & cultrices Virgines ac viduas innumerabiles, in quibus pietatem ac honeſtatem ſingularem comperiamus: tum in ſancta Elizabetha, quæ Ioannis Baptiſtę mater ornatiſſima fuit, Mariam deuote laudandi & honorandi & præclarum nobis exemplum oſtendi. Quod ſi tam eximia & magnifica, quæ in Euangelio ſacro leguntur, rectè in Mariam in terris adhuc peregrinantem competunt, cur, obſecro, de illa in cælis triumphante minus iam ſentiamus, ac inferiora quædam prædicemus? Cauilletur, vt vt velit Lutherus, per honorem Mariæ tributum diuinam Scripturam à Catholicis mendacem reddi: at res ipſa docet, eidem Scripturæ D detrahi, & quaſi vim inferri, quum tantæ Matri honos in Eccleſia vſitatus & probatus detrahitur, potiſſimum ab impio & Iudaico Virginis blaſphemature Luthero, qui tantum ſanctimoniæ ſibi, quantum beatiſsimæ Mariæ audet adſcribere & vendicare.

In Apologia confeſſionis.

In ſuperiore Lutheri oratione multa falſa & fœda commiſceri.

Firma & vetus Eccleſiæ confeſſio eſt de Maria ſuper omnes Angelos exaltata non autē Monachorum inuentum.

Cochlei aſſertio contra Lutherum cauillum refutata.

Libr. 2. de excellent. Virginis cap. 4

Quomodo Catholicus Christianus Mariæ cultū indirectè petulanter oppugnet.

Neque tacet virulentus Eccleſiæ hoſtis Caluinus, qui tam longum poſt ſe ſatellitium hodie ducit, atque hoc venenatum telum in Catholicos vibrat: *Eo progreſſus eſt veſanus furor, vt Chriſti propemodum nudati ſpoliis, eam ornarint. Quaſi vero non habeat quantū illi honoris debetur, niſi Dea fiat: aut hoc illi ſit honorificum ſacrilegis ritibus ornatam in Chriſti locum ſubrogari. Atrocem ergo illi Mariæ injuriam faciunt, quando vt mentitis eam laudibus deforment, Deo eripiunt quod ſuum eſt.* Reſpondemus, cum de Mariæ cultu agitur, in Catholica parte nihil veſaniæ, aut furoris reſidere, quod præſertim iſtiuſmodi Momi aut Ariſtarchi cēturam iniquiſ-

Iuc. 1

Depulſio calumniæ obiectionis, quæ pietas calūniæ complectitur.

Isaiæ 1

Mariam ſine Chriſti initiatrice in Eccleſia pro dignitate atque coli.

In Harmon. Euang. circa cap. Luc.

iniquiſſimam promereatur. Deinde non Catholicos, ſed Caluini aſſeclas, ac veteris Eccleſiæ deſertores eſſe eos dicimus, qui ſacroſanctę virgini atrocem iniurijm faciunt, cum illam non ſolum debitis, ac iam olim decretis laudibus honoribúſque ſpoliant, ſed alios etiam ab omni eius veneratione, publicáque laudatione, vbicunque & qualicunque ratione poſſunt, iampridem auocant & abalienant. Adhæc apertam eſſe calumniam affirmamus, quòd Mariam cum Chriſti iniuria prædicemus, aut ſpoliis Chriſto detractis, vt Caluinus blaterat, eandem vel ornemus vel deformemus. Quinimò Chriſto Redemptori & Saluatori noſtro vnico, qui pro peccatis noſtris eſt propiciatio, honorem ſuum integrum exhibemus: de cuius plenitudine omnes acceperunt, & ſine quo Sancti omnes nihil præclari aut habere aut facere poſſunt. B Mariam verò creaturam à Chriſto ipſo redemptam, Chriſti beneficio ſanctam & beatam, & propter Chriſtum amandam ac honorandam eſſe aſſeueramus. Etenim vt alibi Caluinus ipſe teſtatur, hodie celebrari nequit allata nobis per Chriſtum benedictio, quin ſimul occurrat quàm honorificè Mariam ornauerit Deus, qui vnigeniti Filij ſui matrem eſſe voluit. Proinde quum ſuo loco Chriſti matrem veneramur, ac Deum in hac creatura ſecūdum Chriſtum longè præſtantiſſima, prædicamus, ſicut & Oecolampadium docuiſſe monſtrauimus, adeò de Chriſti dignitate nihil detrahimus, vt eius gloriam potius illuſtrare ac teſtatiorem reddere videamur. Facit interim more ſuo Caluinus, vt qui præ libidine calumniandi tam multa falſa & tetra nobis affingit, ſimúlque receptum Mariæ cultum arrodit. Falſum eſt, quod Chriſto velut in ſubſellium redacto, prima ſedes Mariæ, vt ipſe oblatrat, à Catholicis tribuatur. Falſum eſt, quod nos inanibus figmentis Mariam temerè ornantes, quicquid accepit bonorum à Deo, ferè pro nihilo habeamus. Falſum eſt, craſſas fœdáſque ſuperſtitiones in veteri Eccleſia probari, in quibus immodicus matris honor diuinam Chriſti gloriam vel extinguat vel obſcuret. Aequè vanum & commentitium eſt denique, licet id millies Caluinus, Lutherus aliíque Sectarij omnes repeterent, quæ Dei propria ſunt, in Mariam à nobis transferri, eámque tanquam Deam haberi, & Chriſti loco ſubrogari, vel mētis laudibus eandem deformari, Deóque aliquid eripi, quum Dei ac Domini noſtri matrem receptis ab Eccleſia titulis, externóque maiorum cultu publicè veneramur. Cur verò iſti ringuntur, quòd Matrē Domini ſupra ſeruos & ancillas locamus, ad quam Pater tam honorificum nūcium priuſquam eadem Mater eligeretur, de ſummo cælo legauit, coram qua Legatus Gabriel tantopere ſeſe demiſit, quam ipſe Filius tot modis in terris ornauit, verēque gratia plenam effecit, vt merito Angelis anteponatur? Quæ incredibilis Mariæ celſitudo & ſupra cælites omnes collocatio nullam Dei filio iniuriam adfert, ſed veri Salomonis in matre honoranda officium arguit, & obſeruantiam explicat iuſtitiámque cōmendat, quoniam Filius Matrem egregie honorauerit, ac etiamnum in cælis & terris honoret. Valeat igitur cum ſua impia mordacitate & mordaci impietate Caluinus, vt qui hoc inani garritu non modò ſuam ſtultitiam & peruerſitatem orbi prodit, ſed etiam venerādam antiquitatem ludibrio habet,

A ac præclarum Eccleſiæ ſanctæ inſtitutum, ſolemnéque in Maria colenda ritum, ad ſacrilegium Virgiſque dedecus per ſummam iniuriam refert.

In Angelica apologia.

Quid verò de nouis apologeticis dicam? quos non ita pridem ex Anglia prodire, & non Chriſti ſed Caluini ſpiritu inſtructos eſſe vidimus, ideóque Catholicis & illi oppido quàm inſolēter inſultant aiūt. Mariam virginem ſic à nobis interpellari, vt ſe matrē eſſe meminerit, vtque imperet filio, & in illū vtatur iure ſuo. Atque hæc pars eius præclaræ doctrinę eſt, quā diſcipulis Caluinus tradidit, niſi quòd hi perulantiores effecti, vt impudentiæ ſuæ fucum maiorem obtexerent, ſanctiſſimi viri Bernardi nomen margini aſcripſerunt, à quo Caluinus aliquātò modeſtior abſtinuiſſe videtur. Sed boni viri probe diſſimulant locum ſiue librum Bernardi, vt fontem B ſaltem indicarent, vnde fluxiſſet ea ſententia, quam nobis audacter opponunt. Etenim longè clarius ac prudentius loqui ſolet Bernardus, vt idcirco ab Eccleſiæ hoſtibus ſæpe multúmque laudetur, velut qui non modo doctiſſimus, ſed etiam ab omni ſuperſtitione alieniſſimus, magna docendi dexteritate atq; moderatione vti conſueuerit. Tum vt maximè cōcedamus, tale aliquid minus prouide dictū viro tāto excidiſſe, non erat id quidem à candidis & æquis cenſoribus ad vniuerſæ Eccleſiæ inuidiā detorquēdum, ſed potius cū aliis æque piis probariſque ſcriptoribus, & conferendum, & conciliandū. Illud res ipſa, nobis etiam tacētibus loquitur, multa Bernardi titulo cōſcripta circumferri, & in vulgaribus extare libris, quæ Doctorū iudicio alium habent authorem. Soleat alioquin Bernardus Mariā libēter ad C uocatam dicere, quæ ſuppliciter & efficaciter ſalutis noſtræ negotia in cælo pertractet: aduocatam, inquam, ad Chriſtum omnis gratiæ largitorē ſimul & iudicem, in quo maieſtatem diuinā, homines merito reuerentur hunc vitę fontem, illam verò aquæ ductum appellat.

Quid Bernardo & Catholicis affingant noui apologetici.

Reſponſio ad obiectionem ex Bernardo factam.

Bernardus etiam ab aduerſariis valde laudatus.

Bernardus Mariam ad Chriſtum aduocatam facit, non quæ illi impe-

Nec minus fœda eſt, Ioannis Marbachij procacitas, qui toto ferè Libro aduerſus Mariæ cultum contumelioſiſſime decertauit, haudquaquam ſuſtinens, vt cultus huius veſtigia vel modica extent apud Argentinenſes, quem eorum ſane maiores in precio maximo habuerunt. Igitur maledicus idem Catholicos in Collytridianos, de quibus poſtea diſſeremus, vaniſſimo ſtudio transformare conatur. Conuellit vetus Eccleſiæ canticum, quod Bernardo etiam placuit: Monſtra te eſſe matrem, eóque detorquet ſententiam, quod nos talem in cælis D Deiparam conſtituamus, quæ ſibi poteſtatem ſeruet CHRISTO Filio imperandi, & neſcio quod imperium exercendi. Suggillat illud quoque Canticum: Sub tuum præſidium confugimus ſancta DEI genitrix; & vociferatur, nos maioréſque noſtros à CHRISTO ad MARIAM defeciſſe, perinde ac ſi tantam matri potentiam, quantam Filio aſcribamus, neque tam Deum quàm Mariam inuocare ſoleamus. Adhæc obſcura quædam & ignota cantica, quæ fortaſſis in vno aut altero loco (quàm rectè ac prudenter non diſputo) irrepſerunt, roti obiicit Eccleſiæ, vt habeat quod mordeat & calumnietur. Præcipuum accuſationis caput (vt reliqua eius probra miſſa faciam) in eo ſtatuit, quòd Mariam habere & colere pro Dea videamur. Nos verò, qui caninos iſtius latratus ac morſus poſteriore diſputatione facile de-

Serm. 1. de natiuit. Mariæ. & ſer. de verbis Apocal. & ſer. 1 de Aſſumpt. Virginis.

Marbachius vt maledicus, ita inſulſus Mariæ cultū petulanter oppugnat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maria nobis haud quaquā pro Dea cense di vel coli
Inser. de obdormitione Virginis. Contra Antidicomaritas.

pellem° cū Ioāne Damasceno ingenuè profitemur, ad gentiles nugas & fabulas pertinere, si quisquam omnino Mariam Deam appellet: & cum sancto Epiphanio testamur, haudquaquam conuenire, vt vel Maria, vel Sanctorum aliquis vltra decorum, & supra Deum ipsum colatur atque honoretur.

Quibus epithetis Græci Mariā ornare soleant. Secta rits nostris eos calumniātibus.

EXTANT Libelli quotidianarum precum, quas Græci recitare solent, in quibus Maria honorificè salutatur, adeóque his nominibus decoratur, quod sit murus inexplicabilis, munitio salutis, spes, præsidium, & perfugium Christianorum, tum eorum qui laboribus opprimuntur, portus tutus à tempestatibus. Quibus epithetis (plura verò Matthæus Philadelphiensis Ephesiorum Archiepiscopus suggerit) mirum, quantopere Camerarius, Chytræus, Chemnitius, aliique plures Ecclesiæ hostes vtantur, nec se cohibere possunt, quin aduersus illa palam excipiant, publicè vociferentur, & velut acerrimi iudices cuncta relegent ad veterum superstitionem, quæ lucem Euangelij de vera fide verisque cultibus extinxerit, si ipsis quidem Pseudoeuāgelicis creditur. Si non ignotus est istius Sectæ fastus, nihil non damnantis ac reiicientis, quod nouis magistri ac Principis Lutheri decretis aduersatur, illúdque pro sua libidine superstitiosum vocat, quod non modo posteriores, sed & vetustiores Græci & Latini, quos deinde producemus, Deiparam colendo & inuocando piè sanctéque instituerunt & obseruarunt. Ad eandem classem pertinet Iacobus Heerbrandus, qui ante triumphum victoriam canens, ac velut excandescens: *Turpissime*, inquit, *errant Pontificij, dum Diuæ Virgini hæc tribuunt, quod sit fons inexhaustibilis misericordiarum & venię, imo ipsa misericordia & venia, quod vitam æternam tribuat.* Et cum non habet Aristarchus inuidusque censor, vnde seueram damnationis suæ sententiam comprobet, margini hoc tantum ascribit: In Mariæ Antidotario.

Nouę Sectæ mater est, Lutherо magistro mordicus adhærere, quicquid alii sentiant.
In disp. de semine Abrah. Heerbrandus quid sugillet in Catholicis Mariam ex libello qui anti dotarium animæ inscribitur, veneratibus.

Quasi verò Catholici propugnent & excusent, quicquid in huiusmodi libellis sine authore certo editis, vel Ecclesiæ calculo nunquam probatis, imò & Pij Quinti optimi doctissimique Pontificis auRefutatio eorum, quæ adfert Heerbrandus.
thoritate castigatis, vulgo circumfertur. Etenim hic multa sibi typographi permiserunt, alij per imprudentiam & ex zelo, sed non secundum scientiam, subinde quædam adiecerunt, quæ sanctam Ecclesiæ sobrietatem non sapiant, nec formam habeant sanorum verborum, neque ob Ecclesiæ confessionem aut consuetudinem; sed propter priuatæ pietatis quasi speciem nonnullis blandiuntur. Sicut autem Apostolorum ordini nunquam satis laudato, vnius aut plurium imbecillitas nullum dedecus aut præiudicium apud sapientes adfert: ita Catholicorum sinceritati, & Ecclesiæ in legitimo cultu consuetudini non debet obesse, quòd nonnulli non ex malitia quidem & contemptu, & sine superstitione ac graui errore in sancto precandi munere, vel in Maria veneranda & salutāda delinquunt, & sibi in libellis precatoriis plus indulgent ac arrogant, quàm à matre Ecclesia vel traditum, vel probatum acceperunt. Id quod illi etiam caluminiæ responsum sit, quam insignis conuiciator Heerbrandus nobis rursus opponens, *Hanc*, inquit, *famosissimæ plurimæ impiissimæ, in suis Orariis & Hortulis animæ reperiuntur. Quis ergo Valentinianos esse adhuc negabit?* Is profecto negabit, qui Valentinianos rectè nouerit, & prudenter sibi cauerit à figmentis, fallaciis mendaciis Sectariorum. Atque vt maximè sit verum aliquid, quod Heerbrandus cum suis, Ecclesiæ odio flagrans vndique conquisitum adduxit, nos ingenuè fatemur, impropriam & figuratam locutionem, præsertim ob metonymiam, apud veteres frequenter occurrere, per quam ad Mariam referant, quæ Christo capiti peculiariter competunt, eique soli, iuxta Scripturæ consuetudinem proprie ascribuntur. Apud Paulum certe, vt exemplum adferam, ita de Christo scriptum habemus: Consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Irenæus verò in hunc modum docet: Maria Virgo habens prædestinatum virum, & obediens, sibi & vniuerso genери humano causa salutis facta est.] Rursus à Paulo celebratur Christus, qui mortis habentem imperium diabolum per mortem destruxerit: & tamen Ambrosius de Maria prædicat, quæ Satanam vicerit triumphatorem.

Veteres quædam ad Mariam referre per metonymiam, quæ aliòquin Christo competerent.
Christus causa salutis quæ quod episcopi Irenæi Mariæ quoque largiuntur.
Hebr. 5.
Christus iuxta Satana iuxta Pauli, & Maria quoque ei Ambrosio est.
Lib. 3. contra valentinian. capite 4 Hebræa. In oratione de funere Theodosij.

CVM verò hæc aliáque huius generis plura sint, quæ apud veteres leguntur, Nouatores in iudicando tam præcipites, quam ad calumniandum effusi, mox irruunt, séque non modo duros & seueros, sed etiam iniquos & atroces planè, imò & ridiculos iudices veteribus solent exhibere. Hi verò nunquam adeo desipuerūt, vt ad Mariæ nomen & gloriam efferendam diuinum nomen labefactare, aut Christi Redemptoris maiestati derogare, vel per somnium cogitarent. Vnde inter Scholasticos Bonauentura, quem præ cæteris in Maria colenda & inuocanda superstitiosum fingunt aduersarij, distertis verbis obseruandum esse monet, quod etiamsi Mater habenda sit in reuerentia magnaque deuotione colenda, multo magis tamen veræ pietatis, inuocationis ac deuotionis actum erga filium, ex quo est omnis Marię honor & gloria, exerceri oportere. Et rursus cauendum præcipit, ne dum Matris excellentia ampliatur, Filij gloria minuatur, & sic in illo Mater prouocetur, quę magis velit extolli Filium & honorari, quam seipsam, vtpote Creatorem quàm creaturam. Faciunt interim sæpe Patres, quod in Scripturis diuinis est vsitatum, sicut sequēs Caput ostēdet, vt quæ soli Deo secundum sensum absolutum competunt, quum ad Sanctos alios, tum ad Mariam extēdant. Nonnunquam per amplificationē & exaggerationē loquuntur, suaque semper in sensum aliquem pium & cōmodum accipi postulant, qui cum Ecclesiæ Catholicæ communi iudicio quadret. quod cùm faciunt, in alium atque alium sensum vocibus eisdem vtuntur, neque tamen vtrique personę matris & filij parem honorem deferunt, aut à quoquam deferri volunt. Nec enim tam rudes erāt, vt ignorarent, attributa multa Creatori simul & creaturæ in scripturis ascribi, eáq; nō ex æqualitate, sed secūdū proportionē, ac diuersa quidē significatione, iam de Deo, iam creatura prædicari. Exemplo sit, quòd Deum sapientem & bonum dicimus, eadémque nomina, vt multis aliis, sic & Mariæ largimur: sed solus interim Deus sapiens existit, qui simul creaturas sapientes faciat, ipse ab æterno sapiens, imò sapientia increata: solus itidē bon°, qui bonos efficiat, ac fons omnis bonitatis, in quo bona omnia sunt vnum, his exceptis, quæ ad relationem spectant, vt admonet Augustinus. Hoc sensu MARIA sapientem ac bonam

Non absolutum, sed Sanctarum creaturarum quibus attribuitur, ratione.
Bonauentura admonet cultu virginis differendum, præstandum.

Scripturæ & bono Deo, tamquam & nouæ Mariæ, sed alio atque alio sensu.
Mariam in Christum eiusdem cōtemplatione spectare Patrissare cum Maria eiusdem exemplis vsus exaret.
Ioan. Arboreus super Matth. Mysticus. Proverb. 20
Ioannes de Nauarra. Maria.
Ioannes de Lyra.
Ioannes de Gerson.
Lucas 1. vers. 1

ac bonam veteres non intelligunt, quātumuis illam A extollant, sed Scripturæ more inter virgines prudentes illam prudentissimam, siue sapientissimam, & inter matres bonas optimam vel maximè benedictam agnoscunt & prædicant. Illum, vt primum principium, à quo & ad quem omnia, vnicè reuerentur & adorant: hanc, vt Dei matrem præ cæteris creaturis ornatam & venerabilem statuunt atque colunt.

Quapropter illi, vt radicem & fructum, sic matrem & Filium eisdem laudandi formulis sæpenumero prosequuntur, & quæ ad Christum maximè pertinent epitheta, eisdem Mariam quoque compellare non verentur. Idem enim cum Bernardo sensērunt, qui non dubium esse, inquit, quicquid B in laudibus matris proferimus, id ad filium pertinere: & rursus cum filium honoramus, nos a gloria matris non recedere. Nam si iuxta Salomonem, Filius sapiens gloria est patris: quanto magis gloriosum est, matrem ipsius effici sapientiæ?] Spectarunt certè veteres atque suspexerunt augustam & arctissimam illam coniunctionem, quæ inter Christum & ipsius matrem non solum ex parte carnis, sed etiā propter animorum atque voluntatum consensionē intercessit, adeò vt nihil duobus illis siue in terris, siue in cælis cōiunctius esse posse videatur. Vt enim præclarè dixit vir sanctus Arnoldus Carnotensis: Vna est Mariæ & Christi caro, vnus spiritus, vna charitas: & ex quo dictum est ei, Dominus tecum, inseparabiliter perseuerauit promissum & donum: & Filij gloriam cum matre non tam communem iudico quàm eandem.] Quid ergo mirum, eadē vocabula, quæ Christo alioquin debentur, matri nonnunquam ascribi sed ita, vt sensus alius atque alius sit vocabulorum & vtriusque personæ vel honor vel officium minimè commiscetur. Ad hunc modū Bernardi verba sunt accipienda, quum dicit: Deum totius boni plenitudinē in Maria posuisse, & quicquid spei in nobis est, quicquid gratię ac salutis, ab ea redundare, quæ deliciis affluens in cælum ascendit.] Vbi vir tantus Mariam eximiè quidem commendat, sed vt Christi tamen honori nihil velit esse detractum, cuius incomparabile beneficium toties grauissimè laudat, & illustrat maximè. Quod autē gratiam & salutem à Maria in nos D dicit redundare, non eo sensu dicit, vt ex illa Vitæ fontem faciat, aut Christo illā exæquet. Quis enim fons Vitæ, vt ibidē ipse loquitur, nisi Christus Dominus? de cuius plenitudine omnes accipiunt, quæ plenitudo seipsam exinaniuit, vt fieret nobis iustitia & sanctificatio & remissio. Mariam verò elegāter vocat aquæductum, qui plenitudinem fontis ipsius de corde Patris excipiens, nobis eūdem fontem edidit, vt aquæ fontis ad nos vsque deriuarentur, & quia per hunc aquæductum cælestis illa vena descendit, ideirco Mariam tantè perè prædicat, ac deuotius honorandam ostendit. Totis, inquit, medullis cordium, toris præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam.] Duplicem ergo causam, si Bernardum sequimur, in honoranda Maria tenemus, alteram quòd illa mundi Saluatorem Christum nobis genuit, alteram quòd fidam & singularem nobis apud Christum perpetuámque aduocatam præstet. Vnde subiicit: Christus frater tuus est & caro tua: hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed forsitā, & an in ipso maiestatem vereare diuinam, quod licet factus sit homo, manserit tamē Deus. Aduocatum habere vis & ad ipsum? ad Mariā recurre. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reuerentia sua. Exaudiet vtiq; matrem Filius, & exaudiet Filium Pater. Cum his Damascenus consentit, Mariam ita cōpellās: gloriosa dicta sunt de te in generationū generationibus, quæ Deū Verbū in vtero cōcepisti, castáq; permansisti Deipara Virgo. Ideò te omnes post Deū veneramur, vt nostrā.] Verum de his plura paulò pōst disserenius, rati nunc satis esse responsum ad crassiores illas & vulgatiores aduersariorū calumnias depellendas, quibus Mariæ tituli in Ecclesia vsitati procaciter impetuntur. Hinc præterea simplices velut antidoto prēmuniti, facilè sibi cauebūt, ne tragicis istorū debacchātiū vocibus offendātur, ac fortasis etiā maiore cum fructu in veterum lectione versabuntur. Totius autem tractationis superioris hæc Summa sit: primùm quidē, quod pauCur Maria præcipuè honoranda iuxta Bernardū.
Apud Christū Maria est aduocata, Bernardo testimonio.
In suis cantionibus.
Epilogus huius Capitis, & quis fructus inde colligi possit.
Summa præcedentis tractationis.
corum hominū error, si quis fortè in Mariæ titulis contigisset, laudabili Ecclesiæ consuetudini in legitimo & probato Virginis cultu præiudicare minime debeat: deinde verò, si quæ veterū dicta in speciem dura sese hīc offerant, ad Orthodoxi sensus normam reuocanda, neque protinus ab vllo condemnanda esse; quādoquidē ab omni superstitionis & idololatriæ nota excusari nō incōmodè possint.

CAPVT DVODECIMVM.

Multa nomina, epitheta & attributa in sacris literis iam soli Deo, iam Deo & Sanctis ascribi, nihilque incommodi esse, quòd Mariam & Sanctos alios, sicut Deum vel Christum eisdem titulis & loquendi formulis subinde ornemus atque cōmendemus.

VERVMENIMVERO quādoquidem in hoc argumēto aduersarios nihil magis, quā splendor titulorum offendit, quibus Mariam extollit Ecclesia, & hinc præcipuam insectandi ansam arripiūt, vt nos Deo contumeliosos & Christo iniurios, simúlque erga Deiparam superstitiosos esse clamitent, equidem operæpretium facturus videor, si è Scriptura diuina commonstrē, quidnam de titulis Deo vel Christo attributis iudicandum sit, & an iidem Mariæ & Sanctis etiam aliis sine vitio non possint aliquando accommodari. Ac primum tituli quidam, aut, si mauis, epitheta sic soli naturæ diuinæ conueniunt, vt nulli alij creaturæ siue cælesti, siue humanæ tribui possint ac debeant. Vt exempli gratia, quòd Deus omnipotens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

æternus, infinitus, rerum principium & finis, creator Dominus vitæ & mortis, iustificator, siue iustitia sanctificatio & redemptio nostra nuncupatur. Ex his enim nihil est, quod vel Mariæ, vel Sanctis largiti fas sit, & si quicquam eorum à Deo ad creaturam quamlibet transferatur, in blasphemiæ crimen facilè potest incurri. Atque huc pertinent sententiæ, quibus summum illud æternumque numen, quod suam gloriam non dat alteri, euidenter affirmat: Ego Dominus Deus tuus sanctus Israël Saluator tuus. Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum. Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me Saluator. Ego Dominus sanctus vester creans Israël, Rex vester. Ego sum ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Quæ testimonia nobis vel vnum Esaiæ caput suppeditat, ac similia passim apud Prophetas reperientur.

Esaiæ 45.

Epitheta quædam ita Deo conuenitò, vt nulli alij possint communi cari.

SVNT rursus tituli quidam seu epitheta, quæ in sacris literis iam Deo, iam Sanctis indifferenter tribuuntur, in quibus non ipsam nuncupationem, sed significationem spectare & perpendere oportet, quemadmodum Patris, Magistri, Pastoris, Fundamenti, Petræ vocabula non obscure declarant. Vnde licet Christus apertè pronunciet: [a] Patrem nolite vobis vocare super terram: nihilo secius patrem Abraham dictum sæpe [b] legimus, & Paulus aliorum se Patrem facit. Rursus magister noster vnus est Christus, qui se ita vocari diserte [c] iubet: neque peccant tamen, qui cum eodem [d] Paulo & se & alios, Magistros siue Doctores, si hûc dignitatis gradum assecuti sint, fidenter appellant. Et pastor Christus, qui & seipsum bonum pastorem [e] profitetur: sunt & alij pastores à [f] Paulo dicti, ac boni etiam pastores dicendi, si ad exemplum Principis pastorum & ipsi suas animas pro salute gregis impendant. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus Apostolo [g] teste. Et tamen, si Ioanni credimus, Apostoli [h] duodecim fundamenta Hierusalem, siue Ecclesiæ prædicantur. Christus demum est petra citra controuersiam, vt & Paulus clarè [i] pronunciat, neque solum cum [k] Petro hoc sibi nomen vult esse commune, sed etiam cum Abraham, de quo dixit [l] Esaias: Attendite ad petram vnde excisi estis: & statim seipsum explicans: Attendite inquit, ad Abraham patrem vestrum. Quis æque ac Christus, obsecro, mundt [m] lux censeri dicique meretur? & ipse tamen Apostolos hoc nomine [n] salutauit. Nec hi solùm, sed & alij verè in Christo renati atque iustificati, [o] Filij Dei, & quod multò est amplius, Dij absque vlla Christi iniuria, qui est Filius Dei ac ipse Deus, in Scripturis nominantur. Quid enim si diuinæ bonitati visum est, suos electos, ac præsertim Apostolos, hoc honore dignari, vt quibus diuinam suam gratiam, suum filium, suúmque Spiritum, quo nihil habet intimius, communicauit, eisdem etiam mirificam in nominibus societatem conferat, eósque in verbo suo honorificentissimis & dulcissimis titulis passim exornet? Cõplura sunt id genus alia epitheta Christo, vt capiti, congruentia, quæ membris huius capitis egregiè quadrant, ac illis ipsis in sacris literis passim attribuuntur.

a Matth. 23
b Luc. 16
Roman. 4
Actor. 7.
Iacob. 2
c Matth. 23
Ioan. 13
d 2. Timot. 1
Hebr. 5.
Ephes. 4
Actor 13
e Ioan. 10
1. Pet. 2
Hebr. 13
f Ephes. 4
1 Pet. 5.
31. Cor. 3
b Apoc. 21
31. Cor. 10
k Matth. 16
l Esaiæ 51.
m Ioan. 1
8. & 9
n Matth. 5
o Ioan. 1
Rom. 8
Gal. 3 & 4.

Cur Deus tam honorificis nominibus iustos appellet & sibi quodãmodo exæquet in tabulis

Qui sunt igitur isti verborum aucupes tam scrupulosi, ne dicam superstitiosi, vt in nudis hæreant voculis, & germano verborum sensu neglecto, nihi ln on rapiant ad contentionem? Errant profecto nescientes Scripturas, neque virtutem Dei, quemadmodum de Sadducæis Christus aiebat. Si enim Scripturas intelligerent, Ecclesiam non calumniarentur, quæ iuxtà Scripturæ phrasin & consuetudinem, Sanctis huiusmodi tribuere non refugit, quæ de Christo vel Deo ipso prædicantur. Rursum si virtutem Dei perpenderent, omni liuore posito, summam Dei liberalitatem lætis gratisque animis nobiscum amplecterentur, tantóque magis Sanctos suspicerent, & à nobis prædicandos putarent, quanto apertius eosdem Christus non modo nominum, sed etiam præmiorum suorum maxima communione dignatur, vt honores sibi in cælo decretos cum illis plane communicare videatur. Quem enim honoris gradum exaltatus à Deo Christus magis sibi proprium seruat, quàm quòd totus in Patris sui thronum ascendit, ac potestatem super gentes accepit? Parum fortasse videatur, quòd Sancti perpetuam & [a] iustitiæ & [b] vitæ coronam & [c] manna absconditam, & [d] calculum candidum sibi promissum in cælo percipiũt. Quid autem magnificentius dici vel optabilius existimari potest atque illud: Qui [e] vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & cõsedi cum Patre meo in throno eius. Ac iterũ [f] Qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea: dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur? E seruis Reges facit, eósque super omnia bona sua constituit & suæ maiestatis velut oblitus, qui Rex regum existit, seruile ministerium illis ipsis regnãtibus impendere non grauatur. Nec enim solum illis regnum, quale ipsi disposuit Pater, assignat, in quo regno edant & bibant super eius mensam, sed præterea promittit, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens illis ministrabit. Cur ergo dubitemus, munificentissimo Deo hoc nostrũ placere studiũ, quo nos miseri Sanctos lectissimos, & coniunctissimos eius amicos honorifice compellamus, & præclaris titulis ab ipso Capite acceptis cohonestamus? quum ipse tanti eos habeat, nec solùm in epithetis, sed etiam in præmiis & honoribus eosdem sibi quodammodo conformet, si secũdum Scripturam loquimur, addita semper ea, quæ Christo capiti conuenit, eminentia & saluo incomparabilis honoris gradu, qui omnium Domino & Redemptori debetur per omnia, nullique alij parivoluntate ac studio, si sapimus, communicatur.

A
B
C
D

a 2. Tim. 4
g Iacob. 2
Apoc. 21
1 Ephes.
Apoc. 3
Quantum honoris & sanctis suis impertiat Christus.
Matth. 25
Luc. 22.
Luc. 12.

Quam vanus igitur ac præposterus horũ est metus, ne, quod matri adiicimus, id filio adimamus? Quin potius matrem ob Filium eiusdem etiam nominibus honoramus, neque, vt isti faciunt, optimæ maximæque matri excellentes titulos inuidemus. Adeò verũ est quod dixit Tertullianus, Hæreticos ex more simplicia quæq; torquere. Quod si Christianum illum candoré, qui homines Euangelicos decet, adferrent, si Scripturis consentanea sentirent ac dicerent, Theologicam regulam diligentius obseruarent, qua verissime traditur, multa nomina proprié, & per essentiã, vt vocant, siue per excellentiã diuinis personis cõpetere, quę secundario ac minus principaliter, & secundũ gratiã aut per participationem

Lib. contra Hermogen.
Regula Tertulliani de nominibus Scripturæ.
Rom. 9
Rom. 11.
1. Timot. 1

patione Sanctis, imò & aliquando credentib. ritè attribuantur. Est eadem sæpè vocum nuncupatio, sed earundem significatio (vt ostendimus) planè diuersa, quæ à prudentibus & doctis, potissimum verò à Scriptura & fide eius interprete Ecclesia petenda est. Neque parum hîc iuuant Scholasticorum distinctiones, vt quæ magnam & necessariam lucem hisce Scripturæ testimoniis adferunt, quæ tum obscura esse, tum in ipsa collatione, prima fronte pugnare videntur. Exemplo sit quòd Christus asserit: [a] Nemo bonus, nisi vnus Deus, quódque alibi rursus testatur: [b] Bonus homo de bono thesauro profert bona. Tum quòd apud Paulum legimus: [c] Nullus est Deus nisi vnus, qui mox tamen subiicit: Sunt Dij multi, & Domini multi: quòd præterea diuinum illud opus remissio peccatorum ([d] Ipse enim redimet Israël ex omnibus iniquitatibus eius) etiã ad Ecclesiæ ministros pertinet, Christo ipso testante: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: quorum retinueritis, retenta sunt.

a Matth. 19
Marc. 10
b Matth. 12
c 1. Cor. 8
Ad confutandas Scripturæ loca opus est distinctione.
d Psalm. 129
Ioan. 20

Crebrò Scriptura homini beneficiis quod Deo debetur, vt apud Scripturam frequens.

A c frequenter in Scriptura comperias, quæ Diuino numini propriè competũt, ad homines etiam transferri, atque cum illis communicari, vt commoda quidem ac dextra egeant interpretatione. Quis, obsecro, nisi insanus, dubitet opus Dei proprium esse, pios ex hac vita migrantes in æterna illa tabernacula transferre? Et tamen docet Christus de nonnullis, qui postquam diutum benignitate in hac vita fuerint subleuati, etiam post mortem se illis gratos ac benignos vicissim præbeant, adeò vt illos defunctos humaniter tractare, atque in æterna tabernacula recipere velint ac possint. Facite inquit, vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Hinc si quisquam colliget, ad homines transferri Dei gloriam, qui cui vult miseretur, quisque solus beat ac saluat, ineptus fuerit cauillator, etsi Scripturæ verbis se posse communiri confidat. Igitur imperitos ac ridiculos esse necesse est, qui nudas Scripturæ voces ac Phrases vrgent mordicus, nullámque in verbo Dei distinctionem, vel commodam interpretationem admittunt, ac demum indignè ferunt, ea quæ de Deo & Christo scripta legimus quũ ad Sanctos alios, tum ad Matrem Dei sanctissimam aliqua ex parte transferri. Adiungam rursus exemplum, quod ad rem facit maximè, vt rudiores etiam quod volumus rectius assequantur, & aduersariorum obstrepentium tragicis vocibus non adeò facilè commoueantur.

Luc. 16.
Rom. 9
Rom. 11.
1. Timot. 1

Ad MARIAM & quidem pot. ex Scriptura trans. erit, quæ de Christo scribuntur.

De Maria præ cæteris, epitheta quædam præ aliis ex Scriptura.

A
B
C
D

OFFENDIT teneras istorum aures, Mariam vitam, dulcedinem, spem nostram agnosci, atque ab Ecclesiæ filiis appellari. Cur igitur non illos offendit & Paulus, qui tanti facit suos Thessalonicenses, nihil vt dubitet eos spem suam, gaudium suum, gloriam & coronam suam, honorificentissimis profecto verbis cõpellare, atque per Epistolam salutare? Quid? tam imperitus, tam stolidus, ne dicam & impius erat Paulus, vt in homines trãsferret (sicut illi loquuntur) quod Deo Optim. Maxim. tribuere oportebat, nimirum ex quo, & per quem, & in quo sunt omnia, cui præterea soli honor & gloria in secula seculorum, vt idem luculenter alibi ait? Quotiescunque nostrum obsecro, in solo Deo spem suæ fiduciam, dulcedinem suæ consolationem, gloriam demum & coronam omnem sibi ita defixam habet, sicut habuit Paulus? quis cum summo æternóque bono arctius sese cõiungit? aut à charitate Dei, quæ in Christo est, minus se patitur separari? Sed hoc donandum erat Thessalonicensib. ad Christi fidem non ita pridem conuersis, vt illis Paulus amoris sui magnitudinem verbis amicissimis declararet, sicut etiam Philippensibus fecit, his verbis illos exhilarans atque confirmans: Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea: sic state in Domino, charissimi. Vbi sanè Paulus, propè dicam Comicos & vulgo amantes imitatur, quibus est perquam familiare, verbis & sermonibus suauissimis indulgere, ac intimi amoris affectum, quo se mutuo alius alium complectitur, verbis planè mellitis testatum reddere. A quo instituto nec prorsus Scriptura diuina discedit, in qua Spiritus sanctus, cælestis & feruens humanæ mentis amator, nõ modò per amplificationem, sed etiam amatorio more differit sæpè, suámque sponsam blandissime compellat, & iam verbis, iam similitudinibus vim sancti amoris, vehementissimam prodit, sicut vel maxime liber Canticorum ostendit. Quid sole matutino rutilantius? quid aureo lucifero formosius? Quid Lilio recenti purius? quid Horto irriguo floridius, Paradyso fœcúdius, verna rosa decẽtius? Omitto alias id genus imagines, siue collationes, quæ tũ in Scripturis, tum in Patribus frequẽter occurrunt, nósq; vtiliter admonẽt, si vllius alterius sponsæ, Mariæ inprimis pulchritudinem, nobilitatem, dignitatem atque præstantiam ex huiusmodi typis sæpe multúmque considerare. Et haud scio, an vlli tam selecti & exquisiti honorum tituli possint adferri, ac Mariæ tribui, quam sunt hi, quos Deus ipse in Scripturis illi detulit, & magister Ecclesiæ Spiritus sanctus non solum Angelicis & Euãgelicis verbis expressit, sed & Propheticis oracnlis, ænigmatibus & figuris passim adumbrauit. Quid ergo mirum sit, Ecclesiam in hoc sedulo adlaborare, vt diuini Spiritus magistro acquiescat, suámque gratitudinem simul explicet in matre Domini cum aliis modis, tum præclaris etiam ac selectis titulis cohonestanda? Sedenim qui vero Dei Ecclesiæque Spiritu sunt destituti, ad omnem fere laudationem Mariæ obturatas aures & nauseantem stomachum tenent: igitur litigare malunt, quam vel cum Angelo, vel cum Ecclesia Virginem matrem suspicere ac prædicare.

Roman. 8

Cur Paulus Thessalonicẽses tam honorifice compellarit.

Philip. 4

Scriptura sacra de more Comicos & amantes sequi videtur, & variat adhibita collatione ad Sanctũ præsertim Deiparæ præstantiam magis declarandam.

Deus in Scripturis Mariã multis modis prædicandam nobis offerit.

Nouatores ad omnẽ Mariæ laudationem cur hodie nauseent.

AD PAVLVM redeo, suos Thessalonicenses & Philippenses eisdem fere verbis ornantem, quibus nos modo Deiparam & amanter & reuerenter cum tota Ecclesia salutamus, haudquaquam ignari, in MARIA honoranda rationem nobis longe maiorem suppetere quàm Paulo in credentibus tantopere commendandis suppetebat; siue meritorum magnitudinem, siue honoris & venerationis officium vtrinque ponderemus! An vero in sacris literis nomen vllum, sicut Mediatoris, expressum est, quod Christi officio magis quadrare, & illum nobis æque commendare videatur? Vnus est enim mediator Dei & hominum homo Christus IESVS, vt eiusdem Pauli verbis vtamur. Nec veretur tamen idem scribere; Lex propter transgressiones posita est, Διαταγεὶς δι' ἀγγελῶν ἐν χειρὶ μεσίτου ordinata per ANGELOS in manu Mediatoris, quandoquidem non per seipsum Deus, sed per Angelos Moysi loquebatur.

Quod Paulus vnus Christianis, vel Moysi tribuit, multo magis Mariæ cum Christo regnãti posse tribui.

Mediator nõ modo Christus, sed etiã Moyses dictus à Paulo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, & veteris Legis præcepta disponebat, vt nota-
tauit [a] Anselmus. Tum [b] Gennadij testimonio,
Moyses hîc dicitur mediatoris seu intercessoris of-
ficio ad legem ferendam, sed vni tantummodo Gê-
ti esse functus. Quare Doctor gentium citra Chri-
sti iniuriam fieri putauit, quòd Moysen inter Deum
& hominem statuerit mediatorem; sicut Sedulius,
Theodoretus, multique alij hunc locum interpre-
tantur, quum & moyses ipse de se dicere non ve-
reatur: Ego sequester & medius fui inter Domi-
num & vos. Certè [c] Basilius & [d] Cyrillus Apostо-
los & Martyres mediatores agnoscunt, sicut & [e]
Bernardus de sanctis Petro, Paulo & Victore dis-
serens, eandem phrasin vsurpat, imò multò ante il-
lum [f] Gregorius Nazianzenus quòd Martyres
μεσιτεύσει, hoc est, mediatores sint, vt Nicetas
exponit, euidenter affirmat. Et stomachantur ad-
huc Nouatores, quòd Mariã non modo Reginam
misericordiæ, de quo nomine paulò post despicie-
mus, sed & mediatricem μεσίτιν cum Damasceno
nuncupent. Quanquam Paulus seipsum satis expli-
cat, qualem mediatorem faciat Christum, eum
nempe, qui dedit redemptionem [g] semetipsum pro
nobis, quique sit noui Testamenti [h] mediator, per
cuius [i] sanguinem, siue quæ in terris, siue quæ in
cælis sunt, reconciliantur atque pacificantur, quem
demũ [k] proposuit Deus propitiatorem per fidem
in ipsius sanguine. Vnde non modò nobis aduoca-
tus, sed etiam pro nobis, adeóq; totius mundi pec-
catis est propitiatio, Ioanne Apostolo teste. Idem
enim Deus & homo in vna substantia constitutus,
naturam nostram Deo reconciliauit, sicut Cyril-
lus admonet, mediator vnicus redemptionis, vt in
scholis loquuntur. Quamobrem Dei filium coli-
mus, inuocamus & adoramus pro mediatore, cui
soli acceptum ferre debeant omnes, quicquid tum
gratiæ, tum gloriæ singulis hominibus diuinitus
collatum est, vel confertur atq; in posterum confe-
retur, qui solus per se placet Deo, atque ad Deum
cunctis placandum natura est efficax, caput idem
& corona Sanctorum omnium. Nullus verò Ca-
tholicorum adeò desipit, vt Mariam ad hunc mo-
dum faciat mediatricem, quamtumuis legat, vel
audiat illam ab [l] Epiphanio Basilij Synchrono, [m]
Matthæo Philadelphiensi, [n] Anselmo Cantuarien-
si, [o] Bernardo Clareuallensi, aliisque tum Græcis
tum Latinis Doctoribus hoc nomine celebrari.

QVID? quòd Deus ipse, qui vindicandi nomi-
nis & honoris sui zelo ardentissimo flagrat, ac velut
consortis impatiens, gloriam suam alteri se com-
municaturum negat, hoc Moysi famulo palam af-
firmat: Ego te constitui Deum Pharaonis. Ac ite-
rum: Diis non detrahes, inquit, de his, qui alios
publica dignitate præcellunt. Apud Hębreos Eloim
vnum est ex propriis Dei cognomentis, quod ta-
men & Angelis tribuit Psalmographus, vbi secun-
dum Latinam versionem decantat: Minuisti eum
paulò minùs ab Angelis: vt taceam interim, quòd
Paulus Satanam seculi huius Deum appellat. Qua-
re nec illud in calumniam rapiendũ est, quod apud
veteres, præsertim Nazianzenum & Damascenum,
Maria Deæ nomen accipiat, quum & Hieronymus
Apostolos Petrum & Paulum Deos, hoc est, Diui-
nos homines vocet, húcque dictum Prophetæ ap-
plicet: Ego dixi, Dij estis & filij excelsi omnes. Præ-
terea Cyro, quamuis Ethnico, Christi nomen im-
ptimis augustum & sanctum à Deo ipso datum, mul-
tique [p] Saluatores & [q] Christi in Scripturis prædi-
cantur. Cæterum an non ridiculum fuerit, si quis
horum ratione nominum velit sophisticari, & vero
Christo ac Saluatori nostro parte ex aliqua dero-
gare? Rursus quæ munia summo Deo magis con-
gruunt, quæso, quam peccata redimere & extin-
guere, in peccatis mortuum conuertere atque sal-
uare? Et tamen in Scriptura loquitur Deus, nostris
etiam operibus peccata redimi & extingui; eos qui
peccando perierant, à nobis conuerti ac saluari, fi-
ue saluos fieri posse confirmans. Non enim obscura
sunt hæc Scripturæ testimonia: [r] Peccata tua elee-
mosynis redime. [s] Ignem ardentem extinguit aqua,
& eleemosyna resistit peccatis. [t] Qui conuerti fe-
cerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit ani-
mam eius à morte. [u] Si te audierit, lucratus eris
frattrem tuum. [x] Illos vos saluate de igne rapientes.
Nolo hæc plurib. consectari, quæ tãtum non cæcis
apertè commonstrant, ne in Scripturis quidem
Diuinis obseruari discrimen nominum & epithe-
torum, sed ea quæ bonorum omnium authori &
fonti Deo vel Christo maximè competunt, homi-
nibus quibusdam sæpè communicari. Atque hæc
satis esse arbitror, ad contumeliosas aduersario-
rum voces retũdendas, dum quorundam Cantico-
rum ratione insolenter nobis insultant, & ob titu-
los tot seculis Mariæ omnium sanctissimæ lauda-
tissimæque Virgini tributos totam damnant Ec-
clesiam, eique horrendam impietatis notam inu-
runt. Ita verò candidi homines de nudis tantum
vocabulis, tanquam pro aris & focis litigant, ac pro
suo arbitratu sæpè alienum falsúmque sensum affin-
gunt, nihil soliciti, quo in sensu eadem verba vel
olim à veteribus accepta sint, vel etiamnum ab
Ecclesia piè & sine omni veræ fidei præiudicio in-
telligantur.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Solennis Cantici, Salue Regina, defensio & explicatio, in quo nihil meritò reprehendendum contineatur, quantumuis illud corrigere, reiicere, & abolere satagant Nouatores. Item humanæ maternæque charitatis & compassionis affectum in Maria rectè à nobis agnosci atque commendari.

Non

a In explic. cap. 3. epist. ad Galat.
b Vide in Oecumen. In eandem Pauli epist.
c In actis concil. 2. Nicen. & In lib. 12. Thesaur. cap. 10
Deut. 5. mediatores etiam Apostoli & Martyres dicti Patribus.
e Serm. de Petro & Paulo. & serm. 2. de natali S. Victoris.
Mariam veterib. dici mediatricem.
f Orat. ad Gregorium Nissen.
Quomodo Paulus Christũ faciat mediatorem, vt nullum alium.
Hom. in hyp. apanten Domini.
Christum mediatorem aliter quam Sanctos agnoscimus & veneramur.
1. Tim. 2
& Hebr. 9
& Coloss. 1
Rom. 5
1. Ioan. 2. & 4
Lib. 12. Thesaur. cap. 10
1 Homil. de laud. Virg.
In preca. ad Virginem matrem.
a De excel. Virg. cap. 9
Maria mediatrix vt Christus mediator, à nullo Orthodoxo censetur.
Moyses dictus Deus Pharaonis.
b Serm. de verbis Apocalyp.
Esaiæ 42
Exodi 7.
Exodi 22.
Psalm. 8
2. Corint. 4
In Tragœd. de Christo pag. tient.
Satanas huius seculi Deus ei
Multi ex Scripturis
uatores in Scripturis.
In c. 1. Epist. ad Galat.
Psalm. 81
c Iudicum 1
Genes. 4.
Reg. 23
d Psalm. 104
Homo in Scripturis
pturæ dicitur
peccata tolere
dimeres homines
que conuerte
re & saluare.
e Daniele
f Ecclesiast.
g Iacobi 5
h Matth. 18
i Iude 1.

Contra Theseo Dilingæ disputantes. Indisputat. de hæreticis, an sint puniendi.

ON satis visum est nostris & Ecclesiæ inimicis, si de solennibus titulis Mariæ tributis publicam querimoniã instituerent, nisi speciatim hoc etiam Canticum, quod Salue Regina dicitur, ac identidem in ecclesia decantatur, hostiliter impeterent, suisque scriptis vulgò infamarent. VVilhelmus Bidenbachius & Lucas Osiander, ne sint parùm procaces, impium & insalutare hoc Cãticum vocant. Quòd si Iacobo Heerbrando credere fas est, quoti diana & planè idololatrica Mariæ adoratio, quæ in omnibus templis Papisticis exercetur, eiusdem Cantici verbis, scilicet, continetur. Tam pulchrè isti sub magistro suo Luthero profecerunt, qui vt probet in Mariæ honorẽ nimis profundè itum esse, hoc ipsum Canticum, velut manifestum veteris vanitatis argumentum in medium profert. Immodica enim nec ferenda hæc esse putat encomia, quod Deiparæ accinamus: Salue Regina misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra. *Quis, quæso,* inquit, *hoc commode interpretabitur, quod sit vita nostra, dulcedo & spes? Nónne hoc est Christi gloriæ detrahere? quod creaturæ tribuimus ea, quæ Dei sunt, eique soli competunt?* Vbi rursus Luthero Caluinus astipulatur, ac huiusmodi fictitios titulos ac inania figmẽta videri vult, quibus temerè Mariam ornemus. Accedit his Matthias Rodt, Lutheri discipulus & Lindauiensis minister, qui vt bonas horas malè collocet, suùmque populum Lindauiẽsem à Mariæ laudatione & cultu magis ac magis abalienet, dictum Canticum integro & vitulento scripto conuellendum, multísque modis deprauandum iampridem suscepit. Verùm [a] Georgius Tornoander insulsi hominis calumnias iamdudum detexit, doctáque refutatione contriuit: & in eadem arena cum laude pugnarũt [b] Augustinus Alueldianus, [c] Caspar Schatzgerus, aliique nonnulli: sed nobis alia nunc via ingrediendum est.

Ingens profectò aduersariorum est arrogantia, qui, quicquid ipsis non arridet, id statim mutandũ ac abolendum censent, atque ex aliorum insectatione, veterúmque rituum contemptu, sibi ac suæ Sectæ laudem stultissime captant, tantóque supercilio Maiores nostros quamlibet pios ac sapientes ob eiusdem Cantici receptum vsum tum impietatis, tum blasphemiæ audent atrociter insimulare. Quantò autem rectiùs hæc nota in ipsos competit, qui cum Catholicam religionem tanquam veterem togam exuerunt, magistri mendaces facti sint, per quos veritatis via blasphematur, sicut Petrus Apostolus de talibus sub mundi finem venturis disertè prædixit, qui & Sectas perditionis, nouámque religionem essent introducturi. Primùm igitur, quicquid hoc est Cantici, in formam aliam transmutarunt, Christo tributis epitheris, quæ ad Mariã anteà referebantur, nimirũ vt boni reformatores in deformanda Ecclesia hoc etiam specimen ederent. Deinde quoniam pigebat & tædebat eos cum Catholicis aliquid habere commune, tanquam impiũ & blasphemum idem Canticum omni ex parte repudiarunt, ac probris grauissimis contaminarunt. An verò quisquam, nisi blasphemus ac impius, tantum crimen vniuersæ impingat Ecclesiæ, quantum isti prorsus effrontes impingere non erubescunt?

Quam impure aduersarii sentiant & loquantur de solenni Cãtico, hâc regina.
In Euangel. de festo nativit. Mariæ Incap. 1 Luc.
In Apolog. pro defensione Cantici, Salue regina.
b In assertione Alueldia. contrà impios Deiparæ almoymirabores.
c Lib. de Sanctorum impia cultione.
Aduersariorum in Mariam impietatis & blasphemiæ proprium hoc Canticum infimum hæc.
1. Pet. 2

Propositio de sequenti tractatione.

Anni sunt quingenti & amplius, quòd Henricus II. Germanicum Imperium administraret, sub quo vir generis nobilitate, nec doctrinæ solùm, sed etiã sanctitatis præstantia illustris Comes de Veringen Hermannus Contractus Sueuus apud Germanos floruit, quem Trithemius [d] tanti facit, vt appellet virum in omni literatura seculari peritissimũ philosophum, Musicum, Astronomum & Poeram celebertimum, qui multa è Græco & Arabico sermone Latine verterit, qui præterea quum à puero cõtractus esset, vnde & Contracti nomen accepit, à Diua Virgine, quam crebrò inuocabat, per visum ad patientiam valde fuerit confirmatus, & singularem acceperit promissionem comparandæ & doctrinæ, quam excellentem est posteà consecutus. Hic igitur Hermannus quum ex rudi idiota perquam eruditus euasisset, ac Deiparæ non immeritò deuotus esset, inter alia hoc etiam Canticum Salue Regina, venustè ac artificiosè compositum, quẽ eius authorem agnoscunt etiam Centuriatores. Quanquam ex aliis & vetustioribus Ecclesiæ scriptoribus vt posteà euincemus, liquido percipi potest, Mariã similibus, ac etiam præantioribus, quàm in hoc ipso Cantico comprehensis præconiis, iam olim salutatam ac publice decoratam esse, nihil vt noui adferat, quisquis demùm hoc Canticum primus intra sexcentos annos aut condidit aut euulgauit. Quod sane priusquam in vsum tot Ecclesiarum inducerẽtur, à doctis examinatum atque probatum haud dubie fuit, vt certò constaret, omnis & impietatis & blasphemiæ hic abesse notam, & quicquid in eo contineretur, Deo & Mariæ gratum, Christianísque hominibus frugiferum esse. Nec defuere posteà viri tùm eruditi, tùm sapientes, qui Canticum idem iam solenne factum explanauerint, aliisque commendarint, sicut & ille commentarius, quem Bernardi operibus insertum habemus, aperte declarat. Tùm vetus & apud Spirenses celebris testatur historia, quæ à Guilhelmo Eysengreinio rerum Spirensium scriptore fide digno repetita est, Bernardum Clareualensem Abbatem, qui tunc Apostolicum Legatum adGermanos missum agebat, cũ Spirensem vrbem forte peteret, à Clero & populo reuerenter exceptum, atque ad primariam ædem Deiparæ sacram, quæ adhuc extat, honorifice deductum esse, refertissima hominum turba, in qua Rex Conradus primas tenuit, illum solẽniter prosequente. Tanta visendi Bernardi inerat omnibus cupiditas, de cuius clarissimis frequentissimísque miraculis, & insigni sanctimonia, tota fere Germania & Gallia obstupescebat. Quo tempore sub ingressum templi Cantatum est, Salue Regina, Bernardo genua flectente & concinente, O clemens, ô pia, ô dulcis Maria. Eius rei non obscura quæ Spiræ vidimus, extant vestigia, & sicut veteres narrant annales, felicem Bernardi aduentum Deus miraculo comprobauit. Intelligebat certe idem vir Dei minime superstitiosus, ac diuino Spiritu mirabiliter illustratus, nihil in hoc Cãtico inesse, quod impietatem saperet, vel correctione & seuera censura, nedum damnatione indigeret. Tum certo constat,

De authore & origine huius Cantici Hermanno Contracto.
d Lib. 2. de viris illustrib. Benedictinorum c. 84.

Centur. 11 cap. 10

Quæ hoc Cantico tradunturia vetustioribus etiam scriptoribus tradita esse.

Cãticum hoc nõ leuiter a. 1. missam & vero barum fuisse in Ecclesia.

In ser. de Salue Regina.

Tempore Bernardi Canticum hoc Spiræ decantatũ, & miraculo quodam ornatum fuisse.

Bernardo aliisque viris perdoctis ac sapientibus hoc canticum placuisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plurimos toto orbe perquàm sapientes & doctos repertos esse, qui magno consensu dignum & iustũ esse iudicauerint, vt idem Canticum in Ecclesiam reciperetur, & publicè decantaretur, piisque cæremoniis cohonestaretur, & bonis demum omnibus comprobaretur, quod nullus quidem alicuius nominis ante hanc nostram ætatem tot seculis oppugnauit. Inter alios verò Scriptor vetus, nec imperitus scientia (multi Bernardum ipsum esse autumant) hoc ipsum Canticum multis nominibus extollit, atque ab omnibus extollendum censet, quòd nempe à sanctis sit compositum, à sanctis institutũ, à sanctis dignè frequentandum, ad gratiam suaue, ad sensum fœcundũ, ad mysteria profundum, quod & affectum mulceat, & de sensuum vberrate mentem impinguet, & ad matrem Domini honorandã intimas animi medullas maiorem in modum inflãmet: cuius quidẽ carminis difficile sit referare Sacramentum, & sensum virtutémque assequi, quod non nisi à vere religiosis, sanctáque affectione feruentibus subtiliter intelligi, & efficaciter decantari possit. Nihil autem moramur, si hoc boni & religiosi viri iudicium rideant Nouatores, quùm illi alia multò sacratiora cum Cantica, tùm mysteria præ sua nimia prudentia ridere soleant, & quicquid propemodum Ecclesiæ authoritate sancitum atque confirmatum est, id petulanter mordeant ac arrodant.

Iudicium veteris & creditiScriptoris de hoc ipso Cantico.

Non morandam esse supercilium aduersariorum, hoc Canticũ damnantium.

Officium salutandæ Virginis in hoc Cãtico non calpandum, sed ritui vniuersalis Ecclesiæ consentaneũ esse.

Luc. 1

Cæterum vt non solum infirmis (si qui forte huius ratione Cantici offenduntur) sed maleuolis etiam consulamus, principio Ecclesiæ vitio verti nõ debet, quòd Mariam tum Christi Domini, tum etiã suam quodammodo matrem reuerenter salutat, & salutando euangelicum simul & Angelicum officiũ præstat, quemadmodum Liber tertius rationibus, sententiis & exemplis pluribus demonstrauit. Quã salutandi rationem non modò Latina, sed Græca etiam Ecclesia tot seculis diligenter obseruat, imò & Syri, quorũ lingua vernacula & popularis Christo eiusque matri fuisse dicitur, in sacris & peruetustis codicibus habent expressam, hodiéque diligenter obseruant. Vnde inter alia sic dicere solent: Salue nobis genitrix Dei. Salue mater lucis. Salue quæ similis es [a] Rubo, quem vidit Moyses. Salue nubes velox, de qua dixit [b] Esaias gloriosius. Salue [c] arca Testamenti. Salue obediens. Salue plena gratiæ. Salue, quia ex te natum est Verbum æternum patris. Salue gestatrix vitæ & lætitiæ mundi.]

Quomodo Syriaca Ecclesia Virginem matrem soleat salutare.

a Exod. 3
b Esaiæ. 19
c Exod. 37

Iam vero quod Mariam, vt misericordiæ Reginam & matrem, salutat Ecclesia, peculiarem Hebræorũ Diuinæque Scripturæ phrasin redõlet, qua genitiuus substantiuus, pro epitheto siue nomine adiectiuo sæpè vsurpatur. Deus enim [d] pacis & [e] misericordiæ tantundem est, quemadmodum si pacificum ac misericordem appelles: ad eundem modum, [f] Legem mortis pro mortifera, [g] filium perditionis pro Filio perdito, [h] mammona iniquitatis pro iniquo mammona, & [i] viros misericordiæ pro viris misericordibus in sacris literis dici constat.

Non sine more Scripturæ dici Reginam & Matrem misericordiæ.

d Roman. 16
e 2. Cor. 1
f Rom. 7
g Ioan. 17
h Luce 16
i Eccles. 44

Quare cum misericordiæ matrem & Reginam Virginem salutamus, illam verè clementem, cuius typum Hester Regina gerebat, atque adeò inter Matres & Reginas omnes, quæ vnquam misericordiæ laude floruerunt, atque adhuc florere poterunt, excellentem & præeminentem agnoscimus, gratique celebramus. Qua de re pluribus posteà disseretur.

Hester Regina clementem Mariam adũbrauit.

Hester. 14 & 15.

Cur autem illam Reginæ nomine, [k] Damascenum, [l] & Athanasium sequuti non compellemus, cuius & pater Dauid Rex inclytus, & filius Rex Regum Dominúsque Dominantium sine fine imperans, laudem in Scripturis præstantissimam tenent? Regina est insuper, si cum illis conferatur, quibus vetuti regibus, cæleste regnum cũ Christo Rege summo contigit, vtpotè illius cohæredibus, & in eodẽ veluti throno, vt Scriptura loquitur, cum illo collocatis. Regina est etiam nulli electorum secunda, sed simul Angelis & hominibus tantò prælata dignius, quò nihil illa sublimius ac sanctius esse potest, quæ sola cum Deo Filium habet communem, & quæ supra se Deum & Christum tantum, infra se vero reliqua videt omnia. Magnus Athanasius perspicue dixit: Mariam non modò Deiparam, sed etiã Reginam & dominam propriè veréque censeri, quandoquidem Christus ex ipsa matre Virgine natus, Deus & Dominus idémque Rex maneat. De hac igitur Regina, vt & antea meminimus, dictum illud Psalmographi interpretatur: Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Ea nunc, inquit, vt Regina, astitit à dextris Filij vbique regnantis.] Quam sententiam sequitur & confirmat Damascenus, Mariam dominam & omnium creaturarum dominatricem, sæpe & Reginam statuens, cò quod mater sit Dei omnium conditoris. Notat [a] Methodius Martyr, sacrum Mariæ caput à Deo coronatum esse, & [b] Rupertus admonet, ad illam velut ad præcipuam Dei sponsam & amicam pertinere, quod in libro Canticorum legimus: Coronaberis de cubilibus Leonum, de montibus Pardorum. Hanc enim & in cælis Reginam sanctorum, & in terris Reginam regnorum esse coronatam, quandoquidẽ sit mater Regis coronari, quem constituit Deus super opera manuum suarum, ac proinde Reginam illam cælorum, totum iure possidere Filij regnum. Atque hoc intuitu, inquit, quia credent in fructum ventris tui Reges atque Imperatores (ô Maria) coronis suis te coronabunt, palatia sua nomini Dei sacrabunt, honori tuo dedicabunt, vt desinant esse quod fuerant, mõtes Pardorum: cubilia Leonum.] Demum apud Augustinum legimus, eandem Angelorum matrem ac dominam nuncupari, & quod multò est ampliùs, Ecclesia non modo Latina, sed tur. & Græca & Syriaca Reginam illam cæli solenni epitheto publice multis iam seculis salutat ac prædicat.

K Io Serde Damasc. l Lib. 4. cap. 3 Apologet. Mariã in Cant. Regina nomine non perperam appellari.

Apocal. 3

Maria Regina & domina vere ndicatur.

Serm. de Zod. de festiuit. Mariæ Deiparæ

Psal. 44. Lib. 4. filii ecclesiast. ca. 25. & in lib. 1. cap. 5 Apologet. & Oratio in Hypapanten Domini. b Lib. 3. de nom. Mariæ. 10. 4 Cantic. Psalm. 8

Maria Regina in cælis coronata.

Cur ergo miseri inuidique homines ringuntur, quod Reginam misericordiæ appellemus eam, quæ Christum Regem Regum & Dominantium Dominum, cúmque gratiæ & virtutis plenum, sed & omnis misericordiæ fontem, ac nostræ salutis authorem summo cum miraculo edidit, quámque Angeli vt Reginam gloria cumulatam, sicut Petrus Damianus loquitur, visione mirabili contuentur? Nam & Christus aliquando misericordia dicitur, vt de illo verè cum Dauide cantemus: Suscepimus Deus misericordiã tuam in medio templi tui. Ostẽde nobis Domine misericordiam tuã. Saluum me fac in misericordia tua. Misericordia & veritas obuiarunt sibi. Vt hinc etiam Bernardus de Maria dixerit: Ipsa nempe mediatrix nostra: Ipsa est, per quã suscepimus misericordiam tuam, Deus: Ipsa est, per quam & Dominum Iesum in domos nostras excipimus.] Quapropter si Christum misericordiam Dei

Christus misericordia dicitur in Scriptura.

Serm. 3. de natiuitate Mariæ. Psal. 47. 84. 30. 54.

Serm. 2. de Assumptione Virginis

Dei, virtutem & sapientiam profitemur, si eiusdem Christi Dei & hominis genitricem agnoscimus, illúmque à Maria editum, à Simeone iusto susceptũ, ab Anna phanuelis glorificatum, & super omnia constitutum adoramus, cur nõ charissimam & sanctissimam eiusdem genitricem hoc etiam honore dignemur, vt misericordiæ, imò & veritatis & sapientiæ matrem publicè prædicemus, ac piis prædicantibus læti simul accinamus: Salue Regina misericordiæ, vel sicut alij legunt, mater misericordiæ, quo nomine vir sanctus Otho Cluniacensis Abbas libentissimè vtebatur. Primus autem vt suspicor, Lutherus fuit, qui hanc nobis Catholicis calumniã strueret, quod quandoquidem Mariam cæli Reginam salutamus, Christo iniuriam irrogari, quod enim soli Deo debetur, id tribui creaturæ. Cui cauillo non incommodè respondit Cochlæus: Dicat ergò nobis Lutherus, vbi Christus Regina cœli dicatur? Quæ autẽ Christi est iniuria, si mater eius à nobis Regina cæli vocetur? Estne in cælo serua aut ancilla? Si socia passionum fuit cur non & consolationis? Si compassa est, cur non & conglorificetur, sicut paulus ratiocinatur? Cur non conregnet, si sustinuit? Si pauper fuit spiritu, cur non sit ei proprium regnum cælorũ? vt Christus ipse promisit. Non ergo solùm cæli, sed & cælorum Regina recte dicitur Maria, vtpotè mater Regis Angelorum, Regisque cælorum & soror & sponsa.]

Luca 2

Lutherum dudum esse illorum qui Reginam cœli Mariam negant.

In confut. Art. 92

Rom. 8
2. Tim. 2

Matth. 5
Luc. 6.

Cum porro Maria in hoc ipso Cantico vita salutatur, nihil illi detractum volumus, qui optimo iure seipsum viam, veritatem, resurrectionem & vitam appellat: quique sicut Dionysius docet, vita suprema & principalis, vitæque omnis author existit, qui & vitam fœcundat, replet ac diuidit, vtpotè vita per se viuens, & supra omnes vitam, vt vita viuificans, vitáque superior. Verum alio sensu Mariã nobis viram censemus, vt per quam, Deo miserante, fructum vitæ percepimus, vt hinc meritò sibi Ecclesia gratulans canat: Benedicta filia à Domino, quia per te fructum vitæ cõmunicauimus.] Trahũt vitam Filij à parentibus, quos vitæ suæ habent & agnoscunt authores, vt quadamtenus eos vitam suã appellare possint. Et Salomon sermones suos ad bene beatéque viuendum filio traditos tùm vitam, tùm sanitatem vocat, sicut & Christus ipse dixit: Verba quę locutus sum vobis, Spiritus & Vita sunt. Adhæc nota est historia de Abimelech Rege, cui Deus ipse dixit: Orabit pro te Abraham, quia Propheta est, & viues. Qua sententia non obscure significatur, dicti regis vitam ex Abrahã Patriarcha pependisse, & huius orationem quasi regis eiusdem fuisse vitam, ita vt multum semper Abrahæ debuerit, qui suis precibus ad Deum effusis vitam ipsi aut obtinuisset, aut conseruasset. Quapropter nõ adeo alienum, hoc loquendi genus videri debet, cũ pij ex veteri more & citra omnem Christi iniuriã, qui solus fons vitæ dicitur, Mariam quoque vitam appellant. Etenim primam parentem Euam eadem ratione, sed ex contrario sensu, nostram mortem, vel humanæ mortis procreatricem ac originẽ licet dicere: Maria verò, quoniam vnicè à Deo fuit electa, per quam vera vita Christus miseris & perditis mortalibus generaretur, vitæ quoque nomen accipit, & mater viuentium sæpe appellatur, lignóque vitæ, quod in medio Paradysi positum est, rite comparatur. Quare notat Epiphanius, quod Scri-

Rex Abimelech vitam percepit Abrahæ.

Genes. 3

In Christo renati Mariam suam vitã quo modo appellare possint, atque ex matre vitæ nasci, & lignũ vitæ.

Ted. 14. & 11 Lib. de dormitione cap. 6

Quomodo Maria vita nostra in Cantico nominetur.

Prouerb. 4

Vitæ nomẽ in Scripturis late patet.

Ioan. 6

Genes. 10.

Ptura primæ mulieri etiam post peccatum in Paradyso commissum tribuit, vt mater viuẽtium appelleretur, id quoque Mariæ deberi, quæ per Euam significata, hoc cognomen vt mater viuentium dicatur acceperit, quia sit causa vitæ, per quã vita nobis procreetur, & Dei Filius in mũdum prodeat. Vnde facta est mors, inquit, illinc processit vita, vt vita pro morte fieret. Eua mortis causa facta est hominibus: sed vbi redundauit peccatum, ibi redundauit gratia.] Præterea si Mariæ vitam sanctissimam & mores integerrimos nobis imitãdos proponamus, speculum & exemplar vitæ, atque adeò vita dici potest omnium, qui regiam tenere viam, ac Deo pure seruire beatéque viuere concupiscunt. Vnde quod æternæ Sapientiæ Christo præcipue competit, id nonnulli veteres ad Mariam quoque accommodarunt, vt & ipsa dicere possit: Beati qui custodiũt vias meas. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Rursus Maria intercedente, multis hæc gratia cõfertur à Deo, vt à morte peccati ad vitam spiritualem resurgant, aut malis etiam grauissimis liberentur, qui meritò suam patronam celebrant grati, eámque vitam appellant, vt cuius patrocinio & se sciant à Deo adiutos, & deinceps adiuuandos esse confidant. Exemplo sint resuscitati quidam ad vitam, præsertim ab [a] Helia & [b] Helisæo Prophetis, qui cùm reuixissent, non poterant non præclare sentire ac loqui de his, quorum precibus essent restituti, illísque secundum Deum vitam suam meritò ferebant acceptam.

Maria vitæ credentibus ob formandæ vitę speculum & exemplum.

Maria nõ paucis vita est, quia vitã illis à Deo impetrat intercedendo.

a 3. Reg. 17
b 4. Reg. 3

Accedit & illud epitheton: Dulcedo nostra, quo cum iungi potest, quod in fine Cantici subditur: Mariam vt clementem & piam, sic quoque dulcem esse Virginem. Per acerbus profectò cibus erat, quẽ suis liberis quamlibet inuitis tetrica nouerca Eua, & hæc serpenti magis, quàm Deo morigera, ingesserat, pestiferum quasi virus posteris cunctis infundens. Tanto autẽ dulcior & iucundior mater Maria successit, quæ obediens Deo, viris & mulieribus salutis antidotum suauissimum propinauit, panem vitæ, qui dat vitam mundo ac omni redundat dulcedine, in venerabili arca vteri sui recondens, ac Dei filiis primum velut è ditissimo penu in lucem proferens, vt semper illi habeant, vnde saturentur & inebrientur, omníque voluptate spiritus perfundantur. Hinc enim & montes stillant dulcedinem & colles fluunt lacte, vt Propheta fore prædixit. An non dulcedo nostra dicatur, mulierum omnium pulcherrima, quæ tot seculis expectata, & veterum Patrũ votis ardentissimis desiderata, se nobis Messiæ matrem lectissimam ac suauissimam exhibet: quæ præterea tot Legis & Prophetarum vmbris finem imponens, tristem orbem exhilarat, mulier nimirum illa tam augusta in [c] Paradyso promissa, [d] virga florens de radice Iesse, [e] porta aurea, & [f] terra benedicta, quæ desiderium gentium, orbis delitias, panem vitæ, & mundi lucem Christum germinat? Quod si in Maria nihil austerũ, nihil terribile conspicitur, si tota suauis est, lac & lanam omnibus offerens, si cuncta plena pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ in illa inueniuntur, quemadmodùm Bernardus palàm affirmat, & frequentibus multorum experimẽtis compertum est, cur obsecro, illam ipsam dulcedinis nomine non cohonestemus? cur etiam sanctæ voluptatis cupidi, ad illam cum Ecclesia suspirando non dicamus;

Maria dulcedo nostra non male vocatur in Cantico.

Genes. 2

Ioan. 6

Ioel. 3 & Amos. 9

Genes. 2

Maria dulcedo & Iudææ & Christianæ Ecclesiæ.

c Genes. 3
d Esa. 11
e Ezech. 44
f Psalm. 84

Maria quomodo dulcissima inueniatur, iuxta Bernardum.

In serm. de verbis Apoc. Cant. 1 Luc. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum? Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua? Quid verò nisi mellita, omnisque dulcedinis referta verba sunt à Maria prolata, siue Angelo in Nazareth, siue corã Elizabeth in Zachariæ domo, non minus diuine quam dulciter loquentem audiamus? Sed multis corruptus est stomachus, & palatum manet infectum, vt nec gustare, nec digerere possint, qualem quantámque dulcedinem Mariæ dicta, facta, dotes, dolores, consolationes, merita, præmia secum adportent: solùm enim à spiritualibus ista percipiuntur. Stupidi sunt planè ac cæci, qui cum Christum & Mariam in ore quidem gestent, nullo tamen ferè sensu intimo cõplectuntur, ac interim ex se alios tàm stolidè metiuntur, si qui tum Christum, tum Mariam modo dulcissimo sibi sentiunt communicari, vt & ipsi secundum Spiritum per Mariam, & cum Maria, & ob Mariam mirabiliter exultẽt in Deo salutari suo. Ac præcipue quidẽ Maria dulcis, ac ipsa quasi dulcedo est sactis Virginibus animisque puris, cum talem ordinis sui principem vident, & magistram audiunt, & matrem diligunt, & Reginam sequuntur, illámque sibi patronam apud Deum propitiam habent, ac mirè sentiunt efficacem.

Nihil verò magis inuitum est aduersariis, nihil ab illis tàm fœde & blasphemè in hoc Cantico sugillatur, præterquàm quòd ex Maria Virgine spẽ quoque nostram facere videamur. Ignorarunt, scilicet, optimi patres religiosissimique Maiores nostri, sic Prophetam loqui Deo. Tu es, Domine, spes mea: Exaudi nos, Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè. Nesciebant fortasse, ab eodem Dauid esse pronũciatum: Mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Domino spem meam. Nec legerant, vt isti volunt, neque audiuerãt illud: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Nihil sane istorum latebat veteres Orthodoxos, præsertim paulò cordatiores qui tot seculis in hoc ipso Cãtico sæpe multúmque versati sunt. Primas illi Deo semper tribuerunt, ac tribuendas putarunt, nefas vt ducerent, si summo æternóque bono in amore & cultu quicquam ab homine anteponeretur, aut etiam exæquaretur. Deloquendi forma idcirco minus fuere solliciti, quòd scirent, Apostolum ab hoc loquendi genere non abhorruisse, vt spem suam etiam homines faceret, sicut iam ante commonuimus. Quæ est, inquit, nostra spes aut gaudiũ, aut corona gloriæ? nónne vos ante Dominum? Sciebant vtique tritam in scholis esse distinctionem, non pauca nomina, quæ Christo ratione redemptionis proprie competunt, Mariæ Virgini ratione intercessionis sæpenumero applicari, alitérque consequendè salutis nostræ spem ad Deum, velut ad causam primariam ac finem vltimum, aliter verò ad Mariam, vt causam secundariam ac Deo longe inferiorẽ referri oportere. Vnde Scholasticorum Doctorum princeps Aquinas: Licet, inquit, sperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura, sicut de agente secundario & instrumentali, per quod aliquis adiuuatur ad quæcunque bona consequenda in beatitudinem ordinata. Et hoc modo ad Sanctos conuertimur. Quare si in amico vel Sancto aliquo, sicut in causa secundaria, multo quidem magis in Maria matre fidissima, sed post Deum & Christum eius Filium, fidimus Catholici, adeóque spem nostram Mariam fidente appellamus. Nec idcirco magis à Deo & Mediatore Christo fidem atque spem nostram abducimus, quàm vir doctus æque ac sapiens Bernardus abduxit, cum in hũc modum scriberet: Exaudiet vtique matrem Filius, & exaudiet Filium pater. Filioli, hæc peccatorum scala: hæc mea maxima fiducia est: hæc tota ratio spei meæ. Quid enim potestne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam: non audire aut non audiri Filius potest? Neutrum plane.] Etsi enim Bernardus de gratia Diuina & Christi misericordia minime diffideret, tamen Dei sublimitatem, qui ignis consumens in Scriptura dicitur, & simul Christi iustitiam, qui iudiciariam potestatẽ in peccatores exercet, ita reueritus fuit, vt ad Sanctorũ, & in primis Mariæ patrocinia fidenter simul & frequenter sibi confugiendum, & Christum ipsum Iudicem per matrem placandum esse putaret. Opus est, inquit, mediatore ad mediatorem istum: nec alter nobis vtilior, quam Maria.] At vide interim, quantum ille discriminis inter vtramque personam agnoscat & statuat, significanter inquiens: dulcissimum Mariæ nomẽ cum laude inuocantibus seruulis, per te, Regina clemens, gratiæ suæ munera largiatur Iesus Christus Filius tuus Dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in cælo.] Igitur etsi Mariam, vt clementem Reginam, recta cũ fiducia inuocari commonstrat, sicut & alibi sæpe testatur, tamen gratiæ fontem, & omnium quæ à Maria sperari ac peti possunt, largitorem Christum Mariæ & Dei Filium, adeóque ipsum Deum super omnia benedictum esse, luculenter affirmat, nimirum vt non solum Mariæ, sed & Christi propriam ac differentem asserat dignitatem.

Neque tamen pudet VVilhelmum Bidenbaechiũ & Lucam Osiandrum has voces procaces simul & putidas profundere: *Vt Maria spes nostra dicatur, quomodo eam in impio illo & insalutari Salue Regina salutent, horret animus cogitare, nedum lingua eloqui. Spem enim nostram dicere non possumus, nisi simul etiam Deum nostrum dicamus.* O vanissimos homines, qui vt veram sibi suæque Sectæ pietatem arrogent, ac totam Ecclesiã simul impietatis accusent, pium hoc & piis salutare Cãticum, tot probatum seculis, & à multis Catholicis huius ætatis propugnatum, tàm petulanter arrodunt, & maligne interpretantur. Non horrent in antiquis & damnatis versari erroribus, eísque impie patrocinari: horret autem illorum animus cogitare & lingua eloqui, vt Maria spes nostra dicatur. Sedenim cur non horrent dicere, quod etiam est amplius, Mariam esse seruatricem, sicut ipsi paulo superius, & hac quidem oratione fasi sunt: *Si quis consideret piissimum illud Canticum Mariæ, quod in ædibus Zachariæ videlicet, decantant, in quo suo modo & pro sua vocatione Euangelium prædicat, non repugnabo, si quis eam dicat per hoc Canticum multos homines salutasse, vt ita, si candide & citra calumniam intelligatur, Maria possit dici seruatrix.* Concedunt igitur (quod certe Flacciani aliique plures negarent) Mariam hominum vel mundi seruatricem censeri atque vocari posse, nec vllum reperient ex erudita vetustate, qui hanc ipsorum distinctionem agnouerit, Deiparam propter, vel per suam doctrinam, & non propter intercessionem dici posse nostram seruatricẽ. Rectius verò Rickelius annotauit, si quando Maria mundi saluatrix dicatur, non id propter efficientiã, quia nec salutem, nec gratiam ipsa efficit, sed propter subuentionem dici, quoniam apud Deum gratiam ac felicitatem nobis precatur atque procurat.

Quod si candidè & citra calumniam intelligatur, nihil repugnare asserimus, quòd minus Mariam spẽ nostram dicere liceat, neque propterea esse consentaneum, vt eam summi loco Numinis habeamus, aut Deum sublimiore modo spem nostram esse inficiemur, quemadmodum iam anteà demonstratũ est. Vnde colligi quoque potest, quàm ridiculum sit illud, quod calumniatores isti, & lepidi homines non sine sarcasmo nugantur, Maranos (ita Catholicos Mariæ Encomiastas appellant) in suo Mariali blasphemare, quùm Mariam dominã & spem nostram appellent. Hæc enim impura velut aqua, est ex imperitiæ, vel potius malitiæ putido fonte deprompta, & talibus digna authoribus, qui candida in atra vertere, & in Catholicorum odium nihil nõ fingere consueuerunt. Cæterùm res ipsa docet, hoc loquendi genus, quo spes nostra Deipara nuncupatur, non à recentioribus vel Scholasticis Doctoribus, qui Quadringentis ab hinc annis in Ecclesia docuerũt, sed etiam à vetustioribus vsurpari, atque omni blasphemiæ vacare nota, si tantum æquè, vt diximus, & candidè iudicetur. Vetus & grauis author [a] Epiphanius Cypri Salaminæ vrbis Episcopus in hunc modum scribit: Mariam inter pretari solemus dominam atque etiam spem: peperit enim Dominum, qui est spes totius mundi, nempe Christũ.] Tùm [b] Ephrem Basilij Magni Diaconus Deiparam Virginem non modò conciliatricem & aduocatã, sed spem quoque Christianorum appellat. Et præclarus Ephesiorum Archiepiscopus Matthæus philadelphiensis his epitheris, quæ illam miserorum spem esse comprobant, luculenter ornat. quòd nẽpè sit perstrenuum bello concussorum præsidium, secura, fida & sacta tempestate iactatorũ anchora, singulare à calumniatoribus afflictorum auxilium, desperatorum spes, dolentium solatium, paratum ad omnes casus subsidium, singularis salutis nostræ propugnatio, denique tutissimus naufragorum portus. Vnde nec Erasmum piguit Mariam his verbis inuocare: Per omnium, qui in te spes fixere suas vota obsecro obtestórque Virgo intemerata, peccatoris huius patrocinium apud Filium suscipe: eius iram, quàm meis flagitiis excitaui, deprecare.] An hoc est, sicut cauillatores garriunt, in blasphemiam incurrere, aut Deum nostrum esse spem inficiari, vel Christi etiam obscurare gloriam? quæ hinc potius illustratur, cùm fatemur, Mariam per Dei gratiam & Filij merito in cælis plurimũ posse, Deumque ipsum vt per alia diuersa media, sic etiam benedictæ matris intercessione multa nobis beneficia exhibere, & spem afflictis ac miseris excitare atque fouere, quemadmodum veneranda veruſtas nunquàm adubitauit ac perspicue tradidit, multíque seculis omnibus sunt frequenter experti.

Superest vnus adhuc dissoluendus nodus, idémque in hoc toto Cantico & sæpe alias torquet & offendit aduersarios, quod putent humanos affectus Mariæ nimium à nobis tribui, quandoquidem maternam illius beneuolentiam ambire videmur. Etenim hic petimus, vt illa suos oculos misericordes ad nos exules tristésque conuertat, ac se clementẽ, piam ac dulcem aduocatam præbeat. Hæc verò illi non solum ad affectus mere humanos referunt, sed

Mariæ verba plena dulcedinis Euangelio. Hominum vitio fit, vt quantũ in Maria sit dulcedinis, non percipiatur.

Quibus Maria præcipuè, sit dulcis atque dulcedo.

Psalm. 90
Psalm. 64

An recte in hoc Cantico Maria spes nostra dicatur: cum hoc nomen Deo deberi videatur.

Psalm. 72
Hierem. 17

Veteres sine Dei iniuria, sine Scripturæ ignorãtia Mariam spem suã appellarunt.

1. Thess. 2

Ratione intercessionis quibusdã Mariæ quod Deo velut causæ primariæ & efficienti conueniat.

In 2. parte 2. quæst. 7 artic. 4

Licet sperare in creaturam, sed non sicut in Creatore.

Lib. 1 Dialogorum.

Maria seruatrix hominũ non propter doctrinã, sed ob intercessionem ac patrocinium à vete rib. dicitur.

Libr. 2. de laud. Virg. artic. 9

Mariam dici spem nostram nihil habet absurdi, si cãdide accipiatur.

[a] *In Hom. de laudib. Mariæ.*

[b] *In oratio. de laud. Virg.*

Veteres etiã Mariam ipsem hominum dicere non dubitarunt.

[c] *In orat. ad Virginem matrem.*

An in hoc Cãtico humani affectus Virginem nimiũ tribui videantur.

In lib. ad ser. sermones D. Torrensis.

Bernardus & in Christo & in Maria spẽ suã collocarit.

In sermo. de natiuit. Virg.

Deuter. 4
Hebræ. 12

Serm. 2. de Assumptione Virginis.

Quam inficete Nouatores culpent in hoc Cãtico, quod Maria ipsa nostra dicatur. Deprauã, calumniosã & criminationis propositã.

Maria seruatrix dici potest, teste, testimonio Theologo cum Virgine bergensium.

etiam cum statu beatorum, qui nobis compati nequeant, haud satis conuenire arbitrantur. Respondemus, è Scripturis abunde constare, omnis Ecclesiæ, nimirum triumphantis & militantis, caput esse Christum Iesum Dominum nostrum, qui suam & gratiam & gloriam vtriusque Ecclesiæ mẽbris electis infundat impertiátque. Habent autem hoc sibi commune in terra fideles, & in cælo beati, vt sub Christo capite, velut eiusdem corporis membra, versantes, eodem charitatis vinculo inter se maneãt colligati, ex qua charitate porrò felices miseris, triumphantes pugnantibus compatiuntur. Quæ tamen compassio sic beatis inhæret, vt eorum non minuat felicitatem, atque ab hisce perturbationibus semota sit, quæ in mortales cadere, ac eorum animos sæpè à Deo, diuinisque rebus abstrahere solent. Quantò enim charitas in beatis est perfectior, tantò purior etiam accedit compassio, nimirum vetæ charitatis testis ac index, sic illos afficiẽs, vt in perpetua illa Dei visione atque fruitione haud quaquam impediantur. Etenim Christo capiti sese conformant, qui licet omni ex parte summe beatus, ad patris sederet dexteram, tamen primis credentibus à Saulo tyrannicè afflictis adeò se compatientem ostendit, vt hostem illum prosternens dixerit: Saule, Saule, quid me persequeris? Vnde idem paulus iam ad Christum plane conuersus, & Apostolus gentium factus, de illo in cælis glorificato prædicat: Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Etenim, vt Anselmi verbis vtar, Christus clemẽter imbecillitati nostræ condescendit, & condolet etiam illi, qui per infirmitatem carnis labitur. Non tamen aliquid iã doloris sentire potest: sed quòd ei displicet miseria nostra & lapsus noster, atque præstat auxilium vt surgamus, & interpellat pro nobis: vocatur ergo eius compassio.] Præterea sunt beati sicut Angeli Dei in regno cælorum: hos autem propter homines hic pœnitentes [a] exultare, & ob Dei inimicos grassantes [b] amare flere, & ad ipsum mundi ruentis [c] interitum commoueri, Scriptura pronũciat. Rursus immutabilis Deus, vt se maximam suorum curã gerere, illísque compati declaret, quod de vno dicit, omnibus præstat electis, dulcissime pollicens: Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eũ. Qui præterea, vt viscera misericordiæ suæ viduis & pupillis explicet: Si læseritis eos, inquit, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus. Sed & illa compatientis vox est: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiem eorũ, qui præsunt operibus, & sciens dolores eius, descendi vt liberem eum. Vnde toties illa Dei recurrunt nomina, vt benignus, misericors, lõganimus, suauis, mitis, patiens & præstabilis super malitia nuncupetur. Quid, quod diues epulo in mediis flammis ardens, vt leuissimum sibi refrigerium obtineret, & compatientem Abraham redderet, ad misericordiã eius implorandam sese conuertit? Est interim, ne quis nesciat, alia compassio siue misericordia secũdum passionem huius tantum vitę mortalibus cõgruens, alia secundum electionem, vt in Beatis & Angelis, quemadmodum Scholastici Thomam sequentes succincte dicere solent.

Nihil ergo mirum, quòd in hoc ipso Cantico, &

Christus caput omnis Ecclesiæ, vt corporis sui mystici.

Membra mystici corporis charitatis vinculo inter se colligantur. Compassio aliter in beatis quam in mortalibus reperitur.

Aclor. 9

Christus Ecclesię primitiuę compassus e Saulo Paulum effecit.

Hebræo. 4

In eundem Paulı locum.

Christũ habemus Pontificem nobis cõpatientem.

Matth. 12

[a] *Luc. 15*
[b] *Esai. 33*
[c] *Luc. 21*

Sancti in eo patiendo nobis sunt, sicut Angeli, & quatenus Deo sese conforma nt.

Psal. 40

Deus licet immutabilis, suã misericordiã & compassionem nobis explicat sæpe.

Exodi. 22.
Exodi 3.
Ioel 2
Psalm. 85
Luce 16

Compassio quædam secũdum passionẽ, & alia secundum electionem.

In lib. 4 sent. distinct. 30 artic. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Recte Mariæ humanum affectum tribuit præsertim cõpassionis & misericordiæ in hoc ipso Cantico. Charitas hic inchoata post mortem in Sãctis durat, & Mariã in carne gloriosam nobis fauentiorem, & clementiorem facit.

1 Cor. 13.

Serm. 1. de Natiuitate Virgin.

Veterum testimonia, de Mariæ Virginis erga nos clementia & benignitate.

Maria imparsionalis, & nobis summè compatiens.

Maria inuincibili amore nos amat, exẽplo Christi. & Mater Domini ad se pie cõfugientibus se vere Matrem exhibet.

Lib. de excel. Virginis. ca. 9. & 10

Lib. de excel. Virg. cap. 12

In Vigilia Apost. Petri & Pauli.

Sancti potentiores in cœlo quã in terris ad auxiliãdũ. Sancti inducture viscera misericordiæ.

sæpè alias de Maria, eiúsque misericordia siue compassione fiat mentio, & humani quidam affectus, sicut Deo, Christo & Angelis, sic etiam beatissimæ Virgini attribuantur. Cur enim homines humano more non loquamur? cur Scripturæ phrasin propriam non retineamus? cur demum à communi veterum sensu atque vsu temere discedamus? Si charitas in Sanctis morientibus non excidit, adeóque cum statu gloriæ maiorem in modum augetur perfectiórque redditur, quam ob causam, quæso, de Mariæ nobis compatientis affectu dubitemus, præsertim quæ vna cum corpore in cælos, vt diximus, assumpta est, eóque magis earum affectionum, quæ in sanctos homines cadunt, in sua carne vna cum Filio particeps manet? Proinde summâ in illa charitatẽ perpetuo vigere, eamque pro materna quadam pietate nostris, velut filiorum periculis & calamitatibus (si humano more loquendum est) indolescere, nullámque in terris parentem suorum liberorum incommodis & ærumnis æquè ac illam affici, eorúmque vtilitati ac saluti magis consulere posse, nobis persuasum habemus. Qua de re nec veteres quidem tacuerunt, sed disertè docuerunt, eo nos fidétius matrem hanc benignissimam simul & fidissimam colere & inuocare, quò illa libentius ex Dei voluntate atque ordinatione mortalibus patrocinatur.

Vnde Petrus Damianus Mariam ipsam alloquẽs, & maternam eius erga nos misericordiam laudans: Nunquid, inquit, quia ita Deificata, ideò nostræ humanitatis oblita es? Nequaquam, Domina. Scis in quo discrimine nos reliqueris, vbi iaceant, quantum delinquant serui tui. Non enim conuenit tantæ misericordiæ, tantam miseriam obliuisci: quia etsi subtrahit gloria, reuocat natura: non enim ita memoratis iustitiæ Dei solius, vt misericordiam nõ habeas: neque ita es impassibilis, vt sis incompassibilis. Naturam nostram habes, non aliam: & iustũ est, vt de rore tantæ pietatis diffusius infundamur.] Nec multò pòst: Scio, inquit, Domina, quia benignissima es, & amas nos amore inuincibili, quos inte & perte, Filius tuus & Deus tuus summa dilectione dilexit. Quis scit, quoties refrigeras iram Iudicis, cùm iustitiæ virtus à præsentia Deitatis egreditur?] Testatur & Anselmus de hac matre tum clementissima, tum beneficentissima, quæ cunctis ad suum præsidium piè confugientibus, maternam pietatem impendat, ac libenter miseris opituletur, quæque opem optatam non velit modo, sed etiam possit adferre mortalibus.] Inter alia verò sic ratiocinatur: Certe Deus noster teste Propheta, misericordia nostra est, & tu eiusdem Domini nostri absque dubio vera mater. Si tu ergò (quæ Dei mater es & eò reuera misericordię mater & gratiæ) denegas nobis effectum misericordiæ, cuius tàm mirabiliter facta es mater, quid faciemus, cùm idem Filius tuus aduenerit, cunctos æquo iudicaturus iudicio?] His Bernardus consonat, qui de vero Sanctorum cultu disserens, eorum non solum exemplum, sed & auxilium iubet considerare. Nam qui potès in terra, inquit, potentior est in cælis ante faciem Domini Dei tui. Si enim dum hic viueret, miserrus est peccatoribus, & orauit pro eis, nunc tanto amplius, quanto verius agnoscit miserias nostras: quia beata illa patria charitatem eius non immutauit, sed augmentauit. Neque enim quia impassibilis omninò, ideò & incompassibilis factus est: sed nunc potius induit sibi viscera misericordiæ, quum ante tentem misericordiæ existit.] Nihil ergo mirum, Mariæ misericordiã toties à Bernardo repeti, eámque misericordiæ matrem appellari, ac simul aliis inuocandam proponi. Sileat, inquit, misericordiam tuam Virgo beata, si quis est, qui inuocatã eam in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Quis misericordiæ tuæ, ô benedicta, longitudinem & latitudinem, sublimitatem & profundum queat inuestigare?] Tùm alibi: Regina cælorum est, misericors est, mater est vnigeniti Filij Dei. Nihil enim sic potest potestatis eius, seu pietatis magnitudinem commendare: nisi fortè aut non creditur Dei Filius honorare matrem: aut dubitare quis potest, omninò in affectum charitatis transisse Mariæ viscera, in quibus ipsa, quæ ex Deo est charitas, nouem mensibus corporaliter requieuit.]

Bernardus nos mittit ad Mariæ misericordiam.

Serm. 1. de Assumptione Virginis.

Quæ Patrum testimonia, vt alia plura sæpè proposita prætereamus, euidenter ostendunt, longè quidem aliter Veteres quàm Nouatores, communionem Sanctorum in Apostolico Symbolo intellexisse, ac omni dubitatione semota, cum tota Ecclesia certò constituisse, Mariam cum reliquis in cælo beatis nostras cognoscere necessitates, nobisque hic miserandum in modum exulãtibus, & grauium hostium exercitu perpetuò circumseptis cõpari, próque gratia sibi à Deo data, suis commembris bene velle ac opitulari, nimirùm vt sicut Augustinus loquitur, nos & meritis eorum consociemur & orationibus adiuuemur. Aduersarij vetò Mariam ac Sanctos alios tantum in mortuis ponũt, aut certe quidem cœcis oculis contemplantur, & quod humanis sensibus assequi non possunt, etiam illis denegare non erubescunt. Vnde ridiculũ illis videri solet, cum toties apud Patres legunt: Sãctos non propria quidé cognitione, sed Dei reuelatione nos absentes respicere, resque nostras habere perspectas, nobis fauere & compati, suisque precibus mala nostra vel depellere, vel mitigare, & bona plurima imperrare. Etenim hanc peruetusti scriptoris Origenis regulam ab Ecclesia semper obseruatam explodere cupiunt: Omnes, inquit, Sancti, qui de hac vita decesserunt, habentes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc mundo sunt, si dicantur gerere curam salutis eorum, & iuuare eos precibus suis, atque interuentu apud Deum, non est inconueniens. Scriptum namque est in Machabæorum Libris: Hic est Ieremias propheta, qui semper orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate.] Quod si in Sanctis charitas absoluta viget, nec illa quidem otiosa esse potest, sed quæ languentibus membris salutaria studiosè procuret, multo magis hæc eadé in Maria vigebit, illámque velut communem omnium matrem ad benè merendum de filiis, præsertim pie inuocantibus excitabit, vt illorum causa precetur Filium, & longe plura consequatur, quã vel aduersarij credant, vel nos etiam in hisce vitæ tenebris æstimare possimus. Qui vero hanc Dei potentiam & munificentiam in sanctissima Virgine nec statuunt, nec agnoscunt, non modo cum veteribus ex diametro pugnant, sed etiam Diuinum quasi ordinem violãt, cuius proprium est inferiora per superiora decenter regere & administrare, simúlque nobis tollunt ea præsidia, quæ ad hominũ vtilitatem atque salutem iunt diuinitus constituta.

Nouatores hic maximè nobis aduersãtur, quod non credant communionem Sanctorũ, de qua Symbolum loquitur.

Lib. 20. de ciuit. Dei. c. 2.

Quomodo Maria & Sancti ab aduersariis vitæ foliciæ cõsideranti.

Quæ fides Ecclesiæ de vera Sanctorum in cælo.

Hom. 3. in Cantic.

Dulio prolixius Tractatur de Mariæ cultu.

Inconsiderabilé omnino argumentum præsentium Catholicorum, quod à Mariæ cultu petitur.

De misericordia Deiparæ nos charitate imprimis non esse ambigendum.

Ex

Ex his præsidiis non exiguum illud est, quo supremum æternumque Numen, sicut per Sanctos Angelos, qui iuxta Dei prouidentiam pro nobis intercedunt, & quasi patronorum officium nostri causa suscipiunt, ita etiam per Deiparam mortalibus persæpè opitulatur, & præclara dona petentibus confert. Cui rei argumento sunt exempla, quæ nobis Diuina Scriptura porrigit, quæque [a] Chrysostomus & [b] Augustinus clarissimi Theologi in medium attulerunt. Faciãt autem hæc tanta insania, vt miseris nescio quibus homuncionibus ad excitandas in Ecclesia turbas nõ ita pridem natis fidem adhibeamus, qui eximias dotes, & singulares prærogatiuas in nostrum vsum & fructum à summo Deo rer Sacrosanctæ Mariæ tributas, eidem contra fas omne derogant, vt pro suo arbitrio, scilicet, Diuinæ maiestati terminos præfigant, ne vltra illos talem tantámque Matrem in cælis glorificet, aut nobis salutarem aduocatam esse permittat. Certè non tam [c] Lutheri, quam resonantis per illum tartareæ Bestiæ vox est: Mariam *pro aduocata nolumus habere.* Cui [d] Cochlæus ante nos ita respondit: Dicquæso Luthere: cum Pater omne iudicium dederit Filio, & ipse non iudicet quenquam, quam possumus apud Filium iudicem habere meliorem aduocatam quam ipsius matrem? Adeóne vilis in conspectu Filij sui videtur tibi, vt stante te coram tremendo illo Iudice, nihil pro te loqui audeat, si non peccaueris in Spiritum sanctum? Ego verò libenter & magna spe cum Ecclesia dico: Eia ergo aduocata nostra.]

Singulari Dei ordinatio est, malos non cõ cedere mortis ictum, nisi sanctis intercedẽtibus.

Genes. 18 & 26. Exodi. 32 Iob 42. 4. Reg. 19 & Hom. 41 & 44 in Genes.

Quæstione 10. super Exodum.

Item serm. 1 & de sancto Stephano. Item de assumt. Virg. & in cantica Virg. & in Matth. cultu Mariæ cultum.

Lutherus. lect. 3.

Arque hęc satis fuerint, vt arbitramur, ad præsentis Cantici defensionem, quod vel inuitis aduersariis, ad religionem nouandã semper intentis, nequaquàm impium atque blasphemum, vllàue correctione vel damnatione dignum, sed in Ecclesia merito receptum, ac deinceps retinendum debeat existimari. Quod si non honoris ergo, saltem amoris gratia, Deiparam his præclaris titulis, quos illi publicè tribuit Ecclesia, compellare decebat, quum & vulgi more passim receptum esse constet, vt hominum personam insigniter amatam, suum decus, suam spem, suam vitam vocent. Quantò nos rectius id genus nomina, quæ ineptis & profanis amoribus & affectibus exprimendis sæpe adaptantur, ad illãm vel vnicè vel maximè benedictam Virginem transferimus, quam Filij Dei, vt suam Matrem & Reginam de toto humano genere optimè meritam & vsque merentem nõ solùm agnoscunt atque suspiciunt, sed etiam castissimis animis amplectũtur, atque cum singulari gaudio exosculantur.

Epilogus tractationis de Cantico, Salue Regina.

Eximios & vltatos in ecclesia titulos Mariæ deberi nõ solum honoris, sed etiam amoris respectu.

CAPVT XIIII.

Idololatriæ crimen, quod in primo Decalogi præcepto inprimis prohibetur, in Catholicos ob Mariæ cultum iniquissimè detorqueri: ac veteres etiam Ecclesiæ hostes Idololatriæ notam Catholicis, propter Mariæ Sanctorumque cultum, nequiter impegisse. Item de falso cultu & vera Idololatria, nostros hodie Sectarios contamnante.

OGVNT nos aduersarij de Mariæ cultu plura quam velimus disserere, atque eo quidé copiosius, quo ipsi petulantius in hoc argumento nugantur: rati videlicet, se probos Diuini cultus assertores ac vindices esse non posse, nisi receptũ Deiparæ cultum virulentis linguis & calamis infectentur, eúmque non modò suspectum vulgò, sed & superstitiosum & idololatricum faciãt, ac veluti tem nefariam penitus ex Ecclesia tollant. Ego verò non video, quæ atrocior querela, & horrenda magis accusatio ab aduersariis institui possit: vt qui nõ modò nos aperto Marte petant, sed etiam nostros maiores, religiosos sanè & sapientes homines, mariam singulari studio venerantes, tanquam impios & idololatras palàm infamant atque proclamant. An enim in veteri & nouo Testamento grauissimũ, & à Deo seuerissimè vindicatum crimen non est idololatria? Quem quæso cultum, præter superstitiosum ac idololatricum, maiore odio ac abominatione prosequitur Deus? qua labe Christiana tũ fides tùm vita turpius atque horribilius, pollui, & conspurcari vnquam potest? Neque tamen verentur isti, funestam hanc cantilenam nobis identidem occinere, eáque vulgares complere aures, quod nos cum cœcis maioribus Mariam ita colamus, vt inexpiabili ferè superstitionis & idololatriæ scelere maneamus obstricti, haud secus, quam si abnegato Deo, Mariam Deam colere & adorare pergamus. Hinc illa [a] Corumi criminatio: *Deiparam Virginem Mariam maiore etiam honore dignati sumus atque Christũ ipsum.* Hinc [b] Marbachius & [c] VVigandus, vt suam in maledicendo artem, quam à Luthero magistro didicerunt, exerceant, Catholicos de primo Præcepto violato ob Mariæ cultum impudenter accusant. Hinc [d] Oecolampadius cultum idolorum cum Mariæ veneratione confert, vt maius nobis vulgi odiũ conflet. Et Nec cetus Mariæ inuocationem, quæ fit in Ecclesia, idololatriam & terrum errorem lu culenter appellat. Hinc [f] Heerbrandus mirabiliter dicax, quotidianam idololatriam, quam in Mariæ cultu peragamus, audet Orthodoxis omnibus exprobrare. Estque hoc generale axioma [g] Melanchthonis, quod in discipulorum animis hæret tenacissime, Sanctorum qui ex hac vita discesserunt inuocationem, ad manifestos idolorũ cultus pertinere: sicut & [h] Brentius vniuersam Sanctorũ inuocationem, quæ ab Ecclesia tot seculis obseruatur, ad prohibitum Dei cultum & enorme scelus idololatriæ trãsfert, nósque [i] itidem ob singularem Mariæ cultũ idololatris aggregare, vtpotè qui illam tanquã iræ diuinæ recõciliatricem adoremus, neutiquam erubescit.

His insanis aliísque pluribus calumniatoribus, quorũ numerum inire non possis, bona fide respõdemus, tum veteres tum recentiores Orthodoxos non adeò rudes & in sacris literis imperitos esse, vt nouis istiusmodi Rabbinis siue Catechistis egeãt, à

[a] In colloq. de inuocat. Sanctorum.
[b] In lib. retract. Ecclesiæ nostræ.
[c] In confutat. Catechismi Austriaci.
[d] In concio. de omnibus Sanctis habita Basileæ.
[e] In disput. Euangel. de festis Sanctarum, circa Annuncia. Virg.
[f] In disput. de Hæresticis Simone pœnitendi.
[g] In Consil. de vitandis superstit.
[h] In Catechismo circa primum Præceptum.
[i] In Hom. de Annuncia. Mariæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus prima Christianæ doctrinæ vel principia, vel elementa doceantur. Sciunt illi probè mentem Legislatoris, qui Decalogi præcepta suo populo tradidit, iuxta veterum Patrum sententiam non in eo versari, vt Christianæ Ecclesiæ in Mariæ Sanctorúmque cultu mos antiquissimus hoc primo præcepto improbetur, aut aliqua ex parte labefactetur. Hanc verò eiusdem præcepti esse vim atque summã intelligunt, vt Dij alieni & simulachra Gentiũ, seu Ethnicorum Idola semper & vbique contemnantur & abiiciantur, illíque Deo Opt. Max. inuisi maneant, quicunque in amore, honore, cultu & adoratione creaturam vllam, vel eius imaginem æterno & supremo Numini non modo præferre audent, sed etiam æquare vel associare dignantur. Duplici enim ratione, vt docet Lactantius, ab ethnicis peccabatur: primùm quòd elementa, id est, Dei opera, Deo præferrent: deinde quod elementorum ipsorum figuras humana specie comprehẽsas colerent. Qui verò quamlibet siue cælestem, siue terrenam, siue spiritualem, siue corpoream creaturam vice nominis Dei colit, & salutem animæ suæ ab illis sperat, de illis est, de quibus dicit Apostolus: Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm Creatori, vt Ionæ Aurelianensis verbis vtamur. Recte igitur Beda dixit: Idololatras nuncupari eos, qui vota, preces & sacrificia, quæ vni deo debuerant, idolis impendunt.

Depulsio calumniæ Catholicis intentatæ, quasi ob Mariæ cultũ eos faciant idolatras.

Quæ sententia & summa sit primi Præcepti legis.

Lib. 2. de falsa religione.

Lib. de cultu imaginum. 1 in 4. c. Luc.

Lib. 6. de ciuit. Dei cap. 5 & sequenti. Sap. 15. & 14

Hæc nefanda & crassa idololatria, ad quam tripliciter Gentium Theologia ab August. repetita pertinet, quámque Iudæi, ad impios cultus valde proclines, olim subinde renouarunt, ad Christi aduentum vsque viguit maximè, ac totum ferè orbem nefariis ac diabolicis cultibus turpissimè obruit & pestilentissimè contaminauit. Vnde in Sapiẽtiæ libro scriptum legimus, quod omnia idola nationũ Deos æstimauerint, & animalia miserrima coluerint, hánceque infandorum idolorum culturam omnis mali causam, initium & finem Ethnicis extitisse. Christus verò, qui se mundi lucem meritò appellat, Euangelij sui splendore idololatriam Ethnicam, velut densam quandam caliginem, mirabiliter dissipauit, & mũdi huius principem ex suis lucis, fanis, templis & delubris potenter eiecit, nimirum vt Diuinum illud impleretur oraculum, quo prædictum erat à Zacharia: Disperdam nomina idolorum & non memorabuntur vltra. Sicut & Ezechiel fuerat vaticinatus: Disperdam simulachra, & cessare faciã idola. Proinde quemadmodum nulla societas est luci ad tenebras, nulla Christi ad Belial conuentio siue concordia, si Apostolo credimus, ita etiam tẽplo Dei, quæ est Ecclesia Christiana, nullus cum idolis & idololatris consensus existit, quemadmodum Germanus Constantinopolitanus Patriarcha præclare testatur. Atque in eadem Epistola prudenter hoc subiicit: Apud nos vnus Deus adorandus, vna & in eum fides, vnum salutare baptisma: sic quoque vna, quæ illi debetur latria, quemadmodũ à sanctis Apostolis traditum est, & hactenus seruatur.] Valeant igitur cæci ac stupidi idololatræ, quos ne Iudæi quidem Mahometani vnius Dei notitia & cultu gloriantes, modo ferre possunt. Valeant, inquam, qui non solum incorruptibilis Dei gloriam in similitudinem volucrum, quadrupedum, serpẽtúmque commutant, verum etiam summum inuocationis, adorationis & sacrificij honorem soli Deo debitum, cuicũque creaturæ, aut eius imagini adhibent, velut suam Deo gloriam surripientes, & in alios, nescio quos Deos commentitios, transferentes, quum in rebus vel personis vllis, præterquã in sanctissima Trinitate, diuinitatem inesse credat, aut in illis totam spem ac salutem suam reponunt. Ad hunc modum Sanctos colere nihil sit aliud, quã Maiestatem diuinam violare, & pro Creatore creaturas, præpostero & impio cultu afficere, & quasi cum Deo ipso pugnare, qui sibi primas vbi vendicat, & suam gloriam cum nemine communicat, & fortis in eo zelotes vsque persistit, vt solus ipse super omnia velit à mortalibus omnibus timeri, amari, coli & adorari. Igitur in hoc primo præcepto vel maximè notandum est, quod explicatè adiunxit Deus, Non adorabis neque coles, quódque alibi Scriptura mandat, soli Deo seruiendum, & honorem gloriámque reddendam esse, nimirum vt diuinus cultus, & quæ adoratio ac seruitus soli summo Numini siue diuinitati debetur, à mortalibus integre conseruetur. Quod vt obseruet Ecclesia, cultum latriæ aduersus omnes idololatras non modò verbis & scriptis, sed etiam re ipsa & quotidiano cultu asserit, & cum Augustino constanter prædicat, solam latriã patri, & Filio, & Spiritui sancto propter vnam eandémque naturam ac inseparabilẽ vitam à nobis deberi, ac vni Domino Deo nostro exhibendam esse, de quo Apostolus dixit: Ex ipso, & in ipso & per ipsum sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum.

Vera & propria idololatria ad Christi aduentum vsque in mundo duravit.

Ioan 9.

Christus Euãgelica luce ido latriã pro fligauit, veriquæ Dei cultũ orbi restituit.

Ioan. 12

Zachar. 13.

Ezech. 30

2. Cor. 6.

Vnus Deus, vna fides, vnus latriæ cultus in Ecclesia.

In epist. ad Thomam Epist. (Laudatopol. scripta, & in Conc. Nicen. 2. recitata, in Action. 4 Romana

Exod. 20. Deuter. 6. Matth. 4. 1. Tim. 1

Iam verò quod ad receptum & probatum Sanctorum cultum attinet (priuati enim quorundam abusus non præiudicant religioni) nihil ille quidem primo præcepto aduersatur, neque vllo modo idolatras facit. Quantum enim est diferiminis inter Herum imperantem & amicum supplicantem siue intercedentem, & rursus, quantum inter honorem Cæsaris & cuiusdam aulici interest: tantum ac multò quidem amplius Deum à Sanctis, & cultum diuinum à cultu Sanctorum differre, norunt Orthodoxi. Quare sacrificium, & alia solius Dei naturæ & maiestati in cultu competentia, sicut praxis Catholicorum perpetua testatur, nunquam ad Sanctos ab Ecclesia referuntur, & quæcunque colendis illis adhibentur, non eadem ratione, quà supremo Numini vnquàm adhibentur. Cæterùm vt aduersariorum imperitia hoc loco deregatur, non intelligunt illi, verum idololatriæ peccatum, nisi duo concurrant, non committi, alterum, vt quo creatura colitur (siue materiam siue obiectum dixeris) id ad solum Deum vel ex lege, vel ex consuetudine, vel ex colendi modo pertineat, alterum vt is qui creaturam colit, ex hoc suo cultu velit Dei honorem & existimationem in creaturam ipsam conuertere. Alioquin quicquid demum homines de actu exteriore colentis iudicent, is quidem sine interiore actu, vt in Scholis loquuntur, satis non fuerit ad germanæ idololatriæ peccatum constituẽdum. Videas in Comœdiis, vt res exemplo fiat clarior, actorem aliquem induci, qui coram actore alio Dei personam agente genua flectat, pronus adoret, manus eleuet, aliisque ritibus morem piorum in Deo colendo sectetur. An verò quispiam adeò rudis & crassus fuerit, qui talem actorem idololatriæ condemnet, tametsi quod alij vero & vni Deo exhibere solent, id ipse actu quidem

Quinam idolatriæ primo Præcepto cõmendato ac damnato maxime.

Esa. 42

Nouatores veram idololatriam nouo cõfingere, & de illa perperam Catholicos criminari.

Eandem sententiã habet

Nihil tamen Deum colendum relictum esse, constanter docet Ecclesia.

Statutũ est. à sancta Nicæna Synodo secum aggregatis.

Epistola ad Maximum.

Diuersi ab Ecclesia qui non sanctarũ imaginum cultum sed latriam ad ido latriam.

Rom. 11

Sanctos colit Catholicus ad quos precatur, non idolatrice, sed sanctorum more.

In 7. Pseudo Synodo. act. 6. definit. 17

Maria inuocandam ab vniuersa Synodo esse comprobatum.

Epist. 25. Maria inuisibili & inuisibili creatura superior. cap. 7

Excludens pias & ueras grauium idololatriæ.

quidem exteriore homini decoro susceptæ personæ faciat satis? Proinde peccantis intentionem accedere necesse est, mens enim gignit propriam idololatriam: qua quidem intentione, homo per suum actum creaturam tanquam Deum velit colere & honorare, sicque diuinum honorem ad illam ipsam colendam impiè trãsferat detorqueatque. Probent autem aduersarij, hæc duo quæ diximus, in Mariæ Sanctorúmue cultu Catholico reperiri, ac tum demũ idololatriæ vel idolomaniæ crimen nobis impingant. Verùm hactenus illi adeò nõ probant quod obiiciunt, vt etiam quid propriè idololatria dicatur & sit, prorsus ignorare videantur. Deinde quum exteriores hominis actus tantũmodo, non autem interiorem animi motum & intentionem videre possint, temerarie admodum in summi Dei officium inuolant, cum sibi de Catholicorum cultu iudicandi patres, vt arrogantissimè, ita stultissimè sumunt.

Nos autem, quantumuis isti proteruientes obstrepant, in sanctæ œcumenicæ, & Nicænæ Synodi, quæ posterius habita est, iudicio acquiescimus, & cum illa ipsa constanter affirmamus: Apostolicas Ecclesiæ traditiones, quibus veneratio cultúrque Sanctorum docetur, recipimus & veneramur: eos autem vt ministros, amicos & filios Dei existentes honoramus. Honor enim, qui à conseruis idem sentientibus inuicem exhibetur, iudicium est beneuolentiæ erga Dominum.] Nec veremur perpetuũ illis anathema dicere, qui vel ob Sanctorum cultũ, vel ob sacrarum imaginum vsum idololatriæ notã inurunt Ecclesiæ, quoniam ab eadem probatissima Synodo sic edocti sumus: Qui ex Scriptura sententias contra idola dictas, in sanctas imagines torquẽt anathema. Qui dicunt, Christianos tanquam Deos imagines amplecti, anathema. Qui dicere audent, sanctam Ecclesiam Catholicam idola vnquam accepisse, anathema.] Extat & alia Synodus sub Gregorio Episcopo Neocæsareæ, Constantinopoli celebrata, eadémque falso Septima dicta, in qua Iconomachi Sanctorum cultum & inuocationem adeò non improbant, vt etiam Lege lata publicè muniant & confirment. Si quis, inquiunt, non confitetur, Sanctos venerandos esse coram Deo & anima & corpore & horũ intercessiones non petierit, vtpotè qui libertatem apud Deum habeant pro mundo secundum Ecclesiasticam traditionem interuenire, anathema.] Mariam verò Deiparã tanti faciunt, vt eam peculiari Lege vel Canone cohonestent, ac eiusdem venerationem ac inuocationẽ, quam haudquaquam dubitè à Catholicis traditam acceperãt, his etiam verbis tueantur: Si quis non confitetur sanctam semper Virginem Mariam propriè & vere Deiparam, quauis visibili & inuisibili creatura superiorem: & cum sincera fide eius intercessiones, tanquàm quæ libertatem apud eũ, qui ex se genitus est, Deum habeat, non postulauerit, anathema.] Mirum est ergò supercilium aduersariorũ, quibus nec veræ & œcumenicæ, nec suspectæ & falsæ Synodi iudicium satisfacere potest, dum adeò præfracte cunctos pro impiis habent, ac idololatras vocant, qui cum Sanctos alios, tum Mariam omniũ sanctissimam, omnique creatura superiorem, more Catholico inuocant atque venerantur.

Ac ne putemus nouum hoc esse, quod in vtraque dicta Synodo definitum diximus, Concilium Toletanum octauum, quod præcesit, hanc orandi formam omnibus obseruandam præscribit: Solo Deo creatore suo adorato, vnusquisque inuocaret Sanctos, vt pro se intercedere apud maiestatem diuinã dignentur.] Vbi Sanctos nõ ita inuocare iubemur, vt ab inuocando Deo cessemus, sed illum, tanquã nostræ salutis primarium ac solum auctorem, bonorúmque omnium largitorem, primùm adorare & inuocare monemur. Nec dubitauit vnquàm Ecclesia, cultum Deo gratum esse non posse, nisi qui Christi Redemptoris merito innititur, vt per illum ad Patrem veniatur. Sanctos verò longe inferiore gradu inuocando, statuit, eisque honorem duntaxat haberi, vt præciputis Dei amicis, adeóque Filiis, Christi verò hæredibus atque cohæredibus, qui rogati suas preces nostris ad Deum effusis adiungãt, & tanquam Patroni Christum communem Dominum pro nobis implorent, opémque diuinam, velut ab ipso gratiæ fonte impetrent; atque ita sint nobis apud Deum intercessores per Christum Dominum nostrum. Oratio enim, vt Augustinus loquitur, quæ non fit per Christum, non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit in peccatum.] Obmutescant igitur ora impudenter calumniantium, quòd Catholici Christo mediatore & propitiatore vel relicto vel præterito, Sanctos implorent, adeóque Mariam vt mediatricem & recõciliatricem iræ diuinæ sibi proponant & inuocent: quum Christum vnicum Dei & hominum mediatorem, qui ipse pro omnibus, & nullus pro ipso orat, vt idem Augustinus inquit, semper agnoscant & prædicent. Cæterùm hæc Mariæ & Sanctorum inuocatio ex instituto Ecclesiæ facta, Christi patrocinium & preces corroborat, & Sanctos illius exemplo in orando esse conformes ostendit. Sed & Scripturæ sacræ consonat, quæ inuocandi vocabulum ad Sanctos etiam refert, vt notat Augustinus, neque ab ipsa Dei inuocatione homines auocat, sed eandem potiùs ob plurium Deum comprecantium societatem, validiorem ac illustriorẽ facit: demúmque spectatissimorum patrum tum sententiis, tum exemplis, vt multi probarunt, ita communita est, vt inferorum portis, aut Hæreticorum machinis nunquam possit labefactari. Philippicum autẽ est somnium, aut, si mauis, splendidum mendacium, cum audet pronunciare Melanchthon: *Inuocatio Sanctorum res noua est, ignota veteri Ecclesiæ ante Gregorium, qui publicum ritum inuocationis diuorum instituit.* Eandem fabulam repetit in Apologia, veteres nempe scriptores ante Gregorium de Sanctorum inuocatione nullam fecisse mentionem. Quam opinionẽ plane falsam ac futilem esse multi demonstrarunt, ac nos etiam conuincemus, quùm postea veteris Ecclesiæ in Maria inuocanda longæuum & perpetuum morem solidis astruemus exemplis.

Hinc illa peruetustæ ac Apostolicæ Ecclesiæ vox, quo olim in Liturgia frequentissime adhibebatur, & in Græcorum etiam Liturgias posteà transiit: Commemorationem agamus sanctissimæ immaculatæ, gloriosissimæ, benedictæ Dominæ nostræ, matris Dei & semper Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum & iustorum, vt precibus & intercessionibus eorum, omnes misericordiam consequamur.] Nec dissimilis est Basilij Magni confessio, cum ad Iulianum apostatam scribens, Orthodoxam fidem suam hac oratione declarat:

Christiani omnes Sanctos inuocare iubent ut sed fine in iuria eiusmodi uocationis quæ Deo inprimis facienda est & propter Christum fit efficax.

Ioan. 14

In Psal. 108

Lib. annotat. in Iob. ca 19 & lib. 1. locutionum de Gen. ca. 20.

In Consilio ad Regem Galliæ cõtra lib. de Ecclesia.

Error Philippi de inuocatione Sanctorum à Gregorio primum instituta.

In Missa Iacobi, Basilij, Chrysostomi.

In antiquis Liturgijs de intercessione Mariæ & Sanctorum mentionem semper habitam esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Basilij confessio de Sanctis apud Deum intercedentibus pro mortalibus.

Confiteor etiam incarnatam οἰκονομίαν, deinde sanctam Mariam, quæ secundum carnem illum peperit, Deiparam. Suscipio etiam sanctos Apostolos, Prophetas & Martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quò per illorum mediationem propitius sit mihi Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur.] Tùm Iustinus Martyr, idémque scriptor antiquissimus non obscurè fatetur, quod sui seculi Ecclesia coleret totum exercitum bonorũ Angelorum, ad quos etiam Iacob Patriarcha cum lachrymis & precatione sese conuertit, sicut ex Osea Propheta intelligi potest. Omitto cætera id genus testimonia longè clarissima amplissimáque, vt quæ alij in hoc argumento præclare certantes sæpè multimque protulerunt, ac eam demum palmam retulerunt, vt multi etiam aduersariorum, quemadmodum Oecolampadius, Bucerus, Brentius, mitiores effecti fateantur, sicut alias meminimus, Sanctorum inuocationem, modò dextre commodéque fiat, non videri reprehendendam: tantum abest, vt velut idolatricam explodendam esse censeant. Quid? quòd Lutherus ipse hanc inuocationem admittit, quicquid posteà inconstans homo scripserit, & in Postilla Deiparam deprecatricem agnoscit, negans interim illam aduocatam, quod nomẽ tamen Mariæ tribuit? Irenæus, imò & Mammanti Martyri Basilius Magnus ascribit. Hæc paulò fusius repetere visum est, non solum ad maledicos vtcunque cohibendos, verum etiam ad postremæ Synodi Tridentinæ Decretum illustrandum atque corroborandum. Damnantur in eo & anathemate feriũtur, quicunque negant Sanctos æterna felicitate in cœlo fruentes inuocandos esse, quiue asserunt, eorum (vt pro nobis etiam singulis orent) inuocationem esse idololatricam, vel cum Verbo Dei pugnare, & honori vnius mediatoris Dei & hominum Iesu Christi aduersari.

Apolog. 2

Osee. 12.

In Postilla circa Euang. de festo natiui. Mariæ.

a Lib. 3. aduersus hæres. b Homel in Mammantem Martyrẽ c Sess. 25. circa initium.

Lutherus Mariam de precatricem, sed nõ aduocatam agnoscit.

Vbi opportunum & iucundum fuerit meminisse, quàm sit vetus istud insectãdi genus, quo Catholici hodie, præsertim in Aquilone vexamur, & pro idololatris hoc nomine insimulamur, quandoquidem Mariæ & Sanctorum cultum defendimus, nobisque placere testamur. Idem enim conuitium iampridé Orthodoxis fuit obiectum ab his, qui nefarij prorsus Ecclesiæ hostes, ac damnatæ memoriæ homines in omnibus Annalibus iudicantur. Quæ gens, precor, vnquam peruicatior, quæ nomini Christiano D infensior atque Iudæorum, potuit reperiri? qui tamen ob hũc ipsum cultum & olim & hodie, Christianis velut idololatris petulanter insultant. Horũ autem impetum antiquus author fregit Leontius. Ex Imperatoribus nescio, an quisquam maiore in Christum furore percitus fuerit, quàm infandus religionis nostræ desertor simul & oppugnator Iulianus, idémque Christianis honores eos inuidit, quos Martyribus de more publicè haberi conspexit, quemadmodum semel ac iterum de illo meminit Gregorius Nazianzenus. Verùm Cyrillus Alexandrinus virulenta Iuliani spicula præclarè contriuit, & Christianos, vt idololatras ab eo existimatos, rabidi canis moribus liberauit. Quid porrò de insanis non minus, quàm impijs Ethnicis dicam? qui cum pleni furoribus in Christianum sanguinem iam olim deseuirent, ac mul is etiam etiminationibus pios passim onerarent, etiam hanc

Quos errores circa cultum Sanctorum damnet Synodus Tridentina.

Antiquus impiorum & Hæreticorũ mos est, Catholicorũ quam idololatras proclamandi quod Mariam & Sanctos veneretur.

d Lib. 5. Apolo. contra Iud.

Christiani à Iudæis pro Idolatris habiti.

Iulianus Christianis inuidit honores martyribus olim decretos publicè.

e Oratione in laudem Cæsarij, & oratione 1. in Iulianũ. f Lib. 6. & 10 cõt. Iulianũ.

veneratio, tanquam reprobos cultores existimandos, solos autem imaginum impugnatores cum seo principe Copronymo, quo nihil ferè flagitiosius extitit, Orthodoxos & pios habendos esse. Verum hos pestilẽtes Doctores ita nobis prodidit Euthymius, vt simul dissipasse videatur. Vixit sub Cæsare Ludouico Caroli filio Claudius Taurinensis, tàm superbus, vt Catholicos omnes velut idololatras præse contemneret atque damnaret, quòd sacris imaginibus in templis vterentur. Sed cum hoste impio confligit Ionas Episcopus Aurelianensis, ac gloriosum de illo triumphum reportauit.

Prodest autem hæc vetustatis testimonia sub vnũ velut aspectum producta considerare, vt eo rectius nimium vanos ac impudentes hodie Sectarios & cognoscamus & fugiamus, quòd eadem maledicendi arte nos appetant, qua veteres illi notæ ac damnatæ impietatis architecti, Orthodoxos appetere consueuerant, & eadem quidem de causa, vt quandoquidem Sanctos, ac eorum sacras reliquias cum Ecclesia veneramur, & Christum in illis adoramus, eorúmque precibus adiuuari petimus, ideirco Deos colere & idololatras agere existimemur. Quod si beati sunt, qui propter iustitiam hoc tempore patiuntur, vt veritas ipsa Christus affirmat, vtique in aliqua felicitatis nostræ parte ponendum est, nos ob Catholicum Mariæ & Sanctorum cultum assertum, à malis tàm malè tractari, & communem sortem cum sanctissimis Patribus experiri: dum Ecclesiæ hostes fœdam idololatriæ notam, eò quòd Sanctos Catholico ritu colimus, nobis contra fas & æquitatem omnem impingunt. Contra verò miseros & infelices aduersarios dixerim, qui talem tantámque iniuriam in nos torquere non possunt, nisi vicariam illis operam præbeant, eorúmque vel Ducum vel patronorum vestigiis insistant, quos cõstat iã olim Christi & Ecclesiæ, totiúsque Christianismi hostes fuisse perditos, nec alterius quàm malignantium Ecclesiæ Antesignanos. Eant ergò, & quamdiu velint, hoc infaustum male dicendi studiũ sibi commune habeant cum Iudæis perfidis, cum Ethnicis barbaris, cum Hæreticis vel Apostatis damnatis, cum Mahometanis nefariis, qui sanè postremi nobis improperare non desinunt, quòd in colenda Virgine semper immodici, imò & idololatriæ affines esse videamur. Turcarum verò impias criminationes, vt anteà diximus, Ioannes Cantacuzenus satis repulit ac delecit, hoc inter cætera illis opponens: Mariam colimus non vt Deam, sed vt matrẽ Filij Dei secundum carnem.]

Sed enim quoniam aduersarij de puro & sincero Dei cultu vindicato gloriantur, ac præse Catholicos, tantùm non Samaritanos & idololatras videri volunt, agè paruper expendamus, quantos ipsi progressus in vero Dei cultu paucis ab hinc annis fecerint, quibus ab Ecclesia Catholica seipsos segregarunt. Religiosi, scilicet, homines Deum in Spiritu & veritate colere & adorare non potuerunt, nisi in tot alienas & sacras ædes (Christus domos Dei, & domos orationis vocat) velut harpyiæ irruerẽt, easque altaribus & ornamentis, imò & sacrificio & sacerdotio pro sua libidine spoliarent, spolitas profanarent, ac easdem vel nouis ritibus polluerent, vel in stabula & nescio quæ horrida & impura loca conuerterent. Eidem licentia complures & solennes Ecclesiæ ferias abrogarunt, è sacris diebus profanos fecerunt, & bonam partem veterum rituum, qui cultum diuinum conseruabant, & Christianos ad illum excitabant, è medio audacissime sustulerunt. Neque satis fuit nouos, non dicam quales, concionatores inuitis sæpe populis obtrudere, qui formam religionis & doctrinæ mutarent, quique Magistratibus placentia loquerentur, & Euangelicæ libertatis titulo profanationes & sacrilegia excusarent. Non satis, inquam, isthuc fuit, nisi ordinarios Ecclesiæ ministros, & legitimos sacrorum antistites suis fortunis exutos, & indignissime habitos, ex antiquis sedibus eiicerent, omnique retũ sacrarum possessione & administratione priuarent atque profligarent. Quid autem hoc est aliud, quæso, nisi manibus ac pedibus diuinum cultum demoliri, modisque omnibus prohibere, vt ad cultum diuinæ maiestati celebrandum nec ministrum, nec tempora, nec loca, nec adminicula vlla populo relinquantur? Omitto de Iconomachis nouis dicere, qui, vt Thaboritas & Turcas omnes barbara feritate vincant, quicquid ad cultum diuinum & Sacramentorum administrationem pertinet, calices, vasa, ornamenta, imagines, sacrilegis manibus cupidissimè rapiunt, deturpant, confringunt, pessundant, subsannant, ac publice flammis exurunt: vt horribiles immanésque cædes, strages & carnificinas, quas isti pro sua libidine in Sacerdotes & Monachos passim exercuerunt, silentio prætermittam. O præclara sacrificia, quibus Deum spirituales isti tùm sibi, tum populo demereantur. O cultus Euangelicos, quibus suam pietatem mundo declarent, & egregium specimen ad Dei cultum restituendum & Ecclesiam reformandam omnibus præbeant. Quam multi porro ita Deum colunt, vt soli patri æterno diuinum honorem habeant, neque Deum Filium, aut Spiritum sanctum inuocandum & adorandum esse credant? O cultores religiosos, qui Patrem adorent in Spiritu & veritate.

Christum in ore habent omnes, eúmque plenis buccis crepant, sed à quo illud etiam merito audiant: Si Deus ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Quem illi honorem Christo deferunt, obsecro, qui verbum Lutheri vel Caluini pro Dei verbo, & Christi Euangelio audiunt, nec raro tanquam idolum adorant? qui præterea singulari gratiæ Christi adeo sunt contumelioſi, vt negent eandem gratiam per Spiritum sanctum in renatis effusam valere & efficacem esse ad legem implendam, ad charitatem præstandam, ad plenam iustitiam operandam, ad sanctimoniam è Sacramentis compandam, ad merita iustorum operibus conferenda, & postremo ad patranda in Sanctis eorúmque reliquiis miracula? Quem cultum, quam gratiam Redemptori Christo rependunt, qui cultus omnes voluntarios, & expresso Dei mandato non sancitos prohibent, damnant atque ad idololatriã referunt impudenter? An non Christo gloriam inuident, vel eius honori detrahunt palàm, qui publice vociferantur, vanos & impios esse cultus, si quis etiam propter Christum & regnũ eius in sacro cœlibatu seipsum castret, si relictis bonis mundi omnibus spontaneam paupertatem, & vitam seueriorem sibi deligat, si religioso vitæ instituto se totum addicat, demum si cultus ab Ecclesia vel institutos

Nouatores magno studio ea tectantur & curant, quæ ad verum Dei cultum externum minimè spectant.

De impietate & crudelitate grauissima Iconomachorum.

Multi ex Nouatoribus de Filio Dei & Spiritu sancto colendo & inuocando nullare ligione tangunter.

Quem cultum Nouatores Christo Domino tribuãt.

Pro Dei verbo hominis verbũ colunt & adorant.

Quomodo fint Nouatores Christi gratiæ contumeliosi. Christi honorẽ detrahũt. cultus voluntarios piorum improbantes ac damnãtes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel receptos, longissimáque consuetudine corro-
boratos, ad Christi gloriam obseruet, aut voti etiá
religione confirmet? O miserum Christum à nouis
Euangelicis prædicatum, omnique propemodum
honore spoliatum, cui excellentrem iustitiam, per-
fectioremque vitam nullus aut promittere, aut
præstare possit ac debeat, cui nihil nostrorum ope-
rum, nisi quod sub æternæ pœnæ interminatione
præceptum est, in nostris moribus placet, cui fœtet
propemodum omnia, quæ sanctissimi homines ad
bene beatéque viuendum, & ad graros illi cultus
exhibendos pertinere tot seculis iudicarunt. Sed ô
suauem quoque Christum, quem delicati homines
meritò amplectantur, vt qui sola suorum fide con-
tentus, non confessionem, non pœnitentiam, non
bona opera ad salutem necessaria exigit, & pecan-
tes etiam vsque consolatur, adeóque de salute sua
certos & securos esse iubet, modò credant ac fidāt.
Mirabilis & nouus istorum Christus est, qui arcano
cordis cultu tantummodo delectatur, & ne sis an-
xius, te semel & simul omnium religionum & vo-
torum & iuramentorum religione solutū, ac Euan-
gelica libertate donatum gratis beat, sive sis Lathe-
ranus, sive Sacramētarius, sive alij, nescio cui, Sectæ
deuotus Papistas, reiicias atque damnes. Neque
Catholicis tot sunt religiosorum hominum institu-
ta, quot apud istos nouarum opinionum mōstra,
& Sectarum discrimina reperiuntur: atque vna est
interim omnium gloriatio de puro & sincero Dei
cultu, & Sacramentorum vsu vel inuento, vel vin-
dicato.

Quod si vsquam alibi, certe in sacrosancta Eu-
charistia veteres illi deum colendum, & sacrificium
soli deo debitum offerendum, & adorationem tum
interiorem, tum exteriorem Christo Redemptori
vel maximè tribuendam esse perpetuò crediderūt.
Vt enim peruetustus Pontifex Alexander affirmat,
nihil in Sacrificiis maius esse potest, quàm corpus
& sanguis Christi: nec vlla oblatio hac potior est,
sed omnes hæc præcellit, quæ pura conscientia Do-
mino offerenda est & pura mente sumenda, atque
ab omnibus veneranda.] Sedenim nouæ religionis
homines nullū cultum, nullúmque sacrificij genus
magis detestantur, quàm quòd in sacra Liturgia in-
de ab initio vbique gentium celebratur, & ad mor-
tem Domini annunciandam per totum mundum,
vt Irenæus ait, offertur. Hic verò illi summam pro-
fanationem, & execrandam idololatriam instituí
& exerceri clamitant, vt hanc etiam Christo gratiā
referant, & memoriam crucis mortisque Domini
in animis hominum paulatim extinguant. Sunt in-
terim, qui Christum vna cum corpore & sanguine
in Eucharistia præsentē esse credant: sed adeò male
religiosi, vt quem Deum & hominem præsentem
esse profitentur, hunc adorare formident. Etenim
tantum cultus immortali & glorificato Domino
tribuere non dignantur, quantum adhuc eidē mor-
tali & infanti olim in cunis Magi tribuisse legūtur.
Nec obseruant sui magistri Lutheri doctrinam, qui
hoc Sacramentū venerabile & adorabile, omnique
cum honore adorandum esse scripsit, eique postea
subscripsit in hunc modum Brentius. *Confitemur*
Christum Filium Dei, verum Deum & verum hominem
semper & vbique, sive in cælo, sive in terra, sive in Eu-
charistia, sive extra Eucharistiam adorandum esse. Nūc
longè aliter Illyrico, Flaccianis, multisque aliis

Quam miserū & delicatum Christū fingāt & doceāt Nouatores.

Nullus in Eucharistia cultus magis quā in Missa offendit aduersarios.

De consecrat. dist. 2.

Ingrati Christo aduersarij non adorant Deum in Eucharistia licet præsentem agnoscant.

Lib. 1. contra Valentinianos c. 32. & 34.

Quomodo circa Eucharistiæ Sacramētū hodie Christum tradant Nouatores.

Motiu. 2 Contra Lutheranos art. 16. & in ca. 27. Genes. In Apolog. confess. Vvirtenbergens. peri. 2

visum est, qui Sacramenti adorationem adeò ferre
non possunt, vt etiam idololatriam appellent, quā-
tumuis Chemnitius refragetur, & adorantes Ca-
tholicos pro idololatris ducunt, quoniam panis
idolum impiè venerentur. Sed nos cum [a] Ambrosio
constanter dicimus: Carnem Christi in mysteriis
adoramus, quam & [b] Apostoli in Domino Iesu
adorarunt, & de qua Propheta intellexit illud: [c] A-
dorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum
est, quemadmodum præter Ambrosium [d] Augusti-
nus & Cassiodorus eandem sententiam interpretan-
tur. Atque vt maxime nonnulli è Nouatoribus re-
periantur, qui Christum in Eucharistia præsentem
adorent, tamen quoniam cum Dominico corpore
simul panem manere, nullámque in panis substātia
mutationem fieri contendunt, an non panem etiam
adorare & latriæ crimen designare coguntur, dū
dum Christum velut impanatum & inuinatum, si
loqui ita licear, fingunt? Quid? an non manifestæ
idololatriæ habet speciem, cum pro corpore & san-
guine Domini reputant & sumunt id, quod nullam
Sacrameti rationem recipere potest, quoniam Sa-
cramenti minister proprius & ad consecrandum
idoneus desit? Deligat princeps, instituat Populus,
approbet Superintendens, quemcunque volet ta-
bulam, vt ex ipsorum præscripto concionetur: id
ne satis erit ad Eucharistiam ritè conficiendam? mi
nime verò, sed sacrilegam & vanam hanc profitebi-
tur noui ministri, qui Sacerdotes Catholice ordinati
non sunt, contra Dei Verbum & Ecclesiæ traditio-
nem sibi arrogant, ac misero interim populo nihil
nisi merum panem & vinum pro Sacramento por-
rigunt. Quod si putant, pane illo verum Christi
corpus & sanguinem contineri, mirum sane ac pu-
dendum etiam, ne dicam & horrendum merito
videatur, hæc tam tremenda, vt Chrysostomus vo-
cat, mysteria, hōcque Sacramentum sacramentorū,
& Hostiam hostiarum, vt Dionysius appellat, tām
illoris tractari manibus, nec meliore quidem cultu
& ordine peragi, quàm ab illis fieri solet, sive mini-
stros sacra conficientes, aut potius profanantes, sive
populum ad eandem cænam accurrentem contem-
pleris. Mira est varietas rituum, nec minor nouarū
ordinationum, ex quibus res tota pendet, confu-
sio, tantúsque neglectus diuini cultus, nullam vt
disciplinam, nullum Latriæ specimen possis agno-
scere. Qui porrò Zuinglium & Caluinum sequun-
tur, habent illi sane quam quærunt Cænam, Christi
corpore vacuam, & in solo pane & vino sacra per-
agunt, in eo fortasse aliis prudentiores, quod om-
ni cultus & adorationis officio se statim liberent,
dum libet eis circa mera & nuda signa versari. Ve-
rùm si rem penitius inspicias, quid sub cælo exe-
crabilius, quæso, & Ecclesiæ pestilentius fingi po-
test, quàm quod Sacramentarij, vt clarissima Chri-
sti Domini Eucharistiam instituentis, verba per-
uertant, totúmque Christianum orbem, ac eius
ætates omnes irrideant, pro sacrosancto Corpore
& Sanguine nostri Redemptoris inanem duntaxat
panem, merúmque vinum in Cœna proponunt,
ac nihil aliud in sacra communione sumi perficta
fronte contendunt, nullámque singularem hono-
ris circa hoc Sacramentum Christo debiti ratione,
habere dignantur? Nobis interim sancti, scilicet,
cultores isti exprobrant, quod panis idolum ado-
remus: ipsi autem verum Eucharistiæ Sacramētum
contumelio-

contumeliosissimè insectantur, & vbi possunt, con-
spuunt atque pessundant, sæpe & canibus proiicūt,
aut bestiis deuorandum nefariè tradunt. Mittamus
autem ac sinamus istos, quamdiu volent, cum Lu-
theranis, & hos vicissim cum illis, ob rem Eucharis-
ticam mutuò cōflictari, quoniam alij alios de ido-
lolatriæ crimine palam, nec temere prorsus, accu-
sant ac damnant. At verò qui tociis de domestica
idololatria monentibus surdas præbent aures, si-
múlque cœci trabem in propriis oculis circumfe-
runt, tantúmve habent ocij, vt circa festucas no-
stris oculis in sacro cultu quas somniant, eximen-
das indefesse laborent?

Sacramētarii & Lutherani se mutuo accusant de Idolatria.

De alio genere Nouatorū, qui nulla sacri talus cura tā gunt, & secu rissime pec cant.

Svperest porrò turba illorum innumerabi-
lis, quibus non maior in Deo adorando; quam in
Sanctis colendis cura est atque contentio, quum
vel Athei sint, vel Epicuræi. Nulla enim se torquēt
sollicitudine religionis, & de colendo Deo ideas
sequuntur Platonicas, Christúmque pro suo arbi-
tratu sibi fingunt atque transfigurant; vtpotè quem
sibi perpetuo quomodocumque viuant, propitium
ac placatum promittunt, etiamsi nec in templo nec
domi Deum orent vel adorent. Ex his non pauci,
vt peccent securius, omnémque religionis curam
abiiciant, expectandum sibi putant tantisper, do-
nec Theologorum dissidia componantur, & Chri-
stianus reformetur orbis. Habent interim occulta,
quæ adorant sive idola, sive Phantasmata: ex his
meriuntur quæcunque sacra legunt vel audiunt, &
eorum, quæ hodie disputantur, se iudices liberri-
mos faciunt. Fallit autem eos persuasio, quòd se sa-
tis Euangelicos putent, si nouis ministris aures, &
vulgaribus contionibus ora in cœtibus publicis lar-
giantur, séque sola fide iustos ac beatos fore con-
fidant. Quicquid verò ad externum Dei cultum,
vel religionis specimen, vel orandi studium spe-
ctat, id tanquam Papisticum & Pharisaicum, à se
alienum esse volunt, & deprecando quidem Deo,
minus quàm Iudæi vel Mahometani, solliciti esse
pergunt. Iures, per multos in illis Herodis esse si-
miles, vtpotè qui verbis quidem se Christum ado-
rare, ac verum Dei cultum asserere præclare simu-
lent, sed re ipsa tamen insidias meditentur, si non
Christo Domino, at saltem piis eius adoratoribus
insultare ac nocere parati. Ex his quidam nonnun-
quam, vt fit, Catholicis templis intersunt, & velut
iurdæ statuæ, quibus frustra canitur, aut tanquam
Ethnici, qui in sacris non intellecta spernunt, sacris
nostris assistunt. Quicquid autem veterum cære-
moniarum spectant, non secus quam Lucianus &
Sleidanus, sacrorum nostrorum irrisores impij, aut
inter Atheos educati, mox lepidi homines in ludi-
brium vertunt, ac improbe insectantur. Quid ve-
rò si hos tetris dæmonibus conferamus, aut etiam
deteriores existimemus? Nam si Patribus fides ha-
benda est, quantumuis dæmones ab omni pietate

Quales se gerant Nouatores circa cultum Catholicum si illum aliquando spectent coram.

remoti sint, tamen Christum in Eucharistia præ-
sentem, ac obiectum dominicæ Crucis signaculum,
sed & loca sacra piorúmque conuentus, haud pa-
rum extimescunt, & reuerentur vel inuiti.

His ergo Censoribus, vt semel finiam, qui vel
idololatricum, vel schismaticum, vel nullum ferè
cultum in sacris exercent, qui sacrificium diuinita-
ti proprie maximéque debitum, & semper in Ec-
clesia celebratum impiè detestantur, qui tot secu-
lis probatas cæremonias vel nefariè abrogarunt,
vel stulte magna ex parte immutārunt, qui demum
sine sacrificio, sine altari, sine Ephod velut in Ba-
bylone versantur, nec minus ritibus & cæremoniis
quàm linguis ac sectis interse omnino dissecti, his
inquam, Censoribus tantúmne authoritatis, quan-
tum ipsi nunc sibi solis arrogant, de vero falsóque
cultu iudicandi permittemus? Absit absit, Catholi-
cos animos tanta vnquam insania obrui, & sanos
homines adeò in sensum reprobum dari, vt vero
ac veteri cultu relicto, nouis istis cultibus atq; cul-
toribus sine verbo & contra verbum Dei non ita
pridem obtrusis, adhærescat. Possunt isti quidem
ignem alienum offerre; possunt altare aduersus al-
tare constituere: possunt falsos Deos si non in tem-
plis, tamen, quod peius esse dicit Augustinus, in
cordibus ponere, ac seipsos falsorum ridendorum-
que simulachrorum templa facere. Non possunt
autem [quicquid in noua religione sua moliantur)
gratum Deo cultum præstare: non possunt in
spiritu & veritate Patrem adorare, neque latriæ si-
ue interioris sive exterioris fructū percipere. Quid
enim prodest confiteri, & extra templum Ecclesiæ
precari? Ibi adoret, qui vult accipere: ibi petat qui
vult exaudiri: ibi confiteatur, qui sibi vult ignosci,
vt Augustini verbis vtamur. Ac alibi rursus Vir ille
clarissimus docet, in sola Ecclesia Catholica Deum
sapienter & piè salubritérque coli, neque alibi fidē
cum charitate retineri. montem enim sanctum à
Dauide vocatum esse Ecclesiam, in quo monte nō
adorent Hæretici, & quia præter hunc montem
adorent & laudent Deum, non exaudiri ad vitam
æternam.] Atque, vt semel cum Lactantio finiam:
Sola Catholica Ecclesia est, quæ verum cultum re-
tinet. Hic est fons veritatis, hoc est domicilium fi-
dei, hoc templum Dei, quo si quis non intrauerit,
vel à quo si quis exiuerit, à spe vitæ ac salutis æter-
næ alienus est.] Cæterum ad hanc digressionem,
quam Lectoris humanitas boni consulet, partim
execranda horum temporū in diuino cultu extin-
guendo peruersitas, partim cœca illorum amentia
nos abduxit, qui quum à se suisque vitiis oculos
auertant, & prauis affectibus potius quàm veritati
& Christianæ charitati obsequantur, Catholicos
de falso & idololatrico cultu oppido quàm inso-
lenter accusant.

Epilogus, vt negligatur Nouatorum iudicium de vero & sincero cultu.

Qvid possint & non possint in cultu Dei Nouatores.

Inutilem ac Deo ingratā, esse cultum quemcunque præstant & exercent ecclesiæ desertores. *In Psal. 44 Lib. contra Cresconium Grammat. cap. 29. & in Psalm. 98*

Lib. 4. de vera sapientia ca. 30

Quorsum referenda sit hæc de cultu Nouatorum vaticinatio.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

De sacro cultu triplici, Latriæ, Duliæ & Hyperduliæ, háncque Theologorum distinctionem rectè tradi & Hyperduliam Deiparæ competere, illámque præ Sanctis reliquis in Ecclesia coli, omnibúsque colendam esse. Cum depulsione cauillationum, quæ sumuntur ex abusibus in Mariæ cultu depreheusis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERVMENIMVERO vt totus A hic locus aliquanto magis illustretur, nec modo Mariæ, sed & Dei cultus ab omnibus rectius intelligatur, veterum distinctionem repetere & explicare sit operæpretium, quã in Scholis hactenus Theologi sedulo tradiderũt. Duplicem illi cultum sacrum faciũt, interiorem & exteriorẽ: vtrumq; porro in Latriam, Duliam & Hyperduliã, docẽdi causa distribuũt. In Latria cultum & honorẽ soli Deo præstandum, siue sicut Augustinus loquitur, seruitutem soli Deo debitam constituunt. Duliam excellentibus creaturis cultu & honore quodam, licet impari, prosequendis assignant. Hyperduliam, vel vt alij vocant, maiorem Duliam, singularem quendam B cultum intelligunt, qui in creaturis ad Deum propius accedentibus, vt Christo & Mariæ congruat. Cæterum Nouatores, quoniam Scholasticarum distinctionum lucem habent exosam, vt suarum opinionum tenebris securius delectentur, hanc variam & distinctam sacri cultus speciem è suis scholis libenter explodunt. Quare [a] Heshusius inter alios impios & blasphemos errores, quos Catholicis affingere conatur, hunc etiam numerat miser, quòd in Romana Ecclesia doceatur, Mariam Virginem ὑπερδούλειαν reliquos Sanctos δούλεια Deũ verũ λατρείαν colendum esse. Suum enim præceptorem [b] Lutherum sequitur, qui hanc ipsam distinctionem ad humana commenta reiicit, & Scripturæ consentaneam esse negat: nullam interim C neget, probationem adducens. Æque modestus est Beza, qui vt suum ducem Caluinum sequatur, Theologorum distinctionem ridet, qua Latriã à Dulia dirimunt, quum hoc discrimen aliquando in sacris literis confundatur, & Dulia pro Latria vel Dei cultu accipiatur, neque solis cõueniat creaturis. Sed rarò id quidem, sæpè autem Duliæ nomen creaturis assignatur, Latria verò, vt seruitus Deo soli reddenda, in nouo testamento semper accommodatur. Nec minus proteruè agit Laurentius Humfredus, qui à suo magistro Caluino edoctus, propositam Scholasticorum distinctionem, velut vanam ac friuolam, audet calumniari.

ATQVE his quasi sibilis sperant isti se posse explodere certam & necessariam de Latria & vtraque Dulia distinctionem, quam scholastici Theologi D non tam de verbis solliciti, quàm explicandæ veritatis studiosi, prudenter introduxerunt, at potius vulgi auribus familiarem magis ac tritam effecerunt, vt inde multa Scripturæ loca & Patrum sententiæ facilius conciliarentur. Deinde quemadmodum Hieronymus tradit, simúlque partim è Ciceronе philosophante, partim ex septuaginta interpretibus probat omnino fas est, ad veritatem enucleatius exprimendam, nouis & peregrinis vti vocabulis, quum alia non suppetunt. Neque solum Scholastici, qui annis abhinc quadringentis Sacra professi sunt, sed etiam ante illorum ætatem [c] Beda [d] & Damascenus linguæ Græcæ periti inter Latriam & Duliam distinguere docuerunt. Eandem distinctionem [e] Nicæna Synodus agnouit, ac per illam Dei imaginúmque cultum concinne discernit. Tum his antiquiores [f] Augustinus & [g] Basilius, vt alios Patres omittam, non obscurè cõmonstrãt,

a In libr. de erroribus Pontificiorum.

b In Postillat. circa Festum Epiphaniæ.

In augmentat. ad c. 4. Matt.

Beza perperã negat Latriam Deo & Dulia creaturis conuenire.

Lib. 1. de superstitione linguarum.

Retinendum esse discrimẽ Scholasticorũ de triplici cultu contra Nouatores.

Iust. Epist. ad Galatas.

c In cap. 4 Lucæ.

d Li. 3. Apologia.

e Actione 7.

f Lib. 1. de Trinit. c. 6. & 8.

præter Latriam cultum esse alium, qui non Deo, sed creaturæ tribui possit ac debeat. Tantum [h] Augustini verba subiungam: Latria, quod verbum Græcum est, & interpretatur seruitus, non quæcunque, sed illa, qua tãtummodo Deo seruitur.] Tum alibi: Hic est diuinitati, vel, si expressius dicendum est, Deitati debitus cultus, propter quem vno verbo significandum, quoniam satis idoneum non occurrit Latinum, Græco, vbi necesse est insinuo quid velim dicere. Latriam quippe nostri, vbicunque sanctarum Scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus, quæ debetur hominibus, secundum quam præcipit Apostolus; seruos Dominis suis subditos esse debere: alio nomine Græcè nuncupari solet.] Adeò luculẽter Augustinus & Latriam nobis explicat, & Duliam insinuat, vt nihil amplius desiderari posse videatur. Quæ Dulia tam longè latéque patet, vt actiones & cultus omnes, quibus erga creaturas defungimur, suo ambitu comprehendat, siue demum serui Dominis, siue subditi magistratibus, siue inferiores æqualibus honorem vllum impendunt; id quod nõ solum ex iustitia, sed etiam ob charitatem, & humilitatem Christianam fieri manifestum est. Atque hoc ipsum honoris officiũ adeò cum Latria nõ pugnat, vt summus ille Deus cultum sibi præstitum ne approbet quidem, nisi vt sua magistratibus reuerentia, & officiosa erga proximos charitas integrè constet, vt suum cuiq; ius, suúsque honos à quolibet exhibeatur. Ad hoc seruitutis & cultus genus pertinet, quod in Apostolicis litteris toties inculcatur, vt Christiani cuiuscunque sint gradus ac ordinis, G mutuo sibi deferant, achonore inuicem sese præueniant, alióque alijs superiores arbitrentur. Omnes inquit Petrus, honorate, fraternitatem diligite, Deũ timete, Regem honorificate: subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum. Nunc verò Duliæ vox contractius accipi solet, & ex more loquẽdi in Scholis recepto, personis illis, quæ post Deum sublimiorem merentur honorem, & præstantioribus tum gratiæ, tum gloriæ donis ornantur: nimirum electis Angelis & beatis in cælo hominibus siue Sanctis, accommodarunt.

Antequam verò de Hyperdulia dicere pergamus, de Latria & Dulia paucis & velut in tranſitu monere quædam non sit superuacaneum. Semper ea mens & confessio fuit Ecclesiæ, quam Basilius tradidit, vt cultus Latriæ in Spiritu & veritate beatæ Trinitati ab Orthodoxis tribueretur. Ex his profectò fuit Constantinus Episcopus, in Synodo Nicæna publice illud affirmans (licet verba eius depraueit sceleratè Caluinus) Suspicio & amplector venerandas imagines, adorationem autem, quæ sit secundum λατρείαν hoc est, Dei cultum, tantummodo supersubstãtiali & viuificæ Trinitati conseruo.] His Damascenus consonans: Solum, inquit, rerum omnium procreatorem & opificem adoremus, & Latriæ cultu veneremur, vt Deum natura adorandum.] Igitur hoc nomine, vt diximus, præcellens ille cultus, soli Deo diuinisque personis debitus continetur, quem vt purè præstemus, nulli omnino creaturæ, quemadmodum ipsi Creatori, talem tantámque subiectionem, seruitutem, reuerentiam, timorem, amorem, honorem ac obedientiam, quoad viuitur, exhibere fas est. Vnum enim omnibus in cælo & terra præferre & colere conue-

h Li. 20. contra Faustum, c. 21. & li. 6. de ciuit. Dei.

i Ad Maximum Philadelphiæ cap. 18.

k Li. 10. contra Faustum, cap. 23. & li. 10. de ciuit. Dei c. 1.

De Latria quid docuerint Augustinus.

Ad Amphiloch. Iconium. & Athanas.

Dulię nomen multiplicatum ad cultum Dei & Virginis nunc coniunctum.

Latriæ nomen ad cultum soli Deo & Virginis cum Latria ne cessario debitum conuenit.

Rom. 12. Ephes. 4. 1. Pet. 2.

Luc. 10.

nit: vnũ, inquam, omnibus nobis semper necessariũ, qui solus omni iure omnia sibi vendicat, omnia potest, omnia intelligit, omnia efficit, à quo, tanquam primo & supremo Domino, dependent omnia, ad quem, velut finem vniuersorum, spectant omnia: cui demum homo non solum animæ, sed etiam corporis, quomodocunque cum ipso agatur, perpetuam debet seruire seruitutem. Non enim Latria solum in Spiritu consistit, vt quidam autumant Nouatores, sed & corporis omniúmque membrorum promptam oblationem, & sedulam mandatorum Dei obseruationem ac religiosum Sacramentorum vsum, & quicquid ex vera fide ad Dei gloriam cogitari, dici aut effici ab homine potest, etiamsi Dei præceptum non accedat, complectitur vniuersim. Laudem igitur immortalem habent B prisci Patres, qui, vt Latriæ specimen ederent, licet diuinum præceptum de multis non haberent, iam olim altaria construxerunt, hostias & sacrificia obtulerunt, vota nuncuparunt, variósque cultus instituerunt, ac institutos religiosè obseruarunt. Eodem modo sine vicio idololatriæ [a] Magi licet inuisi, Christum infantem adorant. [b] Anna Prophetissa, vt Deo seruiat, perpetuis ieiuniationibus & precationibus vacat, nec à templo discedit. [c] Ioannes Baptista vitam in deserto seueriſſimam degit. [d] Magdalena sæpè Christi pedes osculatur & vngit. [e] Apostoli demum Christum in cælos ascendentem adorationis honore prosequuntur, & ante sacram ordinationem ieiunant atque sacrificant.

Latria ad summam seruitutem & subiectionem Deo præstandam, totam hominem exigit.

Ad Latriam pertinent cultus piorum, etiã non præceptus.

Genes. 28 Iudic. 13. Iob. 1. Num. 6 Ierem. 35
a Matth. 2.
b Luc. 2.
c Matth. 3
d Matth. 26. Luc. 7. Ioan 12
e Luc. 24 Actor. 13

CAETERVM Latriæ cultus adeo Ecclesiæ cordi est, vt sacrificium nulli Sanctorum, sed soli Deo offerat, nec ab aliis, nisi à dicatis Deo viris offerri permittat. Quare Manichæos redarguens Augustinus, quòd Catholicis idololatriæ notam ob cultum Martyrum imputarent, velut ex Dulia Latriã facerent, quum super illorum corpora publicè sacrificarent, hoc illis fidenter opponit: Quis Antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquando dixit: Offero tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? sed quod offertur, offertur Deo, qui Martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit.] Et rursus: Cùm ad cultum Latriæ pertineat oblatio sacrificij: vnde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam Martyri, vel cuiquam sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo.] Adhæc ne à Latria discedat Ecclesia, precationes publicas in Liturgia sic perpetuò instituit, vt eas non ad Sanctos, sed ad Deum Patrem recta dirigat, sicut &communis illa precandi formula testatur: Omnipotens sempiterne Deus: ea, démque preces, quas & Collectas vocant, hoc ferè modò concludit: Per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum. Præterea non constituuntur templa, nec erigũtur altaria, neque consecratur vel benedicitur aliquid in Ecclesia, nisi diuino tantum numini, quantumuis ipsa templa vel altaria Sancti alicuius nomine seu titulo, nimirum ob eorum memoriam, quorum Spiritus ad Deum viuunt, insignantur. Nulli enim Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum, quamuis in memorias Martyrum, constituimus altaria, vt eiusdem [f] Augustini verbis vtamur, [g] qui tamen Sanctos etiam apud Deum patronos appellat. Et

Ecclesia multis argumẽtis Latriæ cultũ omnis reiicit atque commẽdat publicè.
Lib. 20. contra Faustum. cap. 21.

Nulli Sanctorum, sed soli Deo offert sacrificium. Ecclesiæ precationes ad Deum rectè dirigũtur, & per Christum terminantur, & omnia per nomen Dei efficacem conficiuntur.

f Li. 20. contra Faustum cap. 21.
g Lib. de cura pro mortuis gerenda cap. 5.

A quamuis in Litaniis, quarum vsus est antiquissimus Sancti de more innouentur, & propriis nominibus, vt pro nobis orent compellentur, tamen vt Latriæ cultum Deo præstet Ecclesia, primas quidem sanctissimæ Trinitati personis tribuit, & ab aliis duntaxat misericordiam, pacem, & reliqua omnia, siue spiritualia siue temporaria bona petit, finémque totius precationis in Agno Dei, qui tollit peccata mundi, statuit & absoluit. Tam accuratè Latriam amat & obseruat, vtique publico nobis commendat Ecclesia: nimirum, vt legem credendi lex statuat supplicandi. Idem ex initio, medio & fine precationem quas horas Canonicas vocant, quiuis, modò sincerè iudicet, facilè deprehendet. Nota sunt vel pueris illa Ecclesiæ cantica: B Te Deum laudamus: Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto: Sursum corda; Benedicamus Domino: nimirum in hunc vsum instituta, sempérque referenda, vt inde viui & efficaces quidam Latriæ motus in præsentium animis excitentur ac promoueantur. Eodem pertinet, quòd, vt authori & Redemptori nostro Deo nos gratos exhibeamus, ipsámque Latriæ virtutem exerceamus, opes nostras ad cultum eius amplificandum conferimus, nec solum dona & munera externa, sed etiam nos ipsos diuinæ maiestati vouemus ad reddimus, ac præterea beneficiorum eius memoriam certis diebus, solennibúsque festis dicamus atque sacramus, ne volumine temporum ingrata subrepat obliuio, quemadmodum Augustinus disertè testatur. Verùm quoniam ad alia properamus, de Latria isthæc attigisse sat est.

In Litania primas Deo semper tribuit Ecclesias sicut & in aliis precibus.

Ecclesia in cõmunitur precibus cultum Latriæ diligẽter obseruans, & ad illum excitat precantes.

Dona, vota, festas aliaque multa, quæ à piis pie fiunt, ad Latriam pertinere.

Lib. 10. de ciuit. Dei ca. 4.

C Neque de Dulia hoc loco multis agendũ est, quatenus sacer ille cultus, qui Sanctis cõpetit, hoc nomine continetur ex vsu Theologorum. Illud extra omnem est controuersiam, pium, præclarum: vtile ac salutare illorũ esse studium, qui sanctos ita colũt vt pro sua virili mores eorũ ac vitam imitentur, eorũmq; vestigiis tum in credendis, tum in agẽdis diligenter insistant, sicut & antea de hoc ipso imitationis cultu dissetuimus. Præterea cum aduersariis hactenus nobis conuenit, quòd prosit ac deceat, Sanctos ac eorum virtutes publicè prædicare, & sedulò contemplari: atque hanc diuinæ laudis esse partem, cùm bonorum omnium authorẽ in his suis electis organis suspicimus atque celebramus: quum idem nusquam ferè alibi tam potens, mirabilis, atque glorioſus appareat, quemadmodũ in illis, quos inde ab æterno prædestinatos vocauit, iustificauit, ac simul in vtraque Ecclesia, velut principes quosdam ac victores augustos, glorificauit, vt meritò de illis canamus: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Verum enimuero hunc Duliæ cultum longius extendit ecclesia, & officiosam quandã erga Sanctos veluti patronos & interceſſores tum tum gratitudinẽ pietatẽ exercet, ac nobis etiã exerceri postulat. Sentit enim haud dubiè cũ Damasceno hũc in modũ ratiocinante: Quomodo non sunt honorandi, qui cultores, amici & Filij Dei, ac nostris hostibus formidabiles effecti, supplicationes pro nobis porrigunt Deo, per quos etiam multa diuina beneficia nobis conferuntur, qui humani generis adiutores exiſtunt, & in quorum sacris corporibus viuifica quædam miraculorum opera trix virtus frequenter apparet? Hinc porrò ille

Circa Duliæ cultum indubitatum esse, quod Sancti sint imitandi & Deus in illis honorandus, ipsúsque prædicandos esse.

Rom. 8

Psal. 138

Ecclesia docet Sanctos etiam peculiariter honorare & inuocare sicut patronos & intercessores.

Lib. 4. de fide Orthod. & li. 1. Apolo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo Sancti honore afficiendi secundum Dam aſcenum.

colligit, præclarè nobis conuenire, vt non solùm Sanctos imitemur, sed etiam precibus, inuocatione, hymnis, odis spiritualibus, imaginibus ac similibus pietatis officiis honorem illis exhibeamus. Nam & è veterum scriptis liquido constat, talem Duliæ cultum apud Græcos & Latinos Orthodoxos olim receptum probatúmque fuisse, sed & multis ad multa Dei beneficia consequenda profuisse, quantumuis apertam hanc veritatis lucem certámque experientiam, aduersarij negare contendant. Ad eundem cultum antiquissimus Ecclesiæ mos pertinet, quem populus Christianus in Sãctorum feriis solenniter ac religiosè celebrandis obseruat, non solùm quidem ad excitandam in nobis imitationem, verumetiam vt meritis eorum consociemur, atque orationibus adiuuemur, quẽadmodum disertè admonet Augustinus. Rursus cultum & ritum quendam religiosum Sanctis in eo defert Ecclesia, quòd eorum nomina è sactis tabulis ad altare iam olim voluit recitari; quemadmodum præter [a] Origenem perspicuè meminit [b] Dionysius Areopagita. Vnde scripsit etiam [c] Augustinus: Ideò ad ipsam Domini mensam Sanctos non sic commemoramus; quemadmodum alios qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus, sed magis vt ipsi orent pro nobis.] Tum Eusebius Alexandrinus, qui ante annos mille trecentos apud Græcos claruit, hanc Apostolicam traditionem confirmat, simúlque declarat, Sanctorum memoriam, quæ ad altare habebatur, cum inuocatione fuisse coniunctam. Sic enim scribit: Ob hanc causam præcepit nobis memoriam Sanctorũ celebrare, vt acceptis hymnis, & auditis laudibus benignum Deum exorent, vt preces nostras caducas admittat. Oportet ergo, vt qui memorias Sanctorum celebramus, multa religione ac reuerentia eas celebremus.] Frequens erat & illud apud veteres Orthodoxos, vt Sanctorum templa, basilicas, siue, vti vocabant, memorias piè inuiserent, ac sacras eorum reliquias venerarentur, quantumuis Eunomiani ac Vigilantiani piis eo confluentibus oblatrarent. Testatur ergo Theodoretus, Christianos cuiuscunque ordinis hoc sedulò curasse, vt ad loca sacra, in quibus præcipuè Martyres miraculorum fulgebant gloria, subinde sese conferrent, séque ac fortunas suas omnes Martyribus commendarent. Non quòd se ad Deos accederet arbitrarentur, sed quod qui orant Dei Martyres, tanquam diuinos homines intercessorésque apud Deum aduocarent atque precarentur, vt idem loquitur Theodoretus. Quibus de rebus plura in medium produceremus, simúlque venerandæ antiquitatis singularem erga Sanctos reuerentiam cõmendaremus, nisi nos prolixitas deterreret, ac præsentis instituti ratio ad Mariæ causam agendam calamum reuocaret.

Sanctorũ ter plẽ sæpè à Christianis olim vſitata, & qua de causa.

Lib. 8. de curandis affect.

Sancti in Ecclesia rogantur, vt diuini homines, & nostri apud Deum intercessores.

Cur Sanctorũ feriæ institutæ & obseruãdæ.

Sanctorũ nomina semper in Ecclesia sunt ad altare recitata.

Hyperduliæ cultus quid sibi velit, & quod duabus tantum personis attribuatur.

Verum ad Hyperduliam redeamus, quod vocabulum in Scholis tritum magis quàm à veteribus vsurpatum est, ac eo tamen gratius nobis esse debet, quod nullum aliud tam commodum & expeditum habeamus ad præstantem cultum significandum, qui & diuino sit inferior, & Duliam excellat, & creaturæ ad Deum proximè accedenti, Christo nimirum, vt homini, & matri eius Mariæ, tribui mereatur. Vnde præcipuam reuerentiam, quæ homini ob affinitatem aliquam cum Deo cõtractam debetur, Hyperduliam vocant. Etsi verò, si propriè loqui velimus, neque affines, neque consanguineos habet Deus, quum sit omnino simplex adeóque spiritus, tamen Scriptura sacra ei non modo consanguineos & affines, sed & filios & hæredes per metaphoram tribuere solet. In his verò principalem locum tenet humana Christi natura, quæ quoniam ad personam diuinam assumpta, atque illi prorsus vnita est, Deo affinis dici potest, haud secus ac vxor, quæ ante coniugiũ nulla cum viro affinitate cõiuncta fuerat, per coniugiũ illi affinis & cõsanguinea effici solet. Est igitur hic species quædã siue coniunctionis, siue affinitatis secundum carnem contemplanda, eáque in vtraque persona Christi & Mariæ peculiari quodam cultu, quem Hyperduliam vocari diximus, venerãda. Quæ quidem affinitas siue creaturæ cum Deo coniunctio primũ in Christo eatenus cernitur, quatenus Verbum caro factum naturam nostram humanam tam arctè sibi copulauit, vt caro nostra Dei caro verè dicatur: deinde in Maria perspicitur, quatenus quæ modo in Christo est Dei caro, ex Mariæ substantia fuit aliquando desumpta: quum ex purissimis eius sanguinibus, vt Damascenus loquitur, Christi sit corpus formatum. Quare ob hanc ipsam cõiunctionem non solum verè vnicéque Deipara nominatur, verum etiam singularem quandam cultũ inter & super Sanctos omnes facilè prometeretur.

Ac de priore quidem cultu, qui ob dictam coniunctionem Christi humanitati debetur, eo minus opus est dicere, quo id genus cultus & adorationis est ac esse debet infrequentius. Cùm enim eadem Christi caro siue humanitas verè in vnitatem personæ Verbo inseparabiliter coniuncta sit, & sic illi latriæ cultus verè debeatur, quatenus Christum Deum simul & hominem constituit, nemo ferè cõsueuit eandem Domini carnem Hyperduliæ, vtpote inferioris cultus genere, seorsim honorare. Notãt igitur [a] Origenes, [b] Chrysostomus & [c] Augustinus de humana Christi natura nobis dictum & mandatum esse illud: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, quum & Angeli & beati Dominicam carnem adorent. Tum [d] Athanasius affirmat, Orthodoxos, qui Dominum in carne adorant, nõ creaturam, sed Creatorẽ creato corpore indutũ adorare.] Vt hinc etiam [e] Damascenus dixerit: Adoratur Christus cũ sua carne ab omni creatura.] Quod verò ad Mariam attinet, Christũ illa proculdubio genuit, ac totam humani corporis substantiã illi de sanguine suo tribuit, eúmque menses nouem in vtero sacro portauit, infantulum lactauit, puerum educauit, virum in passione non deseruit, ac proinde quoniam mater tali filio maxime propinqua fuit, maximo etiam secundum eundem honore colenda, atque inde ab initio culta est quemadmodum Gabriel, Domini matrem adeo reuerenter salutans, exemplo suo vel docuit, vel præluſit.

Quocirca Petrus Damianus Mariæ præstantiam, eíque tanquam Deiparæ tribuendum honorem agnoscens: Quid grandius, inquit, Virgine Maria: quæ magnitudinem summæ diuinitatis intra sui ventris concluſit arcanum? Attende Seraphim, & in illius superioris naturæ superuola dignitatem, & videbis quicquid maius est, minus virgine, solúmque opificem opus istud supergredi.] Nec multò pòst, cum tradidisset variis modis Deũ in crea-

Deus in Maria solum identitate & eiusdem essentiæ, ob mysterium incarnationis.

Luc. 1.

1. Reg. 10 Cũ nulla creatura se Deus magis quam cum Maria coniungit & habitat.

Serm. de verbi Apocal.

Quomodo Maria Sole amicta dicatur Deo vnita mariméque.

Serm. 2. de festo Pentecostes.

Vnde Maria creaturis omnibus facta venerabilis & fruenda.

In epist. ad Ioan. Synodum.

Maria quia Deipara, creaturis omnibus superior.

Serm. de præfinatus. Virg. In Evangel. de Christo patiente.

Matiæ honor inter Sanctos omnes maximus contigit.

a Sermo. in Evangel. de sanctiss. Virg. & Lib. de laudib. Virginis. cap. 5.

Cyrillolog. 9 & 3.

Maria mundi Domina omniúmque Regina, quia Dei para.

Ioannis Cantacuzeni præclara de Maria confessio.

Deus in Spiritus consanguineos & affines habere dicitur, propriè verò Christum & Mariam.

Hyperdulia secundùm quam cum Deo vnitatem habet.

Deus caro in Christo fuit, Maria caro & substantia.

Ioan. 1

Luc. 4. 1.35

Cultus excellens qui homini Christo debetur, non seorsim illi diuinitate vnito sed ut Deo.

a Homil. in Efaiam. b De Trinit. c In Psal. 98 Psalm. 98

d Serm. 1. in Arianos. e Lib. 4. de fide Orthodoxa. cap. 2. & 3.

Non modo Christianorũ sed etiam hostium ore est Christi caro adorata.

Quomodo Maria cum Deo contracta affinitate.

Luc. 1.

Seron. 1. de nativit. Mariæ

Veterum testimonia de Deipara collecta propriè dignitatem ob quam peculiarem honorem illi debetur.

in creaturis inesse, adeò in Mariæ laudationem progreditur, vt (quod per hyperbolen dictum esse videatur) prædicare audeat, vnius naturæ identitate Deum in Maria inesse. Ita enim subiungit: Hic taceat & contremiscat omnis creatura, & vix audeat aspicere tantæ dignitatis & dignationis immensitatem. Dominus tecum, inquit Archangelus. Habitat in Angelis Deus; sed non cum Angelis, quia cum illis eiusdem non est essentiæ. Habitat Deus in Virgine, habitat cum illa, cum qua vnius naturæ habet identitatem. Hoc est aurum fuluum nimis, quo (Salomonis) thronus est vestitus: quia tali modo Deus Virginem induit, & in Virgine indutus est, vt meliore non posset.] Hæc sanè non modo Mariæ dignitatem singularẽ, sed & maximam eius cum Deo affinitatem, & consequentem simul honorem haud obscure declarant. Verissimũ est enim quod Bernardus expresse docuit: Iure Maria Sole perhibetur amicta, quæ profundissimam diuinæ Sapientiæ vltra quàm credi valeat, penetrauit abyssum, vt quantum sine personali vnione creaturæ conditio patitur, luce illi inaccessibili videatur immersa.] Ex hoc autem vt idem alibi notat, beatam te dicent omnes generationes, quæ omnibus generationibus vitam & gloriam genuisti. In te enim Angeli lætitiam, iusti gratiam, peccatores veniam inuenerunt in æternũ. Merito in te respiciũt oculi totius creaturæ, quia in te, & per te, & de te benigna manus omnipotentis, quicquid creauerat recreauit.] Vides quãti Mariam Bernardus faciat, quantumque illi deberi censeat, quòd Dei mater facta sit. Quare vir suo seculo clarissimus, idémque Patriarcha Constantinopolitanus Germanus de Maria egregie dixit: Quoniam Deum inuisibilem, & omnia manu sua continentem, vltra omnem & hominum & angelorum existimationem in ventre suo concepit, & ex se incarnatum genuit: ideirco eam vt verè & propriè Dei matrem veneramur & magnificamus, & quauis visibili & inuisibili creatura superiorem reputamus.] Hoc enim donum (Dei esse matrem) nullo potest honore, vt par est, affici, sicut idem alibi admonet. His consonat Gregorius Nazianzenus Græcorum Theologorum nulli secundus, in suis carminibus de Maria modulans in hunc modum:

Preces
Admitte, Virgo ô inclyta, hic quando tibi
Verbi parenti, sed supra modum tamen
Legémque solus inter omnes contigit
Honor.

Proinde sicut ex [a] Athanasio alibi diximus, quod [b] Rickelius quoque confirmat, Maria quia Dei mater est, Deúmque Filium habet, mundi Domina, & Regina omnium iure salutatur, quam idcirco Ecclesia inter Sanctos sanctissimam agnoscit; & ante omnes alios honorat vel inuocat; sicut in Liturgia & Litania quiuis animaduertit. Nihil ergo mirum, quod Ioannes Cantacuzenus, quum aduersus Mahometanos disputat, hanc suam, imò & Ecclesiæ de Maria fidem ingenuè [c] profiteatur: Credimus & confitemur, quòd Mariæ similis homo nec natus sit, nec posthac ex viro & muliere nasciturus vsque ad consummationem seculi. Et secundum humanam quidem naturam, eam Angelis inferiorem esse iudicamus, tanquam hominem: honore autẽ & sanctimonia ipsam omnibus Angelis indubiè præferimus, eò quòd Verbum & filium Dei secundum carnẽ peperit: omnésq; nos illam aduocatã & auxiliatricem agnoscimus. Orat & intercedit indesinenter pro peccatoribus. Miracula edit, & operatur admiratione & stupore digna.]

Maria honore & sanctimonia præstat Angelis omnibus quia Deipara facta est.

In 3. part. distinct. 25 art. 5

Ex consensu Scholasticorũ debetur Mariæ, vt matri Dei Hyperdulia.

Eandem honoris prærogatiuam in Maria scholastici Doctores libenter agnoscunt, quorum princeps Thomas Mariæ, inquãtum Dei mater est, non qualemcunq; Duliam, sed Hyperduliã & eminentiorem quàm cæteris creaturis venerationem deberi pronunciat. Tum Durandus nobilis & ipse in Scholis Doctor, perspicuè docet: inter omnes species Duliæ quæ debentur puræ creaturæ, illa est excellentissima, quæ debetur Virgini matri Christi, & vocatur Hyperdulia.] Suffragatur & Bonauentura æque illustris Theologus, Mariæ nomen excellentissimum esse scribens, vt puræ creaturæ dari non possit excellentius, ideóque non tantum Duliæ, sed Hyperduliæ honorem illi tribui oportere. Hoc enim nomen, quod Dei mattem dicimus, tantæ dignitatis esse, vt non modo viatores, sed & comprehensores, nec solum homines, verumetiam Angeli eam speciali quadam prærogatiua venerentur. His omnibus accedit Gabriel è Scholasticis haudquaquam postremus, idemque Germanus, cuius testimonio Hyperdulia seruitutem quandam, vt ipse vocat, reuerentialem, ob singularem & excellentem eminentiam personæ complectitur. Qualis reuerentia, vt idem affirmat, Virgini gloriosæ exhibetur, in qua est prærogatiua excellentiæ & singularissimæ dignitatis puræ creaturæ concessa in eo, quòd est mater Dei. Hoc enim ipso excellit Cherubim & Seraphim & omnes Angelicos Spiritus.] Proinde Damascenus cum de Sanctorum cultu differit, Mariam reliquis omnibus, etiam Ioanni Baptistæ & sacris Apostolis anteponit, eámque vt propriè & verè Dei matrem honorandam esse testatur. Nec est vnquam ab Orthodoxis dubitatum, Deiparam eo plus laudis & honoris in Ecclesia promereri, cæterisque beatis gloria & dignitate tanto magis præstare, quanto ipsa propius ad Deum accederet, maioremque cum illo vel affinitatem, vt diximus, vel coniunctionem haberet. Huius autem honoris, quem Hyperduliam cum Theologis nominamus, exemplum si vsquam in Euangelio, certè apud sanctam Ioannis Baptistæ matrem Elizabetham videre licet, quæ ad matris Domini aduentum non solum obstupuit, sed verbis etiam simul & gestibus, vt alibi tradidimus, singularem illi venerationem & reuerentiam ex animo detulit. Ingens enim illorum verborum vis est, vt reliqua taceam: Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? eóque ipso mulier plena Spiritu sancto inexplicabilem matris Dei dignitatem, & suam, si cum illa conferatur, indignitatem prodidit. Quid ergo mirum, tot ætatum Orthodoxos, quamdiu Sanctorum cultus in Ecclesia viguit, Mariæ quoque cultum peculiariter agnouisse, & in illa venerandatanto egisse studiosius, quanto perfuasum haberent, eminentem cultum illi deberi, quæ inter omnes ad Deum proximè accessisset, nullóque nisi Deo esset inferior, & à Deo ipso cæteris Sanctis omnibus tum in gratia, tum in gloria & honore præponeretur?

Mariæ nomẽ excellentissimum respectu puræ creaturæ, illique deberi Hyperdulia

In li. 1. sent. distinct. 9. q. 3

Lect. 49. in Canonem Missæ.

Elizabeth præclarum exemplum tribuit Hyperduliæ, seu cultus eminentioris, qui Mariæ debetur.

Ibidem.

Ac multa quidem illustriáque extant testimo-

Lib. 4. de fide Orthod. ca. 15 Maria inter omnes Sanctos ordines primas tenet.

Luca 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia, quibus sancti Patres, ac pij maiores nostri posteris comprobarunt, quam singulari pietatis, aut domi foris que prosequerentur. Hinc enim tot tantasque solennes ferias instituerunt, & institutas quotannis in Mariæ honorem solennius celebrarunt, ac frequentiore Sacramentorum vsu, maioréque ceremoniarum apparatu condecorarunt. Hinc pueri, senes, viri, mulieres de Mariæ vita, morte, gloria, reuerenter sentire ac loqui, eiúsque nomen sacrum non sine capitis vel apertione vel inflectione, in sacris præsertim concionibus exaudire, ac illud honorifice vsurpare consueuerunt, Hinc salutationem Angelicam, quæ gratam lætámque Mariæ memoriam refricat, suis precibus, & quoties dominicam precationem recitarent, studiosè adhibuerunt eandémque salutationem cùm sæpè alias, tum Matutinis & Vespertinis horis repetere sunt soliti, signo etiam campanæ in hoc edito, sicut alibi diximus, vt omnes quamlibet occupati ac impediti, non solum in Mariæ laudatione, sed etiam in dominicæ incarnationis celebranda memoria piè versarentur. Hinc tot templa & sacella Mariæ dicata exædificarũt, magnísque sumptibus passim dotarunt & exornarunt, ne deessent videlicet in sacris ædibus, qui beatam Domini matrem perpetuo prædicarent. Hinc & icones sanctissimæ Virginis ab Angelo salutate, & matris infantem suum parientis, ac Iesum paruulum gestantis, rursúsque ad crucem dominicam astantis, & mortuum Filium suscipientis, ac sepulchro tradentis & demum cum Angelis in cælos proficiscentis imagines nunquam non in precio habuerunt, illísque altaria, parietes, domos subinde cohonestarunt. Hæc enim ad laudabilem Mariæ cultum facere, si verus imaginum vsus accedat, & Catholicæ pietatis officio congruere, quantumuis oblatrent & rideant Iconomachi, ex Nicæna Synodo & insigni Theologo Damasceno facilè potest euinci. Hinc præterea frequenter & fidenter illius imploratum suffragia, quam sibi tum in vita tum in morte, vt nullum apud Deum patronum & aduocatum aliũ, Christo semper excepto, clementem, exorabilem ac efficacem fore non dubitarunt. Hinc, si quando per Mariæ inuocationem sese vel suos à periculis & calamitatibus mirabiliter à Deo liberatos, aut peculiaribus etiam beneficiis affectos cognoscerent, grato pectore, quicquid huiusmodi miraculorum fuit, notare ac prædicare, certísque Symbolis, tabellis, muneribus vel oblationibus vltrò testari, ac posteritati testatum facere voluerũt. Hinc demum plerique ad loca Deiparæ sacra, religionis ergo sese conferre, sua vota per illam Deo commendare, & in omni vita tali se matri ac Reginæ deuotos præstare nullo seculo intermiserunt. Quibus de rebus postea fusius disseremus, eáque spectatæ vetustatis producemus exempla, quæ probis & æquis rerum æstimatoribus suffectura esse speramus.

Veteres Orthodoxos multis argumentis demõstrasse cultum Hyperduliæ Mariæ piè, rectéque tribui.

Quanta fuerit veterum pietas circa Angelicam salutationem.

Mariæ imagines & icones græcæ fuerunt semper antiquitati.

Lib. 4. de fide Orthodoxa cap. 17

Maria tum à viuẽtibus, tũ à morientibus Orthodoxis peculiariter inuocata, & honorata.

Peregrinationes ad honorẽ virginis à veteribus sæpe susceptæ.

Atque in his omnibus, quæ ad Virginem eiúsque honorem olim facta esse, atque nunc etiam à multis fieri Orthodoxis diximus, quosdam abusus irrepsisse, tanto minus admirandum est, quo certius constat, in hac tanta vitiatæ naturæ imbecillitate homines, siue per imprudentiam, siue per malitiam, siue per insaniam sæpenumero labi atq; hallucinari. Nihil enim tam per se bonum, támque præclarè & sancte vnquam institutum atque fundatum est, quod hominum temeritas ad prauos & pestilentes, dicam & impios nefariósque abusus non conuertat ac rapiat. Est enim in procliui maxime mortalibus, vt præcipites ad extrema ferantur, medium autem ægrè attingant, nec auream illam seruent mediocritatem. Tum est Ecclesiæ in hoc mundi pelago fluctuantis conditio, vt velut arca Noë, animantia munda & immunda, ac tanquam sagena, pisces bonos & malos suo ambitu complectatur, & velut in eadem domo plures plerunque carnales & paruulos, sicut Apostolus vocat, quàm spirituales & perfectos viros alat ac seruet. Habuit & Christus domesticam, nec amplam familiam, in qua discipulorum varios, nec leues lapsus vidit ac reprehendit, adeóque inter duodecim Apostolos Iudam proditorem, &, sicut ipse dixit, diabolum ac perditionis filium ferre coactus est. Habuit & Ecclesia primitiua illustres Diaconos septem, qui in hunc ordiné magno cum delectu fuerant cooptati: nec caueri tamen potuit, quin Nicolaus, qui fœdissimè Sectæ nomen dedit, reliquis etiã probatissimis collega & socius non bonus adiungeretur. Quam multa vero in suis Corinthiis carpit? quot modis illorum & Galatarum vlcera & vulnera detegit Paulus, & ea quidem ætate, qua recens effusus Christi sanguis in multorum ardebat animis, & optimus purissimúsque Ecclesiæ status ab ipsis Apostolicis, non sine maxima donorum spiritualium copia gubernabatur? Verùm in his Ecclesiæ næuis ac imbecillitatibus quid prudentes ac pij facere debeant, pulchrè admodum trædidit Augustinus, hanc ferè triplicem cautionem iubens adhiberi. Primum, vt certũ habeamus, malos in Ecclesia permixtos bonis vsque in finem seculi tépúsque iudicij semper esse mansuros. Deinde, vt cogitemus, pro malis bonos non deserẽdos, sed pro bonis malos, in quantum exigit fidei charitatis ratio, tolerandos; id est, si vel in Ecclesia nullius perfidiæ semina spargunt, vel fratres ad aliquod malum opus mortifera inuitatione non ducunt. Tertiò, vt nobis persuasum habeamus, malos bonis in vnitate Ecclesiæ ac participatione Sacramentorum persistentibus nec illorum factis consentientibus, nihil obfuturos. Etenim intra Ecclesiam Catholicam, rectè credentem benéque viuentem, si peccanti nec consensionem præbeat nec fauorem, non posse alieno vnquam maculari peccato. Quas cautiones siue regulas ille multis Scripturæ testimoniis comprobat & illustrat: nos ea repetere, ne longius ab instituto deflectamus, vltro prætermittimus.

In Ecclesia domo bonos malosque omnes sinit Deus, pios malos quos bonos regit.

Genes. 7. Matth. 13

In familia Christi & Ecclesia pessimi non sunt participia sacra.

1. Corinth. 5 & 2.

Phil. 3 Hebr. 5

Vt igitur propius petamus aduersarios nobis vehemẽter infestos, cũ de abusib⁹ & superstitionibus, quę in Mariæ cultũ irrepserũt, agitur: si ita sanè, quę admodũ vociferãtur, multos hoc ipso cultu abusos esse perperã. Nihil hoc quidem præiudicat religioni, nihil Ecclesiæ detrahit authoritati, nihil sinceris Deiparæ cultoribus derogat: sed quicquid hoc est corruptelæ ac vitij, hominũ culpã arguit, & prudẽtem correctionẽ requirit, quam ideireo Tridentina Synodus talibus morbis curandis iubet adhiberi. Quæ autem isthæc curãdi ratio, vbi morbi per malos Medicos augẽtur, &errores abusibus adiciũtur, & ad viuum, vt inquiunt, salutaria cũ noxiis resecãtur? Fuerint nonnulli aliquando, qui fictitia miracula Virgini sacrosanctæ attribuerent: ergóne veris & probatis miraculis, quæ per Virginem sæpenumero Deus effecit, ac etiamnum efficit, fides omnis deroganda est? Quidam sacris imaginibus Mariæ plus honoris, quam ipsi Virgini fortasse habuerint, & in illarum cultu modum excesserint: an propterea imagines è templis exturbandæ sunt, & hæresi Fœliciana renouanda est? Quæ lex, quæ ratio, aut honesta consuetudo postulat, vt quòd bonis est commodum & salutare, id propter malos è medio tollatur aut prohibeatur? Sicubi riuuli à fontibus nimium recesserunt, proximum est vt repurgentur, non vt à fontibus præcidantur. Quod in sanandis morbis, hoc etiam in castigandis hominum vitiis valet, vt non facilè ad præcisionem veniatur, sed paulatim arte & prudentia Medici, curentur ægroti, nullàque fiat membrorum mutilatio citra necessitatem. Rursus falsæ fuerint spectrorum quædam apparitiones, & peruersi homines Mariam sibi apparuisse, & nescio quæ in mandatis dedisse finxerint. Quis pius, obsecro, eiusmodi commentitias, dicam & Satanicas illusiones excuset? quis non horreat, ac pœna vltrice dignas censeat? Sedenim ab ob sacrilegas huiusmodi nugas reticemus omnia, quę apud graues authores de quibusdam reuelationibus, siue apparitionibus Virginis ita conscripta sunt, vt prudentes illis fidem omnino habeant, ac ab aliis habendam esse constanter affirment? Habeat demum omnis erroris & superstitionis author & propagator Satan, habeat, inquam, suos fanaticos & scipulos, & stultas mulierculas, quibus circa Mariæ cultum interdum illudat, & atra pro candidis persuadeat, vt illi Mariæ nomine aut honore ad res vanissimas abutantur. Quid tum postea? idem in diuino cultu perpetrant, magi, arioli, necromantici: & quotquot diabolicis præstigiis vacant, qui certè res sacras horrende profanant, & quod ad Dei cultum pertinet, ad meras superstitiones, & cultus diabolicos impiissime transferunt, vt suas tantum expleant cupiditates. An ideirco à sacris abstinebimus, aut veteris Ecclesiæ institutа vel intercidere, vel exterminari patiemur? Quicquid igitur in Mariæ cultum peccatur, neque ad eius dignitatem obscurandam, neque ad piorum qui Deiparam rectè colunt, institutum conuellendum, neque ad Ecclesiæ authoritatem labefactandam detorquere fas est. Quid vulgò in cultu Diuino accidat, vel pueri norunt, bonique omnes iure deplorant. Quibus enim feriis Sabbatũ est sanctificandum, & colendus adorandusque Deus maximè in Spiritu & veritate, iisdem diebus bona pars hominum ventri, luxui, licentiæ, vt turpiora non dicam, inseruit, ac laxis velut habenis indulget penitus. An ideirco feriæ omnes abolendæ: non magis profectò quam ob turbam immensam peccantium, Dei præcepta relinquenda, vel propter Hæreticos, Scripturæ sacræ thesaurus nobis negligendus est. Quis pietatis amans ægrè ferat, imò quis nõ deploret, communes Christianitatis morbos profligari, & quæ luxata vel disiecta sunt in religione ac moribus, ad eam normam, quæ à Concilij Tridentini Patribus sapientissimè inuenta atque propósita fuit, tandem aliquando conformari? Restora primum à Dei gratia, deinde ab ipso vel reformatore, vel correctore potissimum pendet: hunc talem optare licet qualem Plato, si sacris profana miscenda sunt, olim in sua Republica requisiuit, vtpotè sapientem, amicum & constantem. Sapientem quidem, vt quid &

Cur mirandũ non sit circa Deiparæ cultum abusus incidere & corruptelas.

Abusus falsarii ve aut imprudentes Medici, non tenere curationem curam abusus eiradicãdi Virgini, idque exemplo declarãtur.

Morbus fœtus vulgi maximus Dei

Mali boni in hil debent Ecclesia & ceremonijs boni facere eium

Abusus falsos in Maria, sed non in Dei cultu admittẽdos esse pec.

Sess. 25. de inuocat. sanctorum

Ex Georgia.

quousque carpat, nouerit: amicum, vt errantis salutem quærere appareat: constantem demum & audacem, ne metu aut pusillanimitate hoc sanctum opus prætermittat. Sedenim qualem ab aduersarijs emẽdationem expectemus, qui nullam correctionis aut reformationis legem sib: præscribi patiuntur, quique non sapientiam, sed fastum & furorem: non charitatem, sed iram & odium, non constantiam & fortitudinem, sed contumaciam & pertinacitam admorbos Ecclesiæ curandos sine omni arte & ordine adferunt: & quibus domum impuris impura, nigris nigra, impijs impia apparent omnia, qua circa Mariæ cultum vel ætas recentior, vel religiosa vetustas obseruauit.

Fatemvr nos, vt dictum est, in Mariæ cultum corruptelas potuisse ac posse irrepere, & maiorem in modum optamus, Ecclesiæ pastores hic sedulo advigilare, nullumque dare locum Satanæ, cuius hoc munus semper proprium fuit, vt cum dormiunt homines, Dominico tritico infelix lolium inspergat, ac salutarem vsum bonarum rerum aut tollat, aut impedat, vel saltem aliqua ex parte infrugiferum reddat. Ad quam rem partim hæreticorum, partim fanaticorum, partim pseudocatholicorũ opera libenter vti solet, sicut in Mariano quoq; cultu videre est. Hunc enim Hæretici à Satana subin ssi hostiliter infectantur, & vbicunque possunt, velut furiis quibusdam agitati oppugnant, subsannant, abrogant. Tum insana quædam capita ne à Satana dementantur, vt pro vero cultu superstitiones & idolomanias amplectantur, neque vllam vel Mariæ vel Dei rationẽ debitam seruent. Quales profecto fuere Collyridiani, in Mariæ cultu olim tam præpostere pij, imò turpiter superstitiosi, vt infulas mulierculas ad Mariæ sacrificandum sicut paulo post dicemus, impellerent atque permouerent. Eiusdem elatis fuit germanus ille armentarius, qui centum ab hinc annis nouum se Prophetam vulgo iactauit, sibique Deiparam apparuisse affirmauit, ac eius loco mandauit populo, ne posthac tributa & vectigalia Principibus penderent, néue vel Episcoporum vel Sacerdotum dicto parerent, nec decimas etiam vel pensiones annuas persoluerent. Quis verò non videat, hãc nouam & pestilentem esse doctrinam, quæ suum authorem & seditiosum Doctorem facilè prodat, ac fallacem Pseudopropheram ostendat? Nõ à Virgine sacrosancta, sed à maledicto Satana missus ille diu latere non potuit, quoniam ex noxiis fructibus arbor non bona & excisione digna sine negotio agnoscebatur. Et ausus est tamen impostor, vt fallæ doctrinæ fucum prætexeret, Mariæ nomen ac honorẽ publicè ostẽtare. Iam verò quam multos Pseudocatholicos videas, qui per summam incuriã, fœdámque negligentiam de Mariæ cultu nec curent, nec cogitent, ita profanis rebus ac negotiis dediti, vt vix toto anno ad Dei matrem prædicandam aut venerandam mentes terrenas attollant?

Matth. 13.

Repeo ad Nouatores, qui in hoc argumento tractando multis sanè modis impingunt: præsertim Petrus Vergerius ad omnem fere maledicentiã natus Apostata, & author ignotus (Caluinum, aut Viretum, vel Gallum alium è Sacramẽtariis esse suspicor) qui cum de Missæ anatomia multa valdè pudenda scriberet, ne suum quidem nomen prepodore ausus est ascribere. His Casparũ Golevvum Germanum, eiusdem farinæ scriptorem, aliosque plures

Quomodo degenerẽ Mariæ cultu pertria hominum genera vel tollatur, vel impediatur hoc tempore.

De superstitione Collyridianorum in Mariæ cultu.

De Germano quodam Pseudopropheta seditioso, qui se a Maria missum esse simulauit.

Matth. 7.

Qui Mariæ cultũ nostro seculo vimalẽ-ciosissime oppugnarint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In libros ext.

Nouatores adiungo, qui ad Marianum cultum omnem extinguendum quasi conspirant, & arma funesta sibi mutuò præbent. Vt autem hoc immane bellum belli homines expediant, ira & odio veteris ecclesiæ inflammati, omnisque candoris, reuerentiæ & honestatis obliti, se totos ad scurrile & histrionicum scribendi genus ita conuertunt, vt nullam veritatis ac humanitatis rationem habere videantur. Primum enim vitia quorúdam veterum tam acerbe perstrinGunt, tam tragice & contumelioſe proponunt & inculcant, vt nihil supra: veris falsa permiscent, ad vulgi odium & inuidiam torquent omnia, & à splendidis mendaciis non abstinent, vt dignum habeat scilicet, patella operculum. Peccant in eo etiam, quòd eodemveluti pede metiuntur, quæcúque nostri maiores, & scriptores primum recentiores, deinde vetustiores, etiam de mirandis rebus cum Mariæ cultu coniunctis in medium adferunt. Hæc enim omnia præclari illi Censores, mera Monachorum somnia & putida mendacia videri volunt, & licenter appellant: in his vanitatem horrendam & impietatem, adeoque blasphemiam detestãdam nobis & Ecclesiæ impudenter exprobrant. Quis verò stupor, quis furor est, de rebus tam variis, incognitis, remotis idem ferre iudicium, & alios omnes, quibus rectius deueritate constet, magno damnare supercilio, & demũ eodem modo probatas & improbatas, veras & dubias vel suspectas historias diiudicare, nullumq; habere delectum in his, quæ vel legas vel audias circa Deiparæ cultum tot retroactis seculis accidisse? Nõ requirit sanè hanc fidem Ecclesia, vt quæ hisce de rebus dicuntur & scribuntur, ea fine delectu nobis certò persuadeamus, sed piis & prudentibus potestatem facit iudicandi, vt authores alios aliis præferant, & his potius, quam illis historiis astipulentur. Requirit autem in Euangelio Christus, vt alios nõ temerè iudicemus, neque condemnemus, ac ne verbulo quidem vnum ex minimis offendamus: nimirum ad charitatem, veluti scopum & finem Diuinæ legis, omnia, quoad eius fieri queat, referentes. Quæ autem ista hæc est charitas Christiana, Orthodoxis per tot retroacta secula de cultu Virginis piè sentientibus, planèque conspirantibus obtrectare, maledicere, insultare? Quæ prudentia, tam multos ad eiusdem Virginis inuocationem, summi Dei potẽtiam ac benignitatem prædicantes, imò & experientes irridere, ac alios itidem de Mariæ cultoribus mirabilia testantes, quantumuis probari & illustres videantur authores, non alio habere loco, nisi quod meta somnia, putida mendacia, & horrendam vanitatem, superstitionem, impietatem, blasphemiãque, sicut nouis Censoribus libet dicere, in vulgus efferant atque profundant? Hanc nos intollerabilem & fœdam, nullóque modo Christianam esse censuram pronunciamus, eámque meritò ad tales authores relegamus, qui vt Mariæ ac simul Sanctorum omnium cultum impiè abrogent atque tollãt, veteri Eustachianorum & Iconomachorum hæresi palam patrocinantur, quibus idcirco Nicæna Synodus secunda, & vniuersa Ecclesia, perpetuum dixit anathema. Ac nos quidem de Mariæ miraculis altisque rebus annexis posteà enucleatius, si Dominus fauerit, disseremus.

Qualem scribendi modũ obseruent, & quomodo peccent, qui Mariæ cultum oppugnant maxime.

Sine omni iudicio & ratione effeti, quæ scripta extant passim de rebus circa Mariæ cultum mirabiliter gestis.

Luc. 6.

2. Tim. 2.

Aduersarios charitatis & prudẽtiæ Christianæ experti iudicare de his quæ circa cultum Virginis Deus operatur, & veteres tradunt.

Aduersarios inexcusabiles tamque ante diam natos esse ab Ecclesia, si perseuerent de cultu Mariæ tam male iudicare & scribere.

Alia Nouatorum cauillatio, quod in Mariæ cultu Ethnicos imitemur, & rumque imagines publicè venerantur, iisque tẽpla, imagines & nescio quæ alia constituunt. Respondemus, nobis Mariam honorantibus falsò inspingi terram notam idololattriæ, vt antea probatum est: & Mariam à Catholicis inter Deas collocari, mera calumnia est mentientium aduersariorum: vnde nec eidem sacrificia, nec hostias, nec libamina offerimus aut nuncupamus. Erantque Ethnicorum sacra, vt Augustinus meminit, inhonesta, vanissima, & plena furoris: vt quum sacrificarẽt, non dicam vbi & quomodo, Veneri & Floræ meretricibus, aut Vestæ, cui Phœnices de prostitutione filiarum, antequam nuptui eas traderent, dona quædam turpissimè offerebant. Ac verissime de Græcis siue Ethnicis narrat Leontius, quod tales sibi Deos constituerint, teamque dicarint, qui partim adulteri, partim homicidæ, partim impuri & sceleſti vixerant, ac eorum tamẽ idola cum illis ipsis Deos fecerint. Nos Mariam vt benedictam à Deo, mulierum omnium principẽ, Christique Domini matrem sanctissimam cum eo ipso regnantem colimus, atque vt eius orationibus apud Deum iuuemur, petimus. Id quod nullam habet speciem idololatriæ, sed ad honorem illum pertinet, qui personæ tam excellenti competit, & Diuinæ quoque gratiæ est commendatio. Præclarè igitur dixit, qui cum Iconomachis plurimum decertauit, Germanus Patriarcha Hierosolymitanus, Christianis non esse nomen aliud, quam Christi in hominibus datum, per quod saluari queant & sperent: qui tamen Mariam ac eius imaginem cum fructu salutent (nimirum benè affecti erga ancillam & matrẽ Domini) verè & præsentissime pro humano genere intercedentem, ac materno cũ affectu pro nobis ea dona diuina poscentem ab vnigenito Filio Dei, quæ ipse cum Patre & Spiritu sancto dispensat atque largitur.

Quomodo Deos suos Ethnici colebant.

IAM verò Mariæ imaginem longè secus, quam Ethnici sua colunt idola, veneramur, à quibus ipsæ statuæ secundum artificum vanitatem effictæ, non tam vt signa proponebãtur, quam pro Diis immortalibus adorabantur: præsertim cum crederent, eisdem statuis siue simulachris, quę magicis artibus cõsecrabantur Spiritum & animam rationalem inesse, vt idcirco ab eis responsa tanquam oracula peterẽt, & acciperentque. Sed hos impios cultus vox diuina redarguit: Omnes Dij gentium, dæmonia: siue vt Hieronymus ex Hebræo vertit: Omnes Dij gentiũ, sculptilia: nimirum propter dæmones in sculptilibus velut habitantes, ac stultis idolorum cultoribus responsa digna ferentes. Præterea etsi Diuinum præceptum extat, quo imago Dei alieni, siue cuiusuis idoli, vt ad colendi vel adorandi vsum adhibeatur, omnino interdicitur, nihil hoc tamen ad Matiæ & Sanctorum imagines in templis Christianis damnandas pertinet, non magis profectò, quam Iudæos peccati reos facere conuenit, quod imagines Cherubim, à quibus propitiatorij obumbrabatur, & in templo suo sculptilia ærea, variaque animantium imagines fusiles olim retinuerunt. Verus autem & Christianus sacrarum imaginum vsus, quem inde ab Apostolis, veluti per manus traditum accepimus, ex illo veteris Ecclesiæ Canone intelligi potest: Venerabiles imagines Christiani non Deos appellant, nec inseruiunt eis vt Diis, nec spem salutis ponunt in ipsis, nec ab eis expectant futurorum iudicium, sed ad memoriam & recordationem primitiuorum

Christianis à Deo iacere instituta, non ab Ethnicis plectendi ad cultum Dei exercendum acceperũt.

Athanas. lib. de præcept. Euang.

Imagines Christi & Sanctorum non esse damnandas.

Epiphan. Epist. ad Ioan. Hierosol.

Simulachra Ethnicorum cultores maximè afficiuntur.

Basil. in Psal. 44.

Non omnes imagines damnandæ.

Ethnici non Deos suos, sed veneranda Dei opera in imaginibus adorant.

Damasc. lib. 4. de fide Orthod. cap. 16.

Christianis non Deos, sed Deum Deorum venerandum & adorandum esse.

Damasc. lib. 4. de fide Orthod. cap. 17.

Imagines Christi & Sanctorum non esse damnandas.

Basil. in Psal. 44.

Imagines Christi & Sanctorum non esse damnandas.

Damasc. lib. 4. de fide Orthod. cap. 16.

Imagines Christi & Sanctorum non esse damnandas.

*Damasc. lib. 4. de fide Orthod. cap. 17

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Epiphanij disputationem aduersus Collyridianos Catholicis temerè obiici: velut in ea reprædatur vsitatus in Ecclesia cultus Virginis, mosque in Mariæ memoriam sacrificandi, & eandem Virginem inuocandi. Tum de multiplici significatione adorationis, quæ Deo, Mariæ & pluribus aliis tribuitur.

Testimonia nouatorū de Epiphanio, cō tra cultum Virginis ita differe re, vt simul Catholicos perstringere videatur.

INTER omnes Veteres vnus se mihi offert Epiphanius, quem nouæ religionis Doctores, vbi aduersus Mariæ cultum disputant, à se stare maximè gloriantur, & Catholicis oppido quā insolenter opponūt. Facit hoc Ioannes Bugenhagius Pomeranus, quum Ionam Prophetam interpretatur: facit & [a] Iacobus Heerbrandus ex eodem fonte nobis Mariæ cultum exprobrans, in quo Collyridianorum hæresin ab Epiphanio damnatam imitemur: Facit copiosius etiam [b] Marbachius, & post illum [c] Chemnicius, vt præteream Centuriatores. Tum Nicolaus Gallasius, qui non ita pridem suis scholiis [d] Irenæum contaminauit, hoc nobis gloriabundus obiicit: *Qui de superstitioso Virginis Mariæ cultu iam olim damnato nonulla notione digna videre voler, legat Epiphanium contra Collyridianos.* Æquè mordet Nicolaus Selneccerus, ac velut legem populis daret: *Inuocatio Mariæ est Idololatrica*, inquit, *& teter error, qua de re Epiphanius contra Antidicomarianitas & Collyridianos grauiter disserit.* Quoniam verò longum est, singulorum verba referre, qui suum ab Epiphanio suffragium non tam petunt quam rapiunt, sat mihi fore videtur, si vnum pro multis aduersariis, & Magistrū pro discipulis, eumque Germanorum, vt ipsi vocant, Mercurium, hoc est Philippum Melanchthonem hic loquentem inducam. Scribit ille in hunc modū:

Verba Philippi de sententia Epiphanij

Narrat Epiphanius sua ætate mulieres in Syria statuam Mariæ circumtulisse, & ei liba, & nescio quas res alias obtulisse. Hunc morem inter hæreses recenset, & oppressum esse, inquit, diligentia & authoritate Episcoporum: quod imitatio esset Ethnici furoris. Nunc magna pietas ducitur inuocare Mariam, donaria liberaliter cumulare. Tum in alio libro: *Epiphanius scribit, mulieres quasdam inuocantes Virginem Mariam solitas circumferre illius statuam. Hoc totum negotium damnat, & vocat idololatricum opus.*

Lib. de Eccles sia.

Magnum virū Epiphanium testimonio abutantur Nouatores.

FVIT autem Epiphanius, in quo aduersārij magnam victoriæ fiduciam ponunt, author profectò grauis, & Doctor insignis, ac de Ecclesia præclarè meritus Cypri Salaminæ Episcopus, ob quinq; linguarum peritiam πεντάγλωττος à Hieronymo dictus, multumque laudatus, ac idem tum viuus, tum mortuus præclaris claruit miraculis, qui demū suorum Cypriorum murus atque propugnaculum à Polybio appellatur. Ac tanto turpius faciunt, maioreque se crimine obligant Nouatores, quod eundē Epiphanium ab ipsis quoque commendatum, & in Panario benè scribentem, malè accipiunt, eiusque verba tam nequiter corrumpunt, vt ex Catholico fermè Hæreticum facere videantur. Quod vt paulo fiat euidentius, de statu causæ, in quo velut cardine disputatio Epiphanij tota versatur, ex quo pendent cætera, primum nobis ac necessario dicendum est.

In Apolog. aduersus Ruffinum. Et in Catalogo scriptorum Eccles. In epist. ad Sabinum.

Agit ille non tam contra Collyridianos, vnde Augustinus in Hæreticorum Catalogo illos prætermisisse videtur, quam aduersus mulieres non in Syria, vt fingit Melanchthō, sed in Arabia morātes, adeōque vesanas & impias, vt simul congregatæ, nouum & inauditum Mariæ cultum inuenerint, eamq; Dei loco sibi colendam ac adorandam publicè proponerint, ac eidem simul contra omnem Ecclesiæ morem sacrificarēt, nouos interim ritus, noua sacra introducentes atque celebrantes. Etenim constituto anni die, vt etiam indicat Damascenus, currum quēdam, siue sellam quadratam ornabant, & expāso super eam linteo per dies aliquot panē seu collyridē quandā proponebant, remque totam in Mariæ ceu Deæ nomen sacrificando peragebant, ac eodē pane omnes participabant. Melanchthon autē non sine fraude & calumniādi studio fabulatur, ac de suo affingit, quod in Epiphanio nusquam legimus, Mariæ statuā ab hisce mulierculis circumlatā, & liba nescio quæ, aliaq; donaria oblata illi fuisse. Interpres Damasceni κολλυρίδα tortā panis Latinè vertit, vnde nomē ipsum Collyridianorū deductum est. Et probabiliter asserunt Centuriatores, Collyridianos à placentis tortilibus, quas Græci Collyridas vocant, hic appellari: qui sub linteo panes κολλυρίδας depromentes, in nomen Mariæ obtulerint, ac penes mulieres hanc hæresim maximè constitisse. Epiphanij verba non sunt obscura. Quædam mulieres, inquit, illic in Arabia à partibus Thraciæ hanc vanitatem inuexerunt, vt in nomen semper Virginis Collyridem quandam sacrificent, & simul congregentur.] Quæ certe tum ad fictitiam statuam, tum ad donaria vel munera illis oblata nihil faciūt, Melanchthone licet ad Catholicorum inuidiam Epiphanij authoritatem detorquente: quasi is morem piorum carpat, qui in Mariæ honorem sponte quædam facere, promittere, dedicare aut offerre consueuerunt. Eam verò consuetudinem nec recentem, nec culpabilem esse tum [a] Prudentius, tùm [b] Theodoretus memoriæ prodidit, quàm vterque testetur, sui seculi Christianos in Sanctorum templis, quæ frequenter & reuerenter adibant, varia obtulisse munera, & vota iam antè nuncupata persoluisse, suámque erga Sanctos obseruantiam, & post accepta beneficia, grati animi significationem donis publicè suspensis edidisse. Vbi hoc etiam addit Theodoretus: Gratissime accipit eorum Dominus, qualiacunque sunt dona: nec exigua, nec vilia dedignatur, quippè qui ea proferentis facultate mettitur.] Synodus verò Gangrensis nostros aduersarios non minus, quā Eunomianos percutit, cum ambę partes in eo conspirent, vt Sanctorum Basilicas & pios ad illas libenter proficiscentes, suáque munera ibidem offerentes, superbè

Hersf. contra Antidicomarianitas. Et Refert. contra Collyridianos.

Deffens. imag. sanctorū & virgin. Epiphanius Mariæ imaginē damnasse.

Tolet. de Incarn. reprē.

De ceremoniis Mariæ in cultu Virginis obseruatis. Melanchthonis affingit Epiphanio fabulas, libitu, & donaria Mariæ oblata fuisse Collyridianos.

Cent. 4. cap. 6.

Hersf. contra Antidicomarianitas.

a In hymno de sancto Laurentio. Martyrologio Romano. Calepino. nis, &c. b Theodoret. Eccles. hist. lib. 5. cap. 21. vbi de Constantia Augusti filia.

Verum quidem est, Christianos sanctorum imagines, sepulchra, & reliquias honorare, sed non ideo sanctos transferunt, sed qui illis ob mirificam cum Deo cōiunctionem competit, piè largiuntur. Hæc non animaduertit, aut fallaciter certè dissimulat Heerbrandus, cum more suo garrit, vt habeat quod in Catholicis mordeat atque calumnietur.

Cap. 20.

Catholici cōsb Heerbrando inique tacuari quod Mariæ vota faciant, & promissa præstent.

In disputatione, an Hæreticis sint pueniendi.

Voti nomen latissimam accipi proprie & minus proprie.

Quod Mariæ Sanctis proponatur, votū est propriè, sed materiale.

Ita q. quæst. 88. art. 5.

VT autem de Epiphanio dicere pergamus, is fidi & vigilantis Episcopi officio satisfacturus, componendis in religione dissidiis, quæ populares animos illo seculo distrahebant, operam omnem sibi adhibendam putauit. Quare cum nouum & inauditum, ac æquè pestilens quarundam mulierum institutum esse cerneret, quæ sacris sese immiscere non verebātur, audacter se illis opposuit, atq; vti par erat, stultum illarum errorem iusta disputatione perstrinxit. Quarum mulierum studium, vt ipse meminit & repetit sæpè, fuit nefarium & blasphemum negotium, hæresis ridicula & ludibrij plena, anicularum fabula, res impia & nefanda: denique totum opus diabolicum, ex insanis mulierculis pendens, quæ doctrinam Dæmoniorum sequerentur. Accedit, quod recens, fœdus & infamis hic cultus tanto magis eius temporis Ecclesiam dedecorabat, quo plures Ethnicorum reliquiæ passim adhuc in multis hærebant, & quo grauius exemplum ipsum infirmos credentium animos posset offendere, cultumque diuinū labefactare: præsertim si harum mulierculārum error Ethnicus, aut furor potius diabolicus longius serperet, neque in ipso velut limine opprimeretur. Iam verò quod ad Mariæ causam attinet, duo sunt præcipua capita, quæ in sua disputatione aduersus Arabicas & fanaticas istas mulieres vrget Epiphanius: alterum, Mariam non esse loco numinis adorandam: alterum, à mulieribus non esse illi sacrificādum. In vtroque capite nobis Catholicis belle cum Epiphanio conuenit, & communem cum illo confessionem in hunc vsque diem retinemus, vt aduersarij quidem cum suo duce Melanchthone hic frustra nobis obiiciant tanti viri authoritatem. Damnamus enim & nos Collyridianos, insanumque hoc mulierculārum genus, Mariam pro Dea æstimantiū, colentium, adorantium detestamur: neque solum mulieres, sed & quoslibet viros idololatricum sacrificium offerentes, aut Mariæ vllo modo sacrificantes: hoc est, superstitiosos Mariolatras, vt quidam appellant, damnamus, reiicimus, execramur. Rursus cum Epiphanio profitemur, Mariam esse creaturam, Ioachim & Annæ filiam, secundum Dei promissionem patri & matri datam, atque ita honoratam à Deo, vt ipsis Sanctis honorabilior, adeoque pulcherrima fuerit, dignaque etiam facta summi mysterij dispensatione. Neque tamen Deus est Maria, neque de cælo corpus habet, quam non conuenit vltra decorum honorare. Quis enim Prophetarum præcepit hominem adorari, nedum mulierem? Non enim dominabitur nobis antiquus error, vt relinquamus viuentem, & adoremus ea quæ ab ipso facta sunt. Coluerunt enim & adorarunt creaturam præter Creatorem, & stulti facti sunt.]

Epiphanium disputare potissimum aduersus nouam Mariæ adorationem, & sacrificandi rationem. Catholicos autē eadem cum Epiphanio profiteri.

HÆc si satis non sunt, in quibus cum Epiphanio nobis Catholicis conueniat, constanter & illud cum eodem asseueramus: Reuera sanctum erat corpus Mariæ: non tamen Deus. Reuera Virgo fuit ipsa Virgo & honorata: non autem proposita est ad adorationem, sed ipsa adoratus eum, qui carne genitus est ex ea, Sit in honore Maria: Pater & Filius & Spiritus sanctus adoretur. Mariam nemo adoret, Deo debetur hoc mysterium. Maria in honore sit, Dominus adoretur. Licet sancta sit Maria & honorabilis, non tamen ad adorationem.] His consonāt, quæ idem Epiphanius, aduersus Arium disputans tradit: stultum esse nimirum creaturam deificare. Sancta verò Dei Ecclesia non creaturam adorat, sed Filium genitum, Patrem in Filio cum sancto Spiritu.] Eoque sanè maior est ac esse debebat Epiphanij seueritas in hisce mulierculis coercendis, quod illæ corpus etiam Mariæ, loco numinis adorarent, atque hoc modo, Mariæ nomine duntaxat excepto, veterem & impiam Ethnicorum superstitionem aut renouarent, aut æmularentur. Etenim veteres Ægyptij Thermutim filiam Pharaonis, quæ Moysen ex aquis ereptum sustulerat ac educarat, tanquam Deum coluerunt, ac superstitiosa religione, longo temporis interuallo honorarunt atque adorarunt, vt idem velut seipsum explicans affirmat. Nihilque olim ante Christi aduentum & multo post Ethnicis erat familiarius, quam humana cælestiaque corpora, præsertim Planetas & Stellas, impiè venerari. Quæ venerandi & adorandi ratio, velut fermentum Ægyptiacum, veteres Israëlitas, vtpotè ad omnem idololatriam mire propensos, adeò vitiarat, vt vero Dei cultu relicto, & ligno dicerent: Pater meus es tu, & lapidi faterentur: Tu me

Catholici cū Epiphanio in hoc argumento eadem profitentur.

Hæresi. 69.

Ægyptij Thermutim filiam sui regis, ac Ethnici plane tas sic adorarunt, sicut hæ mulieres Mariā coluerunt.

Contra Antidicomarianitas hæresim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iſtæciſq; quomodo Planetas & Reginā cæli coluerint.

Quid ſit Regina cæli apud Hieremiam.

genuiſti: Populus enim meus mutauit gloriam ſuam A in idolum: quemadmodum per ſuum Prophetam grauiter queritur Deus. Ac eodem ſpectat & illud Hieremię dictum: Filij colligunt ligna, & Patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent Diis alienis, vtme ad iracundiam prouocent. Vbi Reginam cæli Propheta Lunam appellat, quæ velut cæli Regina cenſebatur, ſicut hunc locum non ſolum [a] Hieronymus accipit, ſed & [b] Caluinus & Munſterus interpretantur. Tanta enim Iudæorum erat peruicacia, vt cum à Deo legem illam traditam accepiſſent: ne adorarent Solem & Lunam, & omnem militiam cæli, illi contra Deum velut obmurmurantes ac impudentes dicerent: Ex eo tempore quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli, & libare libamina, indigemus omnibus. Vbi Rabinus Ionathas Reginam cæli pro ſtella cæli, alij pro Dea Venere, quam Syri & Cyprij valdè colebant accipiunt. Ac Lunæ quidem olim mulieres ſacrificaſſe conſtat, ad quarum impium exemplum Arabicæ mulieres, de quibus agit modo Epiphanius, acceſſiſſe videntur. Hæc propterea notamus, vt ſimul pudenda illorum calumnia detegatur, qui vt vna cum Bullingero inſaniant, ex hoc Hieremiæ loco Eccleſiam audent conuellere atque inſectari. Etenim cum hoc Prophetico dicto veterem conferre morem non verentur, quo Maria cæli Regina tot ſeculis ab Eccleſia non verè minus, quam piè agnoſcitur, & publicè prædicatur. Etenim vt è ſuperioribus manifeſte liquet, ſine omni vitio, & per amplificationem quidam tituli Deiparæ tribuuntur, qui alioquin prima fronte Chriſto, ipſique Deo conuenire videntur, ac propriè quidem aſcribendi ſunt. Frequēs autem & ſolennis Eccleſiæ mos obtinet, vt multa in Mariæ laudem dicantur, quę ad Filium etiam, vt qui matris eſt gloria, referri debeāt, ſicut & eiuſdem caro, qua verè in ſacroſancta Euchariſtia nutrimur, eſt caro ex Virgine, quę cum ſpiritu tam glorioſum animarum noſtrarum fructum orbi communicauit. Verū Eccleſiæ defertores multa quæ ignorant, faciliè impiéque blaſphemant, & verborum corticem magis arripiunt, quam ſanum piorum ſenſum expendant ac ponderēt. Certè Philaſter Brixinenſis Epiſcopus & Auguſtini æqualis, cultores Reginæ ſeu Fortunæ cæli ex profeſſo refutat.

[a] Lib. 2. Hieremiæ. [b] In cap. 7 Hierem. Deut. 17.

Hierem. 44

Nouatores ad Mariam impie detorquēt quod de Regina cæli dixit Hieremias, ad idololatras alludens.

Concio. 29 in Prophet. Hierem.

ATQVE hactenus de prima parte diſputationis ab Epiphanio inſtitutæ, quæ in Mariæ adoratione D verſatur, dictum ſit: vt omnes intelligant, eam neque nobis eandem Virginem Catholicè venerantibus obeſſe, neque aduerſariis hic oblatrantibus prodeſſe: niſi quis fortaſſe in adorationis vocabulo cauilletur. Sed hunc quoque nodum poſteà diſſoluemus. Reſtat vt alterum diſputationis caput de offerendo Mariæ ſacrificio expediamus, quod Epiphanius non minus acriter quam adorationem ipſam in hiſce mulierculis reprehendit, atque his ferè rationibus, ſi ſuccinctè dicendum eſt, eneruat ac diſſipat. Nuſquam mulieribus à Deo præceptum eſt ſacrificare. In veteri Teſtamento nulla mulier ſacrificium obtulit, aut ſacerdotio functa eſt. Sacrificandi ius & officium ſemper penes viros fuit. Scriptura non permittit, vt mulier loquatur in Eccleſia. Non licet mulieri regulare quicquam in Eccleſia operari, aut aliquod myſterium perficere, vt ſit Preſbytera vel ſacrificula. Prætereà ſi licuiſſet vlli mulierum

Rationes Epiphanij quas mulieres Mariæ non debeant ſacrificare.

1 Cor. 14

in nouo Teſtamento perficere ſacrificium, Mariæ quidem licuiſſet, quæ digna, inquit, facta eſt ſuſcipere in propriis ſinibus vniuerſorum regem Deum, cęleſtem filium, cuius vterus templum factum eſt ac domicilium ad Domini in carne diſpenſationem. Sed neque ſacrificium offerre, neque baptiſma tribuere Mariæ concreditum fuit. Poſtremo hæc ſacrificandi ratio veterem morem Ethnicorum ſuis Diis offerentium ſtabilire ac renouare videtur. Ex his ergo rectè ſolidèque concludit Epiphanius, non modo ſtultum, ſed etiam nefarium & perniciоſum eſſe facinus harum muliercularum, præter & contra omnem legem & conſuetudinem ſacris operātium, & ad morem Ethnicum creaturæ, perindè ac quę Deo, ſacrificantium, quantumuis Mariæ nomē & honorem ſuæ prętexant impietati. Cum hac Epiphanij ſententia congruunt, quæ in Canonibus veteris Eccleſię ſunt definita, videlicet, vt ne Virgines quidem aut viduæ ordinentur, nec in Eccleſia doceant vllę mulieres, ſed vt tantum orēt & Magiſtros audiant, ſicut ſanxiſſe Apoſtolos Clemens annotauit. Et vidimus tamen Viennę mulierculam, quę in Lutheri doctrina tantos feciſſet progreſſus, (pro pudor) vt poteſtatem ſibi ſumeret Euchariſtię non ſolum ęgrotis quos inuiſebat, porrigendę, ſed etiam conſecrandę. Notæ ſunt inſuper mulieres, quę licet ipſę non ſacrificent, tamen quod eſt amplius, & Sacerdotibus & Concionatoribus in rebus etiam ſacris alicubi palam dominantur. Nec paucas quidem fœminas in his regionibus licet reperire, quę docēdi partes ſibi vſurpent arrogātiſſimè, & Paulo Apoſtolo quaſi audeant ſuccenſere, vt qui malè fauerat huic generi, cui perpetuum in Eccleſia ſilentium iniunxiſſe videtur. Nihil autem Hęreticis mulierculis petulantius, ſi aliis placere, & infirmos flectere poſſint audaci ſua loquacitate, vel in diſputando temeritate. Infames autem Hęreticorum mulieres, ne dicam meretriculę fuerunt Simonis Magi Helenæ, Appellis Philemone, Montani Priſca & Maximilla, & Gnoſticorum Marcellina, ſicut [c] Hieronymus poſt [d] Irenæum indicauit. Quid vero mirum, diuinis & humanis legibus mulieres à ſacris arceri, cùm etiam à functione publica & ciuili paſſim reiciantur, ac regnandi poteſtate multis in regionibus ex veteri more priuentur? Certè [e] Synodus Laodicęna & [f] Soter Pontifex mulieribus quamtumuis Deo ſacratis, interdicunt ad altare ingredi, & ſacra quę virorum ſunt officiis deputata, contingere tantum abeſt, vt ſacerdotali eo munere fungi permittant. Atque hinc demum à Tertulliano æquiſſimè ſcriptum eſt: Non permittitur mulieri in Eccleſia loqui, ſed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec vllius virilis muneris, nedum ſacerdotalis officij ſortem ſibi vendicare.] Quæ omnia fuſius repetenda duximus, vt certius pateat, Epiphanium aduerſus Catholicos Mariæ cultum aſſerentes nihil pronunciare, ſed vt alibi, ita hoc etiam loco, Catholicam confirmare doctrinam, ſi verba eius ritè conſiderentur. Et audet tamen Heerbrandus, vt Virginis noſtræ cultū in Eccleſia vſitatum arrodat, planeque ſuſpectū & exoſum reddat, eundem Epiphanium nobis opponere, atque hoc modo ratiocinari: *Collyridianarum mulierum hæreſin deſcribit Epiphanius, mulierum, quæ in honorem & honorem Virginis Mariæ ſacrificium panem nempe obtulerunt. Vanitatem, impium, nefarium & blaſphemiam vocans, à prædicatione Spiritus ſancti alienum, totum Diabolicum opus,*

[c] In Catalogo. [d] Lib. contra Valentinum cap. 20. & 42 Hæreſ. 79 [e] Can. 44 [f] Epiſtola 1. Tom. 3.

opus, & ſpiritus immundi doctrinam. Quam impietatem prolixè multis refutat.

Nil Epiphanio adferri, quod eā Miſſæ ſacrificio pugnet.

In Liturgia.

Aerius negat Miſſæ ſacrificium prodeſſe ſanctis offerē tibus.

Hæreſ. 78 a Lib. de hær. hæreſ. 53 in rod. lib. cap. 53

b Hæreſ. 55 contra Melchiſedecianos.

In compendio Hæreſium ex Epiphanio Ecclę Græ Catholicę.

In orat. Epiphanii de ſide Catholica.

d Lib. de corona militis. e Epiſto. 34 & 37.

In ſumma de dogmatibus. Lib. 2 contra Valentinum cap. 20. & 42 Hæreſ. 79

Apoſtolos fuiſſe Sacerdotes ad altare ſacrificantes, hocque ſacrificium Eccleſiæ commendaſſe, contra Collyridianos. Can. 14

Nec diaconis quidem licet ſacrificare.

Catholici Deo ſoli ſacrificant Collyridiani vero Mariæ.

Lib. 1. de Trinit. cap. 6 Sift. 6. cap. 3

Nos non tam Mariæ quam Deo ſacrificare.

Quanta ſit mirandi impudentia vel ſtolidi-tas.

1. Cor. 14. 1. Tim. 2.

Mulieres ſacrificare non poſſe.

Mulieres ſacrificare non poſſe.

Mulieres ſacrificare non poſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

chara eiusdem Dei ac Domini nostri, cui visum est, hanc tuam matrem imprimis mirifice cohonestare.

Quomodo in Missa petatur Mariæ patrocinium, sine Christi iniuria.

Adhæc quoniam certò persuasi sumus, quicquid bonorum ad matrem Domini deriuatur, & ad nos quoque iuuãdos in illa reperitur, ex fructibus sacrificij in cruce peracti profluere & pendere, atque per hanc Christi gratiam Mariæ merita non solum ipsi ad gloriam, sed nobis etiam ad multorum donorũ impetrationem conducere, tanto fidentius Patrem æternum in Missa precamur: vt cum aliorum Sãctorum, tum Mariæ imprimis suffragia, fidaque patrocinia nobis ad protectionem fructuosa & salutaria esse concedat, sed non nisi per Christum Dominum nostrum, vt sine quo Sancti omnes nec sibi, nec aliis quicquam impetrare aut commodare possent. Per hunc enim & illi nobiscum ad Patrem habent accessum: hic est propitiatio pro peccatis nostris: hic solus pro omnibus, & nullus pro ipso interpellat: hic per semetipsum solus omnes redimit, & omnia quæ sunt in cælo & in terra, reconciliat. Quamobrẽ, qui non planè cœcutit, ac æqua lance perpendit institutum Ecclesiæ, negare non potest, Dei gloriam & Christi meritum, veramque sacrificij actionem neutiquam impediri vel obscurari, cum ita, sicut diximus, Patri Christum offerendo pro Maria gratias agimus, simulque petimus Matris patrocinio apud Patrem & Filium adiuuari, vt crucis & mortis Domini, quæ in Missa præcipuè annunciatur atque recolitur, maiorem fructum percipiamus. Itaque nostras preces cum Mariæ precibus coniunctas illi offerimus, vt ad Dei gratiam propter Christum mediatorem obtinendam aptiores efficiamur, tali Matre intercedente. Quæ Mariæ intercessio non magis quam viuorum pro viuis mortalibus, aut Angelorũ pro nobis supplicatio, Christi interpellationi (ad dexteram enim Patris assidens, in sempiternum pro nobis interpellat) vel detrahit vel aduersatur. Quocirca non sine diuino consilio & perpetuo Ecclesiæ cõsensu factum est, vt in veterum Liturgiis, quæ adhuc extant, Mariæ tam honorifica mentio habeatur, eiusque memoria, cuius & precibus & meritis iuuari possemus, sæpè interponatur.

Mariæ non magis quam fratrũ aut angelorũ intercessio Christo interpellatori derrahit.

Hebr.7

Quomodo veteres Liturgiæ de Maria eius qu. intercessione honorificam mentionem faciant.

EXEMPLO sit Liturgia mysteriorum antè consecratorum Græca, quam non ita pridem insignis Theologus Genebrandus è Cretensi codice Latinè conuertit, & in qua primum sanctissimam Trinitatem Sacerdos totius Ecclesiæ nomine sic affatur: Vt Patrem & Filium & Spiritum sanctum vno animo omnes fideles glorificemus dignè, obsecremus vnitatem diuinitatis, in tribus subsistentem hypostasibus, non confusam, simplicem, indiuiduam & inaccessam, per quã redimimur à supplicij igne.] Deinde ad Mariam venitur, sub hac verborum formula: Matrem tuam, Christe, quæ te in carne sine semine peperit, quæ & Virgo verè etiam post partum mansit incorrupta, tibi adducimus in intercessionẽ Domine misericordissime. Lapsuum veniam largire cũctis, qui ei inclamant: Aue sit verè thesaurus vitæ.]

Ex Liturgia Græca.

Ibidem.

Et rursus expedita precatione, Sancta Trias, salua nos omnes, Sacerdos hæc subiicit: Matrem tuã adducit tibi in supplicationem populus tuus, Christe: intercessionibus ipsius miserationes tuas nobis tribue, vt te glorificemus, qui è sepulchro nobis effulsisti.] Tum in Liturgia omnium vetustissima, quæ multorum veterum iudicio Iacobum Apostolum & fratrem Domini habet authorem, sequens additur exhortatio: Commemorationem agamus sanctissimæ, immaculatæ, gloriosissimæ, benedictæ Dominæ nostræ Matris Dei, & semper Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum & Iustorum, vt precibus atque intercessionibus eorum omnes misericordiam consequamur.] In eundem ferè modum Chrysostomus, qui Mariæ frequentem & honorificam admodum in Liturgia sua mentionem facit, hæc verba proponit: Sanctissimæ, incõtaminatæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ cum omnibus Sanctis memoriam agentes, nos ipsos & inuicem, & omnem vitam nostram Christo Deo nostro cõmendemus.] Et apud Basilium quidem Chrysostomi æqualem & familiarem eadem prorsus extat sententia. In Missa verò Æthyopica, eaque peruetusta (Canone vniuersalem vocant) Sacerdos hãc salutationem simul & precationẽ ad Virginem interponit: Lætare Domina, quia salutem sanctam deprecamur: ô Virgo, in omni tempore Mater Dei & Christi: effer iustum & in altum orationem nostram, apud electos Filij tui, vt remittantur peccata nostra. Lætare Domina, quia peperisti nobis lumen verum, Iesum Christum Dominum nostrum: Ora pro nobis apud eum, vt misereatur animæ nostræ: Ora pro nobis in conspectu throni Filij tui Iesu Christi. Lætare immaculata vere Regina, lætare gloria nostrorum parentum, qui peperisti nobis Emanuelem.] Cum his pulchre congruit, quod Ambrosius in sua Liturgia recitandum tradidit, his verbis vtens in Præfatione: Per Christum Dominum nostrum. Et in huius diei veneranda festiuitate gaudere, in qua sancta Dei genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium tuum Dominum nostrum de se genuit incarnatum: cuius intercessione quæsumus, vt mortem euadere possimus animarum per eundem Dominum nostrum.] Consonat & Missa Gregoriana, in qua mille ab hinc annis propemodum, quoties de Virgine solennis memoria celebratur, præsentes omnes excitantur hac voce: Gratias agamus Domino Deo nostro: moxq; causa huius gratiarum actionis annectitur: Vere dignum & iustum est, æquum & salutare: Et te in veneratione beatæ Mariæ semper Virginis collaudare, benedicere & prædicare: quæ & Vnigenitum tuũ sancti Spiritus obumbratione concepit, & virginitatis gloria permanente lumen æternum mundo effudit Iesum Christum Dominum.] Græcam certe Liturgiam à Nicolao Cabasilla sedulo explicatam habemus, in qua monet idem sapienter, Sanctorum in Missa commemorationem proponi, non vt pro illis supplicemus, vt qui nostri apud Deum sunt intercessores, sed vt gratias agamus illorum nomine. Alioquin in horum Sanctorum catalogo Deipara non collocaretur, vt quæ sit vltra omnem intercessionem non solum humanæ, sed etiam Angelicæ Hierarchiæ, ipsis etiam sanctissimis mentibus incõparabiliter sanctior, sicut idem Nicolaus affirmat. Cætera præscindamus, ne ab Epiphanio nostro longius discedere videamur.

Ex liturgia Iacobi Apostoli.

Ex liturgia Chrysostomi.

Aliud exemplum ex Liturgia Æthyopica de Maria publice proponendum in missa.

In Vigilia de Assumptione Mariæ.

Exemplum aliud ex missa Ambrosiana.

In Missa Gregoriana.

Quomodo in Latina Missa commemoratio fiat Mariæ.

Intexpl. Liturgiæ cap. 49.

Non procuranda in missa Sanctorum, sed eorum, quorum gratias agimus Deo, & illorum precationes intercessionem.

DICTVM est hactenus, Collyridianos, aut potius Arabicas mulieres, duplici nomine ab Epiphanio seuere meritoque perstrictum: tum quod Mariam adorare, tum quod sacrificium illi offerre non verentur. Aduersarij Epiphanium sic interpretantur, vt ille nos Catholicos etiam verberet, in quibus culpa

Epiphanius duo maxima reprehendit in Collyridianis, Catholicos vel quæ obsint Epiphanium, quibus argumentis ab Mariam adoratione.

A eius scilicet & Virginem, adoramus.] Pulchrè interim eandem Virginem omnium creaturarum beatissimam vocat, planeque testatur, neque huic quidem, nedum aliis creaturis Latriam, siue Dei cultũ, diuinamque seruitutem posse communicari. Quid quod eandem sententiam Doctores quoque Scholastici, licet recentiores, planè profitẽtur? quorum princeps Aquinas quæstionem proponat: Vtrũ mater Christi sit adoranda adoratione Latriæ? Et expedite respondet, solum Deum adoratione latriæ colendum esse, ac proinde beatæ Virgini, vtpotè puræ creaturæ, non Latriæ adorationem, sed solum Duliæ venerationem, licet quiddam amplius quam reliquis creaturis, hoc est, Hyperduliã, tribui oportere. His consonat Bonauentura, qui tametsi alias B incolenda Virgine immodicus ab istis habeatur, tamen perspicuè docet, beatissimam Virginem purã esse creaturam, & idcirco ad honorem & cultum latriæ non ascendere: eandem tamen, quoniam excellentissimum nomen habeat, quod puræ creaturæ conuenire potest, non Duliæ tantum, sed & Hyperduliæ honore prosequendam esse: sicut & antea demonstrauimus. Tam grauiter ac significanter hi aliique Scholastici Theologi monuerunt, latriam siue seruitutem & adorationem illam, quæ Deo debetur ne Mariæ quidem, quantumuis reliquis creaturis præstantiori, vnquam deferendam esse.

adorãdos esse negat, Mariã autem præfert omnibus creaturis.

In 3.p.q.25 art.3

Etiam Scholastici Theologi Mariam nõ adorandam esse docent.

Lib.3.Sent. d.9.q.3

ETSI verò cum aduersariis conuenit nobis, Mariam non esse adorandam: quemadmodum sæpè monet Epiphanius, tamen in eo non cõuenit, quod eandem latriæ adorationem sic Deo tribuant, vt vix C aliam Duliæ concedant, quam vel Mariæ, vel Sanctis aliis liceat exhibere. Id verò partim Scripturæ testimoniis, partim veterum sententiis aduersatur. Nam è sacris literis euidenter apparet, quod complures, vt [d] Abraham Patriarcha, eiusque nepos [e] Lorh, [f] Iosue Israëlitarum Dux, [g] Gedeon Princeps, & [h] Daniel Propheta sanctos Angelos adorauerint: nec dubitauit [i] Saul Rex Prophetæ sancto Samueli, qui in spiritu ei apparuerat, hunc honorem tribuere, vt inclinaret se superfaciem suam in terra, eumq; adoraret. Imò verò in Scripturis est frequens, vt viui viuos adorasse dicantur. Fecit hoc [a] Nathan Regi Dauid, [b] Iacob fratri Esau, [c] Moyses socero suo Iethro, [d] Dauid amico Ionathæ: imò [c] Abraham filios Seth, quamuis Ethnicos, adorauit. Item de [f] Iacob dici potest, qui Regem Pharaonem impium adorauit: licet noster interpres paulò aliter locum verterit, & adorationis vocem, quam Græci agnoscunt, prætermiserit. Tam late patet nomen adorationis, siue Biblia Hebraica, siue Latina consulamus, & tãtundem propemodum, quãtum veneratio quædam externa cum rei amatæ desiderio cõiuncta designat: siue illa fiat nudato capite, siue inclinato corpore, aut prorsus prono, atque etiam osculo. Agnoscit hoc quoque Lutherus, clare pronuncians: Adorate in Scripturis nihil aliud esse, quam inclinari, honorem deferre, curuare, genu flectere, & eos coram quibus nos deiicimus, pro Dominis agnoscere. Agnoscit & Bullingerus, ita scribens: *Adorare est caput nudare, geniculari seu flectere, aut inclinare caput vel corpus, prouolue, honorem exhibere, & venerari reuerenterque. Adorarũt (id est genuflexerunt, caput nudarunt, & prouoluerunt) Sethi magistratus & Prophetas, Principes & Doctores populi, viros que venerabiles. Quia Deus hoc præcipit, qui & operatur per illos salutem hominum, & homines sunt viua Dei*

Mariæ competere, vt adoratione Duliæ inter Sanctos alios colatur. Scriptura docet etiam Sanctos adorari.

d Genes.18
e Genes.19
f Iosue.5
g Iudic.6
h Daniel.10
i 1.Reg.28

Viui viuos etiam in Scripturis adorasse legũtur.

a 3.Reg.1
b Genes.34
c Exod.18
d 1.Reg.3
e Genes.23
f Genes.47.

Nomen adorationis latissimè patet, nec solum Deo, sed & creaturis defertur, vt etiam quidam ex aduersariis docent.

In Postilla circa Euang. de festo Epiphaniæ.

In præceptis Decalogi Ser.2 dec.2.

a Deus. 6.& 10.
b Libr.3 de Spiritu sancto.cap.12 c Apoc.19 & 22.
Lib.20. contra Faustum. cap.21.
Lib.3. de Spiritu sancto, cap.12
Lib. de cultu imaginum.

Adoratio propriè & tantùm non nisi Deo debetur.

Mariam non esse adorandã probant Ambrosius, Ionas & veteres alij.

Mariam Catholicis pro Dea nec habeti nec adorati.

In serm. de obdormitione Virginis.

Aduersus Vigilantium.

Contra Petrobrusianos de veneratione sanctæ Crucis.

Petrus Cluniacensis Mariam & sãctos

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo imagines adorentur in Ecclesia.

imago. Retinendum est igitur sedulo, peruetustum A scimpèrque vsurpatum in Ecclesia nomen adorationis, siue illud Deo, siue hominibus, siue signis tantũ sacris sicut arcæ Domini & templo Salomonis, siue imaginibus piis attribuatur. Cũ enim Ecclesia imagines Christi, Deiparæ, & aliorum Sanctorum, quarum vsum ab ipsis Apostolis emanasse, [g] Basilius & [h] Damascenus asserunt, in templis asseruat, eisque honorem & venerationem impertit, eam adorationem & culturam, quæ soli Deo conuenit, huiusmodi imaginibus negat: quemadmodum Concilium Nicænum secundum diserte testatur, neque Diuinitatem aut virtutem in illis aliquam, propter quam sint colendæ credit inesse, neque fiduciam in illis figendam, aut quicquam ab illis petẽdum putat, sed honorem sacris imaginibus exhibitum ad prototypa, seu prima exemplaria referre docet: ita vt per imagines quas osculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus, Christum adoremus, & Mariam Sanctosque alios, quorum illi similitudinem gerunt, veneremur: quemadmodum Tridentina Synodus post priores alias planissimè definiuit. Quocirca Theologi Parisienses hanc propositionẽ non temerè damnant, qua dicitur: antè Sanctorum Dei imagines genua non esse flectenda, sed duntaxat ante Deum, qui solus sit adorandus. Fauet enim hæc sententia Iconoclastis, neque distinguit nomen adorationis, quod non solum Deo, sed etiam hominibus, & typice sacris imaginibus à Patribus sæpè applicatur.

[g] In Epist. ad Iulianum li. Lib 4. de fide Orthodoxa, cap. 17 Aclor. 7

[h] Damascenus

Sess. 25 in determinatione The. facta Anno 1524.

Lib. 1. de cultu imaginũ.

PROINDE Ionas Aurelianẽsis, vt veterum quorundam testimonia proferamus, vtramque adorationem, quam & Latriæ & Duliæ in scholis vocant, hac oratione discernit: Alia est adoratio, quæ non nisi soli Deo debetur: alia quæ à mortalibus humilitatis & subiectionis gratia æquè mortalibus exhibetur.] Et sanctus Anastasius Episcopus Theopoleos, cuius testimonium in Nicæna Synodo recitatur, erudite admonet: Nemo offendatur in adorationis vocabulo: siquidem & homines & sanctos Angelos adoramus, non autem quod λατρείαν hoc est, quod cultum diuinũ exhibeamus. Inquit enim Moyses: Deum tuum adorabis, & illi soli λατρείαν præstabis. Quo loco diligenter obseruabis, qua ratione posteriori dicto, nimirum Latriæ, adiecerit soli: adorabis verò hoc ipsum nõ est appositũ. Quamobrem adorare licet. Quid enim aliud est, quam honoris alicui exhibiti, veluti emphasis, adoratio? Latria verò nequaquam: neque etiam licebit προσκυνεῖν, quod est proprium adorare.] Notat & Tharrasius Patriacha Constantinopolitanus, cuius magna olim authoritas fuit, sæpè pro vno & eodem accipi προσκυνεῖν id est, adorare, & ἀσπάζεσθαι id est amplecti, & φιλεῖν id est, amare: vt hinc etiam de sacris imaginibus dicatur, quod adorandæ, hoc est, exosculandæ sint & amandæ. Eapropter Basilius Magnus, cum fuæ fidei confessionem de differenti cultu Dei & Sanctorum Iuliano Cæsari exposuisset, hæc etiam verba subiunxit: Quam ob causam & historias imaginum illorũ (Sanctorum) honoro, & palam adoro. Hoc enim nobis à sanctis Apostolis non est prohibitum, sed in omnibus Ecclesiis nostris eorum historias erigimus.]

In eadem Synodo act. 4

Homines & Angeli rectè adorantur, sed sine cultu Latriæ.

Deut. 6

In Epist. ad Imperatorem Constantinum & Irenen.

Adorare & amare, vel rectiosè ample di pro eodẽ sæpe accipi. Basilius imagines, Hieronymus presepe Domini, Catholici reliquias sacras adorant.

Vide Act. 4 Concil. Nicæ.

NEC minus Catholice dixit Theodoretus: Adorationem, quæ soli Deo debetur, Deo & Angelis ex equo non partimur.] Quanquam solus ferè Damascenus in hoc sufficerit argumento, qui de illo aduersus Iconoclastas copiosissime disserit, & inter cætera loquitur: Adoratio submissionis & honoris est signũ. Adorationis modos planè nouimus esse differentes. Omnium prima est adoratio, quam soli Deo suapte natura adorando exhibemus per latriã. Proximo ordine sequitur, quam offerimus amicis ac famulis Dei, qui suapte natura solus venit adorandus: quemadmodum Iosue filius Naue, & Daniel Angelum adorarunt. Aut ea quæ locis Deo consecratis debetur: vt cum ait Dauid: Adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.]

Li. 3. de Offic. Lib. 1. apol. & Lib. 4. de fid. Orth. ca. 7

Ios. 5 Dan. 10 Psalm. 131

HÆC fusius nobis idcircò dicuntur, vt propositus Epiphanij locus, quem deprauant aduersarij, rectius accipiatur, dum Mariæ Virgini adorationem eam adimit, quę in rigore sumpta, & cum Latria cõiuncta est: nimirum vt crassissimum eorum errorem elidat, qui Mariam Dei loco statuebãt, & Diuinum honorem eidem sacrificando nefariè attribuebant. Alioquin si phrasin Scripturæ propriam sequimur, & adorationem ad creaturam transferimus, rémque ipsam sanè intelligimus, & iuxta mentem Ecclesiæ interpretamur, Mariam adorari posse fatendum est, ac veteres planissimè docuerunt. Nam apertè dixit Leontius: Qui Martyrem colit, Deum ipsum colit: qui Matrem ipsius adorat, ipsũ (Deo) honorem assignat.] Et Damasceni est oratio: Adoremus & Latriæ cultum offeramus soli Creatori, & vniuersitatis Architecto: quippè qui Deus est suapte natura adorãdus. Adoremus & sanctam Virginem Deiparam, nõ tanquam Deum, sed tanquam Matrem Dei secundum carnem.] His accedit Nicetas Patriarcha Constantinopolitanus, qui præscribens ordinem ad Mahometanos Ecclesiæ Catholicæ reconciliandos, hãc fidei Confessionem iubet à singulis exigi: Sanctam Virginem, quæ Christum in carne peperit, Dei proprie veréque Matrem esse credo & confiteor: eandémque vt reuera Dei qui homo factus est matrem, atque idcirco Dominam & Reginam omnis creaturæ Diuina gratia effectã, adoro & reuereor.] Quid quod Epiphanius ipse testatur, Mariam Virginem ab Angelis adorari, sicut sermo illius de laudibus Mariæ Deiparæ conscriptus, & à Ioanne Pico Latinè versus comprobat. Nec pudet tamen maledicos Nouatores, vt veteres Iconomachos, adeóque Ethnicos Catholicis olim insultantes æmulentur, idolatricam & quotidianam adorationem Catholicis identidem exprobrare: quod domi vel in templo illam reuereantur, ipsamque venerationem externa & humili demissione corporis in Virginis cultu declarent, eiusque imagines in honore habeant atque seruent. Sed etymologiam nominis idololatriæ vel ignorant, vel animaduertere nolunt, cum idololatræ dicti sint, non qui Mariæ Sanctisque aliis, vt Dei amicis nostrisque Patronis, aut eorum imaginibus honorem Catholicum deferunt, sed qui seruiturem Deo debitam simulachris exhibent, quemadmodũ Augustinus indicauit. Cuius quidem seculo Christiani sine vitio, & cum laude, nec sine flexione genuum Petrum Apostolum suo modo in Ecclesia adoraruntque madmodum hæc eiusdem Augustini verba commonstrant: Beatissimum Petrum piscatorem modo gentium multitudo credentium.] Laudat præterea Imperatorem, qui submisso diademate ad sepulchrum piscatoris

Testimonia veterum, Mariam etiã posse adorari.

In differentiam veterum Iudæi. Vide Act. 4 Nicænæ Synodi. Li. 4. Apologetici. In sermone de exhib. Thomæ Orthodoxæ.

Mariã vt Dominam & Reginam omnis creaturæ adorare seu venerari docet Nicetas.

Adorationem Idololatricam Catholici damnant, quam eandem tempore nostro Nouatores in cultu Virginis.

Lib. 1. de Trinit. cap. 9

Olim vbique fuisse Christianos & adorasse Christum in templis, quis dubitet? Sed Augustinus hoc loco sequitur Eusebium.

Serm. 21. vel 17 de primis in fine. Apostolis Pet. & Paul. Fest. 42. ad finem Decembris.

Lib. 11. ca. 13 Hom. 69. ad popul. Antioch. Lib. 1. de Pœnit.

Olim moris erat viris adgeniculandi, & sacras reliquias adorandi.

In descript. passionis Hippolyti Martyris.

Super Exod. quæstio. 69 & lib. 1. de Trinit cap. 6 Deut. 6. & 10

Veterum scripta consonare, quod Maria adorenda sit in illa prædicanda, non reuerenter gerimus.

CATERVM Philippus, Chemnitius, Marbachius, Selneccerus, aliique plures Epiphanium obtorto quasi collo huc pertrahere conantur, vt is Catholicos in Sanctorum inuocatione verberet, eamque inuocationem in catalogum hæreseon referat prorsus: cum ille totus in Arabicis mulieribus taxãdis versetur: quod vltra omne decorum, & contra Diuinas humanasque leges Mariam idololatrice suo inandito sacrificio venerarentur. Sedenim quicquid velint, Epiphanio affingant, nunquam sanè probaturi, Catholicos Epiphanio iudice, inter Collyridianos recenseri, & Mariæ inuocationem Catholicam hoc loco, vel alibi vsquam ab eo reprehendi. Quid enim aliud ille de cultu Sanctorum iudicaret, quam Hieronymus valde illi familiaris, & Chrysostomus Basilius, Ambrosius, aliíq; plures, & illi, vt arbitror, benè noti eiusdem seculi Scriptores literis prodiderunt? Apertam verò imposturæ speciẽ redolet, quod Nouatores hoc loco inuocationem cum adoratione confundunt, dum Epiphanij sermonem de mulieribus Mariam in sacrificio adorantibus in Catholicos Mariam inuocantes malignè detorqueant. Epiphanius autem non modo vir Dei, sed etiam illius Ecclesiæ ciuis fuit, quæ tametsi Mariam & Sanctos constanter inuocat, ìeque ab illis adiuuari confidit, tamen solum Deum, tanquam primarium gratiæ, & salutis omnis authorem, adorat. Hinc vetustus ille Canon, quem & solennes precandi formulæ comprobant: Solo Deo creatore adorato fideles inuocent Sanctos, vt pro se intercedere apud diuinã maiestatem dignentur. Sciebat vtique doctissimus Epiphanius, longe aliud esse Mariam cum Collyridianis adorare, quam eandem cum Catholicis inuocare: vtriusque vocis non paruam differentiã è Scripturis probè didicerat, non ignorans Iacob eximiũ Patriarcham ita Deũ inuocasse vt simul flens angelũ Dei rogasse, siue, quod perinde est inuocasse scribatur. Legerat de Rege Dauid, qui scabellũ pedũ Domini, id est, arcam fœderis, adorauit, neq; tamen eidem arcæ supplicauit: quoniam res vita carens precanté exaudire non posset. Aliud est igitur adoratio, aliud supplicatio siue inuocatio: licet vtrunq; nomẽ Deo in Scripturis sæpenumero tribuatur. Cur verò ab inuocanda Virgine abhorreret, aut alios auocaret Epiphanius, qui tãtis illam effert laudibus, quod facta sit sublimior Angelis, superior Cherubim & Seraphim, cælum, templum, thronus Diuinitatis, inexplicabile Paradisi monile, cæli & terræ mediatrix, per quam homines fiduciam habeant erga Altissimum, quæ lapsam Euam erexerit, & Adamum è Paradiso eiectum in cælos miserit, ac denique Paradisum clausum aperuerit? Ac multa quidem id genus eximia epitheta, quæ aduersariorum aures meritò feriant, & propter Christum tamen, quem genuit mundi Redemptorem, de illa potissimum prædicãtur, in eadem Epiphanij oratione traduntur. Quis ergo ambigat, singularem illum Mariæ fuisse cultorem, quam ipse, solo Deo excepto, cunctis superiorem constituit, ipsisque Cherubim & Seraphin, & omni exercitu Angelico formosiorem appellat, de qua demum humana quidem lingua leniter non esse loquendum, verissime pronunciat? Testatur alibi quoque de sanctis Prophetis Hieremia & Ezechiele scribẽs, horum sepulchra iam tum ætate sua multis celebrata fuisse miraculis, & complures eo confluxisse, suáque vota & obsequia exhibuisse, qui orãtes magna etiam beneficia fuerint consecuti. Tantũ abest, vt idem de Maria inuocanda dubitarit, aut contra illam inuocationem legitime factam scripserit, vel eidem restiterit: quemadmodum Nouatores Mariæ admodum infesti nobis persuadere conantur. Sedenim ita ferè comparatum est, vt animus odio & inuidia præoccupatus, rectè aliorum dicta & facta vel facilè inuertat, vel maligne corrumpat, præsertim si studium contentionis, & libido accesserit calumniandi. Atque hæc, ni fallor, satis fuerint ad Epiphanij sententiam illustrandam atque vindicandam, quem Ecclesiæ hostes frustra nobis eripere, & contra Deiparæ Sanctorumque inuocationem magno conatu torquere consueuerunt. Neque hac infelici pugna contenti, sed perpetuarum contentionum amantes, ad aliud quoque certamen nos prouocant, vt ne omnino tacere scilicet, & manus dare videantur.

Epiphanium nihil adferre, quod in Catholicis improbet Mariæ cultum & inuocationem.

Inuocationis & adorationis nomina non esse confundẽda, & Epiphanium peruerse torqueri contra Mariæ inuocationẽ.

In Concil. Costãs. can. 7

Osee. 2

Psal. 98

In sermone de laudibus Virginis.

Quanti Mariam fecerit Epiphanius, proculdubio illam etiam inuocans.

Maria, iuxta Epiphanium, cunctis superior, solo Deo excepto.

Lib. de vitis Prophetarũ.

Non leuiter de Maria loquendum.

Ad sepulchra Sanctorum facta miracula circa fideles inuocantes, Epiphanij seculo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Mariæ Virginis inuocationem non primum à Petro Gnaphæo Antiocheno Episcopo inductam: nec malè tamen ab ipso præceptam esse, vt ea inter publicas Ecclesiæ preces adhiberetur, quantumuis Chemnitius & Centuriatores oblatrent. Et rectè in Mariæ nomine aliquid à Deo peti posse. Prætereà Constantinus Copronymus Imperator, qui Mariæ honorem petulanter impetiuit, eamque inuocari vetuit, confutatur. Demum inuocatam Mariam, sicut & Sanctos alios, mortalibus posse opitulari, demonstratur.

Quis & quando fuerit Petrus Gnapheus.

PETRVS Gnaphæus antiquæ & percelebris Ecclesiæ Antiochenæ, quam Petrus Apostolus primum administrauit, Archiepiscopus fuit, siue Patriarcha, Zenonis Imperatoris, qui Leoni successit amicus, Leonis primi Pont. Max. coætaneus, & qui magnam illam Synodum, quartam nimirum & Oecumenicam Chalcedonæ coactam, sua vidit ætate. Etsi verò idem in vita & doctrina non optimè sese gessit, & dictam Synodum indigne oppugnauit, tamen si qua veteribus est fides, nonnulla Ecclesiæ Catholicæ commodissima instituit, & inter alia quidem, quod in omni precatione Dei genitrix nominaretur, & Diuinum eius nomen inuocaretur. Sic enim habet Nicephorus, χαὶ τάυτης τὲν θείαν κλῆσιν ἐπιτελέισαι. Laudantur & alia quædam ab hoc Gnaphæo vtiliter constituta, quem nos tamen (quod apertè testatum volumus) per omnia nec defendimus, nec excusamus, sed neque ab vllo defendendum & excusandum esse dicimus, præsertim si vera sunt omnia, quæ de illo scribuntur. Hoc solum de illo in quæstionem venit modo, rectène à Nouatoribus in eo reprehendatur, quod legem tulerit de Mariæ nomine sacris precibus interponendo & publicè inuocando. Nullus quidem hactenus reperiri potuit, qui præter nostros aduersarios, Gnaphæum hoc nomine insectaretur, aut vllum cum illo verbum commutandum esse putaret. Tum Nicephorus clarè pronunciat, hanc legem Ecclesiæ Catholicæ commodissimam ab eo fuisse traditam & promulgatam. Accedit quod prudenter hæc lex eo potissimum tempore lata sit, quo longe latéque serpebat, & plurimorum animos vitiabat pestilens Nestorianismus: ita vt hæc tàta lues Monachos etiam contaminarit, & in eam impiam opinionem deduxerit, Mariam, Deiparam non existimandam, nedum pro Dei matre inuocandam esse. Quarè quum ex his Monachis quis senem alium valdè pium accederet, & Nestoriano fermento corruptus in viam reuocari non posset, tandem Diuina visione correptus, mentem meliorè recepit, suumq; confessus errorem, ad Ecclesiam rediit: quemadmodum Ioannes Moschus Euitatus apertè testatur. Et certè in hunc vsque diem Græci ac Orientales, qui verum Christianismum profitentur, id quod Gnaphæus faciendum decreuit, licet non Gnaphæi gratia, diligenter obseruant: nimirum vt contra Nestorianos nomen θεοτόκε in vsu perpetuo habeant, & non modo publicè, sed etiam in priuatis precibus Mariæ intercessione libenter vtantur. Ad Nouatorum argumenta porro veniamus.

Lex huius Gnaphæi in Mariæ honorem latæ.

Lib. 15. Eccles. hist. c. 28

Status causæ hoc loco tractandæ.

In sinodo Romana sub felice 2. Pô. Vide & Euagrium li. 3. c. 16. & 17.

Legem Gnaphæi ratione temporis valde fugiebam fuisse.

In Prato spirituali, c. 26

Legem Gnaphæi in Orientali Ecclesia postea fuisse seruatam.

OBICIT primum Chemnitius, quum aduersus Decreta Tridentinæ Synodi actem instruit, & rabiosè decertat, Petrum Gnaphæum inuocationis Sanctorum authorem & inuentorem primum esse, perinde ac si hoc modo ratiocinaretur: Petrus Gnaphæus in suo Episcopatu præcepit Mariæ nomen ab omnibus inuocari: igitur Maria prius non fuit publicè inuocata, sed eiusdem inuocatio Gnaphęo authori debet ascribi. Quam colligendi rationem nos flaccidam & inanem esse respondemus, cum vtrumque fieri potuerit, imò & reuera factum sit, vt & legem hanc ferret Episcopus Antiochenus, & lege antiquior consuetudo eandem sententiam corroboraret. Multa enim religionis nostræ instituta, quæ à B Sinio Magno recensentur, inde ab Apostolis profecta, & veluti per manus tradita diu in Ecclesia obtinuerunt, priusquam scripto consignarentur, & pro certis legibus publicarentur. Vnde Sabbathi adoratio, Dominicæ, & Feriarum institutio, perpetua Mariæ Virginitas, ritus Baptismi & Eucharistiæ administrandæ, aliáque id genus complura, priusquam legem scriptam acciperent, iam ante quidem vim legis ob Ecclesiæ authoritatem habebant. Etenim vere dixit Hieronymus: Multa quæ per traditionē in Ecclesiis obseruantur, authoritatem sibi scriptę legis vsurpauerunt.] Eóque spectat Augustini regula irrefutabilis: Quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi authoritate Apostolica traditum, rectissimè creditur.] Tenet autem vniuersa Ecclesia, & non tam Conciliis institutum, quam semper retentum est, vt Mariam fideles inuocent, vtique in precibus publicis, quę à Sacerdote ad altare funduntur, locum habeat Marię intercessio: sicut iam anteà non semel est commonstratum, nosque postea iterum euincemus. Igitur idem Augustinus Gnaphęo vetustior apertissimè dixit: Habet Ecclesiastica disciplina, quod fideles nouerunt, cum Martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vbi non pro ipsis oretur, pro cęteris autem commemoratis defunctis oretur. Iniuria est enim pro Martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari.] Quocirca qualis qualis Petrus Gnaphęus fuerit, non ipse huius inuocationis author, sed potius accepię traditionis confirmator in sua fuit Ecclesia Antiochena. Eodem modo ante Concilium Constantinopolitanum III. & Toletanum VIII. Sanctorum inuocatio recepta, sed noua tamen eiusdem Synodi lege sancita & corroborata, vel, si mauis, renouata, illis verbis

In examine Conc. Trid. circa inuocationem Sanctorum.

Gnaphæum non fuisse auctorem inuocationis, quam seruat Ecclesia circa cælum. Virg. Responsio ad Chemnitij calumnias.

Lib. de Spiritu sancto cap. 27

Et definit. 17. capitulo Ecclesiastico.

contra hæreticos Ecclesiasticos traditiones omnem fidem usquam scripto traditam sed etiam multo citiùs continentes.

In Epist. ad Ianuarium. Lib. 2. de Baptis. contra Donatist. cap. 3.

Anno. Gnaphæum Ecclesia in vita huius Mariæ & Sanctorum inuocationem.

Serm. 17. de verbis Apost. Matth.

Gnaphæus ob firmatam inuocationis authoritatem Mariæ inuocari docuit.

Can. 7

verbis iam antè citatis commendabatur: Solo Deo suo adorato, vnusquisque inuocet Sanctos, vt pro se intercedere apud Maiestatem Diuinā dignētur] Etenim huiusmodi leges variis ex causis & sæpè posteritati ignotis, pro illorum & locorum & temporum ratione traduntur, nimirùm vt non sine Diuino spiritu legislatores fidei & religioni & disciplinæ Christianæ rectiùs consulant, neque modò præsentes errorum, vel abusuum spinas euellāt, sed bonas etiam in Dominico agro fruges foueant conseruent atque commendent posteritati. Vnde factum videri potest, quod veteres post huiusmodi leges in Ecclesia tùm Orientali, tùm Occidentali publicatas, studioliùs in eo fint more versati, vt Angelicam salutationem cum precatione Dominica coniungerent, nimirùm ad Mariæ memoriam inter precandum firmiùs retinendam, & ad eandem Virginem æpiùs inuocandam, quàm & Cypriani, hoc est, Martyrum seculo inuocare, vt posteà docebimus, fuit vsitatum.

Ex qua causa mos inoleuerit vt Domini cum precationem recitātes, Mariam quæ salutent.

An lex de Mariæ nomine in inuocando scripturis malè congruat.

Alterum istorum argumentum est à Scripturis alienum videri præceptum quale Gnaphæo suffragante propositum diximus, de Mariæ nomine inuocando: in sacris enim literis semper de Christi vel Domini ac Dei nomine inuocando fieri mentionem. Fatemur, & extra omnem est controuersiam nomen dei in Propheticis & Apostolicis literis amplissimè commendari, illudque vel maximè inuocandum, ac aliorum quorumcunque nominibus anteponendum esse. Nec enim aliud nomen est sub cælo datū hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, vt de Christi Iesu nomine Princeps Apostolorum apud Iudæorum proceres constantissimè affirmauit. Et Irenæus pulchrè scripsit: Quod est aliud nomen quod in gentibus glorificatur, quàm quod est Domini nostri, per quem glorificatur Pater, & glorificatur homo?] Et rursus: Quoniam nomen Filij proprium Patris est, & in Deo omnipotente, per Iesum Christum offert Ecclesia.] Vt enim Augustinus quòque admonet, ehristus Sacerdos est, ipse offerens, ipse & oblatio: cuius rei Sacramentum quotidianum esse voluit Ecclesiæ sacrificium.] Sed obseruandum est interim, iuxta Scripturæ tropum, Dei nomine nihil ferè aliud, quàm ipsum Deum, aliquando Dei Filium, crebrò & Dei potentiam, virtutem, maiestatem, gloriam, bonitatem, sapientiam, & quicquid de Deo rectè dici potest, aptè significari. Vnde cùm Scriptura Dei nomen omnipotens, admirabile, bonum, suaue, terrible, gloriosum facit, Deum à potentia, mirificentia, bonitate, & aliis similibus attributis celebrat, nobisque celebrandum ostendit. Psalmographi vox est: Expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum: id verò perinde est, ac si Deum ipsum nominâsset, cuius bonitatem nulliæque sicut Sancti experiuntur, gustuque intimo complectūtur. Laudatur Enos à Moyse, quòd cæperit inuocare nomen Domini, aut sicut Chaldaica legunt: quòd tunc incæperint filij hominum orare in nomine Domini. De Abraham vero scribitur: Ædificauit ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius, Tum nota Christi vox est: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis vel vt alibi promittit, hoc faciam. Vbi in nomine Christi petere, talem inuocationem requirit, quæ potentiæ & meritis eius innitatur: vtpotè sine quibus neque mortalium, neque Sanctorum preces & merita Deo grata, aut vllo modo efficacia esse possent. Soli Christo vox ea competit: Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam: hoc est, non solùm vt homo & aduocatus vultu dei pro vobis assistam, sed etiam vt Deus, & Patri æqualis præstabo quę volueritis, vt glorificetur pater in Filio, quē supra omnes creaturas, quamuis excellentes & beatas, agnoscitis & inuocatis.

Exod. 4

Lib. 4. cap. 33.

Ioan. 14

Libr. 10. de ciuitat. Dei, cap. 20.

Nomen Dei quidin Scripturis desiniat, & quam late pateat.

Psal. 51.

Genes. 4

Genes. 13 Ioel. 16. & 14.

In Christi nomine petendam Mariæ & Sanctorum inuocationem excludat.

Cùm verò Mariæ vel Sanctorum merita, vel preces imploramus, à Christi nomine, meritis & intercessione, sicut fingūt aduersarij, non discedimus sed Christum in illis honoramus, quia huius capitis membra præstantiora colimus: memores sententiæ Ambrosianæ: Quisquis honorat Martyres, honorat & Christum, & qui spernit Sanctos, spernit & Dominum.] Enimuerò cùm Mariæ nomen, vt Filium pro nobis precetur, imploramus, non magis Christum mediatorem relinquimus, quàm Euangelicus ille [a] Cęcurio, & [b] Paulus Apostolus à Christo se subduxerunt, cùm sua propria, & ea quidem illustri fide non contenti, alios pro se ad Christum precandum submiserunt, multumque illorum intercessioni tribuerunt. Quid quòd Caluinus palam affirmat, licet Christus sit vnus mediator, cuius intercessione propitius & exorabilis nobis reddatur Pater: tamen suas etiam Sanctis siue fidelibus intercessiones relinqui, quibus alij aliorum salutem mutuò inter se Deo commendant? *Cum ergò*, inquit, *illæ quoque in Christi nomine fiunt, quid aliud quàm testantur, nemnem vllis omnino precibus, nisi Christo intercedente, posse adiuuari?* Sicut ergò non obstat sua intercessione Christus, quo minùs in Ecclesia precibus alter alterì vicissim patrocinetur, ita de Sanctis etiā, ac multò quidem ampliùs iudicandum est, vtpotè quos iam in patria victores multò securiùs atque deuotius, quam in terris pugnantes colimus & nominatim appellamus. Quod cùm facimus, nihil Christo quidem eripimus, sed suā nomini eius gloriam inconuulsam integramque hoc ipso seruamus. quòd nullum agnoscimus alium communem omnium mediatorem & intercessorem, qui plenā cum Deo reconciliationem orbi sit promeritus, aut vnquàm promereri possit. per hunc omnia sumus assecuti bona, quæ à Deo nobis data sunt, vel potiùs semper dantur, quique non verbis quibusdam & precibus sicut solent Legati, sed reipsa intercedit, quemadmodum Nicolaus Cabasilla non perperam interpretatur. per hunc demum petenda & accipienda sunt omnia, quæ pater æternus tùm Angelis, tum hominibus precantibus donat. Sancti verò mediatores ad hunc ipsum Mediatorem, si ita loqui fas est, ab Ecclesia constituuntur, vt idcircò doctissimus ille Bernardus, venustè dixerit: Opus est mediatore ad mediatorem Christum, nec alter nobis vtilior, quàm Maria.

[a] Lib. 3. Instit. cap. 20

[b] Rom. 16

Christo suum relinqui officiū, vt sic vnicus mediator & intercessor, licet Mariam inuocemus.

In expositione Liturgiæ, cap. 44

In Serm. Signum magnū

Quod igitur in Mariæ nomine precari dicimur, sic accipi conuenit, vt ipsa intercedente, quæ apud Deum valet gratia plurimum, faciliorem per Christum habeamus accessum ad patrem, vtque idem Christus per matrem & nos simul inuocatus, preces nostras quamuis frigidas admittat promptius, suáque cōmendatione patri Deo reddat magis acceptas, nimirum vt ea quæ petimus diuinæ gratiæ munera expeditius consequamur. Etenim quæ preces in cōmunione Sanctorū offeruntur, eas libētius

admittit Deus, eique grata sunt vota, quæ ad A ta etiam antiquitas clamat. Et qui de Anthonio Magno post Athanasium scribunt, illum da monibus adeo formidolosum fuisse testantur, vt multi per Aegyptum ab illis agitati, inuocato Anthonij nomine liberarentur. Scribit & Idiota, vt alibi meminimus, post Iesu Christi nomen venerandum & adorabile nullum esse aliud quàm Mariæ sanctius, illustrius, dulcius, efficacius, excellentius: ad cuius inuocationem & Angeli gaudeant, & dæmones contremiscant, magnámque sæpè gratiam & virtutem sentiant peccatores, si hoc quidem nomine reuerenter atque conuenienter vtantur.

In Apologet. loco.
Genes. 48
a Lib 1. Locution. de Gen. cap. 200
b Lib. 3 Instit. cap. 20.
c In disputacum Erkio.
d In Concord. Papistic. Iob 5 & 33.
e Zachar. 1
f Lib de Vidua.
g In c. 1. circa verba illa Misereminì, misereminì.
h Hæres. 50. Anuidicomarianitas. in annalibus part. 4
i In Concione. de zona & fascis Deipara.
Demsrtyrio eiusdem.

Nihil igitur habet absurdi, modo rité & candide accipiatur, quùm dicitur, quosdam in Mariæ nomine precari vel exaudiri: aut quibusdam beneficiis diuinitus affici. Non quòd idcirco Dei nomini, Christíque meritis & gloriæ derogetur, qui solus non aliena, se propria virtute, siue, vt Scriptura vocat, in suo ipsius nomine nos Patri reconciliat, nostras preces efficaces reddit, nos peditos viuificat, iustificat atque saluat, quique demum spiritû obedientiæ, vt Deo seruiamus, vnicè promeretur. Alioquin nisi Christi nomine, velut sacra anchora, niteremur, & in eo precaremur Patrem, ac ex ipso velut fonte gratiam omnem in nos deriuari putaremus, de Mariæ nomine aut venerando, aut inuocando nulla nos cura tangeret: sed neque Sanctos in cælo regnantes, neque fratres in hoc exilio peregrinantes orando quicquam valere, ac nobis prodesse posse existimaremus. Facit autem Christi nomen ad saluandum incomparabile, Sanctorum orationes adeo efficaces, Christóque gratas, vt sicut Ioannes meminit, aureo velut thuribulo Deo dicantur offerri, ac proculdubio multa immerentibus consequantur. Vnde quum in nomine Mariæ quid petere vel accipere dicimus, ipsius quæ Christi mater est, preces & merita eius esse conditionis intelligimus, quæ apud Deum votis credentium possint satisfacere, vt per illam Dei gratia & Christi merita nobis facilius applicentur, sicut Ecclesia tot Precationibus siue Collectis, vt vocant clarissimè profitetur. Sic defuncti Abrahami merita non ipsi tantummodo, sed & filio Isaac profecerunt, magnáque fiducia Moyses Patriarchatum, licet mortuorum, nomina & merita suis precibus Deo factis interposuit, quantúmque Dauid apud Deum post mortem valuerit, tota eius posteritas crebrò experta est. Atque hoc est quod Augustinus, adeóque Ecclesia tota constanter credit & docet, illorum meritis quos diligit Deus, immerentes apud Deum posse releuari, & eundem Deum Sanctorû suorum orationib. populi sui peccatis propitiari, multisque præsidiis nos instrui & adiuuari. Hæc autem vt nobis applicemus, regulâ obseruatu digná é Scripturis colligit Radulphus, atque in hunc modum scribit: Decet peccatorem hæc humilitas, vt sine mediatore aliquo petere indulgentiam non præsumat. Hinc namque amici [a] Iob per ipsum, in quem peccauerant, reconciliati sunt. [b] Cornelius quoque per Petrum, sed & [c] Saulus per Ananiam ad Christi gratiam accedere meruerunt.] Quarè, vt hunc locum semel absoluamus, si Petri Gnaphæi personam parumper sesponamus, quisquis tandem ille fuerit; & rem ipsam rectè inspiciamus, nihil à Christiana pietate alienum exigit, qui Deû precantes ita instituit, vt suis precib. Mariæ nomen, memoriam siue inuocationé adiungant.

Lib. 4. de Orthodoxa cap. 16. & 17
Lib. Contra plat. de B. Virgine 15
In Luc. 1.
Apoc. 5. 8.
Quid filij exhilit. quòd in Mariæ nomine petere vel accipere dicimur.
Genes. 18
Exod. 32
3. Reg. 11
4. Reg. 19
Isai. 37
In Exod. de 149. & 150.
a Iob. 42
b Act. 10
c Act. 9
Gnaphæi hyp non solum ex cultatione & laude Mariæ.

Quòd

Quod sanè qui faciunt, Catholicæ fidei Symbolû, vt à Nestorianis, Vigilátianis, Iconomachis, Mahometanis seipsos segregent, prudenter assumunt, & egregium veteris Ecclesiæ sequuntur exemplum: tum Christianam humilitatem exercét, Christúmque ipsum in Matre gloriosum colût, & illâ sibi magis magísque conciliant. Cæterû hanc humilê prudentiam, & prudentê humilitatem superbi simul & stolidi contemnunt Hæretici, ac idcirco nobiscum, imò cum tota Ecclesia dicere dedignantur: Famulorum tuorû, quæsumus Domine, delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis Filij tui Domini nostri intercessione saluemur: Per eundem Christum Filium tuum. Quid verò mirum, Ecclesiam diuino spiritu edoctam, in hoc solenni more persistere, vt cum Sanctorum opem implorat, ad Mariæ præsidium confugiat maximè, quum non sit dubium, vti siue Fulbertus, siue Augustinus affirmat, eam plus omnibus liberatis impendere posse suffragium, quæ meruit pro liberandis proferre precium. Hinc pia illa Ruperti extat precatio, qua suos in Cantica libros absoluit: O beata Maria mons montium, Virgo virginum, Sancta sanctorum, ad omnes quidê conuertimur montes aromatum & vocamus, vt respondeant nobis. Et hoc est, quod vnusquisque nostrum dicit: Leuauí oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi. Sed ad te præcipuè conuertimur, ad te præ cæteris oculos nostros leuamus, tum præ omnibus auxilium suspiramus. Per sanctum vteri tui Sacramentum, & illum qui animam tuam pertransiuit gladium, obtine, vt videamus ipsam illuminationem montium æternorum, scilicet dilectum, & ex dilecto dilectum, simulque dilectionem amborum, id est, Patrem & Filium & Spiritum sanctû.]

Mariam præ Sanctis reliquis, & inuocari, & patrocinari mortalibus.
Ruperti ad Mariam precatio, ad quã Fœcipuè post Deum pij confugiunt.
In serm. de festo Assumptionis V. in fine li. 7 Commentar. in Cantica. Psalm. 120
Christi nobilitatem & gloriam non excludit, quòd per Sanctos & illos ac quid efficiat & impetret.
Aller. 4

Nunc ad alteram huius capitis partem, & quasi contrariam Gnaphæi edicto sententiam progrediemur, ea quidê fiducia commoti, vt ad Mariæ Deiparæ tuendum honorem ne cum ipso quidem Imperatore congredi formidemus. Hic Imperator Leonis Isaurici filius, mali corui malum ouum, vt inquiunt, Constantinus est Copronymus, qui dum sacri fontis aqua perfunderetur, stercus excreuisse dicitur, vt inde Copronymi fœdo cognomine fuerit insignitus: non tam ille quidem imperij, quàm omnis impuritatis & crudelitatis postea Princeps effectus, quem & Græci non temere aspidem & colubrum, adeóque Antichristi præcursorem appellant. Is tandem eo impietatis amentiæque prorupit, vt partim suorum Episcoporum, quos in Pseudosynodo Constantinopolitana coëgerat, partim Catholicorum doctorum authoritate cõtempta, omnem sacrosanctæ Virginis inuocationem detestaretur, aliisq; omnibus proposita lege prohiberet, qua de re liber subiicere, quod Græcus author Theosterictus vna cum suo magistro & insigni Christi confessore Niceta literis prodidit: vterque vero tempestatem illam grauissimam à Copronymo excitatam, & cum sæua tot millium piorum internecione coniunctam coram aspexit. Vt summacim dicam, inquit, (Constantinus hic malæ radicis malum germen) habitu erat Christianus, mente ipsa Iudæus. Quam enim Christus sibi in domicilium delegit, gloriosissimam, inquã, suam matrem, omnibus aliis rebus creatis superiorem, mundi patrociniû, quæ propter virginitatis suæ præstãtiam pro-

De Constãtinopronymo Imperatore, quam in vita peruersus, quamque in Mariam petulans fuerit.
In Oratione funebri, quã habuit in S. Nicodam.
Qualis Cæsar fecerit dictus Constantinus inuita Theosterictum.
Mariæ præconia per Theosterictũ commemorata.

A pẽ Deum versatur: huius, inquam, venerandum nomẽ multis modis ab Ecclesia expellere studuit: eius verò intercessiones, per quas mundus ipse consistit, illas ne nominare quidê voluit, quum diceret, nemini eam posse opitulari.] Ac paulò pòst. Ita miser ille, & Deiparens Maria (neque enim sanctam eam nominare dignabatur indignus ille) quo tempore Christum in se habebat, valde honorata illa erat: ex quo autẽ tempore illû peperit, nihil differt à reliquis.] Hic iam Theosterictus magno zelo flagrans, támque nefarij & in Deiparam contumelioſi Cæsaris improbitate commotus, ita respondet. O blasphemiam, ô superbiam, ô immensam Dei tolerantiam, ô summam patientiam. Quomodo non ipsius lingua obmutuit, quæ aduersus Christi Matrem tam superbe iniquitatem locuta fuit? Quidnam à blasphemis Iudæis nouus hic Pharisæus, & Deo inuisus differebat?]

Cæterum Suidas, cuius verba Nicephorus etiam repetiuit, huius Copronymi in Mariam tum petulantiam, tum blasphemiam paulo fusius explicat, in hunc nempè modum: Indicit Copronymus, ne quis intercessionẽ Mariæ imploret, quòd nihil auxiliari possit, neque Mater Dei deinceps nominetur. Et quidem crumena in manu accepta, plena auri, eáque omnibus monstrata interrogabat, quanti valeret: illis respondentibus, quod magno: auro effuso rursus interrogabat, quanti valeret? & respõdebant quòd nihilo, Tum ille: Eodẽ modo, inquit, etiam Maria (non enim eam Domini matrem appellare dignabatur miser) donec Christum intra se habuit, honorata fuit: ex quo verò illum est enixa, nihil differt à reliquis mulieribus.] Vbi se continere non potuit Suidas, quin blasphemum conuiciatorem, quamuis Cæsarem, hac voce stomachabundus repelleret: Vah, audax blasphemia Ethnicam fidem habentis, sententiisque cum Iudæis. Venerem enim, inquit, colebat, & sacrificia ei humana faciebat vltra vrbem, vbi templum D. Mariæ fuit, quod solo æquatum, locum homicidiorum fecit: Mariámque nuncupauit, vbi noctu pueros mactãs sacrificabat.] In eandẽ sententiã scribit Glycas, ac omni blasphemia id maius esse dicit, quod de matre Domini ferret legẽ sceleratissimus Imperator, ne quis illius intercessionẽ imploraret: nihil enim eam præstare posse fingens. Proinde hic Imperator infami Iuliano apostatæ haud dissimilis fuit, vrpotè nõ solum veteris religionis odio vehementer incẽsus, & qui cultũ Sanctis ab Ecclesia exhibitum inuidebat, verùm etiam præstigiis ac magicis artibus omnino deditus, vt hinc victimarũ dissectionibus & euocationibus manium, diabolicisque sacrificiis, ac aliis rebus nefandis operam sedulam daret: quemadmodum præter Suidam Zonaras, Cedrenus, Nicephorus & Constantinus Manasses in suis historiis planissimè cõtestantur. Tum ex Paulo diacono & Sigeberto satis apparet, hunc Cæsarem omni scelere imbutũ, Tyrannum, apostatam, magum, sacrilegum per totum Orientẽ ita sæuisse, vt tristissima Ecclesiæ facies appareret, nec fuit ex Ethnicis Imperatoribus quisquam crudelior, qui plures Martyres trucidarit. Et miramur adhuc, impurissimum Principem, qui Iouem Christo anteposuit, hunc enim non Dei filium, sed nudum hominem esse natum improbè mentiebatur, quique Venerem potius quàm Mariam publicè coluit, (solebat enim veneri

Suidę testimonium de Copronymo in Mariam contumelioso ac publicè discepiante.
Vide & Nicephor. in fine li. 18. Eccles. histor.
Constantino Veneris cultus quam Mariæ charior.
Pœne 4. Anat.
Constantinus hic Iulian. apostatæ comparandus.
In Chronic Lib. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

victimis humanis litare)miramur,inquam,nec nomen, nec honorem, nec inuocationem tuliſſe Deiparæ: ſed Satanico furore agitatum, contra Chriſti matrem aperto etiam Marte pugnaſſe,& apud plebeios procaciſſimè diſputaſſe?

Quã ineptus fuerit in diſputãdo Coprony mus, Mariam erumenę conferens.

SED ô argutum, imo inſanum potius ac ridiculum diſputatorem, qui ne parum ineptus eſſet, ſacroſanctam, nec ſatis laudatam vnquam Virginem rei viliſſimæ, ac veluti inutili prorſus ponderi, ſi abſque pecunia relinquatur, hoc eſt, crumenæ vel loculis voluit comparare. Longè aliter diuina Scriptura diſſerit,quæ cum παρθενικῶς Mariam nobis depingit, creaturis amplißimis & venuſtißimis illam confert:nimirum quòd ſit pulchra vt Sol,electa vt Luna, clara vt aurora, exaltata vt Cypreſſus in mõte Sion, aut excelſa ſicut thronus templúmq; Salomonis,& turris Dauid:cõmunita demũ & omnibus gratiæ præſidiis circumſepta, ſicut hortus cõcluſus, fons ſignatus, porta clauſa & aurea, vt reliquos id genus veteris legis typos illuſtres, quibus mater Domini adumbrata eſt,prætermittam. Iam vero pudenda noſtri nugatoris eſt collatio, qua eadem Virgo loculis auro refertis non alia de cauſa cõparatur, niſi quatenus vteri ſui gremio Chriſtũ eſt complexa, eúmq; conceptum ad partum vſque circumgeſtauit. Eſt ingens illa quidem & ineffabilis Mariæ dignitas, quod vnum eundémque filiũ cum æterno Patre communem habeat, ac perpetuò ſeruet, verèque θεοτόκος tum ab Angelis, tum ab hominibus ſalutetur:etſi hoc etiam impius Copronymus,vtpotè Neſtorianus,inficietur. Sed enim cum ſumma vanitate cõiunctum eſt, quod idem ſtultiſſimè fingit, incomparabilem Virginem eo tempore duntaxat,quo Chriſtum geſtauit, honore & dignitate excelluiſſe: alias autem,hoc eſt,ante conceptum, & poſt partum editum nihil præclari & eximij habuiſſe,ſed aliis fœminis exæquandã eſſe. Cur igitur antequã illa in Dei matrẽ cooptaretur, Gabrieli Archãgelo,vt oſtẽdimus,magnę tum admirationi tum venerationi fuit? ob Heroicas profectò virtutes,quæ inde à primis annis eãdẽ pulcherrimè colionestarunt,& iam ante probauimus,mariá verè ſanctam & benedictã, Deóque inprimis gratã ſemper extitiſſe, vt inter omnes Sanctorũ ordines hæc Ioachim & Annę filia tanto excellentior illuſtriórque fuerit, quanto aliis piis in Diuina electione prior,in omni virtute perfectior,in Seraphica quadam charitate ardẽtior, atque in cunctis animi corporiſque dotibus venuſtior atque prętantior inuẽta eſt. Quis porro ſanæ mẽtis homo ambigat,Chriſtum,qui[a] ſe amantes redamat, & ampliſſimis beneficiis afficit,vt [b] Zachæo inuitantis domui, ita multo magis ſuæ matris cum ſumma charitate ſeruientis hoſpitio benedixiſſe, cámque benedictionem perpetuam eſſe voluiſſe?

Honeſtiſſimis rebus Maria conferrur in Scripturis ſacris.

3. *Reg.* 10
Et 2. *Par.* 2
Cant. 4
Ezech. 44
Eccleſ. 24

An Maria dun taxat honorabilis fuerit,eũ Chriſtum in vtero geſtaret, ſicut fingit Copronymus.

a Prouerb. 8
b Luc. 19

Quare non ſolum in Mariam, ſed in Chriſtum ipſum peccat Cæſar hic contumelioſus ſimúlque blaſphemus, dum hoc Chriſto petulanter affingit, quòd in mũdum editus integrum & ſublimem ſuæ Matris honorem imminuerit magis, quam conſeruarit:non augens illam,ſed ſpolians priore dignitate, vt iam nihil ei præ aliis fœminis reliquum facere voluerit. Inane prorſus hoc phantaſma eſt, & cum ratione ipſa pugnat: quandoquidem proles Regia non minus, ſed magis poſt ſuum ortum,quã in vtero materno cõcluſa,ſuam Parentem illuſtrat,

Copronymus non modo in Virginem,ſed in Chriſtum ipſum eſt contumelioſus.

Regia proles parentem illuſtrat maximè.

A ac ſingulare decus illi conciliat. Ita enim Berſabeæ Dauidis vxori contigit,quæ cum anteà ſtipendiarij militis cõiux eſſet,tantũ honoris ex Salomone filio procreato ſibi comparauit, vt ad regalem thronum euecta, vna cum ipſo filio auguſta imperaret. Habeat igitur & ſeruet ſuos loculos Copronymus, ſiue auro plenos illos,ſiue vacuos maluerit:nihil hinc quidem præſidij, nihil fuci vel ad ſuam impietatem ſaltem leuiter excuſandam,vel ad Mariæ dignitatẽ aliqua ex parte labefactandam cordatis poteſt obtendere. Eſt illa,manétque ſemper benedicta inter mulieres, & poſt partum non modo ſanctior, ſed etiam honorabilior Sanctis reliquis præſtat omnibus, ſola Dei & Domini noſtri mater,quam in cælis regnantem iure non ſolum pro ſe quiſque colat ac veneretur, ſed vniuerſa etiam inuocet Eccleſia, ſicut reipſa tot retroactis ſæculis, vt poſtea docebimus, de ſolenni more inuocauit.

1. *Reg.* 11
3. *Reg.* 2

Maria non minus valet magis poſt partum quàm ante benedicta & venerabilis.

B

Quam multos autem (pro pudor) noſtra tulit ætas Copronymo aſſentiẽtes,planéque ſubſeruientes,qui contempto Gnaphęi decreto,& relictis Eccleſiæ Catholicæ caſtris, ſe fidos velut ſatellites illi principi & patrono addicant,qui & ſuis exoſus, & prout Suidas meminit, mortalium impuriſſimus fuit,electum certè organum Satanę,Imperij peſtis, orbis ludibrium,nec ſolum Hagiomachorum, ſed etiam Iconoclaſtarum omnium Anteſignanus. Vetuit enim prorſus imagines erigi ſacras,ſanctos honore affici,reliquias eorum ſeruari, ſed ne titulum quidem Sancti legi vel audiri ſuſtinuit impũſſimus Princeps. Nec pudet tamen Nouatores huic perditiſſimo Cæſari & ſtultiſſimo legiſlatori obſequi, quoniam eius edictum amplectuntur, & hoc tantum non pro Dei oraculo mordicus retinent atque defendunt. Quod verò edictum?Mariæ & Sanctorum interceſſionem apud Deum non eſſe petendã, reliquias eorum conſpuendas, ſacris è templis imagines excidendas: earum igitur loco ille pingi ſculpíque curauit pręclaras,ſcilicet,venationes & equeſtres ludos. Neque contentus his legibus atque facinoribus,ſacras profanauit ædes,monaſteria euertit,Monachis carceres impleuit, eóſque tanquam agnos iugulauit, Sacerdotibus & Epiſcopis vim maximam attulit, pios in exilium relegauit, innumeros trucidauit,Sanctorum oſſa concremauit,vel in mare proiecit. Taceo reliqua, & ad legem illam Copronymianam veréque ſtercorariam redeo: ne quis videlicet cùm aliorum Sanctorum, tum Mariæ interceſſionem imploret: hoc enim ſiculneum eſſe præſidium, nullam opitulandi vim in Sanctis mortuis ſupreſſe mentiebatur. Eant nunc ſiue Lutheri,ſiue Zuinglij, ſiue Caluini aſſeclæ,& ſi velint, non doctrina ſolùm, ſed etiam crudelitate ſe tum Euangelicos, tum Copronymianos eſſe gloriẽtur, dum Sanctos eorúmque reliquias & icones nullo cultu externo dignãtur, & fœdis erroribus ſcindũt Eccleſiam, & in ſacris locis omnia vel peruertunt, vel euertunt atq; profanãt:vt taceã interim de horrenda illorũ in perſonas & res Eccleſiaſticas immanitate, quam noſtra ætas in Anglia, Gallia, Scotia, Belgia, miſerandum in modum experta eſt, & pij ſæpè meritóque deplorant. Faceſſant Centuriatores tam iniqui iudices, vt Paulum Diaconum incuſare audeant quod pium exiſtimet Dei genitricem inuocare, vt in arduis rebus aut periculis nos adiuuet.

Rem piam dam tacere qui nunc ſit dece & doctrina cum hoc ſimperatore,& ſpiritu,& eius mandatis amplectantur.

Vide Paulum Diac. Zonar. Sigebert.

C

Copronymi ſcelera cum impietate cõiuncta vt tam horrenda cuiuſ abolerea.

D

Qui

Quos collegas & ſocios habeant, qui cum Copronymo credunt Sanctos nobis non poſſe opitulari.

Qui verò vna cum Copronymo ſentiunt, quorum numerum hoc ſeculo inire non poſſis,& Sanctos omni opirulandi virtute ſpoliant, næ illi eandem nobis cantilenam cum Iudæis, Mahometanis, ac Ethnicis occinunt, pulchréque, ſcilicet, confirmant impiorum omnium opinionem, qui vel animam hominis mortalem faciunt, vel Sanctorum poſt mortem in cælo beatitudinem in dubium vocant,vel eorundem denique perfectam erga credẽtes beneuolentiam, coniunctionémque nobiſcum maximam negant. Nos vero tametſi fateamur,Sanctorum Spiritus ex hac vita in cælum tranſlatos, ſi per ſe & naturali modo ſpectẽtur,nulli mortalium prodeſſe poſſe; tamen quia certò credimus, eoſdẽ Sanctos in cęlis regnantes magis quàm antea in terris peregrinantes apud Deum valere,doniſque omnibus tali ſtatui congruentibus cumulatiores eſſe, & Chriſtum per hæc ſua lectiſſima membra de nobis bene mereri poſſe ac velle, nobiſque ſubinde multa beneficia præſtare, ideirco fidenter illorum imploramus opem, noſtráque vota illis,vt Dei adminiſtris, atque apud Chriſtum patronis, religioſe cum tota Eccleſia commendamus. Habet cælum vtique multos & [a] Angelos, & [b] Onias, & Hieremias, id eſt, fratrum & populi Chriſtiani amatores, & qui multum orent etiamnum pro vniuerſa ciuitate ſeu ſpirituali Hieruſalem Eccleſia. Cur ergo non petamus, vt in hoc ſuo precandi & nobis opitulandi inſtituto apud communem Dominum perſeuerent, & eorum bonorum, quæ à Deo petentes obtinent, nos participes reddant? E veteribus ſanè [c] Origenes docet, Sanctorum animas præterquam quòd pios in hac vita cognoſcunt, etiam cum illis ipſis comprecari, & Deo gratificari volétibus opitulari. Nec dubitat [d] Auguſtinus pro certo ſtatuere & affirmare, quòd Martyres hìc viuentibus opitulentur. [e] Gregorius Nazianzenus Cyprianum & Athanaſium (præclara Eccleſiæ lumina) non modo laudat, ſed vtrumque hoc etiam modo compellat: Tu nos ab alto propitius reſpice, noſtrúmque ſermonem ac vitam dirige,& ſanctum hoc ouile paſce.] Tum [f] Baſilius de S. Iulitta loquẽs: Hanc ipſam, ait, in nos benigne contulit Martyr gratiam, quam olim ſuis Hierecuntinis Eliſæus impartiuit.] Ac rurſus idem, vbi de quadraginta Martyribus diſſerit, communes eos humani generis cuſtodes,& optimos cutarũ ſocios, [g] Gregorius verò Magnus ſanctos adiutores & protectores hominum facit. Adhæc [h] Ambroſij ſententia,ne Chriſto quidem credit, quiſquis homines à Martyribus viſitari poſſe non credit. Credidit autem id ſanè [i] Prudentius,alioquin de Agnete Martyre nunquam dicturus:

Seruat ſalutem virgo Quiritium,
Nec non & ipſos protegit aduenas
Puro ac fideli pectore ſupplices.

Tum Cyprianum celebrans, hoc illi perſpicuè tribuit.

Demiq; Doctor humi eſt,idem quoq; Martyr in ſuperno.
Inſtruit hic homines,illinc pia dona dat patronus.

In eundem ferè ſenſum adfert multa Paulinus, cuius & illud eſt proprium:

Geſſit iuua fratrem ſocia pietate laborans,
Vt veſtra nobis ſit locus in requie.

Poſtremo Gregorius ille, quem [a] Baſilius & alter [b] Gregorius Niſſenus mirè commendat, Thaumaturgum,id eſt, miraculorum effectorem, quòd in his valeret plurimum, ab omnibus appellatur. Non quòd ille,vel quiſquã è ſanctis alius in nomine ſuo vel in pari cum Chriſto poteſtate miracula fecerit, aut facere poſſit,quẽadmodum marbachius nos affirmare vaniſſimè conuiciatur; aut quòd Chriſto Chriſtique nomini Sanctum quenquam & nomen eius vnquam exæquemus, id quod vel impium ſit cogitare: ſed quòd lectiſſimos Dei amicos, Chriſtique in regno cæleſti cohæredes, Diuinæ iam naturæ glorięq; conſortes tanti faciamus,vt in multis miraculis, quæ fiunt, & beneficiis quæ contingunt mortalibus,eos veluti ſecundarias & inſtrumẽtales cauſas agnoſcamus: nihil interim primæ cauſę, ſeu principali bonorũ omniũ authori deo vlla ex parte derogantes,ſed illũ potius in Sanctis ſuis hac ratione mirabilẽ & potentem glorificantes. Hic enim loquendi mos etiam vulgo eſt familiaris, nec ab eo Paulus abhorret,vt de ſe ſuiſq. ſimilibus dicat,Dei adiutores, Dei cooperatores ſumus. Tum Chriſtus ipſe licet imbecillitatis diſcipulorum eſſet probe cõſcius,qui ſine ipſo nihil prælari efficere poſſent, tamen luculenter affirmat:Amen amen dico vobis, qui credit in me,opera quę ego facio & ipſe faciet, & maiora hoc faciet,quia ego ad Patrẽ vado. Hóque dictũ [c] Augu. de viuentis Petri, [d] Ambr. de mortuorũ Martyrũ miraculis interpretatur. Hinc idẽ [e] Auguſt. multos ægros per Stephanum Martyrẽ ſuo ævo ſanatos,multáque miracula in Aphrica per eũdem facta eſſe teſtatur, Quare cũ nihil abſurdi habeat,quod Maria & Sancti alij non ſolũ facere miracula,ſed precantibus etiam mortalibus opitulari à veteribus ſæpè dicuntur, mordicus retinere conuenit Synodi Tridentinæ Decretũ,quo diſertè ſancitum eſt, bonũ ac vtile eſſe Sanctos ſupplicitèr inuocare,& ob beneficia à Deo per Chriſtum eius filium impetrãda,ad eorũ orationes, auxiliũ opémq; cõfugere. Qui verò nos à ſanctis iuuari poſſe negãt, prętерquam quòd falſum dicãt,ſimul dignitati Sanctorũ, Chriſtique capitis potẽtiæ impudẽter detrahunt:neque ſolum iampridẽ dãnatis Vvaldenſium, Catharorũ & Bohemorum erroribus conſentiunt, ſed etiam quoniam totius Eccleſiæ conuellunt authoritatem, Ethnicis meritò adnumerandi ſunt,

Cur dictus Gregorius Thaumaturgus.

In lib. de Mirac. vocatus.

Sãcti quomodo dicãtur facere miracula ſine iniuria Dei pei illos operantis.

Matth. 18

Iam verò vt ad Mariam redeat oratio, dabit nobis legẽ, ſcilicet, Copronymus, & vniuerſa eius cohors prohibebit, vt ne ſiue eũ Auguſtino, ſiue cum Fulberto, adeóque cum Eccleſia dicamus: Sancta Maria ſaccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ſentiant omnes tuum adiuuamen, quicunque celebrant tuã cõmemorationem?Accuſent miſeri [f] Gregoriũ Naziãzenum Deiparæ ſupplicantẽ, Maria ſis mihi propitia: imò ab illa ſemper liberari calamitatibus petit.Sugillent [g] Ephrem Syrum,qui ſpem deſperantium, peccantium adiutricem, mũdi ſolatium, portámq; cælorum illam nuncupat. Flagellent [h] Gregorium Magnum,qui Chriſtianorum propugnatricẽ & Dominã eãdem appellat. Verbe-rent & alterum [i] Gregorium Turonenſem,qui Mariam ſine labore ſuis proferre auxiliũ docet. Damnent [k] Germanum Patriarcham ita Deiparæ confitentem: Potens eſt ad ſalutem tuum auxilium. Is qui affligitur, ad te confugit: qui iniuria afficitur,ad te accurrit: qui eſt rebus aſperis & aduerſis implicatus, tum inuocat auxilium.] Explodant Georgium Nicomedienſem Archiepiſcopum Ma-

Quomodo veteres loquantur Mariam nobis poſſe opitulari.

Serm. 2. *de feſto Annũciat.*

f In Tragœdia de Chriſto patiente.

g In orat. ad Mariam Vir. Et de laudibus Martyrũ.

h In epiſtol. inſerta Syn. Nicenæ. act. 4

i In libr. de gloria Martyrum 10

k Oratio. de zona Deipa. re.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide Metaphrastem in oratione de exitu Deiparæ, quàdo fuit obdata interitio. a Homil. 2. super Euang. Missus est.

riæ hoc accinentem: Te Christianorum multitudo murum habet firmissimum; te fideles Reges arma tenent valida: per te consequuntur trophea victoriæ; præbe manum laborantibus: opem fer eis, qui agitantur tempestatibus, seda bellorum fluctus.] Reiiciant [a] Bernardum, qui hanc miseri-cordiæ Matrem plenis, vt sic dicam, buccis passim extollit, & inter cætera pronunciat: Ipsa tenente, non corruis: ipsa protegente non metuis: ipsa duce non fatigaris: ipsa propitia peruenis.] Conspuant demum, si velint, totam antiquitatem, quæ non minus exemplis, quam verbis & scriptis hanc singularem humani generis auxiliatricem agnouit & in precio semper maximo habuit, eiúsque præsidium apud Deum non esse vanum atque ficulneum, vt detestandus ille Copronymus euomuit, sed firmum ac solidum credidit, sæpéque reipsa probauit: sicut nos etiam postea confirmabimus.

Antiquitas tota Deiparam auxiliatricem agnoscit & veneratur.

Etsi Deum vt auxiliatorem inuocare debemus, tamen & Sanctos suo modo sub Deo agnoscere & colere licet vt auxiliatores. Psalm. 123 & 110

Neque his aduersatur, quod in verbo Dei scriptum legimus: Adiutorium nostrum in nomine Domini. Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram: plenáque Scriptura est his vocibus, quibus Deus nobis adiutor, liberator, protector, saluator, commendatur, cui omnino fidere, & quem inuocare debeant vniuersi. Hæc adeo vera & certa sunt, vt nunquam secus dicti Patres senserint, vtque Ecclesia eundem in modum docuerit, ac doceat orétque continenter. Fallunt autem aduersarij, quum in horum testimoniorum interpretatione voces exclusiuas adhibent, ita colligentes: Soli Deo fidere, & ab eo tantum petere debemus omnia: propterea nulli fas est, Sanctorum auxilium agnoscere, sperare, vel experete, sed illos velut sine mente ac virtute mortuos tantum fingere conuenit. Hoc enim affirmantes, suum, non Dei verbum proferunt, imò contra Dei verbum Scripturis nefarie addút, ac eas Hæreticorum more peruertunt. Quod si genuinum Scripturę sensum amplecterentur, auxilium omne fonti bonorum Deo, tanquam primariæ causæ, deferrent, & illum solum qui per se dat gratiam vt gloriam, ita proponerent, vt Sanctis idcirco non detraherent, sed illis locum in causis coadiuuantibus & secundariis reliquum facerent, Deúmque in suis sanctis potentem & gloriosum, ac nobis per sanctos munificum sæpè & propitium vna cum Ecclesia susp icerent ac prædicarent, Deique gratiã per Sanctos ritè cultos oblatam ingrati non repudiarent, sed piè potius & petendam & amplectendam & celebrandam esse, iuxta veterum sententiam confirmarent.

Nouatores peruerte abutuntur Scripturæ locis de inuocando Deo, dum Sanctos excludũt, ac omni potestate nos iuuã di spoliant. Deuter. 12. Apocal. vlt.

Indignè reprehendi cantium, Maria mater gratiæ, mater misericordię. De hoc Rege & Ricardo Episcopo vide Surium Tom. 2. & 4. de Sanctis.

Mitum ergo, cur [b] Philippus, [c] Marbachius, Heerbrandus alíque plures calumniam struant Catholicis, quod Ecclesia de veteri more cantet, multíque pij cum illa sæpè precentur: Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe, Nam ad effectum vtrumque consequendum clarissimi Patres, [d] Nazianzenus & [e] Ephrem, & post illos Pannoniæ Rex laudatissimus ille Stephanus opem Mariæ Virginis submisse implorarunt. Tum Richardus Cicestrensis in Anglia Episcopus, & ob eximiam pietatem catalogo Sanctorum asciptus, tanti hæc ipsa verba fecit, vt iusserit illa sibi morienti identidem repeti & inculcari. Neque propterea, vt Philippus probrosé nobis obiicit, Maria mortis victrix & hominum viuificatrix constituitur, sed Deo & Christo

[f] In apolog. Confessioni annexa & cõtra Steph. e In Libr. de Miraculis. d In Tragœdia de Christo patiente. e In orat. ad Deiparam.

A duntaxat hanc semper tribuimus prærogatiuam, quòd suapte sponte viuificet & mortificet, simulque suos ab omnibus hostibus liberet, ac eorum spiritus è corpore migrantes excipiat pro sua incomparabili potestate. Cæterum nihil hoc vetat, quò minus idem Deus suam gratiam Christi sanguine partam nobis, sicut per Angelorum intercessionem, ita per Mariæ preces & merita, & propter illam intercedentem libentius tribuat, cùm quę à Deo sunt etiam ordinata sint, Apostolo teste. Siquidem è sacris quoque literis fit euidens, Regem [f] Abimelech vna cum suis propter Abraham in vita conseruatũ, & [g] Israëlitas propter Dauid licet demortuum, ab hostibus Assyriis liberatos esse, ac tres viros illustres, quum iratum Deum haberent, ob [h] Iob amicum precantem & sacrificantem in Dei gratiam redisse. Nec dubium fuit vnquam in Ecclesia, Deum in Sanctis suis mirabilem, non solum in vita, sed post mortem etiam illis propter se ac alios maiora, quàm nos vnquam æstimare possimus, largiri munera, variásque conferre prærogatiuas: sicut alij pluribus optimè demõstrarunt. Deum igitur Deique gratiam in Maria celebramus, cum illam nobis prodesse posse fatemur, eiúsque opem petimus vt & in pugna contra Satanam protectrix, & in mortis discrimine susceptrix, id est, mater verè gratiosa & misericors nobis adesse & prodesse dignetur. Neque hoc veram in Deum fiduciam extinguit, aut Christi mediatoris officium tollit, sed Christianam prudentiam arguit, cùm Diuinam illam maiestatem nostra indignitas reuereretur, cùmque per inuocatæ sanctissimæ Virginis intercessionem Deum in vita & morte propitium, Christique sanguinem & gratiam efficacẽ nobis optamus, precamur atque pollicemur. Verum aduersarij aut nimium sunt cœci, quòd hanc tantam toties probatæ veritatis lucem videre nequeant, aut nimium stulti, quum tam aperta, tótque testimoniis confirmata nolint intelligere, aut nimium sane pertinaces, vt qui venerandæ antiquitati, eiúsque amplissimis documentis & experimentis fidem habere penitus dedignantur. Quid quòd à discipulis magister ipse Lutherus dissentit, ægrotum sic institiuens, vt Christi matrem, imò & Apostolos, & Angelos, Sanctósque omnes, erga quos pietatem animi singularem ille senserit, fidenter imploret?

Deus multa sua munera huic homini propter Deiparam.

Rom. 13. f Genes. 20. & 1. Reg. 11. g Iudicũ.

Sine Dei & Christi auxilio & gratia per quos Deus omnia in nobis implorandi.

Denique Copronymum ac totum eius exercitum, qui de Mariæ & Sanctorum imbecillitate non sine impia insania gloriatur, illa etiã refellit Synodus, quæ dicti Copronymi nomine ac authoritate Constantinopoli, non à Catholicis quidem, sed à vesanis Iconoclastis celebrata est, in [a] qua Mariam & Sanctos omnes nobis opitulari posse, vel hoc ipso testati sunt: quòd omnibus & singulis dixerint anathema, qui sanctos pro intercessoribus non agnoscerent, & Mariã vt quauis visibili & inuisibili creatura superiorem, non implorarent, aut eiusdem intercessiones apud genitum ex ipsa Filium non postularent. Valeat igitur cum suo fœdo satellitio Copronymus, qui Mariæ causam & dignitatem sua petulantia, & rabiosa infectatione adeo non obfuscauit, vt suo exemplo multum etiam illustrasse & confirmasse videatur. Etenim vt fide digni scribunt authores, vitam ille omnibus ferè flagitiis inquinatam, & summa impietate oppletam absoluturus, iámque cum postremis & grauissimis morbis

Pictor Synodus Constantinopolitana condemnata & proscripta, qui Mariæ & Sanctorum imaginibus detrahebat. a Part. 6. act. 7. 27. anno Christi 754. Pictores damnati per Concilium 2. Nicen.

Mariæ deprecatio pro Christo semper valuit, nunquam illudetur.

morbis conflictans, sub mortem ipsam miserrime A tandem est vociferatus, viuum se propter Mariam Deiparam inextinguibili igni traditum esse. Tam infelix nefarij Cæsaris exitus fuit, qui & viuus paratos sibi gehennæ cruciatus aspexit, & cuius mortui cadauer (ó iustum Dei Marianam iniuriam vindicantis iudicium) imperante Michaele Theophili filio exhumatum & crematum fuit, sicut veteres tradunt Annales. Reliquum & sane tempestiuum est, vt relicto Copronymo, de Mariæ Dominæ nostræ miraculis, sicut ante polliciti sumus, aliquid porrò in medium adferamus.

Dei iudicio Copronimus post mortem etiam interris punitus.

CAPVT XVIII.

De quibusdam scriptis factisque recentibus ad Mariæ miracula pertinentibus. Accedit generalis de Sanctorum, & peculiaris de B. Virginis miraculis tractatio, septem propositionibus comprehensa, cum detectione Satanicæ fallaciæ, quam Nouatores ad huiusmodi miraculorum lucem extinguendam & obscurandam solent adhibere.

Martinum Eisengreinium & Iacobum Rabũ pro Mariæ miraculis contra Nouatores libris editis defensasse.

In lib. de Miraculis contra Eisengrem.

MARTINVS Eisengreinius, B vir de Catholica Religione bene meritus, idémque Procancellarius Ingolstadiensis, ante paucos annos librũ Germanice scriptũ edidit, eóque tractationem de nostræ Virginis miraculis asserendis est erudite complexus. Quam veritatis lucem cũ exosam haberent, qui nouarum opinionum tenebris delectantur, ex his Marbachius Argentorati, vt vocant, Superintendens audacter magis, quàm feliciter prosiliit, talémque librum in lucem edidit, in quo non solum authoris doctrinam, sed & modestiam & sapientiam & veritatem liceat desiderare. Accessit igitur Iacobus Rabus, qui hactenus Bauarici Principis Catholicus est Ecclesiastes, atque vt Eisengreinij causam vindicaret, propositũ de Sanctorum miraculis argumentum excussit pressius, simulque aduersarium petulantissimũ ita repressit, vt nullus illi hucusque ausus fuerit respondere. Sparsæ sunt posteà de hac ipsa materia Theses quædam ab Argentoratensibus, in quibus architecti priora nonnulla Marbachij dicta vtcunque molliunt, alia verò ex Hæreticorum lacunis malè deprompta peius defendunt, neque modo cum veteris Ecclesiæ sensu & consensu, sed etiam cum nouis suæ Sectæ Doctoribus haud obscure pugnare videntur. Verum enimuerò dum inter se isti conflictantur, ego etiam, quem testem ad probanda Mariæ miracula Eisengreinius in suo libro citauerat, in theatrum pertrahor, & à [a] Marbachio primũ, deinde à [b] Chemnitio perquam acerbe traducor. Etsi verò Catholicum Doctorem à talibus Ecclesiæ hostibus, quorum damnata est memoria, vituperari, sapientum quidem iudicio non nisi laudari est, & calumniantibus non solum ignoscere, sed etiam benè precari debemus, sicut equidem ex animo istis duobus precor, tamen vt veritas cognoscatur, & imbecillitorum minor sit offensio, non possum hoc loco non aliquid respõdere. Quoniam verò historiam integram, vt Oetingæ gesta res est, Præpositus ipse Oetingensis fuse perscriptam edidit, ac eãdem dictus Rabus vtcunque defendit, sat mihi fuerit accusationis capita præcipua perstringere, ne hic fortasse lectorem diutius remoremur.

Breuis confutatio illarum obiectionum, quæ aduersus exorcismum Oetingæ habitum, & dæmonem expulsum adferuntur.

Cur & quo pacto, & quo fructu adhibitus sit dictus exorcismus.

Nondum octo elapsi sunt anni, quòd ego Augusta profectus Oetingam peruenerim, quod oppidũ

a In dicto lib. de miraculis contra Eisengrenium. b In examine Concilij Tridentini de inuocatione Sanctorum.

Ex qua occasione hic adsertatis respõdetur de Oetingensi exorcismo, nõ ita pridem habito.

Quæ mẽs fuerit exorcistæ in hoc negotio

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbis excitauisse. Quid enim inde mihi arrogaré, A
vel ab aliis ascribi paterer, quod Christus per vlles
quoque ministros ad ædificationem Ecclesiæ suæ
operatur, & in cuius nomine illi etiam qui Sancti
Matth.7 non sunt, se in terris prophetasse, & dæmones eie-
cisse, aliquando in supremo illo iudicij die fatebũ-
Quare Nouatores in Catholicis non probent munus exorcistarum. tur? Quod ministerium in dæmonibus eiiciendis
tantò minus, vt credo, placet aduersariis, quantò
rectius norunt, illud ipsum in veteri Ecclesia rece-
ptum atque probatum, & ad nos Catholicos veluti
per manus transmissum, per Christi gratiam suum
retinere vigorem, & cum euidenti fructu eorum,
qui à dæmonibus obsessi sunt, per ministros Ca-
tholicos crebro exerceri, & feliciter expediri. Vi-
dent autem ac dolent inuidi, sicut alia pleraque Di-
uina charismata, sic etiam exorcistarum officium
ac potestatem in nouis ipsorum Ecclesiis omnino B
iacere, ac prorsus nullum habere locum, adeò vt si
quando magistri eorum aut socij eiicien iis dæmo-
nibus operam nauent, sicut Lutherum & alios nau-
asse constat, nec principium illi, nec finem inueni-
Deus Nouato rib. successum eminè adimit, fidemones eiicere tententi. re possint, sed oleum & operam perdant, seque suis
etiam ridendos exponant. Quomodo enim dæmo-
nibus imperarent, etiamsi vel Catharos & Nouа-
tianos externa pietatis specie excellerent, nisi Deus
ipse (quod absit) falsitatis testem sese præstaret, ve-
Lib ad Scapulam. raque Ecclesiæ capitales hostes, ac eorum prana
dogmata miraculis obsignaret? Ego demum ingen-
tes Deo summo gratias ago, qui mihi tot annos in
hac Iesu societate versanti tales socios dedit, qui vt
præstantibus Dei donis me longè superant, ita etiã
si non verbis, at re ipsa quidem (absit arrogantia) C
id quod apud Tertullianum legimus, dicere posse
Dæmones hodie à Catholicis vincuinci & expelli per Dei gratiam. videantur: Dæmones non tantum respuimus, verũ
& reuincimus, & quotidie traducimus, & de ho-
minibus expellimus, sicuti plurimis notum est.] Id
verum esse, non obscuris exemplis, in orbe nouo
alibique gestis possem demonstrare: sed ista hæc cõ-
memoratio præsenti loco quidem non necessaria,
imò & odiosa est, perinde ac si nos ipsos commen-
dare velle videremur. Hæc verò si satis non sunt
nostris æmulis, ne plus ego temporis in me vel ex-
cusando, vel defendendo consumam, id solum cũ
In Apologetico. eodem Tertulliano ad extremum dicam: Cruciate,
torquete, damnate, atterite nos: probatio est enim
innocentiæ nostræ iniquitas vestra. Semina non nisi
corrupta & dissoluta fœcundius surgunt.]

Nunc ad Mariæ miracula propius accedemus, quæ D
cum ingentem lucem ac vim singularem ad cultum
Tractationi de Mariæ miraculis tanto magis à Sectariis oppugnatis quo plus momenti habeat ad Deiparam illustrãdam. sacrosanctæ Virginis vindicandum & comproban-
dum adferant, si vnquam anteà, nunc vel maximè
quidem ab Ecclesiæ hostibus oppugnantur atque
conuelluntur. Principio enim de horum miraculo-
rum prædicatoribus & scriptoribus litem nobis
De tradendis quibusdã propositionibus ad Mariæ Sanctorũque miracula recte intelligenda. mouent: deinde in vniuersum fidem & authoritatẽ
miraculorum, quæ à Sanctis facta celebrantur, in
dubium vocant, ac fere pro nihilo ducunt, mira-
que de his rebus contentiones excitant, & furiosè
rixantur. Nos igitur vt breuitati consulamus, argu-
mentum tàm late patens, quod magni est sane mo-
menti, ad quædam axiomata contrahemus, & scho-
lasticam docendi rationem secuti, rem omnem le-
ctori, vt speramus, luculentiorem efficiemus.

Prima propositio de veris falsisque miraculis differendis. Prima sit hæc propositio: Inter vera miracula &
falsa, siue mendacia signa atque prodigia discrimen
inprimis & perpetuo retinendum est. Vera Deum
Miracula fiũt à Deo immediatè & mediate. vtique habent authorem, qui psalmographo teste,
facit mirabilia solus, quique partim immediate,
vt cum cælum & terram ex nihilo creat, partim me-
diate, vbi, quando & quomodo ipsi visum est, edit
miracula. Neque solum per prophetas, vt [a] Moy-
sen & [b] Eliam, nec modo per Apostolos, vt Petrum
& Paulum, sed etiam per instrumenta inanimata:
quemadmodum per ossa demortui [c] Helisæi, per
[d] Eliæ pallium, per [e] Petri vmbram, per [f] pauli sudа-
ria & semicinctia, per asinam [g] Balaam, vera & Di-
uina fieri miracula in sacris literis legimus. Falsa sig-
na sunt dæmonum præstigiæ, & fanaticorum ho-
minum illusiones ad simplices homines dementan-
dos per execrandas incantationes inuentæ, quales
iam olim [h] Magi Pharaonis, & [i] Simon Magus, &
Apollonius Tianæus, quem Christo adæquare co-
natus est Hierocles, superbe atque fallaciter, nec
minus vane absque omni fructu ostentarunt: qua-
les præterea sub mundi finem [k] Antichristus eiusq;
proximi [l] præcursores Satanicis ludibriis in-
structi passim exhibebunt.

Genes 1 a Exod.7.8 & 9. *b 3. Reg.17. 18. 21. 2. Reg.1.* *c 4. Reg.13.* *d 2. Reg.8* *e Actor.5* *f Actor.19* *g Num.22.* *h Exod.7.* *i Actor.8* *k 2. Thess.2.* *l Matth.24.*

Altera propositio: Etsi penes Deum primaria po-
testas duntaxat manet, quæ ad vera miracula in or-
be designanda spectat, tamen & Angeli & Sancti
eadem facere non male dicantur, vel quoniã Deus
illa secundum horum desideria efficit, vel quod in
ipsis cum eduntur, Sancti aliquod ministeriũ præ-
stent: quemadmodum veterum studiosissimus Tho-
mas Aquinas recte annotauit. Hinc dictum illud
extat Augustini: Faciunt ista Martyres, vel potius
Deus vel orantibus, aut cooperantibus eis, vt fides
illa proficiat, qua eos non Deos esse nostros, sed
vnum Deum nobiscum habere credamus.] Nec
multo post: Credamus Martyribus & vera dicenti-
bus, & mira facientibus.] Atque ita Sanctos facere
miracula, Diuina scilicet accedente virtute, veteres
persæpe loquuntur, inter quos [m] Clemens Petri
discipulus inquit: Helisæus Propheta post discessũ
è vita mortuum quendam excitauit.] Sicut &
[a] Hieronymus dixit: Helisæus mortuus mortuum
suscitauit.] Tũ [b] Gregorius Nazianzenus de Mar-
tyribus asserit, ab illis etiam post mortem expelli
dæmones, infirmósque sanari. Idipsum [c] Chryso-
stomus aperte testatur, & certis confirmat exẽplis,
iam tum sua ætate à Martyribus edita fuisse mira-
cula quotidiana, vt etiam illi eorúmque tumuli
dæmonibus essent formidabiles. Narrat & [d] Gre-
gorius Romanus varia miracula, quæ Sancti apud
Italos æuo suo fecerunt, & inter cætera generalem
hanc profert sententiam: Vbi in suis corporibus
sancti Martyres iacent, dubium retro non est, quòd
multa valeant signa demonstrare, sicut & faciunt,
& pura mente quærentibus innumera miracula
ostendunt. Sed quia ab infirmis potest mẽtibus du-
bitari, vtrũnc ad exaudiendum ibi præsentes sint,
vbi constat quia in suis corporibus non sint ibi ne-
cesse est eos maiora signa ostendere, vbi de eorum
præsentia potest mens infirma dubitare.]

Secunda propositio de miraculis, quæ Sancti faciũt.

m Lib. 3. Apostolicarum cap. 10 *a Epist. 13. ad Riparium.* *Paria scribunt, quod Sancti post mortem etiam faciant miracula.* *b Oratione in Iulianum.* *c Lib. contra Gentiles in Babylam Martyrem. Et homelia de septem Machabæis Martyrib.* *d Lib. 3. Dialog. cap. 28* *Sancti quod sua sepulchra præsentia sua inuisitatione exornent, & præsentissima miracula.*

Tertia propositio: Vera miracula, quæ per om-
nes ætates per Sanctos suos facit Deus, sunt Diui-
næ virtutis & gloriæ illustres quædam patefactio-
nes, & rectæ fidei sanæque doctrinæ testimonia seu
obsignationes atque appendices, quibus non solum
incredduli ad Christianam fidem amplectendam cõ-
moueantur, sed etiam credentes in possessione Ca-
tholicæ veritatis aduersus impios & Hæreticos
mag s

Tertia propositio de vera fructu miraculorũ, quæ Sanctis exhibẽtur.

magis magisque corroborentur. Sunt præterea nõ
obscura testimonia, quibus electa sua organa nobis
comprobat & exornat Deus, vt Sanctorum fidem,
iustitiam, virtutẽ ac gloriam cognoscamus, de illis
præclarè sentiamus & loquamur, tùm in colendis
illis simul & imitandis nos aliósque magis confir-
memus. Vnde Lutherus etiam hoc profiteri veritus
non est: *De intercessione Diuorum, cum tota Christiana Ecclesia sentio, & iudico, Sanctos & nobis esse honorandos & inuocandos. Quis enim potest contradicere his, quæ ad-*
In purgat. quorundam articulorum. *huc hodierna die mirabiliter & visibiliter apud Diuorum sepulchra & corpora operatur Deus?* Enimuerò Heli-
sæi, Hieremiæ, Stephani, Martini, Bernardi ac alio-
rum plurium in Ecclesia heroum excellens pietas
velut in obscuro iaceret, aut certè à nobis non tan-
toperè suspiceretur, nisi hos lectissimos amicos B
Deus multis & præclaris miraculis non solùm in
vita, sed etiam post mortem cohonestasset, totique
Ecclesiæ tot euidentibus indiciis commendasset.
Deus per miracula Sanctos reddit illustriores, suum que amorem erga illos & nos pulchrè comprobat.

Testatur ergò [a] Gregorius Turonensis, virtutes &
prodigia, quæ ad Sanctorum memorias quotidie
patrantur, insignem illorum fidem & meritum de-
monstrare. Et [b] Ionas Aurelianensis notat, Sancto-
rum corpora multis magnísque miraculis diuinitus
honorari, quod æquum sit, vt qui corpora sua mẽ-
bra institiæ vtiliter exhibuerunt, & in eis contra
diabolum triumpharunt, tam euidentibus coruſ-
cent miraculis, quatenus præclaris Diuinæ remune-
rationis appareat indiciis, quàm pretiosa sit San-
ctorum mors in conspectu Domini, & quod magna
sit eorum virtus apud Altissimum. Quò minus ad-
Complures veteres de Sanctis scripsisse miraculis, quæ olim etiã publice in templo recitabantur. mirari par est, quod veteres, quemadmodum post C
Eusebium & Ruffinum vterque Gregorius Roma-
nus & Turonensis, Beda venerabilis, Paulus Dia-
conus, Petrus Damianus, Simeon Metaphrastes, vt
cæteros præteream, de præclaris Martyrum mira-
culis tories disseruerunt, magnáque volumina
conscripserunt: quòd præterea mos olim solennis
fuit, & Augustini etiam durauit seculo, vt si quæ
Sanctorum miracula noua fierent, ea scripto consi-
gnarentur, & deinde populo in Ecclesia recitaren-
tur. Quæ res Dei operibus ad Sanctorũ memorias
factis fidem astruebat certiorem, & gratam benefi-
ciorum operúmque Dei memoriam in piorum ani-
mis refricabat, ac demum veram præsentis Ecclesiæ
confessionem ac Religionẽ veluti Christo eiúsque
Sanctis acceptam fortius commendabat.

Lib. 22. de ciuit. Dei. c. 8 & Ambros. ser. 91

a Lib. de laud. Sanctorum Martyrum cap. 49 *b Lib. de cultu imaginum. Psal. 115*

Quarta propositio: Veris miraculis, quæ per Sã- D
ctos fiunt, non propterea est derogandum, quòd
quidam siue prædicatores siue scriptores falsa pro
veris, & dubia vel commentitia miracula pro certis
euulgent, aut populo venditent. Non enim men-
dacium veritati debet præiudicare, & hominum
vitia vanáque commenta sanctis & probatis eorum
miraculis non magis incommodant, quàm Christi
& Apostolorum miraculis officiunt suis præstigiis
Antichristus & pseudoprophetæ. Siquidem ex Scri-
pturis constat fore, vt hi dæmonum satellites sum-
mique impostores ad suum impium institutum or-
nandum prodigia quædam aliquando inuehant &
ostentent. Cæterùm ad hominum improbitatem in
præsenti Ecclesia coercendam, ne vera falsáque mi-
racula permisceant, ac eo ipso dedecorent religio-
nem, prouidè & sapienter in Tridentino Concilio
sancita lex est, neque noua miracula admittenda,
nec nouas Sanctorum reliquias recipiendas esse,

Quarta propositio de authoritate miraculorum non latissanda ob quorundam abusus.

2. Thess. 2 & Matth. 24

Noua miracula nouæque Sanctorum reliquiæ non sunt nisi Episcopi debent admitti.

nisi Episcopo recognoscente & approbante, qui si-
mulatque de his aliquid compertum habuerit, ea
iudicare possit, quæ adhibitis in consilium Theo-
logis, aliisque viris bonis veritati & pietati consen-
tanea esse videbũtur. Peccant hic interim, nimiúm-
que sibi permittũt aduersarij, quemadmodum Fo-
xus, Balæus, Gistius, Caspatus Goltvvurm, Ho-
xerius, Hamelmannus, ac inprimis Magdeburgici
Centuriatores, Historici sepè mendaces, Rhetores
fatui. Theologi peruersi, & in miraculis tum iudi-
candis, tum perstringendis non solum Hæretico,
sed etiam Lucianico spiritu obcœcati, eóque potis-
simum intenti, vt suum vetus odium expleant in
Ecclesia Catholica proscindenda. A deò nihil illis
in Ecclesiastica historia, Sanctorúmque miraculis
placet, sed apocryphum, vanum, friuolum, ementi-
tium, adulterinum statim habetur, & ad dæmonũ
præstigias inuidiosè reiicitur, quicquid nouæ ipso-
rum doctrinæ cum Luthero natæ placitis aduersa-
tur, & aliquam veteris Ecclesiæ traditionem atque
consuetudinem, à qua illi semper abhorrent, redo-
lere videtur. Facessat autem profana istorum teme-
ritas, qui tum Mariæ & Sanctorum miracula ob
impuros affectus tàm iniquè censent, ac velut in
exilium relegant, primùm authori & effectori Deo
qui in suis Sanctis potens, mirabilis ac gloriosus nõ
minus est, quàm à Prophera dicitur, suum rollunt
honorem: deinde Sanctos ipsos (tàm electa Spiri-
tus sancti organa) laude debita spoliant: tùm fide
dignos testes, qui vera de illorum miraculis prædi-
cant, peruerse traducunt, ac postremò suæ vanita-
tis luculentum specimen præbent, cum quod ipsi
non assequuntur, incredibile ac ridiculum esse fin-
gunt, ac Ethnicis potius in profanis historiis, quam
Ecclesiasticis authoribus in sacris sæpenumerò asti-
pulantur. Est humani quidem intellectus acies tam
imbecillis, vt Diuinorum operum, per quoscũque
tandem fiant, causas penetrare non possit, nihilque
magis quàm nimia curiositas, fidei simplicitate re-
mota, in sacris percipiendis homines impedit, & in
omnes adducit errores. Præclarè autem docet Au-
gustinus, quod in rebus miris siue miraculis summa
credendi ratio sit omnipotentia Creatoris. Magno
igitur studio cauendum est Orthodoxis, ne tragicis
vocibus Nouatorum aduersus Mariæ & Sãctorum
historias atque miracula importunè vociferantium
moueantur, neque tàm leuiter antiquitatis monu-
menta & testimonia, licet prima fronte quiddam
asperum sonent, sibi eripi patiantur, aut ipsi etiam
respuant nauseabundi. Etsi enim quæcunque de
Sanctis leguntur, pari gradu certitudinis ac reue-
rentiæ, vt ita loquar, amplectenda non sunt, sed
alia quidẽ aliis præstantiora, maioréque fide digna
merito existimantur: tamen non est cuiusuis hisce
de rebus ferre iudicium, quas qui vel omnino ne-
gligunt, vel superbe contemnunt, in VValdensium
& VVicleuitarum damnatos errores facile prola-
buntur.

Nouatorum vociferationes contra Sãctorum miracula Catholicis esse contẽnendas.

Lib. 22. de ciuit. Dei ca. 7

Difficile esse ac periculosum aduersus communem bonorum opinionem miracula quædam improbare.

Quinta propositio de primis & præcipuis columniatoribus miraculorum Ecclesiæ, quos nunc Sectarij æmulantur.

Quinta propositio: Sanctorum miracula cõuel-
lere, aut prorsus inficiari antiquum & proprium
est illorum institutum, qui aduersus Christũ eiús-
que Ecclesiam funestissima bella gesserũt, & Chri-
stiani nominis hostes longe infestissimi extitere. Fe-
cerunt id omnium Hæreticorum primi patriarchæ
Pharisæi, vtpote qui haud sine aperta blasphemia
Christi Domini & lectissimorum eius discipulorũ

Matth. 12 Luc. 11

Matth. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

miracula virtuti ac potestati dæmonum attribuerunt. Si enim patrem familias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domesticos eius? vt Euangelicis verbis vtamur. Fecerunt Porphyrius rabidus in Christum canis, immanis ecclesiæ persecutor Diocletianus, & profani complures dæmonũ cultores Ethnici, Euangeliique hostes acerrimi, qui Martyrum miracula dæmonum prestigiis deputarunt. Fecerunt in Dei Filium contumelioſi Ariani, à quibus hæ voces iactabantur: *Non sunt isti Martyres, nec torquere diabolum, nec aliquem liberare possunt: non sunt dæmonum vera tormenta, sed ficta & vera composita ludibria:* sicut [a] Ambrosius testatum reliquit. Fecerunt id denique perfidia insignes, & anathemate perpetuo damnati Heretici Eunomius & Vigilantius, quibus contra luculentas & omnibus conspicuas Martyrũ virtutes libuit disceptare, atque impudenter excipere: [b] Hieronymo teste. Horum ergo siue parentum, siue maiorum vestigiis tàm pulchre Nouatores insistunt, dum caninam suam facundiam in sanctissimos patres exerunt, quos belli homines & Magos & Necromanticos aliquando faciunt, quorũque miracula & Antichristi notas & dæmonis prodigia petulantissime vocant. In quo calumniádi genere valent plurimum scriptores Magdeburgici, feruet quoque [c] Caluinus, qui pro suo candore Sanctorum miracula confirmationem superstitionum nominat, sicut & [d] Beza porrò Satanæ hanc operam ministeriúmque iniquitatis appellat. Nec minor [e] Illyrici est impudentia, publicè vociferátis horum miraculorum nullum apud nos esse finem, eáque signa hominum fraude confingi, & ad stultã referri superstitionem. His accedit qui non ita pridem insanas voces rursus effudit [f] Heerbrandus, & ne parum maledicus atque mendax esse pergat, sic audet scribere: *Miracula quæ iam fiunt ad Sanctorum inuocationem, nec nos ad ipsos, sed ad Deum huius mundi referimus, quia à Deo vero ad idola, quæ fabricantur Papistæ, & figmenta cordis humani, imo ad diabolum ipsum abducunt.* O blasphemum censorem, qui in acceptũ gratiæ spiritum tam est contumelioſus, vt quod summo Deo Deique digito debet ascribi, quo duce ad Sanctorum memorias & olim facta sunt, & nunc fiunt miracula, id verò nequissimo Belial, & principi tenebrarum tribuit, atque ab omnibus tribui postulat. Hoc est vtique non solum humani, sed & peruersi Hæreticique cordis figmentũ: hoc nouũ i solum à nouis Sectariis fabricatum, quod ipsi vulgo tantum non pro Dei verbo imperitis colendum adorandúmque proponunt. Assingant autem quæcunque velint Catholicis Sanctorum cultum exercentibus, eorumque miracula celebrantibus: nunquam id tamen probauerint, à nobis idola esse fabricata, vel Sanctos vllos in idola conuerti Catholicis, ac demũ homines in veteri Ecclesia per quæcunque miracula, & per quemlibet receptum solémnemque cultum Sãctis exhibitum, à Christi honore Deíque cultu ad diabolicum cultum abduci.

Sedenim isthæc aliáque putida, & æquè nefaria conuicia per suos satellites euomit Satan, vt splendidam verorum miraculorum lucem, quam in suã & Sanctorum gloriam clementer accendit Deus, in vera Ecclesia vel extinguat penitus, vel obscuret. Nec enim ignorat, eximiam consolationem, multúmque vtilitatis cum his miraculis coniunctum: vnde credentes etiam in sincera fide & doctrina confirmentur, atque à Synagoga malignantiũ vera Dei Ecclesia internoscatur. Nam inter alia, quæ Catholicũ pectus in auita & Orthodoxa religione confirmant, illud etiam non sane postremum est, quod cum Augustino Orthodoxus quisque suo iure profitetur: Tenet me in Ecclesia Catholica consensus omnium populorum: tenet autheritas miraculorum] nõ veterum tantùm videlicet, sed etiã in Ecclesia Catholica semper vigétium, vt Orthodoxorum prædicatio Dominum cooperantem habeat, & sermonem illa confirmet sequentibus signis. Confirmat sanè in hunc vsque diem tũ Laureti per Deiparam Virginem in Italia, tum Compostellæ per Iacobum Apostolum in Hispania, tũ Argyræ & Catanæ per Philippum Confessorem, & Agatham Martyrem in Sicilia, tùm Oetingæ per eandem rursum Virginem matrem in Germania. Confirmat, inquam, eas virtutes in Ecclesia Catholica passim exercens, vt liuidi aduersarij tantum splendorem in suis speluncis & tenebris haud sine molestia queant aspicere, pij verò inde summa cũ voluptate summũ Deum in Sanctis suis gloriosum prædicare, & colere non satis posse videantur. Nec dormit interim nequissimus ille Satan, qui cum Dei sit velut simia, & per suos satellites eorúmque Patriarchas adhuc edere miracula prohibeatur, quã latenter potestatem negari Hæreticis Clemens etiam & Irenæus comprobant, nouam fallaciam adhibet, qua suorum in noua Synagoga Doctorum & nuditas & turpitudo apud tudes saltem vtcunque cõtegatur. Cum enim hi legitimæ vocationis & confirmatæ doctrinæ nouæ, quæ miraculis nouis astruenda erat, testimonio careant, impostor orbi persuadere conatur, sicut & ipsi fortiter clamitant, ne Catholicis quidem vera esse miracula, & si quæ fortassis de Sanctis celebrantur, ad regnum Antichristi ea pertinere, nouis miraculis opus non esse, prima sufficere, quæ in Apostolicis literis exprimuntur: quare frustra ab ipsis noua signa postulari, qui ad Apostolica prouocare possint. Hac via demum cæcos eo perducit cæcorum ille Dux & tenebratũ Princeps, vt nõ modo Sanctis, sed etiã Christo Domino miraculorum, gratiam in ipsa Dominica cruce, & sacrosancta Eucharistia, multisque aliis Sacramentis detrahat impudẽter. Etenim quę mysteria tot retro actis seculis non sine summa religione colit Ecclesia, hæc pro rebus magicis haberi, & tanquam impios cultus Antichristi damnari, ac demum vbique gentium aboleri debere contendit. O Satan Satan, itáne cum tuis artibus & fraudibus perpetuo latere confidis, vt quod iniquitatis mysterium in Ecclesię perniciem operaris, atque ad inuehendum atheismum promouere non desinis, id nullus deprehendat? At verò si ab impostoris Sataníci cauere placet, in ea demum Ecclesia firmiter acquiescamus, quæ indiuiduam signorum & doctrinæ cõiunctionem tenet: quæque præsentem Christi gratiam partim Catholicæ doctrinæ consensione, partim Conciliorum grauitate, partim miraculorum maiestate commendat: quicquid demum Ægyptiacæ ranæ coxerint. Sed ad nostram Virginem axiomata reliqua propius conuertamus.

SEXTA propositio: Quam miraculorum virtutem & gratiam Deus Sanctis sæpè aliis, cuiuscunq; illi ordinis fuerint, post mortem impertiit, nimirum vt de capitis Christi maiestate & de membrorum eius gloria, déque Christianæ fidei veritate, & Catholicæ inuocationis fructu certiores essemus, eandem virtutem & gratiam multo sanctissimæ & augustissimæ matri suæ, quam nulli illustrium cedere quidam affirmat, neutiquam denegauit. Nihil enim moramur nugas Marbachij hoc modo cauillantis: *Maria in nullo fuit vnquam Ecclesiæ ministerio, nec Scriptura meminit alicuius miraculi ab illa perpetrati. Quomodo igitur vel ipsa per se, vel Christus per ipsam miracula edere posset?* Primum enim nimium imperitus est, qui donum miraculorum ministerio Ecclesiæ magis quàm Dei potentiæ alligatum videri postulat, quique nescit matrem Domini summo sanctissimóque ministerio, quod in terris nulli alij contigit, demandatum fuisse, atque ita eandé excelluisse, vt præcipuos Ecclesiæ ministros Apostolos, si Melanchthoni credimus, suis cõsiliis rexerit ac gubernarit. Præterea quid ineptius, quàm miraculorum donum ideirco Mariæ adimere, quòd de illa nusquam Scriptura sacra loquatur: in qua neque Christus linguarum dono fuisse præditus expresse asseritur, & alia multa quæ ille alioquin habuit, docuit atque fecit, prætermittuntur? Sed nota istorum ars est & consuetudo, qui cum Arianis ab authoritate negatiuè, vt in scholis vocant, tàm libenter quàm tidiculè arguntur, & rursus quæ illic traduntur, velut soli sapiant, pro sua libidine, quicquid visum sit Patribus, sibi sumunt interpretanda. Quanto autem rectius Thomas Aquinas docuit, Mariam vti Christo secundum humanitatem fuisse proximã, sic etiam præ cæteris maiorem ab illo gratiæ plenitudinem obtinuisse, & licet sapientiæ donum, gratiámque virtutum ac Prophetiæ acceperit excellẽter, tamen donorum atque virtutum suo sexui nõ congruentium vsu caruisse. Nec sane decebat, quod ad vsum miraculorum attinet, quibus doctrina Euangelij à Christo eiúsque discipulis primum cõfirmanda erat, non decebat, inquam, vt aut Virgo mater, aut Ioannes Baptista in Euangelij exordio miraculum vllum ederet. An verò hinc scite Marbachius colliget, vtriusque personę, qua nihil in Euangelio post Christum est illustrius & sanctius, nullum etiam post mortem miraculũ extitisse, quo Deus hosce lectissimos homines, sibíque charissimos in terris illustraret, Ecclesiæque suæ commẽdatiores redderet? Persuadeat hoc, si velit, suis auditoribus Marbachius: nos plurimis & amplissimis venerandæ antiquitatis testimoniis, quæ postea proferentur, longè aliter sumus edocti, & ab Andrea Cretensi, qui celebris Archiepiscopus fuit Hierosolymis non temere scriptum nouimus, miraculorum effectricem ab omnibus decantandam Deiparam esse Virginem, cuius ideirco sacrum corpus, ipsúmque Dei sacrarium ad sepulturam elatũ, multis statim & eximiis claruit miraculis, vt præter alios [a] Damascenus & [b] Metaphrastes asseuerant.

Septima propositio: Nimium curiosi atque scrupulosi sunt censores, qui nulla nostræ Virginis miracula, nisi ab antiquissimis tradita scriptoribus recipiunt atque probant. Est enim media tenẽda via, vt in Marianis miraculis admittendis & confirmãdis neque nimium faciles, neque rursus plus æquo difficiles ac morosi esse velimus. Sicut enim Ecclesiæ hostes in eo peccant, quòd ad solas Scripturas nunquam non prouocent, & ex illis peti velint omnia, id quod fieri posse negant [c] Epiphanius atque [d] Basilius: sic & quidam immodico rigore delinquunt, quoniam historias & miracula, etiã quæ nihil absurdi ac duriusculi continent, sine peruetustis, certis & classicis authoribus ægrè amplectũtur, & amplectenda esse censent. Etsi enim omnia, quæ in hoc genere leguntur, eiusdem non sunt ponderis & authoritatis, sicut & anteà testati sumus: tamen quia charitas non est suspicax, & temerè aliena iudicare prohibet Christus, sapidique cibi ob vitium palati pro insipidis nonnunquam habentur, & demum paucorum est sacris de rebus solidè diiudicare, minus in eo quidem erit periculi, si à bonis probabiliter narrata, & à doctis non reiecta, quæ ad piorum ædificationem faciant, recipiantur, quã si eadem fastidioso & contentioso præfractóque animo repudientur. Sunt quæ licet Ecclesia non confirmauerit, neque scriptores noti expresserint, tamen Maiorum traditione, & ipsa rei euidentia comprobantur: vt nostro etiam seculo veritas nulla tergiuersatione celari, nec sine pudore negari posse videatur. Nos verò ex plurimis pauca eiusmodi miraculorum exempla proponemus, simúlque authores & fontes, à quibus accepta sint, bona fide patefaciemus.

CAPVT XIX.

Memorabilia exempla duo, nimirum Andreæ de Chio Martyris, & Ioannis Damasceni præstantis Theologi, qui ambo cum à barbaris hostibus immaniter tractarentur, non modo Deiparam inuocarunt, sed etiam præsentem inuocationis fructum non sine manifestissimis miraculis retulerunt, aliisque publice demonstrarunt.

IBET hoc loco exempla duo illustria repetere, plura dabimus posteà, quæ de nostræ Dominæ miraculis perspicuè loquantur, & inuocationis ad illam factæ vtilitatem maximam atque certissimam probent. Prius à Georgio Trapezuntio, posterius à Ioanne Patriarcha Hierosolymitano mutuabimur, quoniam in vtroque non parua est rerum cognatio atque similitudo. Etsi verò author vetus non est Trapezuntius, vt qui sub Friderico III. Cæsare scriptor celebris extitit, tamen de fide præsentis historiæ ab illo descriptæ nullus est ambigendi locus, quum Græcus ipse in Creta natus, de Græco Martyre non alia testetur, quam quæ in medio Græciæ, & in Regia vrbe per Magistratum publicè gesta, neque minus Latinis, quàm Mahometanis nota, ac eo tempore plurimis visa, audita, comperta fuerunt. Vt autem sine

a Serm. 91. de inuentione corporum Sãctorum Gernasij & Protasij.
b Lib. contra Vigilant.
c In harmon. Euangelica. d Lib. institit. Christ. ca. 4 Sect. 16
e In Centur. 1. mendaciorum Papistic. f In Thesib. hiperaspist.
a De dormit. sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ. b Ser. de vita & exitu Deiparæ. c Contra Apostolicos. d Lib. de Spiritu sancto, cap. 27. & 29
Deut. 13.
Matth. 7
Luc. 1. cap. 5
Ioan. 2.
Ioan. 3.
Ioan. 5.
Ioan. 6.
Ioan. 7.
Ioan. 8.
Ioan. 9.
Ioan. 10.
Ioan. 11.
Ioan. 12.
Ioan. 13.
Ioan. 14.
Ioan. 15.
Ioan. 16.
Ioan. 17.
Ioan. 18.
Ioan. 19.
Ioan. 20.
Ioan. 21.
Ioan. 22.
Ioan. 23.
Ioan. 24.
Ioan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tomo 7.

Fructus historiæ sequentis colligendus.

fuco simpliciter veritas narretur, eáque narratio maiorem fidem habeat, visum est Trapezuntij verba, quæ mihi primum amicus in Italia legenda obtulit, & deinde Colonienses probatis Sanctorum historiis inseruerunt, hoc loco repetere, omnibusque insigneni historiam iudicãdam exhibere. Hinc verò luce clarius cognoscetur, quàm præclaræ fidei & inuictæ fortitudinis iuuenis Andreas ille fuerit, vt sanè veteribus Martyribus merito cõferatur, quantúmque fructus & roboris ex eo ceperit, quòd in acerbissimis tormentis, summisque doloribus subinde matrem Virginem inuocarit. Historia sub Paulo secundo Pont. Max. contigit, & primo quidem eius Pontificatus anno in vrbe Constantinopolitana. Scribit igitur in hunc modum Trapezuntius.

Historia de Martirio Andreæ Chij memorabilis.

Quando iam triennio è Creta Constantinopolim nauigassem, vniuersam illam vrbem cum Gallata simul in admiratione atque gaudio reperi non paruo, propter singulare ac inauditum multis temporibus Andreæ de Chio pro Iesu Christi professione martyrium. Fuit enim paulò ante mirabili constantia per gratiam Dei gestum. Nam ego quidem mense Nouembri applicui, Anno ab incarnatione Domini M. CCCC. LXV. Andreas verò Martyr Christi præcipuus 29. die mensis Maij eiusdem anni coronam Martyrij misericordia Christi consecutus, in cælos ascendit ad eum, pro quo multos cruciatus sustinuit. Verum quod admirabilius rite consideranti videbitur, illud est, quòd nisi Andreæ Martyrium diuinitus destinatum diuina gratia Christianis opem tulisset, & animos eorum firmasset, magna in eos clades, ac ærumna ingens ab inimico generis humani, procellæ in morem fuisset effusa. Quidam enim, quem honoris causa non nomino, ex Trapezuntana ortus vrbe, Peripateticorum Philosophiæ Professor, siue sua sponte, vt multi aiunt, siue impulsus nescio, nec, si sciam, dicere ausim, Crucem Domini negauit, & Mahometo adhæsit. Quare Turcarum Rex elatus, virum quendam, cuius nomen me fugit, ipsúmque Trapezuntium militiæ peritissimum in carcerem conIecit: dignum ratus, vt Philosophum conciuem suum volens nolénsve imitaretur, cupiebat enim eius opera vti in re militari. Cúmque Christiano non confideret, ad Mahometum intrudere cupiebat. At ille animo Martyr dicebat: Philosophus in deliciis educatus, maiore spe ipsarum, Christi crucem negauit: Ego autem qui pro Imperatore meo mortali tot tantósque labores cum Scythis bella gerens tuli, vulneráque excepi (dixit & aperto pectore cicatrices ostendebat) pro Imperatore cælesti mortem timebo? absit à me tanta insania. Quæ mens prætereà esset mea, vel potius quæ stultitia, veritatem doloris fugiendi causa prodere, ac æterna cælestiáque regna repudiare, Mahometóque adhærere, vt bellorum labores subeam, pericula magna pro Imperatore mortali suscipiam, gladios in Christianos Christianus ipse natus distringam? & denique in mortem ruere, quam fugiendam cẽsuit Philosophus, vt in æternam ac veram mortem deferat præceps? Hæc ille.

Philosophus quidam Peripateticus Trapezuntinus è Christiano factus Mahometanus.

Exemplũ constãtis fidei in homine militari & Trapezuntino.

Verum dum hæc Constantinopoli fierent, Andreas febribus grauiter laborabat, cœlibémque se perpetuo fore Reginæ misericordiæ Virgini vouit, si euaderet. Sedatis illicò febribus, paulò pòst quasi

Andreas Deiparæ vouet perpetuum cælibatum, & Ra-

A ex morte surrexit, & albis se vestimentis induit, vt scilicet nunquàm obliuisci posset mundiciæ corporis, quam Creatoris obtulit Matri. Constantinopolim deinde petiit, non vt mercator, aut vagus quidam magnarum vrbiũ visendarum cupiditate. Sũma enim in iuuene viginti & septem annorum grauitas atque constantia illucebat. Rarò quis inane verbum ab ore ipsius excidisse audiuit: a ioco enim penitus erat alienus. Cur igitur iuit? à gratia Dei, vt ego arbitror, ad martyrium vocabatur, vt & ipse in cælis Christo cũ aliis Martyribus assisteret, & omnibus prodesset, qui Philosophi siue leuitate, siue terrore fuerant conturbati. Statim cum in vrbem applicuit, accusatus fuit, quòd cum Christianis cõuersaretur, Ecclesiásque viseret: quasi Christianus summa cũ religione ac deuotione homo, qui Crucem Alexandriæ negauit, conculcauit, sputis fœdauit, & demum in stercora proiecit. Hæc mercatores Ægyptij, qui tunc in vrbe aderant, ad Iudicem detulerunt, séque ipsos vidisse eum negantem confiteutémque, quòd Mahometo adhæreret, audiuisse attestabantur. Trahitur in iudicium Andreas iniquum, accusatiónéque recitata, nunquá se à Chio, vbi natus educatúsque fuit, nisi tunc, recessisse affirmabat, idque multis testibus approbabat, vniuersámque Chij ciuitatem hoc ipsum scire aiebat. Iudex iniquus hac in re non esse audiendos Christianos censebat. Tunc Christianorum multitudo, quæ circumfusa stabat: Si Christianorum testimonium in huiusmodi causa refutandum est, inquit, Mahometistarum quoque similiter non recipiendum. Nam sicut nos Christianum falso accusatum iuste defendimus, sic Mahometistæ accusationem suorum veram esse contendunt. Quare prætermissis testibus res ipsa quærenda est. Non aliter igitur quàm Iudæi secundum Mosaicam legem, circumcidi suos Propheta vestet iussit. Quare si genitalia huius membra simili nota læsa sunt, morte iure plectetur: sin minimè, cum ipsa re causa determinetur sua, & nihil ambiguitatis hominum animis remanebit. Spoliatur interea miles Christi, nudúsque à tanta multitudine aspicitur: nullum in eo indicium, nulla circumcisionis macula, nullum Mahometistarum apparet vestigium. Exclamant ex lætitia Christiani. Confunduntur aduersarij, & victi pentus consternantur, nisi diabolico astu adiuti exposuissent, moris esse in Aegypto, minoris homines ætatis circumcidi, maioris, si ad Mahometum Dei Prophetam conuertantur, circumcidi, si volunt: si vero abhorrent circumcisionem, nullo cogi modo posse: quoniam melius sit lucrari animam hominis ex toto nobis corde adhærentẽ in cæteris omnibus, præter circumcisionem, quàm reiicere, quoniam circumcisionem reformidet. His rationibus, vel magis quia Sectæ fauebat suæ confisus Iudex, nullá se pronunciare sententiam velle in re tãta dixit, nisi Regem cõsuluerit. Ita enim moris est in causis ambiguis atque arduis. Regem igitur, in carcerem cõiecto milite Christi, consultũ adiit, cui omnia cum retulisset, interrogatus de ætate ipsius, habitúque omni corporis, Iuuenis, inquit ipse, animo inuictus atque magna statura, grandibus ossibus atque neruis conuallatus. Rex qui tales homines in militia habere cupit, Vade, inquit, & primum illi, si noster voluerit esse, offerimus Centurionatum in militia nostra: deinde, prout in virtute ipsum valere conspexerimus,

Andreas cum Mahometistis conuictus, & ad confitendum Christum inuitatus, quid respondit.

Andreas Christianorum inuocatione liberatus.

Andreas à Mahometanis grauissime flagellatus.

Andreas à suis Iudæam ductus coram Iudice Mahometano.

Iudex iniquus quia Andream in carcere detinere, neque ipse de illo cognoscere

Andreas paritus silentio, patitur oratio ne contremiscãt oblatam Regi munificentiam.

Andreæ responsio, cum admiratione illius quæ promittebantur.

Vox digna Martyre, qui se spretarum omnẽ & ad omnẽ tormẽtum pro Christi nomine.

Andreas à Mahometanis horrime flagellatus.

Commodoma Andreas illorum inuocatione sui agonis tempore.

Andreas à suis Mahometistis ad Christi abnegationem hortatur.

Andreas à carnifice, & Mercatoribus post grauissima flagella in carcere reclusus.

Andreas fortitudinis exercitatus.

spexerimus, ad maiora prouehemus. Quod si beneficiis non commouebitur, minis atque terrore ipsum concutias, & si neutra poteris prævalere via, capite plectas.

ALTERO igitur die producto ipso, primum regis pollicitationes proponuntur mirabili cum amplificatione: Quòd caput statim eris Andrea cẽtum militum, & à priuatorum tractus conditione, cum Principibus connumeraberis, quòd facilè virtus & diligentia tua extollet te ad maiora. Verum cum Martyr Christi nihil respondendo cõtemnere oblata videretur, qui circumfusi erant veritatis hostes, alij argentum atque aurum, alij vestes, alij suppellectilem variam pollicebantur. Cumque in silentio acrius perseueraret, Quid, inquiunt, ne verbis quidem tuis nos dignos putas? Digni quidem, ait, vos estis multo maioribus, quam ego dicere aut excogitare queam: sed res quas offertis, nulla responsione sunt dignæ. Quid enim caducam hanc vitam atque mortalem putatis magni aliquid habere, quo cælesti sit præponenda: Erras, ipsi respondent: nam nos & ad illam tibi viam aperire studemus, & hanc insuper tibi felicem reddere conamur. Non cohærent, inquit, caduca æternis, non felicibus misera, non prophana beatis: sed quid opus est verbis? Ego felicitatem huius seculi nihili facio: ego crucem, passionem, sepulturamque Christi mei, auxilio illius fretus nũquam negabo: statuite in me quicquid malueritis: vnum rogo, ne me verbis amplius tentetis.

HIS dictis coniectus illico in carcerem, vinculis cathenatus, pedibus atque manibus alligatus, ad meridiem sequentis diei, qui fuit 20. Maij, iacuit. Post meridiem statim protrahitur, & in partem vrbis quæ Orientem spectat, prope mare ducitur, vbi ad palum nudus alligatus, flagellis atque loris cæditur, acriúsque quam dici possit, principio flagellorum & verberum contremuisse dicitur, & manibus ad pectus contractis, ac digitis in pugnum compressis, magna exclamasse voce: Virgo Maria adiuua me. Inde pedibus altero ad alterum adductis, stetit rectus in eisdem vestigiis, mirabile dictu, vsque ad solis occasum. Interea dum miles Christi his cruciatibus exercetur, Trapezuntius ille, de quo supra retuli, è fenestra turris, in qua fuerat inclusus, prominens clamabat: O felicem Christianum, ô beatam quæ re genuit, Insulam, ô nobilissimum atque omni laude dignum genus, vnde ortus es: vtinam isthic essem tecum, vt eadem paterer pro Christo. Hæc aliáque vociferabatur, martyrij coronam, vt arbitror, desiderans. Carnifices autem Andrea reducto, multis preciosa membra flagellis loriséque fœde dilacerata, vnguntvnguentis, cibum quoque atque potum ad fulciendam in corpore animam de Medicorum consilio, quorum multi ac peritissimi aderant, obtulerunt, ac aquam, in qua non paruum defecati auri pondus bullierat, conducunt ad bibendum. Id faciebant, quo longior vita eius aliquid ad negationẽ Crucis afferret, simul & ostenderent, quanti vitam facerent eius, fortè etiam quoniam cum Christianis enutriti, & nonnulli eorum Christiani fuerint. Nec ignorabant, quomodo Martyres Christi olim in die crucIabantur, & in nocte conualescebant. Quarè timentes, ne id diuinitus eueniret, medicamentis suis occultare veritatem studebant.

VIGESIMA prima eiusdem mensis die rursus producitur, denudatusque ferreis vnguibus tergo-

A ra, & quæpridie eius diei fuerant flagellata, dilacerantur. Nec quicquam aliud fecit dixitque miles Christi: quanquam prius contremuit in principio, manusque ad se adduxit, digitos in pugnos contraxit, pedes in eisdem vestigiis tenuit, magnáque voce clamauit: Virgo Maria iuua me. Sic Trapezuntius etiam eadem quæ pridie vociferabatur, è turri iterum atque iterum repetebat. Adueniente nocte vnguentis illinitur, similiter & medicamentis atque aquis, in quibus magna virtus auri fuerat infusa, sustentatur, quasi charam Crucis hostes salutem eius haberent, magnam iis rebus inesse virtutem prædicantes, Spiritus sancti gratiam in Medicorum peritiam, cibique ac potus commoditatem detiuantes. Illucescente namque die sanus omnium martyr Christi apparuit: quæ res medicamentis fieri nõ potest, quæ cum naturaliter agant, longiore indigent tempore, frequentationeque conueniente, ne digesta in dubium aliquid conferant: quod tamen minime facere possunt, si denuò corpus ac sæpius exagitetur, siue etiam atrocius crucietur: quę virtus opem afferre potest, præter diuinam profecto nulla. Vigesima secunda eiusdem mensis die, producitur similiter post meridiem, ac manus & pedes sic torquentur, vt ne digitorum quidem articuli, nec cubitus, nec genua in locis suis remanerent, sed locis suis omnia salirent: qui dolor maximus omnium est. Cætera similiter gesta dictaque non ab ipso solum, quæ tamen nihil aliud, nisi: Virgo Maria iuua me, in principio dolorum, idque semel clamabat, verùm etiam à Trapezuntio illo, qui martyrium sic expetebat, vt multis etiam Mahumetistis audientibus sæpius repeteret, quæ dicta superius sunt. Medicorum quoque diligentia similiter, imò etiam maior fuisse dicitur.

Andreas, quãis immaniter cruciatur, post hostem totus restituitur, subitoque sanatur.

Andreæ manus & pedes crudelissime torquentur. Ad Mariã tertia inuocatio.

VIGESIMA tertia die incolumis sanusque non Medicorũ arte, sed illius primi Martyris & Domini omnium Iesu Christi productus Andreas, nouo genere cruciatus vexatur: humeros carnibus per gladios denudat, studentes semper, ne celerior mors ipsum inuaderet. Sperabant enim, si non acerbitate ac magnitudine dolorũ, attamen diuturnitate se victuros: sed derisi tandẽ iacuerunt. Declinante die reducitur, sicuti superioribus diebus, dictis factisq; medicamentis quoque nõ aliter quam prius adhibitis. Die vigesima quarta eiusdem mensis eodem modo fiunt omnia, eodemq; in loco, quo in die clunes carnibus nouaculis spoliantur non subito, sed cũ mora, vt doloris acerbitas magis sentiretur. Cætera omnia similiter acta, vt in superioribus diebus, dictaq; eodem modo etiam à Trapezuntio martyre animo atque voluntate, qui illis diebus, quibus Andreas patiebatur, similiter è turri clamitabat. Die vigesima quinta partes pedum, quæ inter genua clunesque sunt, carnibus similiter denudantur. Cætera eodem modo dicta gestaque fuerunt. Vigesima sexta die suræ, id est, carnosæ partes pedum, quæ sunt intra genua & poplites, similiter carnibus denudantur. Cæteraque facta, dicta, procurata similiter fuerunt. Vigesima septima die femur, quæque circa ipsum sunt corporis partes excoriantur. Vigesima octaua die totum corpus à capite ad pedes verberibus cæditur, vt doloribus renouatis tandem moueretur. Maxilla quoque vna vno ictu denudata carne fuit, quam Christiani rapientes, seruarunt, fuitque in monasterio B. Francisci,

Iterum Mariã inuocat.

Ad nouum & horrendum supplicium Andreas portoratur.

Clunes Andreæ per nouaculas carnibus spoliantur neque illi tormenta inflaguntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inusitato fragrans odore atque mirabili.

Andreę maxilla carni denudata, & seruata magnũ spirat odorem.

VIGESIMA nona eiusdem mensis die, anno primo Pontificatus Papæ Pauli secundi, vltimo producitur Andreas de Chio martyr Christi præcipuus in locum solitum, ad orientalem vrbis partem prope mare sanus, viuax, vultu læto, decora facie. Mahumetistæ his rebus moti, medicamentorum virtute sic factum asserebant, & ingratitudinem illius accusantes. Non vides, clamabant, Andreæ tuæ vitæ cura nobis habita est, nostro studio, imò Regis ipsius incolumis es, & virtute medicamentorum, & Mahometi gratia, qui te vult deliramenta Christianorum de cruce ac passione IESV despicere. Quæ beneficia quoniam ingratus non sentis, morte morieris. Non est mors sic mori, ait, sed vita. Quarè nolite putare me verbis terreri posse, nec medicamenta profuerunt, quippè quę vel in minimis vulneribus vix post multos dies aliquid afferre possunt. Me autem Crux Domini nostri Iesu Christi, & Virgo Maria ad hunc diem conseruauit atque reseruauit. His dictis securi caput suppositum, & ad cælestia regna euolauit. Tunc mortis eius ministri, vt Iudex iusserat, caput & truncum corpus trahere velociter ad mare conantur. Exclamant Christiani, qui lachrymis effusis circumstabant, quorum magna erat multitudo, sepeliendum esse mortuum, non in mare proiiciendum. Illis resistentibus, Regiam aiunt maiestatem esse consulendam, sepelirine velit ipsum iam mortuum, an in mare proiici. Hoc audito, ipse Iudex ad Regem procurrit: nec enim licet Iudicibus, quando Regem consulendum esse audiunt, quicquam facere vlterius, nisi Regi prius referat. Sed Christianorum quoque Primates quam velociter poterant, Regem adeunt: qui cum percepissent, quibus cruciatibus, & quam diu vexatus fuit Andreas, efferbuisse ira dicitur, & verbis in Iudicem sic atrocibus vsus fuisse, vt exanimis ne mutiret quidem Iudex iniquus. Sed ea ira, & illæ ingentes minę simul cum verbis euanuerunt. Christianis deinde iubet, vt Andream honorifice, sicut decet virum fortem, sepeliant. Qui appositio capite corpori suo, ad Galatam deportarunt. Aderat autem vniuersus vtrarumque vrbium, Galatæ atque Constantinopolis, populus, viri simul ac mulieres, pueri atque puellæ, liberi & serui, nec Christianorum solum, verum etiam Mahumetistarum multi admiratione commoti, non pauciores quam decies decem milia, qui omnes alij lachrymantes, alij laudes eius prædicantes, & alij constantiam ac robur animi, alij prudentiam atque grauitatem, alij contemptum humanarum rerum: multi fidem in Iesum Christum, in crucem & passionem eius, & in immaculatam Virginem deuotionem narrantes. Tandem in Galatæ partem extremam versus Ortum, mari contiguam deuenerunt, vbi est Ecclesia virgini Mariæ, si rectè memini, dicata: ibi depositus iacet.

Andreæ postrema oratio eiusque testimonium, fe per Christi crucẽ & Mariã Virginem in summis tormẽtis inuictum extitisse.

De Andreæ corpore sepeliendo suborꝛtæ contentiones inter Christianos & Turcas.

Quę præcipua in hoc Andreæ fuerint à multis commẽdata.

Quæ commoda ex Andreę morte ad multos peruenerint.

HIS itaque gestis, magna Rex exarsit cupiditate Trapezuntij viri illius, de quo supra diximus, liberandi: sed quia honestè id facere, nisi rogatus, non posse iudicabat, per quasdam, vt dicebatur, mulieres effecit, vt vxor illius pro marito supplicaret suo. Sic mors Andreæ, atque martyrium illud quidem palam, sed multos quoque alios à periculo liberauit, multos in fide Orthodoxa confirmauit, eos qui ante hoc martyrium quauis ratione Mahometo adhęserunt, pudore confudit, mœsticia affecit, ac inani denique pœnitentia & vexauit & vexat. His omnibus ego vehementer commotus, ardebam desiderio videndi corpus eius: sed niue, frigore, glacieque detentus, hyemis marisque tempestate, illic fui vix mense Februarij: eam mihi oranti gratiam Deus intercessione Martyris concessit. Vidique ipsum iacentem in sepulchro nimium profundo, situ horrido, ea tamen integritate membrorum omnium, & totius corporis colore, & dignitate formæ, tali vultus splendore & habitu, vt non animam expirasse, sed dormire mihi leuiter sub vmbra videretur. At is qui iacebat loco ita humido, vt omnibus iam indumentis, quibus erat inuolutum corpus, putrefactis, nudum totum conspiceretur: præterquam quod genitales partes fragmento lini obtegebantur. Exarsi tamen cupiditate descendendi, tangendi, osculandi pedes, manus, faciem præcipui Martyris, nec tantum loci humiditas descendendi; difficultas, quantum verba Presbyteri custodis, & spes posse id me alias commodius facere, deinuerunt.]

Georgius Trapezuntius pręsentiens suo corpus iuxta Andreæ in sepulchro iuncturum.

HVCVSQVE Trapezuntius exponit Martyris Andreæ historiam, eumq; deinde nobilissimo Martyri Georgio, cui tamen Lutherus, Caluinus, Melanchthon, aliique Sectarij nec inter homines, nec in rerum natura locum reliquum facit, ob cruciatuum magnitudinem haud perperam confert. Ego verò hanc totam narrationem non indignam putaui, quæ à nobis hoc loco repeteretur: partim ad huius Martyris Germanis quidem & Occidentalibus vt plurimum ignoti gloriam illustrandam, partim ad institutum nostrum euidentius comprobandum, vt Catholicæ inuocationis ad Mariam factæ salutaris vsus & fructus, totque iterata in homine vno per illam miracula rectius elucescant. Nouerat profecto hic athleta generosus Andreas, quid quantumque Christo Redemptori suo deberet, ob cuius fidẽ & amorem tamdiu ad sanguinem vsque pugnauit, & horrenda illa tormenta toties ab impiissimis Mahometanis repetita fortissime superauit: vtpotè cui in cruce Domini sui vnice gloriari, vitamque ipsam Christi nomine profundere in summis votis haberet. Neque tamen à se, vel à Christiano pectore vllo alienum esse putauit, si Christi fide & amore totus incensus, Mariæ opem imploraret, seque præsente illius patrocinio atq; præsidio in afflictionibus maximis consolaretur. Vbi nec illum fefellit sancta fiducia, qui quum se tali commendasset Matri, eam potenter adesse sensit: vtpote post acceptas sæpè plagas sanitati integræ toties restitutus, & nouum quasi corpus subitò induens, quod paulo antè fuerat vel dilaceratum, vel excarnificatum, demirantibus iurè omnibus, quod vnus non solum immanes hostes, & exquisita tormenta, sed & incredibiles tot dierum cruciatus perferre, tantumque robur, Deipara iuuante, præstare potuisset.

Summa historiæ, quomodo exterta sit Damasceno sua manus, quod in ieiunium pro ditionis venit fraudolento Iconomacho.

S. Georgium arguit à fabulositate.

Obiquam ob rem hæc repetita sit historia.

Damascenus Deiparæ Virgini se commendat, vnde sua manus restituatur.

Damasceni ad Mariam precatio.

NVNC alterum exemplum, quod ad Ioannem Damascenum pertinet, in medium adferamus, quoniam cum priore pulchrè conuenit, & quantum in rebus etiam desperatis prosit Deiparæ inuocatio, non obscure quoque commonstrat. Quod sanè testimonium non potest exigui esse momenti, quia non ab homine plebeio atque vulgari, sed à Ioanne Patriarcha Hierosolymitano proficiscitur: Græcè quidem ab illo scriptum, & latine postea conuersum ab eo, qui cum Ecclesiæ insignis sit aduersarius, Ioannes nimirum Oecolampadius, eandem historiam, tanquam fide dignam, primum est inter-

Quis Ioannes & quibus rebus claruerit.

Ioannis Damasceni gratis authoritas & erga Deiparam pietas insignis.

interpretatus. Quis verò nescit cum apud alios, tum apud Græcos Ioannis Damasceni nomen & authoritatem imprimis valere, qui à nobilissima ciuitate Syriæ patriaque sua Damasco cognomen traxit, eruditione & eloquentia quidem, vt Suidas meminit, præstantissimus, maximique nominis, nulli vel doctrina, vel nominis celebritate seculo illo secundus? habet autem hoc sibi proprium idem Damascenus, vt si è scriptis eius operibus iudicemus, in celebranda, defendenda & honoranda Virgine matre sæpè multumque versetur. Quamobrem cum ab hostibus inique tractatus, ac manu dextra per summam iniuriam mutilatus esset, haud parum doluit, sibi facultatem ademptam ea scribendi, quæ ad laudem eiusdem Virginis porro pertinerent. Sed ad historiam ipsam veniamus, & rem omnem fuse describamus, compendio quodam cõplectamur. Leo Isaurius Iconoclastarum Patronus imperabat, & ad tuẽdam Sectam Pseudosynodum celebrari iusserat, ingentes motus excitans, vt sacras imagines ferro & igne deleret, prorsusque aboleret in Ecclesia. His rugientis Leonis furoribus si quis alius, certè Damascenus sese fortiter oppositi, & in patria degens, tres libros pro sacrarum imaginum defensione conscriptos edidit, eóque opere animos Iconomachorum vehementer offendit. Qui cum dolerent, suas artes & fraudes tanti viri industria detegi atque labefactari, falso illum apud Saracenum in Arabia Principẽ proditionis accusarunt, quod ad rumpenda Principum fœdera literas manu sua consignatas subdole misisset, ac pacem publicam perturbare aggrederetur. Hinc Princeps Barbarus accusatorum querelis nimium credens, Damasceno quamlibet innocentem de proditione suspectum habet, eumque in iudicio damnat, pœna in amputatione manus dextræ constituta. Quę res à Saraceno Principe perpetrata, sed absentium Iconomachorum dolo nequissimo procurata, fœliciorem quàm illi sperabant, exitum habuit, & Maria quidem duce Catholicis lætam victoriã impetrauit. Damasceno igitur post vulnus acceptum, manum enim dextram illi amputarant, suum lararium ingreditur, ante Virginis Deiparæ imaginem sese prosternit, lachrymas fundit, suam calamitatem deplorat, multisque precibus Virgini Matri sese commendat, ac supplex his verbis clementissimam implorat: Domina & sanctissima Mater, quæ Deum meum peperisti, amputata est dextera mea ob sanctas & diuinas imagines. Tu qua de causa Leo sęuiat, non ignoras: proinde quãtocius succurre. Dextera enim altissimi, quę de te incarnata est, per tuas intercessiones multas fecit virtutes. Sanet oro, & hanc meam dexteram tuis precibus: vt tuas & eius, qui ex te incarnatus est, laudes, sicut dederis, numeris rythmicis & melodiis perscribat, & Orthodoxi cultus sit cooperatrix, ô Deipara. Hæc orans Ioannes & lachrymans in somnum vertitur, vidétque sanctam Dei genitricis imaginem, miserti cordibus ac lætis oculis ad se respicientem, & ita dicentem audit: Ecce sana facta est manus tua, caue posthac ne segnis fueris, sed calamum eam fac scribæ velociter scribentis, quemadmodum nunc pollicitus es. Vt autem restitutus euigilauit, & manum curiosè contemplans, curatam vidit, tum exultare cœpit spiritu in Deo salutari suo, & Matre eius, quia fecit secum magnalia qui potens est.]

Apparet Maria Dam alceno, & dexteră illi restitui, sicut rogauerat.

Psalm. 44

QVÆ postrema Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani est oratio, & ad veram certámque narrationem de manu Damasceni detruncata, & per Virginem mirabiliter restituta pertinet, quam & posteà iussus ille cotã Saracenis ac Ethnicis Damasci protulit, cunctisque spectandam exhibuit palam. Auget fidem miraculi ea lineola, quam manus Damasceno restituta seruauit: nimirum ac certius indicium præcedentis defectionis. Quod exemplum in tali viro & coram tot testibus factum, verèque conspicuum, à nostris quidem aduersariis quamlibet loquacibus præteritur, sicut pleraque alia id genus nõ sine fraude à Centuriatoribus silentio inuoluuntur, vel alioquin ad superstitionis notam, quæ in desperata causa commune illis asylum esse solet, ridicule detorquetur. Quis ergo iam ambigat, Mariæ inuocationem non modo Christianis permissam, sed etiam vtilem, laudabilem atque salutarem esse? sicut in Andreæ Martyre, quem diximus, & in Damasceno Theologo apud Græcos probatissimos clarissime cernimus, qui ambo suis exemplis hanc veterem inuocandi consuetudinem obseruarunt, & diuinis quoque miraculis in se comprobatam experti sunt, aliisque publicè commonstrarunt. Libet autem Claudij Roilletij carmen adscribere, quo ille factum in Damasceno miraculum est succinctè complexus:

Confirmatio historiæ à relicta lineola circã manum abscissam Damasceni.

Miraculũ hoc non sine fraude à Nouatoribus, præteriri, Epilogus capitis

Dextra Damasceno, quæ quondam scissa, Leonis
Procurante dolo suppositaque manu,
Christiparæ auxilio sic reddita sana precanti
Atque aptata suo, stella erat vnde, loco:
Scriberet vt posthac citius melliusque magistque
Vnum qui in triplici numine numen habet.

CAPVT VIGESIMVM.

Quomodo Theophilus Oeconomus Ecclesiæ & Maria Ægyptiaca, cum Deiparam sedulo inuocassent, è summis facinoribus ad veram pœnitentiam peruenerint, ac offenso Deo non sine miraculo fuerint reconciliati. Item de muliere Landunensi in mediis flammis conseruata. Hildephonsum Episcopum Toletanum singulari Mariæ munere cohonestatum, & Rupertum Tuitiensem illa precante diuinitus illustratum fuisse: ac de pluribus aliis miraculis, non solum ad bonorum consolationem & vtilitatem, sed etiam ad malorum & hostium terrorem atque punitionem per Mariam editis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VONIAM de Mariæ miraculis tractare sumus exorsi, agè plures minimèque suspectas, aut ambiguas historias inducere pergamus, quibus non modo veterum in Deipara inuocanda studium & ardor comprobetur, sed eiusdem etiam inuocationis diuinis miraculis obsignatæ certa & euidentia testimonia magis magisque fulgeat. Cum Cæsar Iustinianus rerũ potiretur, Theophilus quidam in oppido Ciliciæ Adana Oeconomus, siue vt alij vertũt, Archidiaconus Ecclesiæ fuit, multis quidem ille gratus, & Episcopali munere, quod tamen constanter detrectauit, dignus existimatus. Qui ab æmulis immerito accusatus, & de officio Oeconomiæ deiectus, in eam animi impotentiam adeoque impietatem deuenit, vt hortatori Mago Iudæo morem gerens, Christum Dei filium ac matrem eius Mariam data syngrapha turpissime abnegaret, seq; totum imperio Satanæ, qui se videndum obtulerat, traderet atque manciparet. Quid hic faceret miser tam nefarij criminis iam sibi conscius? Totus animo perturbatus, vt nusquam ferè posset consistere, quũ irato Deo se Dæmonis esse mancipium cogitaret, mutato consilio, tandem ad sanctissimam Dei Matrem sibi confugiendum duxit, ac templũ ei sacrum petiit, inquo suas preces ac supplicationes cum multa ieiunatione coniunctas, noctes ac dies indefesse consumpsit, magnúmque veræ pœnitentiæ specimẽ edere cœpit. Quod si Theophilum ipsum Mariæ supplicantem libet audire, his quidem verbis, vt legimus, illam compellauit: Domina mea benedicta & defensio generis humani, portus & protectio eorum qui ad te confugiunt: Scio ô Domina mea Deiparens, quod te valdè offenderim, & ex te natum Deũ nostrum, nec sum dignus consequi misericordiam.] Ac rursus: Quomodo audebo Domina mea benedicta ego, qui sum indignus & miser, aperire labra, quum os habeam sordidum & luto inquinatum?] Nec multo post: Cum hac intensa, & quæ ex tota fit anima confessione rogo sanctissima Domina: offer me Christo, qui natus est ex te sancta & mundo desiderata Deiparente, & ne abominetis me felicem, ne despicias preces meas peccatoris, qui fuit correptus à maligno inimico.] Pergit interim anxius homo preces tristissimas fundere, faciem suam verberare, solo adhærere, templum Virginis, in quo isthæc fiebant rigare lachrymis, in ieiunio perseuerare, tum in propositam imaginem, quæ se illic offerebat venerandæ Virginis æstuans intueri: Te, inquit, habeo post Deum protectionem & defensionem, Domina mea benedicta: ad tuum intuens auxilium & gubernationem, non faciam irrita ea quæ tibi sum pollicitus. Scio enim, scio, ô benedicta, post Deum non esse aliam hominum defensionem, nisi te solam, ô Deiparens. Quis enim, ô Domina mea, sperauit in te, & pudore est affectus? Aut quis hominum fideliter omnipotentem tuam negauit opem, & fuit vnquam derelictus? Reuera nullus vnquam.] Quid multis? Theophilus quadraginta dies in hoc Mariæ templo perdurans, nullumque orandi & plorandi lamentandique finem faciens (tantus in illo feruor erat pœnitentiæ) demum opitulante sacra Virgine suam scriptam & consignatam Diabolo syngraphaṁ, qua Christianismum abiurauerat (mirabile dictu) recepit, in Dei gratiam rediit, peccatum est vltro confessus, & post pœnitentiæ fructus dignos editos etiam Ecclesiæ per Episcopum publicè reconciliatus, eò demum peruenit, vt ob vitam sanctè actam catalogo Sanctorum sit ascriptus, ac solennis eius memoria quarto Februarij quotannis in Ecclesia celebretur. Tantum valuit Mariæ apud Deum petita & obtenta intercessio.

Historia de Theophilo Oeconomo qui abnegata fide se dæmoni obstrinxerat & ex qua causa.

Theophilus ad Mariæ templũ procurrit atque vt offensa Deo reconcilietur per pœnitentiam, Mariam inuocat sedulo.

Restituitur Theophilo syngrapha data diabolo traditita, vt signum habeat expressum, sibi peccata esse remissa.

ATTINGVNT hanc historiam quoque Centuriatores, sed rem adeò frigide narrant, nullum vt Mariæ honorem deferre dignentur, studio videlicet veritatem supprimentes, quam tamen, nisi sint prorsus impudentes, negare non possunt. Confirmat narrationem Metaphrastes, & probat illam ex Eutychiano Patriarcha Constantinopolitano, qui se in eiusdem Theophili ædibus natum, eiusque familiarem, imò & dictæ historiæ testem oculatum fuisse testatur. Et inter cætera hoc addit elegantèr: Canamus ergo nos quoque, ô dilecti, cum Theophilo intense hymnum eius, qui tam misericorditer exaudiuit pœnitentiam illius, quæ ad ipsum accessit per intercessionem intemeratæ Deiparentis, quę est hominibus pons ad Deum, spes eorum qui spem abiecerunt, refugium eorum qui sunt vexati: quę humanæ naturæ sustulit maledictum, vera porta, quam peccatores pulsamus, & sæpè aperitur, & offert nostras preces Deo nostro, qui ex ipsa natus est, & accipit peccatorum nostrorum remissionem.] Tùm præter [a] Honorium, [b] Antoninum, aliosque plures Petrus Damianus, qui non vulgaris est scriptor, eadem agnoscit historiam: sicut ex hac sequenti eius oratione colligi potest: Quid tibi, ait, negabitur Matria, cui negatum non est, Theophilum de ipsis perditionis faucibus reuocare? Infelicem animulam, totum illud quod in tefactum est, proprio charactere denegantem, de luto fœcis & miseriæ subleuasti. Nil tibi impossibile, cui possibile est desperatos in spẽ beatitudinis releuare.] Nec dissimilis est locus apud Gregorium Nicomediæ Archiepiscopum, vt qui matrem Domini hoc sermone compellat: Nihil tuæ resistit potentiæ, nihil repugnat tuis victibus, omnia cedunt tuo iussui, omnia tuo obediunt imperio, omnia tuæ potestati seruiunt.] Verum ne hæc dicta in calumniam rapiantur, dextre quidem illa & commode sunt accipienda, vt & anteà non semel monuimus, præsertim ne diuina omnipotentia Virgini matri attribuatur, vtque semper meminerimus quicquid beneficij Maria præstat mortalibus, eam non per se conferre, sed diuinitus impetrare, nihil que illam sine Deo vel posse, vel elargiri, eo autem authore ac duce posse omnia. Si enim iusto in terris credenti omnia sunt possibilia, sicut Veritas ipsa testatur, cur non matri Domini amplissimum fidei fructum in cælis possidenti tantundem attribuatur? Habet illa, & præ cæteris beatis habet mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superefluentem in sinu suo reconditam: vt hinc etiam, si cum Bernardo loqui fas est, dare hominibus dona possit, sed non sicut ille, imò duce & præstante illo, de quo scriptum legimus: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Etenim non solum his qui conferunt, sed etiã qui procurant, & qualicunque ratione impetrant nobis beneficium, idem etiam dare vel conferre dicuntur, magnasque illis gratias meritò agimus. Ad hunc modum [a] Germanus Patriarcha dixit, Mariam

Integram eam fuisse historiam Eutychianam quam Centuriatores inuadunt.

Eutychius in Eliomenon de virgine Deipara, quæ illa nobilis excidit.

Mariam compellans: Exaudi meas precationes, miserere meorum luctuum: & excipe meos fletus, miserere mei flexa meis lachrymis: te moueat mei misericordia. Tum [b] Gregorius Nicomediæ Archiepiscopus: Tu, inquit, ô Dei genitrix, ne despicias preces eorum, qui semper petunt: præbe manum laborantibus: opem fer eis qui agitantur tempestatibus.] Sed & Ephrem ante annos mille ducẽtos Mariam affatur: Tu portus procella vexatorum, solatium mundi, carcere clausorum liberatrix celebertima. Tu meus portus, ô Virgo inuiolata, & præsens auxiliatrix.] vt alia præteream.

[a] In vita sanctiss. Dei genitricis in Templum ad dulle.

[b] In Oratione de exitu Deiparæ, quando in sepulchro fuit ablata.

In Gratiam Virginem.

EANTIGITUR morosi quidam, & nauseabundi respuant Ecclesiæ voces, quibus tot seculis Maria hoc modo compellatur: Solue vincla reis, profer lumen cœcis, mala nostra pelle: nos culpis solutos, mites fac & castos. Vitam præsta puram, iter para tutum. Hæc enim omnia, & id genus similia, sicut Iodocus Clichtouæus non vulgaris Theologus rectè interpretatur, intelligenda sunt, vt verba eius repetam, à sacratissima Virgine per nos expeti, non quidem, vt illa tanquam primaria largitrix conferat, sed vt eadem nobis à Deo præstari suis precibus impetret. Similiter cum in oratione illa eandem supersanctã Dei matrem carmine cõstructa: Alma redemptoris mater, quæ peruia cæli, in fine oramus: Sumẽs illud aue, peccatorum miserere, non planè exposcimus, quod misericordiam nobis peccatoribus tanquam præcipua illius & prima dispensatrix impendat, quandoquidẽ id solius Dei est proprium, sed quod nobis à Deo sua intercessione miseric. ordiam impetret. Et ita quotiescunque consimilis formæ & generis supplicationes ad Sanctos longo vsu approbatæ nobis occurrunt, non protinus improbãdæ sunt aut damnandæ, sed ad pium aliquem & sanum intellectũ reuerenter adducendæ.] Ne verò sine Scripturis Ecclesia sic dicere, vel Orthodoxi cantare videantur, idem prudenter adiungit: Enimuerò, inquit, illa ipsa quæ per alios Deus in nobis operatur, illi per quos Deus agit, in Scriptura sancta etiã agere dicuntur, quod sint ad eandem quodammodo cooperatores. Vt de credentibus in Christum dicit ipsa Veritas: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quoniam per eos Christus erat miracula facturus. Et Apostolis post resurrectionem dictũ legimus à Christo: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: quoniam per eos tanquam ministros Deus erat peccata dimissurus, qui per Prophetam dicit: Ego sum qui deleo iniquitates vestras. Haud aliter, quæ alij nobis sua intercessione impetrant à Deo, nobis eadem præstare dicuntur, quod ipsis deprecatoribus ea obtineamus. Quemadmodum de iis, quibus erogata fuerit à nobis larga manu eleemosyna, dicit sacrum Euangelium: Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superefluentem dabunt in sinum vestrum quoniam futuri sunt pro nobis intercessores, vt à Deo nobis conferatur amplissima merces. Rursum de iisdem dicit Dominus in alio eiusdem Euangelistæ loco: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.] Sedenim qua ratione amicos nobis de mammona iniquitatis paramus, qui nos in æterna tabernacula recipere possint (sic enim idem Clichtouæus colligit) eadem Sanctos, quoniam rogant Dominum, vt in domum gloriæ suæ nos assumant,

Quomodo accipienda sint verba quædam Ecclesiæ fulcientia, ueth. à Maria petuntur mutata Deo dari congruentia.

Lib. 2. de veneratione Sanctorum, cap. 5

Non statim damnandum id Sanctis petere ea, quæ à Deo petenda Canon & Scriptura moneri videantur oportere.

Ioan. 14

Maria & Sancti nobis precibus dare dicitur, quæ precibus à Deo.

Ioan. 20

Esa. 45.

Luc. 6.

Luc. 16.

& quia nostræ in cælum receptionis coadiutores existunt, hanc etiam appellationem accipere posse videbuntur, vt in atria cælestia nos recipiant & assumant. Iure igitur illos ego miseros, Deoque & Mariæ ingratos homines dixerim, qui oblatum vtriusque beneficium nolunt agnoscere, ac potissimum singularem illam Dei erga nos munificentiam sapientiamque vel negligunt, vel contemnunt, per quam fieri solet, vt plurimi cum Theophilo grauissimorum criminum onere grauati, ne in æternum pereant, sacrosancta Virgine intercedente, ad pœnitentiæ portum ex mediis veluti peccatorum fluctibus emergant, & Satanæ Tyrannide, simúlque cum corporis, tum animi periculis liberentur, ac multa etiam diuinæ gratiæ beneficia subindè cõsequantur.

Misericordes & ingrati Deum & Mariam gratiam nobis referentem non agnoscũt, nec amplectũtur.

HVIC Theophilo, qui Iudæo nimium credens, Christianismum impiè abiurarat, ac Dæmoni se totum obstrinxerat, Mariam Ægyptiacam verèq; peccatricem adiungamus, vt Dei gratiam vtrique sexui per Mariam fauere, & antiqua suæ virtutis miracula renouare certius innotescat. Nouatorum calumnias non moramur, à quibus candida sæpè in atra vertuntur: nos sequentem de Maria historiam non possumus non amplecti & magnificare, quod illam à Paulo Diacono scriptam, & in Concilio Nicæno secundo repetitam, multorumque Doctorum testimoniis confirmatam habeamus: adeò, vt eandem Centuriatores etiam sub Valente & Valentiano gestam esse non diffiteantur. Atque, vt breuiter agamus, Maria hæc Ægyptiaca, multis annis, velut Veneris victima, impudicitiæ frena laxarat, suumque corpus vagæ multorum libidini turpiter prostituerat, priusquam ad templum Hierosolymitanũ, quod ob Dominicæ Crucis reuerentiam sacrum erat ac celebre, religionis ergo proficisceretur. Quum verò cerneret, se ab huius templi ingressu, non semel, nec obscure, ac omnino diuinitus prohiberi, prioris vitæ turpitudinem agnoscere & deplorare cœpit, fêque ad Deiparæ imaginem, quæ templum ingressũris occurrebat, non sine pudore conuertit, atque ita cum lachrymis dixit: Domina Virgo, quę Deum verum genuisti, corpus habens & animam mundam & immaculatam, adiuua me solitariam, & nullum habentem adiutorium.] In Synodo Nicæna sic eadem esse precata legitur: Quandoquidem, vt audiui, propter hoc Deus, quem tu genuisti, homo factus est, vt peccatores ad pœnitentiam vocaret: auxiliare mihi, soli, & non habenti, qui mihi suppetias ferat.] Vt reliquam orationis partem prætermittã. Adiecit deinde promissionem, se posthac omnibus mundi illecebris carnisque delitiis renunciaturam, ac totius vitæ cursum in melius commutaturam esse, modo templum hoc ingredi, ac offenso Deo reconciliari posset. Quæ postquam sine impedimento in templum ingressa, opémque Virginis sibi præsentem experta est, iterum atque iterum MARIÆ sese commendauit, vt ad votum explendum propitia porrò & custos sibi esse vellet. Inde verò digressa, ad veteris vitæ sordes nunquam rediit, sed mundi & carnis blandimentis ac voluptatibus ex animo repudiatis, in vastam eremum contendit, vbi vitæ prioris labes contractas magna vitæ seueritate suscepta, & dignis pœnitentiæ fructibus editis diluit, frequenter solita Virginem inuocare. Tibi quidem, inquit, ô bonarum rerum amatrix Domina, quæ tantam mihi præter meritum

De historia Mariæ Ægyptiacæ, quæ per Mariam adiuta, & ad meliorem vitam conuersa, pœnitentiæ speculum imputidicis omnib. præbuit.

Mariæ Corpus & anima expers omnis maculæ.

Actione 4.

Votum Mariæ Ægyptiacæ de vita corrigenda.

Maria hæc in deserto pœnitentiam agit.

Mariæ Ægyptiacæ ad Deiparã precatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

humanitatem exhibuisti, preces meas nec reiecisti, gloria. Tu verò me, quo placuerit, ducito: esto mihi salutis magistra, mihi viam, quæ ad pœnitẽtiam ducit, indica: Domina Deipara, ne me derelinquas.] Ac sub huius quidem Patrocinio eum vitæ cursum solitaria tenuit, & ad annos vsq; quadraginta septem absoluit, omnium ferè tentationum & diabolicarũ infestationum accerrimis vexata spinis, vt impudicis & viris & fœminis, si ad emendationem viuendi disciplinam adspirent, pœnitentiæ speculum & exẽplar illustre præbeat, digna etiam, quæ cum Magdalena Euangelica peccatrice, ab omni Ecclesia quotannis festo proprio decoretur. At rursus hic obstrepunt Centuriatores, qui cum præsentis historiæ fidẽ abrogare nec possint, nec audeant, tamen Deiparæ cultum in ea præcipuè reprehendunt, ac fabulosum videri volũt, quod hæc mulier beneficio Marię Virginis ad meliorem frugem conuersa, oraculis admonita, per omnem vitam gubernata, & cõtra mille tentationum laqueos mirabiliter protecta sit. Tã ægrè concedunt viri boni, Christum in Matre celebrari, & Mariam castissimam impudicissimæ, honestissimamque flagitiosissimæ Mariæ ferre suppetias, & diuinam gratiam illi ad benè beatéque viuẽdum impetrare.

Luc. 7 Cent. 4. cap. 10.

Centuriatores inique iudicant de historia huius Mariæ Ægyptiacæ tuum Deiparæ honorẽ sur tipientes.

ATQVE hic mihi venit in mentem alterius mulieris, quam si non nomine, at reipsa, ob commissum nempè homicidium, peccatricem quoque fuisse necesse est: vixit autem circa annum Domini 1094. hon procul ab vrbe Laudunensi. Hæc arcanum homicidij crimen à se commissum in exomologesi detexerat Sacerdoti, quod quum resciuisset Magistratus, flammis ardentibus illam tradi, & ad supplicij locum morituram abduci imperat. Hæc ad supplicium ducta, fortè per Deiparæ templum itoc habuit, & in eo quum coram populo vniuerso de commisso scelere confessa fuisset, Virgini Matri magna fiducia supplicauit, seque totam eius patrocinio cõmendauit. Hinc digressa, & iam in ignem semel atque iterum iecta, tantum Dei & Virginis beneficium sensit, nihil vt ab igne, quamuis copioso ac vehementi, caperet detrimenti: imò non modo carnem, sed vestem etiam ab omni flammarum iniuria seruauit semper illęsam. Quare quum admiratio ingens animos populi occuparet, ad dictum Mariæ tẽplum cursitatum est, vt vna cum bona muliere Deo & Virgini gratiæ agerentur, tantúmque miraculum ad Virginis inuocationem gestum, communi omnium lætitia celebraretur. Testem huius historię Sigebertum habemus, quod si miracula miraculis addẽda sunt, quibus Mariæ cultores ornat Deus, equidem præterire non possum, nec debeo Idelphonsum, quem & alij Alphonsum & Hildephonsum appellant, virum non modo vitæ sanctimonia excellentem, sed etiam doctrinæ præstantia percelebrem, qui suo seculo Hæreticos ex Hispania profligauit. Fuit is Toletanus post beatum Eugenium Archiepiscopus ante nongentos annos, & in Maria quidem colenda, publicéque prædicanda perquam studiosus: quemadmodum pia eius monumenta testantur. Quare cum aliquando manè multis comitantibus ad altare progrederetur, mirum dictu, sacrosanctam Virginem sibi apparentem habuit, & in Episcopali cathedra sedentem vidit, sibique blãde loquentem audiuit, sed & vestem sacram, velut diuinæ gratiæ & fauoris singularis pignus & obsidem, qua porro in faciendare diuina vteretur, sibi ab illa donatam accepit. Qua de re tota loquitur Hispania, scribit & Iulianus Pomerius, Ecclesię dictæ Diaconus, monet præterea Rodericus Archiepiscopus Toletanus, & repetit demum Ioannes Vasæus Brugensis.

In Chronico.

Mulier laudunensis, per Mariã in medijs flammis illęsa conseruatur.

Miracula de S. Hildephonso, cui apparens Deipara vestem quoque donat.

In Sbornic. cent. 12.

NEC prætermittam Rupertum Germanum, eumque Abbatem Tuitiensem, qui cum primum ingenio se tardum, & ad sacra discenda parum idoneum cerneret, opem sacræ Virginis singulari studio implorauit, vt hanc naturæ difficultatem superare, ac felices in sacris literis progressus facere posset. Cui Virgo Mater nocte apparens promittit & præstat, quod ille tantopere cupiebat, ac proinde, tam excellenti deinde gratia scientiáque illustratus est, vt inter Germanos Theologos eminuerit, ac similem ætas illa non tulerit: qui & viuus & mortuus multis claruit miraculis, sicut Trithemius aperte testatur. Nec ingratus ille fuisse videtur Virgini, quam in suis monumentis libenter extollit: præsertim si commẽtarios eius in Cantica, & opus de diuinis officiis consulamus. Quanto autem ille prædentior cautiórque fuit, Vdone Magdeburgensi? qui & ipse quum adolescens rudis & indocilis foret in schola, Mariam admodum beneficam senserat, ac suis precibus ad illam anxiè fusis magnam ingenij lucem, ac doctrinæ laudem fuerat consecutus. Prædixerat autem illi Virgo Mater, quod non solum ad eruditionem, sed etiam ad Episcopale munus progressurus esset, sedulóque monuerat, ne huiusmodi donis acceptis ingratus abuteretur, fore alioquin, vt irato numine graues pœnas lueret suæ improbitatis. Cœpit igitur ingenio esse feliciore, tantúmque profecit in literis, vt suos commilitones doctrina superaret, ac eam nominis authoritatem paulatim sibi comparauit, vt ad Magdeburgensem Episcopatum administrandum præ cæteris dignus iudicaretur. Qui tamen honor illi non parum obfuit, ac vitæ auxit licentiam, vt etiam nefariis voluptatibus se dederet, vitamque prorsus obscœnam & infamem duceret, immemor videlicet eorum, quę mater Domini iampridem præmonuisset. Igitur cum peccandi finem non faceret, in grauissimum Dei iudicium incidit, & inaudito modo, horrendaque prorsus morte turpissimam vitam conclusit, Henrico secundo, vel, vt alij volunt, tertio Cæsare, rerum potiente. Meminit historiæ Nauclerus, aliíque plutibus rem explicant.

In Prato spirituali, ca. 46

Rupertus Tuitiensis, fidus Mariæ prædicator, docile ingenium, & diuinum munus gratiæ.

In libro de Magnitudine Hierusalẽ.

Vdo Magdeburgensis Archiepiscopus Mariam multis beneficijs prosecutus, nec tamen ingratus, ob nonnulla illicita, flamma diuina punitus.

NEQVE multis agam de illo Theodoro, qui cum Imperatoris Heraclij frater esset, Deo per intercessiones nostræ Virginis opitulante, ingentem Barbarorum exercitum paruâ manu conscidit, a Paulo Diacono asseuerante. b Marsilium Ficinum, vtpotè clarissimum sui æui Philosophum, tacere non possum, qui de multis miraculis per Mariam tum Laureti, tum Florentiæ, tum alibi in Italia sæpenumero editis copiosè disserere potuisset, sed hæc duo quæ subiiciam, vt suo seculo compertissima, scripto duntaxat complexus est. Audiui equidem, inquit, nonnulla nostris sæculis, atque etiam in vrbe nostra Florentina mirabilia contigisse, sed quædam occultiora. Illud certe multis hominum millibus, qui & viderunt & adhuc viuunt manifestissimum, quod Anconæ anno Domini 1470. factum à multis fide dignis accepimus. Puella quædam propter pessimam quandam neruorum contractionem

Theodosius Imperator Mariæ deuotus.

a Lib. 11 hist. Eccles. cap. 6.

b Lib. 3 de vita sua, cap. 22

à primis incunabulis gradiendo natibus pro cruribus vtebatur. Prætereà Bidellus Florentinus propter faucium pectorisque contusionem multos annos loqui nihil potuit. Ambo cum D. Mariæ eodem in loco suppliciter se cõmendassent, sani prorsus euasserunt. Omni populo multis annis noti erant infirmi, & posteà iam quatuor continuè omni populo sani.] Quis autem vel numerando percenserе, vel oratione vlla consequi posset, quas, quales, quantasq; virtutes per Matrem suam benedictam Christus Dominus passim effecerit: primum quidem in Palæstina, deinde in Orientali, tum in Occidentali Ecclesia, ac postremo in orbe nouo: quemadmodum scriptores rerum non leues, & omnibus obuij Codices, bonafide descripti manifeste declarant? Neque Prouinciam vllam extare arbitror in orbe Christiano, in qua vtriusque sexus homines Mariam gratiæ & misericordiæ Matrem non cognouerint, adeóque certis miraculis & egregiis documentis non habeãt exploratã. De Catholicis autem Prouinciis loquor, præsertim quæ in Hispania, Italia, Sicilia, Lusitania, Polonia, Germania, Gallia, nondum antiquam (vt sic loquar) exuere cogam, quæque cum Galatis ab accepto primum Euangelio in aliud nescio quod, sese transferri non sustinuerunt, indignæ alioquin futuræ, quibus Christus Dominus per Matrem suã contemptam, vel Hæreticorum aspergine commaculatam, solatium aut præsidium, beneficiumue vllum in miraculis exhiberet. Equidé singulares Deo gratias ago, qui multis me annis in Bauaria fouit, vt inter vigentis illic Orthodoxæ religionis Professores atque Assertores degerem: ac oratione nulla cõprehẽdi potest, quantopere hęc prouincia reliquos in Germania omnes auitæ fidei syncerитate præcellat, quam studiosè Matrem Domini veneretur, quã crebra insuper miracula, nec vno quidem in loco, præsertim autẽ Oetingæ & Duntenhausij, per Deiparam Bauari experiantur.

De duobus hominib. Ancoræ per Dei Param mirabiliter & integre restitutis.

Mariæ miracula quæ passim comigerũt in numera & inexplicabilia.

Galat. 1

Bauariæ laus & miracula Virginis in ea uaria etiam frequentia.

Exquibus non obscurè liquet, quanto fauore, & quibus beneficiis illos prosequatur Deus, qui sanctissimã Virginem ritè colunt, & eius opem conuenienter implorant: suam enim erga illos gratiam irrefutabilibus sæpè miraculis comprobat. Nunc illud etiam quibusdam astruamus exemplis, eundem iustam Iudicem Deum horrendis modis in eos animaduertere, qui debitis Mariam fraudant honoribus, & vel conuitiis, vel blasphemia eandem impiè insectantur. Vbi primum se nobis offert nefarius ille Nestorius, qui cum hostile bellum aduersus Deiparam instituisset, vt liber tertius exposuit, adeò nõ impunè tulit tantam audaciam & procacitatem, vt fuerit à toto Concilio Ephesino anathemati perpetuo traditus, ab Imperatore Theodosio in exilium actus, Episcopatu suo Constantinopolitano planè spoliatus, ac demum coactus in exilio vitam absoluere calamitosam. Sed & blasphemam eius linguã miri carnifices corrasere vermes, & si non corpus, nefandum nouæ impietatis organum, à terra dehiscente absorptum, certè anima eius ad inferos vsque detrusa, meritas blasphemiæ pœnas luit. Et quoniã Nestorij mentio hic incidit, aliam ex Mosco Euiratо narrationem attexam, vt clarius constet, insignem illum Mariæ hostem etiam post mortem suam viuis ac superis meritò detestandum haberi. Abbas Cyriacus, qui & Lauræ Calomonis Presbyter eximius fuit, de seipso testatus est, quod aliquãdo mu-

De miraculis circa Mariomastigas præfatis, & primum de puniro Nestorio.

Vir sanctus à Deipara reprehensus, quod Nestorij libros licet ignorãter domi sua seruaret.

Scripta Nestorij & similium non retinẽda, sed abijs cienda & exurenda esse.

Alterũ exemplum de Constantino Copronymo Cæsare obiectam sibi Mariæ iniuriam horrendã, & flagitio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Martium exēplum de puna ex quibusdā ro nostratibus, Mariam impie prosciendentibus.

nisi inter comportandum consiliis in Mariam iactis impune certarent. En verò tibi æquum in Mariana causa vindicem Deum, qui præcipuos huius nefariæ concertationis authores, vt ne vnus quidem saluus euaserit, potenter arripuit, prostrauit, oppressit, deleuit, rectáque ad inferos misit perpetuò excruciandos. Hospes autē & dominus ædium, in quibus blasphemi cōfederant, ab hac diuina punitione vix mānsit immunis: præsertim quod is conniuentia potius, quam vt cæteri, ex destinata malitia deliquisset. Cui nona multo post nocte dormienti Dei mater astare visa est, illique in memoriam reuocauit, quod blasphemos illos conuiuas in suis ædibus indignè tolerasset. Tū ille miser supplex illi esse, veniámque delicti petere: & ne tam cito morte mulctaretur: sed vt tempus ipsi pœnitentiæ relinqueretur orare. Virgo B daturā se hoc ei, neque in præsentia ipsum ita morte pœnas luiturum promittere: vimine autem, quod manu gestare videbatur, genua eius circumcirca velut exarans circumscribere. Id vbi factum, sacra Virgo quidem nō apparuit amplius, sed ille somno discusso membra ex quæ vimine notata fuerant, à reliquo corpore disiupta statim inuenit, & recentem inde sanguinem sensit profluere. Igitur in publicum productus miser, fœdo & miserando habitu corporis non minus quam oris sui testimonio veritatem publice confirmauit, hocque iustum Dei iudicium omnibus promulgauit. Historiam ex Nicephoro mutuati sumus. Cum hoc miraculo planè congruit, quod Moscus Euitatus in suo Prato, Heliopoli, quæ Phœnicis est ciuitas, refert accidisse. In hac, inquit, Mimus quidam erat, Gaianus nomine, qui in theatro sanctam Dei genitricem blasphemans, populo spectaculum blasphemiæ præbebat. Apparuit autem illi sancta Dei genitrix, dicens: Quid tibi mali feci, quia coram tanta multitudine mihi detrahis, & blasphemas me? Ille verò surgens, non solum non se correxit, verum etiam plus blasphemabat. Rursus ergo apparuit illi sancta Dei genitrix, corripiens eū, ac dicens: Noli, quæso, noli ita lædere animam tuā. Ille verò rursum deterius illam blasphemabat. Vnde ipsa tertio apparens, eadem repetebat. Cùm autem se ille non corrigeret, sed plus quoque blasphemiis adiiceret, meridie dormienti sibi Virgo apparuit, nihilque dicens, digito solo signauit eius manus & pedes. Euigilans autem, inuenit se truncatum manibus & pedibus. Atque ita infelix, vt trūcus inutilis iacens, confiteretur omnibus, cuius rei gratia, & D quomodo hoc passus esset, vtque propter blasphemias suas clementer cruciatus fuisset.] His affine est quod Vincentius Beluacensis adfert: quendam apud Lassentiam vrbem, cum in taberna luderet tessera, ludumque sibi inauspicato videret cedere, benedicto ventri gloriosæ Virginis Matris maledixisse, & mox illum eodem loco subita & horrenda morte luisse pœnas, à quibus ad æternum supplicium haud dubiè raperetur. Nunc Euagrium quoque, & suffragantem ei Nicephorum audiamus.

Grauiter punitus Hospes ab apparente Maria quod blasphemos conuiuas domi suæ tulisset.

Lib. 18. hist. Eccles. ca. 33

Cap 43

Gaianus Mimus ob suas in Maria blasphemias semel & iterum monetur, grauiterque punitur.

TIBERIVS Cæsar, qui proximè antè Mauritium regnauit, Imperialis Palatij Præfectum habuit, virum in cæteris excellentem, sed Anatolio in Christum & Matrem eius contumelioso malè fauentem, vt causam eius defendere videretur. Fassus autem est

De Præfecto Tiberii Cæsaris à Maria correpto, quod blasphemo faueret.

A hic Præfectus, vir minime vanus, sibi Deiparam apparuisse, & secum grauiter expostulasse, his ferè verbis: Quousque tandem Anatolium propugnas, qui tam impudenter supraque modum in me & Filium meum illudit? Hic enim Anatolius, vt paulo fusius historiam explicemus, quum Antiochiæ versaretur, nefandis Deorum sacrificiis deditus, & maximis quibusque flagitiis coopertus, neque minus in diuina mysteria blasphemus fuit, quem ideirco Cæsar in vincula coniici, & ad se Constantinopolim adduci iusserat. Fortè tunc accidit, imaginem sacræ Virginis ex funiculo pendere in carcere, quo conclusus erat idem Anatolius: in hanc igitur ille tot scelerū sibi conscius oculos coniicere, & coram ea supplici-ter orare, veniamque petere, & externo quidem corporis habitu animi pœnitentiam simulare: sed vt ea hypocrisi & ficto animo superos fallere minimè posset. Cæterum à Præfecto carceris aliisque multis, qui in custodia tunc aderant, est animaduertum, Deiparam in imagine dicta expressam, velut iratæ mulieris similem, auertisse vultum, ac nullum Anatolij precibus tribuisse locum: quasi blasphemum & execrabilem hominem prorsus auersaretur. Sed & eadem imago pijs in vrbe aliis eodem tempore per visum oblata est, multis in eo tandem cōspirantibus, vt Anatolij tum in Mariam, tum in Christum ipsum valde contumelioſi horrenda impietas publicè vindicaretur. Proinde visum est omnibus, hunc facinorosum ac impium è medio tollere, qui bestiis expositus, ab iisque deuoratus fuit: lupis etiam inaudita crudelitate in mortuum grassantibus, quoniam rapaces bestiæ cadauer impij detrahere, rapere atque C diſcerpere voluerunt. Hæc veteres miraculorum loco habuerunt, ac velut diuini iudicij certa testimonia reputarunt: e quibus perspicue constat, Mariomastigas non impune peccare, honorem verò sacrosanctæ Virginis Deo esse curæ: vtpote qui eius iniuriam grauissimè vindicet, ac vieissim pios eiusdem cultores multis magnisque muneribus libentissimè prosequatur. Vnde Nicephorus postquā primum à nobis recitatum exemplum de punitis Mariomastigis produxisset, significanter adiunxit, eodē tempore multos, qui hoc audissent miraculum, laudes Deo decantasse, ac Matrem Domini celebrasse, quæ ita semper Christianorum genus tueretur. quæque nouo quodam modo affectionem erga nos suā, quamuis præter naturam eius sit, vt quenquam puniat, vi quadam adacta ostenderet, vt scilicet religio D nobis stabilis & firma esset.] Sed, bone Deus, quam hodie multos habemus Anatolios, in diabolica iurandi blasphemandique arte & consuetudine perquam exercitatos, quibus etiam impune peccare licet per Magistratus, Deo interim hanc tantam indulgentiam horrendis sæpe modis publice vindicante. Vtinam verò Ecclesiastica constitutio, quæ in eiusmodi blasphemos persancte promulgata est, in Christianum vsum serio reuocaretur: ita profectò in Deum, Mariam & Sanctos linguis blasphemis multo minus delinqueretur. Sed satis hactenus pro nostro quidem instituto de Mariæ miraculis, quæ bonis maliſque contingunt: verum de Virginis eiusdem apparitionibus, quarum mentio aliquoties facta est, nondum satis.

Quid acciderit Anatolio in Christum & Mariam blasphemo Antiochiæ & Constantinopoli.

Maria Christianorum genus tueretur, iuxta Nicephorum.

Multos hodie Anatolios videmus, neque tamen castigatos.

Ne deerunt ad maledicta.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

De mortuorum apparitionibus, quæ fiunt, ritè intelligendis; & quomodo Sanctorum apparitiones à Nouatoribus indignè conuellantur. Adhæc quàm præclarè & constanter Veteres loquantur de MARIA Deipara mortalibus apparente, déque variis & excellentibus earum apparitionum effectibus, qui ad complures vtriusque sexus homines peruenerunt.

VERORVM miraculorum pars A in sacris apparitionibus, siue reuelationibus, vt vocant, sita est, quas per Mariam quoque mortalibus factas esse iam indicauimus, moxq; fusius ostēdemus, si nonnulla præmonuerimus, ad hoc difficile argumētum rectè cognoscendum opportuna, ne dicam necessaria. Principio extra omnem est controuersiam, mortuorum animas à corpore separatas ad sua loca deduci, neque inde iuxta communem ordinem ad mortales redire, aut illis amplius apparere. Quid enim homo est nisi Spiritus vadens, & non rediens? Perransit in illo & non consistit, neque cognoscit amplius locum suum: sicuti Psalmographus testificatur. Hinc probat & Athanasius, animas corpore exutas hanc vitam non inuisere, sed à communi hominum consortio segregatas manere. Et nota est firmaque sententia: Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Hoc quanquam ita sit, siue naturales animarum vires, siue communem Dei legem ordinationemque spectemus, tamen inficiari non possumus, ex Dei quoque nutu ac voluntate singulari, animarum præsertim sanctarum mirabiles apparitiones existere, quæ inter diuina miracula meritò numerentur. Etenim illæ post mortem corporis nō solum defunctis aliis cognitione præstant, vt res mortalium cognitas habeant & exploratas: quemadmodum [a] Athanasius & [b] Gregorius verbis luculentis comprobant, verum etiam per specialem Dei dispensationem viuis nonnunquam apparent, ac humanis eorum rebus interfuntilicut [c] Aquinas inter Scholasticos quidem Doctores peritissimus notat. Etsi verò censore [d] Augustino difficilis est quæstio, de qua nec ipse audet pronunciare: vtrum Sancti per se, an Angelorum ministerio viuis appareant, verior tamen est sententia, Sanctorum apparitiones per Angelorum ministeriū in terris exhiberi, & nihilominus Sanctis ipsis, quorum nomine fiunt, adscribi oportere. Sicut enim Deus, cum per Angelos sese [e] Abrahæ, [f] Moysi, [g] Dauidi iam olim repræsentauit, ac multa locutus est, iuxta Scripturam illis ipsis apparuisse, & quædam exposuisse affirmatur, vt hinc [h] Paulus sermonem Dei per Angelos dictum esse, & [i] Stephanus Iudæos in dispositione Angelorum legem accepisse pronunciet: ita Sanctos etiam apparere & loqui cēsebimus, licet personam illorum induant Angeli, & in apparitionibus agant omnia. Nā Scripturæ quoque mos est familiaris, vt rerum imagines iisdem nominibus insigniantur, quibus eædem res solent appellari. Exemplo sint Cherubim, cælestium nempè potestatum imagines, quæ ex metallo formatæ, & super arcam testamenti collocatæ, nomen ipsum Cherubim retinebant. Tùm Rex Pharao quum spicarum & boum imagines dormiēs conspexisset, nihil se aliud nisi spicas & boues vidisse testabatur. Eadem loquēdi consuetudo nobis etiam durat, qui cum pictam tabulam intuemur, recepto vulgi more dicimus: En hic Ioannes Baptista, illic Virgo Maria est, licet non nisi vtriusque personæ imaginem ob oculos propositam demonstremus. Qua de re scripsit etiam [a] Augustinus. Ad eundem modum de Sanctorum apparitionibus iudicandum est, vt sub qualicunque imagine se illi viuis exhibeant, & per ministros Angelos agant & loquantur, tamen ad Sanctos ipsos omnia referamus, neque minorem ipsis per Angelos, quam per seipsos nobis loquentibus reuerētiam exhibeamus: quandoquidem ipsorum Sanctorum nomine, nec sine certa Dei voluntate fiunt apparitiones. Et hæc multis magnisque de rebus, si animum aduertamus, nos admonent: vt potè animam hominis vna cum corpore non perire, sed potius immortalem esse: Deum viuis simul & mortuis dominari, ac peculiarem suorum habere curam: Sanctos etiam Christo capiti sese conformare, & fida erga nos charitate præditos esse, quæ sit [b] morte fortior, & [c] nunquam excidat: ideóque licet illi summa & cælesti beatitudine perfruantur, tamen eosdem suis in Christo cōmembris benè cupere, de illorum profectu & salute gaudere, ipsorum crebrò meminisse, ac de ipsis demum benè mereri velle. Alioquin nisi Sanctorū animæ cum nostra etiam Ecclesia coniunctæ manerent, eorum memoria ad altare Dei non haberetur, neque Christus viuorum & mortuorum dominator esset, quemadmodum Augustinus perite ratiocinatur.

PORRO ne quem fallant eiusmodi apparitiones, magnus in illis delectus habendus est, vt Apostolicus ille Canō imprimis obseruetur. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint. Etenim callidissimus simul & teterrimus Satan, sicut in Angelum lucis sese transfigurat, sic etiam humanam formam induere, & Sanctorum personam simulare potest, eóque ipso simplicibus & incautis frequenter imponit. Hinc multi fuerunt olim, & sunt etiamnū fanatici homines & ἐνθουσιασταὶ, præsertim inter Anabaptistas & Suenckfeldianos, adeò cupidi & amantes nouarum apparitionum, reuelationum & illuminationum, vt illas maiorem in modum petant & expectent, multúmque illis confidant ac tribuendum putent. Nec animaduertunt isti quam ingens & rarum sit Dei donum, quod Paulus discretionem, siue, vt Augustinus legit, diiudicationem spirituum vocat, qua olim Antonius Magnus, & Martinus Turonensis, viri sanctissimi excelluerunt. Aliis hac gratia destitutis frequenter vsuenit, vt quas ipsi merè spirituales & sanctas, vel à Sanctis

Mortui ad nos non redeunt, neque viuis apparent naturæ lucet.

Lib. 2. ad Simplicianum. q. 3. & in Euangelium Lucæ. ca. 109. Psal. 77. & 102. Lib. Quæst. quæst. 11 & Reg. 14

a Li. quæstionum q. 11 b Lib. 12. moralium c. 13 c In 1. parte q. 89. art. 8 & supra 4. sentēt. dist. 45 d Lib. de cura pro mortuis gerenda c. 14 & 16.

Animarum, præsertim sanctarum apparitiones fieri mortalibus ex gratia singulari & per miraculum.

e Genes. 12. & 18. f Exod. 3. 4. 7. & c. g Psal. 131 h Reg. 7 i Hebr. 2 k Galat. 7

Sanctorum apparitiones Angelos ministe-

Quomodo ab hominibus & dæmonibus Antonius idem fuerit putatus

Quo referenda sint exempla & miracula hoc loco allata.

Lib. 8. cap. 33

Apparitionū habendū esse delectum maximè.

Cauēdam esse dæmonis fraudem in apparitionibus.

2. Cor. 12

Paucorum est discernere spiritus apparentes.

Sanctorum apparitiones magnis de rebus nos admonent.

b Cant. 8 c 1. Corint. 13

Lib. 20. de ciuita. Dei ca. 9 1 Ioan. 4 2. Cor. 11

Genes. 41

a Libr. 2. ad Simplicianū quæst. 3

Iuxta Scripturæ morem Angeli in persona DEI apparent & loquitur Iomnibus & imagines nominibus rerū, quorum sunt imagines, sæpè appellātur.

Exod. 25

Genes. 41

Genes. 41

Universidad de Deusto
Biblioteca

inductas apparitiones arbitrantur, non nisi dæmonum sint præstigiæ, vanáque spectra, nonnunquam & pestiferæ illusiones. Cui rei exemplum præbuit Vincentius Donatista, vel potius Rogatista, qui cum iuuenis ac eloquens esset, apparitione cuiusdam viri sancti, vt ille putabat, & tamen Hæretici delusus, eodem dictante contra fidem Orthodoxam calamum stringere, ac propugnare mendacium non dubitauit. Respondet igitur Augustinus, hoc dæmonum ptoprium esse opus, vt sese in hæreticos æquè sicut in lucis Angelos transfigurent. Cui rei testes esse possunt Theodoretus, aliique Montanistæ, & qui sexto seculo Byzantij se prodiderunt fanatici homines, qui mirabiles quasdam visiones iactitarunt, ac futura præsagierunt, adeoq; mundum breui collapsurum vaticinati sunt: sicut [d] Eusebius & [e] Agathius memoriæ prodiderunt. Eodem erroris spiritu agitatus Mahomet, qui sub Heraclio Cesare suę Sectæ princeps floruit, vt authoritatem sibi compararet, vxori primum, deinde aliis quoque persuasit, se in cælum raptum didicisse mysteria, simulque per Gabrielem Archangelum accepisse traditam in Alcorano doctrinam. Cæterum ex hoc vanissimo Propheta, & fictitijs apparitionibus, merisque fabulis tota pendet religio Mahometanorum.

Vincentius quidam Donatista Hæreticum pro sancto sibi habuit apparentem arte Satanica.

Lib 3. contra Vincentium Victorem de animæ & eius origine cap 2.

d Lib. 5. hist. Eccles. cap. 15

e Lib. 5. in Azoræ 63

Mahomet & Turcarum religio pendet ex falsis apparitionibus.

Sed ne longius abeamus, pericula hic duo maximè cauenda sunt: alterum, ne quaslibet apparitiones, etiam Sanctorum nomine & præsentia cõmendatas improuide amplectamur. Qui enim citò credit, leuis est corde, vt Sapiens verissime dixit: alterum, ne vicissim in bonis apparitionibus improbandis & damnandis iudicium præcipitemus. Scriptum est enim: Prophetias nolite spernere: omnia autem probate: quod bonum est, tenete. Et sunt tamen hodie complures, quibus nullum ferè apparitionum genus placet, & eas quæ Sanctorum nomine commendatæ leguntur, ad vana somnia meraque illusiones referre contendunt. Adeò verum est quod Poëta dixit: Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. Media igitur via, ne cum Nouatoribus turpiter abertemus, hic nobis tenenda, vt singularem apparitionum delectum habeamus, easque libentius approbemus, quæ veteribus iam olim factæ, & Maiorum ad nos traditione veluti per manus transmissæ, aut bonorum authorum literis consignatæ, doctorum piorumque hominum calculum meruerunt. Nihil enim in illis reperire licet, quod à fidei & religionis regula discrepet, omniaque communi sapientum Theologorum iudicio siue suffragio sunt consentanea, etiamsi de singulis Ecclesia, Synodus vel Episcopus non pronunciarit. Etenim in his rebus si nõ expressus, saltem tacitus quidam piorum doctorumque consensus sufficere posse videtur: præsertim si eiusdem generis alias apparitiones admitti atque probari constet. Vbi reiicimus Marbachij sententiam, qui apparitiones huiusmodi in Scripturis, nisi à Christo & Angelis factas hominibus, negat inuenirj. Hoc enim falsum esse, tum è Scripturis, tum è Patribus statim conuincemus. Damnamus & Centuriatores ex eo, quod mortui dormire in Scripturis dicuntur, insulse colligentes, Sanctorum animas mortalibus apparere non posse. Id enim est perinde ac si Deo Deique potentiæ præfigant terminos, vt quod secundum Scripturas quibusdam Sanctis cõcessum fuit, id ex eadem Dei virtute pluribus aliis concedi neutiquam possit. Demum Ioannem VVi-

quę apparitiones maximè sint probãdæ.

Lib. de miraculis aduersus Eisengreinium.

Cent. 1. cap. 4

Errores Nouatorum circa Sanctorum apparitiones.

In Corpore doctrinæ Christi ex nouo testamento. Luc. 16

gandum & Matthæum Iudicem non audiendos esse dicimus, qui neminem à mortuis redire probant ex eo, quòd Christus de diuite & Lazaro concionatur. Etsi enim secundum Dei legem ordinationemque communem ad viuos mortui non redeant, vt supra diximus, tamen haud sine impudentia negari potest, sicut Augustinus ostendit, quod mortui nõnulli secundum specialem Dei dispensationem vel in somnis, vel alio quodam modo viuentibus appareant, & vera quædam nuncient. Addit porrò Augustinus: Mitti quoque ad viuos aliquos ex mortuis, sicut è contrario Paulus ex viuis in Paradysum raptus est, diuina Scriptura testatur. Nam Samuel Propheta defunctus viuo Sauli etiam Regi futura prædixit. Et cum sciret, hãc Samuelis apparitionem ab aliis aliter accipi, statim suam muniuit sententiam verbis Ecclesiastici, quibus Samuelem etiam mortuum prophetasse: vel sicut nos legimus, Regi finem vitæ suæ notum fecisse ac ostendisse monstratur. Tum [a] Cyrillus Alexandrinus & [b] Anastasius Nicænus Episcopus, cùm eundem locum tractãt, Samuelis Prophetæ animam per Pythonissam eiusque arte necromantica euocatam fuisse inficiantur. Quamquam Augustinus, & cum illo Eucherius vtrunque sensum adducunt, vt Spiritus Samuelis verè & non verè à suis sedibus excitatus fuisse dicatur: verè quidem, vt idem Prophetæ spiritus se Regis Saul aspectibus ostenderit, magica potentia in hoc diuinę voluntati subseruiente, sicut & Satan Christum in deserto assumere, & vbi vellet, constituere permissus est. Non verè autem, vt phantasma duntaxat & imaginaria quædam Satanæ illusio fuerit, cum Samuel mortuus à viuo Saul videretur, eius nempe machinatione, qui se in Angelum etiam lucis transfiguret, Apostolo teste. Quare cum hoc exemplo coniungit aliud Augustinus, quod cum sit Euangelicum, nulla ratione vel reiici, vel eludi potest. Iampridem mortem suam obierat Moyses, & è terris subductus, aut potius raptus Elias excesserat: vterque tamen Christo præsentem se præbuit, & cum eo est colloquutus: sed & quibusdam Apostolis in monte illi apparuerunt. Nec minus luculentum exemplum præbent, qui cum Christo à mortuis redinitj in sanctam vrbem venerunt ciuitatem, ac multis apparuerunt, vt Matthæus Euangelista testatur. Præterea libri Machabæorum, quos non Iudæorum Synagoga, sed Christianorum Ecclesia pro Canonicis habet, vt Augustinus affirmat, clarissimè docent, quod Onias Sacerdos & Hieremias Propheta longè post mortem Iudæ Machabæo per visum sese obtulerint, eumque ad debellandos impios patriæ hostes animarint. Ex quibus diuinæ Scripturæ testimoniis vel exemplis haud obscurè constat, mortuos aliquando ad viuos mitti, quemadmodum tradit etiam Augustinus, & Sanctos viuorum aspectibus non solum in somnis, sed in vigilia etiam interdum apparere.

Magnæ est prudentiæ Sanctorum apparitiones discernere.

Lib. de cura pro mortuis gerenda cap. 9

1. Reg. 28.

Eccles. 46.

Exempla Sanctorum piarum de quibus non constat, tem apparuisse tribuenda.

a Libr. de adoratione spiritus.

Quomodo Samuel post Pythonissam euocatus, perspicue Bellarmi. Saul.

b Quæst. 3. ad Antiochum.

Matth. 4

Luc. 4

2. Cor. 12

Matth. 17

Luc. 9

Illud Matthæi Sanctos cum Christo mortuos, Nequaquam Christo coæuos fuisse.

Matth. 27

Lib. de ciuit. Dei cap. 36

Lib. de cura pro mortuis gerenda cap. 9

2. Machab. 15.

Lib. de cura pro mortuis gerenda cap. 16

Exempla Sanctorum piarum de quibus non constat, tem apparuisse tribuenda.

Iam verò, vt maiorẽ fidem his, quę porrò de Mariæ apparitionibus allaturi sumus, comparare possimus, non abs re fore putamus, si de Sanctis aliis post mortem apparentibus exempla quædam illustria, neque à sapientibus vllis refutanda, hoc loco repetamus. Habuit Christianam discipulam, & valdè sanctam Virginem Origenes, quæ pro fide pudicitiaque seruanda diris tormentis excruciata, & aliquam lictoris Basilidis humanitatem experta, se illi apud Dominum gratam fore spopondit, vt digna illi gratia referretur. Potamiena hæc dicta est percelebris Martyr, quæ cum in ignem coniecta mortem obiisset, paucis post diebus læto planè & liberali animi corporisque statu, nocte per visum Basilidi astitit, eiusque capiti coronam imponens dixit, deprecatam se esse pro eo Deum, breuique fore, vt & ipse coronę Martyrij consors efficeretur. Ac eodem modo Potamiena pluribus aliis, quos apud Alexandriam in schola Origenis condiscipulos habuerat, in somniis apparuit, illisque sequentis Martyrij coronas à Domino impetratas detulit: sicut [a] Eusebius & [b] Nicephorus tradunt.

Exempla Sanctorum piarum de quibus non constat, tem apparuisse tribuenda.

a Lib 6. hist Eccles. 5

b Lib. 5. cap. 7

Apostolorum Sanctorum apparitiones contemnunt, Philippi omnia magnificant.

Apostolos Sanctos multis apparuisse.

Lib. 5. histor. cap. 24

Lib. de ædificiis Iustiniani.

Apostolorum Principes Petrus & Paulus ita Constantino Imperatori apparent, vt simul præsens incurabilis morbi remedium indicent, eodem Nicephoro teste. Habuit & Cæsar Theodosius Ioannem Euangelistam & Philippum Apostolum, vt Theodoretus meminit, sibi apparẽtes. Quid autem Procopius de templo, quod Cęsar Iustinianus Apostolos honorans erexit: Apostoli, inquit, beneficiorum memores ad Regis honorem hominibus apparuerunt, Regis, inquam, pij & religiosi. Neque enim ab humanis negotiis recedunt Diuina, sed admisceri percupiunt, & hominum conuersatione oblectãtur.] Certè Naziãzenus mentiri noluit Iuliano Cæsari, cum de Martyribus agens, apparitiones & liberationes illis assignaret, eorumque nota miracula retineret. Testatur & Ambrosius, sanctam virginem Agnetem, non modo Constantię Imperatoris Constantini filiæ, sed & parentibus ad monumentum Martyris pernoctantibus mirabiliter apparuisse, ac piè illos admonuisse. Vidit & Vrsinus Presbyter morti iam proximus Petrum & Paulum Apostolos: vidit Probus Rheatinæ vrbis Episcopus è vita migraturus Iuuenalem atque Eleutherium Martyres ad se ingredientes: quemadmodum Gregorius Magnus testificatur. Nec dubitat [c] Augustinus asserere, laudatissimum confessorem Felicem, qui à [d] Nolanis maximè colebatur, sic illorum vrbi à Barbaris oppugnatæ adfuisse, vt ipsis etiam hominum aspectibus apparuerit, eiusque apparitionis, quam vrbis liberatio secuta est, certos testes extitisse. quid quod [e] Gregorius in vniuersum pronunciat, plerunque iustis vsuenire, vt in morte sua Sanctorum visiones aspiciant, ac eorum apparentium societate in supremo illo agone corroborentur? Prætereo alia id genus exempla plurima, veterumque præclara testimonia, qui non solum è Scripturis, suisque maioribus didicerunt, sed certis etiam documentis & experimentis probarunt, totique Ecclesiæ indubitatum reliquerunt, vt miraculorum, sic etiam apparitionum gratiam Sanctis à Deo concedi, magnamq; inde vtilitatem ad mortales sępenumero peruenire.

Lib. de veteri superstitio.

Ioannes Riuius & Philippus Melanchton aliique proceres de sacris apparitionibus loquuntur.

Valeat igitur Ioannes Riuius, qui de spectris & apparitionibus vmbrarum scribens, multa nobis vana & falsa sine candore, sine iudicio obiicit, & stultos quorundam abusus ad totius Ecclesiæ contumeliam torquet. Gregoriumverò Magnum in suis Dialogis ineptum longè ipse ineptissimus fingit, ac demum plerasque probatas tot seculis Sanctorum apparitiones in commentitia & anilia vmbrarum deliramenta probrosè transformat. Facessat & cum suo sarcasmo Melanchthon, vt cuius hoc siue dictum, siue conuitium apud Manlium legimus: *In Italia habent impurissimas & obscœnas fabulas de Maria, quæ apparuit Monachis.* Viderit autem ipse, de quibus

In Calendar. 23. Aprilis.

Exempla Sanctorum piarum de quibus non constat, tem apparuisse tribuenda.

vel Monachis, vel fabulis, & quam verè loquatur: Ecclesia certe nihil impurum, nihil fabulosum, aut obscœnum probat. Eiusdẽ farinæ sunt, quæ Vergerius, Marbachius, Golevvurmius & alij calumniatores adferunt: nimirum vt habeant, quam captandi vndique carpendi & ridendi occasionem insani Ecclesiæ delertores. An verò statim nobis imputari, Catholicúmue dici meretur, quod scriptor quispiam vel impudenter effutit, vel patum solidè confirmatum, aut à nullo legitimo censore approbatum in lucem extrudit? Mirum verò, cur ad Sanctorum apparitiones tantopere nauseant, qui præceptoris Philippi somnia, vt multi norunt, non ita pridem solebãt suspicere, quique apud eundem Melanchtonem nouas & inauditas mortuorum apparitiones legunt, in hunc fere modum: Postquam Christus morte superata reuixit, totos dies apud Mariam Domini matrem sæpe assederunt primæ illæ matronæ Eua, Sara, Rachel, Lia & aliæ: singulæ autem de suæ ætatis periculis & diuinis liberationibus: imò etiam de Filio Dei sæpe olim conspecto à primis parentibus disserunt: *Sæpe complexæ sunt*, inquit, *Mariam tanquam filiam, eique gratulatæ sunt, quod Mater esset Filij Dei, & gratias egerunt, quod in Filij passione ingentes dolores vna sustinuisset.* Alibi etiam ad hunc modum scribit: *Bene credibile est, resuscitatos esse aliquos (cum Christo) præcipuos in genere humano: vt Adam, Euam, Abel, Seth, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Dauid, Esaiam, Hieremiam, & multos alios, quia Dominus voluit habere frequentiam comitantium ipsum. Hic cogitate,* inquit, *quam læti dies isti quadraginta fuerint, (inter Pascha, scilicet, & Pentecosten) quando vere quotidie tales Sancti conuenerunt, & colloqui sunt cum Maria & Apostolis: & certe credo sæpe cum Maria collocutos esse.* Ac rursus: *Haud dubiè plura sunt testimonia, (quod Christus Dominus resuscitatus ostenderit se verè resurrexisse) quam scripta sint, quia nihil dicitur de Maria. Etsi autem sæpe Maria adfuit cum Apostolis, quando apparuit Christus: tamen credibile est, eum etiam singularia colloquia cum Matre habuisse.*

Non est Catholicum habendum, quic quid a Catholico scribitur.

Nouatores, qui Sanctorum apparitiones contemnunt, Philippi omnia magnificant.

Quales mortuorum apparitiones Philippus excogitauerit.

Vide Philippum in Euan. Ioan. & vbi historiam de resurrectione Domini tractat.

Matth. 28

Ibidem.

Hæc propterea repeto, non quod eiusmodi pias contemplationes vel damnem vel respuam prorsus, vt plerique fastidiosi in veterum libris æstimandis faciunt, sed hoc Melanchtonis exemplo libuit significare, non solum mortuorum apparitiones, sed veteram etiam corporum resurrectionem in prędictis Patribus factam, à Melanchthone nimis audacter affirmari, publicéq; tradi. Hinc præterea colligi potest, quantum Nouatores in Euangelica historia sibi permittant, quando tam longinqua petunt, & de suo aliena prorsus admiscent. Rursus hinc liquido perspicitur, quam inique isti contemnant, & tantum non pro somniis Monachorum habeant, quæ sine verbo Dei expresso interdum à nostris de Mariæ Sanctorumque miraculis vel apparitionibus adferuntur, aut etiam à veteribus pie nobis meditanda commemorantur. Ostendant interim nobis Philippiani, è quibus vel Scripturis, vel Patribus constet, suprædictos cum Christo in carne resuscitatos esse, ac deinde illos cum Maria & Apostolis sua in terris colloquia habuisse? Demonstrẽt itidem, bonas matronas illas tam familiariter egisse cum Maria, vt tantum non muliercularum societas & confabulatio: nescio in quibus ædibus instituta, videri possit. Quid nil ocio, scilicet, omnes abundabant, nec erat omnino aliud, quo tempus fallerent, nisi totos dies

Superiora verba Philippi de multis Sanctorum piorum tem admonent, præsertim circa distas apparitiones.

Nouatores est Philippo non probare posse omnia, quæ fingunt circa Sanctorum apparitiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Maria considerent, seque mutuò complecterentur, & historias benè longas confabulando percenserent. Tam egregiè isti rem obseruant, quod subinde nobis & veteribus occinere solent: *Temerarium est inquirere, quod Spiritus sanctus noluit scribere, & absque iactura fidei ignoratur.* Verum mitificas istorum speculationes, & Sanctorum apparitiones, siue à Melanchtone, siue ab aliis Sectatis quibuscunque confictas, ad suos relegemus authores, & nostra porrò prosequamur.

A quibus testibus approbentur Mariæ apparitiones factæ mortalibus.

VT igitur ad veras Mariæ Deiparæ apparitiones, quamlibet ingratas & inuisas aduersariis, accedamus, tanto minus de his dubitare par est, quantò grauiores earum testes atque scriptores habemus, quos vanitatis aut mendacij arguere, hominum sit aut planè stultorum, aut nimis impudentium. Ac inter alios Patres insignes Gregorius Nissenus Episcopus, & Basilij Magni frater, mihi se primum offert qui vitam Gregorij miraculorum opificis describens, perspicue narrat, quod cum ille adolescés pernigilem noctem aliquando ageret, Matrem Domini in figura muliebri, sed excellentius & augustius, quàm pro humana conditione, sibi apparentem habuerit, adeò vt eandem apparitionem oculis ferre non posset, simulque Ioannem Euãgelistam adfuisse, qui à Maria monitus, pietatis mysterium eidem Gregorio aperuerit atque declararit: Ioannem verò dixisse, non grauatim se in hoc matri Domini gratificaturum. Eandem historiam confirmat Nicephorus planéque testatur, huic Gregorio Dei matrem apparuisse, quæ Theologiam & ad rationem diuinitatis pertinentia in scriptis illi exhibuerit per Ioannem Euangelistam. Tum Seuerus Sulpitius, qui res gestis Martini Turonensis libris integris præclarè complexus est, inter cætera commemorat, quod ille Mariam cum aliquot sacris virginibus ad se venientem viderit, proculdubio illarum non solum præsentia, sed etiam colloquio valde recreatus. Et qui vnus ex primariis Ecclesiæ Latinæ Doctoribus celebratur Gregorius Magnus, historiam de Musa puella memorabilem narrat. Huic nocte sacra Virgo & Dei genitrix Maria per visionem apparet, eique multas puellas coæuas in vestitibus albis ostendit. Musa illarũ aspectu & splendore delectata, libenter eis se aggregasset, sed cũ præ pudore non auderet, amãter à Deipara interrogatur, vellétne vna cum aliis in hoc viuere gynæceo, & sibi quoque deseruire. Cum illa se velle respondisset, hoc vnum in mandatis accepit, vt maiorem vitæ ac morum indueret grauitatem, seque à risu, iocis omnique leuitate puellari abstineret: ita demũ fore, vt die trigesimo puellis aliis, quas præsentes aspiceret, & ipsa consociaretur, atq; in suum ministerium coaptaretur. His monitis paruit Musa, & deinceps supra ætatem ac consuetudinem graviter sese gessit, vt subito mutasse mores, & sicut aiunt, nuces reliquisse videretur. Parentes etsi hanc adeò repentinam filiæ mutationem primũ admirarentur, tamen quum factæ apparitionis arcanũ intellexissent, puellæ instituto non repugnarunt, fidemque certiorem narrationi eò præbuerunt, quod sequens mors filiæ, trigesimo die ex hac vita migrantis visionem non vanam esse monstraret. Morituræ verò Deipara rursus apparet, speciosis illis puellis vt antè stipata, quæ Musam vt ad se veniat, vocare dignatur. Mox puella quantumuis moribunda, oculis reuerenter depressis, & apertavoce clamando respondet: Ecce Domina venio. Ecce Domina venio. In qua etiam voce, vt Gregorianis verbis vtar, spiritum tradidit, & ex virgineo corpore habitatura, cũ sanctis virginibus exiuit.] Quid hac puella felicius, obsecro, quæ tam rarum Mariæ fauoré experta est, tamque incredibilem ex eius apparitione fructũ cepit, vt breui correctionis vitæ curriculo absoluto, ad pulcherrimum illud cælestis Reginæ gynæceũ euocata sit, & candidum illum Virginum chorum auxerit, in quo Mariæ duci Dominæque suæ continenter adhæreret, ac perpetuo deseruiret?

Gregorio Magno vetustior fuit Cyrillus Alexandrinus, præclarum & ipse lumen Ecclesiæ, sed per errorem, vt fit, Chrysostomo nonnunquam iniquior, & nescio quam cum illo simultatem ad tempus exercens. Apparuit igitur illi Deipara, & tantum admonitione materna profecit, vt ille nõ modo suũ errorem correxerit, sed etiam cum eodem Chrysostomo in gratiam redierit, valdéq; prepterea, quod contra illum imprudés prorsus irritatus fuisset pœnituerit: quem demum in sacrum catalogum Episcoporum reponendum curauit, sicut Nicephorus refert. Mirum & illud ac narratione dignum, quòd Gregorius Turonensis exponit, in hunc modũ scribens: Iudæi cuiusdam vitriarij filius, quũ apud Christianos pueros ad studia literarum exerceretur, quadam die dum Missarum festa in basilica beatę Marię celebrarentur, ad participationem glorioſi corporis & sanguinis Domini cum aliis infantibus infans accessit. Quo sancto assumpto gaudés ad domum patris reuertitur, illóque imperante inter amplexus & oscula, quæ acceperat cũ gaudio refert. At ille Christo Domino ac eius legibus inimicus ait: Si cum eis infantibus communicasti, oblitus paternæ pietatis, ad vlciscendam Mosaicæ legis iniuriam parricida in te durus existam. Et apprehẽsum puerum in os fornacis ardentis proiecit, multaq; ligna, quo vehemẽtius exureretur, iniecit. Hoc cũ audisset mater, quod scilicet filium communem pater deliberasset exurere, cucurrit ad liberandum eum. Sed cum vidisset incendia ab ore fornacis patulo, huc atque illuc flãma dominante respergi, ornatum capitis ad terram proiecit, diffusaque cesarie, se miseram clamitãs, cinitatem vocibus implet. At quum Christiani quod actũ fuerat didicissent, concurrunt omnes ad tam iniquũ spectaculũ, retractisque ignibus ab ore fornacis, inueniũt puerum quasi super plumas mollissimas decumbentem. Quo extracto admirantur omnes illæsum: clamoribus locus ille repletur, & sic Dominum omnis populus benedicit. Conclamãt etiam, vt author huius sceleris in ipsas proiicerent flammas. Proiectum autem ita totum ignis absorbuit, vt vix de ossibus paruum quodammodo relinqueretur indicium. Interrogantes autem infantulum Christiani, quale ei inter ignes fuisset vmbraculum, ait: Mulier quæ in basilica illa, vbi panem de mẽsa accepi, in cathedra residẽs, paruulum in sinu gestat infantem: hæc me pallio suo, ne ignis voraret, operuit. Vnde indubitatum est, beatam ei Mariam apparuisse.] Eãdem historiam cõfirmat Glycas, & Menam Patriarcham adfuisse dicit, qui rem totam exposuerit Iustino eius nominis secundo Imperatori. Quis verò neget, Deiparam hic non solum adfuisse, sed etiã profuisse, vt puer in medio flammarum incolumis conseruaretur, hocque miraculo complures Iudæi, vt & factum est, ad veram fidem conuerterentur?

Gregorij Nisseni testimonio de Maria apparẽte Gregorio Thaumatugo.

Lib. 6. cap. 27

Secundum testimonium Seueri Sulpitij.

Lib. 1. de vita Martini.

Maria cum sanctis aliquot Virginibus apparet sancto Tutonensi.

Lib. 4. dialog. cap. 17

Tertium testimonium Gregorij Magni de Musa puella vtri apparuit Deipara.

Musa post apparitionem omnium hominum præstat, & sancte moritur.

Venio nunc ad Ioannem Patricium veréque nobilem ciuem Romanum, cui gloriosa Virgo per quietem oblata est, simúlque monuit, qua ratione suo desiderio diuturno in facultatibus optime collocandis satisfaceret. Atque vt certior constaret fides apparitioni, eadem Virgo Liberio Pont. Max. nocte astitit, & similia monita repetiuit, magno miraculo statim subsequente. Etenim in maximis illis caloribus, qui ardente canicula Vrbem infestare solent, nix copiosa & prorsus intempestiua decidit, partémque collis Esquelini contexit, simúlque locum ad structuram noui templi commodum demonstrauit. Atque hoc felix illius Ecclesiæ principium fuit, quę cæteris omnibus sub Mariæ nomine Romæ conditis præstat, & sanctæ Mariæ Maioris titulo in hunc vsque diem decoratur. Nec opus est hanc apparitionem ab Antonino aliisque cõfirmatam ostendere, quam anniuersaria festi celebratio, à niue nomen accipiens, tótque retinens seculis, luculenter comprobat. Ego verò quum antiquissimã omnium apparitionem inuestigare pergo, nullam aliam potui repetire, nisi quæ sub Cæsare Tiberio Augusti proximo successore non homini vulgari, sed Iacobo Apostolo facta celebratur, veréque mirabilis apud Hispanos in ciuitate Cæsar augusta contigit, & longæua maiorum traditione confirmata, nobisque velut per manus tradita, multorũ suffragiis corroboratur. Et ne quicquam affingere videar, orationem Petri Antonij Beuteri repetam, qui hunc in modum scripsit: Benedictissima Virgo gloriosa & sancta Maria, Domina nostra & Regina Angelorum, in ripa fluminis Ebri, prope Cęsar augustam Aragonum vrbem, in columna marmorea glorioso Apostolo Iacobo apparuit. Qui eodem deinceps in loco Sacellum Angelicũ iussus exstruxit, & eius honori ac nomini conseruandi, quod diuæ Virginis à columna Cæsar augustana cognominant: ob pylam siue columnam, in qua videndam ipsa se præbuit. Quod quidẽ miraculum contigisse perhibetur circa annum Imperij Tiberij 20.] Hoc de miraculoso casu multæ quæ in eadem sancta Ecclesia tabulæ supersunt, testimonio esse possunt. Constat autem hoc ipsum templum multis ab hinc seculis eximiis ac infinitis ferè miraculis nobilitari, sicut idem Beuterus Calixti Pontificis & aliorum authorum testimoniis probat, ac Vasæus etiam indicat. Vbi neque Narsetem electum à Cæsare Iustiniano militum Ducem præteribimus, vitum pietatis omnis genere præstantẽ, cõsilio manúque promptum, qui & Totilam vicit, & in colenda Virgine tam sedulum, vt suas copias militares in aciem non educeret, nisi Deipara illi manifeste apparente, & quando prælium committendum esset præcipiẽte, atque de ipsa opportunitate temporis cõmonefaciente. Quam rem Nicephorus clarissimè commemorauit. Testatur Ioannes Damascenus, quid S. Stephani iunioris præclari Martyris parentibus acciderit, qui quum in æde Blachernensi vt masculã prolem obtinerent, coram Virginis imagine supplicassent, matrem Annam sub precationis finem somno fuisse correptam. Apparuit autẽ illi fœmina pulcherrima, quæ diceret: Abi in pace muliercula. Est enim tibi in vtero filius, quemadmodũ postulasti. Mater natum filium Deiparæ, à qua acceperat, ad Blachernense templum profecta offert, vt idem Damascenus affirmat.

Longum esset singula persequi, quæ non modo Mariam apparentem, sed etiam huius apparitionis fructum euidentem ostendunt, si qua fides nõ vni atque alteri scriptori, sed toti propemodum antiquitati habenda est. Apparuit Ioanni Damasceno, vt diximus, & certum huius apparitionis fuit symbolum amputatam dexteram recepisse. Apparuit Ruperto Tuitiensi, qui quum ad discendum planè rudis & ineptus videretur, [a] per illam vt in docẽdo & scribendo fieret clarissimus, diuinitus impetrauit, & à Virgine sibi per visum oblata id accepit: Orationes tuas audiui, postulata impetraui. Sed & ipse non dissimulat, [b] alia secretiora, quæ non ausit exprimere, sibi per Virginem patefacta fuisse. Apparuit Hermanno Cõtracto, vt anteà indicauimus, qui singularem eruditionis laudem sibi promissam, diuinis ac humanis disciplinis excultus accepit. Apparuit Tolerano Episcopo Hildephonso, & sub sacræ vestis oblato symbolo suum in illa præstãti Ecclesia conseruanda & hactenus conseruata fauorẽ singularem ostendit. Apparuit Rabodo Traiectensi Episcopo, & Reginaldo tunc celebri Iurisperito, posteà verò Dominicano: mox ægrotũ vtrumque subitò restituit sanitati. apparuit VVilhelmo Aquitaniæ Principi, quem Bernardus Christo & Ecclesiæ lucrifecit, illique à dæmonibus dire vulnerato succurrit, vt mox integrè restitueretur. Quibus de rebus litem nobis, si velint, intendant aduersarij, ac pro sua impudentia harum similiúmq; historiarum scriptores non modo fallaces, sed & mendaces ipsi omnium mendacissimi dicere audeant. Nos quidẽ non illa solum, sed alia etiam multo plura & admirabiliora quæ à veteribus traduntur, licet non eiusdem ponderis omnia, eò libentius ac reuerentius amplectimur, quo certius persuasi sumus, Deo nihil esse impossibile, & similia quædam per Sanctos alios hominibus apparentes non modò scripta, sed & omnibus ferè seculis facta, conspecta & explorata esse. Nugentur & crassi homines vaneque sciscitentur, an Mariam toties de cælo descendere necesse sit, quoties illam in terris apparere rebusque humanis interesse legimus. Profanum est studium causas diuinorum operum adeò curiosè scrutari, nec fas est intellectus nostri aciem ad ea mysteria penetranda, quæ humanum intellectum excedunt, intẽdere, sed oportet, vt Paulus loquitur, sapere ad sobrietatem. Sicut igitur Augustinus de Sanctorum miraculis tractans, modestè fatetur, sibi non satis constare, an illi per naturam propriam, aut per Angelorum ministerium mirabilia operẽtur, & inuocati multis, quos per eos alioquin certum est adiuuari, opitulentur: ita nos etiam, licet vt anteà dicebamus, non assequamur, quo ordine & qua ratione apparitiones illæ tàm variis locis, modis atque temporibus fiant, tamen nihil hoc impedire dicimus, quò minus easdem apparitiones magnificiamus, & diuinis miraculis Virginisque beneficiis ascribamus, simúlque nõ modo mirabilem, sed etiã inscrutabilem Christi Domini potentiam, sapientiam & bonitatem in eius Matre sanctissima veneremur. Demum certò asseueramus, multò plura quam nos vel dicere, vel scribere, vel æstimare possimus, summi Dei nutu per Angelicas potestates facta esse ac fieri, cum in aliorum Sanctorum, tum in Mariæ Deiparæ honorem atque commendationẽ, nec sine certa, licet nobis frequenter ignota, mortalium vtilitate.

Ioanni Patricio Romano simul & Liberio Pont. Deiparam apparuisse, simulque miraculi aliud per niuẽ accessisse.

Part. 4. Summæ Tit. 15

Antiquissimã apparitionem Virginis Iacobo Apostolo in Hispania contigisse.

In Chronico Hispan. c. 23

Testimonii Petri Antonij Beuteri de hac apparitione vbi & quãdo facta sit.

In Annal. vetus Hispan.

Narsetes insignis belli dux nullum committit prælium nisi Mariæ monitis excitatus.

Lib. 17. Eccles. histor. cap. 13

S. Stephani mater apparet Deiparæ ac promittit filium.

Part. 4. Chronic.

Iudæi filii in medio ignis ardentis per Deiparæ virginem illæsum fuisse natum.

Brevis enumeratio multarũ apparitionũ, quibus Maria profuerit mortalibus.

a Vide Trithemium in libr. de viris illustribus ordinis S. Benedicti.

b In prologo lib. Cantic. Cant.

Rom. 12

Lib. 22. de civit. Dei c. 9 & lib. 10 c. 32

Quid respondendum hãrũ & similium apparitionum contẽptoribus.

De qualitate & modo huiusmodi apparitionum non esse curiose scrutandum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XXII.

De veteribus & nouis Iconomachis, quorum in sacras imagines & ædes irruentium furor sit plane intolerabilis, & error ab Ecclesia iure damnatus. Deiparæ autem Virginis imagines in veteri Ecclesia semper vsitatas & honoratas, nonnunquam & miraculis diuinitus commendatas fuisse.

VValdēses sacrarum imaginū hostes multos hodie discipulos tenent.

NON solū de Mariæ miraculis A & apparitionibus, verū etiam de illius imaginibus suspictis siue sculptis diem nobis dicūt, qui nouādæ religioni dāt operam, & infensis animis aduersus Catholicam Ecclesiā hostiliter belligerantur. Etenim nouos VValdenses nobis referunt, qui ante annos ferè quingentos, hoc est, sub Friderico primo Cæsare pestiferū spargere dogma, imagines siue Christi siue Sanctorum, ab Ecclesia tolli oportere, quas alioquin qui admitterent, eos idololatras esse censendos. Sic enim istis libuit veterem Iconomachorum, qui Xenaiæ ne baptizati quidem hæresim amplectuntur, imo & Manichæorum & Iudæorum errorem stolidum renouare, nullúmque sactis imaginibus in Ecclesia locum relinquere, ne parum scilicet, cum impijs sæpe damnatis insanirent. Qua in re Lutherus non perinde immodestus fuit: siquidem furentibus ætate sua Iconoclastis aperto Martere restitit, quos & aqua & igni interdicendos esse docuit, generalem de hoc hominum genere sententiam ferens. *Spiritus Iconomachorum non est bonus: spirat enim cædes & seditiones, etiamsi celet ad tempus, quandiu non videt opportunitatem.* Ac iterum: *Boni Domini*, inquit, *non est hic diaboli scopus, vt oppugnentur imagines, sed vult sibi foramen fieri, per quod sanguinem profundat, & cædes faciat in orbe terrarum.* Elt id sane verissimū, multisque modis comprobatum, crudelem impietatem, & impiam crudelitatem in Iconomachis tū veteribus, tum recentioribus elucere. Illi enim cū suis Leonibus maximas in Ecclesia Imperioq; turbas quondā dederunt, cæsis multis etiā piorum milibus, ac idē vel præcipuam præbuere causam, cur Orientale Imperium ab Occidentali aulsum paulatim intercideri. Hi verò, quorū ætate nostra princeps Andreas Carolstadius fuit, adeò se feros ac rabiosos declarāt, vt ad seditiones in populis, ad profanationes in templis, ad clades & cædes calamitatesque in prouinciis excitandas, imò nostro iam seculo passim excitatas nati esse videantur, quorū in imagines ædesque sacras grassantium furor, si ex æquo iudicauerimus, omnē Turcarum feritatem ac barbarorū sæuitiam superare videatur. Quid quod noua istorū pietas ita creuit, tantósque progressus nostro seculo demōstrauit, vt secum illi præclare & prorsus Euangelicè agi putent, si formā prorsus informē, aut si mauis, Iudaicam & Mahometicam faciē Catholicis tēplis inducant, inductāque cōseruent? Proinde nullam Christi Domini crucē, nullā Deiparę Virginis imaginem, nullā cuiusquam Sācti effigiem illic apparere sustinēt, magnáque religione cauent, ne vllum veteris pietatis vestigium in suis Synagogis reliquum habeant, sed pro Christianis templis abominationem desolationis facere ac retinere sibi gloriosum etiam arbitrātur. Quod enim iampridem optabat, hoc tandem assecutus est Satā, vt nouum suum in Europa regnum, quod ex mera Sectarū & hæresēon colluuie conflatū validè corroborauit, barbarica imaginum ædiúmque sacrarū demolitione tanquàm illustri nota, scilicet, insigniatur, atque ab omnibus dignoscatur.

Vide Nicephorū lib. 16. c. 27

Lutherus Iconomachos improbauit & taxauit publicè.

In duob. libris contra celebres Prophetas.

Veteres & noui Iconomachi valde crudeles & impij.

Quantum pro fecerint noui Iconomachi in nona sua religione.

Nouum Satanæ regnū quod passim grassatur.

Nos verò, ne tempus & operā ludere videamur, post complures eruditos grauésque scriptores nouam telam non ordiemur, vt in præsentia de sactis imaginibus, earúmque antiquitate, vsu, fructu, cultúque debito disseramus. Illud ab aduersarijs negari nō potest, primis ætatibus Ecclesiæ, quæ ad Constātinū vsq; trecentos compleuerūt annos, piarū imaginum vsum à Christianis agnitū receptumq; fuisse præsertim vt Christi, Mariæ & Sanctorum grata memoria in credētium oculis perpetuo ferretur, & hinc Ecclesiæ fides ac religio magis magisque stabiliretur. Posteà seditiosi & irreligiosi homines exorti sunt, qui Sanctorū imagines cum Gentilitijs idolis conferrēt, ac Orthodoxos pro Ethnicis ducerēt, in cultu imaginum, velut has pro idolis habeant & adorent, & æqualē venerationem tribuant imagini ac repręsentato. Pugnarūt in hoc campo, & de hostibus glorioſe triumpharunt Gregorius Magnus, Adrianus Pontifex, Germanus Patriarcha Constātinopolitanus, Ioānes Damascenus, Ionas Aurelianensis, Leontius Cyprius antistes, multíq; veteres & eximij Patres, qui nostrorū etiā Iconomachorū tela confregerunt, & arma illis omnia propemodū eripuerūt. Suppetit & ingens exemplorum copia quibus probari possit, imò iā à citatis Patribus, sicut & à Nicæno Concilio secundo probatum legimus, vtramque Ecclesiā, Orientalem & Occidentalē, in eiusmodi sanctarum imaginum possessione vsúque laudabili inde ab initio perstitisse. Omitto de veteri Testamento dicere, quod suas etiā imagines habuit, & sine peccato vsurpauit: quemadmodū duo Cherubim non in quouis Tabernaculi loco, sed super ipsum propitiatoriū, vnde responsa reddebātur collocauit. Et serpentem æneum Moyses fabricari iussit, multásque animantiū imagines Salomon in templum suum induxit, nullo quidem sapientum hoc sapientissimi Regis factum non approbante. vt qui optimè nouerat, vsum sculpturiū ad impiè adorandum, non sculptas, aut pictas imagines ad pię commonefaciendum lege diuina vetari. Neque solum vna, sed duodecim ferè Synodi numerantur, à quibus eodē velut ore vsus & cultus sactarum imaginum nobis clarissimè cōprobatur: contraria verò sententia, vt à Christiano dogmate aliena, grauissimè condēnatur. Cæterum postrema Synodus Tridentina priorum illarū, imò totius Ecclesiæ sensum atque consensum breuiter & luculenter expressit, cū perspicue definiuit: Christi Domini, & Deiparæ Virginis, aliorúmq; Sanctorum imagines in tēplis præsertim habendas & retinendas, eisque debitum honorem & reuerentiam impertiendam esse, non quòd credatur inesse aliqua in iis diuinitas vel virtus, propter quam sint colendę, vel quod ab eis

Ex Damasc. lib. 4. de fide Orth. cap. 17.

Quomodo factum sit, vt Mariæ imagines quærerentur, parerentur & retinerentur passim in Ecclesia.

Quod Lucas primum Cyrilli & Mariæ pinxerit imagines.

a In vita S. Luce.

b In collectaneis libr. 1 Lib. 14. cap. 2 Et lib. 5. ca. 14 Eccles. hist.

Pulcheria Augusta Deiparæ imaginem à Luca depictam in templo reposuit.

sit aliquid petendum, vel quòd fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant, sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant, ita vt per imagines quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos quorum illę similitudinem gerunt, veneremur. In eundem sensum Scholastici quoque doctores ante nostram docuerunt ætatem, sicut vnus illorum, nec infimus quidem Theologus, Gabriel Biel liquidò tradit, quum in hunc modum scribit: Ipsæ imagines per accidens honorantur, non propter virtutem, potétiam ac gratiam eis inexistentem, sed propter repræsentationem eorum, quibus talia insunt. Hinc, vt supra allegatum est, neque ipsis vt Diis seruimus, nec spem salutis in eis ponimus, nec iudicium ab ipsis expectamus. Quod si aliquando miracula fiūt, hominibus etiam ad ea cōfluentibus adiutoria aut sanitates præstantur, non hæc virtute imaginū, sed virtute Dei, ministerio bonorum Angelorum ad intercessiones Sanctorum contingunt. Quocirca famos vendunt aduersarij, qui vt nouis Iconomachis suppetias ferant, ad Francfordiensem Synodū & Caroli Magni scripta prouocant, in quibus non vsus pias imagines retinentium, sed superstitio eas vanè adorantium improbatur. Fuit enim impij Carpocratis coniux Marcellina tam delira, vt præter Iesu & Pauli, etiam Homeri atque Pytagoræ imagines occulte formaret, eisque sustitum & adorationem faceret superstitiose, sicut ex Epiphanio discimus. Quod vero aliā eiusdem Epiphanij epistolam nobis obiectant, quam Hieronymus Latinè verterit, id Epiphanio quidem in Ecclesiæ odium affingi potest, doctis autem ob graues rationes ab aliis redditas probari non potest.

Quomodo Gabriel Biel cum Scholasticis doceat de imaginib. Mariæ atque Sanctorum.

In expositione Canonis Missæ Lect. 83.

De imaginū vsu antiquissimo.

Superstitio Marcellinæ circa imagines.

In Anacephaleosi.

Nostro autem instituto satisfacere videbimur, si singulari Deiparæ Virginis exemplo contenti ostēderimus, eius imagines in veteri Ecclesia inprimis agnitas, & in precio habitas, nonnunquam & diuinis miraculis illustratas fuisse. Ordiemur autem à Germano Patriarcha Constantinopolitano, qui cū Iconomachis & eorum patrono, quem diximus, Leone Isauro Cæsare præclarè certauit, nec suo tātum, sed etiam Ecclesiæ nomine Catholicam vocem hanc edidit: Nos in fide certi, sanctæ Christi carnis characterem in imaginibus delineātes saluta mus, & cultu & honore omni quo decet dignamur, nec ob aliud nisi in recordationem diuinitatis illius viuificæ & inexpressæ humanitatis.] Mox verò subiicit: Eadem ratione & intemeratæ eius iuxta carnem matris sanctę Deiparę Virginis similitudinem referimus: hoc modo ostēdentes, quod mulier iuxta naturam existens, & à nostra massa haudquaquam aliena, Deum inuisibilē, & omnia manu sua continentem, vltra omnem & hominum & Angelorum existimationem in ventre suo conceperit, & ex se incarnatum genuerit. Etenim ob id eam, vt verè & propriè veri Dei matrem veneramur & magnificamus, & quauis visibili & inuisibili creatura superiorem reputamus.] Eximia hæc quidem est Deiparæ commendatio, cuius imaginem tantò maiorē facere conuenit, quantò præstantior persona est, est autem omnium præstantissima, quę per imaginem nobis repræsentatur. Deinde septima Synodus, quæ sub Constantino & Irene celebrata est, cum aliarum, tum Deiparæ imaginum meminit, his verbis quasi superiora concludens: Salutamus sanctas Dominicas Apostolicas & Propheticas, itē Sanctorum, præcipuè autem Dominæ nostræ Deiparæ imagines, quæ nobis veluti exemplaria sunt & institutiones bonorum operum, imitationis & fidei erga Christum, omnem idololatriam execrantes, & latriam solam Christo tribuentes.] Eiusdem Concilij sententiam, quod semper Oecumenicum est habitum, Græcus author & Archiepiscopus Cōstantinopolitanus Photius comprobat, quum de illo non sine celebri Mariæ mentione scribit: Quapropter diuinus ac sanctus illi beatorum atque sacrorum vitorum cœtus nō solum imaginem Christi, quemadmodum diximus, verum etiam immaculatissimæ sempérque Virginis Mariæ & Dominæ nostræ Dei genitricis, & sacras Sanctorum omnium imagines pro ratione excellentiæ & sanctitatis exemplarium colendas & adorandas, cum omnium oraculorum decretis constituit & confirmauit.]

Propositio de præsenti tractatione, quæ imagines Deiparæ duntaxat astringat.

In Epistola ad Ioannem Episcopum Synodon.

Vide in fine Panopliæ Euthymij Latinè per Franciscū Cinum conuersæ. Photij testimonia de Synodo Nicæna secunda.

Germani Constantinopolitani testimonia de Christi & Mariæ imaginibus reuerendis habendis.

Habuit autem Maria Deipara, cum etiam in viuis maneret, multos vtique sui admiratores, vt alibi meminimus, à quibus frequenter & cupidè inuisereretur. Ex his proculdubiò Ignatius fuit, sicut sequens ipsius oratio ad Ioannem Euangelistam perscripta designat: Si licitum mihi est apud te, ad Hierosolymæ partes volo descendere, & videre Sāctos qui ibi sunt: præcipuè Mariam Iesu, quam dicunt vniuersis admirandam, cunctis desiderabilem. Quē enim non delectet eam videre & alloqui, quæ verū Deum peperit, si sit nostræ fidei & religioni amicus?] Eadem de causa factum videri debet, quod Pauli discipulus Dionysius areopagita, vt veteres tradunt, multis aliis Christianis comitantibus ab Athenis ad Deiparam profectus, eam coram cernere & loquentem audire desiderarit. Qua de re nos alibi copiosius. Cum igitur multorum incensus esset animus, vt Domini ac Dei sui in cælo regnantis Matrem coram viderent, & videntes iure suspicerent atque reuererentur, nec omnes tamen vndique ad eam proficisci, suóque desiderio satisfacere possent, prudens ac pium consilium inuentū est, vt Marię vultum saltem in tabella depictum exciperent, hócque perenne monumentum, tum præsentes tum absentes ad suum solatium retinerent, aliíque aliis inuicem communicarent. Cui rei magnum præbet testimonium Lucas Euangelista, idémque præterea Medicus simul & Pictor, Mariæ admodum familiaris, cui laus est, erítque semper in Ecclesia Dei. Is primus omnium, vt Simon etiam [a] Metaphrastes affirmat, cera & lineamentis Christi figuram expressit, atque, vt [b] Theodorus Lector exponit, imaginem quoque genitricis Dei ad viuum depinxit, quam porrò ad Pulcheriā Augustam ex Hierosolymis Eudoxia miserit. Non repetemus alia, quæ commemorat Nicephorus Callistus, & eandem Deiparæ imaginem à Luca depictam his verbis illustrat: Pulcheria Augusta templum in vrbe Constantinopolitana extruxit, τῆς ὁδηγῶν, hoc est, viæ ducum appellatum: vbi ex Antiochia transmissam matris Dei imaginem dedicauit, quam diuus Apostolus Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc viuēte, & tabulam ipsam vidente, gratiámque adeò illi formæ suæ immittente. Hæc imago primum in eo loco qui

Vide Epistolas Ignatij.

Ignatius, Dionysius, multíque alij Mariæ viuētis de fidelitio & admiratione sin gulari tenebantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tribunal dicitur fuit, vbi ea, quæ nunc quoque fiút miracula peracta sunt.] Et his quidem Nicephorus non solum Mariam adhuc viuentē Lucæ manibus depictam, sed etiam solenniter à Græcis asseruatā, & miraculis frequentibus illustratam fuisse demōstrat. Cæterum sacræ picturæ huius exemplar, quod ex archetypo Lucæ fideliter exceptum est, in hunc vsque diem extare, & Venetijs apud celebertimum pictorem Titianum inueniri dicitur, in eóque spectari aiunt notas omnes, quas Nicephorus memoratus alio in loco exposuit, vbi staturam formámque sanctissimæ Virginis ex Epiphanij sententia describit. ac nos eandem alibi recensuimus.

Neque verò aut recens aut dubia, sed bene vetus & constans est illhæc Ecclesiæ traditio, quod Lucas Euangelista Mariæ familiaris, vt dictum est, tū Christi, tum genitricis eius imagines suo penicillo pinxerit, coloribus expresserit, ac vtriusque icones Ecclesiæ reliquerit Antiochenæ: vnde Mariæ quidē imago ab eodem Luca depicta, quum Marcianus imperaret, ab Eudoxia Hierosolymis transmissa, & Pulcheriæ donata, & in nouo templo ab ipsa constructo apud Constantinopolim collocata, summóque in precio à Græcis habita semper fuit: præsertim quum frequens accederet miraculorū gloria, per quam Deus piorum in Maria colenda religionem sibi gratam esse monstrauit. Cuius rei nos exempla quædam nō à viris obscuris petita, sed ab Imperatoribus Constantinopolitanis acceptā subiiciemus, vt certius constet de religione Græcorū, quantum illi honoris sanctissimæ Virgini & eius imagini à Luca depictæ tribuerint. Quum Iunior Andronicus, vt erat mire ambitiosus, noctu per insidias Constantinopolim occupasset, in magnos angores Auum ipsum, qui senior Andronicus dicebatur, venerandū certè senem, hac regni affectatione & inspērata vrbis occupatione coniecit. Qui Auus cum aduentantium hostium tumultū & clamorem præter expectationem omnem nocte sensisset, de lecto prosilijt perturbatissimus, præsertim quòd nec duces nec milites ad defensionem parati adessent, ac ipse humana quidem ope se prorius destitutum cerneret. Habebat autē in Palatio secum eam, quam dixi, Deiparæ imaginem, ad quam in tanto discrimine sibi confugiendū putauit, vt optatam & necessariam opem per Mariæ patrocinium diuinitus impetraret. itaque coram hac ipsa imagine tunc humi prostratus, magnáque fiducia vsus, ardenter cum lachrymis obtestari pergit, ne Virgo mater periclitantem se deserat, nēue sicariorum ensibus miserum obiici sinat. Nec vana fuit obtestatio, sed subitam opem Virgo attulit, vt omni metu & periculo senior Andronicus liberaretur, suúmque nepotem cōtra spem omnem valde humanum statim experiretur. Is licet noua victoria elatus esset, tamen cum primum in palatium ingrederetur, religione commotus, quoniam venerabilem Dei genitricis imaginem adesse cognouit, hanc inprimis veneraturus accessit. Eadem religione inductus Constantinus Despota, qui & ipse Imperator fuit, in gratiam recipere non voluit Syrgianum, nisi coram hac ipsa imagine iusiurandum præstaret, séque nihil aduersus Imperatorem, eiúsque mandata moliturum esse sanctè polliceretur. Quid vero de Emanuele Comneno Imperatore dicam? qui ob deuictos Pannonios illustrem egit triumphum Constantinopoli: in eo autem quadrigæ argenteæ auratæ cum equis niue candidioribus præcesserunt, quibus imposita erat imago intuitæ adiutricis & insuperabilis commilitonis Matris Dei. Neque vero axis magnum sonuit, quia non vehebat aerem Deæ Mineruam, quæ falsò Virgo dicitur: sed veram Virginem, quæ verbum inexplicabili ratione per verbum peperit. Eum currum Imperatoris propinqui atque amici, senatus, viri magistratibus & dignitatibus insignes ponè sequebantur.] Sic enim ad verbum scribit Nicetas Choniatas. Eodem spectat, quod Constantinus Palæologus Imperator, quum vrbem amissam recuperasset, vt primum Constantinopolim venit, coram eadem imagine primum gratias dixit, illámque religiosè præferri voluit, ac deinde pedes ipse comitatus atque stipatus in vrbem processit. Plura in hoc genere narrant Nicephorus Gregoras & qui Byzantinum imperiū descripsere.

Sed manus nobis inicit fœdus ille coniciator Illyricus, & tragicè vociferatur de variis imaginibus, quæ Romæ ac alibi, præsertim apud Italos, à sancto Luca depictæ dicantur, vulgóque demonstrentur: non enim esse verisimile, quòd vnus tam multas imagines exprimere voluerit potuerit que. Respondemus, nos Illyrici siue somnus, siue coniecturis nihil commoueri, nec esse quicquam incommodi, si credamus, egregium pictorem Lucam siue vltro, siue rogatū, plures vnius generis icones, quæ Mariam exprimerent, in aliorum gratiam cupido depinxisse. Atque vt maximè concedamus, vnam imaginem duntaxat ab illo confectam esse, de qua tàm multi testantur, nullusque pius ambigit, tamē & aliæ Virginis icones, licet aliena manu factæ fuissent, Lucæ nomine commendari potuerunt: quoniam cum primæ inter vetustissimas ad Lucæ archetypum essent expressæ, non immerito, quocū que demum peruenerint, nomē gratiosius à primo authore illo Luca retinuisse videantur. Certe Romani ipsissimam Virginis imaginem, quę Lucæ tribuitur, ante mille annos in vrbe sua conseruari prorsus habent indubitatū, multisque indicijs probant, quæ hoc loco repetere superledemus. Illud cōstat, ætate Gregorij Magni hanc ipsam imaginē Lucæ Euangelistæ, siue illā quidem eius manu affabrè elaboratam, siue ex ea quā ipse fecit ad viuum expressam Romanis notissimā simul & celebertimam, & iā tum in æde Deiparæ ad præsepe in Exquilijs sitā, eximia populi religione ictuatā fuisse. Qui Gregorius cū cæuissima pestis Romæ sæuiret, ac multæ simul aliæ calamitates accederēt, religiosam in die Resurrectionis supplicationē instituit, & dictam Virginis Dei genitricis imaginē in publicū efferri curauit, piámque circumgestationem Deus præsenti miraculo cōprobauit. Etenim quacunque ferretur imago, pestilentis cæli gravitas depulsa, & optata salubritas in vrbe cōsecuta est. Vbi gratulatibus omnibus Deo, ecce tibi Angelus, qui sanctam Virginem his vocibus è cælo alloqueretur: Regina cęli lætare, alleluia: Quia quē meruisti portare, alleluia: Resurrexit sicut dixit, alleluia. Quā orationē simul atq; Gregorius coram audiuit, diuino spiritu statim excitatus, eam in hunc modū expleuit: Ora pro nobis Deum, alleluia. Quod canticum deinde solēne mansit in Ecclesia, & Paschalis lætitiæ vel argumentū, vel confirmatio quotannis esse cōsueuit.

Eandem

Mariæ imaginem à Luca expressam vbi hodie liceat cernere.

Lib. 2. Eccles. histor. c. 23

Veterē & cōstantem Ecclesiæ traditionē esse de Mariæ imagine per Lucā depicta & deinde cōseruata in Ecclesia.

Exemplum senioris & iunioris Andronici de Mariæ imagine apud Cōstantinopolim admodum honorata.

Exemplum alterius Imperatoris, qui coram hac imagine iusiurandum exegit.

Exemplis Statua Iustiniani in Vrbe Imperatoris, à Senatu & populo Romano publicè posita.

In Constantinopolitano.

Alind exemplum de Constantino Pogonato, Imperatore, ab Agathone Papa Romano ad Ecclesiæ vnitatem reducto.

In Concilio Nicæno 2.

Pappus.

An plures vbique imagines Deiparæ, Euangelistæ Lucæ depictæ, circumferantur, Romæ præsertim, quam alibi, & vtrum illibitus.

Vide de hac Virginis imagine Lucæ Euangelistæ depicta, quæ Romæ colitur, Baronium tom. 9. annal. Ecclesiast. ad annum Christi 590.

Mariæ imagines à Luca depictæ plures fuisse videntur.

Mariæ imagines à Luca depictæ in Ecclesia Romana plures esse videntur.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ ad præsepe.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ Maioris.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ trans Tyberim.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Populo.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Victoria.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Minerua.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Transpontina.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Aracœli.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Portica.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Vallicella.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Ripa.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Cosmedin.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Scala cœli.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Angelis.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Populo.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Victoria.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Minerua.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Transpontina.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Aracœli.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Portica.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Vallicella.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Ripa.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Cosmedin.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Scala cœli.

Imago Virginis Lucæ depictæ Romæ in Ecclesia S. Mariæ de Angelis.

Eandem historiam à veteribus acceptam [a] Sigonius quoque confirmat. Tū author vitæ sancti viri Dominici Theodoricus de Apoldia venerabilem & omni honore dignissimam vocat Virginis matris imaginem, quæ hoc ipso Dominico superstite in vrbis monasterio, quod sanctæ Mariæ trans Tyberim dicebatur, fuerit seruata, quā beatissimus Lucas Euāgelista (vt ipsius verbis vtar) ad vultus eius & habitus similitudinem ad viuum planè creditur depinxisse. Quæ quidem piissima imago nescio, inquit, quo casu illi Ecclesiæ sublata fuerat, sed illi cælesti miraculo fuit restituta.

Quid ergo mirum, eiusmodi Lucæ pictoris imaginem in hunc vsque diem Romæ superesse, vbi tot seculis non sine magna religione custoditur, ostenditur, honoratur, nullis de illa, nisi Hæreticis, vel contendentibus, vel hæsitantibus? Prudentes interim ac pios omnes nihil offendit, similes imagines Virginis pluribus in locis conspici, ac eidem authori Lucæ à multis asscribi: quia si sapiunt, non tàm de authore siue pictore, quàm de persona per imaginem repræsentata sibi curandum esse sciunt, atque vt sæpe alias, ita hic etiam in fide Maiorum libenter acquiescunt, multò id esse consultius, quā deseruire cōtentionibus arbitrantes. Certam enim fidem de his rebus nec docet, nec exigit Ecclesia: communi autem & receptę bonorum opinioni cōtradicere, aut nimium est arrogantis, aut præpostere sapientis, vel alioquin vane & insulse curiosi. Habet hic quoque locum quod in Scriptura sacra legimus: Ne despicias narrationem Presbyterorum sapientum. Et rursus: Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerūt à Patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum.] Quod si Romæ solenne fuit olim, Petri & Pauli Apostolorum imagines, quum eorum feriæ celebrarentur, publicè spectādas proponi (vt ex Augustino colligi potest) cur non tantundem Deiparæ imagini per Lucam depictę statis diebus Romæ tribueretur? Quod si de alia vlla, certè de hac ipsa Romana imagine merito accipiemus alterius, secundi videlicet aut tertij Gregorij, dictum, qui ad Germanum Patriarchā scribens affirmat, sanctam omnium Dominę castæ Dei matris imaginem esse, cuius faciem diuites populi supplicant. Quicunque eam venerātur, his inquit, sine dubio magna retribuit quandoquidem imaginis veneratio in prototypum iuxta Magnum Basilium redit. Pietate enim plenum est venerandarum picturarum argumentum, vt author est Chrysostomus.] Atque vt in Gregorio Magno perstitamus, quem vt sanctissimum, ita & sapientissimum Ecclesiæ Doctorem simul & Pontificem pij omnes agnoscunt, habuiris olim sibi valdè coniunctum & familiarem optimum virum Leandrū Hispalensem Episcopum, cui non solum suos in Iob commentarios dedicauit, sed & Virginis matris imaginem dono misit: eam videlicet, vt veteres tradunt Annales, quæ apud Hispanos ad amnem lupi (vulgo Guadalupe) etiamnum extat, & mirabili omnium gentium concursu colitur, Deo etiam hūc cultum multis & stupendis miraculis identidem approbante. Fuit & Secundinus non vulgaris Dei seruus, cui Gregorius vt Christi Saluatoris, ita & matris eius Mariæ imagines ex vrbe transmisit. Mitto cætera, quæ pro retinendis Sanctorum imaginibus idem Pontifex ad Serenum Massiliensem Episcopū copiosè perscripsit. Notus est Heraclius Imperator, qui graui bello Cosdroe Persarum Regis impetitus, nullas æquas pacis conditiones ab eo impetrare potuit, ac idcircò ad opem Diuinam sibi confugiēdum putauit. Qui quum sæpius more solenni supplicasset, & supplicationibus ieiunia & preces adiunxisset, die tandem Paschatis Constantinopolim est egressus, manúque dextra imaginem Deiparę Virginis pulcherrimam tulit, atque in hunc modum fide & spe armatus non solum duobus pręlijs cum immani hoste conflixit, sed & optatam totique Imperio felicem victoriam reportauit.

Ne vero cuiquam nouum hoc & insolens videatur, quod ad Mariæ imaginem edi miracula legimus, dicimus, credimus: non abs re futurum arbitror, si verba quædam [a] Germani Constantinopolitani, quem tantoperè commendat [b] Gregorius, hic obiter asscripsero. Extra omnem controuersiam est, inquit, Sanctorum imagines mirifica designare miracula, vt & debilibus valetudo bona per eos concilietur, sæpéque in somnis apparētes optima quæque nobis consulant.] Ad cuius rei probationem adfert, in huiusmodi sacris imaginibus non minorem cautam esse miraculorum, quàm in Sanctorum sudarijs, vmbráque mortalis corporis, quū tamen has res inanimatas volente Deo ad miracula efficiunda profecisse legamus. Ac statim exemplum de nostræ Virginis imagine subiicit, quæ in Zozopoli Pisidiæ ciuitate inuenitur, & ex manu picta vnguentorum scaturiginem effundit, eiúsque miraculi plures testes apparere. Fuit vir Cyprius, vt aliud exemplum adiungam, in vrbe Constantia armentarius, qui orandi causa in Virginis Deiparæ sacellum concessit, atque cum inter orandum suspiceret, imaginem Virginis ex coloribus in parietibus expressam animaduertit, ac indignabundus dixit: Quorsum hæc? Statimque stimulo quo boues agebat sublato, eidem imagini Virginis dexterum oculum eruit. Egressus porrò, dum forte pecus ad maturandum inter iter pungit, ecce stimulus confringitur, & ea pars cui ferrum erat infixū, in dexterum hominis oculum recta inuolat, ac miserum oculo priuat. Narrat hoc Constantinus sanctissimus Cypri Episcopus coram toto consensu Patrum, verbisque disertis adiungit: Hunc ego Constantinus virum vidi, & vnoculum etiamnum ex hac causa esse cognosco.] Vetustior est patritius ille Romanus, vereque sanctus Alexius, qui propter Christum dulcem patriā ac sponsam deserens, vitam pauperē ac peregrinatoriā vltro sibi delegit & clam insciis amicis omnibus Edessam peruenit. Extabat illic templum clarissimū Deiparæ sacrum, in cuius vestibulo idē Alexius annos decē & septē persancte transegit: sed mirū dictu, Virginis imago custodem ædis allocuta est, & ignoti Alexij sanctitatem prodidit, sicut inter alios commemorat Metaphrastes. Vixit is Alexius sub innocentio primo Pont. Recentius illud est, quod à Thoma Moro laudatissimo viro, vel potius Martyre, commemoratur, puellam quandam Anglicanam & duodennē Rogeri VVentuuorthi equitis filiam, cū à Dæmone miris modis discruciaretur, & horrendū de se spectaculum cunctis exhiberet, diuinitus admonitam ad D. Mariæ Ippisuuitchij templum se contulisse, & coram eiusdem Virginis imagine in conspectu

[a] *Lib. 1. hist. de Regno Italiæ. Theod. lib. 2. de S. Dominici c. 5*

De matrię imagine per Lucā depictā, quin Romę alibique superstit, honeste bonis ac piis contendam.

Lib. 1. de consensu Euāgelist. cap. 10

In epist. Nicæno Concilio secundo missa.

Quam præclarè loquatur Gregorius de imagine Virginis matris.

Gregorius in Hispaniā mittit imaginem Deiparæ, quæ nunc etiā plurimis est venerationi.

Lib. 7. Regist. epist. 53 Lib. 9. Regist. epist. 9

Manus imaginis Mariæ depictæ, fundide esse vnguenta.

Cyprius quidam imaginē Deiparæ violans, meritas luit pœnas sug impietatis.

Alexij Romani ad templū Virginis peregrinatio, qui ab imagine Mariæ prodijt.

Nobilē puellam ad imaginem Mariæ Virginis à Dęmonis tormēto miserioso liberatam esse.

In vita S. Alexij. In Concil. Niceno 2. Actor 4. Lib. 1 dialog. quos Anglicè scripsit, cap. 16

torius populi perfectè & subitò restitutâ esse. Quæ puella hoc miraculo ita commota sit, vt frustra reluctante Patre, confestim mundo renunciarit, & religionem professa sit in optima atque sanctissima monialium societate, in qua piam & sanctam ab eo tempore vitam traduxerit.] Quid verò Pratum spirituale? sic enim Opus vocant, quod nonnulli Sophronio Hierosolymitano, & alij rectius Moschum Eutirato asscribunt, multique veteres, vt Photius, Damascenus & Nicæni Cõcilij Patres in precio habuerunt. Narratur illic historia de Ioanne Anachoreta viro magni nominis, & præcipuę sanctitatis, qui senex in spelunca quadam vixerit circa villam, quæ dicitur Sochus, viginti propemodum miliaribus distans ab Hierosolymis. Habebat idem in sua spelunca Deiparæ ac Dominæ nostræ semperque Virginis Mariæ imaginem, eáque Matrem Christi Filij gestatricem exprimebat. Qui senex, si quãdo religionis causa vellet alio proficisci, & loca veneranda petere, quod illi erat perquam vsitatũ, de more candélam coram eadem imagine incendebat, & precatione facta Deo sese itérque suum cõmendabat, ac simul in ipsam Deiparæ imaginem intuens, his verbis vtebatur: Sancta Domina nostra Dei genitrix, quia longum iter conficere statui, ac multis diebus abesse cogor, tu candelæ huius habe curam, eámque, ne extinguatur, iuxta meum desiderium serua. Te quidem comite & adiuuante hoc ingredior iter. Hæc vbi dixisset imagini, in viam se dedit, & itinere confecto domum postea rediit, ita vt aliquando vnum, sæpè duos etiam vel tres, imò quinque & sex menses abesset. Semper autem in reditu candelam offendit integram & ardentẽ, sicut illam ante iter suum accensam reliquerat, nec vnquam vidit extingui. Id quod citra certũ & euidens miraculum fieri neutiquam poterat, Deo haud dubiè per Deiparam hoc prodigium operante, ac piã sancti senis fiduciam corroborante. Ingẽs profectò miraculũ refert Damascenus, quod eximius Christi Martyr Stephanus ille iunior, vel inuitis Iconomachis, contra quos fortissime dimicauit, reipsa præstitit. Cum enim in proconnesо rogaretur, vt Armenium quendam grauissimè laborantem sanitati restitueret, duas imagines Christi & Mariæ adorandas illi proposuit, paret ægrotus, & post ad orationem statim conualescit, tantúmque virium recipit, vt quod corpus dimidia sui parte contabuerat, & humi vergebat, citra difficultatem erigeret sese.

Sedenim longum esset in his exemplis & miraculis recensendis omnibus immorari, quæ non solum in sanctissima Virgine Matre, sed etiã in eius imagine Deum verè gloriosum & mirabilem arguunt. Vnum igitur ex eodem fonte duntaxat adducam, quo fiat planius, Dæmones huiusmodi sacris imaginibus, quæ multis crebro fructum attulerunt, admodum infensos esse, atque à pio illarum vsu homines abducere solere. Historia eodem in libro descripta hæc est: Monachus quidam solitarius, & insignis Christi pugil, iámque grandæuus in monte Oliuarum habitabat, & ab impuro spiritu fornicationis acriter impugnabatur. Qui cum vehementer infestaretur, ciulare demum cæpit, ac dicere infestanti Dæmoni: Quousque tandem missum me nõ facies? recede à me, qui mecum quasi consenuisti. Dæmon verò se illi visibilem exhibens, hoc modo respondit: Iura mihi, te nemini mea verba, quæ dicam, renunciaturum, ac deinceps te oppugnare desinam. Iurauit senex de seruanda fide silentij, ac dixit: Per illum qui in altissimis habitat, ea quæ dixeris mihi, nemini reuelabo: Tũ ille: Noli, inquit, hanc imaginem adorare, & ego à te impugnando desistam. Habebat enim senex eo in loco imaginẽ, quæ Dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis Mariæ Christum Iesum Dominum nostrum circumgestãtis figuram exprimeret, quam & solitus erat venerari. Quum hoc dixisset Dæmon, priusquam illi responderet senex deliberandi tẽpus postulauit, rémque omnem die sequenti exposuit Abbati Theodoro Æliotæ in Laura Pharan tunc habitanti. Is Monacho respõdit: Verè illusus es, domine abba, & peccasti iurando Dæmoni: sed quòd arcanum aperueris, rectè abs te factum est. Cæterũ in quodlibet huius vrbis lupanar ingredi te præstat, quàm vt Deum ac Dominum nostrum Iesum Christum vna cum Matre sua desinas adorare. Atque in hanc sententiam plura exposuit, ciúsque Monachi discedentis animum in hoc adorandi instituto bene cõfirmatum reliquit. Rediit igitur ad Monachũ Dæmon, & cum illo expostulans dixit: Quid hoc rei est senex nequissime? Itáne seruas mihi fidem etiã iuramento firmatam de arcano reticendo? equidem hoc tibi affirmo fore, vt in die iudicij Deum iratũ sentias, & huius perfidiæ pœnam exoluas. Respondit Monachus: Me quidem iurasse scio, sed nihilominus Dominum & Creatorem adorare pergam, tibi verò non obsequar, quicquid etiam promittarim.] Hanc historiam qui velint, improbe carpant & calumnientur: nos eam certè à grauissimis Patribus septimę Synodi iãm pridem approbatã habemus. Tum res ipsa declarat, nihil in ea merito posse reprehendi, magnúmque ex illa testimonium accipi, quotquot Mariæ imagines, earúmque venerationem hodie detestantur, eos commune sibi studium habere cum eo, quẽ diximus Dæmone, Monachum à cultu similis imaginis auocante. Pestilẽtior adhuc, longéque versutior Dæmõ ille fuit, qui duos Iudæos ex Arabia profugos & impostores ad Leonem Isaurum Cæsarem salutandum extruit, ac per hostes suos Legatos, vt Cæsar Nazareni eiúsque Genitricis ἐκτυπώματα, id est, imagines & effigies de templis vbique tolleret ac deleret, omninò persuasit. Tantũ enim horum Iudæorũ oratio, loquente nimirum per eos Dæmone, valuit, vt ex eorum cõsilio vsus & veneratio sacrarũ imaginum, eundé Leonem hostẽ habuerit acerrimũ, qui multis deinde annis vt fœdissimam, ita & crudelissimam exercuit Theomachiã, quoniam sacratas imagines omnes de templis sustulit, ac earundem prohibuit venerationem, tabe tandẽ dysenteriáque consumptus magna etiã Reipublicæ perturbatione statim cõsequente. Nec minus tristes exitus habuere successores, qui Leonis huius impietatẽ æmulati sunt Copronymus, Leo quartus & quintus, Michael Trauelius, Theophilus ac huius filij, quos in Mariæ Sãctorúmq; imagines dirè grassantes diuina percussit vltio, vt ad vnũ omnes miserandũ interitũ sortirẽtur. Postquã verò pura & Catholica religio simul cum Imperio à Græcis ad Latinos Germanósque Principes transiit, vt hi se Ecclesiæ sanctionibus cõformarent, magnã certè sacratorum imaginũ rationẽ vsque habendã esse duxerũt. Vnde Lodouicus Caroli magni filius, nec solũ in Romano Imperio successor Augustus,

Exemplum Ioannis Anachoretæ, qui se Virgini Deiparæ apud eius imaginẽ commendãs, post reditum cãdelam semper ardẽtem inuenit.

Anachoretæ ad Mariam precatio.

Exemplũ de imagine Virginis quam ne Monachus veneretur. Dæmon dissuadebat.

Cap. 45.

De vita S. Stephani iunioris.

Miraculũ à S. Stephano circa ægrotum pro confirmãdo cultu imaginum factũ.

Exempla duorum Cæsarum in Mariæ imaginibus obseruandis.

Vide Gramzium lib. 1. Metropolis cap. 20

Augustus, sed etiam paternæ pietatis hæres legitimus, venerandam Deiparæ Virginis imaginem tãti fecit, vt illam vbique circumferret, adeoque in venationibus & vastæ solitudinis loco ad arborem deponi iuberet, & coram illa sibi precandum esse putaret. Tùm Ludouicus IIII. Bauarus, qualis qualis demum ille fuerit, in eo sanè laudem promeretur, quòd Mariam valdè coluerit, ac eius pulchrã, quæ adhuc extat, imaginem ex Italia in Bauariam suis, vt ferunt, brachiis deportârit, ac deportatam in monasterio Etalensi, quod in mediis syluis ad eiusdem Virginis in cælum assumptæ laudem ipse constituxit, posuerit reliqueritque. Hæc de optimę maximęque Matris imaginibus, ni planè fallor, tractasse sat est, quas nefarij Dæmones, & horum primarij satellites Hæretici nobis ex oculis tollere, hoc est, rei pulcherrimæ ac vetustissimæ singulari fructu Ecclesiam totam defraudare contendunt. Rectè autem Basilius monet honorem quem conseruis exhibemus, beneuolentiæ erga communem Dominum esse significationem: ac proinde quem honorem Deiparæ signo seu imagini exhibemus, etiam beneuolentiæ in Deum ipsum est testificatio quum secundum Ambrosij dictum, qui coronat imaginem Imperatoris, illum vtique honoret, cuius imaginem coronauit.]

Ekomel. in 40. Martyres.

Serm. 10 in Psalm. 118

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM

Christiana templa, quæ suam originem vt antiquissimam, ita & probatissimam tenent, quæque soli Deo dedicantur, cùm in aliorum Sanctorum, tùm in Deiparæ Virginis memoriam & honorem laudabiliter erigi, quæ à viris amplissimis constructa & dotata, per Nouatores perperam oppugnari ac profanari. Vanam præterea esse querelam de multitudine & ornatu externoque apparatu templorum, qui ad laudem Virginis, aliorumque Sanctorum solet à Catholicis adhiberi.

Iconomachi templis Mariam, infestissimi.

VINOSTRÆ Virginis imagines execrantur, & nescio quibus aliis etiam impudicis simulachris non rarò delectãtur, hi Marianis quoque templis neutiquàm parcunt, sed eadem probrosè infectantur, sæpè & sacrilegè diripiunt impieque profanant, atque adeò vna cum sacris imaginibus barbaricè diruunt, & furenter euertunt.

Licet Deipara nullo tẽplo egeat, tamen in eius memoriam & honorem templa merito erigũtur.

Quasi verò nefandum & immane sit scelus, in sacris ædibus & publicis plorum conuentibus locum & honorem proprium dari augustissimæ Virgini Matri, quæ citra controuersiam purissimum, sanctissimum, ornatissimum atque sectissimum summi Dei templum se præbuit, nullus vt in orbe locus Deo dignior ac sacratior, quem Deus magis eligat, diligat ac exornet, vnquàm esse possit. Hæc ipsa terrestri domicilio nulla ex parte iam indiget, fateor, postquàm rebus humanis exempta, & ad cælestem curiam anima corporeque translata, illis amœnissimis sedibus & maximis delitiis perfruitur, quæ tantam Reginam cum huius vitæ sordibus, terrenæque habitationis angustiis, nihil prorsus commune habere permittunt. Veruntamen officij nostri ratio postulat, & Christianę gratitudinis proprium est munus, selecta quædam deputari & obseruari loca, in quibus veræ pietatis cultores, quomodò erga Dei ac Domini sui Matrem affecti sint, quidue illi ipsi, & propter illam authori suo debeant, subinde reipsa declarent, vbi insuper tantæ personæ dignitatem reuerendam non solum tacitis animis, sed etiam expressis vocibus, & externis quibusdam piisque ritibus solenniter ac publice contestentur. Nusquàm enim alibi rectius & decentius frequentiusque præstatur, quod Maria ipsa spiritu diuino afflata prædixit fore: Beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens est. Quòd si vitam prorsus Angelicam & humanæ conditionis, aut potius perpetuæ corruptionis expertẽ ageremus, profectò neque dies festos celebrare, neque loca sacra obseruare, neque cæremoniis vllis dare operam in animum inducere-mus. At verò quoniam hac miseræ carnis mole grauati, tantáque naturæ fragilitate impediti, velut terræ animãtia humi quodammodo reptamus, & ad ea, quæ sacra sunt & spiritualia, nos ægre attollimus, neque mentes in illis fixas diu retinemus, multis adminiculis, & quibusdã excitamentis opus habemus, vt in religionis officio contineamur, ac Deo imprimis, & deinde Virgini Matri solennem debitumque cultum tribuamus, atque ita porrò Christiano instituto Ecclesiæque præscripto & consuetudini satisfaciamus. Neque verò humana, sed & Apostolica, imo & diuina templorum prima est institutio, nobis, si verum fatebimur, non solũ vtilis & salutaris, sed etiam necessaria, nimirum vt hinc summa Dei maiestas à plurib. studio maiore colatur, omnisque cultus diuinus religiosius tum à Clero, tum à populo peragatur, ac insuper varia Dei munera ex professo rectius dispẽsentur atque percipiantur, ac rursus vt credentes, veræque pietatis amantes, ad Dei opera & beneficia meditanda atque prædicanda crebrius ac efficacius excitentur, nec modo erga authorem & Redemptorem suum religionem, sed etiam qualemcunque erga Sanctos obseruantiam, & simul officiosam erga proximos charitatem studiosius exerceant, apertiúsque commonstrent.

Cur Christiana pietas Mariæ virgini tẽpla condat & ornet.

Luc. 1

bene beateque viuendũ.

Templorum institutio quã sit vetus & probata: modisque omnibus retinenda.

Pseudoapostoli, aliique Hæretici templa impie contemnunt & euertunt.

Deus licet vbi vult præsens, tamen in templis se beniguiorem præstat pius.

Faciliant igitur insani hostes Ecclesiæ, qui cum Pseudoapostolis iampridem damnatis, cumque Iudæis perfidis ac stolidis Ethnicis vociferantur, Christiana templa quamuis consecrata, non plus ad orandum quàm tabernas & stabula porcorum valere, nihiloque melius Deum ac Dei Sanctos in templis, quàm in syluis coli atque honorari. Etsi enim nemo pius dubitat, authorem omnium Deũ iuxta Scripturam vbique præsentem, nullis locorũ

Humana imbecillitas, vt aliis adminiculis, sic etiã templis quibusdam eget ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieron. 23 Esaiæ 66.

spaciis circomscribi, sed potius natura sua locum A omnem implere, & nusquàm non precantes mortales audire: tamen hoc etiam è sacris literis constat, eundem Deum rebus & locis omnibus non æqualiter assistere, nec vbique parem illi cultum venerationemque deberi, & sacris è locis fructum specialem hauriri. Proinde gratis animis hoc amplecti beneficium decet, quo factum est, vt summa illa bonitas quibusdam locis præsentię ac virtutis, gratiæque suæ clariora præbeat testimonia, donaque conferat vberiora, & præsertim in sacris tẽplis potentius simul & clementius operetur. Vnde Christus domum suam & domum Patris sui, domumque orationis, id est, diuini cultus exercendi propriam officinam, templum appellat, & in eo Deum habitare, verbis illis ostendit: Quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo, qui habitat in ipso. Nec dici facilè potest, quàm ingentẽ & multiplicem fructum pij è templis colligant, nimirum tum ad maiorem supremi numinis reuerentiam in ipsis animis excitandam, tum ad præcipua religionis officia ex professo magis exercitanda, tũ ad peculiares quosdam diuinæ virtutis effectus tũ sibi, tum aliis facilius applicandos. Hinc vbique gentium templorum extruendorum & conseruandorum ratio Christianis pulchrè cõstat, eáque perpetua Ecclesiæ consuetudo durat, & inde ab ipsis Christi Apostolis primisque Christianis originem sumpsit. Hi enim, vti Lucas exponit, post Spiritum sanctum in die Pentecostes acceptum in templum ascenderunt, & in templo semper fuerunt Deum laudantes & benedicentes, illicque vnanimiter quotidiè pet seuerarunt, ac prẽterea obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones, quas Paulus exigit, ibidem decenter ac publice instituerunt: demum sanctæ fidei nostræ mysteria, in sancto etiam loco, qui Græcis ἱερὸν χαρακτὸς, σεμνεῖον etiam ac μυστηριον, sed & κυριακὰ: Latinis autem Ecclesia, Basilica, Oratorium & Dominicum appellatur, sanctè & religiosè celebrari oportere equidem censuerunt. Eodem spectat, quod Petrus Cluniacensis æui sui scriptor insignis docet, grauiterque probat, altaritum, arcæ tabernaculi, templique constructiones authorem & sanctificatorem in veteri Testamento fuisse Deũ: nunc verò Christi & Sanctorum eius templa de priuatis locis cõmunia, de profanis sacra effici, quæ humano ministerio non sine spiritu sanctificationis mundentur atque sanctificentur.

Matth. 21 Ioan. 2. Esiæ 56 Matth. 23

Mos extruendi templa ab Apostolis primisque Christianis prostitit.

Luc. 24 Actor. 3. 4

1. Tim. 2

Varia templi Christiani nomina.

Lib. 1. Epistol. 2 Exod. 35. 36 37. & 38 3. Reg. 6. & 8

Templorũ in veteri & nouo Testamento, author & Sanctificator Deus.

Nec est interim, cur quisquam vna cum procaci Marbachio hic obstrepat atque calũnietur, Mariæ potius quàm Deo vel Christo nobis templa erigi atque dicari. Scimus enim & probamus, quod ab Aug. scriptum est, nec tẽpla, nec altaria, nisi soli Deo extrui & consecrari, sicut & illi soli sacrificiũ offerri oportere fatemur. Quamuis igitur templum aut sacellum Mariæ nomine commendetur, Deo tamen & authori Mariæ imprimis dedicatur, & sacrificium supremo nomini in illo vnicè offertur ex instituto. Vnde quemadmodum idem Augustinus affirmauit: Nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum, quamuis in memorias Martyrum, constituimus altaria: ita nobis etiam affirmare fas est quod nec Mariæ, nec vlli Sanctorum, sed horum omnium Deo, quamuis in peculiarem quorundam Sanctorum Dei memoriam, & sub illorum nomi-

Eriam Mariæ templa Deo dedicari sicut & reliqua templa omnia, quæ à Sanctis nomina sortiuntur.

Lib. de ciuit. Dei cap. 27

Non Martiribus sed Deo Martyrũ templa erigunt.

Lib. 20. cont. Faustũ. c. 21

nibus templa erigamus atque consecremus. Ac rursus cum eodem Augustino dicimus: Honoramus sanè (in ipsa nimirum Liturgia) memorias eorum tanquam sanctorum hominum Dei, qui vsque ad mortem suorũ corporum pro veritate certarunt.] Eodem & illa vox Augustiniana spectat: Quæcunque adhibentur religiosorum obsequia in Martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, nõ sacra, vel sacrificia mortuorum tanquam Deorum.] Ac sanè semper hic mos Ecclesiæ fuit, vt non solum templa quædam Sanctis construerentur, sed in illis etiam sacrificia super eorum memorias celebraren tur, sicut peruetusti Pont. & Martyris Felicis, totiusque Synodi probat sententia, & nos iam supra commonuimus. Quæ templa non tanquam Diis, verum vt Patronis, licut [a] Paulinus & [b] Leo loquũtur, erigebantur, vt hinc etiam veteres Apostolorũ & Martyrum templa libenter appellent. [c] Augustino autem familiare est, vt dicat, Martyrum Gerualsij & Prothasij mediolani, Stephani vero gloriosissimi Martyris in Colonia Calamensi & Hipponensi memoriam esse, & ad eam fieri miracula. Ergo si latriæ cultum spectemus, templa & sacella omnia, etiam quæ Mariæ nomine insigniuntur, non aliter quàm mirificum illud Salomonis templum, vni veróque Deo & ædificantur & dedicantur, & per sanctum eius nomen, quod ab Episcopo solenniter inuocatur, toto terrarum Orbe apud Catholicos sanctificantur. Accedit autem nominum varietas, vt hoc templum Mariæ, illud petri vel pauli Apostoli titulum præ se ferat: eaque nomina à Sanctis vtiliter imponuntur, partim ad expressionem sacrarum ædium distinctionem, quæ alioquin ob multitudinem non ita facile dignoscerentur, partim ad maiorem indicationem & memoriam venerabilium reliquiarum, quæ ibidem conditæ asseruantur, partim ob Sancti patrocinium nobis in mentem reuocandũ, vt eiusdem meritis studiosius consociemur, & orationibus efficacius nos adiuuari meminetimus, si eiusdem etiam vestigiis insistamus. In hunc sensum ab [a] Augustino traditur, nos in memorias Martyrum altaria constituere, & offerre sacrificium Deo, vt ex ipsorum locorum admonitione maior in nobis affectus exurgat adamandam charitatem, & in illos, quos imitari possumus, & in illum, quo adiuuante possumus.] Nec veretur dicere [b] Damascenus, Templa nobis Deo in Sanctorum nomine constituenda esse. Et [c] Sophronius Hierosolymitanus veterem Ecclesiæ morem comprobat, quo pij cum aliis ornamentis atque muneribus, tum excelsorum templorum erectionibus Sanctos venerantur. Maximus vero Taurinensis eorum Sanctorum solennitatem nobis curandam vel maxime asserit, quos in nostris domiciliis siue templis conseruamus, eosque vicissim pro nobis apud deum specialiter intercedere testificatur. Quid multis? enim Orthodoxi antiquitus non Christianum, sed Eunomianum & Vigilantianum habendum esse duxerunt, qui Basilicas Sanctorum nominibus appellatas, velut sancta loca diuino cultui mancipata, piissimo affectu, & fidelissima deuotione adire contemneret aut negaret. Vbi profecto nostri Sectarii furiosis & sæuientibus iam olim Arianis dissimiles non sunt, qui cum suæ Sectæ patronos Constantium & Valentem haberent, horrendam deformitatem, & barbaricam quandá vastationem

Lib. 8. de ciuit. Dei c. 27

Epist. 23. ad Epitaph. Paulæ.

Epist. 2. ad Epitaph. Gallieæ.

Constans Ecclesiæ mos erga Martyres & eorũ memorias etiam exigendi templa & sacrificandi.

a Epi. 13 ad Severum.

b Serm. de Epiphania, & Serm. 1. de natali Apostolorum.

c Lib. 22. de ciuit. Dei c. 8

3. Reg. 8

Templa sunt soli Deo ædificanda, venerationis tamen & honoris & Sanctis aliis hac parte impertienda nomina.

a Lib. 20. cont. Faustum cap. 21

b Lib. 4. Orthodox. fidei cap. 10.

c In vita S. Cyri & Ioannis. Homilia in Martyres. Taurinen. In libr. Ecclesiast. magistri c. 38

Testimonia Veteris & Sanctorum templa.

Non Christianum sed Eunomianum & Vigilantianum habendum qui Sanctorum templa horum nomine dicata detestabantur.

vastationem templis Catholicis induxerunt.

Quod verò de illorum temporum miserando statu dixit Basilius, in nostram ætatem egregiè quadrat: Sublatum est gaudium & lætitia spiritualis: in luctum mutatæ sunt festiuitates nostræ. Domus precationum clausæ: suo altaria cultu spirituali vacant, hymnodiæ nocturnæ non habentur: non est præses, neque oblatio, neque incensum, neque locus, vbi coram Domino possit offerri sacrificium. Vnum iam crimen est, quod vehementer punitur, si paternas quis traditiones diligenter obseruet.]

Epist. 70. ad Episco. Galatiæ & Italiæ. Basilij querela de Arianis Catholica tẽpla prophanãtibus & sacra omnia pertur bantibus.

Nouatores impudenter obtrectare tẽplorum matrig fundatoribus. Exempla præclarorum hominũ, qui laudabiliter in tẽplis Mariæ cõsecrandis vel ædificandis laborauerunt.

Cæterum vt ad Mariana templa propius accedamus, noui Sectarii cum Magdeburgicis siue Centuriatoribus, siue fabulatoribus hoc sibi commune habent, vt optimis etiam Principibus, regibus, Imperatoribus minimè parcant, in Episcopos verò atque Pontifices probatissimos debacchentur, ac omnis demum ordinis ferè præstantes homines insectentur, qui tot sæculis in Mariæ templis vel oratoriis extruendis ornandisque operam & sumptus collocarunt. Tantum illis audaciæ, imo & stultitię impudentięque præbet nouum hoc Euangelium, quo imbuti infelices animi Deum in Sanctis colere dedicerunt, veterisque pietatis ac reuerentiæ omnis insani contemptores ac superbi etiam illusores efficiuntur. Desipuit ergo Henricus eius nominis secundus Imperator, cui cognomen Claudi contigit, in colenda Virgine Matre tã sedulus, vt in mediis etiam peregrinationibus, si quando vrbem aliquam ingrederetur, primam quidem noctem precãdi gratia in illa æde consumeret, quam beatæ Mariæ sacram fortè repertisset. Idem Spiræ templum primarium, regiam Basilicam dixeris, Cæsarum sepultura dignam, in honorem Deiparæ condere cœpit. Desipuit & Stephanus Vngariæ Rex laudatissimus, qui suis Pannonijs Ethnicismum abrogauit, atque ad singularem Mariæ amorem atque cultum sese conuertit, & præter alia Basilica prorsus regiam in regia vrbe Albanensi Deiparæ posuit taraque tum munificentia, tum elegantia cohonestauit. Vt enim Bonfinij verbis vtar, opus est mirabili sumptu, incrustationibus marmoreis renitens, vbi pauimenta tessellata cernere est, magnificas colũnas, aras iconibus ac tabulis nonnullas mirũ in modũ exornatas, ex purissimo auro argentoue cõflatas.] Desipuit & Episcopus Vdalricus inter germanos quidem Præsules sub Ottone primo clarissimus atque sanctissimus, qui ædem præcipuam Deiparæ sacram à Simperto antistite prius consecratam Augustæ habuit & ornauit, ac rursus eandem Lutholdo eiusdem vrbis XXIII. Præsuli restituendam, cum iam esset collapsa, reliquit, huc iuuante potissimum Adelhaide religiosissima Imperatrice. Desipuit & Constantiæ præclarus antistes Conradus; qui vna cum dicto Vdalrico in squalidam & incultam Heluetiorum solitudinem, quæ postea Virginis Eremitorium, Germanicè autem Einsidle dicta est, se contulit, vt embo ad consecrandum illic Deiparę templũ, quod postea multis claruit miraculis, non sine Dei nutu conuenirẽt. Desipuit & Parens patrię, nec minus religionis quã Imperij apud Germanos instaurator Carolus Magnus, qui deuictis Vngaris templum vnum Sicambriæ, & alterum Aquisgrani mirabili opere constructum, & tertium Campidonę in honorem sanctæ Deigenitricis exædificauit, & attributis etiam

Rex. Stephanus Vngariæ Rex.

Lib. 1 decadis 2. de rebus Vngaricis.

III. S. Vdalricus Episcopus.

IIII. S. Conradus Episcopus.

Vrs. Carolus Imperator.

VI. Iustinianus Imperator.

A possessionibus locupletauit. Desipuit Iustinianus Imperator qui templum augustum Hierosolymis Mariæ Deiparæ, sed & Matri eius Annæ constituxit, suumque pium animum his verbis in Codice scriptis orbi prodidit: Hoc te precantes exoramus sanctæ & gloriosæ semper Virginis & Dei genitricis Mariæ precibus, vt quicquid minus est, à nobis, nostræ per nos indignos seruos suos restituat in suo nomine.] Desipuit & Rex inclytus Francorum Dagobertus tantoperè Virgini studiosus, vt ad Ecclesiam huius Argentinensem restituendam, quam Prædecessor eius Clodouæus è Regibus Galliarum primus Christianus fundauerat, oppidum Rubiacum, totamque ditionem circumiacentem pro sua Regia liberalitate donarit. Desipuit demùm & Bauarorum Apostolus Christique Martyr nusquàm satis laudatus Rupertus, qui Theodonem cum filio Theodoperto Ratisbonæ & Vtonem Ducem Oetingæ sacro lustrauit baptismate: vtrobique verò prope ipsa Principum prætoria Virgini Matri ponenda templa curauit, suisque manibus consecrauit. Virúque adhuc veteris Capellæ retinet nomen, sed celebrius est Oetingense non procul ab Oeno situm, præsertim ob frequentem miraculorum gloriam, quæ multa per Deiparam, vt & alibi diximus, illic diuinitus fiunt. Is locus singularem venerandæ antiquitatis affert gratiam, & si vllus quidem alius, Bauaros egregiè monet de conseruanda Euangelici seminis puritate, quod à suo & totius Norici Apostolo primo Ruperto sparsum, & Bauarico agro inde ab initio sincerè concreditum, non sine singulari summi numinis gratia hucusque apud se incorruptum manere conspiciunt. Verùm enimuerò si Nouatoribus fides habẽda est, hos aliosque plures Ecclesiastici & politici ordinis conspicuos, omnisque virtutis genere cumulatos Viros, quorum numerum inire non possis, simul desipuisse dicemus, quod singulari eorum studio factum sit, vt sacrosanctæ Virginis cultus mille ab hinc annis, ac cò amplius in Christianis templis vbique gentium conseruaretur atque propagaretur. Contra verò ex horum censura eos mirabiliter sapientes habebimus, qui cum veteribus & nouis Iconomachis eiusdem Virginis cultum in templis extinguere, simulque cum templis ipsis subuertere, vel inuitis bonis omnibus, sibi pulchrum & Euangelio consentaneum esse vanissimè arbitrantur. At si omnino errandum est, cum Orthodoxis quidem tàm claris Heroibus hic desipere, quàm cum obscuris Ecclesiæ hostibus sapere præstat.

Vide Auentinum lib. 3 Annalium Boiorum. VIII. S. Rupertus Episcopus.

Capella vetus Oetingæ in Mariæ honorem posita locus est memorabilis & de quo Bauaros muncat.

Cùm Phocas imperaret, annus ferè fuit post Christum natum sexcentesimus decimus, Ecclesiæ præfuit Bonifacius Quartus Pont. Max. & literis ad eundem Imperatorem datis templum, quod erat Romæ nobilissimum, iam inde à M. Agrippa sub Augusti imperio conditum, nomine pantheon postulauit. Quod impetratum, omni idolorum superstitione sublata, Virgini Dei Matri & omnibus Martyribus dedicauit. Inde hæc ædes Virginis ad Martyres, & quia figuræ circularis est, ad Mariã, rotunda cœpit appellari. Quis verò singularem hanc Pontificis prudentiã, ac prudentẽ simul pietatẽ non iure commendet? vt potè qui fœdissimum falsorũ Deorum templum, in quo Cybele mater Deorum spurcissima prius ab idololatris colebatur, hac oratione prorsus aboleuerit, & quod diabolicæ idolo-

Bonifacius IIII. Pontifex templum Pantheon Deiparæ omnibusque Sanctis dedicat sapienter. Cur templum dictum Mariæ ad Martyres, & rotundæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

larriæ tamdiu manserat delicatum, in sacrũ Christianorum vsum religiosè conuerterit, vt deinceps vnus & verus Deus in Maria suisque Sanctis ibidẽ honoraretur? Quod Pontificis factum veteres & sapientes omnes æquis iudiciis comprobant, soli autem Nouatores, vt sunt supercilioſi atque peruersi censores, prorsus reprehendere ac damnare cœperunt. Vnde Balæus in proscindendis Pontificibus longè petulantissimus, horrendam hanc mutationem vocat, quæ cum Apostoli Pauli doctrina tanquàm ex diametro pugnet. Quasi verò quod paulus de cauendis admonet idolothytis, cum hoc argumento commune quicquam habeat: & nefas sit Ægyptiorum spoliis Dei tabernaculum exornare: nec deceat, Ethnicis, velut iniquis possessoribus, erepta bona in Christianum vsum legitimè vendicare. Accedit, quod pro absurdo ducat Hieronymus, ac rectè quidem, si hoc negetur membris Christi ad vnius Dei honorem, quod Satanæ membris ad vnius Dei blasphemiam deferebatur. Vnde quod olim Theodoretus insanis Ethnicis exprobrauit, & ad singularem Dei sapientiam celebrandam referri voluit, qui falsum Deorum cultum in templis ac feriis, cum religiosa Sanctorum suorum veneratione conuertit, id nos etiam hoc loco rectè vsurpauerimus: Deus noster, inquit, in templa pro diis vestris induxit mortuos suos: vestros autem cassos gloria, vanosque reddidit. & suis Martyribus honorem illum dedit. Pro Iouis Liberique solennitatibus, Petro, paulo, Thomæ aliisque sanctis Martyribus solennitates peraguntur, proque illa veteri pompa, pro turpi obscœnitate ac impudantia fiunt modestæ, castæ, ac temperantiæ plenæ festiuitates. Non illę quidem mero delibutæ, non commessationibus leues, sed diuinis cantibus personantes, sacrisque sermonibus audiendis intentæ.] Fingunt autem aduersarii, vt Manichæorum sequantur deliria, Sanctos à nobis in idola cõuerti, ac idcircò Catholicos in Sanctorum cultu & inuocatione versantes, nõ secus quã Vigilantius, palàm idololatras vocant. Priorem locum Catholicis ante mille annos obiectum diluit[a] Augustinus posteriorem depulit[b] Hieronymus, vt plura hoc loco à nobis addi præter ea, quæ suprà diximus, superuacaneum esse videatur. Faciant ergò improbi[c] Centuriatores, quos nihil pudet scribere, hunc Bonifacium pro Diis Ethnicis, Mariam & omnes Martyres seu Sanctos Ethnicorum more coli ibi instituisse. Quid enim istud est aliud, nisi sanctum Bonifacij pontificis consilium malignè prorsus deprauare, velut is Cybeles matris cultores cum Deiparæ cultoribus æquè superstitiosis, aut certè cum vero Dei cultu pugnantibus commutare voluerit, & Deos ipsos etiunicorũ in Sanctos Ecclesiæ transformare vnquàm cogitarit? Omitto, quòd facta huius templi consecratione, vis & potestas ingens Dæmonum fuerit profligata, per quam Christiani anteà non parum illic affligebantur, vt meminit Petrus Præmonstratensis. Quid multis? nihilo magis hic Bonifacius Pontifex deliquit, quàm laudata semper Eudoxia Imperatrix, vt quæ Sancto spiritu afflata, & singulari promouendę fidei zelo succensa Pontificem alium Sixtum impulit ad veterẽ superstitionem, quæ Romanos in Cæsare Augusto publicè colendo detinebat, abolendam, & ad diem alium eius loco instituendum, qui Apostolo Petro

Bonifacij Pontificis factum de templi mutatione à aduersarijs perperam reprehendi. *Iu lib. de actis Rom. Pont.* 1. *Cor.* 8 *Exod.* 12.

Lib. aduersus Vigilantium Lib. 8 *de Græcarum affectuum curatione.*

Longè alia ratio est sacrorum quã Deorum templa & festa seruãdi.

In suo Chronico.

Eudoxia pie curat celebri festum D. Petri ad vincula.

[a] *Li.* 20. *aduers. Faust. cap.* 21. *Et Epist.* 19. *ad Deo gratias.* [b] *In Epist. aduersus Vigilantium.* [c] *Centur.* 7 *cap.* 6

Cẽturiatores Bonifacium Pont. ob templum Pauthei sacratum peruerse culum tantur.

fundamentis refecit, ac præterea templum Deiparæ sacrum in foro, idque pulcherrimum, exędificauit. Fuit & Cyrus vir illustris, aulæ primùm Theodosianæ, tùm vrbis Constantinopolitanæ Præfectus, ac postea Smyrnensis antistes factus, qui cũ Marię Virginis imaginem sub ingenti cupresso latentem, & miraculis coruscantem inuenisset, tantum honoris ei loco habuit, vt venustissimum & maximum Dei genitrici templum construxerit, sicut & Nicephorus prodit. Hoc templum Cyri postea dictum est, sicut Romanum illud Xixti, quod Pontifex eius nominis tertius, vir idem sanctus, & Leonis Magni Pontificis prædecessor, non tàm cõstruxit, quàm restituit & amplificauit, multisque modis decorauit. Quoniam verò idem templum non sine miraculo, vt diximus, Liberij Pontificis tempore inchoatum fuit Ioanne Patricio sumptus liberaliter suppeditante, Liberij quoque templum cognominatur, & rursus quia Christi præsepe, in eo reconditur, ab eodem præsepi sæpè veterib. nuncupatur. Vulgata nunc est appellatio, vt Mariæ Maioris dicatur Ecclesia, licet alia sit vetustior, quàm Calixtus Pontifex, vt dicemus, trans Tyberim cõdidit. Primarium verò in vrbe templum illud Virgini in Exquiliis dicatum est atque inter Patriarchales Ecclesias meritò recensetur, quod & singulari hactenus prærogatiua, simulque structurę præstantia sic excellit, vt cum præcipuis Romæ Basilicis certare posse videatur.

Cyrus Episcopus Mariæ templum fabricat Smyrnæ.

Lib. 14. *c.* 46

Templũ Xixti, Liberij & Præsepe ad eãdem esse quod nunc Mariæ Maioris Romæ vocatur.

Propriũ templũ Mariæ dicatum, quod in vrbe Romano.

Quid quòd Constantinus Magnus Imperij simul ac religionis fundator, vt sic dicam, incomparabilis, si cum prioribus quidem Imperatoribus conferatur, quum Byzantium à se conditũ, eiusque nomine insignitum nouam Romam esse decreuisset, vrbem illam vniuersam, quæ orbis miraculum & regina vrbium à quibusdam dicitur, Dei & Domini nostri Matri Mariæ sub Alexandro Episcopo dedicauit? Vnde Constantinopolitani Mariam sibi patronam postea semper habuere; illáque suæ patriæ propitiam & beneficam esse reipsa senserũt, præsertim quando Ariani multis illic occupatis ecclesiis, Catholicos grauiter afflixerunt, & plerique variis morbis rerumque infortuniis per illam diuina sunt ope liberati atque restituti, vt author est Sozomenus. Eoque minus admirari par est, quòd Græci his epithetis Mariam, vt diximus, cohonestarint, eandem ὁδηγήτριαν, hoc est, viæ monstratricẽ, atque ductricem, ac rursus ὑπεραγίαν ὁδηγῶσαν hoc est, viam ducũ vulgò appellirantes. Qua ratione Chrysostomus etiam, qui eiusdem vrbis fuit antistes, totius Reipublicæ nomine Deiparam ita compellásse videtur: Qui tuam opitulationem adepti intemerata, & tuis intercessionibus à malis eruti, & per Crucem Filij tui omninò protecti, ex debito piè te magnificamus.] Tùm huius Constantini mater Helena, cuius Imperatricis apud [a] Eusebium, [b] Ambrosium, [c] Theodoretum, & [d] Nicephorum summa extat commendatio, non solùm in Bethlehem sacram ædem magnificè construxit, sed & ipsi Verbi puerperæ, ac sponso eius Ioseph templa condidit, sicut [e] Nicephorus annotauit. Meminit & Eusebius, quod eadem religiosissima fœmina in alia, quæ permulta reliquit suæ pietatis documenta, gestationem vteri Dei genitricis admirandis monumentis cohonestauerit, & sacrum illud antrum, vbi Christus de Virgine natus est, multifariam exornarit.

Constantinopolis Deipare ab ipso vrbis conditore dedicatur.

Templa Iustiniani Cæsaris erga Mariam genetricem Dei & reuerentia.

[a] *Libro* 3. *de vita Constantini.* [b] *Lib. de obitu Ambr.* [c] *Libr.* 1. *Ecclesiast. hist. cap.* 8 [d] *Lib.* 8. *cap.* 30. *et* 31. [e] *Libr.* 2 *Eccles. hist. cap.* 30. [f] *Lib.* 3. *de vita Constantini.*

Nunc ad Martyrum ætatem venio, in qua suum etiam sanguinem pro Christo Calixtus Pontifex fudit, æqualis Tertulliani, à Petro quidem Apostolo decimus septimus Ecclesiæ Catholicæ administrator. Is basilicam Virgini Matri, sicut & Damasus confirmat, ædificauit, ac eo quidem Romæ loco, vbi quum regnaret Augustus, & Christus pax nostra primùm natus esset, taberna extabat meritoria, ex qua fons olei nimirùm Christianæ gratiæ ad gentes manaturæ symbolum, obstupescentibus Ethnicis, mirum in modum exundauit, ac per totum etiam diem, qui nobis est augustissimus simul & auspicatissimus, largissimo riuo defluxit. Eius rei mentionem [g] Orosius quoque facit, idemque mysterium [h] Carolus Magnus interpretatur. Ego verò admiratione dignum esse putarim, difficillimo & afflictissimo illo tempore, quo Cæsares ac Ethnici omnes in Christianos crudelissimè grassabantur, tantum animi ac studij in Calixto Pontifice resedisse, vt omni metu posito, templum in Trastybetina regione sibi condendum, atque in honorem Virginis dedicandum esse putaret. Nec dubium, quin hoc Pontificis exemplum non Romæ tantum sed etiam in Europa & Aphrica multi tùm proceres, tùm antistites amplexi fuerint ac æmulati. Quid verò si ante Calixtum etiam Mariæ templa in secundo & primo nascentis Ecclesiæ seculo constituerentur? Non credent id aduersarij, etiam si testem Vincentium Beluacensem producamus. Narrat ille historiam de Martha Christi hospita, eiusque sorore Maria Magdalena, quæ ambæ post Christum in cælos assumptum suam in Christum fidem apud Iudæos ingenuè sint professæ, ideoque non paruum illius gentis odium in se concitarint, adeò vt ab impiis naui sine velo & remis imponerentur ac prorsus in exilium eiicerentur. Hinc eadem Dei virtute adiutas, ex Palestina in Galliam mirabiliter peruenisse, ac nouam Euangelicæ doctrinæ lucem Massilienſibus demonstrasse, præsertim cùm Lazarum fratrem & Maximinum comites sibi adiunctos haberent. Ita demùm factum esse, quemadmodùm & Gallorum confirmant Annales vt ecclesiæ nouæ fundamenta dicto in loco surgerent, ac duo etiam templa, Christo nempè Domino & eius genitrici, Matthæ hortatu potissimum constructa, & decimo sexto Calendarum Ianuarij dedicata fuerint, præsentibus tùm Episcopis Maximo Aquensi, & Trophimo, Arelatensi, Eutropioque Auracensi, qui & primi Gallicanam vineam excoluerint.

Helena Augusta Mariã quoque colit & templa construit.

In vita pontific. & Polidorus, Ephes. 2 *g Li.* 6. *histor. ca* 18. *&* 20. *h In fragmento de diuinis vet. Eccles.*

Calixtus Pont. & Martyr maiæ templum Romę construit.

De Calixti Pontificis laudabili zelo in Mariæ templo construendo.

Lib. 8. *inste cul. histor. cap.* 32.

Historia de Martha & sorore Magdalena in Gallia Euangelizantibus.

Scio quosdam nec mihi, nec Vincentio hîc astipulaturos, sed miraturos potius, quod Mariæ adhuc superstiti templum à Martha positum esse audiant. Verum haud equidem video, cur summoperè mirentur, talique narratione offendantur, quum simile quiddam de S. Sauiniano legamus. Is enim à Petro Apostolo ad Gallicanam vrbem Suessionas destinatus, vbi primum & præclarum egit Episcopum, eum honorem Apostolorum Principi suoque Magistro habuit, templum vt illi condiderit, ad nostram ætatem vsque viui Petri nomine insignitum. Et celebris apud Germanos extat traditio vetereſque Colonienſis & Treuerenſis ecclesiæ docent Annales, ex primis Apostoli Petri discipulis in Germaniam missis fuisse Maternum, qui post-

Variis exẽplis probari templa quædam Apostolis adhuc viuis esse constituta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm à morte mirabiliter ad vitam esset excitatus,
1. Pet. 5 non procul à Molsheim (locum norunt vicini ferme Argentinenses) templum in eiusdem Petri magistri honorem extruxit, domum Petri, siue Germanicè Thompeter in hunc vsque diem appellant.
Templa quædam Apostolo Petro superstiti, tum in Germania, tũ in Alexãdria cõstructa fuisse scitur & Ioãni Euãgelistæ. Sed alius eiusdem Apostoli Petri discipulus, ne dicam filius, quem & ipse filium vocat, Marcus Euãgelista non sibi committendum putauit, quin apud Alexandriam Petri huius nomine Ecclesiam consecraret, sicut inter cæteros meminit Anacletus. Tũ Clemens Romanus virum nobilem & copiosum fuisse Theodosiũ refert qui domum suam in Apostoli Petri templum sanctè conuerterit, ac viuentis adhuc Petri cathedram in illo ipso collocarit. His affine est quod Abdias de Ioanne Apostolo scribẽs ipso adhuc viuo basilicam in Ioannis nomine positã Ephesi fuisse testatur. Sed ad Maternũ Apostoli
De vita Ioãnis Apostoli. B Petri discipulum redeo, qui non solum apud Bonnã Ioanni Baptistæ, & Coloniæ Matthiæ Apostolo, verum etiam apud Tungaros Deiparę Virgini ædẽ eamque infra Alpes, vt volunt, primam consecrauit: sic enim veteres Ecclesiarum narrant Annales.

De prima ædę infra Alpes in Mariæ honorem extructa.

Non esse incredibile Mariæ adhuc viuenti, æque ac Apostolis quibusdã templum positum fuisse.

Cvr ergò tantoperè miremur, aut improbabile censeamus, etiam Apostolorum seculo Deiparæ Virgini nondum defunctæ templa quædam extrui esse cœpta? Scribit sanè Raphaël Volaterranus, Antaradum, quæ ante Aradum, Tripoleos oppidum in Insula situm esse, hodie autem Tortosa dicitur, ibique sacellum extare, quod primus omnium Diuę Genitrici Petrus Apostolorum princeps excitauerit, & in quo primum ipse quoque sacrificarit. Tùm Romæ non procul à B. Pauli basilica, vel, sicuti vocant, apud tres Fontes, extat sacellum cum inscriptione, hoc templum esse secundum Deiparæ consecratum. Qui verò Hispaniam, & res gestas illic Iacobi Apostoli describunt & explicant, constanter affirmant, sanctissimam Virginem in ciuitate Cæsaraugusta eidem Apostolo apparuisse, & post apparitionem templum vel sacellum, quod nunc etiam est celeberrimum, & nuesta Sennora del pilar, vulgo Hispanico appellatur, eodem authore institutum ac dedicatum fuisse, sicut ex Antonij Beuteri testimonio iam antè citato elucescit. Hanc verò primam in toto orbe Christianorum Ecclesiam faciunt, atque ita se rem habere, variis modis, & tabulis, & testimoniis, & miraculis, perpetuaque eius gentis fama simul & celebri traditione confirmant. Qua de re post Beuterum meminit Ioannes quoque Vasæus. Peruetustum haud dubiè templum est Virginis, quod in vrbe omnium hodie amplissima & populosissima Alcairo conditum, in potestate manet Alexandrini Patriarchæ, ac veteribus quidẽ in magno precio est habitum, eò quòd in eadem Aegipti parte Virgo mater vnacum infante Christo Herodianam sæuitiam fugiens, latuisse, ac Aphrodisi cuiusdam hospitio vsa fuisse credatur. Cuius historiæ luculenter meminit Dauid Chytræus. Narrat & [a] Palladius, qui sub Theodosio primo vixit, in Aegypto tẽplum extare apud Hermopolim, [b] Sozomenus Persæam Hermopolim vocat, ob singularem memoriam eius miraculi, quod Christo vna cum genitrice & Ioseph illuc ingrediente simulachra omnia Aegipti corruerint, sicut Esaias [c] propheta his verbis fuerat vaticinatus: Ecce Dominus sedet super nubem leuem, &

Mariam apud Cęsar augustã Iacobo Apostolo apparuisse ilicque primum templũ Deiparæ constructũ esse veteres tradunt.

In Chronico rerum Hyspanicarum.

Matth. 2

De tẽplo Virginis Alcairensis.

1 Reg. 12. Herodoti & in orat. de statu Ecclesiarum. a In Lausiaca historia. b lib. 5. c. 21 c cap. 19 ad Lxx. hist. sap. 31

A veniet in Aegiptum, & quatientur manufacta Aegipti à facie eius, & cadent in terram. Neque ab his Nicephorus [d] vllo pacto discedit. Proinde, vt semel finiam, non potest non esse vetustissima Ecclesiæ consuetudo, & primis etiam Christianis notum fuisse videtur institutum, quo templa quædã peculiaria si vllis Sanctorum alii, præstantissimę Dei Genitrici cumprimis fabricantur, & in precio habentur toto orbe terrarum. Quod verò Centuriatores adferunt, à Cæsare Gonstantino primùm fluxisse morem, vt in Sanctorum memoriam templa extruantur, aliis illorum explodendis figmentis ac fabulis æquè frivolis meretur adscribi, & è superioribus coargui facilè potest. Certè Aurelianus de suo magistro, veroque Christi Apostolo Martiale testatur, quòd apud Lemouicas Ecclesiam in honore S. Stephani Prothomart. dedicarit, & ad eam
B vicinos Aquitaniæ populos subinde religionis ergo venire iusserit. Verum hic Marbachio aliisque pluribus respondendum est, qui sunt, vt Iudas Apostolus fore prædixit, murmuratores, querulosi, illusores, seipsos segregantes, animales, spiritum non habentes. Eos loquor, quos hodie templorum Mariæ multitudo & splendor offendit, quique ferre nõn possunt faces radiantes, cereos ardentes, imagines Virginis decoratas, suauem hymnorum de illa modulationem, turbarum clangentium ac organorum concrepantium sonitum, aliasque cæremonias ac celebres in templis apparatus ad eiusdẽ Virginis gloriam institutos, multisque in Ecclesiis iampridem vsitatos. Hæc enim omnia siue Christi, siue Mariæ causa fiant, vt immodicum fastum, ni-
C miumque luxum candidi homines scilicet, calumniantur. Aț miror ego inptimis, cur aduersarii in Catholicis reprehendendis præcipites, valdeque petulantes, adeo ad suorum scelera quantumuis atrocia conniueant, qui tanquam Harpiiæ & Iuliani, clàm palàm in templa Catholica inuolant, nec modò Sanctorum, sed & diuinum cultum abrogãt, sacra diripiunt ac profanant, altaria subuertunt, & contra leges diuinas ac humanas, tum ex alienis bonis, tum è nefandis sacrilegis suum luxum fouere, & cupiditates explere non desinunt. Verentur timidi homines, quod sui muneris erat proprium, magnatibus scelera eorum & scelerum pœnas annunciare, nimirum quàm graui & horrendo irati
D Dei iudicio castigentur, qui cum [a] Philistæis, [b] Nabuchodonosor, [c] Antiocho, [d] Heliodoro & sacrilegis aliis vim nefariam sactis ædibus inferunt, & quacunque ratione violant sacra, Deoque dicata vasa & loca in profanos vsus pro sua inexplebili cupiditate conuertunt. Nihil istos vel tangit, vel mouet [e] Optati sententia, sancto alioquin Episcopo digna: Quid est, inquit, tam sacrilegum, quàm altaria, in quib. & vos aliquando obtulistis, frangere, radere, remouere, in quibus vota populi & mẽbra Christi portata sunt, vnde à multis pignus salutis æternæ & tutela fidei & spes resurrectionis accepta est? Quid enim est altare, nisi sedes & corporis & sanguinis Christi?] Aequè surdis auribus diră illam interminationem prætereunt, quã [g] Alexius Comnenus apud Græcos Imperator in aurea Bulla vt vocant, his verbis proposuit: Quod si quis, Domine Deus, in posterum manus sacris & diuinis sanctis, vtensilibus, & vasis, quæ sacris olim & vecanda fuerint, iniicere audeat, is ne lumine in die visitationis tuę fruatur, nec Sol illi matutinus illucescat, nec tuo hic auxilio, nec tua isthic diuina protectione gaudeat, sed vbiq, despectus à te, desertusq; iaceat.

[d] Nicephor. lib. 11. cap. 10

Philo à Charientib. Sanctorum templa antè Christum fuisse.

Ex vita S. Martialis.

Ibidem.

De diuersis Nouatianorum quibus templa dicta videbãtur, & quãdo hæc templa Deiparæ sacrata & dedicata fuerint.

Aduersarij de Ecclesia, & eius ritibus male tractant.

Nonatores nimis leuiter ac insolenter de optimis templorum fundatoribus iudicant.

Deinde præposterum istorum esse superciliũ dicimus, qui tam temerè, quàm irreuerenter cẽsent de optimis maximisque Principibus iampridem tõto orbe laudatis, quemadmodum sine controuersia fuere Constantinus, Theodosius, Pipinus, Caroli Ludouici, Henrici, Ottones, vt alios plurimos & de re Christiana optimè meritos silẽtio pręteramus. Quorsum igitur attinet, præclarum horum studium in fabricandis & ornandis Mariæ pluriumque Sanctorum templis positum, nunc primũ suspectum, adeoque superstitiosum & vulgo inusitum reddere, quinetiam singularem & diuinam illorum sapientiam tantum non irridere? Qui præstantes heroes quoniam diuini nominis & Christianæ religionis propagationi operam sedulã dabant, ac propterea Regij Prophetæ Dauidis exemplum sibi habebant propositum, decorem domus Dei ex animo dilexerunt, suisq; facultatib. & opibus strenuè promouerunt. Æquũ enim & pulchrum existimabant, vt quæ à summo Deo bona liberaliter accepissent, ea vicissim in Dei & Sanctorũ eius honorem sacrosque Ecclesiæ vsus largè conferrent, vtque suæ in Deum pietatis & erga Ecclesiam obseruantiæ studium non modo præsenti seculo, sed & posteritati quibusdam testimoniis publicis declararent, simulque religiosa structura & dotatione templorum Mariæ & Sanctorum fauorem, à quibus in æterna tabernacula demùm reciperẽtur, sibi apud Christũ iudicem conciliarent. Nec enim solum in eleemosynas viuis Dei templis erogandas incubuere, sed tantum etiam quotidiano luxui & auliciis illis pompis detrahere studuerunt, vt hæredes locupletare, & Imperium augere, ac bonis fortè omnibus abundare possent, Deo interim illorum facultates ita fortunante, vt non solum domi, sed & foris pace belloque nihil eis deesset, sed tanti etiam sumtus suppeterent, quanti ad templa, collegia, monasteria passim vel extruenda, vel amplificanda & ornanda sufficiebant. Exemplo sit Carolus ille Magnus, & Christianorum quidem Principum longe maximus, qui tribus annis antequàm è vita migraret, testamentum condidit, in quo duas partes relictæ à se pecuniæ, cùm iam tempia & monasteria plurima extruxisset, dari inssit Episcopis ad Ecclesias reficiendas, & pauperes adiuuandos: tertiam verò filiis ac filiabus, reliquisque domesticis, cuiusque ratione habita distribuẽdam reliquit, sicut & Crantzius annotauit. Hãc vere piam & optimis Principib. dignam prudentiam ignorant, aut certe dissimulant aduersarij, qui si ex æquo iudicarẽt, illorum animos vt diuino spiritu & amore incensos, ita cum eximia fide, charitate atque liberalitate coniunctos meritò prædicarent: tãtum abest, vt præsens de fabricandis butusmodi templis institutum vel tacite, vel aperte sugillare bona conscientia possint. Fuit enim his fundatoribus hoc præcipue cordi, vt ad Rempub. bẽne constituendam in primis florerent Ecclesiæ, & in his ministeria sacra, omnisque cultus Deo & Sanctis tribuendus decẽter & cõmode tum ad Dei gloriam, qui in Sanctis celebraretur, tum ad communem Christiani populi vtilitatem dies noctesque peragereturi.

Peccant in eo etiam nostri Momi, quod veterẽ

Veteres Principes non solũ virgines libertates, sed etiã Ecclesiam fundandã, Deique cultum ornandum, munificè euoluerunt sicut Caroli Magni decet exemplũ.

In Metrop. lib. 1. cap. 18

Quid maximè spectarint Principes in fundationibus & dotationib. Ecclesiarum.

A tõtius ecclesię fidem & consuetudinem prorsus indigne conuellant, dum ea quæ in Mariæ & Sanctorum templis Catholica exercet pietas, tam liuidis spectãt oculis, nihil vt illic candidum repetire possint, sed velut superstitiosa & impia censeant, imò & abrogent ac euertant omnia. Vt vero demus illis, non omnia quæ illic ad Mariæ fiunt honorem, simpliciter & absolute necessaria esse: in quibusdam etiam aliquando peccari, dum præcipua, quæ inrerior Dei cultus requirit, præpostere maleque curãtur, an propter ista hominumquorundam vitia, Ecclesiæ mens & ordinatio reprehendenda, & nescio à quibus hominibus non corrigenda sed abolenda est? Eo autem Ecclesiæ mens studiumque spectat, vt simplicis rudisque populi torpentes animi ex-
B ternis ritib. ad pietatem cultumque interiorem excitentur, atque ad maiorem Christi & Virginis venerationem velut manu ducantur, indeque ad precandi officium exactè præstandum, vt Deum in spiritu & veritate inuocent ac adorent, paulatim omnes promoueantur. Hinc tanta veteris Ecclesiæ cura & prouidentia fuit, vt ad structuram templorũ, ad ornatum altariũ, ad cultum Virginis atque Sanctorum multa non modo religiosè, sed etiam sumtuosè, pretiosè ac solenniter adhiberentur. Etenim post victoriam Constantini Magni, in qua Tyrannus ille periit Maxentius, statim ad templorum reparationem ventum est, & sicut Russinus loquitur excelsa templa pro hominib. rediuiua constructione surrexerunt, cumque omni lætitia & exultatione per vrbes & loca singula, Ecclesiarum dedicationes sunt iterum celebratæ. Gregorius vero Nisse-
C nus, qui ante Iuliani apostatæ imperium cœperat florere, vbi laudes Theodori Martyris prædicat, quomodo apud græcos templa ornari solerent, copiosè disserit, eaque omnium fere præstantium artificum manibus & collatis studiis exculta & elaborata fuisse demonstrat. In eodem argumento Theodoretus versatur, ac inter alia scribit: Martyrum tẽpla conspicua cernuntur, magnitudineque præstantia, omni præterea ornatus genere variata, splẽdoremque quodammodo pulchritudinis suæ late sundentia. Neque vero huc per annum semel, aut bis, aut quinquies aduentamus, sed in eis sæpenumero dies festos peragimus, sæpe dieb. singulis eorũ Martyrum Domino laudes hymnosque cantamus.] Iã de altarib. meminit Cyprianus ac refert, in clerico-
D rum ministerio constitutos non nisi altari & sacrificiis deseruire, & precib. atque orationibus vacare debere. Fecit hoc vtique Nepotianus presbyter ab Hieron. cõmẽdatus, quod sollicitus esse soleret, si niteret altare, si parietes absq; fuligine; si pauimẽta tersa, si ianitor creber in porta, vela semper in ostiis si sacrarium mundũ, si vasa luculenta. Et in omnes cæremonias pia sollicitudo dispositа, nõ minus, nõ maius negligebat officiũ. Vbicũque eũ quæreres, in Ecclesia eũ inuenires.] Sed fortasse nihil ille de Sãctorũ tẽplis cultuque curauit. Audi porro Hyeronimũ de eo ipso Nepotiano hoc quoque differentẽ: Basilicas Ecclesiæ & martyrũ cõciliabula diuersis florib. & arborũ comis vitiũque pampinis adũbrauit, vtquicquid placebat in Ecclesia tã dispositione quã visu, presbyteri laborẽ & studiũ testaretur.] Laudat & Aug. mulierẽ cœcã, quæ ad sacra pignora Stephani Martyris detulerit flores, quos cũ traditos recepisset, oculisq; admouisset, visũ illi protinus resti-

Y y

In orat. de Theodoro Martyre.

Qualia tẽpla Martyrum decorabant Theodoretus.

Lib. 8. de Gracarum affection. curatione.

Lib. 1 epist. 9

Quomodo veteres in ornãdis altaribus pie fuerint fluctuosi.

Nepotiani solicitudo circa templum & altaria.

In Epist. ad Heliodorum in Epitaph. Nepotiani.

Quanta veterum cura fuerit in templis Sanctorum extruendis & cohonestandis.

Lib. 9. Eccles. hist. cap. 10

Mos erat fieri in Ecclesiam deferendi aliquæ sparendi.

Lib. 22. de Ciuitate Dei. cap. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Helena Imperatrix pretiosa templa ornat altaria.

tutũ esse testatur. Tũ raræ pietatis matrona fuit Imperatrix Helena, cuius egregio studio, vt Russinus asserit, sacra tũ altare palliis regalibus, & vasis exauro & lapidib. pretiosis exornabatur. Valeat autẽ cũ suis discipulis Vigilantius, Ecclesiæ odio tantoperè excœcatus, vt in summa Ecclesiæ lætitia doleret miser, Martyrum reliquias pretioso operiri velamine, & in serico vaseque aureo deportari, & non potiùs vel pannis, vel cilicio colligari, aut etiam insterquilinium proiici. Hieronymus verò ingenuè fatetur, se non reprehendere, nec abnuere, quod ædificent quidam Ecclesias, illasque columnis, auro ac marmorum crustis ornent ac vestiant, sed & ebore argentoque valuas, & gemmis aurata distinguant altaria. Melius est, inquit, hoc facere, quàm reposcitis opibus incubare.] Prædicat & Imperatorem Arcadium & Episcopos, qui Samuelis Propheræ sacras reliquias non sine magno studio de Iudæa in Thraciam trãstulerunt, easque in serico & vase aureo portauerunt, multis etiam Ecclesiarum populis concurrentibus, & in Christi laudem vna voce resonantibus, quoniam tanta lætitia, quasi præsentẽ viuentemque Propheram cernerent, susceperunt. Et rursus ad Marcellam scribens, Catholicorum omnium nomine profitetur: Martyrum vbique sepulchra veneramur, & sanctam fauillam oculis apponentes, si liceat, etiam ore contingimus.] Ingens etiam pompa fuit prodeuntium, cùm demortui Chrysostomi sanctum corpus in naui Constantinopolim aduectũ est, quia populus vt [a] Theodoretus habet, per pelagus, quasi per terram currens, vndas Bosphori lampadibus & cereis contegens obtinuit. Vt autem [b] Nicephorus narrat, naues etiam aliunde collectæ, cũ apparatu & comitatu maximo, carminibusque debitis virum sanctum producentes, in vrbem imperantem deportarunt. Notat & [c] Georgius Alexãdrinus Patriarcha, Theodosium iuniorem edixisse, vt S. Ioannis Chrysostomi reliquiæ omni cum honore & reuerentia deferentur, ac præclaris palliis ad hoc paratis excipe rentur, quæ vt primum allatæ sunt, ad vnũ omnes in Ecclesia concurrisse, vt supplices eum venerarẽturtùm vestem magnifici sumtus & cũprimis splendidam, qui venerabile corpus cohonestarent, adductam fuisse, ipsum Imperatoremconiectis in vrnam oculis ac fronte, pro suis parentibus supplicasse. Pulcheria verò Imperatrix, cùm quadraginta Martyrum reliquias inuenisset, pretiosissima theca illas cohonestans, iuxta diuum Thyrsum easdem collocauit, festũque publicum idcircò instituì procurauit, sicut qui coram interfuit Sosomenus exponit. Præterea Theodorus Pentapoleos Episcopus vetustus indicat, Dionem quendam vnum ex proceribus virum accessisse, qui multis donariis sancti Martyris templum exornarit, & insuper amictũ ad altare ex argenti bracteolis affabrè fecerit, eumque Theodori locũ repetit Damascenus. Porro vt longum, ita difficile sit enarrare, quàm frequens & solennis olim fuerit vsus Sanctos, eorumque monumenta & festos dies venerandi, accensis etiam hinc cereis, quantumuis propterea riderent Vigilãtiani, & oblatis sæpè donariis, quæ & publicè in templis suspendebantur, ac donatis etiam pretiosis muneribus, aureisque & argenteis ornamentis, sicut [d] Sophronius Episcopus Hierosolymitanus non obscurè declarat, & [e] Paulinus hoc carmine satis exponit.

Aurea nunc niueis ornantur lumina velis,
Clara coronantur densis altaria lychnis,
Limina ceratis adolentur ad ora papyris,
Nocte dieque micant: sic nox, splendorque dies
Fulget, & ipsa dies cælesti illustris honore
Plus micat, innumeris lucem geminata lucernis.
Astralis pictis accendant lumina cerus,
Multiformesque canus lychnos laquearibus aptent,
Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.

Natali 6

Et notus est demùm Theodosius Magnus Imperator, vt ergà Deum religiosissimus, ita in Sanctis honorandis nulli secundus, qui vna cum Sacerdotibus & populo cuncta orationum loca circumibat & in cilicio prostratus, ante Martyrum & Apostolorum thecas iacebat, auxiliaque sibi fida Sanctorum intercessione poscebat, sicut Russinus commemorauit. Suis enim precibus ille hostes magis quã armis vincere solebat, qui præterea templum & maximum & venustissimum in Ioannis Baptistæ honorem condidit ante vrbem Constantinopolitanã. Quid habent igitur Nouatores, cur nos in Matiæ Sanctorumque cultu tàm virulentè proscindant? qui nostrum potius torporem accusare debebant, quòd veterum Catholicorum, ipsorumque Principum vestigiis vix leuiter insistamus, & eorum quidem in templis externoque cultu piam diligẽtiam, & diligentem pietatem nulla propemodùm ex parte præstare; aut etiam assequi velle videamur. Nobis vna quidem & communis fides cum illis constat, sed pro dolor ac pudor, quæ antiqua in veteribus illis ardebat pietas nũc adeò deferbuit, vt propemodum in plerisque Catholicis extincta esse videatur, siue diuinũ, siue Sanctorũ cultum, qui nunc publicè celebratur, ritè contemplemur.

Et adhuc tamen de Marianis templis reprehendimur, quæ si in obscuro & squalore pulueribusque obsoleta iacerent, & plus sordium, quàm ut toris haberent, fortassis præclaris istis ac inuidis pharetrarum censoribus, qui semper ad destruendum, vt sic loquar, quàm ad ædificandum sese parationes ostendunt. Fetunt interim nõ inuiti mundũ muliebrem, conniuent ad communem diuitum fastum, splendore conuiuiorum delectantur, & magnatũ principumque luxum immensum, qui magnã nunc Reipublicæ perniciem inuehit, nemo propemodũ reprehendit. Verùm quàm malè in ipsorum synagogis curata sint omnia nouimus, qui & in nostris quidem templis, cùm possunt, statim deformant, exturbant, confringunt, & abolent omnia, veluti nihil inter sacrum & profanum interesse putarent. Iures eos à veterum Iudæorum exemplo parùm abesse, quos olim cura domestica, & lucri amor cũ luxu ambitioso coniunctus totos occupabat, nulla verò templi restituendi & ornandi cura tangebat, vt hinc meritò Deum per Prophetam Aggæum increpantem audirent: Domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam. Atqui res ipsa docet, publicorum rituum & cæremeniarum in Ecclesia conseruationem ad disciplinam & concordiam, ipsamque religionem in populo retinendam valere plurimum, neque sine magnis motibus & pernitiosis seditionibus ea mutari vel tolli, quæ Maiorum pietas in templis instituit, multisque seculis obseruauit. Sed ad rem ipsam propius.

Male illos habet Mariæ imaginem bene cultam & decoratam in nostris templis apparere. Cur verò ringuntur,

Theodosius magnus humilitate & deuotione erga Sanctos cæteros superat.

Libr. 11. cap. 18.

Catholici in cultu Sanctorum proponunt duo debitos piæ hominis diligentem. Vide Libr. 7. huius Ecclesiast. cap. 1.

Nouatores perpetuam detrahendi materiam offendunt, quòd veteribus Principibus non imitentur Vigilantium.

Aduersus cultum & venerationem imaginum Catholicis obiectum.

Catholici nihil prorsus curant, quid alij de sacris formarum.

Reliquiæ quadraginta martyrum a Pulcheria cohonestantur. Lib. 9. huius Eccles. c. 11

Exemplũ Dionis templum & altare ornatis in honore Martyris.

Libr. 3. de Imagin. Inuitis Vigilantiis Catholici olim reuerenter habuere templa, & sacrum cultũ illic ornarũt. Paulini testimonio & templorum veterum ornatu & elegantia.

d In Nicæno Concilio 2. act. 2.

e Natali 3 Felicis.

Picturæ Mariæ imagine cum ornatu & elegantia in templis proponi. Mariam rectè depingi cum Angelis. Luc. 1

Luc. 1

Accensum lumen imagini Virginis in templo rectè adhiberi.

Mariam cum aurea corona decenter effingi.

Pſal. 44
Cant. 2.

Esther 2.

Cur Maria in Apostolorum medio sedens depingatur.

Vide Hier. contra Vigilantium. Philip. 1 Apocal. 7 & 21.

Matt. 1

Recepti Ecclesiæ cultus sine magno circulo minuitur & abrogatur.

Pias fœminas in Mariæ cultu immodicas & superstitiosas minime ac cusant Nouatores.

Mulieres Virgini Matri impensis deuotæ, & excusatione dignæ circa cultũ eiusdem Virginis.

Multos nunc esse Micholitas, qui vxori Dauidis Michol nimium sese conforment. 2. Reg. 6

Aureum Cypriani præceptum. Lib. 1. epist. 3

In templis & circa cultum factum nihil sumptuũ fieri patitur Nouatores, solãque vrgent curam pauperum.

ringuntur, si prorsus Icenomachi esse nolunt? an non decori ratio postulat, siue pictam, siue sculptã Deiparæ effigiem talem proponi, quæ spectatores doceat heram à serua, & Matrem Domini à vulgaribus fœminis internoscere, illamque vnam, quæ inter mulieres omnes benedicta floret ac regnat, specialiter venerari? Offenduntur, quod videant Mariam cum vno vel pluribus Angelis coniunctã in ipsa imagine repræsentari. Sed meminisse oportebat, rectè nobis hoc schemate in animum reuocari, vnam esse Virginem, quam Gabriel Archangelus olim summoperè sit veneratus, quando verbis honorificentissimis illã salutauit: & communẽ hoc esse Angelorum studium, vt multò plus, quàm nos æstimare possimus, obseruantiæ Matiæ tum in vita, tùm in morte exhibuerint, tùm iam etiam exhibere pergant. Rursus his displicet, Virginem matrem in specie Reginæ, cuius capiti aurea cælestisque corona imponatur, depingi, quæ & aliquid decoris Regij præ se ferat. Quasi verò & Scripturis, & Patribus non sit consentaneum, hanc esse [a] Reginã in vestitu deaurato circumamictam varietatibus, & [b] mulierem in cælo apparentem, in cuiusque pire corona stellarum duodecim reperiatur, & cui demùm veluti Reginæ ac Principi à cælesti [c] Assuero coronatæ, & super omnes Angelorum choros exaltatæ humanam celsitudinem omnẽ cedere necesse sit, quum nihil huius personæ splendori & dignitati par aut simile tum in mundo, tum in cælo post Christum inueniatur. Eadẽ de causa pictores, si quando fasti Pentecostes historiam exprimunt, Mariam inter Apostolos, imò in medio Apostolorum, id est, honoratiore loco statuunt, quam proculdubio discipuli omnes Domini non solum vt Christi & Ioannis, sed etiam vt suam Matrem agnouerunt, & singulari semper reuerentia sunt prosecuti. Quid enim nobilius Dei Matre? quid splẽdidius ea, quam splendor eligit, [d] Ambrosio teste? Eam igitur verè honoratam super omnẽ creaturã [e] Damascenus, eandem [f] Chrysostomus Cherubin honoratiorem & incõparabiliter Seraphin superiorẽ planissimè appellauit. Præterea istos vrit, nonnunquã ante Mariæ imagines in templis accẽdi lumina, vel cereos ardere. Sed Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in ea epistola, quam Nicæni Concilij Patres probarunt, expeditè respondet. Neminẽ offendat, quod ante Sanctorum imagines lumina & suaue olentia thymiamata accenduntur. Simbolicos ista fieri in honorem illorum opinandum est, quorum cum Christo requies, quorũ honor ad ipsum recurrit, hoc ipsum testante sapiente Basilio, quod erga conseruos bonos honor erga ipsum Dominum cõmune benevolentiæ signum exhibet. Sẽsibilia enim lumina symbolum sunt immaterialis illius & à Deo dati luminis: aromatum autem incẽsio, sincerum & totum sancti Spiritus afflatũ & repletionẽ significat.] Verum filij tenebrarũ antiquũ obtinent, & nunc quoque cum suo Patriarcha Vigilantio rident Ecclesiæ simplicitatem, quæ ad Sanctorum memorias vel clato die cereos accendit, vt ita nos de illorum & antè acta & præsente vita cõmonefaciat. Etenim perindèac luminaria quædam in hoc mũdo, adeoque in medio nationis peruersæ iam olim illi splenduerunt, atque nunc ab Agno, qui in medio throni est, clarissimè illuminantur, suũque fulgorẽ ad nos ac totã ecclesiam vsque trãs-

Accusant & mulierculariũ ineptias ac superstitionẽ, quæ vt suis indulgeant affectibus, ad Mariam in tẽplis ornandam nihil non conferant, atque, vt illi putant, luxui seruiant immoderato. Vbi nos quidẽ libenter fatemur, fœmineũ sexum, etiam ob specia- lẽ deiparæ cultumnõ immeritò deuotum ãprìdem appellari, atque in hoc cultus genere cũprimis illustres fœminas, vt Helenã & Pulcheriã Augustas, vt diximus, multũ studij ac operæ posuisse. Negamus autẽ, mulieres tàm ineptas, sumptuosas & superstitiosas esse in honorãda & ornanda Virginis imagine, quẽadmodum videri volunt mordaces aduersarii, nihil non ad calũniam rapientes. Tum si per imperitiã & simplicitatẽ potius, quàm per superstitionẽ hicà nonnullis peccatur fœminis, quòd zelũ dei non secundum scientiã habeant, hoc ipsum Mariomastigũ errori nulla ex parte patrocinatur, verusque & legitimus Mariæ cultus quouis abusu nõ labefactatur. Et quicunque demũ in hoc genere abusus irrepat (nam in pulchra quoque veste vermis sæpè nascitur) prudenti bonorũ admonitione magis ille curandus fuerit, quàm petulanti sycophantarũ dicacitate exasperandus. Nos verò iampridem nouos Micholitas agnoscimus, qui se non modo Catholicis ac piis fœminis, sed etiã vniuersæ Ecclesiæ illusores præbent, & omnia ferè sacra nostra Iudæorum more derident. Nam hæc Michol sui mariti Regisque Dauidis laudabilem, Deoque gratã pietatem Ethnicis aspexit oculis, & sanctam viri cora sacra arca saltantis simplicitatem, paremque erga Deum deuotionẽ superbè contemsit, ac palam irrisit, digna ideirco habita, quæ perpetuæ sterilitatis opprobrio, vtpotè in lege maledicta, diuinitus plecteretur. Atqui scurtis ac obtrectatoribus nihil magis in procliui est, quàm non modo fœminarũ, sed etiam virorum præclara facta piáque instituta denigrare, aut publicè calũniari, vt ita religionis opera hypocrisi demum ac vanitati attribuãtur. qua in re Satanam piis semper infensum & infestũ, inuidiæ autẽ & odij, & amarulentiæ refertũ, non sine magno suo malo imitantur. Præclara vero semper nobis retinẽda est Cypriani Martyris sententia, vbi sic Catholicos monet: Si videntur in Ecclesia esse zizania non tamen impediri debet aut fides, aut charitas nostra, vt quoniam zizania in Ecclesia esse cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus: nobis imo laborandum, vt frumentum esse possimus.]

Verum noui Catones leges etiam statutarias hic ferre velle videntur, vt de solis videlicet egenis benè mereamur, nullosque sumtus alios in sacra tẽpla conferamus. O fide pusilli, & sensu carnis inflati, qui vbi sperandũ erat, timẽt, & vbi non est timor trepidãt: ac interim sub specioso prætextu erogãdæ pauperibus eleemosynæ, suo ac magistratuũ cõmodo magis cõsulunt, quã egentiũ profectum quærũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac prouehunt. Qui enim omnẽ fere prodigalitatẽ & immodicum luxum alibi tolerare possunt, & fotore solent, in externo Dei Sanctorumque cultu summã probant & exigunt tenacitatem. Sed enim bene ac in turo collocatur impensa, quæ non solũ pauperes subleuat, sed etiam ad Dei & Sanctorum honorem pie confertur, talisque pro pietate sumptus Deum habet remuneratorem, quãtumuis obganniant impij calumniatores. Quã vero sunt isti similes, si non æquales Iudæ proditori, qui cum fraude patronum egit pauperum, quando factum religiosissimæ fœminæ Magdalenæ, quum illa maximi precij vnguentum in Christi caput effuderet, aperte taxauit, quasi præstitisset tantum sumtum curandis pauperibus, quàm vngendo Christi capiti impendere. Quid vero Christus? talémne censuram probauit? imo seueris verbis repulit inuidum simul & rapacem obtrectatorem, ac reprehensę mulieris defendit innocentiam, laudauit liberalitatem, simulque nos aduersus mussitantes Iudæ collegas & socios aliquando venturos optime præmuniuit. Monuit enim, si rem penitius introspiciamus, iniquis censoribus, qui in oculo alieno stipulam facilius, quàm in suo trabem perspiciunt, locum non facile tribui oportere. Monuit, ab illis inprimis esse cauendum, qui vt lupum ouilla veste contegant, externam pietatis speciem vel sue cupiditati, vel aliis affectibus impuris astute prætexunt. Monuit, bonum Deoque gratum opus esse posse, quod ab aliis non bonis in calumniam rapitur, aut ideirco, quia certum non habeat mandatum Dei, pro superstitione inutiliue cultu repudiatur. Monuit, nullo pacto illis esse fidendum, qui vt posteriorem tabulam, vt vocant, priori æquent vel anteponant, sola fere in proximũ beneficentia Christianam pietatem atque iustitiam præcipuam metiuntur. Monuit hac imagine, curiosum, inuidum, auarum, contentiosum & mordax hominum genus inter suos etiam non defuturum, qui zelo quodãm immoderato ad repurgandum Dei agrum flagrarent, ac bonas interim fruges simul cum noxiis euellerent, atque ita præsentes morbos augerent potius quàm profligarent. Monet denique, quàm sit insidiosum & pestilens eorum studium, qui de bonorum non solùm moribus, sed etiam animis, intimisque cordium latebris ac recessibus præceps iudicium ferrent, & ideirco subinde mussitantes, cum alibi, tum in templis veterem Iudæ cantionẽ illam iterarent: Vt quid perditio hæc? Nam & candida in atra vertunt, & ex luce tenebras faciunt, & laudanda reprehendunt, tum crebro præ se alios, adeoque totam Ecclesiam in Dei cultu nihil sapere arbitrantur. Longe vero aliter Christus iudicat, & à nobis iudicari vult, præsertim vt in communi hominum conuictu salua semper & sincera vigeat charitas, & iudicium omne non sine candore formerur, amarulentia & mordacitate prorsus omissa, vtque nemo damnet, sed excuset potius quàm accuset, quæcunque bono fieri animo ab aliis possint. Tam late patet hic Euangelicus locus, si rite perpendatur, quo Christus non solum Iudam præsentem, sed & totum eius sodalitium prouide ac vtiliter admodum reprehendit. Recte igitur Hieronymus hoc ipso exemplo percutit Vigilantium, simulque officiosam fœminarum Catholicarum pietatem, quæ cereos clara luce Sanctis accendunt, excusat. Sicut enim Christus Magdalenę vnguento non indigebat, ita nec Sancti cereorum: & tamen illa in honorem Christi hoc fecit, deuotioque mentis eius recipitur, vt eiusdem verbis vtamur, nis consonat Synodus Aquisgranẽsis, quæ sub Pipino habita fuit, & Iudæ instar habuit eos, quibus Deo Ecclesiæque oblata & consecrata dona displicent, & quasi sumptus inutiles reputantur. Cætera de Marianis templis tractanda, si Dominus fauerit, sequenti Capite expediemus.

Matth. 26 Marc. 14 Qui hodiesint Iudæ proditoris collegæ ac socij cõtra Magdalenam mussitantes.

Quomodo Christus Iudã reprehendenter etiam Ecclesiæ hostes taxauerit.

Matth. 26 Marc. 14

Contra reprehẽsiones Vigilantij. Matth. 26

Libr. 3. cap. 8

CAPVT XXIIII.

Dictum Euangelicum: Ecce in deserto est, ecce in penetralibus, perversè torqueri aduersus institutum sacrarum peregrinationum. Cùm verò Deus in sacris locis inæqualiter operetur, templorum delectum à nobis haberi posse, vt ad illa in quibus diuinæ virtutis operatio magis elucet, sæpiùs ac libentius peregrinemur. Ac morem quidem ad sacra loca, & præsertim Mariæ templa, peregrinandi, veteribus valde receptum probatumque fuisse.

Ecclesiæ hostes contemnunt sacras peregrinationes ad certa templa Deiparæ aliorumque Sanctorum, & ex quibus causis.

ET videre & audire molestum est Sectariis in orbe Christiano tàm multas tamque solẽnes ædes Mariæ sacras extare: longe autem molestius ferũt, inter has delectum nobis haberi, vt quædam aliis antepo nantur, & frequentiore piorum conuentu cohonestentur. Rident igitur Catholicorum vel stultitiam, vt ipsi vocant, vel superstitionem, ad templa quędam sacrosanctæ Virginis religionis ergo proficiscentium, & in hos competere dicunt Christi vaticinium, quo prędictum est fore, vt quidam sub mundi finem in ore habeant: Ecce in deserto est, ecce in penetralibus. Quasi vero qui Mariæ templa religionis gratia petunt, Christum in penetralibus quærant, sicut Munsterus tamẽ aperte interpretatur. Magdeburgici vero scriptores hoc modo argutãtur: *Quid mortuis est negotii cũ templis saxeis aut lignea? Verbo Dei scriptũ est, in omni loco Deũ recte inuocari. Et Mat. 24. Christus monet. Si dixerint, hic est Christus aut illic, nolite credere, nolue exire: nõ igitur alius locus alio sanctior ad orãdũ.* Respõdemus autẽ non de mortuis, sed de Sanctis nos agere, quorũ animę in manu Dei, imo in throno, & ante thronũ Dei sunt, vt in cęlis, sicut Angeli, non solum faciem patris videant, sed etiam mortalium curam gerant, & nobis in templis orantibus ac iuxta eorum sacras reliquias versantibus libenter assistant, sicut [1] Chrisostomus, [b] Basilius, & [c] Maximus annotarunt. Multũ igitur negotij Sanctis est cum templis, non quatenus illa saxea sunt aut lignea, sed quoniam

Matth. 24 In libro de Cosmographia.

Cent. 7. cap. 10. Expos. Hieron. argumenta Centuriat. contra templa & peregrinationes excitantia.

1 Tim. 3

b Hebr. 13

Sapient. 3

Apoc. 6. & 7.

Matth. 24

Ambrosius lib. 2. de Virginibus.

Maxim. Item in Babylam Martyrem.

b Oratione de quadrag. Martyrib.

c In natali Martyrum Tauricorum.

d Contra Petrobrusianos de hostiis, templis & al terib.

3. Reg. 8 Psalm. 102 Nisi Deus vbique est & omnia implet tamen in Templo magis, secundum gratiam.

e Hom. 36 in ep. prior. ad Corinth. Propositio de sequenti tractatione.

Quoniam sacra Deo domicilia, & Christianæ pietatis officinas suo haberi loco cupiunt, vt illic Dei honos, fratrumque suorum salus per legitima media, piaque exercitia promoueatur. Cùm enim ingenti erga nos charitate flagrent, seque capiti Christo libenter conforment, de lapsorum pœnitentia & piorum profectu sinceré gaudent, omniaque in nobis decentet & honestè fieri postulant, orandoque procurant. Deinde cum [d] Petro Cluniacensi dicimus, quod quamuis Deus domo non egeat, quem cælum & cæli cęlorũ capere non possunt, quique in omni loco dominationis eius, hoc est, vbique adorandus sit, tamen sic illi visum esse, vt sibi suoque sancto nomini templa singulariter & cum priuilegio quodam habeat dedicata, vbi precãtibus populis gratiam maiorem infundat, & hominum preces efficaciusexaudiat, suaque dona dispẽset. Quarè scribit [e] Chrysl. fideles orationis causa maxime in Ecclesia conuenire, cũque bonum locum esse Angelorũ, & archãgelorũ cæli regiam & cælum ipsum, præsertim ob corpus Dominicum, quod nobis in Eucharistia præsens illic exhibetur. Cæterùm quod ad Euangelij locum nobis obiectũ attinet, vt falsò illum contra nos torqueri, & sacris peregrinationibus frustrà opponi cõstet, paulò fusiùs de illo ipso primum differemus. Deinde rationem de præcipuis Mariæ templis reddemus, cur illa sine vitio plerisque aliis præponi, & cum laude fructuque à pijs adiri possint.

Matth. 24 De vero sensu verborũ Christi: quibus dicitur, neque in deserto, neque in penetralibus Christum ipsum esse nobisque tenendum.

f Lib. de exhortatione Martyrij

Aduentus & progressus Pseudoprophetarũ verum signũ extremi iudicii.

Christi verba perperam à Nouatoribus detorqueri contra piorum peregrinationes & potius ad hæreticorum conuenticula prohibenda pertinere.

Quid nobis hodie de de nouo Christo prędicent, quod sit in deserto vel penetralibus.

Patrum iudicio hic locus hæreticos fecit.

Lib. 1. quæst. Euang. ca. 38

Christi Domini sermo apud Matthæum habet in hunc modum: Si dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. [f] Cyprianus paulò aliter legit: Si dixerint vobis, ecce in solitudine est, nolite exire, ecce in cubiculis, nolite credere. Concionatur autem hoc loco Christus, propositæ discipulorum quæstioni satisfaciens, quo nimirum indicio excidiũ Hierosolymitanũ, & secundus ipsius aduentus siue consummatio seculi possit agnosci. Cùm verò in ea concione progressus esset extremorum tẽporum siue absoluendi seculi signum fore dicit, aduentum grassantium Pseudoprophetarum, qui si vnquam antea, tùm vel maximè à vera fide Christi in varios & contrarios errores abducant homines, vt etiam de Christo ipso plerique incipiãt addubitare. Sic enim dissecti, inter se Sectarij aliis atque aliis dicẽt: Ecce in deserto est Christus, in quẽ credere vos oportet, si salutem amatis æternam: aliis rursus contradicẽtibus: Non in deserto, sed in penetralibus, apud nos scilicet, verus Christus, ac Euangelium huius existit. Nec vulgares hi erunt Pseudoprophetæ, sed prodigiis, seu potiùs dæmonum præstigiis maiorẽ fuæ doctrinæ fidem astruent, hominesque miris modis dementabunt. Addit ergò necessariam admonitionem Christus, vt Christianæ veritatis & æternæ salutis amantes, si errare nolint, in hac grauitentatione, quæ plurimos Christianos euertet, non facilè nouis doctoribus, aut potiùs impostoribus credant. Nolite, inquit, exire: nolite credere, sed in vera & probata Ecclesia, quæ [g] columna & firmamentum est veritatis, vos perpetuò conseruate. Hoc est, sicut [h] Apostolus serio mandat, doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Mirum igitur, hunc Christi sermonem in sensum adeò peregrinum abripi, velut in eos competat, qui Mariã vel Sanctos alios alicubi ritu Catholico venerantur, & loca illa petunt, in quibus suam Deus gratiã per Sanctos nobis offerre dignatur. Imò verò prælente Christi oratione aduersarij, & eorum similes acriter percutiuntur, qui vt suo schismati, seu nouæ à veteri Ecclesia defectioni prætextum hacciderum obtendant, Christum ac eius Ecclesiam in deserto vel penetralibus, hoc est, in suis non ita pridem erectis conuenticulis & synagogis habitare contendunt, & more Donatistarum, in quadã orbis parte, quam ipsi nempè tenent, Christi verbum & regnum audent concludere. Iubet ergo sui ouilis prouidus custos Christus, his Ecclesiæ desertoribus, nouisque fidei magistris locum nullum tribui, qui tot nouos quodammodo Christos prædicant, quod falsa dogmata sub Christi & Euangelij nomine profitentur, in his Christi authoritate potissimùm abutentes. An non Christus illis in deserto est, qui Christum caput fingunt sine corpore: quùm Ecclesiam vero Scripturæ sensu, & legitimo Sacramentorum vsu tot seculis destitutam, in meris tenebris iacuisse contendunt? Et Christum in penetralibus siue cubiculis quasi statuunt, qui corpus Christi mysticum tã angustis locorum spaciis circumscribunt, vt in vna Vigilantij, Iouiniani, Donati, Berengarij, VVielefi, Hussi vel Lutheri domo constiterit, velut hi plus veræ lucis ano suo, quàm reliqui omnes aspexerint. Sed manet verbum Domini, aduersus omnes in fide nouationes retinendum: Nolite credere, nolite exire. Sic enim Origenes eundem locum, vt contra Hæreticos à Christo adductum explicat, nec Hieronymo quidem dissentiente, Augustino autem planè suffragante. Tradit is Christi sermonem eo spectare, vt qui verè in Christum velint credere, ac sincerè fideles esse, Schismaticis & hæreticis non credant, vt quorum sit proprium, in aliqua orbis parte vel prouincia sese continere, & suis obscuris atque occultis conuenticulis fallere curiosos: Ecclesiam verò Catholicam esse instar fulguris de nubibus emicantis, & ab Oriente in Occidentem vsque splendentis, sicut Christus ipse statim subiicit. Ecclesia enim toto orbe palàm apparere, vt facile ab omnibus tantùm non cœcis agnosci, & sicut ciuitas supra montem posita, perspici facile possit. Quid multis? Est manetque Christus in templo sancto Ecclesiæ? Non est, nec erit vnquàm in deserto per Anabaptistas celebrato, neq; in penetralibus VVittembergæ Luthericæ, aut Genevæ Caluinicæ, aut Kuninspergæ Osiandrinæ, non in qualibet synagoga vel spelunca Sectariorum rite colitur, suaque dona dispensat. Iam vero cum Catholici peculiaria & illustria quædam Deiparæ templa in precio habent, ac reuerenter inuisunt, Eustachianorum & Vigilantianorum damnata, quæ diximus, fugiunt conuenticula, nec solum Gangrensi Synodo, sed & Ecclesiæ vniuersæ, quæ pro templorum sanctitate pijsque illorum visitationibus pronunciauit, adstipulantur, ac præterea suam fidem libere profitentur, Deum videlicet, quibusdã in locis munera sua largius distribuere, ac plerisque propter Mariã Deiparã haud minus modo fauere, quã olim propter Dauid seruum suum electũ & fauit & succurrit hierosolymitanis. Nec enim fallit diuinum oraculum, quo apertissimè dictum est: Protegam vrbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruũ meũ, vt cętera de hoc argumẽto dicta prętermittamus. Planissime dixit de Sanctis [a] Ambrosius:

Ecclesia instar fulguris longè iacque splendet, & conspicuè omnib. apparet.

Vbi hodiè Christus statuatur à Sectariis.

Matth. 5 Catholici templa quæ à peculiari religione vsitantes, non possunt reprehendi sed potius laudandi sunt.

4. Reg. 19 Vide Chrysost. Hieronym. hom. 1. in Matth. & hom. 2 in Psalm. 50

a Ser. 77. de Natali Sanctorum Gallorum. Aduentui & Solario.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veneremur eos in seculo, quos defensores habere possumus in futuro. [b] Damascenus autem illos totius humani generis adiutores vocat, qui pro nobis Deo supplicationes porrigant, eosque multis modis, ac templorum etiam structura, honorandos esse testatur.

b Lib. 4. de fide Orthodoxa cap. 16

Deum in sacris locis siue templis inæqua liter operari sicut Iudæi frequenter sunt experti.

Cæterum vt propius ad rem ipsam, qua de agimus, accedamus, necessariò illud repetendum & confirmandum videtur, quod apud eruditos quidem in confesso est, Deum in sacris locis arcano quodam consilio inæqualiter operari, easque operationes non tàm à nobis intelligi, quàm à piis reipsa probari, atque admirabiliter percipi. Cui rei argumento nobis primum Iudæi esse possunt, qui quum apud tabernaculum fœderis & arcam Moysis, posteaque in templo Hierosolymitano precarentur, Deum sibi magis propitium, votaque sua efficaciora, & præsentia in his locis miracula persæpè senserunt. Tum sapientissimus ille Salomon, cum templum Deo peculiare condidisset, mirisque modis ornasset, Diuinam habuit promissionem, fore nimirum, vt qui suum templum reuerenter adirent, cultumque Diuinum illic peragerent, multa & præclara beneficia ibidem consequerentur. Sic enim illi loquitur Deus: Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam, quâ deprecatus es coram me. Sanctificaui domum hãc, quam ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Nec dubium sanè, quin permulti templum hoc adeuntes virtutem Dei præsentem fuerint experti, itque non solum Israelitæ, sed etiã Ethnici, præsertim cum adorandi causa quotannis templum Hierosolymitanum, sicut [a] Ioannes & [b] Lucas ostendunt, peterent, quandoquidem iuxta diuinas promissiones, quæ primum Salomoni factæ sunt, multiplicem ex hoc ipso templo fructũ reportarunt. Adeo verum est, quod Heliodorus ab Angelis flagellatus, postquàm sacrilegæ temeritatis pœnas in eodẽ templo dedisset, apertè suo Regi affirmauit, in eo loco verè Dei quendam virtutem inesse. Quantò autem reuerentius de Christianis templis iudicare par est, quæ in immensum veteri & vmbratico illi templo præstant, postquàm semel illius Mosaici templi velo dissrupto ac planè sublato, sacra lex Euangelij nobis coruscat, & Spiritus sanctus à Christo missus, atque in totum terrarum orbem effusus, domos Dei tùm interiores, tùm exteriores cæpit sanctificare. Hic enim Spiritus vti nouæ legis Sacramentis peculiarem & copiosam impertit gratiam, sic etiam sacris Christianorum locis atque conuentibus multò maiora dona, quàm in suo templo vnquàm habuere Iudæi, vsque communicare dignatur. Hoc enim est tempus, quo veri adoratores cùm alibi passim, tùm in sacris locis Patrem non sine Spiritu & veritate habent adorare, & mundã oblationem offerre: ideóque loca in quibus orant & offerunt, Spiritu sanctificationis per Ecclesiæ ministerium peculiariter mundantur atque sanctificantur, vt verè dicantur & sint domus Dei inhabitantis, & in credentiũ animis peculiariter operantis, sicut Petrus Cluniacensis ostendit. Præterea si vsquàm alibi, hic sanè valet illa Christi promissio: Vbi sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.

In templo Salomonis Deus iuxta suã promissionem peculiariter est operatus. 3. Reg. 8

Etiam Ethnici peculiarem Dei virtutem in templo Salomonis experti sunt.

Heliodorus fatetur in templo verè Dei virtutem inesse.

a Ioan. 12.
b Act. 8
2. Macab. 3

Templa Christiana templo Iudaico longè præstantiora, & maiore virtute prædita

Ioan. 4. Malach. 1

Contra petrobrusianos de basilicis, templis & altaribus. Matth. 18

Quod si sacrorum locorum siue templorum delectus quidam à nobis non haberetur, profectò diuinæ bonitati certis in locis nobis sua munera liberaliter offerenti vel contradicere, aut sanè ingrati esse videremur. Nec refert, si fortassis ignoremus, qua de causa Deus non solum in Sanctis, sed etiam in templis suis mirabilis, vno loco vel templo magis quàm altero se hominibus munificentiorem atque clementiorem ostendat. Satis est, si cum Augustino huius arcani rationem ad summi Dei inscrutabilem sapientiam referamus, locique sanctitatẽ, & operantem in illo virtutem, quamuis differentem, pro Christiana prudentia veneremur atque suspiciamus. Augustini verba illustria sunt & digna quæ nobis hoc loco repetantur. Vbique quidem Deus est, inquit, & nullo continetur vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum à veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iustificet & coronet. Veruntamen ad ista quæ hominibus visibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari, quarè in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant? Multis enim est notissima sanctitas loci (obserua quæso lector) vbi beati Felicis Nolensis corpus conditum est,] vt cætera prætermittamus. Nec multo post de sanctis Martyribus Geruasio & Prothasio loquens, dæmones propter illos mirabiliter & terribiliter confiteri Mediolani, neque id tamen in Africa, licet sanctorum Martyrum corporibus referta, vsquàm deprehendi asseuerat. Ac locum tandem ita concludit: Sicut quod Apostolus dicit: Non omnes Sancti habent dona curationum, nec omnes habent diiudicationem spirituum, ita nec in omnibus memoriis Sanctorum ista fieri voluit ille, qui diuidit propria vnicuique prout vult.] Quarè Augustinus Theologorũ alio quin acutissimus, pronunciare non audet, cur Deus loca quædam illustriora reddat, ac singularem gratiæ suæ virtutem his aut illis templis simul & Sanctis assignet. Quanquàm rationes quædam probabiliter adferri possunt, quæ commonstrent, cur eiusmodi locorum prærogatiuas elucere velit Deus in regno Ecclesiæ suæ. Primùm quidem, vt apud credentes simul & incredulos maior existat authoritas Christianæ religionis, præsertim in his, quæ ad Christum totius Ecclesiæ caput, & ad venerandã Sacramenta spectant. Deinde res illa Sanctorũ virtutem & gloriam vehementer orbi comprobat, ad quorum inuocationem, siue illorum sacræ adsint reliquiæ, siue non adsint, Deus quodammodò visibiliter operatur, atque talibus in locis precantes clementer exaudit. Præterea multorum Orthodoxorum eundem in locum pie coëuntium cœtus ingens testimonium præbet veræ confessionis de Ecclesia, simulque nos admonet, quàm sit Deo grata societas in eandem Catholicam fidem conspirantium, quantaque virtus existat orantis, ac mutuo sese iuuantis Ecclesiæ. Accedit & sacrarum peregrinationum multiplex vtilitas, si ritè quidẽ illæ suscipiantur atque peragãtur, sicut à summis laudatissimisque viris factum esse constat, quę tãtò quidem sunt Deo gratiores, ipsíque peregrinantibus prouidè magis salutares, quantò minus vanitatis, & plus sine ceræ religionis, omnisque veræ virtutis adhibetur. Quos autẽ peregrinantiũ abusus odiosè taxat Erasmus, eos in paucis residere, neque tãti esse momenti

Delectum habendum esse templorum ex quibus magis & efficacius Deus operetur. Ipsa loci sanctitas agnoscenda & venideri est.

Augustinus docet Deum vbique prima, sed in quibusdam templis magis operantem, pro sua nobis cognita dispensatione. In epist. ad Dulcitium q. 1. Etiam Ambrosius Gallus in quadam ecclesia sancti cuiusdam in templo peculiariter. Sicut nonnulla Sanctorum dona certis locis & templis data sunt, ita nonnulla non nisi certis locis & templis peculiariter Dei virtus & operatio.

Peregrinationes ad certa loca quam frequentes olim fuerint. Erasmus peregrinationes laudat maxime.

In colloquio de peregrinationi

mẽti ducimus, vt posterus & mordax hic iuuẽtutis institutor, furiosis Sectariis debuerit aperire fenestram, & quasi munire viam ad totum hoc vt antiquissimum, ita & probatissimũ Ecclesiæ institutũ reiiciendum simul & subsannandũ. Extat Synodus Gabilionensis sub Carolo Magno habita, quæ licet quorũdã corruptelas circa huiusmodi peregrinationes reprehendat, hoc tamẽ grauissime subiicit: Qui peccata sua Sacerdotibus, in quorũ sunt Parochiis, confessi sunt, & ab his agendæ pœnitentiæ consiliũ acceperunt, si orationibus insistendo, eleemosynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apostolorum limina, vel quorumlibet Sanctorum inuisere desiderant, horũ est deuotio omnibus collaudanda.] Notat & [a] Augustinus quorundam vitia, qui seculo suo quum Martyrum sepulchra visitarent, & peregrinationes obirent, non tam pietati vacarunt, quam carnis voluptatibus indulserunt. Sed rursus ipsum peregrinandi studium ac institutum adeò probat, vt nonnullis etiam author fuerit, sicut [b] ipse testatur, qui certo placito se constringerent ad suscipiendam peregrinationem, nimirum vt ex Africa in Italiam proficiscentes, beati Felicis Nolensis corpus ac templũ inuiserent, quod tunc in summa veneratione habebatur. Monet prætereà, ne quorundam abusibus offendamur, quos aduersarij semper inculcant, & nobis obiicere solent. Aliud est, inquit, quod docemus, aliud quod sustinemus: alia disciplina Christianorum, alia luxuria vinolentorum, vel error infimorum.] Hieronymus vero succinctius dixit: Paucorum culpa non præiudicat religioni.]

Sententia Synodi Gabilionensis.

Augustinus peregrinationes probat, sed non abusus peregrinãtium.

a Lib. 20. contra Faustum. c. 21.
b Epist. 137 ad Clerũ Hipponensem.

Lib. 20 contra Faustum cap. 21

Lib. aduersus Vigilantium.

Certe in veterum scriptis vel modice versatus intelligit, olim piis perquam visitatum fuisse morẽ, religionis ergo ex prouinciis omnibus ad sacra Palestinæ loca peregrinandi, in quibus redemptionis nostræ mysteria, lux mũdi atque Saluator Christus celebrauit. Subiterunt igitur hanc peregrinationem Nicolaus, Basilius & Epiphanius Episcopi, Hieronymus Presbyter, Ephrem Diaconus, Euthymius Abbas, Caius, Adrianus ac plures Pontifices, Fridericus Imperator, Ludouicus Galliæ, Richardus Angliæ Rex, aliíque Principes, vt Helenam, Eudoxiam, Paulam, Melaniam, illustrissimas fœminas prætermittamus. Hinc illa vox Hieronymi: De toto huc orbe concurritur.] Tum ad Rusticũ, qui vna cum vxore Hierosolymam inuisere promiserat: Redde, inquit, quod præsente Deo spopõdisti.] Ac rursus ad Marcellam scribit: Longum est nunc ab ascensu Domini vsque ad præsentem diem per singulas ętates currere, qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica virorum venerint Hierosolymam, putantes minus se religionis, minus habere scientiæ, nec summam, vt dicitur, manum accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primũ Euangelium de patibulo coruscauerat.] Quam multi porrò ad Principes Apostolos Petrum & Paulum, eorúmque limina, siue cõfessionem, vt veteres vocant, seculis omnibus sunt peregrinati, suáque illic vota religiosissimè persoluerunt: vbi dicti Apostoli, Christiani exercitus duces, vt [c] Hieronymus, vel duo magni validique corporis illustres oculi, duæque orbis lampades, vt [d] Chrysostomus, sanguinem fudere pro Christo, & vnà cum sanguine rotam doctrinam felici Romanæ Ecclesiæ profuderunt,

Solemnè fuisse more olim aduersus sanctam peregrinandi.

Ad Apostolorum limina Romam frequens olim erat peregrinatio.

c In epist. ad Marcellam. d In epist. ad Rom. Homil. 32.

vt [e] Tertullianus affirmat? Vnde [f] Sidonius Apollinarius Aruernensis Episcopus, idémque vir disertissimus, ad Hieronymum scribit de sua peregrinatione, quod Apostolorum visitarit limina, ibique valetudinem optatam recuperarit. Tum fatetur [g] Origenes eodem proficisci votum sibi fuisse, & [h] Chrysostomus magnopere desiderat, vt sibi liceat Apostolorum sacris corporibus Romæ circumuolui, & illorum sepulchris affigi. Eiusdem [i] Chrysostomi lucculenta vox est: Romam, quæ vrbium est regalissima, relictis omnibus ad sepulchra Piscatoris & Pellionis currunt & Reges, & Præsides, & milites.] Carolus verè Magnus, nec solum rei militaris gloria, sed & pietatis laude nulli Imperatorum secundus, vt vota persolueret, vel quater Romam profectus est. Iam vero celebris etiam veterum peregrinatio fuit in Seleuciam ob templum Theclæ Virginis ac Martyris, & in Africã ob sacra pignota Stephani Martyris in Ecclesia Hipponensi recondita, & in Campaniam ad templum Felicis Nolani Episcopi, & in Galliam ad Ecclesiam S. Martini Turonensem, & in Cappadociam ob basilicã quadraginta Martyrum, & in Gallæciam Hispaniæ, ob Iacobi Apostoli sacra ossa, & in Apuliam ad Sancti Michaelis cryptam, ac demum ad Cataniam Siciliæ iuxta Æthnam, ob Agathę Martyris reliquias. Huc enim præter pios, Ethnici etiam accolæ fæpe confugerunt, sibique præsidium aduersus æthnę montis erumpentes ac latè depopulantes flammas cum fructu quæ fuerunt. Scribit & [a] Epiphanius, maximam fidelium multitudinem, cum ipse viueret, ad Ezechielis Prophetæ monumentum miraculis clarissimum, precum & obsequij gratia confluxisse. Commendat Marcellam viduã [b] Hieronymus, quæ vt populorum frequentiam declinaret, Apostolorũ & Martyrum basilicas secretis celebrabat orationibus, [c] eandémque laudem Asellæ Virgini tribuit: tũ [d] loca eiusmodi sacra tanti & ipse facit, vt cum alicuius minimæ labis sibi conscius foret, præ timore & reuerentia basilicas illas ingredi formidaret. Docet [e] Os aureum, Babilæ Martyris reliquias eo loco & honore habitas esse, vt ad eas plerique cæterũatim accurrerent, suámque pietatem publicè declararent. Vbi hæc etiam verba subiicit. Dum ex hominibus alij negligentia, alij curis impediti, sanctorum Martyrum monumenta inuisere omittũt, egit Deus, vt hoc modo pellecti (per beneficia scilicet atque miracula Sanctorum in templis quibusdam exhibita) animarum suarum curationes percipe rent.] Tum idem alibi cum Sanctos columnas & munitiones Ecclesiæ appellasset: Ergo inuisamus eos fępè, inquit, tumulos adornemus, magnáque fide reliquias eorum contingamus, vt inde aliquam benedictionem cõsequamur.] Tradit & Gregorius Nazianzenus morem fuisse receptum, vt populus ad Martyrum templa, veluti ad pascua, cæteratim concurreret: siue, quemadmodum Basilius loquitur, vt tanquam apes ex alueariis è ciuitate ad flores, id est, ad Martyres, magno examine erumperent.

e Lib. de præscript. contra Hæreticos. f Lib. 1. ep. 5 g Vide Euseb. lib. 6. Eccles. hist. cap. 11 h Homel. 32 in epist. 1. ad Romanos. i In declamat. quod Christus Deus sit, aduersus Gentiles.

Egnatius in vita eius.

Ad quæ loca veteres religionis causa fuerint olim maximè peregrinati.

a In libr. de vitis prophetarum. b Epist. ad Principiam. c In epist. ad Marcellam. d Lib. aduersus Vigilantium. e Orat. in Basilã Martirem.

Orat. in Iuuentium & Maximum.

Hortatur Chrysostomus ad templa reliquiasque Sanctorũ accedere, & fructum accedentibus polliceturr.

Serm. in Barlaam Martyrem.

Quid multis? Infinitum sit ferè, vniuersa tam doctæ quàm venerandæ vetustatis exempla persequi, quæ passim apud Eusebium, Ruffinum, Theodoretum, Cassiodorum, Paulinum Episcopũ, Bedã Presbyterum, Paulum Diaconum, Gregoriũ Turonensem, Simeonem Metaphrasten, Ioannẽ Zo-

Populus olim cæteratim ad templa Martyrum concurrebat seruens studio peregrinandi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Piorum ad sacra loca peregrinantium exempla apud veteres extare plurima.

natam, Nicephorum Calistum, & alios Ecclesiasticæ historiæ Scriptores extant, clarissiméque monent de omnium ordinum & vtriusque sexus hominibus sacra loca de more inuisentibus, illicque Deum per Sanctos adeo mirabiliter simul & efficaciter operantem experientibus, nulla vt fraudis vel mendacij suspicio nobis, si sincere iudicemus, relicta esse videatur. Rectè igitur Petrus Cluniacensis, quem Bernardus quoque laudauit, ingenue profitetur, vniuersum orbem esse testem, ex perpetua Ecclesiæ consuetudine Sanctos à Christianis inuocari, Deúmque illorum precibus & meritis exorari & placari: hinc Orthodoxum populum vndique ad Sanctorum sepulchra concurrere, ac frequenter à mortuis citius exauditi, suáque impetrare facilius vota, quàm à viuente audiri possent. Proinde per

Lib. 1. epist. 2.

Quod Catholici religionis ergo peregrinantur, perpetua Ecclesiæ consuetudine comoboratur.

Canon. 20

sacrorum cinerum reliquiarúmque contactum, aut per beatæ Virginis aliorúmque Sanctorum suis in locis venerationem, multos desideratæ salutis ac gratiæ mox compotes fieri, nimirum ad Christianæ fidei testimonium & consummationem, & rursus ad hæreticæ, paganicæ ac satanicæ prauitatis confusionem. Et longè ante huius venerabilis Petri secu-

Hostes, & infectores sacrarum peregrinationum in Synodo Gangrensi olim damnati, & à Christi corpore alieni.

lum celebrata est Synodus Gangrensis, perpetuo anathemati, subiiciens Eustachianos, qui Christianorum conuentus per certas Sanctorum basilicas fieri solitos, sicut Orientalis & Occidentalis Ecclesia constanter obseruauit, superbè despiciebant. Neque pudet adhuc nouos Eustachianos ac Gnosticos in medium prosilire, damnatúmque iampridem errorem velut ab inferis reuocare, quandoquidem non desistunt piorum ad peculiaria templa peregrinationes conuellere, omnémque Sanctorũ cultum execrari, nimirum vt hoc etiam argumẽto testatum orbi faciant, se à communione Sanctorũ esse diuulsos, nihilque cum Christi corpore mystico habere commune, ac proinde perpetuæ salutis, quæ nulli quidem extra Ecclesiæ consortium vnitatémque contingit, expertes omnino manere.

Quid ergo mirum sit, obsecro, alia etiã templa, quæ iub nomine sacratissimæ Virginis matris extructa, peculiariter in orbe celebrantur, apud Notatores euilescere, nullúmque põdus sacris ad illas ædes peregrinationibus tribui, quantumuis rerum vsu certissimo compertum habeamus, admirandam cælestis gratiæ copiam illic apparere, & Deiparam

De templis olim Mariæ celebrioribus, quæ sæpius à fidelibus visitarentur.

innuocantibus non vulgaria tum spiritualis, tũ corporalis salutis præsidia issdẽ in locis sæpè multúmque conferri? Romæ templum Mariæ præcipuum esse diximus, quòd seculo Liberij in Exquiliis non sine miraculo conditum, & frequentibus piorum comprecantium cœtibus honoratũ, solennibúsque vti vocabant, stationibus, processionibus & Lita-

De tẽplo Mariæ Maioris in vrbe Romana quod & Gregorij Magni seculo emicuit.

niis deputatum fuit. Quapropter quum inguinaria pestis Romæ seuiret, ac multos etiam extingueret, Gregorius Magnus omnes vrbis ordines proposita lege conuocauit, vt ad hanc ipsam sanctæ Dei genitricis Ecclesiam conuenirent, quatenus qui simul omnes peccauimus, sic enim ipse loquitur, simul omnes mala quæ fecimus deploremus. Et rursus: De singulis, inquit, Ecclesiis exeuntes, cũ precibus ac lachrymis ad beatæ Mariæ semper Virginis genitricis Domini Dei nostri Iesu Christi basilicam cõgregemur. Eadẽ de re [a] Paulus Diaconus & [b] Gregorius Turonensis pluribus meminerunt. Tũ Stephanus eius nominis secundus Põtifex, qui magno

Lib. 11 epist. in Registro. Epist. 2 a Lib. 3. de gestis Longobardorum. b Lib. 10 histor. Francorum.

A Cleri populíque consensu ibidem electus fuerat, ad placandam Dei iram instituit Romæ Litaniam, initio quidem in hac ipsa Æde facto, sicut Platina confirmauit. Cum vero basiliscus dirum serpentis genus exitium Romanis adferret, Lothario nimirũ imperante, ac tota vrbe maiorem in modum trepidante, Leo IIII. Pontifex toti populo ieiunium & precationem indixit, ipséque cum hymnis & canticis, sancta præcedente imagine, ex Adriani Martyris basilica, ad hoc ipsum Virginis templum vna cum Clero processit. Tantum autem ea supplicatio valuit, vt fœdum illud serpentis virus euanuerit, ac populus omni fuerit periculo liberatus, haud dubie Maria Deipara opitulante. Ea de re Sigonius quoque testatur. Quid quod Martinus Pontifex, ac

Ivo vita eius. Stephani Papa.

Litanias in hac gde virginis Romæ celebrabant. Basilissimi ei Romę malum extinxit, ac dio iubilans est Romanus in æde Virginis comperi, cantibus.

B primus quidem huius nominis, in hac sacra Aede non sine miraculo summum vitæ discrimen euasit? Quum enim Cæsar Arianus Constantinus Legatũ suum Olympium Romam in Martini perniciem, destinasset, Lictor subornatus est, qui eundem Põtificem eodem loco aut caperet, aut enecaret. Is vero dum impio præcepto parere studet, diuini numinis vindictam expertus, & subita cæcitate percussus est, non ferente, vt opinor, Deipara tàm nefarium scelus in sua primaria Ecclesia perpetrari. Adhæc Mauritius Cæsar ad eandem Ædem Virginis, vt quæ tam multis in summo discrimine asylũ præbuisset, sibi confugiendum putauit, quum Isacium exarchum vitæ suæ hostiliter insidiantem cerneret, quemadmodum [c] Paulus Diaconus & [d] Ioannes Nauclerus memoriæ prodiderunt.

S. Martinus Pontifex in ede Virginis Virgini gratias egit.

Romæ nocturni pugiles occidi solent.

Lib. de vita & gestis Romanorum.

C Quid multæ quoties fere duri, graues & asperi casus vrbem premerent ac infestarent, præcipuum studium fuit, Matri misericordiæ hoc loco supplicandi, precésque & Litanias toto Clero populóque præsente reuerenter peragendi. A deandem Ædem referre par est, quod Petrus Cluniacensis exponit miraculum Romæ multis comperti & exploratũ. Mos erat populi, quum assumptæ in cælũ Virginis diem festum celebrarent, à primis vesperis vsque ad secundas suos ad templum illud cereos deferẽdi, quos deinde incensos illic relinquerent, & relictos cum eodem ceræ ponderæ quo attulerant, porrò reciperent, atque sic integrè domum reportarent. Meminit & Rupertus de processionibus siue supplicationibus Ecclesiasticis, & harum primam stationem Romæ ac alibi beatissimæ Matiæ dedicari asserit, ex singulari videlicet Virginis prærogatiua, quæ salutis & lætitiæ humanæ principium exístat. Tum Hugo Victorinus tres numerat solennes supplicationes, quę in Ecclesia quotãnis obseruantur: quemadmodũ in Dominica Palmarũ cum floribus & palmis, deinde sub festũ ascensionis Domini cũ principalibus crucibus & vexillis, ac demum feriis purificationis Mariæ, vt vocamus, cum cereis & lucernis. Cæterũ hanc postremam supplicationem siue processionẽ primo ille statuit loco, & maiore quidem religione, vt res ipsa docet, eadem hactenus in Ecclesia celebratur. Rectè autem dixit Antoninus: In festo purificationis candelas accensas gestamus in manibus, lumen ardentissimæ charitatis Virginis designãtes, & eam viuam in nostris operibus habere protestãtes.] Alij spectant hic ceram, vti munus apum sine masculo semine filios procreantium, & quæ non nisi de purissimis floribus cum dulcedine mella exprimunt. Id vero pulchrè ad nostram Virginem appli-

Lib. de diuinis officiis c. de purificat. S. Mariæ. b Libr. 3 de Eccles. offic. cap. 43 Liber de sex ætatib. mundi.

In templo Matiæ maioris Romæ solent fieri Damasi figuræ, ferunt. Prima Sabbati Ecclesia Mariæ Virginis Correctio. dedicatur. Tert. de fuga in persec. lib. 13. de Sabbato.

cant.

A cant, quæ apis quasi solertissima, de odorifero virginitatis flore, deque suo sanguine roseo mel diuinitatis, & ceram humanitatis, non sine vtroque lumine veritatis fulgido, & charitatis ardore flagrante in vnam eandemque Christi personam nobis inuexit. Igitur haudquaquam ociosa & vana est cæremonia, vt videri volunt aduersarii, quod lumine accensos cereos cum solenni pompa, licut & alibi dictum est, eo die circumferimus. De quo Mariæ festo multi vetercs docent, inter quos [a] Albinus Flaccus Alcuinus, & [b] Amalarius Fortunatus notant, tunc collecto primùm apud sanctum Adrianum populo, & ad basilicam Virginis prodeunte, Litanias Romæ recitari, & Pont. Max. cum frequenti Clero adesse solere, postque solennes preces cereos deportari, vbi & nominatim huius Eccleſię Virginis, ad quam eatur, mentio expressa est. B Quæ supplicationis ratio ita Sergio Pontifici eius nominis primo placuit, vt illam etiam pluribus Mariæ festis, sicut Beda comprobat, iusserit accommodari. Nos verò, vt hoc obiter addamus, illorum sententiæ astipulari non possumus, qui ex obseuris

a Lib. de diuinis officiis c. de purificat. S. Mariæ. b Libr. 3 de Eccles. offic. cap. 43 Liber de sex ætatib. mundi.

In multis Mariæ festis supplicationes habentur in excelsis. Festum purificationis Mariæ vetustius esse quam vt Iustiniani Cęsaris esse possit author.

Festũ assumptæ in cælum Virginis non extare sub Mauritio Cæsare.

Lib. 17. histor. Eccles. c. 28

Lex Constit. de Dominico die celebranda.

Lib. 8. constit. Apost. c. 29 Libro de vita Constantini. 18 & Apostol. 1 & March. 28

Lib. 2. de miracul. Matiæ cap. 27

In tẽplo Virginis habent solę prima & secũda processione ex vrbe pręcessa ex vrbe principalis.

Lib. 4. de festis Romanorum. Prima Sabbati dies Ecclesię Matiæ Virginis dedicatur.

Tert. de fuga in persec. lib. 13. de Sabbato.

In templo Matiæ maioris Romæ solent fieri Damasi figuræ, ferunt.

Correctio.

Prima Sabbati Ecclesia Mariæ Virginis dedicatur.

Tert. de fuga in persec. lib. 13. de Sabbato.

Lib. 17. histor. Eccles. cap. 23 & Centur. 6 cap. 6 & vide Clementem lib. 5 constitut. Apostol. ca. 13. & lib. 8 cap. 39

Lib. 2. de miracul. Matiæ cap. 27

Lib. 7. de festiuitat. Matiæ cap. 27

In tẽplo Virginis habent solę prima & secũda processione ex vrbe pręcessa ex vrbe principalis.

Lib. 4. de festis Romanorum.

Lib. 17. histor. Eccles. c. 28

Lex Constit. de Dominico die celebranda.

Lib. 8. constit. Apost. c. 29 Libro de vita Constantini. 18 & Apostol. 1 & March. 28

facto & cultui diuino religiosè vacarent. Verũ hæc attigisse sat sit.

Ad alteram nouámque Romam, hoc est, Constantinopolim veniamus, quæ multas Ædes Mariæ sacras, vt diximus, habuit: primam verò Imperator ipse Constantinus condidit, vt qui totam etiam vrbem Virgini matri sacrosanctæ dicauit, sicut & Zonaras asseuerat. Quod Constantini templum, si Gregorio Turonensi credimus, inde ab initio singulari Mariæ apparitione, & præsenti Dei miraculo fuit cohonestatum. Tradit enim, hanc Virginis basilicam ab Imperatore Constantino admirabili opere fabricatam effulsisse, ad quam adductæ primum columnæ sublimes ac vastæ in altum leuari, suísque locis reponi nullis hominũ viribus potuerint, quum vel sedecim pedes in circuitu singulæ complecterentur. Proinde Virginem matrem architecto per visum oblatam esse, & paratum illi præbuisse consilium de aptandis machinis, & suspendendis coclæis, & extendendis funibus, vt sublatæ columnæ suis locis collocarentur. Expergefactus architectus acceptis monitis paruit, breuíq; tempore, quod antea frustra sæpe multi tentarant, columnas ingentes erexit, stupentibus omnibus, paucorum opera demum esse perfectum, quod ne multi quidem antea summis laboribus præstare potuissent. Græcis vero chara inprimis & percelebris fuit Ædes Virginis, vt aiebant, in Blachernis: qui locus apud muros ciuitatis, sicut Græcus author Metaphrastes ostendit, prædium erat Marini sinus cornui propinquum, & ab Imperatrice pulcheria maxime nobilitatum. Hæc quippè præstantem Adem illam mirificè ornauerat, vt diximus: mirabilius vero eandem Deus frequentibus miraculis ita omnibus commendauerat, vt piorum cœtus maximus illuc vndique proficisceretur. Fecit idem quoque Marcianus Imperator, non veritus alios præire in supplicationibus publicis: fecit & Pulcheria sanctissima virgo, templum idẽ libenter ingressa: præsertim quod illic tertio quoque septimanæ die vigiliæ & supplicationes cum lucernis & lampadibus nocte celebrarentur. Sed & Mauritius Imperator in memoriam Dei genitricis, quam haud parum venerabatur, Litaniam instituit, laudésque illi decantari iussit. Scribit Damascenus historiam, quæ lectu digna est, de D. Stephano iuniore: huius quidem parentes ad Mariæ templum in Blachernis situm corã eius imagine supplicasse, atque si mascula prole gauderent, illam Domino cõsecrasse. Quarè quum voti compotes facti essent, natum Filium Deiparæ, à qua donum illud acceperãt, ad Blachernensem ædem grati obtulerunt. De Constantinopolitanis iam anteà monuimus, quod singulare sibi patronam Dei Matrem delegerint atque coluerint eius etiam ædes imaginésque sacras de more sedulo venerantes. Siue enim bona, siue mala discenda atque imitanda sint, non minus exempla quàm leges Principum ad excitandos populi animos cõducere solent. Constat autem, Imperatores Byzantinos in extruendis, ornandis ac venerandis Mariæ templis nullis pepercisse sumptibus, curámque diligentem adhibuisse. Vnde cum Byzantini suã vrbem à Saracenis aliquãdo grauiter obsessam certarent, & hostes magnoperè formidarent, nõ sine ieiunio & oratione, Virginisque matris patrocinio felicem belli successum & exitum sibi ausi sunt

Multa & præclara Mariæ templa Græcorum Constantinopoli olim habuerunt.

Lib. 3. Annalium. In li. de gloria pluriorum martyrũ cap. 8

Architectus Constantino politus Mariæ apparitionedicti, qua ratione ingentes columnæ in templo Constantino ere gendæ fint.

Orat. de vita & exitu Deiparæ.

Deiparæ templo Virginis in Blachernis apud Græcos omnium fere celeberrimo.

Imperator & Imperatrix hoc templum die nocteque libenter adibant.

Vide Nicephorum histo. Eccle. lib. 15 ca. 14. & 15.

S. Stephanus iunior vbi à Maria donatus parentib.

Constantinopolitanis magnum fuisse studium in Maria veneranda eiusque templis visitandis, exẽplo suorum Principum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Constantinopolitani à Saracenis obsessi, Mariam sibi patronã apud Deũ quærunt, & liberantur.

policeri. Itum est igitur ad sacram Ædem, quæ propè S. Sophiam extabat: illinc Deiparæ imago, quam Lucas depinxerat, reuerenter accepta, & in publicam supplicationem siue processionem adducta, sed & hebdomadatim per totam vrbem feria tertia religiosè admodum circumgestata est. Ita denium optata de Saracenis hostibus victoria, qui miserè perierunt, sicut Vincentius refert, lętè successit, haud dubie Maria hisce suis ciuibus totique vrbi patrocinante.

Ex Græcia in Cappadociam transeo, vbi magnũ illud Ecclesiæ lumen Basilius clarissimè fulsit, qui & historiam nobis memorabilem, nostróq; instituto commodam, quam hic repetamus, offert. Is enim in Iulianum Apostatam sæuissimum Ecclesiæ hostem inciderat, qui ad bellum Persicum profecturus, non solum Basilio, sed etiam eius populo, cum primum rediret ab hostibus, extrema fuerat interminatus. Quare vir sanctus, vt suos non parum pauidos aduersus Tyrãnum immanissimum tueretur, ieiunium populo triduanum indixit, omnésque in templo Deiparæ Virginis, quod in monte Didymi situm erat, precandi gratia cõgregauit. Erat autem in eadem Ecclesia S. Mercurij Martyris corpus reconditum, qui per quietẽ Basilio sese obtulit, planéque affirmauit, se fecisse quod à Deipara iussus esset: nimirum vt de Iuliano sumeret pœnas, illique communi hosti vitam tolleret. Basilius non potuit de hac apparitione non mirari, dictique Martyris monumẽtum in Ecclesia notum adiit, & quæ prope pendebant arma eiusdem tunc abesse sensit, sed paulò post lanceam cæsi Iuliani sanguine rubentem illic restitui alij quoque deprehenderunt. Habuit ergò fidem Basilius factæ apparitioni, & terrefactũ adhuc populum benè sperare iussit, simúlque illos de morte Tyranni Iuliani certiores reddidit, vt cũcti gratias clementissimo Deo agerent, qui summo discrimine ipsos & Ecclesiã tàm benignè liberasset. Nec multo post euentus docuit Basilium vera dixisse, & veritatem Libanius Iuliani quæstor Cæsaream veniens cõfirmauit, qui in Persico & postremo illo Iuliani bello coram interfuerat. Narrauit enim, ignotum quendam militem cum armis in excubiis apparuisse, qui lanceam valide vibrans, terribili impetu confoderit Iulianum, quique mox abscedens nusquam cõparuerit, quum ille blasphemus interim dire vociferans expiraret. Tantam demum vim habuit communis illa precatio, quæ authore Basilio instituta, & inuocatæ Virginis patrocinio corroborata fuit: nimirum vt grauissima Ecclesię pestis Iulianus è medio tolleretur & pius populus ab iratæ Tyranni sæuitia illæsus persisteret.

Confirmatio superioris narrationis.

Eandem narrationem post [a] Amphilochiũ repetũt [b] Fulbertus, [c] Antoninus, [d] Nauclerus: aliique complures multa id genus exempla de Mariæ templis, & factis ad illa peregrinationibus, acceptisque beneficiis, coniunctisque miraculis præclarè scripserunt.

a In vita S. Basilij.
b In serm. de Deipara.
c Parte 4. Sum. tit. 15 d in Chronographia Gener. 2.

Quod si ex Oriente in Occidentem proficiscemur, vt ad Germanos demum perueniamus, habẽt & illi Mariæ sacra templa minimè vulgaria, & præsertim Aquisgranense, siue, vt alij vocãt, ad Aquasgraneas, vel Traianas, à Carolo Magno vtique cõditum, vt multi de Carolo scribentes annotarunt. Is munificus arq; magnificus Imperator sumptuosissimè hanc Ædem exædificauit, multásquecolũnas marmoreas ex variis Italiæ locis aduectas illuc intulit, ac magnum prætereà thesaurum sacrarum reliquiarum, quem inde à Palestina conquisitum adportauerat, ibidem deponi, & quotannis populo spectandum reuerenter exhiberi, pro sua summa pietate decreuit. Nec dici facile potest, quanta Virginis matris hic olim fuerit veneratio. Auentinus hoc templum toti Europæ venerabile, & ex publicis operibus, quæ Carolus fecit, præcipuum vocat. Durauit in nostram ætatem vsque frequens piorũ ad eandem sacrã Ædem peregrinatio, vt permulti remotis è locis, ac ex media etiam Pannonia religionis ergo peterent Aquisgranum, illícque suam erga Deiparam obseruantiam pia liberalitate, & liberali pietate publicè testarentur. Pudeat vero Germanos, quibus religiosa omnis nunc sordet peregrinatio, pudeat, inquam ab optimi Principis & Maximi Imperatoris sui Caroli heroica fide & constanti pietate tam longe ac turpiter desciuisse, nullo vt amore vel honore sacrosanctam Dei Matrem domi aut foris prosequantur, multo certe rectius habituri, si Patrem illum patriæ & sanctum inuictúmque Imperatorẽ Carolum, quo nullus melior felicior hucusque successit, tum in timore Dei, tũ in cultu Virginis, tum in sinceritate fidei seriò imitarentur.

Magni cuiusdam hoc templo fuerit illud tum.

Lib. 4. Annalium Boiorum.

Pudeat Germanos, si spiritualia ea non prosequantur, quæ Deipara abeuntibus in Boiariã præstare solet.

Norũt & magnanimi Heluetij, qui pulcherrimã Catholici nominis professionem præclarè hactenus conseruarunt, & sub felicibus Mariæ auspiciis toties fortissime felicissimèque pugnarunt: norunt inquam, quantum & animi & roboris præstet Virgini matri vota pia fecisse, & in ipsius Eremitorio pie supplicasse. Ita enim vocant Deiparæ sacellum à sancto Meinrado inchoatum, mediis in syluis positum, inde à Cæsare Ottone primo Mariæ sacratum, & sanctorum antistitum Vdalrici & Conradi iudicio cœlitus dedicatum, quod non modo multis ab hinc annis inter medios hostes impiósque vicinos, sed etiam nuper admodum horrendis flãmis cuncta vndique ablumentibus integrum mirabiliter perseuerat. Nugentur autem & calumnientur, qui sese ab Ecclesia Catholica nefariè segregarunt: fingant & euomant, quæ impurus ipsis animus suggerit aduersus sacri loci huius originem, progressũ, cultum, miracula: hoc nimirum Satana in suis organis potissimum procurante, vt in vulgi odium inuidiamque sanctum hoc institutũ adducat, eiúsq; salutarem vsum & fructum impediat aboleátque. Sedenim qui recte sibi suæque saluti consultum volũt Orthodoxi, rem se dignam fecerint, si surdis auribus, rabiosorum velut canum, istorum latratus transeant, & sancta Christianæ fidei simplicitate contenti, præclarísque Maiorum suorum exẽplis confirmati, non quid dicant modo impij, sed quid faciant & sentiant tot seculorum pij, id demum sibi propositum habeant, sempérque commendatum seruent. An verò vel obscurum, vel dubium esse potest quo pietatis ardore incensi complures per incultam & horridam solitudinem, ad hanc Ædem Virginis, & nostra & superiore ætate vltro penetrẽt quam venerabundi & supplices vota sua Deiparæ faciant, quàm raram & mirificam Spiritus consolationem atque suauitatem hoc ipso loco percipiãt? Cuius quidem præsentia tam potenter immutat, quam dulciter afficit bonorum accedentium animos, vt vere illud Mariæ hospitium, & Dei domicilium

Contemnendo esse huius sacri templi ornatores, & quid Catholicis ea adoctos cos tueatur.

Quæ piorum frequentia ad hoc Mariæ templum quotannis confluat, & quam magnifice duce & Imperatore id celebretur.

Pijs patrijs quam hæretici de hoc exemplo credi oportere, circa quod multæ præclaræ virtutes à multis exerceantur.

cilium esse facile deprehendant. Sed ô ineptos & stultos homines, qui obgannientibus hæreticis credunt, piis autem & sapientibus tot spiritualia dona experientibus támque præclaras virtutum actiones exercentibus non credunt, vtpotè qui non solum Christianæ precationis, sed & sanctæ humilitatis, & veræ pœnitentiæ, religionisque omnis officia hic præstant atque declarant. Talisne cultus Christo Domino, vel eius benedictæ Matri, aut Superis vllis displicere, Satanæ autem arridere possit? Quid nisi fides & spes Christiana in illis vigeat, quæso, qui in Matre Filium honorant, & propter illam Redemptoris sui quærunt & expectant gratiam, eúmque Iudicem sibi magis propitium fore credũt atque confidunt? Quid rursus, nisi sancta quædam omnibúsque laudanda fortitudo est, longinqui itineris, & sumptuum periculorúmque metum abiicere, & quáuis peregrinationis adire ac perpeti molestias, sua vt vota in corde nõ ficto sanctissimæ Virgini hic offerant atque commendent? vbi tam multi hactenus votorum suorum compotes fiunt, vbi incredibiles diuinæ gratiæ percipiũtur effectus, vbi demum læti & felices rerum successus diuinitus impetrãtur, nimirum Deipara supplicum precibus clementer admodum annuente.

Oecolampadius miraculis Virginis & Sanctorum reiecit.

Atque hæc ego pluribus ob Oecolampadiũ persequor, qui ex Monacho Birgittano apostata, ne dicam hæresiarcha factus, aduersus præclarũ Theologum Eckhium hæc obiicere non dubitauit: *Vbi miracula fiunt contra Dei honorem, aut aduersus verbum suum, ex Deo non sunt, quorum multa & Antichristus operatur, & factiuus est. Sicut est, quum ex eo homo in fide infirmior redditur, Deum æstimans in vno loco cæteris locis clementiorem. Vnde etiam multæ inutiles peregrinationes sunt ortæ, licet apud eas dem multi hominum semet consolati sint. Opus autem eorum, quoniam ex fide non fluxerit, bonũ censeri non potest.* In qua Oecolãpadij oratione multi quos coarguimus, & graues quidem commiscentur errores, quum Sanctorum miracula dæmoniacę potius quam diuinæ virtuti audet adscribere, planéque suspectam reddere, quum præterea infirmitatem fidei deputat, si quis delectum templorum faciat, & in vno magis quàm altero diuinam gratiã quærat, & religionis ergo peregrinetur: quum denique tale peregrinantium opus fide carere, ac Deo ingratum esse pronunciat. Tam insulsè apud Heluetios disputauit Oecolampadius: sed petulantem hostem Ioannes Eckius repressit, atque inter alia publicè respondit, ea quę ipse tam leuiter assumeret, cum totius Ecclesiæ Christianæ ordinatione vsúque pugnare, vt quæ constanter astruit, Deũ vel Sanctos vno loco magis quàm alio, quemadmodũ in Diuæ Virginis eremitorio & Laureti, vel Aquisgrani, rite honorari atque coli: multum præterea discriminis inter Ecclesiam & tabernam esse, Deum quidem omnipotentiam suam miraculorum operatione in hoc templo magis quam illo testari ac patefacere. Rursus diuinis literis non esse consentaneum dixit, ex fide illorum opus non procedere, qui religionis ergo ad hoc illũdue templum proficiscuntur. Nam si fide illi carerent, peregrinandi quoque laborem missum facerent, quum tamẽ hac se fide & spe fulciant, quod propter Deiparam Deũ sibi eo in loco propitium sint habituri, suóque desiderio per Dei gratiam & Virginis intercessionem satisfacturi. Descripsit Heluetiam Henricus Gla-

De stylo Virginis apud Heluetios, quod Maria vocari soleat & mandari.

Confutatio superiorum.

Vide disput. Eckij habitã contra Oecolampadium.

reanus, non solũ ipse patria Heluetius, sed & quamdiu vixit, religione constanter Catholicus, ac quoniam Poeta erat, inter alia de hoc sacro Diuæ Virginis Eremitanæ loco cecinit:

Illustre templum Virginis in monasterio Episcopatus Mindenlis.

Hunc est ad lenam, quo vixest sanctior vsquam
Orbe locus, frondens Mariæ gemmiscit ecclesia.
Vix alibi inuenies tam mitia numina Diuæ,
Propitiámque Deum, & præsentes Virginis aras.

Cæterum Crantzius historiographus nobis non est prætereũdus, qui aliam Ecclesiam in Mariæ honorem extructam, & sua adhuc ætate celebrẽ fuisse narrat, in Mindensi videlicet Episcopatu, apud monasterium Oberkercke vulgò appellatum. Verba illius ex Metropoli repetere non grauabimur.

Lib. 3 cap. 24

Placuit Deo, inquit, vt eo loco Virgo sanctissima singulariter inuocaretur: quæ multis ibi miraculis claresceentibus edocuit, singulare se eius loci præsidium ac tutelam accepisse. Sentiunt aduenæ, sentiũt indigenæ patrocinium singulare: vnde celebre factum est ab annis multis, vt voti se fideles obligarent & soluerent, reportantes læti quod voto cõceperunt.] Nec alienum est, quod Auentinus de sua loquens Bauaria, inter cætera prodidit: Oritur Apsus (fluuius) in superiore Boiaria in initio pagi, quem Hallertheuu incola vocat, qua aquilonem fauoniúmque spectat, iuxta templum eiusdem cognominis, insigne Deipara Virgine, & perquam celebre accolis.] Et plura sunt etiamnum Bauariæ tẽpla, simul accolis & exteris haud parum celebria, quæ Deipara Virgo eiúsque cultus frequens maiorem in modum illustrat, præsertim Oetingæ & Dandenhausij, sicuti alibi nobis est commemoratum.

De alio insigni templo Virginis in Bauaria.

Lib. 7. de reb. bauaricis.

Verumenimuero non committam, vt curiosè vestigem, aut vltro se mihi offerentia Mariæ tẽpla illustria proponam omnia, quæ in hunc vsque diẽ non pauca extare videmus, si quis præcipuas saltem Christiani orbis prouincias ritè contempletur. Habẽt enim Itali in vna vrbe Romana multiplex Deiparæ templum, variis quidem nominibus commẽdandum, ac multis etiam clarum miraculis, præter illud quod diximus, apud præsepe Domini vel Mariæ Maioris appellatum. Inter alias excellit etiam Aedes Virginis, vt vulgò aiunt, de populo, quoniam hæc Romani populi voto, sumptibus, religione peculiariter extructa & conseruata, ad gratiásque pro acceptis beneficiis agendas destinata, præstantis illius Reipublicæ ciuibus Virginis cultui semper addictissimis, in magno precio esse consueuit. Neque solum hoc ipsum, sed etiam aliud de consolatione, vt vocant, templũ Virginis extat Romæ, & à multis frequenter aditur, nonénque ab ipso euentu inditum seruat. Etenim ægroti & afflicti, qui cum grauissimis morbis & maximis calamitatibus conflictantur, plurimum sæpe consolationis secundum corpus & animam eo loco percipiunt, nõ obscuris etiam Deiparæ miraculis ad miserorum solatia cõcurrentibus, præsertim cum non modo propter Mariam Deus in templo, sed etiam in Xenodochio adiuncto illic plurimis opituletur. Hetrusci verò, qui multis in locis Mariam egregiè colunt, eámque sibi beneficam sentiunt, templum Florentiæ habẽt nobilissimum, annunciatæ, vt vocant, Virgini dedicatum. Infinita sunt penè miracula, quæ per Matrem suam sanctissimam illic est Christus operatus: & grati homines, qui Deiparæ vota fecerunt, ac

Insignia Deiparæ templa in vrbe Roma; & alibi passim in Italia hucusque multa inueniri atque fieri frequentarique peregrinationes.

Templi beatæ Mariæ de cõsolatione celebre apud Romanos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Hetruria præcipuũ Mariæ templum esse Florétiæ.

præsentem eius opem experti sunt, plurimis & maximis donariis, signis, tabulis, statuis, quæ adhuc extant, suam erga Mariam obseruantiam abunde declarant. Nolumus ista longius commemorare, quæ amplissimum alioquin scribendi campum subministrant: si quis præcipua tantum capita de huiusmodi Mariæ templis apud Italos excellentibus, velit ex professo tractare. Respublica Senensium de Virgine Matre iampridẽ non vanè gloriatur, suámque primariam Ecclesiam & vrbem Mariæ Patronæ dedicatam, prorsusque deuotam seruat, quoniam & in summis periculis illius potentiam atque clementiam certissime deprehendit. Hinc solennis illa

Marię templũ apud Senẽses inclytum esse, eamque patrõnam ab vrbe illa coli maximè.

inscriptio, qua Senatus in publicis etiam numismatis & alibi passim vti solet: Sena vetus ciuitas Virginis. Nec obscurum est templum apud Bononienses in monte, vbi Mariæ imago non frustra colitur, tota vrbe reuerenter illam honorante, magnámque

Apud Bononiam & Chiozam ædes Mariæ solennes extare, & à piis multum adiri.

in rebus aduersis Deiparæ opem illic implorant. Norunt & Veneti in Chiozæ oppido suo quàm sit celebre, ac præsentibus etiam miraculis illustre tẽplum Virginis, vt alia id genus plura, quæ passim in Italia præclari sunt nominis, & à multis religionis ergo inuisuntur, singularémque Deiparæ dignitatẽ arguunt, hoc loco prætereamus.

Quæ Mariæ tẽpla sint Hispaniæ in precio maximè habita & honorata.

Nec dicam de omnibus Mariæ templis, quæ apud Hispanos vt religiosissimos, ita & cordatissimos homines hoc seculo maximè celebrantur. Primas verò tenet, quod in monte Serrato templum est Hispaniæ citeriotis, & ad Lauretanum, omnium nunc templorum, ni fallor, celeberrimum, de quo mox dicemus, proximè videtur accedere, siue miraculorum magnitudinem, siue peregrinantiũ concursum, siue religiosorum hominum illic degentiũ sanctitatem, & promptam erga exteros hospitalitatem considerare velimus. Quanquam & suam eximiámque laudem habet templum illud Virginis,

Etiã apud Gallos extare tẽpla Deiparæ sacra, & quædam aliis celebriora.

quod apud Cæsar augustam esse antiquissimũ memorauimus, & aliud rursus quod Gualdalupi solet nuncupari. Nec dubium Gallis sub Christianissimo Rege florentibus sua fuisse templa, in quibus Deiparam eo libentius colerẽt, quo sua vota illi Matri facta efficaciora esse senserunt. Eandem pietatem & nunc retinent in Virginis templo clarissimo Parisienses, horúmque socij & collegæ sunt innumerabiles Orthodoxi, qui superioribus annis, tanquã

Similia & eximia Deiparæ templa in quibus fere Catholicis prouincijs à multis honorari.

aurum in igne, hoc est, Hæreticorum grauissima insectatione probati, licet ingentem sacrarum rerũ ac Ædium iacturam fecerint, quas Caluinianus furor vel deuastauit, vel profanauit, tamen de veteri sua in Mariam obseruantia nihil remisisse videtur.

Ephes. 4.

Habent demum & aliæ prouinciæ, quarum puritatem Hæreticorum fermentum non prorsus vitiauit atque corrupit, habent, inquam, vt semel finiam, in

Iude 1.

ptetio & honore nostræ Virginis templa, & proculdubio ad insigniora quædam pias subeunt peregrinationes, vt hac etiam ratione se eos esse probẽt qui non omni vento instar paleæ circumferuntur, sed qui potius instar frumenti in area Dominica solidè permanent, pro illa fide supercertantes, quæ sanctis, hoc est, prioribus Christianis Maioribúsq; nostris religiosissimis, veluti per manus tradita, semperque conseruata est.

Quod si fremant adhuc & frendeant aduersarij, nósque vanos, stultos & superstitiosos esse clamitent, qui Mariam tanti faciamus, & eius fauorem, in peculiaribus delectisque locis requiramus, cum Basilio Magno respondebimus: Beneficium hoc fratres dilectissimi, gratiam hanc minimè deficientem ex Deo obtinemus. Patratum est hic Christianis auxilium, Ecclesia videlicet Martyrũ, exercitus triumphantium, chorus laudantium Deum. Sæpè operam dedistis, sæpe laborastis, vt vnum pro vobis orantem inuenirẽtis. Quadraginta sunt hi, vnã orationis emittentes vocem. Vbi enim sunt duo aut tres in nomine Domini congregati, ibi Deus est. Vbi verò quadraginta fuerint, quis dubitet Deũ esse præsentem? Qui aliqua premitur angustia, ad hos confugiat: qui rursus lætatur, hos oret: ille vt à malis liberetur, hic vt duret in rebus lætis. Hic mulier orans pro filiis auditur, peregrinanti viro reditum incolumem, ægrotãti verò salutem implorat.] Quæ oratio, ni planè fallor, euidenter ostendit, quanti summus ille Theologus templum suum fecerit, quod pretiosis quadraginta Martyrum reliquiis, nec vulgaribus miraculis eo seculo exornabatur, eóque frequentiores piorum conuentus habebat qui se se suáque negotia multum sanctis illis Martyribus commendarent, sicut idem Basilius faciendum hortatur. Ergóne legem nobis dabunt aduersarij, vt de præstantioribus Mariæ templis nõ dicamus & nos, sicut ille de sua æde dixit: Paratum est hic Christianis auxilium? Reuerà qui aliqua premitur angustia, ad Dei Matrem confugiat: qui rursus lætatur, hic oret: nemo in rebus prosperis vel aduersis contemnenda putet præsidia, quæ cum per Sanctos alios tum per augustissimam illam Virginem Christique Matrem diuina bonitas alicubi offert, sæpéque iam anteà multis communicauit, & adhuc communicare non cessat. Probauit Augustinus (insigne lumen Ecclesiæ) bonorum peregrinationes, quæ ad templa duo propter Stephani Prothomartyris reliquias & miracula, nimirũm in Colonia Calamensi & Hipponensi, ipsius seculo erant frequentissimæ, tota propemodum Europa obstupescente, & sicut ostendimus, ad similes peregrinationes alios est inhortatus. Cur non probemus & nos illorum pietatem, qui sine superstitione ad illustria quædam Mariæ templa, siue in Germania, siue in Hispania, siue in Italia de more antiquissimo proficiscuntur? Laudauit Paulinus, vir æuo suo celeberrimus, illorum concursum, qui S. Felicis Nolani Martyris templum, nunc in regno Neapolitano situm, pietatis causa peterent, vtpote ex quo innumeris penè beneficiis affecti domum redirent, Deo per Sanctum suum incredibiliter operante. Eadem ratione cur à nobis quoque non cõmendentur, qui tantum fiduciæ de Maria Virgine Laureti sibi pollicentur, quantum illi de Felice Martyre apud Nolanos conceptum, sibi suísque nequaquam fraudi esse senserunt? Ostendit & Prudẽtius, in Hispania morem olim obtinuisse, vt complures variis è locis ad Martyres Caleguritanos proficiscerentur, ac mirabilia Dei dona in templo illo cõsequerentur. Nos iisdem ferè verbis, quibus ille fuit vsus, Mariæ templa non iniuria celebrauerimus, mirificos diuinæ virtutis effectus in illis ingenuè profitentes:

Exteri, nec non & orbis huc colonus aduenit:
Fama nam terras in omnes præcucurrit proditrix,
Hic patronos esse mundi quos precantes ambiant.

Nemo puras hic vrgando frustra congessit preces.
Lætus hinc tersis remeruit supplicator fletibus,
Omne quod iustum poposcit impetratum sentiens.
Tanta pro nostris periclis cura suffragantium est.

Quod Basilius de templo Martyrum ad Mariæ quæ lenni modo posse referri.

Ex quibus omnibus haud obscurè constat: non modo licere, sed etiam decere, vt magno in bonore ædes illas habeamus, in quibus Mariam Deus vel olim glorificauit, vel nũc etiam glorificare pergit: nimirum vt illic orãtes, talémque Virginem inuocantes, peculiaribus beneficiis siue per miraculum, siue sine miraculo cumulentur. Nam quacunque demum de causa in his locis magis quàm alius id faciat omnipotens Deus, cuius vias Paulus inuestigabiles vocat, nihil nobis quidem congruit magis quàm oblatam summi authoris gratiam obuijs velut vlnis amplecti, ac aliis qui fructum inde percipiunt, ex animo gratulari, nósque ad eandem gratiam consequendam tantò diligentius comparare, quanto magis se quisque diuina ope & Sanctorum intercessione indigere cognoscit.

Superiorum epilogus.

Orat. in qua Virg. Mar. oratorem.

Matth. 18

Inepsias ad Sereuum & in vitam S. Felic.

Cum Angeli nos iuuent laudemus ad loca peregrinantes.

Rom. 11.



AD MARIAM DEIPARAM
ἐξάπτυχον Magni Theologi Gregorij Nazianzeni in Tragœdia de Christo patiente ante Annos mille & ducentos editum.

Χαῖρ' ὦ κόρη πάγχαρτε, μῆτερ παρθένε,
Κάλλιστα πασῶν παρθένων ὑφηλότης·
Οὐρανίων ταγμάτων ὑπερτέρα,
Δέσποινα, παντὸς χάρμα τοῦ γένους,
Αἰεὶ ποτ' εὐφρόνησα τοῖς χθονίοις γένει,
Κἀμοὶ μεγίστη παντάχοῦ σωτηρία.

Hoc est:

Salue ô puella gratiæ plena, omnium
Quæ Virgo mater Virginum pulcherrima es,
Exercitúque Cœlitũm potentior,
Domina, (Poli) Regina, mundi gaudium,
Benigna semper (oro) sis mortalibus,
Simúlque mihi salus vbique maxima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XXV.

De celebri domicilio & templo sacrosanctæ Virginis, quod hodie apud Lauretanos in Italia est florentissimum, & ad singularem Deiparæ dignitatem nostro seculo astruēdam mirifice confert.

Cur Maria Virgo Lauretana dicatur, & de loco Lauretano.

NVnc opere precium facturi A videmur, si de Virgine, vt vocant, Lauretana dicere instituamus, ad quam plerique, velint nolint noui Mariomastiges, religionis ergo, vt vota sua Deo Deique Matri faciāt, hoc quidem seculo vel maximè proficiscuntur. Lauretanam verò Virginem loci ratione vulgus appellat, quum Laureti Ædem sibi sacram, ac toto fere orbe celebratam multis iam annis sibi Deipara vendicet. Est autem Lauretum in agro piceno, vel, sicut nunc loquuntur Itali, Recanatensi, non ita procul ab vrbe Anchonitana si- B tum. Illic Mariæ domicilium, siue, vt tritiore vocabulo vtar, cubiculum visitur, suo, vt olim, cæmēto lapideāque structura cohærens, quatuor adhuc parietibus constans mirandum sanè haud minus quā venerandum vetustatis monumentum. Hoc vero ex Palestina primum in Dalmatiam translatum, circa oppidum Flumen constitit, & inde porrò in Italiam deuectum, Lauretanos demum retinet possessores. Verum vt certior mirabilis historiæ constet fides, neque nos noui aliquid fingere videamur non absre fuerit, aliorum proferre sententias, quid illi de hoc Mariano templo ante nostram ætatem iudicarint, scriptóque prodiderint.

Maria cubiculum Laureti asseruari & vnde illud translatum fuerit. Propositio de sequenti tractatione.

Non obscurus historiæ scriptor est Blondus, ac rerum quidem Italicarum peritissimus, qui sacellū C hoc gloriosæ Virginis in Laureto appellatum, nec procul à Recaneto situm, totius Italiæ celeberrimum vocat, cóque loco preces supplicantiū à Deo Genitricis suæ intercessione exaudiri, illorúmque testimoniis atque donariis certissimè probari asserit, qui votis emissis illic satisfaciunt. Maiorem adhuc lucem veritati præbet Baptista Mantuanus, sui quidem seculi Theologus & Poeta laudatissimus, qui quum patria & habitatione Italis esset, & res Italicas etiam probè perspectas haberet, de Lauretana Æde ac eius origine fusè disseruit. Quicquid autem scribit, partim veteri Scriptura, quam ille apud Italicos extare vidit, partim multorum fide dignorum sententiis, partim apertis ac toti orbi notis argumentis edoctus, in medium bona fide profert. Totius historiæ summa, quam ipse commemorat, in eo versatur: Non esse mirum, si Lauretana Ædes ingentem apud omnes obtineat authoritatem: eo enim loco beatissimæ Virginis & Deiparæ cubiculum contineri, in quo eadem nata & nutrita, & postmodum ab Angelo salutata, adeóque Spiritu sancto obumbrata, Christum in vtero conceperit, & conceptū magna ex parte educarit. Hoc sacrum cubiculum primum in Nazareth Galileæ oppido constructum, post Christum vero in cælos receptum, in domum orationis siue sacellum ab Apostolis commutatum, & diuinis vtibus conseratum, deindéque à Christianis reuerenter habitū esse, quoad Palestina demum sub Cosdroa Persarū Rege immanissimo Christianis adempta, in Agarenorum potestatem deuenit. Adiūgit & de Mariani huius cubiculi translatione facta, hoc enim ad Illyricos prope castellum, cui nomen est Flumen, & inde trans Adriaticum sinum in agrum Recanatensium, qui vix tribus passuum millibus à mari distat, ac haud ita procul ab vrbe Anconitana, esse transuectum ac depositum in syluam, mox etiam in via publica resedisse: Syluam nobilis fuisse matronæ, quæ cum Laureta dicta sit, nomen etiam Ecclesiæ dederit Lauretanæ.

Lib. 1. de Italia illustrata Regione quinta.

Historiographi Blondi testimonium de hac æde Lauretana.

Vide & quomodo translatum sit sacellum Mariæ cubiculum.

Nec ita multis ab hinc annis vixit Hieronymus Angelita Reip. Recanatensis à secretis, vir valdè sincerus, ac rerum ad præsentem historiam pertinentium diligētissimus explorator, sicut eius libellus de historia Virginis Lauretanæ conscriptus, & Pont. Max. nuncupatus abunde commonstrat. Ex illo pauca quædam repetere, vt magis appareat veritas, non grauabimur hoc loco. Anno à reconciliata Diuinitate nonagesimo quarto supra millenum & ducentenum, decima die Decembris, Bonifacio octauo Pont. Max. sedente, sacellum idem quod Angelorum ministerio è Nazaræa ciuitate ad Illyricos translatum fuerat, miro modo exinde Angelorum manibus transuectum supra æquora, in agro Recanatensi consedit, in mediis nemoribus nobilissimæ cuiusdam mulieris eius ciuitatis, cui nomen fuit Lauretæ: dicta igitur Maria de Laureta, à Laureta nemoris domina mulicie.] Ac rursus: Hoc sacellum è Nazaræa ciuitate Illyricis Angelorum ministerio delatum est ad oram prope oppidulum Tersactum & oppidum Flumen: deinde illis abreptum miro modo in nemus primum, mox in colle fratrū, & tandē in via publica collocatum.] Nec omittam quæ idem author ad eximiam huius loci commendationem adiungit: Magnus est ille locus sanctus atque terribilis, & in silentio adorandus, in quo nō homo ex limo terræ, vt in agro Damasceno: sed de purissimi sanguinis virginei guttulæ substātia, nulli peccato obnoxiæ, Deus ineffabili modo factus est homo.] Et rursus: Sacellum quod Lauretanū vocāt in præsentia, ipsius almæ parēus Virginis cubiculū fuit, in paternis ædibus Nazareæ ciuitatis Galileæ, in quo Iessæa illa propago, ab initio & antequā terra fieret, triclinium Diuinitatis ordinata, in lucem edita, simúlque ædificata fuit, mox Gabriele nūcio, sempiterni Numinis spiritū complexa, tādiu Patrū oraculis promissum Christum Dominū impolluta virginitate concepit, illúmque humani generis Seruatorē, eadem semper manente virginitate, Bethlehemitico tugurtiolo natum, donec in Ægyptum, in pueros sæuiente Herode, perrexit, educauit. Cúmq; is in cælum, vnde fuerat digressus, ascendisset, vitā duxit cum discipulis, eo præsertim, quem tātopere diligebat Iesus. Quo tempore cubiculum idem ob tot in eo cōsummata mysteria, ab Apostolico cœtu fuit sacratum, & orationibus dicatum.] Atque vt paucis narrationem absoluat: Apostoli, inquit, hoc cubiculum

Testimonium Hieronymi Angelitæ de hoc ipso sacello Lauretano.

Quomodo hoc cubiculum sit Lauretanū appellatum & vnde.

cubiculum ob præclara ad salutem humani generis A in eo consummata mysteria, in domum verterunt Orationis, illud solenni more consecrantes. Hoc sacellum è Nazaræa ciuitate relictis fundamentis eleuatum, eo iubente, qui solus facit mirabilia magna, in cuius potestate cuncta sunt posita, Angelorum ministerio huc delatum est.] Confirmat hæc omnia Leander Albertus, Italicus & ipse Historiographus, breuiter quidem ita pronuncians: Haudquaquam dubitare oportet, hoc illud ipsum conclaue esse, in quo mundi Regina in lucem edita, quandoquidem præter grauissima Scriptorum hac de re, ac item vti ab Angelis huc deportatum sit, quæ leguntur testimonia, nemo tam duri cordis aut sceleratus esse potest, quin ingressu molliscat, ac seipsum diuina quadam vi & instinctu moueat ad B locum honorandum. Præterea verò id miracula confirmant duinitus edita.] Vocat igitur hoc sanctissimum conclaue, in quo nata educatáque sit cælorum Regina semper Virgo Maria, ac vbi nunciante Gabriele Archangelo genitrix Dei appellata, vbi præterea carnem hanc nostram in Virgine assumpserit Deus.]

Hoc cubicula an Apostolis honorarū aliisque commendatum esse.

Testimonium Leandri Alberti ad eiusdem templi commendationē.

In Piceno Regione Italiæ.

Conclaue sanctissimum Virginis Mariæ natiuitate, & Filij Dei in carnatione hoc ipso effectum esse Laureti.

Quæ si rite perpendamus, diuinæ erga nos beneuolentiæ non obscura indicia merito agnoscemus, gratisque amplectemur animis, ac simul templi Lauretani præstantiam magnoperè suspiciemus. Id verò euidētius fiet quibusdam exemplis diuinæ Scripturæ huc accommodatis, ac ædis eiusdem cum templis locisque aliis collatione breuiter instituta. Vbi rursus nos labore leuat Baptista Mantuanus, C rémque totam his verbis præclare declarat: Tres, inquit, naturæ rationales, quæ naturis aliis dominātur & præsident, in istud domicilium, quasi in conclaue quoddam diuersoriúmque secretissimū, conuenere, vbi de Republica totius mundi consultatio salutaris haberetur. In eo namque reparationis humanæ iactum est fundamentum, pullulauit nouæ legis exordium, reuelatum est diuinæ mentis arcanum, & factum est illud immēsæ caritatis & supernæ dignationis officium, quo vt Paulus inquit: Vbi venit plenitudo temporis, humano generi Deus apparuit. Quamobrem iudicio meo tanta est loci huius dignitas, talis gloria, tam excelsa maiestas, vt ipsum locis omnibus quæ sub cælo sunt vel anteferre, vel æquiparare non dubitem. Nusquam enim D magis egregia opera, magis alta mysteria diuina clementia monstrauit in terris. In agro, vt ferunt, Damasceno, de limo terræ homo creatus: hic de purissima Virginei corporis substantia nulli peccato obnoxia Deus homo factus est. In terrestri paradyso mulier de viri latere sumpta: hic mulier Virgo, naturæ ordine mutato, Dei mater effecta est. In arca Noe generis humani seruatæ reliquiæ: hic toti mundo salus est orta. Sub quercu Mambre credētium Pater Abraham tres Angelos vidit, & hospitio suscepit: hic Angelus, Deus, & Maria: Deus, inquam, non in hospitio tantum, sed in vtero Virginis, in carne nostræ fragilitatis, in vnitate personę suæ diuinitatis. In monte Sina lex Moysi tradita, Dei digito scripta: hic Deus fecit potentiam in brachio suo, & datus est nobis ille, qui est via, veritas & vita. Templum illud Salomonis admirabile quidem fuit & gloriosum, ac Dei præsentia sanctum ac venerabile, sed vbi quæso, Deus præsens magis vnquā fuit, quām isto in loco, qui primus Dei præsen-

Gal. 4

Genes. 1

Genes. 2

Gene 7. & 8.

Genes. 18

Exod. 20 & 34. Ioan 14. 3. Reg. 8

1. Reg. 6

tiam corporalem accepit? Arca fœderis, tabularum receptaculum, legis armarium, quod profanis manibus attrectari non liceat, præcipua seruabatur observantia: at in sacello isto non tabulæ lapideæ, sed ipse legis author & consummator in carne Deus, a 3. Reg. 19 qui in a vento Heliæ, & in igne b Moysi legitur apparuisse. b Exod. 3

Fateor, nec dissimulare quisquā potest: fuit c Bethlehem ciuitas illa Iudææ, quæ quondam Ephrata dicebatur, Christi natiuitate felicissima, in qua carmen illud Angelicum: d Gloria in excelsis Deo, cælesti voce cantatum est: sed Christus illic floruit, hic radicauit. Ille e mons excelsus, in quo Christus cū Moyse & Helia loquens transfiguratus, vestibus & facie glorificata vitus est ab Apostolis, ad breue tēpus exultauit: Hic autem locus longa secretáque conuersatione Deo familiarissimus: hic conceptus, hic nutritus. f Prata illa trans mare Galilææ, in quibus tot hominum millia saturata leguntur: g Lazari h Zachæi & i Simonis, & cætera loca, quæ dignatus est Christus sua præsentia, & miraculis illustrare, profectò sunt omni veneratione dignissima: sed vbi, quæso, Deus vnquam maius miraculum exhibuit? Hic verbum caro factum est: hic Deus vt visibilis ad vitæ nostræ palæstram, & ad exercenda mirabilia opera proficisceretur, tunicam nostræ mortalitatis accepit. Mons oliuarum, vtique Christi Domini ascensione clarissimus: sed locus ille & Annæ domicilio, & beatissimæ Virginis natiuitate, & Christi conceptione nobilitatus est. In cruce iuxta Hieremiæ vaticinium (cuius meminit Paulus ad Hebræos) cōsummatum, hic vero nostræ salutis opus est inchoatum. Hic prima, illic vltima statio Christi morituri. Hic ad vitam, illic venit ad mortem. Ista cum gaudio festiuitas: illa nobis celebranda cum luctu. In sepulchro iacuit Christi corpus exanimatum, non diuinitate quidem, sed humanitate spoliatum: hic autem Deus & homo Christus Iesus diu cum Matre versatus est. Hortus ille in quo Christus orare consueuerat, inter loca sanctitate præclara nequaquam postremus est habendus: at in sacello isto Christus paruulus & adultus orauit, quieuit, manducauit bibitque. Eremus illa dominico consecrata ieiunio, non parum habet venerationis & laudis: at in domo ista quoties abstinuisse & ieiunasse Christus, & maiora opera virtutis exercuisse putandus est: cuius vita erat sanctitas, doctrina veritas, actio caritas, cogitatio pietas, conuersatio sanitas? Beata quidem Zachariæ domus duarum matrum salutatione illustrata, Christi & Præcursoris decorata præsentia: sed domus huius longè maius est priuilegium. Nam præterea, quæ domui Zachariæ donant ornamenta, hoc plus habet quod fuit ab Apostolico sacrata collegio. Iordanis vndæ dominico gloriantur attactu: sed domus ista Virginis immaculatæ, tota Christi manibus contrectata, pauimētum hoc toties Christi tulit vestigia, parietes isti conscij fuere Christi incarnationis. Sed quid plura de domus huius ineffabili dignitate commemorare pergo? Licet mihi Patriarchæ Iacob sermone concludere: Terribilis est locus iste, nō est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. Omnes igitur Christi fideles, & vere Catholicos exhortamur, vt suæ salutis memores, & diuinæ clemētiæ non ingrati, quæ vnquā nobis patrocinari nō desinit, hoc Virginis Mariæ domicilium,

c Mich 5 Matth. 2 d Luce 2. e Matth. 17 Luce 9.

f Ioan. 6. g Ioan. 11 h Luce. 19 i Luc. 7 & Matth 26 Ioan. 1 Aliter. 1

Hier 31

Matthæi 4. & Luc. 4

Luce 1.

Matth. 3

Genes. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi habitaculum ; Spiritus sancti thalamum, A gratiarum thesaurum, diuinæ pietatis æternum monumentum, miserorum commune præsidiú, summa religione, summa pietate adeant, honorent, venerentur & colant, & Deo immortali gratias ingentes agant, qui tale seruauit in terris pro humana imbecillitate confugium.]

Quo conferat supradictum Mantuani de Lauretana æde testimonium. Dictam historiam de Mariæ cubiculo, etiã sine verbo dei scripto, & sine veterum testimonio fide dignam esse.

Hæc ego ex doctissimi Mãtuani opere, quod antea non excusum prodiit recens, in medium fero, partim ob eruditam & ingeniosam collationem, quam continet authoris eius oratio, partim ob singularem ædis Lauretanæ commentationem. Nec moramur interim illorum censuram, qui statim magno supercilio auersantur, quod in sacris literis, vel à probatis nescio quibus rerum scriptoribus diserte non traditur. Scimus enim, quantum in Ecclesiæ consuetudine, ad quam Paulus etiam prouocat, sit positum, quantámque vim ad veritatem cõfirmandam habeat traditio, vt sapientes omnes cõfitentur. Accedit iampridem recepta piorum & doctorum hominum opinio, præsertim cui nullus vir bonus ac moderatus contradixit, & quam Ecclesiæ proceres apertis testimoniis inde à Nicolao Quarto, magis magisque in præsenti quidem causa, non dubiè approbarunt. Sed erunt fortasse, quibus in hac historia mirum illud ac rarum vel maximè, ne dicam incredibile videatur, quòd antea de Mariæ cubiculo per terras & vltra mare sublato, & ex Palestina Lauretum demum trãslato commemoratũ est. Mirum id sanè, adeóque incredibile non immerito videretur, si virtutem cælestem excluderemus, quæ & Habacuc Prophetam ex Palestina in Babylonem transtulit, ac eundem incolumem suis illico restituit. Vnus Angelorum centum octoginta Assyriorum millia sine armis, sine copiis, nocte vna percussit, prostrauit, extinxit. Rursus Angelico ministerio factum est, vt Philippus Christi discipulus, velut per aera deportatus, nobili Eunucho consociaretur, eóque baptizato ad suos in Azotum confestim rediret, longis itinerum spatiis breuissimo tempore confectis, vt omnes subitam illam translationem atque restitutionem eiusdem hominis admirarentur. Quid verò magis prodigiosum videatur, quàm Heliam Thesbiten ex hominum cõspectu subitò rapi, & curru igneo excipi, & in loca remotissima deuehi, ac demum post multa secula in Palestinam reuerti, & in maiestate quadam conspici, postquam verò in monte cum Christo, de futuro eius excessu collocutus esset, statim rursus euanescere? Nec defuerunt, qui cũ Gregorio Neocæsariensi tanta fide excelluerint, vt rupes & mõtes ingentes oratione sola mouerint, atque in alium transtulerint. Quocirca locum quum diuinæ virtuti nihil queat resistere, & similibus miraculis referta sint veteres historiæ, quas nullus in vniuersũ, nisi perfrictæ frontis homo abiicere possit, certe nõ adeo incredibile videri debet, Mariæ quoque domũculam Deo sacrã, quum malè neglecta iaceret, impiis ademptam esse cultoribus, & inuisibili quadam virtute ad locum honestiorem tandem demigrasse, vbi ad verum & salutarem Christianæ gentis vsum & fructum conuerteretur. An non omnia propter electos? quibus & Angeli sancti, vtpotè spiritus administratorij, siue vt Cyprianus inquit, salutis nostræ ministeriales, in his præsertim rebus propensè seruiunt, quæ ad Christianæ fidei ac pietatis profectum magis ac magis in piis animis excitandum fouendúmque spectant. Quis autem non videat, hoc Mariæ cubiculum, non modo propter personæ quondam inhabitantis nobilitatem nos ad amorem & honorem quendam rapere, verum etiam velut pulcherrimum quoddam esse symbolũ quo parui & magni sæpè multúmque commonẽtur de sanctissimæ Virginis vita & conuersatione iam olim eo in loco tranſacta, déque Christi Domini & Matris eius domestica, & perquàm suaui familiaritate ibidé habita, sed & de proptio Christiani hominis officio per hanc velut imaginẽ adũbrato? Nihil enim nobis in omni vita, si sapimus, diligentius curandum ac elaborandum est, quàm vt nostros animos, velut sedes virgineas, & domos spirituales hospiti Christo præbeamus, eiúsque mysticæ matres post Mariam & naturalem & spiritualem Domini Matrem efficiamur. Id vero fiet pulcherrimè, si ad voluntatem Dei præstãdam nos die noctéque componamus, illúmque Christi sermonem intimis animi sensibus complectamur? Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror & mater est.

Cum tot apud Mantuanum testes de ædis Lauretanæ translatione extent.

Fidem huius historiæ nõ labefactare, quòd mirabilis, & iuxta naturã impossibilis translatio cubiculi Mariani facta esse dicatur, sed similia miracula sæpe cõtigisse.

Hæc si satis non sunt aduersariis, qui totam narrationem de integro Marię cubiculo in Lauretana Ædę seruato fabulosam faciunt, viderique volunt hoc vnum rogabimus, vt citra necessitatem nimiũ præfracti, suis que tantum ingeniis præfidentes esse nolint, sed vt cum Augustino dicant potius: Deimus, Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare nõ posse. Quid quæris ordinem facti, vbi tota ratio faciendi est voluntas & potentia facientis?] Quid alioquin istis facias, obtecro, qui perinde ac si Iudæi vel Ethnici forent, ea diuinitus facta pernegant, ac inter fabulas recensent, quæcunque ipsi non assequuntur, & ne possunt quidem vllo humanæ rationis iudicio peruestigari: quoniam ea paruulis fidei, simplicitatem adferentibus, dũtaxat à Patre luminum aperiũtur. At verissimè Propheta dixit: Nisi credideritis, non intelligetis. Si non credideritis, non permanebitis. Abiit autem impia temeritas, nostris vt sensibus diuina mysteria metiamur, atque Dei potentiam nullis subiiciendam legibus, nullisque terminis circumscribendam, pro captu angustiáque mentis humanæ in ordinem redigere videamur. Stat stabitque semper inconcussa illa regula: Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis, vti psalmographus canit. Quid quod Lucherus aliquando scripsit: Omnes sancti omnia possunt? Augustinusquidẽ tantam agendi facilitatem sanctis Angelis tribuit, vt sine difficultate nos adiuuent, quoniam spiritualibus motibus puris & liberis non laborent.

Matth. 22

Quid respondendum ad obiectum Mariæ cubiculum non fuisse in templo.

Sed bene habet, quod futurorum semper cõscius ac præscius Deus tàm prouidè ac sapienter egerit, vt istorum vel stultitia prodereturi, vel curiositas, ne dicam incredulitas redargueretur, qui dictæ Mariani cubiculi translationi, ac ædis Lauretanæ sanctitati paruam aut nullam adhibent fidem, quique alios credentes præ se superbe cõtemnunt. Etenim si nullæ historiæ vel traditiones extarent, si Pontificum & Maiorum authoritas nihil in re tanta valeret, an fas est, obsecro, præpotentem excelsi Dei dexteram eludere, qui veritatis in rem præsentẽ tot testimonia, quot signa & miracula iampridem

Multa fieri dicuntur, quæ tamen non perpetuo fiunt, quia non expedit, aut quia Deus ea diuinitus non reuelauit.

Exod. 33.

Psalm. 113. Eccles. 8. Prouerb. 16. Esaiæ 40.

Deut. 32. Iob 26. Psalm. 134. Ioan. 3. Matth. 19. Luc. 1. Genes. 18.

Solomonis templum Deus ipse fabricari iussit, & ipse magnificentissimis operibus exornauit, hic autem Mariæ cubiculum nullo Dei mandato constructum est.

Ad ædem Lauretanam tanquam asylum pœnitentiæ animum cum conferre pec catores.

dem annis ferè quadringentis orbi publicè demõstrauit, ac etiamnum Europa tota obstupescente demonstrat? Ea miracula tàm multa sunt, vt nullo numero comprehendi: tam aperta & illustria, vt non nisi ab impudentissimis hominibus negari: tã rara, stupenda latéque patentia, vt pro dignitate à peritissimo quidem Oratore celebrari & explicari neutiquam possint. O cœcos igitur & ingratos homines, qui tantæ gratiæ splẽdorem nobis oblatum, & multis exploratum nec vident, nec sentiunt: quique mirifica summi Dei opera, & innumerabilia beneficia, quæ ad Mariæ inuocationem, eiusque gloriam comprobandam hoc loco fiunt, adeò non celebrant & agnoscunt, vt etiam peruicaciter negent, aut impiè calumnientur? An quisquam Laureti vnquam fuit, si aliquo saltem Christianæ pietatis tangeretur affectu, qui suis non aspexit oculis, non percepit auribus, non animo comprehẽdit illa Dei magnalia, quæ Chrysostomi discipulus Theodoretus, iam antè, vt diximus, in Martyrum basilicis æuo suo contigisse testatur? Vicinis & remotis è locis ad hanc Lauretanæ Virginis ædem turmatim concurritur: omnium ordinum homines huc spõte properant, & pro sua quisque pietate vota Virgini faciunt. Vna omnium mens, & sancta est contentio, vt se Matri Domini deuotos ac gratos declarẽt, cui secundum Deum ferunt acceptum, quòd grauissimis morbis superatis sanitatem optatam recuperarint, quod horrenda terræ, ignis, marisque pericula euaserint quòd in rebus aduersis, sæpéque desperatis mirabiliter fuerint subleuati & erepti, quod domi, peregrè, inter amicos & hostes, clam, palam defensi ac secuti manserint, quod denique imploratæ Virginis præsidia & sibi & suis mire salutaria, prorsusque inusitato modo senserint, ac reipsa probarint. Alij si quid benè ac feliciter inceptum confectúmque cupiunt, si nouum vitæ genus aggrediuntur, si grauibus animorum curis æstibúsque premuntur, Virgini Matri vota faciunt, eius fauorem hic expetunt, illique sedulo sese committunt. Hæc vota non esse inania, hanc fiduciam non optato carere successu, piisque desideriis Deum Matris precibus exoratum annuere, tot hominum millia & iampridem experta sunt, & in hunc vsque diem certo experiuntur.

Magnæ cæcitatis & ingratitudinis vitio eos laborare, qui ædis Lauretanæ miracula fidem negant.

Præclara Dei & piorum opera quotidie circa hanc ædẽ versantibus oculis videri.

Quæ & quibus ex causis Dei Paræ vota fiat Laureti à peregrinis.

Cæterum an quisquam oratione vlla consequi possit, quales & quam admirabiles veræ pietatis fructus & effectus cum hoc Mariæ cultu, qui Laureti à peregrinis peragi solet, identidem coniungãtur, vt forte non iniuria dixeris: Vere Dominus est in loco isto. Nec enim solum infinita propemodũ populorum examina Ædem hanc Mariæ sacram inuisunt, sed ex aduentantibus etiam plurimi veræ fidei, pœnitentiæ, charitatis, submissionis omnisque religionis testimonia edũt luculentissima. Hæc que tantam sæpè vim habent, vt stuporem admirabilem cernentibus adferant, multis etiam lachrymas excutiant, piisque summam pariant consolationem. Nihil illic frequentius, quàm vt accedentes exteri suos morbos agnoscant, & medicos adeant, quos illic ad manum semper habent peritos ac spirituales, suorúmque criminum accuratam faciant exomologesin. Qui fœdissimis peccatorum sordibus diu multúmque suos animos inquinarunt, illuc cupide aduolant, séque tanquam curandos leprosos Sacerdotibus exhibent totósque permittunt, vt

Quam pie & præclarè se gerant qui Lauretum religionis ergo petunt, & adire soleant Dei filiorum conuersationi rabiliter fortunatæ.

Sacræ confessionis & communionis vsus Laureti, vt reliquis fere ad ibi, frequens & efficax.

Iniquis & prauis præsentem medicinam & consolationẽ adferre solet ædes & Virgo Lauretana.

Quæ charitatis & misericordiæ opera Laureti perpetuo exerceantur.

Honorum & sapientum est Deum Laureti peculiariter operantẽ agnoscere ac prædicare, bonamque arborem ex bonis fructibus æstimare.

Multa signa probant ædis Lauretanæ institutũ & cultũ à Deo esse.

salutaribus pœnitentiæ remediis expientur, ac per Sacerdotum ministerium Deo & Ecclesiæ legitime gratisque reconcilientur. Hinc sacræ confessionis & communionis vsus tàm Laureti creber est atque solennis, nihil vt simile, magisque religiosum per totam Germaniam, Galliam & Poloniam vna in Aede liceat reperire. Vbi præterea perquam vsitatũ est, homines ab omni pietate paulò ante remotos, summisque flagitiis obrutos, in nouos & dilectos Dei filios transformari, vt ex Hæreticis Catholici, ex flagitiosis honesti, ex lupis oues euadant. Proinde qui grauissimas antea simultates in alios exercebant, illic iram, odium & inuidiã omnem sepeliunt, cum offensis fratribus in gratiam redeunt, pœnitẽtiam non rarò publicam agunt, æs alienum dissoluunt, ab aliis sibi debita condonant, bona iniustè parta restituunt, ac omne demum charitatis officium, à quo prius abhorruerant, sæpe vltro amplectuntur. Alij vero, si probi ad hanc sacram Aedẽ accedunt, probiores inde digrediuntur: complures diuinam quandam virtutem illic persentiunt, vt ad spirituales motus ac sensus mirabiliter incitentur atque inflammẽtur. Breuiter, ad omne iustitiæ pietatisque Christianę studium paratiores atque alacriores Laureto discedunt, domúmque noui velut homines reuertuntur. Postremò pius & sacris oblationibus, quas plerique aduentantes in templum hoc Lauretanum sponte largéque conferunt, non solum Ecclesiæ ministri, & religiosi homines alũtur, verum etiam complures egeni & ægroti continue sustentantur atque recreantur, vt Lauretana domus, si vetum fatebimur, diues & amplũ Christianæ religionis hospitium, simúlque piorum & Christi pauperum fida quasi nutrix appellari possit.

Hæc aliáque id genus longe plura & maiora Christianæ pietatis officia & charitatis exercitamẽta Laureti vigẽt, & multis adeò comperta & explorata sunt, nulla vt fraude celari, vel tergiuersatione negari nisi ab impudentissimis queant. Quod si veritatẽ, si virtutem, si religionẽ amamus, in his omnibus profecto digitum dei, imò fortè dexterã altissimi agnoscere ac prædicare debemus, qui hoc ipso loco Mariæ cultũ pulcherrimis clarissimisque testimoniis ad totius Ecclesię consolationẽ publice cohonestat. Nugentur igitur insani, ac rideant impij, quibus Catholica sanctimonia omnis inuisa est: nõ potest profectò non bona & generosa esse arbor, quæ tã lætos ac vberes iustitiæ Christianæ fructus, vt Deo gratos, sic etiã hominibus salutiferos profert. Cælestis agricolæ, velint nolint hostes inuidi, propria isthæc est plantatio, quæ tam altas iecit radices, tamdiu stetit, in hanc tantam sublimitatem excreuit, eásque spirituales opes & copias profudit vt diuinæ gloriæ derogent, atque in publicam vtilitatem peccent, quotquot huic laudatissimo institutoque petulanter obtrectant. Quid multa? si hãc ipsam Mariæ domũ non conseruaret ac produeheret Deus, non illa tot annis durare, non tanta Pontificum authoritate commendari, non tot Principum & populorum suffragiis communiri, non tàm illustribus splendere miraculis, nec denique incredibilibus diuinæ gratiæ muneribus, quæ in eadem Aede sacra plurimis Christi membris Ecclesiæque filiis applicarentur, in hunc vsque diem abundare potuisset.

Porro autem visum est hæc paulo fusius explicare, vt cum aliorum calumniatorum, tum Petri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ob quod maximè hæc tractatio sit instituta.

Vergerius insectatoc impius ædis Lauretanæ.

Vergerij summam petulantiam aliqua ex parte castigaremus. Hic enim contra Virginem Lauretanã scriptum tali apostata dignum, hoc est, virnlentissimum, Latinè simul & Italicè compositum, euulgauit, vt si posset, Lauretanam Ædem, quæ mirum in modum omnes vrit hæreticos, in vulgi odiũ atque contemptum adduceret, suósque maximè Italos à veteris pietatis studio reuocaret, ne ad sacrum hoc sacellum tàm reuerenter quàm frequenter ex omnibus fere locis conuolarent, neque illic Christo & Matri eius deuotos sese præstarent. Ac tantum sycophanta illa sua profecit maledicentia, (Deo & Virgini sit gratia) vt multo ab hinc tempore, quantumuis vi maxima hæresum flammæ lõge latéque superioribus annis grassarentur, tamen plures peregrini, & maiore alacritate quàm antèà, Lauretum vndique confluxerint, ac certioribus argumentis suum in Virgine colenda zelum ac studium publicè declararint. Vergerio succesſit Illyricus æquè pseudoitalus, impius, nefarius, & ne suis quidem domesticis sociis in Germania visus tolerabilis sycophãta, quem nihil puder in suis Rapsodiis adeò debachari, vt Lauretani idoli mendacia horrenda & infinita esse garriat, quibus tota Italia, vel etiam Europa contaminetur: eos vero qui Lauretum religionis ergo contendunt, impia hypocrisi dementatos audet appellare. O impurum & scelestum Dalmatam, qui si Iudæus aut alter Lucianus esset, quid turpius quæso fingeret, quã quod sanctissimã Dei Matrem Laureti pié & religiosè honoratam in execrandum idolum scelerate transformat? Qui rursus si Iuliani apostatæ aut primorum Cæsarum in Christianos rabiosè grassantium esset mancipiũ, quid petulãtius effutiret, quàm quod vera Dei per Mariam operantis miracula pro mendaciis horrendis proclamare, eáque ad Italiæ, ac adeo Europæ labes dedecoráque referre non erubescit? Qui demum, si perfidorum Hæreticorum Eunomij vel Vigilantij amicus aut discipulus familiarissimus esset, an expressiorem Sectæ suæ notam posset edere, quã quod pios omnes Lauretum ad colendam Virginẽ commigrantes, impios hypocritas & meros idololatras audet pronuntiare? Bone Deus, quanta in istorum cordibus hæret spurcities, qui ore vel calamo tàm putido sacris de rebus tàm nefanda euomunt, ipsis, vt opinior, Ethnicis deteriores, & in vera quidem pietate tum deprauanda, tum conuellenda multo pestilentiores.

In lib. contra idolum Laur.

Catholicæ pietas, non restituit Lauretũ, sed aucta est potius insceta est potius in sectatione Hæreticorum.

In Centur. mendaciorum Papist.

Cur vero coniurati Ecclesiæ veræ hostes, tam ardenti Lauretanæ Virginis odio flagrant, tantáque ira & inuidia incensi, præsentem piorum consuetudinem acerbissimè insectantur? An noui aliquid hic faciunt Orthodoxi? Vetus hoc institutum est, vetus huius Ædis Lauretanæ celebritas permanet, ad quã nostri Maiores, ataui & proaui, hisque antiquiores, docti æquè ac indocti, nobiles & obscuri homines vndiquaque proficisci, suáque vota præstare solebant. Cuius rei multa exempla profert Hieronymus Angelita, præclaris etiam adiunctis miraculis, quæ complures ex ea profectione, & Ædis Lauretanæ visitatione, per Virginem matrem diuinitus impetrarunt. Sensit eandem virtutem Paulus II. Pont. Max. qui cum Laureti sese Deiparæ commendasset, ex grauissimo morbo & epedimiæ vlcere, quo laborabat, subito ac mirabiliter est restitutus. Tum celebris viri Petri Gratianopolitani vxor Antonia, non nisi hoc ipso sacro loco septem dæmonibus, à quibus erat obsessa, multis tum præsentibus potuit liberari. Anni sunt ferè septuaginta quum illustris Theologus idem & Poeta, quem dixi, Baptista Mantuanus floreret, qui postquam in febrim ardentissimam incidisset, Lauretanæ Virgini restituendam valetudinem cõmendauit, eique vota fecit: sicut carmen ab illo conscriptum non obscure declarat. Sic enim inter cætera ille canit:

Baptista Mantuanus votis Virginem Lauretanam frequentat, ac grauiter ægrotans sanitatem ab ea impetrat.

Erue me tantis igitur Regina perielis,
Et Laceræ sparsas collige nauis opes,
Mox vt liber ero, Lauretia templa reuisam,
Et tibi de nostro carmine munus erit.
Carmine perfolium grates, & carmine laudes,
Carmine diuinum testificabor opus.

In carmine quod Virgini Deiparæ vouit, se illi gratum facturum ostendit.

Erasmus Roterodamus ab omnibus fere tenetur, qui Lauretanam Virginem certè & ipse coluit, vel inuitis Nouatoribus, eámque propria concione, integra Liturgia, multisque precibus editis, quæ adhuc extant, liquido decorauit. Erasmicam verò Liturgiam Archiepiscopus Bisontinus approbauit, Ecclesiæque suæ recitandam adiecto decreto tradidit, in quo his etiam verbis prudenter admonetur: quod alia sit, inquit, quæ apud Lauretum colitur, quàm quæ toto terrarum orbe, vbicunque Christi nomẽ sanctum est, piis omnium studiis celebratur & inuocatur, sed quod Deus pro sua benignitate diuersis locis per Genitricem suam profert suam in homines munificentiam & misericordiam, quo illius memoriam nobis teddat modis omnibus sacrosanctam.]

Erasmus studet tribuit Virgini & Deiparæ Lauretanæ.

Ex Epistola Ancarani Vergerio aduersus Stigmata in scripta Anno 1534.

Quemadmodum Deipara Lauretana aliis celebratior & a Catholicis

Postremo committere non possum, quin Marci Antonij Mauretij elegantissimum ac grauissimum carmen, quo ille sua vota Deo Virginique Laureti persoluit, adscribam, quoniam & superiorẽ de hac sacra Aede narrationem comprobat, & pectus verè Catholicum, pijsque affectibus incensum spirat, ac de multis etiam rebus Laureti rectè obseruandis admonet, si cui fortasse sit animus religionis ergo illuc proficiscendi. Quare non Poeta minus, quam Orator ille hoc seculo præcellens, multisque libris iam editis clarus, hoc modo egregie canit:

Antonij Mauretij elegans Virginis Lauretanæ laudatio.

In carmine ad Deiparam Virginem Lauretanam.

Vnde mihi insolitus præcordia concutit horror
Et perfusa tremu trepidat velut icta Deo mens?
Fallor, an hoc facit ipse locus, stimulósque pauenti
Subiecit, atque animum præsentia numinis vrget?
O cælo dilecta domus, posthæque beati,
Quos ego iampridem tota mihi mente cupitos,
Nunc primum, veteris voti reus, aduena viso:
Salnete, adspectique mihi felicior este.
Vosne per æthereas Iudææ, à finibus oras
Aligerum, mandante Deo, vexere manipli?
Hic virgo genitura Deum, genitricis ab aluo
Prodiit, & blandis mulsit vagitibus auras.
Hic quoque virgineæ seruata laude pudoris
Sancta salutifero tumuerunt viscera fœtu.
Ille opifex cunctorum, illa æterno victa prolis
Æqua Patri, ille homini primæua ab origine lapso
Spemque salutemque ferens, hac lustit in aula
Paruulus, & sanctæ blanda obtulit oscula matri.
Quenam igitur Regum sedes, quæ templa per orbem
Huic se aussint conferre loco? ter & amplius omnes
Ante alias felix Picenti littoris ora:
Cui Solymos spectare domi, cui munere diuum
Fas calcare domi est pedibus vestigia Christi.

Antonij Mauretij elegans Virginis Lauretanæ laudatio.

Ad Virginem Matrem precatio siue inuocatio.

En ego iam supplex procumbam, atque oscula figam
Parietibus sanctis, spargamque hoc pulnere crines.
Adspice me superis è sedibus, adspice Virgo
Prostratum, atque imo gemitus excorde cientem,
Et pectus tundentem, & fletibus ora rigantem:
Nec, quicunquam culpis adopertum turpibus arce
Adspectu me Diua tuo, si pectore toto
Te veneror, si te dubiis in rebus ad vnam
Confugio, teque auxilium Sanctissima posco.
Pœnitet ex animo vitæ me Diuæ prioris,
Pœnitet, & meritas horret mens conscia pœnas.
Quod nisi tu cæsto pendentem ex vbere natum
Concilias, placasque mihi, quo tendere cursum,
Quoue malis fessam tempebo aduertere puppim?
At tu, namque solet, placida dignare querelas
Aure meas, & ades lapsis mitissima rebus.
Certè equidem tota pendentes Aede tabellas
Adspicio, quæ te miseris præsto esse loquuntur.
Hic, te animo spectans, torrentem viscera febrim
Depulit: ille hyadas tristes, hoc dumque cadentem
Spectauit tuus, vertentibus æquora ventis:
Et duce te patrias enauit saluus ad oras.

Orantis animo vere pœnitẽtis, Dei gratiam quærit per Virginem Matrem.

Criminis ille reus falsi, sub iudice duro,
Dum mortem expectat, tenebroso carcere clausus,
Munere Diua tuo, detecta fraude, reuisit
Vxorem & natos, exoptatumque parentem.
O ego nunc morbis multo grauioribus ager,
Naufragiumque timens longe exitiosius ille,
Et iampridem animum peccati compede vinctus,
Si posim morbis liber, vinclisque solutus,
Fluctibus & ventis laceram subducere puppim:
Quas tibi lætus agam grates, dum vita manebit?
Te cùm luce noua sparget sol aureus orbem,
Te vecinam, quoties abscondet opaca polum nox,
Et tua præcipuo venerabor numina cultu.

Collatio ægritudinis spiritualis cum corporali.

Habet ergo Lector noſtram ſententiam de Lauretana Aede, quæ inter omnia templa Deiparæ Virgini ſacra tàm excellenti gloria præſens æuum cõdecorat, vt Catholicæ veritati partim de Maria rectè ac laudabiliter inuocanda, partim de inuocationis huius fructu atque efficacitate teſtimonium graniſſimum atque veriſſimum præbeat, ſimulque Sectariorum tãtam lucem nobis inuidentium oculos maximè feriat & offendat.

De præſtantia & dignitate ẽ pli Lauretani hoc ſeculo.

CAPVT XXVI.

Diluuntur obiectiones & cauillationes Platzij cuiusdam, qui Catholicos in Mariano cultu versantes publicè ac temerariè insectatur.

Cur postlongam disputationẽ non ad finem veniatur, sed nouatio hic instituatur.

THæc quidem, ni plane fallimur, ſufficere poterant ad frangẽdos hoſtiles eorum impetus, qui ob Marianum cultum Catholicis hodie perulanter inſultant, etiamſi ad hãc diſputationem nihil aliud adiungeremus. Mirabitur ergo fortaſſe quiſpiam, cur nos lõgius progrediamur, & hoc quidẽ loco ad nouum & ſingulare cũ aduerſario certamen deſcendamus, ſinẽque Operi non tandem aliquando imponamus. Vbi de conſilij noſtri ratione, quam in præſentia ſecuti ſumus, neceſſario dicendum eſt, eamque bonis & æquis cenſoribus comprobatum iri poſſe confido. Cùm iam ad calcem libri huius properaremus, nobis nihil tale cogitantibus, en codex nouus adfertur ex mercatu Francfordienſi, quem non fruſtra veterem Africam dixeris, vtpote noui monſtri aliquid ſemper adferentem. Quem codicem cum primum inſpicimus, qui Germanicè ſcriptus & excuſus erat frontiſpicium quidem non poterat diſplicere, quia ſpecioſum inquiſitionis Catholicæ titulũ præ ſe ferebat. Sed quò magis euoluimus pagi-

Doctrina Platziana in hoc libro ſcelus ſumma & ſcopus.

nas, cò certius deprehendimus non Catholicũ dogma illic inquiri vel excuti, imò vero Catholicam religionem omnẽ ex profeſſo conuelli, multiſque modis conſpui, vt iures pro vino aquam, pro auro carbones venditari. Author ſe Conradum VVolff Platzium vocat, ac vere, vt nomini ſuo reſpondeat, lupum ait Catholicis ouibus inſidiantem, dum vetera ſuæ, id eſt, Lutheranæ doctrinæ ſcripta & argumenta conſarcinat, & ex his alienos veluti pannos & quaſi centones cõſuit, quod ipſe nihil noui præter maledicentiam, in mediũ proferre poſſe videatur. Totius tractationis ſumma & ſcopus in eo verſatur, vt veteris Eccleſiæ in ſacro cultu inſtitutum, obſeruatio, conſuetudo in vulgi odium atque inuidiam rapiatur, populus vero, qui nouæ doctrinæ fermento iampridem deprauatus, nullum certum religionis genus ſequitur, ab inſtituto quidem Catholico magis ac magis abalienetur. Cæterũ quod ad Marianum cultum attinet, hunc idem author virulentè appetit, & petulanter oppugnat, vt omni conuitiorum genere Lectorem Orthodoxum obtundat. Proinde quoniam huic audaci & effronti Sectario libuit nouũ Mariomagiſten agere, & veluti ſpurium illum ac incircumciſum Philiſtæum referre, qui caſtris Iſrael, imo Dei viuẽtis, per ſummam ſuperbiam exprobrauit, non poſſumus cum hoc blaſphemo & communi hoſte non congredi, & Dauidicis armis aſſumtis, hoc eſt, in nomine nomini exercituum effrenem hominis procacitatem, quantùm ad cauſam Marianam attinet, non aliqua ex parte reprimere & cohibere. Quanquam in hac pugna nos duplici de cauſa minus ſollicitos ac promptos eſſe decet, tũ quod præclarus iſte pugil multa futilia & obtuſa tela in nos eiaculetur, eaque argumenta depromat, quæ, vt ipſe fatetur, à mulierculis, ruſticis & idiotis ſiue cantillantibus, ſiue nugantibus emendicauit: tùm quod pleroſque cauillos à nouo hoc conuitiatore nobis obiectos, aut potius ab eius magiſtris & ſymmiſtis acceptos, iam ante contriuerimus, ſicut hic Liber quintus abunde cõmonſtrat. Neque tamen obſuerit, ſi Lector cum ſuperiore tractatione hanc ſuccinctam quoque refutationem coniunctam habeat, & in ea velut epitomen cernat argumentorũ, quibus coniurati Eccleſiæ hoſteshodie nituntur maximè, dum Virginis noſtræ cultum in veteri Eccleſia receptum atque probatum inſano ſtudio labefactare, & vbique gentium impiè abrogare conantur.

Platzius etiã aduerſus Catholicum Mariæ Virginis cultum debacatur.

Platzius non diſſimilis blaſphemo contẽptori Eccleſiæ Goliath.

1. Reg. 17.

Principio hic Platzius nobis inſultat, quod honorem Chriſto debitũ in Mariam transferamus: quo-

Quare non eõ ueniat accuratæ ad omnia Platzij argumenta reſponsio.

Sequentis refutationis fructum non de futurum Lectori.

Genes. 3
1. Ioan. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Platzij obiectio prima, quod Catholici legant & cantent ista contrà caput tuum.

niam legimus & cantamus: Ipsa cõteret caput tuũ. A Verùm inuidia & odio excæcatus hic censor aut non intelligit, aut malignè reticet, quo sensu nõ solum de Virgine sacrosancta, sed etiã de multis aliis electis Christi organis rectè affirmari queat, quod sub pedibus suis caput serpentis antiqui contriuerint, vel sicut Ioannes loquitur, Malignũ vicerint. Constat verò Mariam inter Sanctos reliquos hanc præcipuam mereri laudem, quod per Christum ex ipsa genitum, & in Christo ipso filio de Satana tantò mirabilius atque felicius triumpharit, quantò ab omni næuo peccati liberior, & omnibus Diuinę gratię præsidiis inde ab initio instructior & cumulatior fuit, quemadmodum [a] Lutherus ipse fatetur. Vt hinc [b] Bernardus de illa dicere non vereatur: Ipsa proculdubio caput cõtriuit venenatum, quæ omnimodam Maligni suggestionẽ tam de carnis illecebra, quàm de mentis superbia deduxit ad nihilum.] Tùm longè ante Bernardum scripsit Sophronius, vel sicut alij volunt, Hieronymus, nullã Satanæ vel inimici fraudem Mariæ Virgini præualuisse, quæ mente & corpore sancta permanserit, multis donorum priuilegiis sublimata, cuius vita omnium disciplina sit, quæ præcellat cũctos, ac superemineat vniuersis. Diximus autem, neque Catholicis displicere lectionem, si non ipsa, sed ipsum, de Christo nimirũ mulieris semine promisso, hoc loco legatur: ac vtramque lectionẽ veteribus agnitam ac probatam fuisse demõstrauimus. Mera verò Sectatiorum est calumnia, quòd nobis affingunt, veluti Christo contempto, excluso, vel neglecto, singularem Mariæ cultum & honorem in hoc verbo (Ipsa) constituamus, & hanc benedictam inter mulieres, Satanæ ac regni eius victricem, hominumque redemtricem perinde ac Christum ipsum faciamus. Nunquàm enim Ecclesia Catholica dubitauit, omnibusque adeo seculis ingenuè professa est, [c] Christũ esse semen illud Abrahæ, in quo gentes omnes benedicuntur, quique [d] solus veluti fortis ille armatus, per se & pro omnib. deuicit Satanam, eiusque regnum sua virtute contriuit, magnis inde spoliis reportatis, sine quo nullus alius de mundi principe, peccato & morte triumphare possit, sicut passim diuina Scriptura testatur. Deo igitur gratias, qui dedit nobis victoriam per fẽmẽ mulieris Iesum Christum Dominum nostrum, ad caput & imperium Satanæ conterendum, quique talem Euæ aduocatá, vt Irenæus vocat, præstitit, quæ suis apud Deum precibus, ad eiusdem Satanæ insidiatoris machinas confringendas, nobis nunquam non posset auxiliari. Reliqua huc spectantia, ne simus longiores, ex Capite nono superiore depromi facile possunt, vbi de hoc ipso argumẽto copiosè disputatum, aduersariisque oblatrantibus respõsum est.

Mariam Satanæ victricem vere fuisse.

a In Cantione de Conceptione Virg. b Hom. 2 in Euangel. Missus est Angelus. Serino. de Assumpt. B. Virginis.

Quomodo Bernardus & Sophronius Mariam prædicent ob deum serpentem.

Sectarij hic affingunt Catholicis falsa vt illis calumniam struant quod pro Christo Mariam faciant orbis redemptricem. c Genes. 22. & 22. d Luce 11. Esa. 9

Obiicit deinde canticũ illud: Maria mater gratiæ, & magni criminis loco ducit, si quis moriens Virgini Mariæ sese commendet, aut ab alio commendetur. Diluimus hunc quoque cauillũ. & nunc tantum respondemus, etiam Lutherum de Sanctis inuocandis multa sæpe scripsisse, & præterea docuisse, vt ægroti & morientes non modo Mariam, sed etiam Angelũ proprium, pluresque Sanctos inuocarent, seque illis commendarent in morte. Adhæc alibi monstrauimus, Sanctorum inuocationẽ à Brẽtio admitti, & ab Oecolãpadio confirmari, neque respui à Bucero & Camerario. Imò vero laudatissimos sanctissimosque viros, [a] Gregorium Nazianzenum & [b] Ephrem Basilij Diaconũ, aliosque multos in veteri Ecclesia ita præcstos asse docuimus, vt Mariam tum in vita, tum in morte sibi fauentem Matrem habere possent, sicut & hactenus Ecclesia tota precatur. Quid? hoccine Christum est abnegare, vel Christo Mariam æquare, si quod ille sua virtute largitur, huius patrocinio accedente impetrare cupiamus atque speremus? Nihil profectò tã pie & sanctè dictum factumque videri potest, quod nõ denigret ac depranet animus ad calumniandum effusus, & cæca obtrectandi libidine occupatus. Sicmus, quo sensu cum Dauide Propheta rectè precetur Christianus. In manus tuas Domine cõmendo spiritum meum, & cum Stephano Protomartyre: Domine Iesu suscipe spiritũ meum: nec in alio magis quàm in Christo eiusque meritis & bonitate viuentes ac morientes fiduciam nostrã defixam habemus, habendamque docemus. Mariam vero vt suis ad Deum precibus cùm in vita, tùm in morte nobis assistat, tanto fidentius imploramus, quanto minus nostris meritis tribuimus, certiusque tum sacris literis, tum fide dignis experimentis edocti sumus, Deum propter Sanctos suos etiam immerentibus sæpe opitulari, eumque multorum comprecantiũ sancta societate delectari, & in Sanctis suis gloriosum atque mirabilem esse solere. Sed istorum mos est de verbis litigare magis, quàm sensum verborũ expendere: alioquin precationem ad Deũ & Christum effusam, ab illa quam Mariæ facit Ecclesia, facile discernerent, omniaque per Christum Dominum nostrum peti & expectari haud inuiti fatere-

Vide Caput 17 huius li bri. In fab. de decem fratr fil. Altera obiectio Platzij pro. abiurdo ducetis quod in monte Maria inuocetur. In Concione ne prapara

tur. Verè profectò dixit Hieronymus: In Ecclesiasticis rebus non quæruntur verba, sed sensus: id est, Damnanda panibus vita est sustentanda, non siliquis.]

Rursus item nobis intendit Platzius ob præclara Epitheta, quibus matrem Domini honorifice in Ecclesia compellamus, quod sit Regina, aduocata, vita, dulcedo, auxiliatrix & consolatrix hominum: multa enim id genus illi tribui, quæ non nisi Christo debeãtur, clamitat. Sed vetus & inanis hic quoque garritus est Nouatorum, qui libenter Ecclesiæ quam deseruerunt, oblattrãt, & damnare pleraque malunt, quàm candide interpretari, licet secundũ piorum sensum atque iudicium illa facilè possint excusari, nihilque prorsus absurdi habeant, adeoque Scripturæ phrasi sint consentanea, & Patrum etiam testimoniis euidentissimis comprobata. hoc verũ esse multis probauimus, vt 11. 12. & 13. Capite si quis fortassè inspicere volet, poterit animaduerti. Nobis enim non libet, nec conuenit eadem sæpius vsque ad nauseam iterare, sicut nostri calumniatores in hoc argumento facere consueuerunt. Norunt vel mediocriter docti, sacris literis esse per quam familiare, vt pleraque nomina, quæ primario & excellenter diuinis personis congruunt, alia ratione, vtpote secundario minusque principaliter commodẽtur. Illud constat, tam præclaros titulos Mariæ in Scripturis tribui, vt vix Ecclesia possit aliquid de illa excellẽtius & augustius prædicare: quic quid vero prædicat, propter Christum Dominũ ex illa procreatum, vt in Matre Filius glorificetur, ipseque Filius primas teneat semper, à Catholicis affirmati, exponi, intelligi. Hinc illa Bernardi extat

Regula:

Obiectio Platzij de Fidelitate Mariæ obdurationis negata.

Regula: Quicquid in laudibus matris proferimus, ad filium volumus pertinere. Et rursum: Cùm Filium honoramus, à gloria Matris nõ discedimus.] Quare Platzij & aduersariorum cãdor à nobis desideratur, qui vt mordere possint eos, à quibus se ipsi nefariè diuulserunt, verborum captatores esse gaudent, ac interim à sensu & spiritu Ecclesiæ siue per insciriam, siue per malitiam, manent alieni.

Homel. 4. in Euangel. Missus est.

Sed nouus hic aduersarius in eo etiam Chemnitium, Marbachium, Heerbrandum, aliosque plures Ecclesiæ hostes æmulatur, quòd nobiscum graniter expostulet ob Psalterium transformatum, & ad Mariam applicatum: quasi hoc sic verbũ Dei corrũpere, atque prorsus in sensus alienos detorquere, dum ea quæ ad Deum referenda sunt, creaturæ adscribuntur. Respondemus, Ecclesiam Catholicam huic Mariano Psalterio nullam authoritatẽ adiunxisse, neque illius vsumesse in publicis precibus, & vix pauciissimos in illo recitãdo versari, & sicut omnia sunt munda mundis, ita quæ illic proponuntur à piis piè accipi posse, quantumuis obganniant noui calumniatores, quorum mala mens est & malus animus, vt simul & bonis & malis rebus aburantur. Fuit autem Bonauentura, vir excellẽti doctrina & sanctimonia, tùm pio quodam affectu erga Deiparam admodum præditus, qui vt suo vel amicorum desiderio satisfaceret, hoc Mariæ Psalterium, quod vocant, ex veteri contexuit, non tamen verbis & sententiis omnibus ad suum institutum accommodaris. Neque illi vnquam venit in mentem, vt hoc suo labore norum, & Dauidicum illud Psalterium nobis è manibus excuterot, aut eius authoritatem & solennem perpetuũque in Ecclesia vsum aliqua ex parte labefactaret. Sciebat vtique vir sapiens, quanti referret, diuinas illas laudes & Dauidicas precationes integrè non solum extare, sed etiam à piis nocte dieque celebrari, sicut & Ecclesia Clericis celebrandum iniunxit. Neque tamen obfuturũ putauit, si è Psalmis illis quædam ad ornandam Domini ac Dei Matrem excerperet, verbisque paululum immutatis ad eandem Virginem conuerteret, quę Propheta Regius proprio & sublimi modo ad summi Dei maiestatem prædicandam vt pulcherrimè, ita & vtilissimè composuisset. Hoccine tantũ est scelus, quantum noui Mariomastiges videri volunt, dum priuatum hoc studium in publicam totius Ecclesiæ contumeliam nõ sine tragica vociferatione detorquent, & hinc Catholicos omnes, veluti nefarios psalterij depranatores, impudenter accusant? Multis doctis & piis hic Bonauẽturæ labor arridet, etsi plenum illud Dauidis Psalteriũ, velut fontem riuulo longè anteponant. Soli Sectarij ad hunc panem, vt sic dicam, recoctum nauseant, vt ne videre quidẽ illum aut edentes alios ferre possint. Quid hic facias quæso fastidiosis, quibus non nisi optima & aurea & præstantissima quæque edulia satisfaciunt? etsi his quoque turpiter aburuntur. Sinit Ecclesia multos in suo abundare sensu, modo ille à pietate non sit alienus, sicut & iam olim Probæ Falconiæ permisit centones quosdã è Poëti Virgiliana compaginatos edere, Christoque tribuere, vt Maro sine Christo propemodũ Christianus esse videretur: sicut & Hieronymus indicauit. Ad huius Falconiæ imitationem accessit Eudocia, illustris & ipsa, rarique ingenij matrona, in Poëti quidẽ excitatissima Imperatrix, quæ hinc inde ex Homeri

Inepti esse Nouatores in Catholicis ob dictum Psalterium profcindendis.

Quæ probatio quę cõsequi, quia Mariam Sanctum dicimus, quæ aduersis ista obiiciat.

Ecclesia permittente, illustres summinas ex Poetis ethnicis excerpere, eosque ad faciendum historias. In epist. 103 ad Paulinum Vide Zonaram libr. 3 Annalium.

A poëmate suum collegit opus inscriptum Homerocentra, quo plurimas vtriusque Testamẽti historias seruata Homerici carminis maiestate non sine admirabili quadam iudustria breuiter comprehẽdit. Etsi vero ista nihil ad sinceram fidei doctrinam aut roborandam, aut infirmandam faciunt, tamẽ quoniam magna est ingeniorũ varietas, & aliis alia placent, sua vero trahit quenque voluptas, ideirco nihil in hoc genere vel mater pia dãnat Ecclesia, vel damnare potest animus veré Christianus, modo in fundamento non erretur, sinceraque fides & charitas immota consistant. tam si præsens Bonauenturæ opus cum illo præstantium fœminarum labore conferamus, minus hoc quidem coactũ, magisque pium est, quoniam Prophetica dicta de Christo Deo & homine ad eius matrem sanctissimam, qua nullus cum tãta maiestate coniunctior esse potest, accommodat, ac eidem Virgini Matri singularem, non tamen diuinum, in laudando & precando habet honorem, aut ab aliis itidem haberi postulat. Proinde vel nugatur vel calumniatur cum suis sociis procax Platzius, quod huic viro sancto & singulari Mariæ cultori dentem theoninum infigat, aliosque pios eius imitatores conspuat, qui nõ modò sine superstitionis vitio, sed etiam interdum cũ aliquo pietatis gustu hanc nouam psalterij formam à nullo Catholico hactenus reprehensam vel recitant, vel probant. Atque vt maximè quidam sine iudicio, sine spiritu hac precandi ratione vterentur Ecclesia quidem extra omnem culpam est, quæ nullam hic legem tulit, sed priuata liberaque id genus pietatis exercitia his qui volent, rectè vsurpanda permittit, peccãtes vero non approbat, & iusto quidem Iudici Deo, qui solus corda reneíque scrutatur, de occultis iudicium omne relinquit.

Platzium & alios perperã obstrepere nouum nuncupatæ & pijs Psalterijs Mariæ recitãtibus: nec possc Ecclesiam hic æquo reprehendi.

Here. 17

Quotusquisque Catholicorum est, obsecro, qui remissionem peccatorum, hominumque creationem, redemptionem, iustificationem & saluationẽ opus Dei proprium esse non constanter affirmet, quique Mariæ vel vlli creaturæ hos effectus gratiæ, sicut Deo, tribui posse, vel ab illa petendos & expectandos esse arbitretur: Fingit autem hic homo cõtentiosus, quod nõ modo nominum, sed etiam rerum significatarum æqualem communicationem in Christo & Matre statuamus. Sed vtrumque falsum est, nos omnia Dei nomina Deiparę assignare, & quæ illi per hyperbolen, catechresin, vel auxesin à veteribus aliquando tribuuntur, in eundem sensum de Maria creatura & Deo creatore à nobis accipi & prædicari, quemadmodum alibi multis demonstrauimus. Obiicit autem nobis Platzius regulam Bonauenturæ, qui cauendum esse docet, ne dũ Matris amplificatur excellentia, Filij gloria minuatur, & sic in illa mater prouocetur, quæ magis Filiũ vtpotè creatorem, quàm se creaturam cupit extolli & honorari.] Ac rectè quidem ille, sicut Catholici omnes ad vnum sentiunt & affirmant. Probat autem illic Bonauenturam, Mariam etiam conceptus tempore Christi gratia indiguisse, sine qua communem peccati legem, quam in Adam omnes subeũt, effugere vtique nõ potuisset: Christum vero solum esse dicit cõceptum de Spiritu sancto & natum de Virgine, eundem omnium Redemptorem & Saluatorem, qui omnibus ad iustitiam aperiat ianuã, & solus pro omnibus moriatur: itaque omnem honorem qui tribuitur Filio, in Matrem eius non cõ-

Vide supra c. 12. & seq. In 3. Li. Sententiarum dist. 3

Regula Bonauẽturæ de Mariæ laudib. moderandis.

Quinta obiectio Platzij de effectibus gratiæ Dei, non Mariæ attribuendis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peterea alioquin Filiũ non honorari, sed potius illi contumeliã inferri, si quæ Filio propriè cõueniũt, in matrem Mariam transferantur. An verò quisquam adeo vesanæ sit mentis Catholicus, vt diuersum aut dicat, aut sentiat, aut defendat? Quod si aduersarij hoc loco Bonaventuræ credunt, cur alibi, & præsertim paulo post, eiusdem testimonio nõ credunt? cùm hæc diserte scribit: Quoniam beata Virgo Maria aduocata est peccatorum, gloria & corona iustorum, sponsa Dei, & totius Trinitatis triclinium, & specialissimum Filij reclinatorium: hinc est quod speciali gratia Dei nullũ in ea peccatum habuit locum.] Et rursus: Auxiliatrix & amatrix est omnium fidelium suorum laudatorũ, sicut illi qui tales sunt, experimento multiplici cognouerunt.] Nesciebat, scilicet, vir idem sanctissimus, & in rebus Theologicis exercitatissimus Bonauẽtura, quid Psalterij verba sibi vellent, proprieque significarent: & complura quidem in Mariæ laudẽ prædicari, à sapientibus vero ita semper accipi, vt in his latriæ cultus soli Deo debitus ad nullã creaturam referatur: ac demum verba, quibus Deum & Sanctos inuocamus, ab actu & cultu intetiore pendere, neque nudis voculis, sed sensu ipso metienda esse. Verum nunquam ille fore putauit, sui Psalterij, quod in Mariæ gratiam collegisset, vel tã imperitos censores, qui verborum illorum vim atque sententiam toti Ecclesiæ notam ignorarent, vel adeo malitiosos verborũ aucupes, qui sua sensa contra communem piorum intellectum verbis illis affingerent impudenter.

Lib. 3 Sent. dist. 3 Bonauenturæ Platziã ipsum redargutio, & Mariæ causam vindicat.

Iam vero vt nouitius hic miles in hoc cãpo clarius triumphet, aduersus Angelicam salutationem nouum bellum mouet, illamque non armis aliis sibi oppugnandam sumit, nisi quod rancidos totiesque reiectos & explosos cauillos nobis opponit. Igitur hic nec orationem, nec inuocationem agnoscit, & fert grauiter, in Catholicis Ecclesiis campanæ signum edi mane ac vesperi, vt homines ad salutationem Virginis excitentur. Dedignatur Mariã gratia plenam dicere: obmurmurat aduersus appẽdicẽ qua cõstãter tot seculis Ecclesia Romana, imo & Syriaca sic dicere cõsueuit: Sãcta Maria mater Dei ora pro nobis peccatorib. reprehẽdit denique orationi Dominicæ hanc salutationẽ de more Catholicorũ adiungi. O forte & inuictum Achillem, qui his obtusis & crebro confractis spiculis, Catholicum institutum, & Dei populum configere, hancque Mariæ salutationem prorsus debellare confidit. Tãm bene & præclare huic Sectario cum suis magistris Luthero, Rhegio, Spangenbergio conuenit, qui salutationis huius verba explicarunt, & à nobis vtiliter recitari posse monuerunt, quicquid nunc tandem noui & inter se pugnantes aduersarii garriant, in quib. illud Apostolicũ vaticiniũ magis magisque videmus impleri: Mali homines & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. Posteà Rosarii, vt vocant, vsum, ne quicquam nobis inconuulsum relinquatur, atomus arrodit, & pios Mariæ cultores insectatur, adeoque damnat eos, qui salutationem Angelicam iterare, vel ex his Psalteria quædam virginis (sic enim Maiores appellabant) conficere consueuerunt. Hinc in eos etiam destomachatur, qui sanctum quoddam sodalitium ineunt, vt ad Mariæ laudes sæpius ex instituto celebrandas conspirent, huiusque consilii

Vide libr. 3 cap. 4 Platzius suis magistris Angelicam salutationem ac eius vsum cõmendantibus aduersatur.

2. Tim. 3 Platzius Rosarium & Psalterium & sodalitium Virginis probrosè insectatur, earum que rerũ vsum eo multiplicem ignorantiam.

A authorem ac ducem Dominicum aliosque sanctos vitos in hoc officii genere imitantur. Nos vero hãc quoque partem Platzianæ mordacitatis, quæ cum impia scurrilitate coniuncta est, iam ante dissipauimus, haud nescii, nullum Ecclesiæ institutum vel Sacramentum nobis iam superesse, quod ab istis insanis illusoribus integrum nobis & inconcussum relinquatur. Ignorat autem Platzius, qualem quãtumque fructum piis adferat sæpe, quod huiusmodi spirituale & odoriferum sertum, diuinis Angelicisque floribus eleganter compactum, nõ solum ad fallendum & fugiendum otium, malorum sæpe maximorum originem & incitamentum, sed etiam ad excitandum & pascendum Christianum animũ adhibeatur. Ignorat, quanti referat variationes excogitare & persequi, quo plerique diebus præsertim festis, à rebus vanis & ludicris ad qualecunque religiose precandi, & sacra meditandi officium reuocentur. Ignorat quàm sit Deo gratum, & ad mouendas hominum mentes vehemens fraternæ charitatis vinculũ, quo plores vno eodemque spiritu afflati, ad Dei, Mariæque cultũ diligentius exercendum, piè consociantur, certoque de quo dictum est, sodalitio colligantur, vt ita se mutuò ad Deum precandum & Virginem salutandam ex professo magis cohortentur. Ignorat, quod etsi certarum precum numerus ex se vim ad efficiendum vel impetrandum aliquid nullam habeat, tamen sine superstitionis nota, & cum laude fructuque fieri possit, vt quinarius Orationis Dominicæ numerus ad quinque Christi vulnera, denarius verò Angelicæ salutationis vsus ad præcepti decalogi, sicut & quinquagenarius ad annum Iubilæum, qui peccatorum remissionem in Scriptura designat, apte referatur. Ignorat denique, quàm pulchrè & commode nostri Maiores ad hoc ipsum Rosarium siue Psalterij Mariæ retulerint præcipua redemptionis nostræ mysteria, in Christo ipso peracta, & si ab vllo alio, certè à Maria exactè considerata, quæ si rite perpẽdantur, Euangelicæ doctrinæ summam breui quasi compendio videas scite comprehendi. tantum vero est Platzij supercilium, vt censor inuidus simul & præceps neque Rosarium Deiparæ dici, neque eorum sodalitatem, qui ad Mariæ cultum religiose conspirant, eamque diligentius venerantur colere possit, sed quicquid hoc est studij, homo scilicet Euangelicus, pro sua libidine, tanquàm superstitiosum & impium simul reiicit & execratur. O iniquum Iudicem, qui tãm facile damnat insontes aliosque summæ licet impietatis, hoc est, nefarij schismatis reos, ac solius fidei iactatores absoluit. Nos vero, ne actum agere videamur, de salutatione Angelica non repetemus, quæ libro tertio ampliſsimè disseruimus, nihil vt arbitror, quod ad argumẽtũ hoc attinet prætermittentes, vbi Platzit argumenta, nimirum quę ab aliis authoribus tãtum emendicauit, quàm sint ficulnea, satis superque demonstrauimus.

Lib. 3. c. 10

Rosarium & Psalterij Virginis & quod Mariæ deuotum sodalitium impugnatur.

Numerus precum per se efficax, sed non vilis tamen multis esse potest.

Et cordatus quidem lector vix à risu sibi temperare possit, quum hunc authorem insultim audit cauillatur: Maria Virgo ab Angelo salutari debebat: nos non sumus Angeli, ergo nefas sit illam à nobis salutari. Item: Non est in Dei verbo mandata hæc salutatio: proinde nobis non recipienda & vsurpanda. Eiusdem farinæ est, Maria seruis dixit in

Præcipua redemptionis nostræ mysteria in Psalterio Mariæ posita meditamur.

in nuptiis Cana: Quæcunque dixerit vobis facite, A non igitur vult inuocari. Et quia Christus ait: Venite ad me omnes qui laboratis, nihil à Maria petere conuenit. Rursus, Deipara in hymno suo testatur: Ex hoc beatam me dicent omnes generationes: recusat igitur se Matris & consolatricis & aduocatę loco haberi atque inuocari. Illud magis adhuc ridiculum, quod fabulatur de seruis in nuptiis Cana ministrantibus, hos ad Mariam propter donum maternitatis, vt vocant, confugisse, eamque sibi apud Filium aduocatam facere voluisse. Hoc enim figmẽtum hactenus inauditum est, nulloque modo verbis Euangelicis congruit, vt vel mediocriter doctus animaduertet. O insignẽ igitur Scripturæ interpretem, in illorum nempe schola versatum, quorum Theologia ex meris negantibus propositionibus fabricata est, & in qua de verbo Dei, B veroque eius sensu iudicare omnibus fas est. Quidni? quando etiam contra Scripturam ad Ecclesiam oppugnandam, variosque errores tuendos, & ad ministerium vsurpandum sese licenter intrudunt, suumque iudicium totius Ecclesiæ & Synodorum, Patrumque iudicio superbe, quoties libet, anteponunt: ac proinde, quoniam inter superbos semper sunt iurgia, inter se quoque Andabatarum more perpetuo digladiantur. Negat præterea, sacrosanctæ Virgini ex eo, quod Deipara facta, vel dono maternitatis, vt in scholis loquuntur, ornata est, aliquid meriti & gratię ad alios apud Deum iuuandos accessisse: imo & pro sua, scilicet humanitate, omni merito eãdem exuit plane. Tùm Christi sermones in Euangelio matri dictos aperte deprauat, cùm ex his colligit, loquentis Christi mentem eo spectasse, vt nos ab honore Mariæ, quem illi nunc defert Ecclesia, reuocare, eamque in ordinem redigere voluerit. Postremo sic Mariam honorari postulat, vt solo imitationis cultu, quem bonis fere omnibus debemus, illam veneremur: eos vero superstitiosos Mariolatras audet appellare, qui tot seculis receptum ac probatum in Ecclesia cultum Virginis cum optimis nostris Maioribus, sanctissimisque Patribus amplectuntur, quique in eiusdem Deiparæ laudem instituta templa, sacella, altaria, festa, sodalitia, vel oblata donaria, susceptasque peregrinationes admittunt atque defendunt.

Luc. 1

Ioan. 2

Quales Theologiam sequantur Platzius.

Prouer. 13 Alia facilius Platzij propositiones.

Qui superstitiosi Mariolatræ Platzio nominentur.

Quæ omnia tela ex Lutheranæ doctrinæ pharetra male deprompta, peiusque nunc iterum in Orthodoxos retorta non multo ante hoc ipso libro excussimus, iustaque, ni fallor, disputatione ita D contriuimus, vt nec Platzij, nec alterius Momi caninos latratus ac morsusmetuere habeamus, si tantum positis affectibus, veritatis & æquitatis ratio sincere habeatur. Etenim copiosè demonstratum est, in his parubus Mariani cultus, quæ à Platzio in calumniam rapiuntur, si Catholicus vsus accedat, nihil esse prorsus à veroſensu diuini verbi alienum, omniaque venerandæ antiquitatis testimoniis & exemplis quadrare, tùm quod in Mariæ honorem publice instituit & obseruat Ecclesia, id cum diuinteultus imminutione, cumque Christi mediatoris iniuria nullo modo esse coniunctum. Quarè nec Platzio, nec VVigando, nec Schmidelino, nec Marbachio, nec Heerbrando, neque

Car ad platzij argumenta & probra hoc loco non specialiter respondeatur.

Non eredendum esse nouis Sectariis aduersus Mariæ honorem

Centuriatoribus, nec vllis aliis nouis Mariomastigis fides habenda est, quantumuis de immodico, vano & superstitioso Mariæ cultu querelas perpetuas texant, iisque Catholicas aures obtundant. Qui sane, si lupinos animos ouilla pelle non tegerent, sed sancto diuini cultus vindicandi zelo, quẽ prætexunt vulgo, flagrarent, longe rectius suas ipsi Ecclesias constituerent, in quibus non modo Mariæ & Sanctorum, sed diuinum quoque cultum plane neglectum iacere, omnem vero pietatem frigere, & vix tenuem antiquę religionis vmbram superesse, adeoque profanam rerum sacrarum & horrendam Ecclesiasticorum munerum confusionem apparere, vel nobis tacentibus abunde res ipsa testatur. Adeo verum est, quod Bernardus alicubi dixit, contra Ecclesiæ ritum præsumptam nouitatem esse matrem temeritatis, & filiã leuitatis. Quod verò Platzius & alij similes errorum patroni nobis abusus obiectant, eosque apud mulierculas, & nescio quos alios in cultu Virginis residere contendunt, vetus & nota istorum est cantio, qui soli, scilicet, carent abusibus, & nostros quidem abusus cum erroribus exitialibus commutarunt. At nemo Catholicus, si aliquo sit iudicio præditus, aut tuendos, aut excusandos, imò verò corrigendos istiusmodi abusus esse censet, vt iam multos certè multis in locis post Synodum tridentinam celebratam (Deo sit gratia) correctos esse videmus. Fortasse quidam Catholicorum suos rythmos & libellos conficiunt, vel vsurpant, aut edunt, in quibus possit aliquid merito desiderari. Horum vero simplicitatem & imprudentiam aliorum vere sapientum & piorum culpæ attribuere, quid est, obsecro, nisi sycophantam agere, & traducere innocentes: præsertim quum obscura & peregrina huiusmodi scripta nullum Theologorum vel Ecclesiæ calculum meruerunt. Nisi fortasis equum putant, vt ob priuata hominum vitia, veluti zizania, simul & triticũ, id est, legitimus Mariæ cultus in Ecclesia vel eradicari debeat, vel aboleri. Perpetuo sane Catholica Ecclesia professa est, Diuinũ cultũ Mariæ ac Sãctorum omniũ cultui adeo præferri oportere, vt quicquid laudis, honoris & gloriæ Sanctis tribuitur, quicquid solenne illis impẽditur, id totum ad omnipotentis Dei gloriam referatur, ac in illorum quidem obsequio nihil agendum esse, quod à summi Dei ac Christi Domini cultu & amore nos auocet impediatque. Est demum illud singulare tùm insciti æ, tùm impudentiæ Platzianæ argumentum, quum censor obscurus in illustrem virum Dei ac doctorem ab ipso Luthero valde probatum Bernardum Clareuallensem inuehitur, velut is magnã superstitioni ansam præbuerit, per quam Deipara supra modum in Ecclesia honoretur, passimque colatur. Fortasse autẽ non legit hic Sectarius Patres Orthodoxos, qui & ante & post Bernardi floruerunt ætatem, quique, vti mox demonstrabimus, in colenda Virgine matre Catholicos huius ævi omnes facile superarunt, ac suis scriptis & exemplis ad Catholicum eiusdem Virginis cultum veluti faces orbi præferre, & clasicum canere non dubitarunt.

Matth. 13

Epist. 174 ad Canonicos Lugdunenses.

& eniam ellã palam obtur muratiũe & conquerentibus.

Frustra nobis abusus obiici à Platzio circa Virginis cultum.

Catholicis imputandum nõ esse si quidam ex his in suis scriptis vel nouis libellis peccant per imprudentiã.

S. Bernardus celebris in Ecclesia doctor à Platzio imperitè accusatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XXVII.

Variorum Theologorum & Illustrium virorum testimonia, qui ante nostram ætatem, hoc est, à Maximiliano Primo vsque ad Fridericum Primum Cæsarem in Ecclesia fulserunt, suamque de cultu Deiparæ Virginis fidem & doctrinam scriptis publicè professi sunt.

Propositio de Chronologia quadam inducenda, vt vetera de vero Mariæ cultu ædmodũ habeantur.

RELICTIS tandem Nouatoribus, quos ad Mariæ cultum vel abrogandum vel conuellendum intentos hactenus depulimus atque coarguimus, age priusquam huic Operi cophonem imponamus, nos ad veteres illos conferamus, qui ante nata hæc religionis dissidia longe alio ac meliore spiritu ducti, se rem immortali Deo gratam, & officium Christianis hominibus dignum facturos esse putarunt, si multis & expressis argumentis se Matri Domini deditos ac deuotos priuatim & publice testarentur. Et erit pars hæc vltima Operis nostri, aliquod Chronologiæ specimẽ fortassis exhibitura, quoniam velut in tabella spectãdum proponemus veterum studium & institutum, qui per varias ætates Ecclesiæ diuinitus excitati, ad nostræ Dominę & matris Mariæ honorem conseruandum atque confirmandum quasi conspirasse, ac nobis etiam iam tùm ministrasse videntur. Prouidebat enim haud dubiè Spiritus sanctus, circa extremam hanc delirantis, impieque furentis mundi senectam venturos esse Hagiomachos, qui cũ aliorum Sanctorum, tùm Virginis Matris honorem & cultum hostiliter appeterent, eumque pro mera superstitione & tetra idolomania damnarent, hunc blasphemiæ spiritum illis suggerente antiquo serpente, qui benedictæ Virgini, vt in Paradyso prædixit Deus, cum primis est, fuitque semper infensus, vere vt Ioannes etiam dixerit: Iratus est draco in Mulierem. Quare non sine magno & communi Ecclesiæ bono factum est, quod viri præstantes in Ecclesia prioribus seculis effulserint, per quos Diuina veritas nos partim in Catholica pietate stabiliret, partim velut quodam antidoto aduersus impios Ecclesiæ hostes nunc tandem agminatim erũpentes præmuniret, ne locum vllũ insanis & maledicis Mariæ obtrectatoribus concederemus, semper illius oraculi memores, quo prædictum est fore, vt Domini nostri matrem (supra omnes nimirum electos atque Sanctos) beatam dicant & habeant omnes generationes.

Non sine nutu & prouidentia Dei multi præcesserunt testes de dignitate & cultu Mariæ præclare loquentes.

Genes. 3
Apocal. 12

Luc. 1.

Etsi verò laboriosum est, varia enim & sedula lectione indiget, venerandę vetustatis vestigia, quę huc spectant, perquirere, & inuenta excerpere, excerptaque simul proponere, nos tamen laboris huius fructu & Lectoris vtilitate pellecti, operam dabimus, vt ingrata prolixitate vitatą (quis enim omnia eaque propemodum infinita sine magno fastidio repetat atque legat?) eos saltem producamus authores, ex quibus consensum vetustatis, & concordem Ecclesiæ Catholicæ apud Græcos & Latinos in Mariæ cultu celebrando confessionem atque consuetudinem ad nos vsque perseuerantem, quasi sub vnum aspectum liceat intueri. Quid enim ad veritatem Catholicam vel inueniendam vel stabiliendam fortius ac vehementius esse potest, quã quod totius Ecclesiæ recepit ac probauit authoritas, cui vt arci prorsus inexpugnabili, & inferorum portas & artes, viresque omnes, siue hominum, siue dæmonum cedere tandem necesse est, si Christi Euangelio fidem dare, aut datam conseruare velimus? Et ne perturbatam temporum seriem sequi videamur, paulatim ad ætates Ecclesiæ remotiores progrediemur, rem totam exorsuri à vitis illustribus & eruditis, qui nostro seculo fuere viciniores, hoc est, qui à Maximiliano Friderici tertij filio, vsque ad Fridericum eiusdem nominis primum, qui & Barbarossæ nomen accepit, claruisse videntur. Intercurrunt autem anni trecenti, ac eo amplius. Ab hoc Friderico ad Ottonem primum siue Magnum vsque, secunda erit nobis supputatio, ac rursus trecentos propemodũ annos conficiemus. Rursus ab Ottone Magno ad Mauritium Cæsarem cõsurgemus, & hic trecentos etiam ac paulo amplius annos emetiemur. Quartum locum occupabunt anni à Mauritio Cæsare vsque ad Constantinum Magnum deducti, quos etiam circiter trecentos, si aliquot annos adieceris, numerare licebit. Hinc demùm ab eodem Constantino ad Christi Domini vel Apostolorum ætatem vsque fiet progressio, atque iterum trecenti propemodum anni rursus efficientur. Vt enim series temporum in hac qualicunque Chronologia nobis propositam absoluamus, non adeò multum referre duximus, annos aliquot alicubi vel redundare, vel deficere, si accurata quidem & rigida fiat supputatio. Neque verò aut nobis indecorum, aut Lectori molestum fore arbitramur, si quędam veterum testimonia huic Operi sparsim inserta hic repetiuerimus. Bis enim quod pulchrum est, vt vulgò inquiunt, & pauci omnia, quę iam ante didicerunt aut legerunt, præsenti memoria complectuntur: sed & eædem Patrũ sententiæ iam huic, iam illi instituto probando rite accommodantur ac seruiunt. Cogunt demùm aduersarij, nos hac in parte tùm diligentius, tùm prolixius agere, quando ipsi corratis & emendicatis vndique subsidiis, nullum penitantiæ suæ modũ aut finem faciunt in Virginis eleuanda dignitate, & in cultu eius deprimendo abregandoque.

Authoritas Ecclesiæ Orthodoxæ firmissimum quasi diuinum argumentum huius veritatem probat.

Matth. 16

Quam eruditi, veritatis amantes sequi Christi ecclesia debeat, ostenditur.

De modo tractandæ & instituendæ Chronologiæ ad cultum Virginis ex veteribus comprobandum.

Primum ergo locum illis testibus dabimus, qui ante Carolum Quartum, V Venceslai & Sigismundi Cęsarum patrem, celebres vixerunt, inter quos floruit sane vir sanctus primus Venetorum patriarcha, Laurentius Iustinianus, suam, imò Ecclesiæ illius tęporis de Maria fidem atque sententiam his verbis publicè cõprobans. Nos igitur ad honorem huius Virginis præcinamus in confessione, Deoque nostro psallamus in cythara. Ipsum veneremur in sanctis, Matre, & matrẽ honoremus in Filio: Virtique vota nostra fideliter exoluamus, quatenus illũ genitrice interpellante

Pertinens huc locus.

Quomodo Cirillo & Matri vera vere credentes exoletant.

Maria Virginis Epitheta.

Alia Virginis Epitheta.

In eodem Arrm.

Maria vere arca fœderis.

Exod. 25. 26. In 4. part.

Summa tit. 15. cap. 23 & deinceps.

Testimonium Antonini Archiepiscopi Florentini.

Excellentes Deiparæ Virginis prærogatiuæ.

Testimonium Ioannis de Turrecremata cardinalis.

Cur quidam veteres Ecclesiæ Patres Deiparæ Virginis gloriæ detrahere conati sint.

Iustificationis.

Matutinus vesperus ad Virginem salutandam.

Lib. 6. de imag. cap. 12.

Testimonium Dionysij Carthusiani.

Lib. 1. in præf. de laud. Virginis.

Quomodo sanctis mortis dies pro natiuitate habeatur iuxta Dionysium extra Christi ecclesiam.

Lib. 2. de Virginis art. 23

Esai 14.
Osee 13.

Præsidium aduersus noctur nos terrores est salutatio & inuocatio Deiparæ Virginis.

Mariæ nomẽ venerandum & inuocandum esse.

Testimonium Gabrielis Biel de Virginis Marię præstantia.

In expos. Canonis Missæ lect. 49

Lectione 32 super Canonem Missæ.

Maria summe humilis, quo modo summe sit exaltata.

In Serm. de Assumptione qui est 25.

interpellante pro nobis, vincamus mundum, diabolum superemus, tẽtationibus reuincamur, consequamur gratiam adipiscamur coronam, atque in regnum introcamus æternum. Vniuersa autem hæc vt facilius consequamur, tu ô beata Dei genitrix, Virgo fœcunda, cæli porta, delinquentium spes pro nobis interuenire digneris. Non te repellet, qui nasci voluit ex te, honorauit te, requiuit in te, teque collocauit apud se, qui fecit te Iesus Christus Dominus noster.] Et rursus: Quis Deum non honoret in Virgine, qui Virginem Dei voluit fieri genitricẽ, reparatricem seculi, lucem mundi, speculum sanctitatis, fidei magisterium, peregrinationis solatium, immaculatum templum, & fœderis arcam diuinis manibus fabricatam? An non Maria testamenti arca vetustissima, quæ auro vestita mundissimo, virtutum gemmis ornata, ac imputribilibus lignis spiritualiter facta, testamenti tabulas frondentem virgam & suauissimum in se manna contmuit?] Cum hoc sancto Patriarcha sanctum Archiepiscopum Florentinum, doctrina conspicuum, miraculisque clarum Antoninum, qui in hanc ipsam ætatem incidit, & Mariam egregie celebrauit, iure coniunxerimus. Hanc, aut, nõ solum in mulieribus, sed & super omnes creaturas ab omnibus generationibus benedicat atque collaudari, nimirum ab hominibus & ab Angelis, quia & mundi Redemptorem, & Angelorum Restauratorem procreauerit. In hac ipsa multas & excellentes statuit prærogatiuas, nulli mortalium communicatas: vt quæ semper maximam habuerit puritatem, Virgo & primiceria Virginum, ac eadem Mater omnium Redemptoris, nulla rerum sacrarum, quas illam scire decebat, laborans ignorantia, super omnes choros exaltata, Regina misericordiæ facta, quæ ficut dilectione & perfectione gratiæ, sic etiam gloriæ sublimitate Sanctos omnes excellat, non iam Dei modo, sed & omnium Mater effecta, & à Deo ipso plurimum honorata, apud quem & iustis & peccatoribus subsidia mentis corporisque procuret.] Huc præterea spectat quod Ioannes de Turrecremata, magni certè nominis cũ viueret Cardinalis, de Virgine assumpta scribens, his verbis admonet: Glorificemus Virginem: quã hodie Paradysus excepit gaudens, quam Angeli laudibus prosequuntur, quam Apostolorum chorus honorat: quam Martyres cãdidati beatificant, quam sanctorum Confessorum stolatus concelebrat numerus, cui hodie sanctarum Virginum cum suis palmis exultans occurrit exercitus. Quoniam hæc est, per quã omnis maledictio soluta est, & cælestis benedictio in totum venit mũdum. Clama ergò fidelis anima: O Maria, maris stella, matris dignitate singularis, in supremo sita cæli, nos commenda tuæ Proli, vt tecum lætemur in gloria.] Cum Ioannes XXII. eius nominis Pontifex in Apostolica sederet Cathedra, legem publicè promulgauit, vt quotidie tintinnabulum ad vesperum pulsaretur, eóque ter moniti Christiani omnes Deiparam tertiò salutarent, sicut etiam repetit Polidorus.

FVIT præterea vir sui ordinis vita doctrinaque præstans, & scriptor insignis, nec temerè Doctor exaticus appellatus Dionysius Rickelius Carthusianus, qui de Virginis nostræ laudibus libros quatuor edidit, ac Deiparæ sacrum cultum diligenter impẽdit, aliosque impendere docuit. Pulchram illam vt lunam, & electam vt solem appellat: quod sicut Luna nocti præest, & post Solem clarius in cælo splendet, S. I. verò Planetas omnes multis modis excellit: sic illustrissimã Virginem post Solem iustitiæ Christum in militanti ac triumphanti Ecclesia fulgẽtius emicare, Sanctosque omnes omni perfectione, sapientia, pulchritudine & fœcunditate transcendere, quæ aduersariis etiam potestatibus & malignis spiritibus sit valdè terribilis. Profert & hanc sententiã: Totis viribus laudemus, & veneremur, diligamus & vereamur præstantissimam Dei Matrem: cumq; hoc ipsum egerimus, recognoscamus nos nihil egisse cõdignum, nec beneficijs eius posse idoneam rependere vicem, cum sancto Augustino dicentes: Quid nos tantilli, quid actione pusilli in eius laudibus referemus? cum si omnium nostrum ora verterentur in linguas, eam tamen laudare nullus sufficeret.] Vocat illam singulare perditorum refugium, miserorum spem, aduocatam omnium iniquorum ad ipsam confugientium, adeóque mundi saluatricem, nõ per modum causæ principalis & efficiẽtis, hoc enim Christo ex natura diuinitatis & vnicitque personæ diuinæ dicit competere, iuxta illud Esaiæ: Deus iustus & saluans non est præter me. Et in Osea diuinũ inquit oraculum: Ego Dominus Deus tuus, & Saluator non est præter me. Sed amantissima Dei Virgo Christifera, vt verbis eiusdem vtamur, dici potest muadi saluatrix propter eminentiam, virtuositatem & meritum suæ compassionis, qua patienti Filio fidelissime ac acerbissime condolendo, excellenter promeruit, vt per ipsam, hoc est, per preces eius ac merita, virtus ac meritum passionis Christi hominibus communicetur.] Vnde rursus illam his verbis affatur: In te, & per te habemus in omni necessitate subsidium, in omni mœrore solatium, in omni tentatione releuamen, in omni indigentia opem.] Hanc ipsam ait, iugiter pro nobis orare, nosque inuocantes clementer suscipere & exaudire, nobis insuper gratiam & vtilitatem procurare, & contra hostiles impetus assistere, neque morientibus deesse. Postremo de seipso testatur Dionysius, quod certo experimento didicerit, Mariæ salutationem atque inuocationem ex corde profectam, cum afflictis omnibus, tum formidolosis, qui nocturnis spectris ac Diabolicis terroribus commouentur, maiorem in modum opitulari. Huc citat dictum illud Honorij Anachoretæ: Nomen Mariæ plenum omni dulcedine ac suauitate diuina, dignum æterna memoria, omni ore simul & corde celebrandum inuocandúq; gloriosum.] Demum ex Germanis vnum & præstãtẽ Theologum qui Tubingæ floruit, Gabrielem Biel præterire non debeo, qui multa in Mariæ laudem copiosè perscripsit, eique cum Scholasticis Doctoribus hyperduliam tribuendam docet, quod excellentissimæ & singularissimæ dignitatis prærogatiua, quæ in creaturam vllam competit, gloriosè Virgini sit attribuenda. Nam eo ipso, quod Maria Dei sit mater, eandem Cherubim & Seraphim, omnesque Spiritus Angelicos excellere. Meruit, inquit, exaltari super choros Angelorum, & peruenire vltra quã nostræ humanitatis est natura, vbi non natura tollitur, sed magnitudo gloriæ demonstratur. Ad thronũ siquidem cælestem intemerata Virgo & Mater processit, atque in regni solio post Christũ gloriosè residet sublimata.] Tum alio rursus loco: Quę omnibus se inferiorem ac nouissimam deputauit, nedum præferendo sibi Virgines, sed & mulieres corruptas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

imò, vt dictum est, peccatrices, ideò nunc exaltata est super omnes puras creaturas, nedum super homines beatitudini adscriptos, sed etiam super omnes Angelorum ordines & Hierarchias ad dexterā Filij sui, vltra quam nostræ humanitatis est natura, sub quo solam Hierarchiam constituit, omniū principatuum celsiorem.] Volens prætereo Gersonem Parisiensem Cancellarium, qui Mariæ laudes libenter celebrat, sicut & Cusanus Cardinalis, & Bernardinus Senensis, & Vincentius Valētinus, vt reliquos Theologos, quantumuis excellenti doctrina ac vitæ sanctimonia conspicuos, qui ante & post Carolum quartum, in Ecclesia floruerunt, neque minus exēplo quam scripto Mariam colere & inuocare docuerunt, repetere supersedeamus, nemine illius seculi recepto publicóque ritui contradicente.

Serm. 1. in festo Assumptionis.

Prædicatio Scriptorum, qui Mariam ante Carolum quartum valde honorarit.

SVPERES rigitur, vt à Carolo quarto, qui anno Christi M.CCC.XLVI. fuit electus, ad Fridericum primum, qui gloriosissimus Germanorum Imperator à quibusdam dicitur, nos conferamus, & quorundam illustrium Doctorum Theologorum, qui maximè sub Friderici secundi, & Rodolphi primi tempora floruerunt, pro Deiparæ cultu testimonia proponamus. Neque id quidem difficile videri potest, si è scriptis eorum iudicare velimus, sicut nobis etiam tacentibus aduersarij manifestè fatentur, ac status illius Ecclesiæ, magno consensu Deiparam perinde ac hodie fieri solet, tunc vbique gētium solenniter cultam & inuocatam esse dilucide prodit. Qua de re multa ex Francisco Maronis, Ludolpho Carthusiano, Nicolao Lyrano, & aliis æqualibus depromi facilè possent: sed quia modum tenere cupimus, Scholasticorum Doctorum præcipuos sat fuerit indicasse. Bonauentura in hunc modum habet: Vt gloriosam Reginam Domini nostri Matrem benedictam in summo habeas omni tempore veneratione affectu, & in cunctis necessitatibus, periculis & pressuris ad eam, tanquam ad tutissimum refugiū, te conuertas, ipsius tutelæ præsidium flagitando, eāque in tuam suscipiens aduocatam, deuotissime ac secure tuam causam ei committas, quia Mater est misericordiæ, quotidie ei studens specialem & singularem reuerentiam exhibere. Et vt tua deuotio sit ei accepta, & reuerentia grata, ipsius puritatem ac mundiciam omni virtute mente & corpore illibatè in teipso seruando, toto conatu nitaris humilitate & manſuetudine eius vestigia imitari.] Tum alio loco: Maria est, inquit, illuminatrix plurimorum per exempla lucidissimæ vitæ suæ. Ipsa est cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias: ipsa est cuius vita gloriosa lucem dedit seculo: Ipsa est lucerna Ecclesiæ ad hoc illuminata à Deo, vt per ipsam contra tenebras mundi illuminaretur.] Prætereà nullam putam creaturam esse dicit, quæ tantam gratiam in mundo, tantamque gloriam in cælo apud Dominū inuenerit, & hanc gratiam non tantum ipsi, sed etiā nobis: imò toti humano generi vtilissimam extitisse. Recenset autem Mariæ diuinitus cōcessa septem priuilegia: quod illa super omnes homines ab omni peccato sit aliena, gratia verò plenissima, Mater & Virgo incorrupta, tum filij Dei Mater, ac ipsi Deo corporaliter præ cæteris omnibus familiaris, præterea super omnem creaturam apud Deum potentissima, ac demum in gloria super Sanctos omnes excellentissima. Gloriosum, inquit, gloriæ Mariæ priuilegium est, quod quicquid post Deum pulchrius, quicquid dulcius, quicquid iucundius in gloria est, hoc Maria, hoc in Maria, hoc per MARIAM est.] Omittam cætera, ne Lectori fastidium creetur, si ex vno nimis multa repetere videamur. Fuit enim Bonauentura, si quis alius, in colenda Virgine studiosissimus, ac sicut author est Octauianus, suos fratres (Francisci nempè institutum profitentes) monuit diligenter, vt populum ad MARIAM salutandam, præsertim sub crepusculo, quando Virgo ab Angelo salutata creditur, suis conciombus exitimularent.

Testimonia doctorum post Carolū quartum vsque ad Fridericum primum in Ecclesia florentium, & solenem Mariæ cultum approbantium.

In libro inscripto virginii quinque memorabilia.

Testimonium S. Bonauenturæ, quomodo Maria sit piis quotidie veneranda.

Maria colenda etiam imitationis honorāda.

In libro qui dicitur Speculum beatæ Virginis.

Maria Ecclesiæ lucerna & plurimorum illuminatrix.

Quātas prærogatiuas Mariæ dederit Deus iuxta Bonauenturam.

A DThomam Aquinatem Scholasticorū Theologorum facilè principem venio, qui & ipse præstantiam Deiparæ Virginis non obscurè commonstrat, cum honorem eius aduersus varios Hæreticorum errores egregiè tueatur. Docet præterea, hanc vnam magis quam Sanctum quemlibet, post Christum omne vitasse peccatum, totamque fuisse pulchram & immaculatam, quæ omnium etiam virtutum opera exercuerit, animam habens plenam gratia. In omni periculo, inquit, potes salutem obtinere ab ipsa Virgine gloriosa, in omni opere virtutis, potes eam habere in adiutorium.] Angelos excedit in plenitudine & gratia, nec solum illuminata est, sed etiam illuminatrix, quæ propterea Soli & Lunæ comparatur, ac totius Trinitatis est nobile triclinium, puritate Angelos ipsos exceděs, & quæ sola maledictionem sustulit, & benedictionem apportauit, & ianuam Paradisi aperuit, per quam & Christiani omnes, sicut per stellam maris, ad portum æternæ gloriæ diriguntur: sicut idem clarissimè tradit. Nihil verò sit facilius, quam ex Thomæ præceptore Alberto Magno, & ipse percelebris Germanus, ac Ratisbonensis antistes fuit, ad Mariam ornandam multa congerere, vt in cuius laudem totum librum ille conscripsit, eiusque priuilegia multus prosequitur, quæ duodecim Marianæ coronæ stellas appellat. Hanc enim Virginem solam à communi illa regula excipi: Omnes peccauerunt in Adam. Hanc prætereà in quolibet opere suo meruisse, & ad summam puritatem peruenisse, quæ & Mater fuerit & Virgo, Mater autem Dei, qua gratia purè creaturæ maior nulla conferatur. Hanc insuper Virginem virginum facit, quia prima sine præcepto, consilio & exemplo gloriosum virginitatis munus professa, obtulerit Deo, quinetiam hanc omnium esse Matrem, per quam omnia quodammodo recreata & renouata videantur. Eandem cæli portam esse, vt in eius persona dixerit Augustinus: Ianua facta sum Filio Dei, illa facta sum porta, quam vidit in visione Ezechiel Propheta. Adhæc Reginam hanc dici & esse misericordiæ sicut & Ecclesia de illa testatur, quę & singularem cum Christo patiente cōiunctionē habuerit, nullus vt alius Christi passionibus magis, & ex amore vehementiori communicarit. Postremò quod sola ipsa super choros Angelorū, omnemque puram creaturam fuerit in cælis exaltata.

Testimonium S. Thomæ Aquinatis de eadem Deipara.

In Apocalyp. 3. circa fin. Testatur eam gloriam.

ILLVD in confesso est, nec à quoquam negari potest, Scholasticos Doctores, quantumuis multis de rebus inter se contendant atq; dissideant aliquādo, tamen in his quę ad Mariæ cultum & inuocationē pertinent, omni ex parte consentienter docere, & Doctorum vetustiorum Ecclesię Patrū suffragiis altipulari. Docent hoc Dominicani, qui plurimos doctissimosque Theologos in sua familia & pepererunt & conseruarūt: quiq; hac in parte sui principis Dominici, viri profecto

Gersonis testimonium.

Nihil certum habeo in hoc Bonauentura.

Ioannes Bonauentura.

Ioannes Aquinas in idem Deiparæ.

Ezechiel. 44.

Scholastici Doctores.

Matthæus Aquinas.

Dominicani.

Alberti Magni testimonium de eadem Maria.

Rom. 3. & 5.

Quomodo sit Virgo, virginum facit, & virginitatis munus professa.

S. Dominicus auctor eximius Mariæ Virginis singularis & prædicator.

Dominicanorum ordo, vt plantatus & conseruatus, Mariæ sibi maximè fauere profitetur.

Lib. 1. c. 13. de vita Dominici.

Quemodo Reginaldus per Mariam in extremo vitæ periculo fuerit subleuatus & restitutus.

Margareta Vngara Virgo functa in Mariæ cultu sedula.

a Lib. 2. de S. Dominico cap. 11. b In compendio vitæ Margaretæ ex aliorum scriptorum seminariis collectæ.

S. Franciscus Beatam Mariam impense dilexit & coluit, suisque fratribus, tanquam aduocatam eo nomine, commendauit.

In vita S. Francisci. c. 9

Franciscus ad Mariam prolectio.

Altera Francisci ad Mariam exhortatio.

A profecto sanctissimi, exemplum pulcherrimū probè sunt imitati. Huius enim rāta in Mariam erat religio atque obseruantia, multos vt homines vtriusque sexus ad singularem Deiparæ cultum, & frequētem salutandi vium adduxerit, seque illi deuotissimum tota vita demonstrarit. Nec temerè sinè gloriantur Dominicani, vt ex illis Theodoricus de Appoldia meminit, quod institutum suum habeāt, velut hortum plantatum manu Virginis, quam & reuerenter ac crebrò de more salutant & prædicant. Eiusdē Theodorici verba sunt: Huic beatæ Dei genitrici à diuina maiestate commissi sumus, sub huius alis protegimur, huius manu benedicimur, huius gratiæ rore perfundimur, huius intercessione dilatamur, conseruamur & salui efficimur. Hæc est, inquit, quæ beatum Dominicum Patrem nostrum, tāquam seruum fidelissimum Filio obtulit, ei sæpè apB paruit, illū blanditer allocuta est, ei in extremis adfuit.] Quæ oratio satis ostendit, Deiparam pro eo, vt par est, à Dominicanis agnosci, quæ nō solum de ipsorum Patre Dominico, sed etiā de Ordine vniuerso optime sit merita, semperque mereatur, sicut & Reginaldus inter primos Dominicanos excellens re ipsa deprehendit. Cum enim is professione Iureperitus, & eruditione in foro conspicuus, famāque celebris foret, in morbum grauissimum incidit, vt Medici de vita illius actum putarent. Sedentim moribundo adfuit Deipara, opemque præsentem tulit, vt ille non modo sanitatem ex improuiso reciperet, sed etiam omni æstu improbæ libidinis penitus liberaretur, atque insignem spectatæ pietatis gloriam porro in noua Dominicanorum familia consequeretur. Dominicana etiam fuit Margareta, ex illustrissimis regibus Vngariæ nata Virgo, quæ vitæ sanctitatem multis miraculis comprobauit, in Mariæ cultu tam feruens ac sedula, vt quoties Deiparæ sacram imaginem præteriret, genua flectere, & salutationē recitare Angelicam nunquam intermitteret. Quod si solennes Virginis feriæ celebrarentur, illa eandem salutationem proximis octo diebus vel millies recitabat, ac in ipsa recitatione simul humi sese prosternebat. De Reginaldo testatur idem quem diximus [a] Theodoricus: Margaretæ pietatem [b] Garinus Theologus, cui multi alij suffragantur, memoriæ prodidit.

LAVDAT Franciscum suum Bonauentura, & Virum planè Apostolicum, diuinaque charitate flagrantem meritò laudat, quod Matrem Domini nostri Iesu Christi ineffabili complecteretur amore, vt quæ Dominū maiestatis fratrem nostrū effecerit, & per quam simus nos misericordiam consecuti: In ipsa, inquit, post Christum præcipuè fidens, eam sui ac suorum aduocatam constituit, & ad honorem ipsius à festo Apostolorum Petri & Pauli vsque ad festum Assumptionis deuotissimè ieiunauit.] Sed Franciscum ipsum mirificè sanctum de Maria loquentem siue precantem audiamus: Sancta Maria Virgo, inquit, non est tibi similis nata in mundo in mulieribus: filia & ancilla altissimi Regis patris cęlestis, mater sanctissima Domini nostri Iesu Christi: Sponsa Spiritus sancti: ora pro nobis cum S. Michaële Archangelo, & omnibus virtutibus cælorum, & omnibus Sanctis, tuum sanctissimum Filium dilectissimum Dominum nostrum & magistrum, Amen.] Et rursus eandem Deiparam sic inuocat vir integerrimus: Sancta Dei genitrix dulcis & decora, Regem

Testimonium Gulielmi Parisiensis, Mariam mirificè cōmendantis.

Maria vere ab omni Ecclesia dicitur hominum aduocata, & refugiū miserorum.

Maria imprimis procurat salutem peccatorum apud Deum, & impetrat in quo ipsa maxima à Deo honoratur.

Cap. 38 in Rethorica diuina.

In Mariā blasphemi grauiter castigandi & illam honorātes vicissim honorantur.

Deum habere nō potest propitium, si cui male est mater eius conuicta.

Serm. 2. in festo Assumpt. Virginis Mariæ.

Testimonium Innocentij Pont. de Maria commendatissimo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutum. Oportebat enim, vt sicut per fœminam A mors intrauit in Orbem, ita per fœminam vita rediret in Orbem. Et ideò quod damnauit Eua, saluauit Maria, vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret.] Et iterum: Qui iacet in nocte culpæ, respiciat lunam, deprecetur Mariam, vt ipsa per Filium cor eius ad compunctionem illustret. Quis enim de nocte inuocauit eam, & non est exauditus ab ea? Ipsa est mater pulchræ dilectionis & sanctæ spei. Qui verò ad diluculum pœnitentiæ surgit, respiciat auroram, deprecetur Mariam, vt ipsa per Filium cor eius ad satisfactionem illuminet. Quis enim deuotè inuocauit eam, & nõ est exauditus ab ea?] Nec multo post: Quicunque sentit impugnationem ab hostibus, vel à mundo, vel à carne, vel à dæmone, respiciat castrorum aciem ordinatam, deprecetur Mariã, vt ipsa per Filium mittat auxilium de sancto, & de B Sion tueatur.] Extat hymnus eiusdem Innocentij cum hac perspicua inuocatione:

Aue mundi spes, Maria,
Aue mitis, aue pia,
Aue charitate plena.
Virgo dulcis & serena,
Sancta parens Iesu Christi,
Electa sola iusti
Esse Mater sine viro
Et lactare modo miro.
Angelorum imperatrix,
Peccatorum consolatrix,
Consolare me lugentem,
In peccatis iam fœtentem.
Precor te Regina cæli
Me habeto excusatum
C *Apud Christum tuum Natum.*

Suecinctior illa est precatio, quam idem quoque Innocentius condidit, & Ecclesiæ nonnullæ sequũtur: Interueniat pro nobis, quæsumus, Domine Iesu Christe, apud tuam clementiam gloriosissima Virgo Maria, dignissima Mater tua, cuius sanctissimam animã in hora passionis & mortis tuæ doloris gladius pertransiuit.

Hvc præterea pertinent Nicephorus Callistus, & Nicephorus Gregoras, qui ambo Græci scriptores, paucis ab hinc annis Latinè versi prodierunt, ac nostræ quidem Virginis cultũ suo seculo apud Græcos solennem vsitatumque fuisse, non obscurè declarant. Prior egregiè laudat Emanuelem Palæologum Imperatorem, qui Deigenitricis Ædem venustissimam, & quasi cum cælesti pulchritudine certãtem excitauerit: nimirũ ad prtorũ Constantini Magni & Leonis Magni Cæsarum imitationem. Narrat præterea de sacra Deiparæ veste, quæ in arca sacra Constantinopoli reuerenter admodum & integrè seruaretur: appellat illam inuictum perpetuumque virbis præsidium, varios inde morbos dispulsos, & præclara miracula extitisse. Quinetiam librum integram se scripsisse asserit de miraculis, quę in templo Virginis Matris ad Fontem dicto, & à plurimis honorato perpetrabantur. Affirmat, nihil esse prorsus quod Virgini Matri aduersetur, quodque non continuo eius potestati cedat, etiãsi dæmon sit aut morbus immedicabilis: nihil nõ illã esse facturam, dummodo recte pieque sit petitum. Postremo in precatione confessoria, quam ad omnium conditoré deũ facit, & Alardus Amstelrodamus interpretatur, in fine adiicit: Hoc mihi annuas velim primum patrocinio Deiparæ Virginis & Matris Marię.] Gregoras verò de seniore Andronico Imperatore scribit, quod cum Bizantium à iuniore occupatum, illum que vitæ suæ insidiantem cerneret, ad sacram imaginẽ Dei genitricis Hodegetriæ confugerit, & humi prostratus, ardenter cum lachrymis, ne periclitantem se desereret, fuerit obtestatus. Statimque subiungit verba sequẽtia: Exaudiuit preces eius, & sestinum tulit auxilium, quę quidem potest celsissima Dei genitrix.] Et postea de iuniore Andronico refert, qui sæuitia & ira omni deposita, primũque venerabili Dei Genitricis imagine, vt decet, adorata, aurum quem diximus, comiter abduxerit, & abductũ amplexus fuerit, blandisque verbis recreauit. Præterea cum idem iunior Andronicus totum biduum mortuus iaceret, ac tertio die velutè profundo somno nõnihil expergrectus esset, diuinum laticem castissimę Dei genitricis Pegæ postulauit: quo statim allato & capiti affuso, non modo recreatus est, sed etiam pristinã valetudinẽ recuperauit. Senior verò, cum iam sibi mortem instare animaduerteret, ac propter intempestã noctem neminem reperiret, qui sibi diuina mysteria impertiretur, pro salute animę sue cũ multis lachrymis & genuflexionibus Deo supplicauit, ac deinde sacram Dei genitricis imaginẽ, quã in sinu gestabat, loco diuinorum mysteriorũ in os inserit: sicut idẽ Gregoras luculenter affirmat. Quod Andronici factum sic accipi par est, vt quum videret, se temporis angustia prohiberi, quo minus ante mortẽ sacrosanẽto Eucharistiæ viatico muniri posset, adhibita Virginis imagine testari voluerit, se bene quidẽ sperare tum de Christi benignitate, tum de Matris eius intercessione, quę suis nimirum precibus apud Deum cõpensaret, quod ipse, vel inuitus, Sacramenti sumptione præstare iam minime posset. Narrat & Nicetas Choniates, quanta fuerit imaginis Dei genitricis veneratio in publica processione Constantinopoli, Imperatore Emanuele Cõneno & proceribus omnibus per vrbem ponè sequentibus, propterea quod læta victoria de Pãnoniis esset reportata. Græcue etiã fuit Euthymius Zagabonus, qui ab Alexio Imperatore iussus præclara scripsit, & Mariam his titulis ornauit: quod sit quauis re creata & visibili superior, pura, impolluta, intacta Patris, ab omni reprehensione aliena, pulcherrima sponsa, in omnibus gloriosa & benedicta, in bonitate & benignitate incomparabilis, & demum coronis Prophetarum. Sub alis eius intercessionis, inquit, sine impedimento ex corde D clamemus: Ne assiduas nostras preces repudies, ô intemerata. Magnam enim vim habet, ô laudatissima precatio Matris ad Filij conciliandam beneuolentiam, vt credimus.] Ac iterum: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Vides enim, vides ante pedes pulcherrimæ capiæ tuæ nos omnes tuum postulare auxilium, expectantes tuam defensionem, tuum in omnibus inuocantes patrocinium. Itaque vt dum hic quidem manemus, nos protegas, supplicamus: rursus autem, vt quum excedemus, in ædibus semper viuentibus & luminosis habitemus, obsecramus. Contra autem nobis parcat tuus Filius & Deus perennibus tuis orationibus. Nihil enim est quod tibi sit impedimento, ô impolluta Domina.] Nec dubium est, quum in tota Græcia, tum in metropoli, & regia, beata, fortunata, magna vrbe, nonaque Roma, vt Manasses loquitur, Cõstantinopoli, Deiparæ Virginis tẽpla & festa, sicut & alia Christiana

Aſ. Marium inuocandam hortatur Irenæus cum. & finem inuocationis assert.

Hymnus Innocentij ad Mariam inuocandam editus.

Rythmica eiusdem Innocentij ad Mariã precatio.

A Maria quid mis obtineri possit quod recte petitur.

Mariæ imagi palmodiam la fra ciũ Imperatoribus Constantinopolitanis.

Andronicus vterque Imperator quo modo in extremo vitæ periculo se Mariæ deuotum effe monstrarit.

Testimonia Nicetæ Choniatæ de Mariæ imagine publice lustrata.

Euthymij Zagabeni aureq; dignitates à Deipara.

Historia extra Historiam.

In Annalib. Anno Christi 1453

stiana sacra, tantisper integra inuiolataque permanssisse, donec eandem vrbem & Græciam vniuersam nouus Attilla, immanissimus nempè Turca (ô lugendam nobis vsque iacturã) sub Nicolao quinto Pont. & Friderico tertio Cæsare, tandem oppressit, ac perfidiæ suæ Mahometanæ imperiose subiugauit.

Germanos etiam Principes in Mariæ cultu, vsque ad Fridericũ primum perse ueraſſe.

Qvid multis? in Mariæ cultu retinendo eadem prorsus confessio & consuetudo in Græca & Latina Ecclesia hoc vigebat seculo, ipsis maximè Principibus, omni sexu & ætate, magnis & paruis in eum publicum ritum conspirantibus, quo etiamnum nei Matrem inuocamus, eius imagines veneramur, & ferias eiusdem præcipuas celebramus, templaq; honoramus, & miracula prædicamus. Hinc Fridericus tertius Princeps Austriacus, & Rom. Imperator, Festum assumptæ in cælum Virginis religiose admodum venerabatur, vt omni fere cibo & vino in profesto abstineret, denique fundator multorum monasteriorum fuit, quæ cœnibus etiam annuis liberaliter dotare curauit. Eius verò Mater Cimburga Massouiæ Ducissa tam erat cultui diuino dedita, vt ieiuniis & orationibus maceraret corpus, & de more loca sancta religiosissime inuiseret, ideóque sub mortem etiam Cellas Mariæ, vt Austriaci vocant, religionis ergo petiuit. Tum albertus quartus, qui & ipse Austriæ Princeps fuit, Mariam coluit reuerenter, Christianæ religioni & Ecclesiasticis cæremoniis adeò deditus, vt in Sanctorum templis vna cum Sacerdotibus psallere & cantare, solenniaque sacra quam deuotissime celebrare non erubesceret, vt verbis vtar Cuspiniani. Carolus verò quartus cordatissimus Princeps, quum Imperium administraret, inter alia, quæ suis Bohemis veræ pietatis documenta reliquit, non pauca collegia Canonicorum & monasteria fundauit, & in honorem sanctissimæ C Virginis Collegiatam Ecclesiam erexit, magnificéque dotauit, quàm sua etiam ætate in villa Terentij Parmensis agri extitisse scripsit Æneas Silusius. Certè Henricus eius nominis septimus Imperator, non minus religione conspicuus, quam armis strenuus, beatissimam Virginem adeò in honore habuit, vt circa diem illam, qua in cælum ab angelis assumpta celebratur, negotia omnia forensia intermitteret, rebusque duntaxat diuinis operam dare soleret. Nã & sæpe totas noctes ante imaginem Crucifixi, quam semper circumferebat, orando & peccata deflendo consumpsit, nec solum in summis quibusque feriis,

In vita Alberti quinti.

Lib. de Bohemorum Origine.

Ludouicus Francorum Rex meridiano rẽpore pulsare campanã iubet ad Virginem salutandam. Pius II. & Sixtus IIII. Pont. in coleda Deipara sedulis.

Lib. 10. de rebus Francorum.

Carmen Francisci Petrarchę in laudẽ Deiparæ.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

In cultu Deiparæ Virginis retinendo & exercendo magnum veterum fuisse consensum, qui à Friderico primo vsque ad Ottonem Magnum, Christianum Orbem constituerunt.

At fortassis hæc fides & religio de Mariæ cultu tum solum viguit, quum Friderici rerum potirentur, superiore autem & proxima ætate suum vigorem amisit. Minime verò, cum præcedens Ecclesia, sicut ostendemus, ad Ottonem vsque Magnum, qui Magdeburgensem inter alias fundauit Ecclesiam, mordicus eandem religionem atque consuetudinem retinuerit, probauerit atque confirmarit. Florebat sub Lothario secundo, & Conrado tertio Bernardus Clareuallensis, vir in Gallia, Germania Italiaque percelebris, quem omnes non solũ ob doctrinam diuinitus inspiratam, sed etiam propter vitæ sanctimoniam clarissimis sæpe miraculis demonstratam, merito suspicerent ac reuererentur, quo vno melius nec scripsit, nec vixit quisquam in vniuerso cœtu Monachorum, si Lutheri quidẽ calculum admittamus. Nobis verò Petri Cluniacensis

S. Bernardi præstantia & testimonium de Virgine ante Fridericum I. publicè honorata, quam ille imprimis coluit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In epistol. 7 cap. 1 ad Heb. Epist. 8

Serm. 1 de Assump. Virginis Et Serm. 2 de Aduentu Domini. Et Serm. 2 in die Pentecostes Et Serm. de eiusdem Natiuitate.

a In epist. 174. ad Canonicos Lugdunenses.

Virginis Mariæ laus a Bernardum Epitheta.

Quænam in Maria nobis suscipienda & prædicanda sint.

Serm. 2. de die Pentecostes.

Ad Mariam & præteritos & præsentes & futuros omnes & creaturas omnes in cælo & terra merito respicere.

Luc. 1.

Serm. 2. in Missus. Dominici. Hom. 2. de beata Virg.

Oratio Bernardi ad Deiparam, tum quam ad Dominam, mediatricē & aduocatam nostram.

Et oratio Mariæ petenda & exemplū eius imitandum.

Serm. 4. de Assum. Virg. Serm. 2. in Dominic. 2. post octa. Epiphaniæ. Epist. 174 ad Canon. Lugdunen.

suffragium est charius, qui eundem Bernardum forrem ac splendidum monastici ordinis, adeoque totius Ecclesiæ Dei columnam appellat. Quis verò vel sæpius, vel apertius, atque hic ipse Bernardus de Mariæ laude & cultu concionatur? quis eam libentius, ac diligentius vel tunc coluit, vel nunc etiā colendam esse contendit? Vocat illam Reginam nostram, Reginam cælorum, nostram aduocatā & mediatricem, matris stellam, vitæ genitricem, inuentricem gratiæ, Dominam mundi, Reginam cæli, parentum reparatricem, posterorum viuificatricē, in qua & Angeli lætitiam, & iusti gratiam, & peccatores veniam perpetuò reperiant.] Sed iam Doctorem mellifluum de nostra Virgine disserentem, quęso, audiamus: [a] Virgo Regia, inquit, falsò non eget honore, veris cumulata honorum titulis, infulis dignitatum. Honora sanè integritatem carnis, vitæ sanctitatem. Mirare fœcunditatem in Virgine, prolem venerare diuinam. Extolle nescientē vel in concipiendo concupiscentiam, vel in pariendo dolorem. Prædica rerendam Angelis, desideratam Gentibus, Patriarchis Prophetisque præcognitam, electam ex omnibus. Magnifica gratiæ inuentricem, mediatricem salutis, restauratricem sęculorum. Exalta denique exaltatam super choros Angelorum ad cælestia regna. Hæc mihi de illa cātat Ecclesia, & me eadem docuit decantare.] Tum alio loco de Maria hæc mirifica profert: Ad illam sicut ad medium, sicut ad arcam Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium sęculorum respiciunt & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis. Illi qui sunt in cælo, vt refarciantur: & qui in inferno, vt eripiantur: qui præcesserunt, vt Prophetę fideles inueniantur: qui sequuntur, vt glorificentur. Eo beatam te dicunt omnes generationes, Genitrix Dei, Domina mundi, Regina cæli, quæ omnibus generationibus vitam & gloriam genuisti. In te enim Angeli lætitiam, insti gratiam, peccatores venīā inuenerunt in æternum. Meritò in te respiciunt oculi totius creaturæ: quia in te, & per te, & de te, benigna manus omnipotētis quicquid creauerat, recreauit.] Ac ne dubitet quisquam, quod idem Bernardus hanc sacram Virginem inuocarit, ac inuocare docuerit, sequenti oratione satis seipsum explicat: Domina nostra, inquit, Mediatrix nostra, Aduocata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo nos Filio repræsenta. Fac, ô benedicta, per gratiam quam inuenisti, per prærogatiuam quā meruisti, per misericordiam quam peperisti: vt qui te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis & miseriæ nostræ, te quoque intercedente participes faciat nos gloriæ & beatitudinis suæ.] Et rursus: Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam: In periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum.] Ac iterum: Sileat misericordiam tuam, Virgo beata, si quis est, qui inuocatam eam in necessitatibus sibi meminerit defuisse.] Neque suo tātum, sed & aliorū nomine Mariam Bernardus inuocare solebat, vt ideirco dixerit aliquando: Quoties mihi necesse est, fratres, post lachrymosas querimonias vestras exorare Matrē misericordiæ, vt suggerat benignissimo Filio, quoniam vinū non habeatis. Quid multa? Bernardus has duas nobis regulas pulchrè tradit: Quod vel paucis mortalium constat fuisse collatum, fas certè non est suspicari tantæ Virgini esse negatum, per quam omnis mortalitas emersit ad vitam.] Quicquid autem illud est quod offerre paras, Mariæ commendare memento, vt eodem alueo ad largitorem gratiæ, gratia redeat quo influxit.] Addit posteà: Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorū affectibus & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam. Aduocatam habere vis ad Christum: Ad Mariam recurre: exaudietur & ipsa pro reuerentia sua: Exaudiet vtique Matrem Filius, & exaudiet Filium Pater. Filioli hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ.] Hæc pauca è multis summatim excerpere visum est, quæ Bernardum cultorem Deiparæ Virginis maximū fuisse satis declarant, quibus cum apud Nouatores magnam sæpè habeat authoritatem, & reuera cælesti magis quam humana doctrina sit præditus, mirum sanè, cur apud eosdem non tantum valeat, vt ipsius in cultu Virginis approbando doctrinam & exemplū aliqua saltem ex parte sequantur.

& serm. de Natiuit. Mariæ.

Bernardus nō fert tantum sed pro aliis etiam soliter inuocare Virginem.

Maria cuncta valde veneranda, & hoc ordine prouidentia exaltauit Deus.

Nouatores in plerisque Bernardo credūt circa Virginis cultum non credunt.

BERNARDO dignus discipulus fuit Guerricus, suumque magistrum pietate ac eruditione in eo etiā refert, quod Mariæ cultum & inuocationem præclarè commendet. Nam & naturalem quandam pietatem fidei hoc filiis dictare asserit, vt illi ad inuocationem nominis Mariæ primo vel maximè refugiāt in omnibus necessitatibus & periculis, tanquā parauli ad sinum Matris. Et nunc, inquit, habitamus id adiutorio Matris Altissimi, in protectione ipsius cōmoramur, tanquam sub vmbra alarum eius. & postmodum in confortio gloriæ ipsius, tanquam in sinu ipsius confouebimur. Tunc erit vox vna lætantium & aggratulantium matri: sicut lætantium omnium nostrū habitatio est in te, sancta Dei Genitrix. Nullatenus autem crediderīs maioris esse felicitatis & gloriæ habitare in sinu Abrahæ, quam in sinu Mariæ, quum thronum suum in ea posuerit Rex Israel.] Ac deinde: Non immeritò creditur, sine iniuria, vel inuidia cæterarum sedium, quoddam esse speciale Regis solium excelsum & eleuatum super gloriam omnium, Mariam dico exaltatam super choros Angelorum, vt nihil contempletur supra se Mater, nisi Filium solum, nihil miretur supra se Regina, nisi Regem solum, nihil veneretur supra se mediatrix nostra, nisi Mediatorem solum: cui nos ipsa precibus suis conciliet, commender, & repræsentet vnico Filio suo Iesu Christo.] Quarè hoc modo etiam illam inuocat. Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, ita familia hæc famelica de te præstolatur alimoniam vitę. Per te fructū vitę communicauimus in mensa præsentium Sacramentorum: Per te eundem fructum vitę communicemus in mensa perennium gaudiorum, Iesum benedictum fructum ventris tui.] Sed & æqualis Bernardi erat Petrus Cluniacensis, quem venerabilem non temerè hactenus vocant, homo magnus, & in magnis occupatus, vt à Bernardo dicitur, qui sic Mariam inuocauit: Adesto & tu beatissima Virgo, Mater eiusdem Saluatoris & Redemptoris nostri, & præ omnibus post ipsum in te specialius confidentes, ab expectatione tua nullatenus confundi permittas.] Nec multo vetustior fuit Rupertus Tuitiensis, celebris & ipse scriptor,

Guerrici testimonia de Maria eiusque cultu & inuocatione, quam ille fecit. Matrem ad quā filij Dei confugiant.

Petri Cluniacēsis de Maria testimonium eiusque inuocatione.

Libr. 1 Epist. 2. Quam præcla te Rupertus Tuitiensis de Maria loquatur, eamque coluerit.

Abbas

Abbas scientia & sanctitate clarissimus, meritoque Mariæ cultor insignis, quoniam per orationes instātissimas, vt Tritemij verbis vtar, à Matre gratiæ Virgine Maria scientiam Scripturarum, quam ingeniū negauerat, postulauit, tantamque in omni Scriptura scientiam consecutus est, vt similem suo tempore non habuerit. Appellat eandem myrrhæ & thuris montem, speculum humilitatis, maximam portarū cęli, quas Dominus vt manna plueret, nobis aperuit salutare templum Domini, sactarium Spiritus sancti, thalamum sanctitatis, trichinium diuini consilij, Magistrorum, hoc est, Apostolorum magistram, nec modo Christi, sed & omnium discipulorum Christi Matrem, ac Reginā cælorum. O Domina, inquit, Dei genitrix Maria, & incorrupta Mater Verbi æterni, Dei & hominis Iesu Christi, non meis, sed tuis armatus meritis, cum isto viro, scilicet verbo Dei, lucrari cupio.] Ac iterum: O beata Maria, mons montium, Virgo virginum, sancta Sanctorum, ad omnes quidem conuertimur (Sanctos) sed ad te præcipuè præ cæteris oculos nostros leuamus, tuum præ omnibus auxilium suspiramus] Longum esset reliqua percensere, quæ alij æquales ferè scriptores Hugo & Richardus Victorinus, Petrus Lombardus, Honorius Augustodunensis, Bruno Carthusianus, Mariam egregiè celebrantes ac piè simul inuocantes, memoriæ prodiderunt.

In Libr. de monasterio Hierusalē. Lib. de diuinis officiis, & in Euang. Iohānis & præterea in lib simile.

In Prolog. sup. Cantica. Lib. 7. in Cāt.

Catholici ad Sanctos omnes Sanctas sed ad Mariā præcipue suos oculos & votos leuant atque auxiliū petunt.

EXTANT Euangelici commentarij Zachatiæ Episcopi Chrysopolitani, qui hæc attigit tempora: in fine autem Operis eiusmodi adiecta reperiuntur: Dignum & omnibus domis conueniens erat, vt omnia subiicerētur sub pedibus eius, quæ omnium genuerat Creatorem. Dignum erat, vt Domina esset Angelorum, quæ digna fuerat esse Mater Domini Angelorum. Dignum erat, vt Angelica puritas illi subderetur in cælis, cui totam se infuderat diuina puritas in terris. Dignum erat, vt amplius Matrem suam honoraret, quàm ministros, ipse qui dixerat: Honora patrem tuum & matrem, vt sis longæus super terram. Dignum erat, vt familiarius hāc amarer, copiosius remuneraret, quæ singularius atque ardētius omni rationali creatura ipsū dilexerat.] Ac iterum posteà, Currimus, ô Maria, post te, in suauitatē vnguentorum tuorum, adiuua currentes, trahe lassos, subleua lapsos, vt introcamus & nos tecū. Quasi therebinthus extendisti ramos tuos super latitudinem terræ, & ecce confugimus ad te, vt sis nobis in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & in abscōsionem à turbine & pluuia.] Tandēque concludens: Itaque dilectissimi, ait, in ea tam potenti, tam pia, & tam fideli Aduocata nostra toto corde gaudeamus: quæ nulli dignè postulanti auxilium negat, & pro nullo apud Filium frustra interpellat. Gaudeamus, inquam, in illa, & dignis obsequiis, diguis laudibus cum illis sacris Angelorū legionibus eam veneremur, ac vultum eius deprecemur cum omnibus diuitibus cæli.] Neque spernendū est Fulberti Carnotēsis Episcopi testimonium, vt pote viri literarum scientia & Prophetiæ dono, sanctitateque præstantis, vt vel inuiti fatentur Centuriatores, quos tamen haud pudet hac labe virum eximium aspergere, vt insignem illum idololatram vocent, vtpote qui Mariæ plus æquo studiosum fuisse confinxerit. Tantopere illos vrit, quod author ille verè Catholicus de Mariæ laudibus librum proprium scripsit, varia cantica composuit, in eius honorem templum à fundamentis eductum mirè lapideo tabulato construxit, ac demum ægrotus singularem à Virgine sibi apparente consolationem accepit: vt Vincentius aliique notarunt. Multis ac eximiis præconiis ille Mariam exornat, quæ adeo piis placuerunt, vt eius verba in solennem Ecclesię vsum tranlerint, ac multis iam seculis non minus trita quam probata in templis resonent, licet à quibusdam etiam Augustino attribuantur. Sic autem inter cætera ille Mariam reuerenter affatur: Quas ergo tibi laudes fragilitas humani generis persoluat, quę solo tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaque quæcunque exiles, quæcunque meritis tuis impares gratiarum actiones, & quum susceperis vota, cul pas nostras orando excusa. Accipe quod offerimus, impetra quod rogamus, excusa quod timemus? quia nec potiorem meritis inuenimus, quàm te, ad placandā iram Iudiciis, quæ meruisti esse Mater Redētoris & Iudicis. Succurre ergo miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro Clero, intercede pro Monachorum Choro, exora pro deuoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum leuamen, quicunque deuotè celebrant tuum nomē. Sit tibi compassio super afflictis, sit pius affectus super cœlorum peregrinis. Et quum te lętantem semper aspicis, fletus nostros, quæsumus, ipsa ad Deū perferas, eumque vt proprium Filium pro nobis interpelles.] Adiungit hanc insuper hortationem: Fratres eum toto mentis affectu beatissimę Virginis nos intercessionibus committamus, omnes eius patrocinia omni nisu imploremus, vt dum nos suppliciem obsequio frequentamus in terris, ipsa nos sedula prece commendare dignetur in cælis. Neque enim dubium, quæ meruit pro liberandis proferre pretium, posse plus omnibus liberatis impendere suffragium.]

Zachariæ Chrysopolitani testimonia de Maria venerāda & inuocanda.

In Serm. de Assumpt. Virginis.

Eccles. 10.

Eccles. 24

Maria nulli inuocanti negat auxilium, & pro nullo frustra regat filium.

Fulberti testimonio Mariā esse inuocari atque coli ab Ecclesia quam nouit ob hæreticos Centuriatores.

Cent. 12 cap. 10

HVC præterea spectat Archiepiscopus Cantuariensis ANSELMVS, magnum sui seculi decus, ac tunc ferè Princeps Theologorum, singulari vitæ sanctitate præcellens meritoque à Centuriatoribus hoc nomine commendatus, quod præ aliis tunc Episcopis singulari religionis curandæ zelo flagrarit. Is quum sedulus cultor Virginis esset, de illius excellentia librum integrum scripsit, eamque vocat Matrem salutis, templum pietatis & misericordiæ, inter Sanctos post Deum singulariter sanctam, Matrē admirabilis Virginitatis, quę Angelos vincat puritate & sanctos superet pietate Angelorū Reginā, cæliq; & terrę summā Dominam, & vnicam dominatricem super choros exaltatā. Subueni nobis, inquit. Domina piissima, & non considerata peccatorū nostrorū multitudine, velle tuum ad miserendū nobis insiste. Eia succurre: oramus, vt laus quā per tot secula dignè possedisti, continua tibi duret in gratia ipsa, qua mundo perdito subueniſti. Tibi ergo commendamus: tu procura, ne pereamus,] vt reliqua id genus plura, quæ apud illum extant, prætermittamus. Sic enim alibi quoque loquitur: Pie Domine, parce seruo Matris tuæ. Pia Domina, parce seruo Filij tui. O tu illa pie potens, & potenter pia Maria, de qua fons est ortus misericordiæ, ne contineas precor, tam veram misericordiam, vbi tam veram agnoscis miseriam.] Vixit tum etiam Iuo Carnotensis Antistes, tum in Scripturis, tum in Canonibus sacris probè versatus, qui de Maria intrepide pronunciat: Quod nostris viribus non valemus, meritis beatæ &

Libr. 25. cap. 13. in opere historiali.

Serm. de assumpt. Virgi. Et apud Anglosaxones sunt, ha reperiuntur. Serm. 2. de annunciatione Dominica.

Ad Mariam inuocatio Fulberti & Ecclesiæ.

Maria eius fidula implorāda.

Mariam præsanctis reliquit apud Deum valere nos pro nobis intercessione. Anselmus Cātuariēsis Episcopus, illustrisque Theologus.

Anselmi testimonia in Mariæ commendationem, & quomodo eam inuocet.

Libr. de excellentia beatæ Virginis cap. vltimo

Vide inuocationem Mariæ Virginis & Filij eius Epist. 119

Universidad de Deusto
Biblioteca

Testimonium Ioannis Carnotensis ad Mariæ commendationem.

perpetuæ Virginis, cui Deo authore famulamur, indubitanter obtineri posse credimus. Sed & Berno Abbas Augiensis, in diuinis humanisque literis egregiè doctus, nec solum à [a] Tritemio, sed etiam à [b] Centuriatoribus apprime laudatus, in hunc modũ Mariam alloquitur: [c] Tu maternum erga nos affectum ostendendo, pro nobis supplica Deum.] Accurſus ad [d] Regem Vngariæ ſcribit: Ne diffidas de misericordia Dei, quia qui preces pauperũ non ſpernit, multo magis dilectæ Matris ſuæ orationes pro te exaudit. Veſtigiis eiuſdem ſanctæ Dei Genitricis prouolutus iugiter aſſiſte, preces lachrymabiliter effunde cum corde contrito & humiliato, pro certo ſciens, quia ſi ei ſupplex aſſiduus fueris, citius ab omni anguſtia liberaberis.] [e] Monet præterea, vt peccatis ab ipſo conceptu contaminati & immundi Mariæ opem implorent, quæ de Spiritu ſancto, ſine viri li ſemine concepit, & abſque vlla iniquitate peperit Saluatorẽ. His Petrus Damianus accedat, Vir inter doctos ſuis temporibus doctiſſimus, nec minore ſanctitatis laude, quàm rerum agendarum dexteritate illuſtris, idemque Antiſtes & Cardinalis Hoſtienſis. Ab hoc, Maria Regina cæli, parés parentis, fons fontis viui, origo principij, Domina iam, non ancilla dicitur, eaque tanto miſericordior, quanto potentior, amore nos amans indicibili, quam poſt Deum videre, ſumma ſit gloria. Virgo Dei genitrix, inquit, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirãtur, ſubueni Domina clamantibus ad te iugiter.] Quid verò Gerardus Epiſcopus Cananenſis? qui apud Pannonios non ſolum vitæ innocentia emicuit, ſed & martyrij laurea, vt antea ſubmonuimus, eſt coheneſtatus, tam ardenti venerationis ſtudio Virginem proſequens, vt nulli in Mariæ nomine aliquid à ſe roganti quicquam negandum, ſed petenti cuilibet, quod ſanè concedere fas eſſet, ſemper annuendum eſſe putaret. Proinde cum flagitioſi etiam homines ad illum venirent ſupplices, ſuiſque precibus beatæ Virginis nomen interponerent, idem Præſul libenter eis parcere, tum plorantibus miſeris ac calamitoſis pius & ipſe collachrymari, & quicquid ferè vellent, quia id Mariæ nomine petiiſſent, vltro largiri dignabatur. Eandem Mariano nomini reuerentiam habuit, qui Thomæ Aquinatis Præceptor, & ætate ſua ſummus inter Pariſienſes Theologos fuit, Alexander Halenſis.

Quomodo Berno de Mariæ cultu ſenſerit.

[a] In Chronico Hirſaugiensi. Centur. 10 cap. 10

[b] Centur. 11 cap. 10.

[c] Serm. de natiuit. Mariæ. Vide & Sereins de S. Marco Euangeliſta.

[d] In Epiſt. ad Petrum Regem Vngariæ.

[e] Serm. de natiuitate Mariæ.

Serm. 1. & 3. de Maria natiuitate.

Vbi nec mihi prætereundus eſt Giſelbertus Anſelmi apud Anglos, vt volunt, diſcipulus, à Tritemio quidem valdè laudatus, etſi Centuriatores illum in decimo ſeculo collocant, ac authorem eruditi operis de altercatione Eccleſiæ & Synagogæ videri volunt. An non Mariã is prædicat, quod ſit Mater matrum, Virgo virginum, ſtella ſtellarum, dulcedo credentium animarum, ſacrarium Spiritus ſancti, Virgo florentiſſima, vita & moribus præcellentiſſima, cuius virginale corpus nullum carnalis vitij ſenſerit contagium? Talem habuit Maria hoc ſeculo ſine Præconem, ſiue Concionatorem: ſed quem pluribus etiam differentem audiamus: Maria eſt, inquit, conſolatio infirmorum, redemptio captiuorũ, liberatio damnatorum, ſalus vniuerſorum: cuius honori famulantur omnia, terra, pontus & æthera.] Vocat eandem Angelorum gloriam mortalium vitam, inter ſumma vel ima mediatricem pacificam. Affirmat & illud: Per Mariam diuinæ miſericordiæ Sacramenta completa ſunt, cæli propter hanc inclinati ſunt, fontes aquarum apparuerunt, fundamenta Orbis terrarũ reuelata ſunt, hoc eſt, ex ipſa Chriſto naſcente Apoſtoli electi, per quos Orbis quaſi fontibus inexhauſtis potaretur, & reuelata per Spiritum ſanctum Prophetia, mundus ad fidem ducendus, fundamento quodammodo immobili ſtabiliretur.] Demum poſt laudes Virginis eximiè celebratas: Omnis, inquit, Scripturarum benedictio in Maria inuenta eſt, maledictio deleta eſt, completa ſunt in ea ora Prophetarum: reſpiciũt Mariam omnia creata vel redẽta per Filium.] Habent hic quod arrodant calumniatores, vix paſſuri hodie quidem talem encomiaſten, quantumuis Eccleſiæ fide ſenſuque nitentem, qui tantoperè Matrem propter Filium euehit, & ventrem benedictum ob fructum ventris ſacratiorem prædicat. Docet præterea hic Giſelbertus, quę ad Virginis inuocationem propius faciunt, & aliquam eiuſdem inuocationis cauſam aſſignant. In domo Patris æterni, inquit, multæ ſunt manſiones, id eſt, cæleſtium Spirituum, Apoſtolorũ, Martyrum, Confeſſorum, Virginum: ſed hæc omnia regna ſuperat altitudo Mariæ: ſuper hæc omnia regna ex Filij gratia leuatur. Accedamus ad hũc thronum gratiæ cum fiducia: Ipſa enim eſt ſtella, cuius ducatu & interuentu ad patriam transfretamus: ipſa Deum Patrem orat ac deprecatur pro ſeruis, Filium pro filiis, ſed naturalem pro adoptatis.] Cum hoc Giſelberto, ſicut in aliis, ita etiã in Mariæ cultu conſenſerunt, qui hoc ſeculo in eadem B. Benedicti familia non minore ſanctitate, quam eruditione claruerunt. Ex quibus Smaragdus & Algerus extiterũt hiſque annumerare licet Hermannum Contractum Comitem de VVeringen Sueuum, & Abbatem deinde Sangallenſem, quẽ & Cuſpinianus, neſcio quo pacto, Epiſcopum facit Conſtantienſem. Is, præter alia, in Mariæ laudem ſelecta quędam & ſuauia cantica edidit, quæ adhuc in vſu ſeruantur Eccleſiæ: quemadmodum illi ſunt hymni: Aue præclara, Salue Regina miſericordiæ, Alma Redemtoris mater, O gloriоſum lumen! ſicut fatentur etiam Centuriatores. Erat inter Hildesheimenſes Epiſcopos Diethardus, qui magna cum laude illi præfuit Eccleſiæ, & auream tabulam in Æde ſumma ſanctiſſimę Virgini dedicauit. Tum Ottonis Magni nepos, idemque Saxoniæ & Sueuiæ Dux, qui paternam hæreditatem Deo & Eccleſiæ attribuit, Bruno nimirum, Vetdenſis poſtea factus Antiſtes, ad Mariam promouendũ honorem, collegium Virginum ſacrarum extruxit. Adelbertus vero Martyr illuſtris, qui primus fere Bohemis ac deinde Polonis Euangelicam lucem oſtendit, ſanitatem amiſſam recuperauit, & ad vitam monaſticam ſe contulit, quum puerum ipſum grauiter laborantem mater Deiparæ commendaſſet, eique religionis ergo vota feciſſet.

Testimonium Bernonis Abbatis Augiensis de Maria.

Centur. 11 cap. 10.

S. Adelbertus Martyr ex vocatione Dei gentes ad Christianam religionem conuertit.

Neqve vero Mariæ cultus penes Eccleſiaſticũ ordinem duntaxat conſtitit, ſed etiam à Principibus & Magiſtratibus tunc in pretio habitus fuit. Etenim Henricus eius nominis ſecundus Imperator Bauarus, qui Claudi, imo & ſancti cognomentum accepit, vt florem ſanctæ Virginitatis integrum conſeruaret, ſingulari Mariæ ope fuit adiutus, ſicut & Nauclerus fuſius explicat, & in colenda Virgine tam ſedulus perſeuerauit, vt in medius etiam peregrinationibus, ſi quando Vrbem aliquam ingrederetur, primam quidem noctem precandi gratia in illa Æde conſumeret, quam B. Virgini ſacram forte is perſiſter

Exempla Principum Christianorum qui deuotione in Virginem hoc seculo vsi sunt: ac memoria primi de nominati Imperatoris.

De singulari religione Henrici II. Cæsaris.

In suo Chronico.

ſer. Eidem calicem aureum immenſæ magnitudinis, ac duabus anſis inſignem fabricari atque dicari curarunt, vt innuit Cuſpinianus. Tantam verò & caſtitatis & pietatis curam cum Imperij gubernatione conſunxit, vt Gotfridus Viterbienſis Regis Conradi Notarius, ſi non eleganter, at verè tamen de illo cantet:

Coniuge virgineа Virgo permanſit & ille,
Catholicas dedit Eccleſias quaſi mille.

Inter alia verò templa, quę Deo & Sanctis poſuit, non parum excellit Baſilica, quam in honorem Virginis idem apud Spirenſes non ſine magnificentia regia conſtruere cœpit (Conradus enim Cæſar Saliquus, eius nominis ſecundus, abſoluit) in qua & Cæſarum corpora de more conduntur. Sed & monaſterium B. Virgini ſacrũ, & Benedictinis aſſignatum in Diœceſi Argentinenſi, quia præ nimia vetuſtate ruinam minabatur reparando fundauit, & fundãdo reparauit, quod à fluuiolo præterfluẽte Schurteren appellari Tritemius annorauit. Tãta enim huius Imperatoris religio fuit, vt prudenti cõſilio cum vxore habito, quoniam ob ſacrum cœlibarum ſpem omnem prolis abiecerat, Deum omnium bonorum datorem hæredem ſuum inſtituerit, extruẽdis deinde ac dotandis templis adeò intentus, vt mirum quibuſdam videatur, Principem ita religioni deditum, potuiſſe Imperij terminos ab hoſtibus defendere, Bohemiam ſubiugare, Burgundiam in deditionem recipere, Pannoniam Eccleſiæ Catholicæ adiungere, regnum ſuum locupletare, totamque Germaniã, Galliam, & Italiam pacatam retinere. Sed hoc exẽplo ſuo præclarè docuit, Principes, ſi velint, religione haud minus quam potentia, & ſacris precibus æquè ac armis militaribus in Repub. florere, & hoſtibus triumphare poſſe. Siquidem & Theodoſius Imperator contra robuſtiſſimum Eugenij Tyranni exercitum, vt Auguſtini verbis vtar, magis orando quam feriendo pugnauit, & hoſtes oppreſſit. Idem Henricus Vngarorum Apoſtolus haud temere dictus eſt, quod magnam præbuerit occaſionem per ſororem Giſelam Vngarorum Regi deſponſatam, vt Stephanus Vngariæ Rex, abiecto idololatriæ cultu, ſacro lauacro ablueretur, & vna cum vniuerſis ſuis ſubditis Chriſtianiſſimum amplecteretur. Qui Stephanus per Adelbertum, quem diximus, ſanctũ Epiſcopum Chriſto regeneratus, incredibili ſtudio & cultu venerandam Dei ac Domini noſtri Matrem proſequi cœpit, & ſanctus ipſe pater ſanctum filium Emericum in hoc pio inſtituto reliquit hæredem.

In lib. de Monaſterio Hirſaugiensi.

Principes nõ minus religione quam virtute & armis certare ac vincere poſſe. Cur S. Henricus dictus Vngarorum Apoſtolus.

Stephanus Vngariæ Rex Christianus factus, Mariam imperose veneratur.

Cæterum præter alia hic Stephanus ad cultum Virginis Baſilicam prorſus regiam in regia vrbe Albanenſi non modo fundauit, ſed fundatam etiam ſingulari tum munificentia, tum elegantia, vt anteà meminimus, cohoneſtauit. Omitto enim cõplura, quę Antonius Bonfinius de huius Baſilicæ admiranda præſtantia, variſque muneribus & ornamentis illi à dicto Rege attributis accuratè recẽſet: nec ſine dolore cogito, hanc quoque nobilem Vngariæ partem Chriſto & Virgini ademptam, ab immanibus verò Turcis occupatam, ac Mahometanis ſacris nunc impiè profanatam eſſe. D. Stephano autem Rege hæc adiicit Bonfinius: Aſſiduis Dinã Virginem precibus exorauit, vt ſe ſuumque regnũ perpetuo magna Mater patrocinio tueretur, cuius tutelæ ac poteſtati ſe Vngaroſque omnes addixerat, omniaque ſuorum ſtudia fortunaſque dicauerat. Quinetiam illud ſolenne promulgauit Edictum, vt omnes diem B. Virginis, quo inter Diuos relata fuit, inter celebratiſſimos haberent, Domina que diem appellarent, ac cætera eius feſta ieiuniis & ſingulari ſolennitate tranſigerent: hanc demum peculiarem ſibi pientiſſimamque Patronam in cælo terriſque ducerent. Quadam nocte, cæleſti percitus inſtinctu, clam ſine comite è regia prodiit, diſtentos nummorum loculos ferens, quos miſerrimo Chriſti popello diſtribueret. Quo quum veniſſet, ſtipemque viritim daret, inter petulantes rogatores mox orta ſeditio, Regi per contumeliam ab auidioribus pleriſq; barba diſtracta, & ne parua quidem ex parte conuulſa. At is nequaquam ex hoc ſuccenſus, imò ſolido quodam gaudio agitatus, in genitricis Ædem properauit, ac mox ante aram in terram procidens, ingentes Diuæ gratias egit. Regina, inquit, cæli ac Diuum magna parens, vnica Vngaricæ patrona gentis, immortales tibi gratias ago, quod me, quem Regem eſſe voluiſti, milites tui hoc modo tractarunt coſuerunt-que: Si has ab hoſtibus iniurias accepiſſem, tuo auxilio vleiſcerer. Proinde hinc futuræ felicitatis auſpicia capio, neque irrita Filij tui verba ſcio fore: quũ ſuis Apoſtolis ne minimum quidem è capite capillũ periturum eſſe receperit.]

Decreta Stephani Regis ad publicam venerationẽ Virginis pertinentia.

Stephanus à mendicis inducitur quomodo ſe Virgini ſanctæ commendarit.

Matth. 10

A c pluribus Bonfinius apertè demonſtrat, ſanctiſſimi Regis morem familiarem fuiſſe, vt nõ ſeipſum modo, ſed & filium Emericum, ac totum Pannoniæ regnum in ſingularem Mariæ perpetuæ Virginis tutelam frequenter ac reuerenter offerret. Qui cum aliquando hoſtium iniuria laceſſitus, bellum ad ſuos tuendos neceſſarium pararet, imprimis operam dedit, diuinam vt opem manibus & corde ſurſum erectis imploraret. ſimulque Mariæ, tanquam Matri & Dominicæ ſuæ, vim ab hoſtibus illatã ſuppliciter commenderet. Vide autem, quam id factat religioſe: Si placet tibi, inquit, Domina mundi, tuę partem hæreditatis ab inimicis deuaſtari, & nouellam Chriſtianiſimi plantationem diſſipari, ne quæſo ſinas illud imputari diffidentiæ meæ, ſed potius diſpoſitioni voluntatis tuæ. Si quid commeruit culpa paſtoris, ipſus luat: Oues quæſo inſontes ne patiaris affligi.] En tibi ſollicitum de grege ſeruando paſtorem, imò Regem alterumque Dauidem, qui in ſeipſum potius, quam in populum diuinam ſæuire vindictam ex animo precabatur. Moriturus autem hic Stephanus, cuius eximiam ſanctitatem frequentibus poſt mortem miraculis Deus commendauit, primum quæ ad probam regni adminiſtrationem facerent, prouide cõſtituit, ac deinde manus & oculos in cælum extollens, quantum fiduciæ in Maria collocatum haberet, ſatis hac eſt precatione teſtatus. Regina cæli, mundi inclita reparatrix (ob genitũ ſcilicet orbi Redemptorem) tuo patrocinio ſanctam Eccleſiam cum Clero & Epiſcopis, regnumque cum Primatibus & populo tuis precibus commẽdo: quibus ego nunc vltimum valedicens, animam quoque meam tuis manibus committo.] Hæc ille verba (ſicut Epiſcopus Cattuirius ad Colomannum Vngariæ Regem ſcripſit) corã regni ſui Primoribus protulit, ardenti quadam & ſuprema obteſtatione confirmans, quod maximè in votis habebat, Mariam vt Vngari præ cæteris gentibus ſibi Matrem patronãque perpetuam retinerent ac colerent: Eam enim ſibi commendatis multum opis atque ſubſidij apud

Stephani precatio ad Mariam in principio belli plena humilitatis.

2. Reg. 24

Stephani Regis morituri ad Mariam precatio & obteſtatio.

In hiſtoria Regis eiuſdẽ Stephani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imago veteris Vngarorum erga Dominimatrem.

Deum Opt. Max. posse impetrare: sicut posteà Vngari reipsa deprehenderunt. Ex quo tempore Vngaris cœpit esse solenne, vt, ne à sui Regis Stephani & Episcopi Gerardi Cananiensis, de quo iam antè diximus, vestigiis moribusque discederēt, Mariā Dominam reuerenter appellare, eius Basilicas & domi extruere, & foris ornare, ad eiusdem nomen corpus capútque submittere, huius & imaginé in pretio passim habere, & aureis etiam nummis imprimere. Atq; hunc illi spiritum, hæc pietatis exercitamenta cum primo fidei Christianæ lacte inde ab initio imbiberunt: hāc disciplinam primi Doctores ac Principes, qui nomē Christianum illic professi sunt, tā inclitæ genti iam olim traditum reliquerunt. Verumenimuerò quanto longius ab hac prima institutione Vngari deflexerunt, ſeque veteri epitheto, quo sanctæ Mariæ familia dicūtur, indigniores præstiterunt, tā B tò sanè minus patronam illam sibi fauentem experti sunt, ac nostro etiāseculo experiūtur. Igitur quę illorū Respub. sub tali patrona prius pulcherrimè stabat, & cū quouis florentissimo regno certabat, nunc eheu, fœdè dilacerata iacet, & partim à Mahometanis canibus maiorem in modū oppressa, se vix mouere iam & respirare potest, partim ab Ecclesiæ Catholicæ corpore auulsa, & in sectas varias dissecta, multorum capitum nobis horrendum quasi monstrum, aut certè corpus planè saucium & veluti confectum refert, nullam vt illic speciem vel vmbram pristini regiique splendoris agnoscere liceat. Verum de rebus Vngaricis abunde satis.

Cum Vngaris in feliciter agi post matatam religionem, cum familia Mariæ esse desinunt.

De reuerētia, quam Virgini Matri habuit Manuel Comnenus & Ioannes Comnenus imperatores aliique Græci.

Quid quod Manuel Comnenus Imperator Constantinopolitanus, cum ingentē de Vngaris victoriā retulisset, Deo & Virgini gratias dixit, publica nimirum processione instituta Constantinopoli, & Deiparæ imagine magno cum honore circumducta, quam Imperator ipse ac proceres omnes reuerenter comitabantur? Rursus Ioannes Comnenus, qui Michaelem præcesserat, cum suos milites à Scythis grauiter vrgeri ac premi cerneret, ad imaginem Dei Genitricis, quā præsentē habebat, cum gemitibus & miserabilibus gestibus sese cōuertit, ac tristes lachrymas fudit. Statim verò cælesti robore armatus, Scythicam aciem profligauit: & quemadmodum olim Moyses, extēsione manuum Amalechiticas turmas facilè dissipauit. Ob hanc victoriam de Scythis partam Ioānes idem vota Deo Virginique persoluit, & festum Pazinacarum, vt vocārūt, in rei gestæ monumentum gratique animi testimonium instituēdum curauit. Vicit & Persas, indèque triumphum egit, in quo magnifice quadriga est apparata, & à quatuor equis candidissimis ducta: Neque conscendit tamen D currum Imperator, qui cum victoriam Deiparæ, vt inuictæ Imperij collegæ, acceptam ferret, Dei genitricis imaginem in quadriga collocauit, & habenas eius quadrigæ viris potentissimis moderādas, & cognatis suis currum curandum dedit: ipse verò crucē manu gestans pedes incessit. Postea templum ingressus, atq, in cōspectu omnis populi ob successus gratiis Deo actis, in palatiū abiit. His Nicetas Choniates non obscure monet, quanta religio erga Virginē

Vide Nicetā Choniatem in Annalib. circa Ioannis Comneni Imperium.

Exod. 17

Maria vt inuicta imperij collega ab Imperatore habita, eique gratiæ dictæ post victoriam.

In Annalib.

Matrem eiusque sacram imaginem fuerit apud Græcos Imperatores, vt pace belloq; nostros, id est, Occidentales Imperatores, hac in parte propemodū illa ætate superasse videātur. Plura sunt id genus Græcorum Principum exempla, quæ tum ex Ioanne Zonara, tum ex Gregorio Cedreno Græcis historiographis (etenim ambo sub Henrico quinto ferè scripserunt) hoc loco repetere supersedemus. Idem Zonaras de sanctissima Virgine canonē, vt vocauit, proprium scripsit, eóq; propemodū hæreses omnes iugulauit, ex quo nos breues dūraxat sententiolas iuxta Genebrardi versionem excerpemus. Supplicationibus tuis, inquit, Virgo tuum ouile libera. A Manetis mania & furore, fac liberemur. Nobis vera sentētia (de fide) immota constet & maneat tuis intercessionibus, ó omnium Regina. Nos omnes in Filij tui decretis firma, Virgo Dei genitrix. Tu animæ mœ tribue, vt bona eligat. Ab aerij impietate, ó omnium Regina, eripe me. A Leonis Isaurici impietate, Dei genitrix, fac liberemur.] Etsi verò certū non habeamus, quo seculo vixerit Matthæus Philadelphiensis Ephesiorū Archiepiscopus, cuius precationes Alardus Amstelrodamus primum Latinè conuertit, tamen quoniam à præsenti ætate non procul abfuisse videtur, illius quoque Mariā implorātis verba quædam subiiciam. Sic autem inter alia multa pronunciat: Ad te, quotquot sumus Christiani, tēpestate iactati cōfugimus: in tuo vnius præsidio acquiescimus tuo imperio auspicio ductuq; classem quoquo versum solutā dimittimus. Tu terra marique, ó Maria, vsquequaque ades periclitantibus. Ac te quidē mōstrantes benè tranquillum diuitiarum portū, aduersus exortos tentationum impetus tutissimam ac fir- C missimam de puppi iacimus anchoram, excitasque nobis è vita varias tentationum procellas, te auspice consopimus atque sedamus.] Vocat eandem Virginem totius ciuitatis nobile triclinium, sacratissimum templum Dei Patris, aulam & thalamum immaculatum Filij, & sanctissimum sacrariū Spiritus sancti. Precatur illam, vt faciem suam non auertat à se peccatore, sed potius confugientē clientem respiciat pro solita benignitate, eumque malis animi perturbationibus atq; tentationibus liberet, vnigenito Filio suo pro se supplicando. Postremò Scheyrēses Dominos & Comites præterire non debeo, vtpotè olim tam insigni nobilitate commendatos, vt ex illis complures Bauariæ Principes extiterint, tantæq; pietatis laude cumulatos, vt suum præcipuum castrū in Scheyrense Monasterium, quod etiamnum apud Bauaros extat, conuerterint, suæque familiæ perpetuam illic delegerint sepultura. Cùm verò illi quibus in Scheyrense castrum quod diximus, ius cōpetebat, tanquam vltimi hæredes aliquando cōuenissent, iuri suo cedentes, quicquid hoc bonorum erat, beatæ semper Virgini prōptè obtulerunt atque consecrarunt, Tritemio teste. Sed ò infelicem nomine ac re Ducem Arnoldum, qui quum suam partē dæmoni quam Virgini deuouere mallet, à dæmone tādem abreptus, & in vicinum lacum proiectus, crudelitatis simul & impietatis pœnas exoluit.

Ioannis Zonaræ reuerentia erga Virginem Matrem dicta.

Testimonium Matthæi Philadelphiensis apud Ephesiū metropolitanum laudatum, Virginē præclare commendantis & inuocantis.

Imprecatio ad sacratissimam Virginem primas & secundas.

Epitheta virginei matrisq; tributa.

Comites Scheyrenses castrum suum in Monasterium conuertēsum, & vitæ offerunt.

De orig. eorū Principū & Ducū Bauariæ.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

Testimoniis fide dignis euinci, quod Deiparæ virginis cultus à tempore Ottonis Magni ad Mauritium Cæsarem vsque præclarè viguerit in Ecclesia Dei.

NON

NON satis est de Fridericis & A Ottonibus verba feciſſe, quorum seculo, id est, ad Christi annum 938. suum Mariæ cultum, quem etiamnum peragimus, detulit Ecclesia: quemadmodum historiographi Græci & Latini multis modis testatum faciunt. Nos vt promissum pēsum absoluamus, ab Ottone Magno, qui multas Ædes sacras extruxit, ad Mauritium Cæsarem vsque progrediemur, vt hoc etiam quasi trecenario seculo non obscura vestigia, sed euidentia documenta de Mariæ cultu publicè instituto atque seruato, in lucem proferre pergamus. Vbi primum se nobis offert Germanus Constantinopolitanus, vt sanctissimus, ita & celeberrimus Patriarcha, qui sub Constantino Copronymo contra Iconomachos pro Ecclesia præclarè certauit, & inter cætera hoc modo scripsit. Ancillam & Matrem Christi existentem verè pro nostro genere intercedentem præsentissime, ita vt Dominus quidem noster salutem dispenset, illa verò materno affectu pro nobis poscat agnoscimus.] Ac alibi rursus Matrem Domini compellans, pro concione publicè dixit: Quis post ruum Filium ita generis humani curā gerit, sicut tu? Quis ita nos defendit in nostris afflictionibus? Quis tam citò præueniens nos ab irruentibus liberat tentationibus? Quis in supplicationibus adeò pugnat pro peccatoribus? Quis ea, quæ corrigi non possunt, adeò repugnando excusat? Tu enim cum habeas maternam apud Filium tuum fiduciam & potentiam, nos qui sumus condemnati, & non audemus intueri ad cęli altitudinem, tuis intercessionibus ei efficis familiares.] Atque vt eiusdem seculi, imò Ecclesiæ fidem & consuetudinem certius agnoscamus, hoc idem fidenter adiungit: Quāobrem is qui affligitur, ad te confugit. Qui iniuria afficitur, ad te accurrit. Qui est rebus asperis & aduersis implicatus, tuum inuocat auxilium.] Et concludit tandem: Omnia tua sunt admirabilia, ó Deiparæ omnia supra naturam: omnia ingentia & aliorum vires superantia: propterea & patrocinium tuū maius est, quam vt intelligentia comprehendi possit.] Ac iterum in alia concione Mariam his verbis implorat: Domina Dei mater da piis, qui tuum festum peragunt, auxilium tuum, protectionem & defensionem, eos omni ex parte liberans tuis intercessionibus ab omni necessitate & periculis, morbisque grauibus, & omnigenis calamitatibus. Eos autem collocа, vt mater Domini, in loco deliciarum, vbi est lux, & pax, & rerum expetendarum summum bonum.]

Etiam ante Ottonem Magnum Mariæ cultum in Ecclesia viguisse S. Germani authoritate probari.

In Epistola ad Ioannem Episcopum Synnadon.

In Hom. de xana & sabbatis Deiparæ.

Eximia Mariæ commendatio a Germano Patriarcha recitata publicè de illius erga nos charitate atque potestate.

Confessio Ecclesiæ de Mariæ præstantia & potestate.

Homel. in dormitionem Deiparæ.

Quomodo æstimanus Mariam inuocat.

CÆTERVM inter alios hæc ætate florētes Theologos, Theophylactum, Strabum, Rabanum, Haymonem, Ionam, Alcuinum, Isidorum (à singulis autem suffragia petere longum sit) non parum excellit Ioannes Damascenus, qui licet ab Iconoclastis tunc maximè tumultuantibus, vt antea probatum est, iniquè crudelitérque tractaretur, tamen in honore Mariæ asserendo sui semper similis fuit, ac de illa honorificentissimè scripsit. Hanc Sanctis sanctiorem, sacris sacratiorem, & piis magis piam: pontem itidem ad vitam, & scalam ad cælos, & diuinum thesaurum appellat. Mane, inquit, nobiscum, quæ es nostra consolatio: quæ es nobis vnicum in terra solatium.] Ac rursus: Inuituperabilem, Deipara, spem tuam habens seruabor: defensionem tuam possidēs, perquā pura, non timebo: persequar inimicos meos, & in fugam vertam, solam habēs vt thoracem, protectionem tuam, & omnipotens auxilium tuum. Et deprecor clamans tibi Domina, salua me intercessionibus tuis.] Item: Gloriosa semper Virgo Mater Christi Dei adduc nostram deprecationem Filio tuo & Deo, vt saluet per te animas nostras.] Ac iterum: Misericordiæ ianuam aperi nobis benedicta Deipara: liberemur per te à calamitatibus. Tu enim es salus generis hominum.] Et paulò post: Omnem spem meam in te repono Mater luminis, serua me sub protectionem tuam.] Vbi [a] Chemnitius & Centuriatores Damasceno succensent, viro alioquin, vt [c] Suidas confirmat, eruditione & eloquentia præstantissimo, nec vlli eorum, qui suā ætate vel doctrina, vel nominis celebritate claruerunt, secundo. Cur verò tam præclaro & Orthodoxo Doctori succensent, obsecro, qui sui muneris proprium esse ducit, gratum se Virgini exhibere, quam adeò sibi propitiam ac beneficam reipsa compererat, vt sicuti anteà memorauimus, manum sibi resectam miranda illius ope diuinitus recuperarit?

In Homelia de sancta Maria.

Ad Mariam toto affectu confugiendū

In Luc. Cur Maria iisdem fere verbis ab Elizabeth salutetur, quibus ab Eliza beth prædicetur Luc. 11. Luc.

IAM verò Beda cum Damasceno eadem de Maria scripsit, sui temporis Magister, vt ab Albino dicitur, nobilissimus, vel, sicut Ionas Aurelianensis cū vocat, ætatis eius peritissimus ac præclarissimus doctor: qui simul ob religionem, doctrinam atque virtutem excellentem, Venerabilis cognomentum est adeptus. Huius voces & exhortationes extant perspicuæ: Seruiamus semper tali Reginæ Mariæ, quæ non dereliquit sperantes in se. Cum diligat orationes Sanctorum Christus & exaudiat, multò magis Matrem suam exaudit pro peccatoribus orantem.] Ac rursus: Stat Maria in conspectu Filij sui, non celsans pro peccatoribus exorare. Toto igitur affectu confugiamus aduenite, vt per suas orationes ducat nos ad illa gaudia, vbi ipsa manet cum Filio sine fine.] Præterea obseruandum in Euangelio esse docet quod Maria Virgo à cognata Elizabeth & Gabriele Archangelo eadem voce benedicatur, quatenus & Angelis & hominibus veneranda, & cunctis merito fœminis præferenda monstretur. Verè beata Parens, inquit, quæ, sicut quidam ait, enixa est puerpera Regem, qui cælum terramque tenet per secula.] Adiungam & Idiotam, quoniam Genturiatores eundem huius æui scriptorem statuunt, qui modestiæ causa nomen suum supprimere, & vilem hanc appellationem assumere voluisse videtur, Philosophus alioquin profecto Christianus minime rudis, nedum Idiota existimandus. Hic toto libro Mariam celebrat, quem idcirco in quibusdam huius authoris operibus malæ fidei typographi turpiter omiserunt, eámque pulcherrimam mulierem, Virginem gloriosissimam, thesauriam gratiarum, aduocatam miserorum, & post Christum filium vniuersæ creaturæ Dominam vocat. Huius gloriosæ animæ nihil vnquam turpitudinis, vitij aut peccati adfuisse, & rursus nihil spiritualis pulchritudinis, gratiæ & virtutis eidem defuisse testatur, cui nemo demū æqualis, qua nemo maior, nisi ipse Deus existat. Cæteri Sancti, inquit, iure quodam patrocinij pro sibi specialiter commissis plus possunt prodesse in curia Altissimi, quam pro alienis. Beatissima verò Virgo Maria sicut est omnium Regina, sic & omniū patrona & aduocata, & cura est illi de omnibus.]

Testimonium Idiotæ in libro contemp. de Virgine Maria, eiusque puritate, dignitate & inuocatione.

Maria Sanctis reliquis præstantior in vita

Celebriores huius ætatis doctores de Maria colenda & inuocanda cōsensisse, & imprimis Damascenum.

Quam præclare Damascenus Mariam celebret, habeatque pro aduocata.

[a] In Lexico. Aduersarios Damasceno perperam indignari ob Mariam honoratam & inuocatam. [b] Venerabilis Bedæ testimonium, Mariam ipsius seculo, inuocatam fuisse, & inuocari debere. [c] Centur. 8. c. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& intercessio ne formalium patroni & adiuuata.

Centur. 7 cap. 10

De fraudulosa horum locorum cura Centuriatorum.

Vbi rursus artem suam exercuit Centuriatores, & aduersus hunc insignem Matiæ amatorem oblatrât, qui Pontificios seriores, vt ipsi vocant, de Mariæ intercessione & adoratione strenue promouerit atque confirmarit. Atqui seipsum satis explicat & defendit doctus hic Idiota, quod citra diuini numinis iniuriam in Maria prædicanda versetur, cum expresse dicat: Per ipsam, & in ipsa, & cum ipsa, & ab ipsa habet & habiturus est mundus omne bonum, scilicet super benedictum Filium eius, Dominum nostrum Iesum Christum, qui est omne bonũ, & summe bonum, & sine quo nihil est bonum, cum solus bonus sit.] Quod autem de Mariæ adoratione obganniũt, iam anteà diluimus, & Ionas Episcopus Aurelianẽsis, præsentis etiam seculi non ignobilis Theologus, abunde diluit, vbi Claudio Taurinensi Iconoclastarum patrono in hunc modum, sicut & antè citauimus, concinnè respondit: Virginem quæ peperit Christum, non adoramus, sed sanctã Dei genitricẽ congruo honore veneramur, eiusque intercessionẽ apud diuinam Maiestatem humiliter flagitamus. Nec immeritò: quippe quoniam per eam authorem vitæ suscipere meruimus, & pro eo quod eadẽ sancta & intemerata Virgo Maria, quę vtique Deum & hominem nobis edidit, Dominum videlicet Iesum, à cunctis fidelibus piè colitur amore, & debito veneratur honore.]

Lib. de cultu imaginum.

Quomodo Catholici Virginem colant, ac colendam esse doceant, iuxta Ionam Aurelianensem.

MERETVR hic suum quoque locum Gregorius Magnus, qui Mauritij ætatem aspexit, ac superioribus fortassis omnibus præferendus est, quoniã primariis illis Latinæ Ecclesiæ doctoribus quatuor annumeratur, & in Ecclesia gubernanda mirificus, ne dicam incomparabilis Pontifex fuit. Is tanti Mariam habuit, vt eam dicat montem in vertice montium ab Esaia vocatam, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendat, quæque incomparabilibus meritis illustretur. Idem suis concionibus templum Matiæ maioris, vt vocãt, sæpè decorauit, atque supplicationes publicas illic haberi iussit, in quibus ob barbarorum incursiones, & ad pestis sæuitiam arcendam Litaniæ decantarentur. Missi reliqua faciam, quæ idem in Deiparæ honorem, vt alibi diximus, constituerit, ac in Ecclesia decantanda reliquerit, quantique sacras Marię imagines amicis religionis ergo donatas fecerit, ac etiã publicè circumferri probarit. Tum Sergius Pontifex, qui Iustiniani secundi Cæsaris fuit æqualis, quatuor festis diebus, nimirum Annunciationis, Purificationis, Natiuitatis, & Assumptionis Mariæ, Litanias iam antè vsitatas, ac tunc etiam recirandas assignauit: quemadmodum meminit etiam Sigebertus. De Panthæo iam anteà rationem reddidimus, quo pacto ex instituto Bonifacij quarti templum hoc Cybele & Dijs Ethnicorum antè sacratum, in Marię Virginis omniumque Martyrum sit Romæ piè conuersum: Phoca nimirum imperante atque consentiente. Laudatur Ioannes quoque Pontifex eius nominis sextus vel septimus, quod inter multa opera illustria (Bedæ verbis vtar) sanctæ Dei genitrici opere pulcherrimo fecerit Oratorium, idque in Ecclesia B. Petri Apostoli construxerit. Nec tacendus est Rupertus primus VVormatiensis, ac deinde Ratisbonensis Episcopus, qui & Laureacensem, siue, vt nunc loquimur, Salisburgensem fundauit Ecclesiam, & Bauaris Apostolum sub duce Theodone sinceriſsimum præstitit, cum regnaret Iustinianus. Anno erat plus minus quingentesimus octogesimus a partu Virginis, vt Bauarorum Annales ineicant, cũ ille dictum Bauariæ Principem Theodonem, huiusque fratrem Theobaldum, ac inultram vtriusque familiam Christianæ fidei mysterijs initiauit, ac initiatos eò permouit, vt Ratisbonæ & Oetingæ templa Virgini Matri ponenda curarent: sicut antea pluribus est commemoratum. Vtrumque templum veteris capellæ retinet nomen, sed celebrius est Oetingense non procul ab Oenositum, & maiore miraculorum gloria in hunc vsq; diem cohonestatur. Post hæc sacras id genus Ædes, quas Rupertus eiusque socij consecrarunt, per omnem Bauariam singulari studio cœptum est ædificari. Habuit & suum Apostolum Bonifacium Germania, Archiepiscopum nempè Moguntinum, simulque Christi martyrem, qui primum Ecclesiæ Herbipolensis Episcopum, quum Zacharias Pontifex regeret Ecclesiã, S. Burckhardum instituendum curauit. Is Burckhardus in honorem Deiparæ monasterium circa menum instituit, certisque prædijs ac prouentibus locupleratuit, sicut & S. Gertrudis aliud Dei genitricis templũ vicino in loco condidit, quemadmodum Eginhardus ostendit. Quid ego de Plectrude Pipini Regis coniuge nobilissima dicam? quæ in honorem Deiparæ Virginum nobilium collegium non modò Coloniæ instituit, sed & amplis muneribus ita dotauit, vt Regale Capitolium in sanctimonialium templũ piè conuersum reliquerit. Extat apud Moguntiacum ades, quæ ad nostram Dominam adhuc appellatur: eam Sigefridus Archiepiscopus, quum ex Palæstina rediisset, condidit, sicut & Otto Bambergensis antistes ac Pomeraniæ Apostolus, id genus plures in Mariæ honorem Ecclesias diligenter extruxit. An non Argentinenses permultum debent optimo Regi Clodonæo, qui templum primarium ipsis erexit, & ad Deiparæ cultum voluit consecrari?

Efaiæ Lib. 1 expositionis in Is. 1. Reg. cap. 1

Maria etiam à Sergio Pontifice iubetur honorari publice.

In Chronico.

Bonifacius & Ioannes Pontifices Mariæ templa erexerunt.

S. Rupertus in Mariæ honorem templa condidit in Bauaria.

Vide Ioan. Cuspinianum de Austriæ Bauariæ.

S. Burckhardus S. Gertrudis, Plectrudis, S. Kiliani, Otto Bambergensis & Clodonæus templa condiderunt.

In vita S. Burckhardi lib. 2. cap. 8 & 9.

QVOD si ad Synodos veniendum est, Claremõtana legem vel tradidit, vel confirmauit, vt horariæ preces Virgini sacrosanctæ in Ecclesia recitentur, vtque Sabbatinus dies illius cultui peculiariter attribuatur. Qui verò de præstanti Cardinale & Episcopo Ostiensi Petro Damiano scribunt, ad Gregorium VII. Pont. Maxim. referunt hoc institutum, quod ferè obliteratum, per eundem Damianum in vsum reuocari cœperit, nimirum vt sacris initiati omnes, ad sacrum cultum Deiparæ Virgini exhibendum, quotidie pensum persoluant horarium. Neque in dubium vocari potest, quin multa Concilia, præsertim in Germania & Gallia illo tempore celebrata, sicut Francofordiense, Moguntinũ, Aquisgranense, VVormatiense, Coloniense, Triburiense, Turonense, Cabilonense, Rhemense, Arelatense, in eo Mariæ cultu, quẽ iam antè veluti per manus traditum acceperant, constanter acquieuerint. Etenim septima Synodus Oecumenica, quæ & Nicæna secunda dicitur, sub Adriano Pontifice habita præcesserat, quæ non solum Iconomachorũ furorem atq; contumaciam egregiè castiganit, sed etiam pleraque ad Mariæ & Sanctorum cultum pertinentia liquido comprobauit, potissimũ, vt sacras imagines sub piã veneratione cultũ eadere, ac eas reuerenter vbique habendas esse constaret. Et quanquam Iconomachi suam Pseudosynodum, Constantino Copronymo id maximè procurante, Byzantij celebrare, & Catholicam de imaginibus sententiam explodere conarentur,

Synodus Claromontanæ varias preces Mariæ dicendas esse præcepit.

Vide Elmerannum Rauennatem lib. 5. historiæ.

conarentur, tamen & illi, quod sanè mirum est, nosque alibi significauimus, suum Mariæ Virgini cultum tribuendum esse sanxerunt, & apertum in eos anathematismum promulgarũt, qui Deiparæ cultũ inuocationis adimerent, eamque omni creaturæ, siue visibili, siue inuisibili non anteponerent. Eandem inuocationẽ Pseudocatholus agnouit, author nimirum libri aduersus sacras imagines non ita pridem editi: hunc enim suppositium partum Caluinus & alij Nouatores Carolo Magno nunquam Iconomacho, semper autem Catholico Principi, haud sine aperta fraude impudenter affingunt. Sed horum malitiam alij detexerunt, ac solidè dissiparunt. Suntque non pauca & præclara dicta in hac ipsa Nicæna Synodo, quæ fidem nobis certam faciunt, Patres illos de Mariæ cultu nihil tunc noui decreuisse, sed iam antè receptam & vsitatã in Ecclesia venerationem ac inuocationem Virginis maiori quidem authoritate communiuisse. Ex hac veteri fide ac traditione manat, quod Tharasius Episcopus Constantinopolitanus, Vir eo tempore clarissimi nominis, in hunc modum scripsit: Obsecro intercessionem sanctissimæ intemeratæ Dominæ nostrę Deiparæ & semper Virginis Mariæ.] Ex eodem fonte Theodosius Amorrij Episcopus, vt coram Synodo iuuin reuocaret errorem, fuerat enim Iconomachus, hęc publice profitetur: In primis approbo, suscipio, saluto, & veneror ante omnia intemeratã Domini Iesu Christi veré Dei nostri imaginem, & eius quæ ipsum sine semine peperit, sanctæ Matris Virginis, cuius etiam auxilium, protectionem & intercessionem nocte diuque vt peccatori mihi subueniat, inuoco, vt quæ eam potestatẽ habet ab illo, quem in mundum edidit, Christo Deo nostro.] Hanc professionis partem cum sequentibus, tota Synodus approbauit, ac demùm ita concluſit: Cum timore Dei omnia agamus, postulantes intercessiones incontaminatæ Deiparæ, & semper Virginis Dominæ nostræ Mariæ.] In hac ipsa fide Constantinus eius nominis quartus Cęsar qui sub Agathone Pont. coram interfuit Synodo Constantinopolitanæ tertię, ingenuè professus est, quod speraret veram atque celerem salutem à multorum munerum datore Deo, sanctæ & immaculatæ Deigenitricis, præsentisque Synodi intercessionibus. Verùm enimuero etsi Principum, de quibus mox plura dicemus, & Episcoporum & Pontificum, adeoque totius Oecumenici Cõcilii authoritas, in cuius sententiam Christianus orbis planè concessit, non modo Mariæ & Sanctorum, sed & sacrarum imaginum venerationem in cultum grauissimè tueatur, tamen hæc tam grauis & irrefutabilis Ecclesiæ censura neque per tidos Græcos tunc commouere potuit, neque nunc nostros aduersarios vel tantillùm excitat, vt à damnato discedant errore, & cum Ecclesia suum honorem sanctissimę Virgini, & inter Sanctos velut Phœnici, legitimè largiantur. Vtinam ergo tandem iusto iusti Dei iudicio Germanis, aliisque Hagiomachis non occidat, quod Græcis cultum imaginum abnegantibus, seque ab Ecclesia præscindentibus iam accidisse videmus. Etenim cum scissa religione Imperium Romanum simul amiserunt, & excussum Ecclesiæ iugum cum iugo Mahometano infelicissimè cõmutarũt. Adeo funestũ & exitiosum semper mortalib. fuit, cũ Deo diuisque bellũ gerere, ac veteris reli-

Iconomachos vna cum Catholicis conuenire aduersus Mariæ inuocanda & Sanctis omnibus præsentia.

Nicæna Synodus secunda sanxit antea in ecclesia Deiparæ cultum approbat & cõfirmat, sicut quotidiana Patrum in illa cõfessiones ostendunt.

In 6. congressu Nicæna Synodi secundæ. Act. 8. 6. Synodus Constantinopol.

Inexcusabiles illos esse qui contra totius Ecclesiæ sententiam honorem & cultum Deiparæ prosternant.

Pertinacia & exitiosa nostra tempestate pertinacia religionis.

Varia Concilia cum Synodo septima veterem confirmasse morem Ecclesiæ Mariam publicè inuocandi.

Sub hoc Imperatore Carolo, & deinde Matiam in Septentrione solennius honoratam esse.

Centuriatores iniquè cæpût vtriusque status principes Mariæ cultum hoc seculo ampliorem vel confirmantes.

Nouum quasi lucem orbescit religionis in Germania sub Carolo Magno apparuisse.

De Monasterien. Episcopatu. Caroli filius Lodouicus mausoleũ quoque constituit.

In Metropoli lib. 1 cap. 10

In Chronologia Spirensi. In Chronico Regu Dagoberti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

honorem oppidum Rubeiacum, totamque ditionem circumiacentem in Ecclesiam Argentinēsem, Mariæ patronæ dicatam contulerit. Bone Deus, quanta tunc cura sacrorū Reges & Cæsares tenuit, præsertim exēplo Caroli Magni illis prælucente, qui nouem Cathedrales seu Episcopales erexit sedes ac tertiam bonorum suorum partem XXI. metropolitanis Ecclesiis testamento legauit: qui præterea ferre non potuit ędituos, si quid indecens aut sordidum in templum inferri, vel in eo relinqui sinerent, quique sacrorum vasorum ex auro & argento, & vestimentorum Sacerdotalium nihil ministris deesse passus est, qui rursus manè & vesperi, nisi grauibus negotiis impediretur, ac nocturnis etiam horis & sacrificij tempore templum libenter adiuit: & qui demum illic cuncta honestissimè peragi magnopere procurauit. Sedenim quantum hodie, vt noua inuehatur religio, in Mariæ templis & sacellis euertendis atque profanandis impigrè laboratur, tantum ad Catholicam pietatem in orbe prouehendam & ornandam iam olim à Christianis Principibus & Regibus, præsertim Carolo, Lodouico, Lothario, Dagoberto curatum atque perfectum est, vt Ædes Mariæ nomine & honore insignes, raris columnis, ornatu eximio, Regio splendore illustres, sępè sublimitate mirabiles, longitudine & latitudine vastæ, variegatis marmoreisque incrustationibus obtectæ, sed & picturis imaginibusque præstantibus, quasi quibusdam radijs resplēdentes passim extarent. Qua in re suam quoque laudem promerentur Principes Greci, & quasi cum Latinis certare videntur. Nec enim solum Cyriacus Patriarcha sanctæ Deiparæ ædem, quæ Diaconissæ dicitur, eleganter extruxit, sed & eodē ferè tempore frater Mauritij Pertus aliam Aedem Mariæ Virgini posuit, tum eiusdem Cæsaris, sororius Philippicus, qui cum Persis dimicauit, Mariæ nomine Monasterium condidit, sicut Zonaras exponit. Vixit sub Imperatore Michaële Cæsar Barda, & contra Cretenses Agarenos pugnaturus, primum ad Deiparæ Aedem cognomento Hodegiā, quasi viæ ductorem dicas, abiit, vt suam salutem omnemque belli successum tali patronæ commenderet. Theophilus verò Imperator, qui circa Lodouicum primum floruit, & si pro Iconomachis stare videretur, tamen singulis hebdomadibus in Aedem Deiparæ Blacherinam proficiscebatur, dicertè affirmans, se Christo Seruatori & Dei matri fidem seruaturum esse. Verum plura id genus & præclariora & antiquiora Græcorum exempla mox dabimus, ne quisquam putet à Mauritij vel Gregorij temporibus Deiparæ cultum in Ecclesia Græca & Latina duntaxat inualuisse, vel modicè inchoatum fuisse.

Quantam curam sibi sint cultus in templis exercendi Carolus Magnus, eiusque successores habuerint.

Veteri seculo placuit cultus & ornatus, nūc vero neglectus & contemptus templorū Mariānorum placet.

Nō modo Latini sed & Græci in Matris templis recondendis & colendis exercentes.

CAPVT XXX.

Eiusdem Deiparæ Virginis, venerationem atque cultum non à Gregorio Magno sumpsisse initium, sed à Mauritio Cæsare vsque ad Constantinum Magnum in Ecclesia passim etiam agnitum, receptum & vsitatum extitisse.

Mariæ & Sanctorum cultus à Gregorio sui temporis, iuxta sententiam aduersariorum & præsertim Philippi Melanchthonis.

In Consilio ad Regem Galliæ perscripto, & in lib. de Eccles. a in articulo de inuocatione Sanctorum

AVDACTER quidem, sed parum vere pronunciant, qui Mariæ Virginis cultum & inuocationem aut rem nouitiā faciunt, aut saltem Gregorij Magni seculo notam & introductam esse contendunt. Ac profecto illi aliquid dicerent nec omnino reiiciendi forent, si præceptor illorum, quem sequuntur, Philippus Melanchthon hoc rectè scripsisset: *Inuocatio Sanctorum res noua est, ignota veteri Ecclesiæ ante Gregorium, qui publicum ritum invocationis Divorum instituit.* Tum in [a] Apologia, quæ Augustanæ Confessioni annexa est, ab eodem architecto scriptū legimus, veteres scriptores ante Gregorium de Sanctorum inuocatione nullā fecisse mentionem. Idem de hoc Gregorio genere Melanchthonis Peucerus blaterat, neque dissentit Rupertus Baras Anglus, Gregoriū nobis Litanias instituisse confirmans. His demū [b] Chemnitius stipulatur, cū dicere non veretur, quòd nunc in Litania Sanctos inuocamus, nouā esse Gregorij Magni additionē. Atqui [c] Basilius Magnus, [d] Victor Aphricanus, & Agapitus Pontifex, qui sunt Gregorio Romano vetustiores, Litaniarum institutum cōprobant, Gregorius verò maiores, vt vocant, Litanias siue supplicationes, quæ in festo S. Marci hactenus haberi solent, grauī de causa instituit, & aliquando vt certo loco & tempore omnes hominū ordines ad huiusmodi Litanias Romæ congregarētur edixit & ordinauit. Qua de re nō modo [e] Paulus Diaconus & [f] Gregorius Turonensis, sed etiam libri Rituales & epistolæ Gregorianæ non obscurè loquuntur. Ac tunc Litaniarum vsus in Orientalibus etiam Ecclesiis tàm erat vsitatus, vt sub Anastasio & Mauritio non solum interdiu, sed & noctu Litaniæ à fidelibus discalceatis apud Blachernas, vbi Virgo solenniter celebrabatur, publicè decantarentur. Sed & [g] Eustachius Presbyter indicat, cùm pestis in vrbe Constantinopolitana diu multúque grassaretur, populum ad supplicationes publicas in Blachernis, id est, ad Aedem solennem Virginis conuenisse, illicque direluis extinctionem sub Eutychio Patriarcha, qui Gregorij Magni fuit æqualis, impetrauisse. Tum in Gallia Christiani Litanias in vsu habuerunt, præsertim ex Mamerti Episcopi Viennensis institutione, qui Gregorio Magno fuit antiquior, eamque institutionem ante ascensionem Domini triduo retinendam esse, confirmant [h] Gregorius Turonensis & Cæsarius Arelatensis, hisque duobus posterior Synodus [i] Moguntiaca. Cum verò ante annos ferè quingentos vani essent ac impij homines, quibus hoc Litaniarum institutum improbaretur, rectè illos corripuit Hildebertus doctus Episcopus Turonensis, & inter cætera scribit: Quod vniuersalis Ecclesia Latanias insistat, quòd in lachrymis & in spiritu cōtribulato dicere consueuerit: Sancta Maria ora pro nobis, nec indoctus ignorat cū audit.] Subiungit porro, in hac ipsa Ecclesiæ cōsuetudine omnibus acquiescendum esse, quod illi & ratio & veritas suffragetur, iuxta illam Augustini regulam: Ratio & veritas consuetudini proponenda est, sed cum consuetudini veritas suffragatur,

Li. 4 Chronicorum.
In li. de vitis Pontificum.
An Litaniæ à Gregorio Magno profectæ sint.
b in examine Concilij Tridentini: de Sanctorum cultu. c Epist. 63 ad Clericos Ecclesiæ Neocæsariensis. d lib. 3 de persecutio. Vandal.

Supplicationes & Litaniæ hoc seculo in Oriente vsitatissimæ.

e Lib. 3 de reb. Longobardor. cap. 11
f Lib. 10 hist. Lib. 11. cap. 2.
g in vita Eutychij Patriarchæ.
Ante Gregorium Litaniæ à S. Mamerto institutæ & in Gallia celebratæ.
h Li. 2 cap. 4 Homil. 3 Can. 13 Epist. 23
Litaniarum institutum Romæ tempore Gelasij Papæ renouatum.

LIBRI QVINTI CAPVT XXX. 1134

A priuatim, tum publicè inuocarent. Siue autem cum hoc Andreæ vnus idemque sit alter ille, qui Cretensis Episcopus dicitur, siue non sit (quidam enim inter Andream vtrumque distinguunt) plenis & ille velis, vt aiunt in Virginis nostræ laudes excurrit, & eum dormitionem eius inſigniter celebrat, in hæc quoque verba prorumpit: Placa Dominum pro communi figmento. Nam quamdiu quidem versabaris in terris, te habuit parua terræ portio: ex quo autem translata es è terra, te vniuersus mūdus continet, commune propiatiorum.] Eandem humanæ naturæ Reginam, eamque mulierem vocat, quæ cælorum superet naturam puritate, & Virginem Seraphim supremis Angelis præstantiorem facit, præsertim ob miraculum Dei ex ipsa procreati. Tum alibi Mariam Christianorum B fidei propugnaculum, & eorum, qui spem in ea collocant, propugnatricem, omnumque hominum Dominam, nec modò sanctam, & Sanctis sanctiorem, sed & sanctissimæ sanctitatis omnis thesaurum appellat. Quid autem istud est aliud, nisi summis & amplissimis honorum titulis, quos Mariomastigum, & præcipue Centuriatorum nostrorum aures ne ferre quidem possint, Deiparam exornare, illamque omnibus merito inuocandam, sicut & ipse luculenter eandem inuocat, confirmare?

Andreæ Cretensis Deiparam inuocat & omnia propitiatorium vocat.

In encomio de dormitione Virginis.
In alio encomio de eadem Deipara.
Eadem appellatur Deipara Virgini auributa.

Testimonium S. Indigenti Deiparam exhortantis quod fit fenestra & scala cæli, & fœminarum restauratio.

AEQVE luculentus est in Maria laudanda Fulgentius Ruspensis in Africa Episcopus, & Augustini sedulus imitator, qui sub Anastasio Cæsare florens, Deiparam cæli fenestram & scalam, fœminarumque restaurationem esse dixit, vt quæ C omnibus ad se confugientibus fœminis subueniat, easque ad se venientes restauret. Facta est, inquit, Maria fenestra cæli, quia per ipsam Deus verum rudit seculis lumen: Facta est Maria scala cælestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras, vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cælos. Facta est Maria restauratio fœminarum, quæ per ipsam à ruina primæ maledictionis probantur subtractæ.] Iubet igitur ad Mariam accedere Virgines, & concipientes, & parturientes, & lactantes, & demum vna cum inuenculis matres. Ex eodem Fulgentio citat Vincentius hanc sententiam: Tali ergo tantęque personæ nihil tandem ad honoris cumulum accedere maius posset, quàm vt Dei Filium Virgo conciperet, & Virgo mater ederet. Hac nempe dignitate facta est venerabilis ipsis etiam Angelorum Ordinibus sacris. Validissimus Hæreticorum malleus Augustinus (sic enim à Bernardo dicitur) ita Deum inuocauit, vt cum aliorum Sanctorum, tum Deiparæ Virginis patrocinio libenter adhiberet ac peteret. Hinc illa eius precatio: pie & misericordissime Domine, ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea, sed propter bonitatem tuam suscipe preces serui tui, & da mihi effectum petitionis meę & desiderij mei, intercedente & orante & impetrante gloriosa Virgine genitrice tua Maria, Domina mea, cum omnibus Sanctis tuis, Amen.] Et notum est illud canticum, quod multi eidem Augustino tribuunt: Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo.] Tum Petrus Chrysologus multas Mariæ laudes concinit, vir tā vitę sanctitate, quàm omni eruditionis genere prę-

In sermone de Laudibus Virg. Maria fenestra cæli, quia per ipsum Deus verum rudit seculis lumen.
Ad Mariæ dignitatem nihil posse accedere.
Lib de laudibus Virginis. Serm. 80 super Cantica.
Augustinus Mariam inuocauit.
Libro Medit. c. 35.
Serm. 2. de Annunciat.

Veterum testimonia, quibus Gregorij & Mauritij tempus usque ad Constantinum de Mariæ laude cultuque quæ scripserint *Grat. in salutationem Angelicam.* Andreæ Hierosolymitani Mariam excolentis ac venerantis testimonium.

quomodo mater Dei tunc fuerit publicè honorata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Petri Chrysologi in Mariæ laudem te stimonium, nunc ipsis etiã Angelis admiranda sit.

cellens, idemque natiuennæ archiepiscopus, qui sub A Marciano Imperatore, id est, circa annum Christianæ saluris CCCC. L. floruit, & Domini matrẽ his vocibus illustrauit: Quantus sit deus, satis ignorat ille, qui huius Virginis mentem nonstupet, animum non miratur, pauet cælum, tremunt Angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit: & vna puella sic Deum in sui pectoris capit, recipit, oblectat hospitio, vt pacem terris, cælis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cælestib. parentelam, ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione.] Et iterum: Ipse Angelus miratur, aut fœminam tantùm, aut omnes homines vitam meruisse per fœminam: Stupet Angelus, totum Deũ venire intra Virginalis vteri angustias, cui tota simul angusta est creatura.] Et alibi: Aue gratia plena, hæc est gratia, quæ dedit cælis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Hanc gratiam detulit Angelus, accepit Virgo, salutem seculis redditura.] Et post pauca. Verè benedicta Virgo, quæ & virginitatis possidet decus, & matris dignitatem. Verè benedicta, quæ & supernì conceptus meruit gratiam, & sustulit integritatis coronam. Verè benedicta, quæ fuit maior cælo, fortior terra, orbe latior, nam Deum, quem mundus non capit, sola cepit.] Præclara sunt hæc encomia nulli nisi plurimùm venerandæ Virgini, nec satis vnquã laudandæ Matri congruentia, quam tanto magis cum Gabriele nos admirari decet & colere, quò sublimiorem illa gratiam & gloriam præ creaturis omnibus, & propter omnium salutem vnicè consecuta est.

Sermo. 140

Sermo. 142

Maria vere gratia plena non sibi tantũ sed oriã aliis. Maria vere benedicta.

Maria Regina totius exhibitæ, cęlo terraque excellior.

C Cum quinta Synodus Constantinopolitana sub In Ecclesia Hierosolymitana, Antiochena & Alexandrina seculo hoc fuit hoc seculo petere Mariæ intercessionem. Iustiniano celebraretur, scripsit ad illam Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus, ac tota eiusdem Synodus in hunc modum: Sanctam ac glorificatã Virginem Dei genitricem Mariam vna nobiscum supplicate intercedere pro pace sanctissimarum ecclesiarum, & victoria ac perpetuitate piissimi & serenissimi Imperatoris nostri.] Nec solùm in Hierosolymitana, sed etiam in Antiochena Ecclesia, vtraque vero tunc erat celebertima, solẽne habebatur, Dei genitricis Marię nomen precibus omnibus inserere, atque illam inuocare. Quod institutum an & quomodo à Petro Gnaphæo duxerit originem, iam antè satis explicatum putamus. Vetustior adhuc, & in omni Ecclesia præclari nominis sub Valentino tertio floruit Cyrillus Alexãdrinus Archiepiscopus. Nestorij quidem nobilis Antagonista, qui & ipse pro recepto Ecclesiæ suę more Mariam pro concione celebrat, & celebrandam docet, quod sit eximium vniuersi terrarum orbis decus & ornamentum, lampas inextinguibilis, virginitatis corona, per quam cælum exultat, lætantur Angeli, & dæmones fugantur, per quam demùm & gentes & infideles ad pœnitentiam adducuntur, sicut alibi ex eodem Cyrillo demonstratum est. Prætereo apparitionem Virginis eidem Cyrillo mirabiliter factam, quæ & sæcium eius pectus curauit, vt quod per errorem in sanctum virum Chrysostomum peccauerat, agnoscceret corrigeretque. Videre igitur visus est Matrem Domini pro se deprecantem, atque prioris simultatis, quam in eundem Chrysostomum ignorans exercuerat, veniam à Deo impetrantem, quemadmodum Nicephorus aperte con-

Vide supra cap. 17 Testimonium Cyrilli Alexãdrini de Mariæ laude & cultu.

Homel. 6 contra Nestorium dicta

Cyrillus ex reuelatione cognouit Mariã pro se precari & à Deo veniam impetrare.

Lib. 3. cap. 11

firmat. Quis vero de Chrysostomo illo altero, vt vocant, Paulo, ambigat, quin Mariam & ipse coluerit, & in Ecclesia sua Constantinopolitana peculiariter coli iusserit, quam & ipse in Liturgia verbis Angelicis voluit publicè salutari, quamque honoratiorem Cherubim, & gloriosiorem incomparabiliter Seraphim, semperque beatissimam & penitus incontaminatam Dei nostri Matrem appellat? Hæc animatum Dei templum est, hæc cæli terræque pariter domicilium, hæc naturæ illius quæ comprehendi non potest, amplissimum habitaculum. Per hanc adest ægrotantibus Medicus & in tenebris cõsedentibus per hanc illucet iustitię Sol, & tempestate iactatis sit anchora portusque tutissimus, in bello autem versantibus munitissimum propugnaculum, vt eiusdem verbis vramur Illud autem propius ad inuocationem Virginis facit: Sanctissimæ, intemeratæ, superbenedictæ Reginæ nostræ Matris Domini & semper Virginis Mariæ cum omnibus Sanctis memoriam celebrando, nosmetipsos & ad inuicem omnem vitam nostrã Deo cõmendemus. Eodem & verba illa spectant: Precib. sanctissimę Deiparę Virginis Seruator serua nos, dirige viã, confirma nos in timore tuo, custodi vitã nostram, stabili gressus nostros.] Vt missa reliqua faciamus, quę nimium teneras Centuriatorum aures adeo feriunt, vt impatienter exclament, nobisque simul tantùm non risum moueant hęc futili sua censura: *In Liturgia Chrysostomi nimis crassa Tautologia, innouatio Mariæ inscritur.* His planè consonant, quę Magnus virtute & oratione Basilius Cæsariensis Episcopus non solum pro se dixit, sed etiã C in Liturgia publicè recitanda præscripsit in hunc modum: Sanctissimæ & intemeratæ dominatricis nostrę, Dei genitricis & semper Virginis Mariæ, omnibus Sanctis memorantes, nosipsos & ad inuicem atque omnem vitam nostram Christo Deo commendemus.] Ac deinde sanctæ Dei genitricis intercessionem petit & exprimit. Nec solum hoc seculo, sed etiam superiore vsus Liturgiæ passim obtinuerat, vt à doctis sæpe probatum est, in qua Græci, Syri, Æthiopes, Alexandrini, & hierosolymitani Mariæ memoriam & inuocationem celebrem adhibebant. Hinc illæ voces: Gloria Deo misericordi, qui misertus est omnium nostrorum per intercessionem genitricis Dei Marię & omnium sanctorum in secula seculorum. Et quidem vterque, Basilius & Chrysostomus, hoc sibi commune habent, vt hanc sanctissimam Virginem D vocent ὑπεραγίαν τῶν ἁπάντων, id est, Dominam nostram, sicut & Germanus illorum scholasticus inquit: χρὴ πᾶς τῶν κυρίαν τῶν ἁπάντων ἐπαυξῆσαι τὸ χαίρετε ἀγγέλῳ ἐκφωνεῖν. Hoc est, oportet nos Dominam vniuersi laudare, & illud aue Angelicũ exclamare. Quis vero non summè miretur quod Liturgici scriptores tàm multa & illustria nostræ Virginis epitheta, quæ summam eius præstantiam sublimitatemque declarant, in medium adferant, eademque Nouatores contrario spiritu affilati, ne dicam obcœcati, è medio tollere & supprimere pro virili sua contendant?

Quam pręclare Chrysostomus Mariam exornet, & in ueneranda ab ecclesia etiam in publicis sacrificij temporibus. Lib. 12. hist. Ecclesiast.

Basilius Scriptores Liturgici de sua retinendo in celebrandis mysteriis.

Mariam Dominam multi Græci appellant, vel inuitis Nouatoribus.

VALET etiam in hoc argumento plurimùm Ephręm Syrus, magnus ille Magni Basilij Archidiaconus, tãtęq; authoritatis vir, vt scripta eius olim in quibusdã Ecclesiis publicè recitarẽtur. Nescio equidem, quid de sacrosanctę Virginis inuocatione aut

S. Ephręm Basilio Diaconus cõmendat pium Mariæ cultum & eius opem flagitat.

dulcius aut fortius, adferri possit, quàm quod ille A disserta & longa oratione ad eã facta scriptoq; consignata orbi testatus est, ex qua nos aliqua dũtaxat repetemus. Intemerata prorsusque pura Virgo Deipara, Regina omnium, cademque optima, sublimior cælicolis, purior Solis radiis & splendoribus, honoratior Cherubim, sanctior Seraphim, & sine comparatione cæteris omnibus superis exercitibus gloriosior, spes Patrum, gloria Prophetarum, Apostolorum præconium, & honor Martyrum, Sanctorum lætitia, Hierarcharum cœtus, omniũ Sanctorum ac Virginum corona, ob fulgorem inaccessa, omnium princeps, omnium dux, sacratissima puella. Per te reconciliati sumus Christo Deo meo.] Quid autem ille tandem à Maria petit ac rogat? Sub alis tuis, inquit, custodi me & protege. B Miserere mei, qui sum luto inquinatus, qui sceleribus quamplurimis Creatorem Deum meum & Iudicem offendi, ne aduersus me glorietur Satanas exitiosissimus, ne in me exurgat execrandus inimicus meus, ne seruũ tuum à tui spe destitui cognoscam, ne calumnietur me detractantiũ lingua. Non mihi alia fiducia ô Virgo sincera. Tu enim meus portus, ô Virgo inuiolata, & præsens auxiliatrix. Denique sub tutela & protectione tua totus sum. Crebris lachrymis te, ô celeberrima Mater, imploro, & aduoluor, tibi ô Domina mea, suppliciter clamans, ne dulcis Filius tuus, & vitæ omnium dator ob multa quæ patrauí, scelera tollat me de medio, & miseram animam ceu leo diripiat, vel velut sterilem ficum infelicem me excidat. Hęc si cuiquã morosò non sunt satis, eundem & laudatissimum Ephræm Mariæ Deiparæ supplicantem porro audiat: Imple os meum, inquit, gratia dulcedinis tuæ. Illumina mentem, ô gratia plena. Moue linguam meam & labia ad laudes tibi alacri & læto animo canendas, & melos illud Angelicum celebratissimum, quod Gabriel in Nazareth seruili habitu ad te Virginem & Matrem dei mei integerrimam clamans cecinit, salutationem maximè congruam & dignissimam, mundi salutem, cunctamque animorum tutelam. Dignare Virgo te tuum seruum laudare & dicere: Aue Dei splendidissimum & luculentissimum Vas, aue Domina Maria gratia plena, aue in mulieribus Virgo beatissima, aue stella fulgentissima, ex qua Christus prodiit. Aue illustrissima lux, Mater & Virgo, aue quæ mirificè Regem omnium peperisti, aue per quam nobis Sol præclarissimus illuxit, aue Domina cunctis sublimior, aue canticum Cherubim, & hymnus Angelorum: Aue pax, gaudium & salus mundi, aue generis humani lætitia, aue Patrum præconium & Prophetarum decus, aue Martyrum pulchritudo, & corona Sanctorum, aue piorum gloria, & in solitudine degentium hymnus, aue præclarissimum hierarcharum cælestium ornamentum, aue hymnigraphorum omnium oratio, aue præstantissimum orbis terræ miraculum, aue terrigenarum omnium delectatio, aue Paradyse delitiarum & immortalitatis, aue lignum vitæ, gaudium & voluptas, aue vallum fidelium, & mundi salus, aue tranquille portus, & à fluctibus agitatorum liberatrix, aue nostra periclitantium auxiliatrix, progenitoris illius Adam resurrectio, aue iucunda libertas, aue omnium parẽs, aue fons gratiæ & consolationis, aue refugium peccatorum & hospitium, aue propitia-

Quantam fiduciam post deũ in Maria Ephræm habeat.

De Angelica salutatione quam reuerẽter loquatur Ephræm. Luc. 1

Etiam ab Ephræm vsurpatũ illud Ecclesiæ canticum. Dignare me laudare te Virgo sacrata &c. qua & ipse impensiùs salutat & pulcherrimis titulis exornauit.

torium laborantium.]

Deinde vero hic diuinus Ephrem toties illud Aue ingeminat, nouisque semper titulis exornat, vt sicut Lectori fortasse molestum, ita nobis etiam ingratũ sit, frequentes eiusmodi salutationes Mariæ dictas omnes repetere. Vocat sanè illam virorum iuxta mulierumque reginam & tutelam, mũdi mediatricem gloriosissimam, vniuersi terrarum orbis conciliatricem, gloriam & lætitiam Sacerdotum, solatium solitariorum, ac adornatricem omnium. Aue, inquit, animæ meæ spes bona & fida, aue Christianorum omnium firma salus, aue lumẽ perfulgens, quo mundus illustratur.] Ac ne suspicemur his exquisitis titulis Christo aliquid derogari, cum propter Christum Mariam extollat maxime, velut seipsum declarans hæc tandem adiicit: aue quæ nullo spacio cõprehẽsum, in sinibus comprehendisti. Aue quæ Christũ vitæ datorem educasti, Christũ pientissimum omnium creatorẽ Deũ, Iesum meum dulcem, altorẽ mundi, hominũ amantissimum, omnipotentem patrem meum, cui cõpetit gloria, honor & potestas in secula, laus & magnificentia, cũ æterno Patre & Spiritu sancto nunc & semper & in secula seculorum.] Deinde in alia oratione rursùs quàm pulchrè Virginem nominat, non solum immaculatam, impollutam, incorruptam, Deique sponsam, sed & Dominam nostram, quę Deum Verbũ hominibus mirifica sua conceptione conciliarit, & rebellem humani generis nostri naturam cælestibus consociarit? Ne me auerseris, quæso, inquit, quin potius sicut humanissimi Dei Mater es, ita me peccatorem humaniter susci- C pe, & Filium tuum, meum autem herum & Deum, materna tua liberalitate volens exora. Adsis mihi semper Virgo misericors, clemens & benigna, in præsente quidem vita feruẽs protectrix & auxiliatrix, hostiles impetus repellens & me deducens ad salutem, ac in supremo vitæ momento miseram meam animam conseruans, & tenebrosos malorum dæmonum aspectus ab ea procul abigens, in tetribili autem die iudicij ab æterna damnatione me liberans, postremo inaccessæ tui Filij & Dei gloriæ me hæredem efficiens.] Volens interim multa trãsilio, ratus ex hisce constare satis, quàm improbè nos aduersarij calũnientur, quod cum veteri Ecclesia dicamus illud, Maria mater gratiæ, Dignare me laudare te Virgo sacrata: quodq; in vita & morte piam & efficacem illius opẽ imploremus, & eam nobis apud Christum aduocatam constituamus. Credant ergo & iactent belli homines, qui nouis adhærent Doctoribus, Mariæ & sanctorum tum salutationẽ, tum inuocationem eruditæ ætati prorsus ignoratam, veterique Ecclesiæ inusitatam fuisse, cùm hic Theologus eo seculo cum Basilio coniunctissimè vixerit, quod florentis Ecclesiæ hortũ D posis dicere, in quo illustriũ maximè doctorũ, veluti vernãtium arborum flores & fructus pulcherrimè apparerent.

Plura Virginis encomia ab eodẽ Ephręm allata.

Ephræm ingẽtes Mariæ laudes & virtutes in Christo propter Christũ filiũ tribuit.

In quibus Ephræm à Maria cupiat adiuuari.

Ephręm inter doctissimos Ecclesiæ Patres floruit.

Nunc Gregoriũ Nazianzenum, eiusdẽ seculi scriptorẽ, & theologi nomine merito decoratũ, maximique semper à Græcis habitum accersamus, vt & ipse Mariæ causam suo iuuet suffragio, & simul exẽplo confirmet. Non illi satis fuit significare, Deiparam etiã ante suã ætatem, id est, seculo Martyrũ à pijs inuocatã fuisse, quemadmodũ postea suo loco dicemus, sed & ipse illam sibi salutandam ac reue-

Gregorius Nazianzenus Mariam impẽ se coluit, & sicut Sanctos alios inuocauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ sit vna Cypr.

rentem inuocandã putauit, præsertim cũ Cypriano, Athanasio & Basilio hunc etiam inuocationis honorem detulerit, illorum iam defunctorum opem clarissimis verbis implorans. Quid ergo mirum, si de Maria quoque dicat?

Gregorij ad Mariam inuocatio.

O filia cælestis & interius gloriosa,
O magnis choris assistens Regnatoris
Cantoribus, & si te corpus & terra continet
Huc ades, & fare verbum: ego vero ante te
Stabo, quippe enim mihi diuino munere venisti Regina.
Venisti, sed magis adhuc venias, & propitia sis.

In Tragœd. de Christo patiente.

Rursus cùm à Deo misericordiam petiuisset, ne se in peccatis perire pateretur, ad Virginem matrem se porro conuertit, & post laudes illi dictas, hoc subiicit:

Benigna adesto vocibus meis: preces
Admitte Virgo.] Et iterum postea:
Regina Domina, generis humani bonum
Amica semper esto tu mortalibus,
Maximaque quouis in loco mihi salus.

Et ne ignoremus, quod meritò & cum fructu Mariam ille coluerit ac inuocarit, ingentia beneficia per illam sibi collata repetit, ac plura etiam sibi dari petit, vtpotè cùm hoc modo canat:

Agnoscit varia beneficia per Mariam sibi collata.

Plexamque de prato coronam florido
Tibi offero, Regina, quod me plurimis
Dignata quondam gratiis, variis adhæc
Me liberas semper calamitatibus,
Multisque defensas ab aduersariis,
Tàm qui videntur, quàm videri qui haud queunt.
Me flectè tandem, quomodo in vita auctior
Virtute fiam, teque semper præsidem
Vitæ meæ, ac demum benignam ac sedulam
Habeam aduocatam Filio coram tuo,
Cum cæteris charis Deo virgunculis.
Ne me ergo tradier sinas tortoribus,
Aut perditori hominum fieri ludibrio.
Adsiste, & à tenebris & igne libera:
Fac vt fide tuaque saluer gratia.
Quare hoc tibi hymnum pango charisterion.

Maiorem petit gratiam sibi à Maria præstari, nimirum per eiusdem intercessionem.

Igitur vir tantus in sacris literis vndequaque peritissimus, Mariam aduocatam agnoscit, & protectricem celebrat, suæque vitæ præsidem facit, neque solum Christi fide ac meritis sese consolatur, sed etiam Deiparæ patrocinio viuens ac moriens se apud Christum iuuari atque saluari statuit desideratque. Ita ille sensit, ita procul dubio suum docuit populum, non priuatam aliquam, sed communem Ecclesiæ illius seculi sententiam atque consuetudinem sequens. Quare Deiparam, vt alias dictum est, hoc etiam carmine, sicut antiquus vertit interpres, salutauit:

Eiusdem Nazianzeni salutatio, simul & inuocatio ad Deiparam.

Salue puella gratiosa, Mater &
Virgo omnium casti∫sima ac pulcherrima,
Exercitibus præstantior cælestibus,
Regina Mundi, gaudium mortalium,
Semper benignam te exhibe mortalibus,
Mihique fis salus vbique maxima.

Habemus igitur non solum Gregorij Romani, sed etiam Græci siue Nazianzeni, qui multo est antiquior, testimonium haud obscurum, & priorũ Patrum dictis congruens. Quid vero Athanasius, ingens huius seculi decus quin etiam orbis oculus, Sacerdotum antistes, & Ecclesiæ columen ab eodem Gregorio appellatus, cuius fortitudo in maximis contra Hæreticos certaminibus ita resplẽduit, vt magni cognomine non iniuria sit insignitus? Is

Orat. in Athanas.

A pro Deipara sæpe pugnauit, & aduersus impios illius honorem præclare defendit, hacque luculenta oratione illam publicè celebrandam duxit: Ista nouа Eua Maria mater vitæ appellatur, variegataque permanet ad primitias vitæ immortalis omniũ ventium. Dicimus eam igitur iterum atque iterum, & semper & vndequaque beatissimam. Sicut ergò cùm ad ipsum respicimus, Regem Dominum & Deum appellamus: ita quoque cum ad eam oculos reflectimus, Reginam, Dominam, & Deiparam esse animaduertimus, idque contẽplatione oculi mentalis. Adest Regina à dextris tuis vestitu deaurato circumamicta, variegata. Et iam scilicet audi filia Dauidis & Abrahæ, & inclina aurem tuam in preces nostras, & ne obliuiscaris populi tui. Decet B enim te matrem, regeneratricem, dominam, ac heram cognominari: eo quòd ex te prodiit Rex Dominus, ac Deus noster: assistentem illi nobis quidem terribili, tibi autem dulci, omnemque gratiã largienti. Qua de causa factum est, vt gratia plena appellata sis, vtpotè quæ in omni gratia abundares, idque per superuentum in te Spiritus sancti. Ideoque vultum tuum deprecamur omnes diuites plebis, ditari scilicet istiusmodi bonis, & spiritualibus contemplationibus.] Excellens hæc quidem est Mariæ commendatio, nec in vllam aliam, nisi matrem Domini, competere potest hic honos, vt dicatur & sit noua Eua, mater vitæ, regeneratrix, regina & domina omnium, quæ in vita ipsa corporis simul & animæ permaneat & vndequaque sit beatissima ornatissimaque, à dextris Filii residens, plenaque gratia, quam etiam in Ecclesia electi & C sancti deprecantur. Proinde nunc pergit illi etiam supplicare Athanasius: Ad te clamamus, recordare nostri sanctissima Virgo, quæ etiam à partu Virgo permansisti: & retribue nobis pro exiguis istis eloquiis magna dona ex diuitiis tuarum gratiarum tu quæ gratia plena es: nam ideo his vocibus, vt ex re ipsa desumptis, & natura laudatoriis, præcipuè in tuum encomium vtimur, si quando hymnus, si quando laus tibi siue à nobis, siue ab vniuersa creatura offerrur: tibi, inquam, gratioſæ dominæ nostræ, reginæ, heræ, matri Dei, arcæ sanctuarij. Ecce iã nũc & in exordio dici, vt primitias laudis tibi hoc encomium Archangelus contexit, dicens: Aue gratia plena, Dominus tecum. Beatam te prædicant omnes Angelorum & terrestrium Hierarchiæ, & Hierarchicas manus attollentes benedicunt tibi, quæ & in cælis benedicetis, & in terris beata prædicaris, Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Et quibusdam interiectis addit: Ab istis deinde nos Hierarchiæ terrestres, exaltationes Dei in gutture ferentes siue quod didicimus, siue quod mutuo hęc verba sumpserimus, exaltamus te magna & canora voce dicentes: Aue gratiosa, Dominus tecum, intercede hera, & domina, & regina, & mater Dei pro nobis. Quoniam ex nobis tu oriunda es, & is qui editus est ex te carnigerus Deus noster est: quem decet gloria & magnificentia omnisque honor.]

An quisquam, obsecro, tàm crassus erit ac improbus, vt has tàm præclaras Athanasij voces Mariæque laudationes, quas illi Deus ab Angelis & hominib. præstari postulat, leuiter æstimet, aut in calumniam vocet? Non semel ille clamat: Recordare nostri sanctissima Virgo, intercede Hera, Domina, Regina &

In Euangel. de sancta Deipara.

Athanasius doctor ist. Virginem extollit.

Quo sensu Maria nobis Regina & domina dicatur, & à Propheta Dauid dicta sit.

Virgini matri vt Domino & Reginæ laus ab omni creatura debetur.

psalm. 44

Ab angelis ist. mysteriales Deiparæ virginem salutare atque celebrare.

Cur sanctæ Mariæ inuocat Athanasius, eaque propter Christum venerat.

Quæ maxime notanda sint circa preces Athanasij.

gina & mater Dei pro nobis. Quid isthæc aliud obsecro, nisi præcipuam precationem, ac supplicem inuocationem Mariæ delatam ostendunt, & ab eo quidem, in quo neque doctrinæ præstantiam, neque vitæ integritatem, neque nominis claritatem possis desiderare? Ac eo magis contemnendi sunt Centuriatores, qui cum lucis huius fulgorem sustinere, ac alio se telo munire non possunt, præmentis impotentia stolidè vociferantur: *Ista prorsus idololatriam spirant.* O præclaram & talibus authoribus digna censuram, qui vt suam admirabilem pietatem ostentent, execrandum idololatriæ peccatũ in virum sanctissimum simul & doctissimum Athanasium transcribere non erubescunt. Chemnitius hoc loco aliud effugium quærit, & sermonem illũ, ex quo superiora depromsimus, pseudographum & suppositititium, non germanum Athanasij partum esse confingit. Bellum sanè commentum, vt impetitis quasi fumos vendat, & hunc fucum obtendat vanæ tergiuersationi, cum nihil aliud contra Virginis inuocationem hoc loco clarissime propositam, possit opponere. Nos verò Michaelem Glycam plutesque Græcos authores habemus, quorum calculo hic sermo est verè Athanasij, sicut & in Græcis & Latinis libris scriptum reperimus. Valeant autem cum suis sæpè multúmque detectis dolis aduersarij, qui Scripturis & rationibus firmis destituti, ad coniecturas, tropos, linguas malásque artes confugiunt, ac pro suo arbitratu de Veterum scriptis, veluti summi sint ipsi legislatores, decernunt, hocque solum quod ipsorum causæ videtur commodum, probant, alioquin iam authorem, iam codicem versutè calumniantes. Scilicet, cum alij Mariam Deiparam passim colerent & inuocarent, solus Athanasius in reliquis fortissimè Catholicus, in hac parte duntaxat claudicauit, & cum recepto Mariæ cultu nihil voluit habere commune: [a] Ambrosij dictum est: Beatæ Mariæ Virginis suffragia peto, Apostolorum intercessionem imploro, Martyrum preces deposco.] Sicut hunc locum citant etiam [b] Centuriatores. Scribit & [c] Hieronymus ad Paulam de filia Blæsilla defuncta, quæ sic matrem post mortem compellet: Putas me esse solam? Habeo pro te Mariam Matrem Domini] perindè ac si dicat: Deipara tui loco pro matre, & custode mihi nunc in cælis assistit, meique curam habere non desinit, vt hinc luctu posito mihi debeas merito gratulari. Ac idem ad Eustochium scribẽs, vt ostendat Matrem Domini cum aliis, tum sacris Virginibus præsertim ex hac vita migratibus fauere atque succurrere, hoc genere sermonis vtitur: Quales erit illa dies, cum Diua Maria Mater Domini chorис occurret comitata virgineis?] Testatur præterea Epiphanius, Mariam sublimiorem Angelis esse factam, adeóque ab ipsis Angelis adorari, &, solo Deo excepto, cunctis superiorem existere quæ lapsam Euam erexerit, & per quam homines fiduciam habeant in cælo erga Deum altissimum. Quid ergo mirum obsecro, cum his aliisque præstantibus Doctoribus, quos alibi produximus, in Mariæ cultu Athanasium quoque conspiraſſe? Siue autem Hieronymus, siue Sophronius de assumptione Virginis hoc seculo scripserit, qua de re supra dixisse sat est, obscura eius authoris verba videri non possunt.

Centuriatores Athanasij testimonium refutant ad idolo latriã, ne Marię cultũ agnoscant, Chemnitius autem fingit, locum esse depravatum.

Ad Alipiũ.

Quomodo Mariam inuocet pro se & alijs Athanasius, eam tantum adsistentem in cœlis Filio & residentem plenam gratia, Maria in cœlo porrò & anima incomparabiliter beata, etiam sancti quam sancta ac precantes pro nobis Athanasium.

Athanasius cũ aliis suis secuti Patribus & sensit & docuit de Mariæ cultu & venerat ione.

a In præcat. 2 ad Matth. b Cent. 4 cap. 4 c In Epist. ad Eustã, de obitu Blæsillæ.

Hæc est, inquit, hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viuentium, ad quam nulli potuerunt doli erumpere, nec prævaluit fraus inimici, sed permansit sancta mente & corpore, multis donorum priuilegiis sublimata. Idcirco hanc imitamini moribus, sequimini castitate, huius implorate auxilium.] Et rursus: Maria cunctis tanto venerabilior, quanto gratiosior: & quantò virtute altissimi extollitur ad sublimia, tanto clarior resultat in gloria.]

Maria eo venerabilior quogratiosior.

Quod si præstantissimi quique Patres, qui ad Constantinum Magnum vsque floruerunt, (hos enim singulos loquentes producere, breuitatis gratia, supersedemus) in Maria veneranda & inuocanda tantum curæ studiique posuerunt, atque in vniuersum de cultu Sanctorum sacrarúmque Reliquiarum, quem Vigilantiani tunc primum oppugnare cœperant, grauissimè docuerũt, quis merito tandè dubitare possit, eundem Christianæ pietatis & publicæ venerationis affectum atque morem in Catholico etiam populo viguisse? Testis Hieronymus, qui de seipso scribit, quod adhuc puer vna cũ aliis ætatis eiusdem & propositi consuetudinẽ obseruarit, vt diebus dominicis Romæ Apostolorum & martyrum sepulchra circumiret, crebróque cryptas, licet in terrarum profundo defossas, nimirum religionis ergo & precandi gratia, ingrederetur. Testis Maria Aegyptiaca, quæ, vt antè monstrauimus, ad loca sacra peregrinata est, sanctam Christi Crucẽ adorauit, & Mariam non solum inuocauit, sed etiam inuocationis eius fructum amplissimum retulit. Nisi forte hæc propria inuocandi non est formula: Nunc vbi tibi complacet, dirige me. Esto mihi salutis ductrix, & veritatis magistra, præcedẽs me in via, quæ ducit me ad pœnitentiam.] Testes Iustinianus & Leo imperatores, qui ad Mariæ singularem honorem templa pulcherrima, de quibus antea retulimus, vt nihil de Pulcheria repetã, sumptuosissimè fabricarunt, & fabricata mirabiliter exornarunt, nimirum vt sacer cultus Deo ac Deiparæ die noctéque magno illic studio celebraretur. Testes demum tot florentis Græciæ populi, qui de more olim ad Aedem Deiparæ Blachernam, & ad Fontem vocatam agminatim concurrebãt, suáque ibi vota exoluebant, certam nimirum opem à Domino per Mariæ patrocinium & expectantes & cõsequentes: eámque populi religionem Deus multis sæpe & præclaris miraculis planissimè approbauit. Quibus de rebus tàm multa in Græcis & Ecclesiasticis historiis recensentur, nósque toties iam anteà monuimus, vt sanè pudeat ac pigeat in illis repetendis Lectorem hoc loco longius remorari. Et posteriorum quidem Christianorum Principum pietas, qui sunt Mariæ cultum diligenter amplexi, non aliunde duxit originem, nisi à Constantino Magno eiúsque matre sancta Helena, primis nempè ac religiosissimis Principibus, qui rem Christianã cum authoritate mirabiliter propagarunt. De his modo plura dicemus, quoniam satis multos neque vulgares, sed exceptione maiores Mariani cultus testes, quorum series à Mauritio ad Constantinum vsque Cæsarem protenditur, hactenus produxisse videmur.

Catholicos iuxta suorum Doctorũ sententiã in Mariæ Sanctorúque cultu vsque ad Constantini Magni seculum persistisse, variis probatur exẽplis.

In cap. 40 Ezech.

Hieronymus cum aliis deuote templa & sepulchra Sanctorum visitabat.

Mariæ Ægiptiacæ multũ profuit Mariæ inuocatio.

Imperatores peculiaria ipsa Deiparæ condiderunt.

Magnó ardore Græci quẽdam Deiparæ templa peculiariter honorarunt.

A quibus Princip. didicerint posteriores Mariã sedulo & publice venerari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XXXI.

Etiam à Constantino Magno & in ipso Martyrum seculo ad Apostolica vsque tempora, Deiparam Virginem valde honoratam, & piis præcipuæ venerationi in Orbe Christiano fuisse: cum adiuncta Peroratione.

Constantinus & Christus magni ambo Principes, pręclaras accepere matres.

VENTVM est tandem ad illud A seculum quod pro nostri instituti ratione postremum constituimus, vt nimirum in proferendis testimoniis à Constantino Magno ad Christum vsq; Dominum, eúmque Regem regum multo maximum progrediamur. His duobus Principibus, vni quidem cœlesti, & alteri terreno, matres non vulgares, sed valde laudatæ, multúmque venerabiles contigerũt, quas & ipsi ambo filij eximiè honorarunt. Etenim Helena Constantini Mater, fœmina fuit, vt Ruffini verbis vtar, incomparabilis fide & religione animi, B ac magnificentia singulari, diuinis etiam clara visionibus, sacris vero peregrinationibus, templorũ ædificiis, & sacri cultus propagationi plurimum dedita, quæ licet regina Orbis & matet imperij appellaretur, augustáque publicè renunciata esset, tamen per summam modestiam famularum Christi se famulam præbuit, ac sacris virginibus ad mẽsam humiliter admodum inseruiuit. Tanti verò illam habuit filius Constantinus, vt potestatem ei faceret regiis thesauriis vtendi pro suo arbitratu, vtque ciuitates duas matris nomine ad sempiternam eius memoriam insigniret, defunctam etiam honoribus maximis prosequens, ac eidem statuam publicè instituens, quæ Suida teste Augustæum nuncupata est. Quod si de Matre Domini dicendum est, satis C supérque demonstrauimus, eam inter mulieres omnes, quantumuis aut genere aut virtute, aut fama potentiáque præstantes excellere, hoc est, modis omnibus benedictam & gratiosam esse. Tum è superioribus abundè constat, Christum Regem verè Augustum nulli filiorum in Matre sua honoranda & ornanda cessisse, quam ipse sic extulit & glorificauit, summisque donis cumulauit, nihil vt in cælo vel terra Reginæ huic ac Dominæ possit anteponi, vtque omnes etiam Principes illâ in primis debeant venerari, sicut & hactenus factum esse totus Orbis Christianus agnoscit. Noster ergo Constantinus Christus Iesus, nostra Helena eius Parens Maria est, D vt ita loquamur. Ille quippè non de Lucinio vel Maxentio, sed de mũdi Principe Satana mortéque ac inferno felicissimè triumphauit, & non vrbi, sed Orbi pacatum, tempérque florens imperium restituit. Hæc vero sic Dei ac Domini nostri Mater effecta est, vt vultum eius modo cum Christo regnãtis omnes diuites plebis deprecentur, illámque & angeli & homines sine fine colant: quemadmodũ tot veteres iam ante citati Patres clarissimè tradiderunt.

Libr. 10 Ecclesiast. hist. cap. 7 & 8. Vide & Nicephor. libr. 8. hist. Eccles. cap 31

Quomodo Imperatrix Helena à filio Constantino sit honorata.

Quomodo Iesus Constantinus Christi typum nobis posit adũbrare, qui matrem suam mirificè coluit.

Quomodo Cęsar Constantinus Deiparam in primis honorarit, vrbem suã Constantinopolim illi dedicans.

Agnouit hoc quoque Cæsar ipse Constantinus, qui Syluestri Pontificis opera factus Christianus, cũ ad propagandam nostram religionem se totum cõtulisset, haud contentus Romæ & Byzantij præclara templa Deo & Sanctis magnificè condidisse, totã vrbem, quæ in reliquis chariorem, vtpotè à se fundatam, habuit, ac suo ipsius nomine cohonestauit, Matri Dei cõsecrandam esse putauit. Testatur hoc [a] Zonaras, & explicat magis [b] Nicephorus, vt qui scribit, cum recẽs vrbs Byzantina fundata esset, vocatos ab Imperatore Episcopos, qui ad Nicænam Synodum conuenerant, eo animo accessisse, vt suis precationibus noua ædificia confirmarent. Igitur encænia, inquit, & consecrationis festum diem celebrant, incruento sacrificio operantur, precibus votisque vrbem abunde prosequuntur & firmant. eandémque Dei Genitrici dedicant, nouam Romã imperantémque Constantinopolim cognominãtes Alexandro tum Byzantij Ecclesiam regẽte.] Quomodo enim Mariam negligeret parúmque veneraretur Cæsar, qui postquam Christianam philosophiam amplexus est, summos honores Sacerdotibus detulit, vt eos ad imaginem diuinæ præsentiæ veneraretur, sibíque præferret, qui præterea tot tẽpla Romæ & Byzantij Apostolis, Martyribus aliisque Sanctis posuit ac admodum eleganter instruxit: sicuti cum aliis Nicephorus tradit: qui demum simulátque percepto sacro baptismo sanitatem recepisset, gratitudinis ergo Ecclesias exædificare cœpit, & earum columnas in Christi domini & Sanctorum omnium memoriam, ac reuerentiam passim sacris imaginibus exornauit, sicut Adriani Põt. ad alterum Cæsarem Constantinum & matrẽ eius Irenen Epistola scripta, & in Synodo Nicæna recitata euidenter affirmat? Omitto de statuis argẽteis multis & preciosis dicere, quas idem Constantinus Augustus in extructis à se Basilicis ad Sanctorum honorem posuit, quemadmodum Damasus bona fide recenset. In quo pietatis studio non cessit filio mater Helena, vtpotè quæ pro sua etiam munificẽtia ex thesauris regiis pecuniam in sacras ædes affluenter impendit, & præter alias insignes quas extruxit, & artificibus huc vndique accersitis ornauit, etiam in oppido Galilææ Nazareth, vbi salutationis Angelicæ domus extiterat, & rursus in Bethlehem, vbi Virgineum partum Angeli celebrarant, ipsi Verbi puerperæ, imo & sponso eius Ioseph tẽpla egregia exædificauit. Ergòne Mariæ cultum vel Constantinus religiosissimus, vel mater eius Helena sanctissima ignorauit, quem tot sumptibus, ac testimoniis publicis, cum pax restituta esset Ecclesiis, nõ sine maxima piorum omnium congratulatione, & religionis Christianæ pulcherrima propagatione ambo constantissimè declararunt? Nec dubiũ, candem de Maria colenda sententiam in præclaris illis primi Concilij Nicæni Patribus resedisse, vtpote quorum præsens opera & expetita & adhibita fuit, quum nouum Byzantium ex Cõstantini voto Deiparæ, vt diximus, dedicaretur. Ecclesia Treuerẽsis Felicem, eius nominis secundum Archiepiscopum, & D. Martini Turonensis æqualem habuit, quum ab eodem fuerit consecratus. Is eo loco, vbi capitolium Imperatorum, & Regum Galliæ palatium extabat, collegium sacrosanctæ Virginis condidit,

[a] Lib. 5. de nalium. [b] Lib. 8. Ecclesiast. hist. cap. 26.

Constantinus diem celebrat dedicationis quod Byzantium Deiparæ dedicatum fuit. Epiphanius illue euocatus.

Nicenæ Synodi Patres vna cum Constantino de Virginis & Ioseph laude locuti sunt.

Actor. 8

Helenæ Imperatricis pictas in Deũ & Virginem Matrem singularis. Vide Nicephor. lib. 8. c. 30

In vita Sylvestri.

condidit, vt Ecclesiæ Treuerensis monet Annales.

Tum ante Nicænam Synodum, quam sub eodem Constantino habitam esse constat, non parum emicuit Methodius Olympi Liciæ, & postea Tyri Episcopus, vir non modo sanctitatis, sed & doctrinæ ac eloquentiæ singularis, idémque generosus Christi Martyr, qui sub Decio & Valeriano, vel vt alij volunt, sub vltima Ecclesiæ persecutione sacri martyrij lauream est consecutus. Multis ille magnisque laudibus Mariam attollit: quem admodũ libro primo [a] & tertio citatis eius verbis demonstrauimus, quam præterea reuerenter multisariámque salutat, ac demũ hac etiam oratione palã inuocat: Δέῳ τοῦτο ἐλλιπαρῶμεν σὲ τὴν ἀμείνω πάντων, καὶ μητρώαις ἐπαγγάσαν τιμαῖς, καὶ παρθενίοις μύθοις ἀδιάλειπτον ὑμνῳδὸν, ποθῶ, παναγία θεοτόκε, B τοῦ εἰς σὲ καταλλήλως χαίρειν ὑμνοις θεοπρεπέσι γεγωρηκότων ἀθ' ὅλων αἰεὶ ὧν ἐξαλείπτον μνήμην. Hoc est: Quamobrem te, ô sanctissima deipara, quæ reliquis omnibus & benignior es, & materno honore, ac cum Deo colloquendi libertate gloriosior, obnixè rogamus vt nostri, qui te inuocamus, tuique semper viuentem & indelebilẽ commemorationem diuinis laudibus celebramus, iugem ac perpetuam habere memoriam velis.] Vbi radicem Iesse felicem, & domum Dauid perbeatã pulchrè vocat, ex qua isthæc Dauidis filia, Dominique & Dei Dauidis mater in lucem prodiit: Hanc omni visibili & inuisibili creatura præstantiorem esse, nostrum inexplicabile gaudium, nomen eius diuinis benedictionibus & gratiis omni ex parte abundare, & Deum ipsum, qui patrem & matrem honorare præcepit omnibus, in hac matre ornanda excellere voluisse, & ideirco nullam non gratiam & immensum honorem illi impartiuisse & sacrum eius caput floribus nunquam marcescẽtibus coronasse. Missa reliqua facio, nam & alibi plura citauimus, quæ idem insignis author ab Hieronymo aliisque celebratus in Deiparæ laudem scripsit, &, quod est amplius, pro concione docuit, vt communem populi Mariam tunc plurimum venerantis, adeóque inuocantis consuetudinem sua etiam authoritate corroboraret. Quod si Origenes B. Iob inuocat, vt fatentur etiam Centuriatores, & innocentes martyres, eo, vt pro nobis apud Deum intercedant, anniuersaria memoria in Ecclesia celebrari affirmat, & præterea Sanctorum inuocationẽ D exemplo Hieremiæ pro populo post mortem semper orantis comprobat, quis prudens vnquam ambigat, tantundem honoris ab illo Mariæ habitum ac tributum esse? Hanc ipse vocat matrem immaculatam, Matrem incorruptam, Matrẽ intactam vnigeniti Filij Dei, per cuius obedientiam Euæ inobedientia excludatur, quæ nihil humile atque deiectũ habeat, cuius iustitiam & virtutes alias respexerit Deus, ac propterea illi fecerit magna, qui potens est, vt reliqua id genus præconia venerãdæ & inuocandæ Virgini Matri congrua prætermittam.

[a] Cap. 2.

S. Methodij Martyris testimonium qui Deipæ Matrẽ & Ecclesiã laudat & inuocat.

In oratione habita ab Ioachimo Patre Mariæ Virginis.

Quam præclarã doctrinã de Mediatrice Maria præstiterit.

Exod. 20

In Catalog. Scriptorum Ecclesiastic.

Lib. 2. in Iob.

Centur. 3 cap. 4

Origenes inuocationem Virginis minime improbauit.

Hom. 3 in dilectus, & li. Homel. in Cãtica.

Homel. 1 in diuersus, & Homel. 8 Luce.

Greg. in Cypriana Martyrem.

Tum ante Nicænam Synodum, quam sub eodem Constantino habitam esse constat, non parum emicuit Methodius Olympi Liciæ, & postea Tyri Episcopus, vir non modo sanctitatis, sed & doctrinæ ac eloquentiæ singularis, idémque generosus Christi Martyr, qui sub Decio & Valeriano, vel vt alij volunt, sub vltima Ecclesiæ persecutione sacri martyrij lauream est consecutus. Multis ille magnisque laudibus Mariam attollit: quem admodũ libro primo [a] & tertio citatis eius verbis demonstrauimus, quam præterea reuerenter multisariámque salutat, ac demũ hac etiam oratione palã inuocat: Δέῳ τοῦτο ἐλλιπαρῶμεν σὲ τὴν ἀμείνω πάντων, καὶ μητρώαις ἐπαγγάσαν τιμαῖς, καὶ παρθενίοις μύθοις ἀδιάλειπτον ὑμνῳδὸν, ποθῶ, παναγία θεοτόκε, B τοῦ εἰς σὲ καταλλήλως χαίρειν ὑμνοις θεοπρεπέσι γεγωρηκότων ἀθ' ὅλων αἰεὶ ὧν ἐξαλείπτον μνήμην. Hoc est: Quamobrem te, ô sanctissima deipara, quæ reliquis omnibus & benignior es, & materno honore, ac cum Deo colloquendi libertate gloriosior, obnixè rogamus vt nostri, qui te inuocamus, tuique semper viuentem & indelebilẽ commemorationem diuinis laudibus celebramus, iugem ac perpetuam habere memoriam velis.] Vbi radicem Iesse felicem, & domum Dauid perbeatã pulchrè vocat, ex qua isthæc Dauidis filia, Dominique & Dei Dauidis mater in lucem prodiit: Hanc omni visibili & inuisibili creatura præstantiorem esse, nostrum inexplicabile gaudium, nomen eius diuinis benedictionibus & gratiis omni ex parte abundare, & Deum ipsum, qui patrem & matrem honorare præcepit omnibus, in hac matre ornanda excellere voluisse, & ideirco nullam non gratiam & immensum honorem illi impartiuisse & sacrum eius caput floribus nunquam marcescẽtibus coronasse. Missa reliqua facio, nam & alibi plura citauimus, quæ idem insignis author ab Hieronymo aliisque celebratus in Deiparæ laudem scripsit, &, quod est amplius, pro concione docuit, vt communem populi Mariam tunc plurimum venerantis, adeóque inuocantis consuetudinem sua etiam authoritate corroboraret. Quod si Origenes B. Iob inuocat, vt fatentur etiam Centuriatores, & innocentes martyres, eo, vt pro nobis apud Deum intercedant, anniuersaria memoria in Ecclesia celebrari affirmat, & præterea Sanctorum inuocationẽ D exemplo Hieremiæ pro populo post mortem semper orantis comprobat, quis prudens vnquam ambigat, tantundem honoris ab illo Mariæ habitum ac tributum esse? Hanc ipse vocat matrem immaculatam, Matrem incorruptam, Matrẽ intactam vnigeniti Filij Dei, per cuius obedientiam Euæ inobedientia excludatur, quæ nihil humile atque deiectũ habeat, cuius iustitiam & virtutes alias respexerit Deus, ac propterea illi fecerit magna, qui potens est, vt reliqua id genus præconia venerãdæ & inuocandæ Virgini Matri congrua prætermittam.

Accedat & totius Africæ lumen, & fortissimus ille Christi Martyr Cyprianus, de quo præclara scribit Gregorius Nazianzenus, atque inter cætera sequentem historiam refert: Cum hic Cyprianus à fide Christi adhuc alienus, ac rebus magicis omninò deditus esset, amore Christianæ virginis exarsit, & in illius expugnanda pudicitia plurimum laborans, vt cœcus & insanus est amor, etiam dæmonẽ sibi adiutorem asciuit. Virgo etsi turpem eiusmodi amorem omnem detestaretur (Christo enim sponso se totam consecrauerat) tamen præsentes Sataniæ technas, & ardentes libidinis faces non potuit non persentiscere, multum his ac grauiter exagitata. Proinde, vt par erat, ad pudicitiæ suæ custodem & tutorem Deum sese conuertit, simúlque Mariam castissimum & clarissimum virginũ decus supplex obsecrauit, vt sibi periclitanti auxilium ferret, corpus interim ieiunio atque humi cubitatione, quæ sunt continentiæ arma, castigans, vt in hoc certamine hostem impurum vinceret, suámque pudicitiam saluam tueretur. Quid multis? non irrita fuit Mariæ inuocatio, per quam propitius afflictæ virgini adfuit Deus, vt & hostis deuictus abscederet, & Cyprianus è stulto amatore, Christianæ sapientiæ non modo discipulus, sed etiam, sicut [a] Augustinus vocat, Doctor suauissimus, & martyr beatissimus efficeretur. De illo [b] Nicephorus refert, quòd per eam virginem Christo sit pulcherrime despõsatus, sacráque Christianorum complexus, mox etiam in Presbyterorum ordinem templi custos cooptatus, ac tandem toti Africæ Sanctorum antistes præfectus.

Quomodo Cyprianus ad hæc Ethnicus & rei magicæ deditus, Christianam Virginem ad impudicitiã sollicitauit, eaque Mariam inuocando dæmonis tentationem, & incontinentiæ periculum euitarit.

[a] Libr. 2. de doctr. Christiana c. 40

[b] Libr. 5 Ecclesiast. hist. cap. 27.

Quanquam non me fugit de duplici Cypriano disputari, vt alter Antiochenus, alter Africanus, & vterque tamen Christi Martyr in Ecclesia celebris constituatur. Illud satis constat, S. Cyprianum cum Iustina virgine martyrij lauream accepisse, an vero idem Cyprianus fuerit præclarus ille Doctor Cornelij Papæ familiaris, & Martyr Carthaginensis in Africa toto Orbe percelebris, non perinde cõstat: sed id tamen asserit planissimè Nazianzenus, quem & Nicephorus æmulatur, velut Cyprianum vtrumque confundat. Nostro quidem instituto sufficit, exemplum propositum ad ætatem Martyrum pertinere, illóque manifestè conuinci, Mariam tunc etiam de more in grauibus periculis inuocatã, eámque inuocationem hominibus vtilem & efficacem illo etiam seculo extitisse, talémque inuocandi formam licet Cypriano viuo factam, nec ipsi Gregorio, qui eam publicè recenset, ac recensendo laudat, nec doctioribus id genus aliis displicuisse, quin potius vt in Ecclesia iam ante receptam, illis probatam esse. Hanc tantam veritatis lucem non ferũt noui vespertiliones, omnibúsque modis obsistunt, ne Mariæ cultum adeo vetustum & Martyrum seculo vsurpatum agnoscere velle videantur. Itaque Philippus Melanethon aduersus authorem ipsum, qui dictam scripsit historiam, excipit, & hoc modo tergiuersatur: *Scripsit vitam Cypriani Gregorius, in qua narrat puellam quandam amatam esse à Cypriano ante conuersionem, quæ inuocans Mariam Virginem, vicerit magicas incantationes Cypriani. Hoc exemplum citatur de inuocatione Sanctorum. Etsi autem videtur esse ficta fabella, & postea sparsa titulo Nazianzeni, tamen etiamsi vera esset historia, non esset citanda ad confirmandum inuocationem Sanctorum. Nam errores piorum non sunt opponendi verbo Dei, & omnibus ætatibus etiam pijs in Ecclesia habẽt suas infirmitates.* Æquè versutus est Sarcerius, qui, vt fœdi erroris notam in eundem deriuet authorem, dicere non veretur: *Nazianzenus in oratione de S. Cypriano de puella dicit, quæ inuocat beatam Virginem. Errores piorum non sunt opponendi verbo Dei, & omnibus ætatibus etiam pijs in Ecclesia habent suas infirmitates.*

Libr. de Ecclesia.

Libr. de vera Ecclesia.

Quid Sarcerius & Chemnitius contra eandem Gregorij narrationẽ opponant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chemnitius verò, vt & ipse frigidam suffundat, ac fucum imperitis faciat, nos ad Gelasium ablegat, qui librum de pœnitentia Cypriani apocryphum & supposititicium esse testetur, & argumentum ab inficiatione petitum addit, nimirum eundem Cyprianum & Hieronymum de hac historia nullam facere mentionem.

In examine Conci. Trid. de inuocat. Sanctor.

At vero miror ego cumprimis, quo supercilio isti homunciones tanto viro, cui nec matulam porrigere digni sint, & cuius monumentis plurimum emper tribuit erudita vetustas, tàm licenter obtrectent. Fuit enim hic Gregorius præcipuis Græcorũ Theologis semper annumeratus, organum benedictum, & fons profundus, sicut [a] Basilius loquitur, magni nominis & fama celebertima illustris Episcopus de partibus Orientis, vt censet [b] Augustinus, dignus etiam, de quo præceptore suo in sacris literis explanandis [c] Hieronymus glorietur: & de quo demum Russinus affirmat: Manifestum indicium est, non esse rectæ fidei omnem, qui in fide Gregorio non concordat.] Quod si de fide libri Gregoriani agitur, præsens quidem locus, quẽ oppugnant aduersarij, ex oratione illa depromitur, quam eiusdem authoris propriam & germanã esse docti omnes agnoscunt. Iam verba ipsa nihil habẽt obscuritatis, siue Græcum codicem, siue Latinum interpretem consulamus, planéque hunc sensum reddunt, quod ab immũdo spiritu sollicitata Virgo Mariæ tanquam patronæ supplicarit, vel, vt alij vertunt, supplex eam obsecrarit, vt sibi periclitãti auxilium ferret. Sic enim Græcè legitur: ἡ τῶν παρθένων Μαρία ἱκετεύσα βοήθησα παρέσχεν πλοῦτον. Quod vero Chemnitius Gelasium Pontificem nobis obiicit, qui librum de pœnitentia Cypriani apochryphum faciat, tanto minus habet momenti, quanto imbecillior & frigidior Chemnitij coniectura est, qui sine ratione vlla fingit libri vel Canonis Gelasiani nomine præsentem Gregorij orationem, dictámque historiam comprehendi.

Refutatio partis aduersatiq; quæ præsente Gregorii loco cum indigoè conuellit.

Gregorij Nazianzeni quãta olim fuerit authoritas.

a In epi. 141 b Lib 1. contra Iulianum c 2 c In apolog. aduersus Russinum & in c. 5. epist. ad Gala. 4

Non posse dubitari de fide libri huius Gregorij, & de sensu verborum.

Quanta vero Melanchthonis est audacia, dum scribere non veretur, historiam hanc videri fictam fabellam, quæ Nazianzeni titulo posteà sparsa sit, atque vt maxime vera esset historia, tamen eam ad piorum errores referri oportere, quoniam Sanctorum inuocationem stabiliat: sicut garrit etiam Sarceerius, & verbo Dei aduersetur. En tibi homines arrogantes, vel verius impudentes, qui quicquid cum eorum & Vigilantij placitis non congruit, cuiuscunque sit authoritatis & fidei, haud sine contumelia reiciunt, tanquam soli cornicum, quod aiũt, oculos confixerint. Inuocauit sanè hic grauissimus Theologus Mariam, vt diximus, nec solum illam, sed & Cyprianum ipsum, quo de agimus, & Basiliũ & Athanasium, licet ex hac vita in Christi regnum cæleste translatos, citra tropum vllum implorauit, atque vt manum laborantibus mortalibus porrigerent, verbis disertis precatus est. Nesciunt scilicet, hic Theologus, an Sanctorum inuocatio verbo Dei aduersaretur: & quoniam in Lutheri schola non fuerat institutus, inter Dei & Sanctorum cultum nõ potuit discernere, nec eos errores effugere, qui sinceram religionem deprauant. Enimuerò lõge rectius cum Gregorio saperent, ac minus errarẽt aduersarij, si morem & institutum eiusdem, simũlque Basilij Magni sequerentur, qui ambo cum diuinis literis operam sedulò dederint, eam intelligentiam non ex propria præsumptione, verum ex Patrum scriptis Matorúmque authoritate petebãt, quos ex apostolica successione intelligendi regulã susceepisse constabat: quemadmodum veteres annotarunt.

Præsentem hi storiam non contineri libro apocrypho, quem Gelasius notat.

Dist 15 c. Sancta Romana Ecclesia

Philippus & Sarceerius historiam hanc frustra suspectam & confictam facere conantur.

Gregorij hãc multo minus, quam vllus eius rios in sacris rebus erraße.

Vide lib 11 Eccles hist. cap. 9

Gregorium excusatum vt sanctæ vitæ, sed non ideo in fide de sacrificiis, sicuti Dialectica valuit. Mar tyrum inuocat.

Curigitur Gregorius hoc loco reprehenditur, velut noui aliquid & alieni suspectique dogmatis adferat, quum Mariam à muliere Africana inuocatam proponit, idémque de Sanctorum inuocatione iudicat, quod martyrũ sæculo Eusebius, Origenes, Cyprianus quoque iudicarunt, sicut Centuriatores repetitis eorum testimoniis vel inuiti fatẽtur: Vnum adhuc Eusebij Cæsariensis locum, quem illi prætermiserunt, adscribam: Hæc nos, inquit, quotidie factitamus (vt post vitam præclarè pieque gestam defunctos veneremur) qui veræ pietatis milites, vt Dei amicos, honorantes, ad monumenta quoque illorum accedimus, votáque ipsis facimus tanquàm viris sanctis, quorum intercessione à Deo non parum nos iuuari profitemur.] Tum Eusebio antiquior Origenes in hunc modum scripsit: Quis dubitat, quod Sancti quique Patrum orationibus nos iuuent.] Et rursus: Ego sic arbitror, quod omnes illi, qui dormierunt ante nos Patres, pugnent nobiscum, & adiuuent nos orationibus suis.] Quod si tunc etiam persuasum habebant, Sanctos in cælis orare pro mortalibus, præsertim amicis atque familiaribus, quibus cum in terris coniunctè vixissent, eámque Sanctorum orationem vtilem esse statuebant, an non proximum erat, vt vicissim illorum cælitum precibus commendarent, & commendando promptiores eosdem redderẽt ad veræ charitatis officium in cælo præstãdum, & ad multa Dei dona hic peregrinantibus fratribus impetranda? Quare Cyprianus, qui Decianam persecutionẽ vidit, cum Cornelio Pontifice & sacris virginibus quasi pacisci tur, vt primum ex ipsis in vitam cœlestem demigrantes, pro se alisque fratribus & sororibus Dominum fideliter precentur. Tum innocentes pueros ab Herode occisos idem tanti facit, vt dicat eos Dei clementiam pro nostris laboribus exorare, & nonnullis immeritis veniam obtinere.] Sed & Iustinus his omnibus vetustior, de corporibus & sepulchris Martyrum testari non dubitat, quod ea tueantur homines ab insidiis dæmonum, morbósque arte humana immedicabiles curent. Et adhuc nouis credemus Gnosticis, qui vt soli sapiãt, etiam venerandos secũdi & tertij seculi Patres vel errasse, vel deliraße confingunt, quum Mariam aut Sanctos alios inuocarunt, cúmque non solum illorum Spiritus, sed & corpora, siue reliquias sacras religiosè venerati sunt, magnósque illis honores ad Ethnicorum & Iuliani Cæsaris vsque inuidiam habuerunt: sicut Ecclesiæ [a] Smyrnensis & [b] Gregorij Nazianzeni scripta demonstrant? Falluntur omnino qui putant, nos in primis & vetustissimis illis Ecclesiæ scriptoribus tam parum ac segniter esse versatos, vt quid rerum tunc ageretur, quæue forma religionis ac cæremoniarum extaret, nondum didicerimus, sæpéque non cogitemus. Certè Sanctorum dies natalitij quotannis tunc celebrabãtur: quemadmodum è [c] Clemente & [d] Cypriano intelligimus, & Sanctorum nomina è sacris tabulis ad altare recitabantur, vt eiusdẽ seculi scriptor [e] Dionysius Areopagita confirmat, & eorundem Sanctorum memoria, quoties Eucharisticum sacrificium efferebatur,

Gregorium excusatum vt sanctæ vitæ, sed non ideo in fide de sacrificiis, sicuti Dialectica valuit. Mar tyrum inuocat.

Cen 3 cap 4 Labor. 15. de prophetarum Euang. 5 & 7

Eusebius, Origenes, Cyprianus & Iustinus inuocationem Sanctorum obscure præstare docte. Veteres multam ex eorum inuocatione fiduciam sumpserunt. Sanctorum orationi, eamque sibi postularunt.

Super Num. fol. 51

Lib. 1. epist. 1. de traditione Virginum. Ser. de Stella & Magis. Quæst. 28 ad Orthodoxos.

In præsentes argumentatio de cultu Matris & Sanctorum non eius diuersum nobis, sed proportionis Doctoribus.

a Vide Euseb. Cæsar. lib. 4. hist. cap. 15 b Orat. contra Iulianum. c Lib. 5. & 8. constitutionũ. Apost. d Epist. 5. lib. 4. epist. & e Lib. de Ecclesiast. Hierarch. cap. 3

Quomodo in cultu Sanctorum fiat discrimen inter Christum & Sanctos.

offerebatur, eum quadam inuocatione erat coniũcta, sicuti Græcus & vetustus author [a] Eusebius Alexandrinus, & post illum [b] Cyrillus Hierosolymitanus ostendit.

a In Hom. de Sanctis laudis. b In Cateches. 5. Mystagogi ca.

Quæ cum ita sint, liquido consequitur, inter Sãctos alios Mariæ non minus, ac etiam reuerentius, quam quorumlibet aliorum Sanctorum nomen in cultu & sacrificio publico recitatum, illóque seculo passim sic honoratum fuisse, vt eius etiam inuocatio non prorsus omitteretur. Cui rei non leue testimonium præbet Liturgia, siue sacrificandi Forma, quam Iacobus ille ἀδελφόθεος, vt veteres vocãt, idémque laudatissimus Christi Apostolus edidit, quámque non solum [c] Proclus generosus Nestorij antagonista, sed etiam [d] sexta Synodus generalis, quæ in Trullo sub Iustiniano celebrata est, libenter agnoscit, multique Græci Theologi probant. In qua Liturgia cum aliorum Sanctorum, tũ Deiparæ Virginis frequens & honorifica fit mẽtio. Vocat enim eam non solum μειζοτέραν τῶν χερουβείμ, id est, pretiosiorem seu honoratiorem quam Cherubim, verum etiam ἀγιωτέραν τῶν σεραφείμ, id est, gloriosiorem Seraphim. Nec simpliciter illam benedictam, sed cum augmento ὑπερευλογημένην, id est, super benedictam appellat. Præterea populum cohortatur, vt vna cum Sacerdote, qui sacris operatur, non modo Deiparæ memoriam habeant, sed eius etiam intercessionem respiciant & quærant, sicut hæc verba demonstrant: Commemorationem agamus sanctissimæ, immaculatæ gloriosissimæ, benedictæ Dominæ nostræ Matris Dei & semper Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum & iustorum, vt precibus atque intercessionibus eorum omnes misericordiã consequamur.] Et cum Sacerdos dixisset, vt Deus inter Sanctos omnes præcipuè meminisse velit sanctissimæ, immaculatæ, super omnes benedictæ gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ sempérque Virginis Mariæ, statim hæc subicit Chorus: Dignum est vt te verè beatam dicamus Deiparam, semper beatam, & omnibus modis irreprehensam, & matrem Dei nostri, honorabiliorem quam Cherubim, & gloriosiorem quàm Seraphim, quæ sine corruptione Deũ Verbum peperisti: te reuera Deiparam magnificamus.] Et rursus: Tibi, ô plena gratiæ, vniuersa creatura gratulatur, Angelorum cœtus, & hominum genus, quæ es templum sanctificatum, Paradisus spiritualis, virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit & puer factus est Deus noster, qui est ante secula. Tuum enim vterum thronum fecit, & tuum ventrem latiorem & ampliorem cælis ipsis reddidit: tibi, ô gloria plena, vniuersa creatura gratulatur, gloria tibi.]

Liturgia Iacobi Apostoli, quæ Veterib. probata est. Mariæ dignitatem & cultũ asserit.

c Vide inepti. Cyril. d Canone. 32 Et de consecrat dist. 1. Canone Iacobus.

Mariam meritò prædicari & præ creatu is omnibus in cælo & terra honorari.

Quam verò sunt ista dilucida, præclara, fortia, nec aliunde, quam ex Apostolico spiritu deprompta, quæ & primo Ecclesiæ seculo congruunt, & singularem nostræ Virginis arguunt maiestatem. Cur enim Apostoli Deiparæ dignitatem nõ agnoscerent, simúlque primos Christianos docerent, vt summum Deum in eius Matre, omnium præstantissima creatura, glorificarent, vtque & ipsi in tremendis illis mysteriis peculiarem eius, quæ maximè gratiosa & gloriosa est, memoriam celebrarent? Visum est igitur Basilio Magno & Ioanni Chrysostomo non abs re fore, si ex his aliisque Iacobi Apostoli verbis multa mutuarentur, & in suas etiã Liturgias transferrent, eáque Græcis recitanda traderent, quoties & ipsi sacris operarentur. Chrysostomus quidem hanc precatiunculam frequenter adiungit: Intercessionibus Dei genitricis Saluator salua nos.] Et præterea Iacobum in eo sequitur, quod ex integro repetat angelicam salutationem.

Quomodo accipienda sint eam pondere verba superiora, velut ab Apostolis profecta.

Basilium & Chrysostomũ cum Liturgiæ Iacobus Apostolus de Maria prædicat pulchrè conuenire.

In Liturgia.

Hanc verò Syri ab Apostolis vel primum instituti non sine inuocatione solent absoluere in hũc modum: Pax tibi ataria plena gratia: Dominus noster tecum: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus qui est in vtero tuo, Iesus Christus. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis, pronobis inquam peccatoribus, Amen. Quemadmodum S. Seueri Patriarchæ Alexandrini precationes non ita pridem conuersę demonstrant. Extat & Missa Aethiopum peruetusta, Canonem vniuersalem vocãt, hánc que precationem habet adiũctam: Ora pro nobis apud Iesum Christum, vt misereatur animæ nostræ: ora pro nobis in conspectu troni Filij tui Iesu Christi. Lætare immaculata verè Regina: lætare gloria nostrorum parentum, quia peperisti nobis Emanuelem. O verè mediatrix ante Dominum nostrum Iesum Christum, te supplices exoramus, vt memor sis nostri: ora pro nobis vt deleantur iniquitates nostræ.]

Salutatio Angelica olim etiam instituti sacris recitata, cui Syri nonnulli Mariæ inuocationẽ.

In Missa Aethiopum Mariæ cultus inuocatur.

Tanta quidem cura non solum Græcos, sed etiã Alexandrinos, Hierosolymitanos, Æthiopes aliásque nationes, inde ab initio traditæ acceptæque fidei, tenuit in Deipara palàm & honoranda & inuocanda. Vnde quoties Redemptoris sui crucem & mortem in quotidiano & incruento illo sacrificio annunciarunt atque recoluerunt, id quod perpetuum apud illos fuit, mattis etiam Domini memoriam honorificam sibi habendam esse duxerũt, ac eius maternæ pietati reuerenter sese commendarunt. Non enim alius Christus quàm ex Maria, vt inquit [e] Tertullianus, qui eandem beatissimam & gloriosissimam haud temerè vocat. Etenim sicut hunc suum magistrum [f] Cyprianus velut interpretans docet: Hoc vas electionis plurimum à cæteris differens, natura quidem, sed non culpa communicabat, cui vt Matri, plenitudo gratiæ, atque vt Virgini abundãtior gloria debebatur.] Tum qui vtrũque, Cyprianum & Tertullianum anteceßit vir planè Apostolicus Irenæus, vt eum Hieronymus vocat, idémque celebertimus Christi martyr, tanti Mariam habuit, vt nesciam equidem, an quicquam de illa sublimius prædicare, magisque venerandam ostendere potuerit, quàm cum hoc expresso eulogio illam exornat: Sicut Eua (virum habens Adam & virgo adhuc existens) inobediens, & sibi & vniuerso generi humano causa facta est mortis: sic & Maria habens prædestinatum virum, tamen Virgo obaudiens, & sibi & vniuerso generi humano causa facta est salutis.] Et rursus: inobedientiæ Euæ nodus solutionem accepit per obedientiam Mariæ. Quod enim alligauit virgo Eua per incredulitatẽ, hoc virgo Maria soluit per fidem.] Ac iterũ ahbi: Quemadmodum Eua per Angelicum sermonem seducta est vt effugeret deum, præuaricata verbum eius, ita & Maria per Angelicum sermonem euangelizata est, vt portaret deum, obediens eius verbo. Et sicut illa seducta est vt effugeret Deum: sic hæc suasa est obedire Deo, vti virginis Euæ virgo Maria fieret aduocata. Et quemadmodum astrictũ est morti genus humanum per virginem: ita soluatur

Tertullianus & Cyprianus quam reuerẽter de Maria loquantur.

e De præscript. hæret. cap. 39 f Serm. de Natiuit. Christi. In caput 64. Isaiæ.

Lib. 3. aduersus hæreses c. 33.

Irenæi sententiæ de matre Domini quæ altera & obediens Eua fuit, & causa nostra salutis.

Lib. 5. c. 19. contra Valentinum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per virginem, æqua lance disposita virginalis inobedientiæ per virginalem obedientiam.] Agnouit & Augustinus hæc Irenæi verba propria esse, eáque repetita Iuliano Pelagiano fidenter opposuit, & velut illis alludens, aut certè maiorem lucem adhibens, alibi dixisse videtur: Per fœminam mors, per fœminam vita: per Euam interitus, per Mariam salus. Illa corrupta secuta est seductorem: hæc integra peperit Saluatorem: illa poculum à serpente propinatum libérter accepit & viro tradidit, ex quo simul mererentur occidi: hæc gratia cælesti desuper infusa, vitam protulit, per quam caro mortua possit resuscitari.] Ac sæpius quidem apud eundem legimus, Mariam cum Eua conferri, vt alibi multis comprobauimus: vnde illa quoque verba scripsit: Mater generis nostri pœnam intulit mundo: genitrix Domini nostri salutem attulit mundo. Auctrix peccati Eua: auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit: Maria viuificando profuit. Illa percussit, ista sanauit. Pro inobedientia enim obedientia commutatur, fides pro perfidia compẽsatur.] Videmus igitur, tum Irenæi, tum Augustini censura, quanta sit Virginis nostræ præstãtia, quæ primam omnium matrem Euam immenso interuallo præcurrit, si huius incredulitas cum illius fide, huius inobedientia cum illius obedientia, huius virus cum illius antidoto comparetur. Euam Orbis pestiferam ac velut pestem exitialem, Mariam verò salutiferam, neque solum Euæ vnius aduocatam, sed & totius humanæ salutis, vt antè monstrauimus, causam esse, tam probatus, quã vetustus Ecclesiæ doctor Christique Martyr Irenæus luculenter affirmat.

Vbi nouam litem nobis excitent aduersarij, valdéque ringuntur, quoniam Mariam Euæ aduocatã audire non sustinent. Cum autem Irenæi testimonium non possint corrumpere, incommodum esse dictum censent, & adhuc impudentior Gallasius ex eodem loco magnam Christo iniuriam conciliari vociferatur. Quasi vero quicquid istorum palato parum arridet, statim vt incommodè absurdéque dictum accipi & reiici debeat: quasi præterea Sanctorum honos Christi gloriam obscuret atque labefactet. Atqui potius illam illustrat, legitimum si vsum in honorando adhibeamus, eam potissimum venerantes, quam Pater æternus inter Christi mẽbra cumprimis honorificat, quámque ipse Filius tot modis extulit, non solum aduocatæ honorem illi tribuens, sed & iudicis loco eam proculdubio toti Orbi cum gloria exhibiturus, quum Apostoli summum iudicem comitantes, tribus Israelis, imò & Angelos, si diuinæ Scripturæ fidem habeamus, publicè iudicabũt. Altercatur hic etiam Chemnitius, & cum Irenæi interprete velut nimium obscuro & infelici expostulat, vt qui mentem authoris nõ fuerit satis assecutus, quum Euæ aduocatam Mariam interpretatur. Siue autem Irenæus Latinè scripserit vt putat Erasmus, fuit enim Commodi temporibus in Gallia præsul Lugdunensis, siue, vt alij arbitrantur, Græcè libros contra Valentinum ediderit, nihil sanè habet absurdi, est que verbis eiusdem adiunctis valdè consentaneum, quod Mariam Euæ faciat aduocatam. Si enim Maria per fidẽ soluit, quod Eua per incredulitatem alligauit, si deinde inobedientiæ Euæ nodus per Mariæ obedientiam solutionem accepit: si denique eadem per obedientiam suam humano generi salutis causa facta est, vt idem Irenæus

Instit. de Symbolo ad Catechum.

Etiam Augustinus hæc Irenæi verba citauit & sententiam comprobauit.

Sermo 2. de Annunciatione dominica.

Quantum sit discrimen inter Mariam & Euam, præstantissima Irenæum.

Aduersarios Irenæo repugnantes negare, quod Maria Euæ sit aduocata.

In annot. lib. 5. Irenæi addit.

Luc. 12.

Mariæ & Sanctorum honos illustrat, non obscurat Christi gloriam.

Matth. 19 1. Cor. 6

Chemnitium cum Irenæi interprete frustra contendere.

In examine Conc. Trident. de inuocat. Sanctorum. In præfatione operis Irenæi

A verbis clarissimis adstruit, quid mirum quæso, eandem Euæ aduocatam, quod multo minus est, nuncupari, & à piis omnibus existimari? Vnde seipsum hic author explicans, qua ratione Deiparam Euæ aduocatam appellasset, è vestigio ista subiecisse videtur: Quemadmodum astrictum est morti genus humanum per virginem, ita soluatur (vel sicut in veteri codice scriptum est, saluatur) per virginem, æqua lance disposita virginalis inobedientiæ, per virginalem obedientiam.] Quibus sanè verbis an non satis ostendit, diuino consilio factum esse, vt vetus maledictum, quod prima illa virgo Eua per inobedientiam suam sibi ac posteris primum in Orbem inuexerat, per Mariæ Virginis obedientiam corrigeretur atque depelleretur? nimirum vt per vnam virginem felicem, quæ salutis Principẽ peperit, tantum boni mundus acciperet, quantum per primam infelicem virginem amisisset.

Quomodo ipsum explicet Irenæus vt Maria Euæ aduocatam ei & esse & dici intelligat.

Sed hic iterum Chemnitius cauillatur, absurdum videri, si Maria ferme quatuor mille annis post primorum hominum lapsum condita, Euæ aduocata dicatur, quandoquidem nondum nata, pro Eua nõ potuerit Deum inuocare. *Quis igitur*, inquit, *vel per febrim somniabit, Euam tunc, quum esset virgo, inuocasse Mariam aduocatam suam, quæ nondum nata erat?* At mihi Chemnitius quasi per febrim hic somniare videtur, quum ex munere aduocati vel aduocatæ, inuocationem necessariam colligit, velut hæc duo sint inseparabilia, aduocatam agere & inuocare. Quod autem hæc disiungi queant, etiam Valla seuerus Latinæ linguæ censor annotauit, multóque rectius ildicat, quum in hunc modum scribit: Quicunque alteri adest in causa officij gratia, aduocatus appellatur, etiamsi nihil dicat neque agat: Qui vero causam agit, hunc Latinis Patronum propriè dici: aduocati autẽ nomen esse generalius docet: Sed vtrũque nomen aduocati & patroni confundit Chemnitius nec animaduertit, Mariam in hoc diuinitus electam, & per Gabrielem Angelum euocatã fuisse vt sciens & volẽs mater fieret Emanuelis, ac eo ipso non Euæ tantummodo, sed & omnium mortalium causam ageret, ac redemptionem humanã in Christo complendam fidissime procuraret. Procurantis autem vox illa fuit, quæ summa & fide & charitate constabat, & Orbi redimendo quasi fundamenta præstruebat: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Rectè igitur Gallasius quoque in hunc Irenæi locum scripsit: *Possemus aduocatæ nomen propria significatione accipere pro ea, quæ Ree tantum adest, etiamsi nihil agat aut dicat. Tales enim proprie dicebantur aduocati, qui Reum inde cum precatione sua comitabantur.* Vbi fatetur etiam Mariam redemptionis nostræ instrumentum fuisse, quod tulerit in vtero Redemptorem, quódque obedientiæ illius atque iustitiæ sic fuerit particeps, vt excellẽtibus Dei donis ornata atque afflata à Spiritu sancto, omni ex parte se præbuerit obsequentem.

Non esse absurdum Mariã aduocatam Euæ dici etiã antequam nata ceretur.

Luc. 1.

Aduocatam agere potest etiam qui non inuocat vel ipse inuocatur, ibique nondũ Mariæ compertere.

Testimonium Gallasii licet Caluinianum, quomodo Maria hic Euæ aduocata dicatur.

In 5. lib. Irenæi.

Atque vt maximè hæc aduocati & patroni nomina confundantur, sicut Patres quidem de Maria loqui solent, quod aduocata nobis simul & patrona sit, ac apud Deum pro mortalibus intercedat: tamen in alium sensum aduocatam Mariam hic intelligit Irenæus. Quæ tunc Euæ aduocata esse cœpit, vt huius authoris mentem explicemus, quum inde ab initio summus Deus ad suam sapientiam clarius

Quomodo Irenæus Mariam faciat Euæ aduocatam.

clarius demonstrandam prædestinauit vnam mulierem, quæ primæ mulieri peccanti quasi suppetias ferret, & eius inobedientiam sua obedientia quodammodo castigaret. Hoc est, quod Bernardus inquit, filiam pro matre respondisse, matris eiusdem opprobrium abstulisse, ac pro eadem Patri satisfecisse. Redditur, inquit, fœmina pro fœmina, prudẽs pro fatua, humilis pro superba.] Congruum enim fuisse, vt adesset reparationi nostræ sexus vterque, quorum corruptioni neuter defuisset. Igitur etsi fidelis planè & potens mediator Dei & hominũ existat homo Christus Iesus, idemque iudiciarium habens potestatem, tamẽ & Mariæ inter mulieres benedictæ in hac reconciliatione suum esse locum, vt ad Christum mediatorem velut mediatricẽ nobis præbeat, quæ salutis antidotum viris & mulieribus propinauit. Quarè non adeò videri debet alienum, si hanc suam aduocatam Eua non solum habuisse dicatur, sed etiam eandẽ in spiritu cognouisse, imò & amasse & desiderasse credatur. Etenim ex promissoriis Dei verbis haud obscurè percepit, venturam talem aliquãdo mulierem, quæ cum suo benedicto semine nequissimi serpentis contereret caput, atque lapsum genus humanum, & idcircovtrũque sexum, erigeret restitueretque. Hac fide suffulta Eua, & mariti oratione haud dubiè confirmata, quum in sui Redemptoris matrem eminus intueretur, quæ summa illi proculdubio consolatio fuit, an non illam pro aduocata sua suspexit, ac licet absentem multumque remotam meritò venerata est? In quem sensum dixit etiam Epiphanius: Angeli accusabant Euam, nunc verò Mariam gloria prosequuntur, quæ mulierum infirmitatem vere gloriam reddidit, quæ lapsam Euam erexit. Imò verò Fulgẽtius, vt antea indicatum est, maledictã Euam per Mariã ad benedictionem gloriæ remeasse, per quam etiam omne genus fœminatum restauretur, affirmat. Neque propterea Christum, quem Ioannes aduocatũ nostrũ vocat, quem & omnes vtriusque sexus Redemptorem libentissime profitentur, excludimus: quinimò eum summum Intercessorẽ apud Patrem, & imprimis Saluatorem nostrum esse gloriamur: vt qui merito suo, ac iustitia, quod nemo alius vnquã præstare poterat, nos profuso sanguine pretioso eterno Patri reconciliauit. Hinc sõlus ipse agnus Deidicitur, & propitiatio pro peccatis nostris, ea quæ siue in cælis siue in terris sunt pacificans. Ita Christo Filio Dei suum semper Redẽptoris officium, suaque maiestas integra cõstat. Nihilominus Mariam ab Irenæo & Patribus aliis cum Eua ritè conferri dicimus, vtquemadmodum prior Eua moriẽtium mater, & humanæ perditionis causa fuit, ita hæc noua Eua inter secundarias & cooperantes causas non minimum ad humani generis reparationem contulisse intelligatur, ac proinde illa non solum Euæ, sed & totius humanæ gentis aduocata, licet non in summo aduocationis gradu, meritò habeatur. Hinc vetus etiam author Chrysippus notat, quòd sicut antiqua Eua diabolum in altum erexerit, ita Noua eundẽ deiecerit, per Christum scilicet Dominum nostrum. Et Bernardi dictum scilicet est, virum etiam qui per fœminam cecidit, nõ nisi per fœminam erigi, quæ facta sit parentum reparatrix, & posterorum viuificatrix. Quæ omnia sic accipienda sunt, vt sicuti diximus, Christus sibi primas perpetuo seruet, quoniam is absque cõtrouer-

Hom. 1. de B. Virgine.

In Serm. de verbis Apocal. 1. Signũ magnum.

Quo pacto Eua non solũ habuerit, sed etiam late cognouerit aduocatam Mariam.

Genes. 3.

In Orat. de laudib. sanctæ Mariæ Deiparæ.

Basil. Epiphanius de Maria Euam erigere testatur.

1. Ioan. 2.

Ioan. 1. 1. Ioan. 2. Coloss. 1.

Sine Christi iniuria Mariã velut principẽ & causam nostræ salutis ab Irenæo & Patribus prædicari.

In orat. de Mariæ laudibus.

In eximiis laudibus & epitheus Mariæ tributis Christi honorem primarijs excipi semper oportere.

sia mortem nostram destruxit, & vitam reparauit, primatumque in omnibus tenet. In hunc modũ alia veterum testimonia, quorum pleraque iam antè citauimus erunt interpretanda, quum illis Maria non solum aduocata, sed etiam mediatrix & reconciliatrix hominum prædicatur. Cur igitur sanctissimo Irenæo hic canes oblatrant, quod Mariã vnius Euæ constituat aduocatam, si quidem vsitato Theologorum more hoc nomen capiamus, quodque ad Matrem Domini causam aliquam nostræ salutis referre non vereatur? Ita enim & Epiphanius Mariã viuentium matrem esse factam clarissime dixit.

Coloss. 1.

Contra Antidicomarianitas her. 78.

Atque hæc de Veterum testimoniis in mediũ protulisse sat sit, quæ homines Christianum nomen professi, & illustrem in Ecclesia locum adepti, pro Matre Domini veneranda, & pro sacro eius cultu asserendo perhibuerunt, nec solum scriptis, sed etiã factis & exemplis non vno vel altero seculo, sed annis ab hinc mille quingentis toto Orbe comprobarunt. Proinde qui videri volunt Orthodoxi, & germani Ecclesiæ Catholicæ esse filij, non possunt non magnificere ac reuerenter amplecti hanc Patrum Maiorumque nostrorum concordem sententiam, totque populorum perpetuam confessionem, quæ singularem & multiplicem quoque fructum ipsis Orthodoxis adfert. Hinc etenim illi manifeste colligunt, certoque statuunt secum, Christum Dei & Mariæ filium, qui [a] custos est Israelis, & omnia [b] Sãctorum ossa custodit, eorumque [c] capillos in numerato tenet, peculiarem honoris materni curam habere, ac omnibus Ecclesiæ Christianę ętatibus reipsa demonstrasse. Hinc præterea gaudent, se in illa [C] versari Ecclesia, quæ cum veritatis basis atque columna sit, vt in aliis religionis nostræ institutis, ita etiam in Mariæ cultu per omnes Nationes hactenus vsitato non possit hallucinari: vtpotè veraci & sancto, non mendaci aut fallaci Spiritu semper gubernata. Hinc rursus vtiliter obseruant, Mariæ ortum, vitam, mortem, & in cælos assumptionem in cõspectu Dei verè pretiosam extitisse, meritoque ab vniuersa Ecclesia honorifice celebrari, eamque celebrationem tot summi Dei operibus comprobari, quot illustribus miraculis Mariæ cultus tot seculis diuinitus fuit cohonestatus. Hinc iterum sibi suisque fratribus gratulantur, cum veritatem à Mariomastigis oppugnatam, adeò firmiter stabiliri, atque inde ab initio nascentis Ecclesiæ corroboratam esse comperiũt: nulla vt verè Christiani Orbis pars fueDrit, in qua Deiparæ inuocatio, feriæ, templa, imagines & veneratio ignorentur.

Epilogus totius tractationis de veterã testimoniis hucusque citatis.

Multiplicem vsum & fructũ è superioribus testimoniis capere posse ac debere Catholicos in sua veteri religione.

Svnt verò alij, quibus tot tantáque testium suffragia, & præstantium hominum exempla à nobis adducta non satisfaciunt, & ne pluribus quidem, si ea cumulare decretum esset, fidem vllã adhiberent. Ita enim ab omni Mariæ cultu sunt alieni, nulla vt Veterum authoritate vel Ecclesiæ traditione atque consuetudine commoueãtur, sed se suosque nouos Magistros, quemadmodum de plerisque aliis, ita etiam de hoc argumento rectius, quàm totam antiquitatem sapere & iudicare confidant: vera enim Diuini verbi luce, quam ipsi scilicet, aspiciunt, Veteres caruisse, ac in densis ignorantiæ superstitionis ac idololatriæ tenebris iacuisse omnes, qui tot seculis in Virgine Matre colendã & inuocanda versati sunt. Cuiusce modi Censorum, ne dicam irrisorum, genus eò longius in Europa sese diffundit, ac

Cuiusmodi sint aduersarij prædictis testimoniis contradicentes, & Mariæ cultum reprobantes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

grauiorem Orbi perniciem creat, quò magis effrenis ingeniorum ac iudiciorum de sacris disceptantium regnat licentia, vt iam in Septentrione quidem nullus non sibi licere putet quidlibet de religione sentire, & quascunque iam pridem damnatas impiasque opiniones amplecti. Hinc passim tot παράνομοι καὶ ἰδιογνώμονες, imò & præfracti perfidique homines in varias & nefarias Sectas iam mire dissecti reperiuntur, quos iusto iudicio Deus, siue ob superbiam, quæ mater est Hæreticorum, siue ob occulta quædam peccata, in sensum reprobũ adeò tradidisse videtur, vt mercedem erroris sui in semetipsis recipiant, eaque de quibus ipsi loquuntur, & de quibus affirmant non intelligant, & quod multo est turpius, vt sua etiam de religione sensa subinde commutent. Est enim ita, quemadmodum quidam ex illis, nec infimus ille Melanchthon perspicuè dixit: *Vt semper verum vero consonat, ita falsum plurima errata secum trahit: & qui semel à recta via deflexit, eum necesse est quo longius progreditur, eo magis ac magis deerrare.* Ego verò hoc vnum ingenuè profitebor, eos cum Christo nullam omnino pacem atque societatem habituros esse, quibus tam malè cum Matre Christi conuenit, vt receptum eius cultum in Ecclesia nec ferre, nec probare dignentur. Deinde fidenter affirmo, sicut mox pluribus adstruam, eos ingenti periculo sese obiicere, suasque conscientias admodum grauare, qui Deiparæ cultum hac ætate abiiciunt, aut indignè conuellunt. Hoc vbi demonstratum erit, nos longa velut nauigatione confecta, cymbam nostram ad portum dirigemus, & complicatis quasi velis optatum toti Operi finem imponemus.

Quomodo nunc hostes Ecclesiæ in sensum reprobum iuste tradantur.

Circa Euangel. Dominica 3. post Trinit. 12.

Eis cum Deo male conuenire, quibus male cũ Deipara eiusque cultu conuenit. Propositio de re sua tractatione.

IGITVR qui Mariæ cultui clam vel palam inuident & obtrectant, næ illi Deum & homines grauiter offendunt, ac multiplici quidem scelere. si verum fatendum est, sese contaminant & pestilenter obstringunt. Peccant enim in Deum Patrem, cuius intima est eritque semper cum Maria coniunctio, vt qui huic organo Dei lectissimo iniuriam vllam adfert, in ipsum Mariæ authorem prorsus iniurius esse videatur. Peccant in Filium, materni honoris fidissimum protectorem & acerrimum vindicem, qui frequenter de Mariæ hostibus vt anteà mõstratum est, pœnas multo grauissimas sumpsit. Peccant in Spiritum sanctum, Ecclesiæ Catholicæ magistrũ & præsidem, qui pro tuenda Virginis dignitate ac veneratione, per Synodos & Patres luculentissimè crebrerimeque pronunciauit. Peccãt in hanc ipsam Dei & Domini nostri Matrem Virginemque sacrosanctam, quam debitis, & in Ecclesia præscriptis receptisque honoribus nefariè spoliant, cuius gloriam non imminuere & obscurare, quod Satanicum semper fuit opus, sed pro Christiani officij & moris Angelici ratione prouehere & illustrare debebant. Peccant in venerandum tot Sanctorum Patrum cœtum, quos summos licet Christianæ veritatis præcones ac vindices, isti nihilominus tantum non mendaces, hypocritas, impostores reputant, quod Mariæ venerationem scriptis, factis, exemplis vbique gentium, & per omnes ætates confirmauerint. Peccant in columnam illam veritatis Ecclesiam, cuius sensum, consensum, fidem ac traditionem de cultu Virginis tanquam spurij deserunt, ac velut hostes pro nihilo ducunt fœdeque calumniantur. Peccant in Præpositos Ecclesiæ, quorum reuerendam authoritatem præfracti defugiunt, dum obedientiam in re tam sancta illis debitam inquissime negant, diuinis humanisque legibus superbe aduersantes. Peccant item in Fratres, atque adeo in Principes & Magistratus omnes, de religione Christiana tot seculis vnanimiter sentientes, quorum pium in veneranda Virgine consensum carpunt atque conuellunt, quorumque pietatem in superstitionem audent conuertere, tamque sæpè detestari, vt quamlibet religiosos Mariæ cultores pro idololatris habeant, colque perinde ac blasphemos Christi hostes vulgo traducant atque subsannent. Peccant in seipsos denique crudelitate, quod sine vlla iusta & rationabili causa sibi malum ingens accersant, ac perniciem creent, quandoquidem luce veritatis toto Orbe, torque ætatibus coruscantis repudiata, illas consectantur tenebras, quas in antiquis Hæreticis, Hussitis, VViclephistis, VValdensibus, Iconoclastis, Vigilantianis Christianus Orbis fortissime profligauit.

Mariæ cultum improbantes, grauiter in tres personas diuinas & in Virginem ipsam delinquere.

Eosdem aduersarios in Patres, Ecclesiam totã, eiusque Præpositos & fratres, omnesque magistratus delinquere.

1. Tim. 3.

ITAQVE velut insani homines, dum in Mariam, tanquam in Petram firmissimam ruunt, ab ipso Christi corpore sese diuellunt, & damnatis iampridem Ecclesiæ pestibus & fœcibus consociati, hoc vnum lucrifaciunt, vt ipsorum nomina è libro vitæ expuncta, & in veteri Hæreticorum albo inscripta, indelebili prorsus opprobrio, & inexpiabili maledicto semper maneant obruta atque sepulta. Adeò leue & simplex profecto peccatum non est, si rectè perpendamus, quicquid tandem præsens mundus attingat, sed cum grauissimo piaculo coniunctum est, in Mariam eiusque cultum cum Nouatoribus delinquere, quandoquidem, etiamsi nullum aliud incommodum accederet, fixus & præfinitus sapientiæ diuinæ ordo peruertitur, quo irreuocabiliter sancitum est, vt sicut electorum omnium author Mariam præ cæteris inde ab initio peculiariter honorauit, eique vniplus gratiæ & gloriæ, quam multis Sanctorum myriadibus impartiuit: sic etiam eadem à credentibus præeelenti quadam gloria, & quæ tantæ virtuti respondeat magnificentia, seculis omnibus condecoretur. Quam interim vanus, Deus bone, quam futilis istorum prætextus est, dum nouis errorum præstigiis fascinati, se religione prohiberi putant, ne Mariam colant, eiusque fidem implorent, solum vt Deum scilicet, in spiritu & veritate conuenienter adorent. Hoc enim si rectè ac sincere præstarent, submissiores vtique adferrent animos, Deum & quæ Dei sunt accuratius diligerent, maiore cum reuerentia propter Deum magistram & ducem sequerentur Ecclesiam, neque solum caput Christũ, sed & præcipua eius membra honore debito prosequerentur, multoque amplius, vt veneranda fecit antiquitas, Mariæ precibus meritis atque patrociniis largirentur. Nullus profecto in spiritu & veritate Deum vel orat vel adorat, nisi vera fide per omnia sit ipsi Deo coniunctus, ac nulla ex parte in fidei veritate claudicet. At fœde claudicant, imò ipsi potius facent, quicunque Spiritui sancto ita resistunt, vt huic docenti in Ecclesia, eiusque Synodis & Patribus superbè contradicant. Ipse orat in spiritu & veritate, inquit Augustinus, qui orat in pace Ecclesiæ & vnitate corporis Christi, quod constat ex multis credentibus in toto orbe terrarum. Negat igitur idem, ad vitam æternam eos exaudiri, qui in

A cultu Mariæ alieni etiã in seipsos peccãt & seruiunt.

Quid isidem Mariæ cultui aduersantes lucrifaciant.

Diuinum erit dicere ab his perturbari, qui Mariam suo cultu defraudant.

Qui Mariæ cultum suum adimunt, fraustra præcantur se velle Deum in spiritu & veritate adorare.

In spiritu & veritate orãt & adorãt qui dunta xat Catholici, vnitatem fidei in & cum Ecclesia retinentes.

Ioan. 4.

Qui in spiritu & veritate orare dicatur Augustinus.

Psal. 120.

qui in templo Dei, id est, in pace & vnitate Ecclesiæ non precantur, Deique cultum non peragunt.

Epilogus generalis totius Operis.

Hæc equidem habui, quæ pro meo quidem modulo de sacratissima neque satis vnquam vel laudata, vel honorata Virgine Matre dissererem, totius Operis tractatione, vt aptior docẽdi seruaretur ratio, in quinque libros distributa. Non interim me fugit, permulta in hoc argumento, quod fusissime profectò patet, à me vel prætermissa, vel non satis diligenter fortassis excussa, aut certè quidem huic nasuto seculo non vsquequaque placitura esse. A te vero, augustissima Regina, eademque fidissima mater Maria, quam siue fructu piè nullus implorat, & cui mortales omnes beneficiorum memoria sempiterna deuincti sunt, etiam atque etiam reuerenter oro & obsecro, vt hoc qualecunque obseruantię erga te meæ testimonium ratum & gratum habere velis, vtque oblati muneris exiguitatem studiosa offerentis voluntate metiri, ac tuo præpotenti Filio cõprobare digneris. Hominum iudicia, velut fragiles aranearum telas, minus morabor, tuo si suffragio hoster hic labor non dicam commendetur, sed saltẽ excusetur, tuóque si patrocinio aduersus Æmulos defendatur atque fulciatur. Agnosco peculiaria Dei munera diuinitus per te mihi collata, quũ post inchoatum hoc opus subindè languens excitor, & imbecillis confirmor, & penè sessus recreor, & curres dirigor, & oberrans in viam reducor, ac demum ad optatum finem modò perducor. Non sum interim[a] Ephræm fateor, vt cum illo dicere audeam: Dignare me laudare te Virgo sacrata: nec sum[b] Damascenus, vt nouos hymnos tuæ dignitati spondeã: nec[c] Hildephonsus etiam, vt ob suscepta pro te certamina proprio munere cohonester. Satis præmij verò retulisse videbor, si me albo tuorum, non dicam amicorum aut filiorum, sed clientulorum & seruulorum saltem adscribi patiaris, téque apud æquissimum Iudicem Deum patronam fauentem mihi præbeas immerenti, eámque gratiam impetres quæ ad hoc meum qualecunque ministerium cum fructu obeundum, & perfectè complendum desideratur. Ad extremum si quædam in hoc Opere toto vel reprehendenda, vel corrigenda prudentibus videbuntur, haud sanè impedio, quò minus illi suo & charitatis iure nostra & reprehendant & corrigant: quos amanter etiam rogo, vt pro candore suo condonent aliquid nostræ imbecillitati. Sin rectè à nobis aliquid, & præsenti instituto cõsentanee scriptum est, nihil nobis hac in parte tribui aut adscribi postulamus, sed hoc vnum vt antea sæpe, ita nunc etiam ex animo dictum ac repetitum volumus, Iesu Christo Opt. Max. Redemptori, & Mariæ incõparabili Virgini Matri in cælo terrâque tùm gratia, tùm gloria sempiterna:

[a] In oratione ad Deiparã Virg.
[b] Vide Ioannem Hierosol. in vita Damasc.
[c] Vide Iulianum Pomerium in vita Hildephõsi.

Liberum esse cordato Lectori, vt charitate salua quædam in hoc Opere vel reprehendat, vel corrigat.

LIBRI QVINTI AC TOTIVS OPERIS DE Maria Deipara Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Authoris Confeſsio.

CONFITEOR tibi, pater Domine cœli & terræ, Creator & Redemptor meus, virtus & ſalus mea, qui iam inde ab infantia me ſacro pane verbi tui paſcere, & cor meum confortare non deſiiſti. Ne verò vagarer cum errantibus ouibus, quæ ſunt abſque paſtore, in domo Eccleſiæ tuæ me collegiſti, collectum educaſti, educatum conſeruaſti, & ſub illis Magiſtris atque Paſtoribus inſtituiſti, in quibus te præſentem audiri, & vocem tuã obſeruari domeſticis omnibus præcepiſti. Confiteor ore ad ſalutẽ, quicquid corde ad iuſtitiam ab Orthodoxis atque Catholicis creditur. Non noui Lutherum, Caluinum reſpuo, Hæreticis omnibus dico anathema: nihil mihi cum his commune eſſe volo, qui vnum non dicunt & ſentiunt, eandémque fidei non tenent regulam cum Vna, Sãcta, Catholica, Apoſtolica & Romana Eccleſia. Si quis verò Chriſtum non ſolum in verbo ſcripto docentem, ſed in œcumenicis etiam Synodis iudicantem, in Petri cathedra ſonantẽ, & in Patribus teſtificantem audit ac ſequitur, huic ego communione conſocior: huius & fidem amplector, & religionẽ ſequor, & doctrinam probo. Quam enim alij blaſphemi contemnunt & perſequuntur Romanam Eccleſiam, ac velut Antichriſtianam execrãtur, eius ego me ciuem eſſe profiteor, ab eiuſdem authoritate non latum vnguem diſcedo: ob illius teſtimonium vitam & ſanguinem profundere non recuſo, nec alibi prorſus, quàm in eius vnitate Chriſti Domini merita, & ſancti Spiritus dona mihi & aliis ſalutaria fore confido, certóque perſuaſum habeo. Cum Hieronymo liberè profiteor: Qui Petri cathedræ iungitur, meus eſt. Cum Ambroſio Eccleſiam Romanam in omnibus cupio ſequi: eamque Catholicæ Eccleſiæ radicem & matricem cum Cypriano reuerenter agnoſco, in qua ſemper, vt Auguſtinus prædicat, Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus. In ea vero fide atque doctrina conquieſco, quam puer hauſi, adoleſcens retinui, atque hactenus pro mea exiguitate defendi. Cæterum ob nullum commodum temporarium, nec in hominis cuiuſquam gratiam, vel aduerſus conſcientiam (ſic te mihi, Deus, propitium ſemper opto) Doctoris Catholici partes hucuſque ſuſtineo, aut in poſterum ſuſtinebo. Quam Confeſſionem non aliud ſane à me exigit & extorquet, niſi nominis & honoris tui ratio, niſi agnitæ veritatis vis, niſi Canonicæ Scripturæ diſciplina, niſi Patrum ſenſus atque conſenſus, niſi debitum fidei apud fratres teſtimonium, ac demum niſi expectata in cœlo ſalus, & propoſita ſinceris Cõfeſſoribus beatitudo. Quòd ſi propter eiuſcemodi confeſſionem contemnor, ſi oppugnor, ſi traducor, ſingularem agnoſco & prædico gratiam tuam, Deus, qui partim velis me propter iuſtitiam pati, quod certe beatorum eſt, partim nolis mihi beneuolos eſſe illos (quod in magni lucri parte ponendum eſt) qui tibi amici eſſe non poſſunt, cum Eccleſiæ tuæ & veritati Catholicæ palàm aduerſentur. Sed ignoſce illis, Pater, ignoſce: quia vel neſciunt, vel ſcire nolunt, quæ faciant, partim tetri Satanæ imperio incitati, partim falſæ doctrinæ præſtigiis impediti. Hanc verò gratiam mihi perpetuo ſerues oro, vt quam tibi, quam Eccleſiæ, quam veritati ſinceram conſtantiam & conſtantem ſinceritatem debeo, eam tum viuens, tum moriens teſtatam facere non deſiſtam, neque à charitate tua vnquam excidã, particeps nimirum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua in ſancta Romana Eccleſia. Cuius demum iudicio me ſcriptáque omnia mea, vt libenter, ita reuerenter etiã ſubiicio. Tuam porrò immenſam bonitatem pro me collaudent atque deprecentur Sancti omnes, ſiue quos in cælo triumphans, ſiue quos militans in terris Eccleſia vno & indiſſolubili Catholicæ pacis vinculo firmiſſime coniungit atque comprehendit. Tu & Principium & Finis es mihi bonorum omnium: Tibi ex me, per me, & de me ſit Laus, Honor & Gloria ſempiterna.

R.mi D. STANISLAI HOSII
CARDINALIS ET EPISCOPI VARMIENSIS, DE HOC OPERE TESTIMONIVN AD AVTHOREM SCRIPTVM.

Quod Opus Marianum in ſeptembri promiſſum, tandem aliquando miſeris gaudeo: magnam eo nomine tibi gratiam habeo. Delector enim eo legendo plurimùm, & iam duos libros integros perlegi, quamuis alienis oculis. Nec obliuiſcetur operis huius tui tàm ſancti, Virgo ſanctiſſima, quam ſic ornare ſcriptis tuis es conatus, vt vix quiſquam ſit à quo magis fuerit illuſtrata. Mihi quidem tàm exactè ſcripta videntur omnia, vt quid in hoc Opere deſiderari poſſit, non videam. Romæ 25. Januarij, Anno Domini 1578.

ALIVD TESTIMONIVM D. MARTINI EISENGREINII, THEOLOGI ET PROCANCELLARII ACADEMIÆ Ingolſtadienſis.

Opus hoc, de Maria Virgine ſanctiſſima, à R.do P. Petro Caniſio Societatis Ieſu Doctore Theologo, nunc primum aduerſus nouos & veteres Sectariorum errores compoſitum, grauiſſimum eſt, & Orthodoxum, & imprimis dignum, quod typis excudatur.

Præclara hæc atque inſignia de D. Ioanne Baptiſta & ſacroſancta Maria Virgine Opera à Doctiſſimis Theologis ſummopere commendata, & Ego vt Orthodoxa, erudita & ſolida approbo atque cum primis digna conſeo, quæ verbi Dei Corruptelis opponantur, ac ad communem Eccleſiæ Catholicæ vtilitatem denuò typis excudantur.

CASPAR FRANCVS SS. Theologiæ Doctor, eiuſdemque Profeſſor Ordinarius atque Collegii Theologici pro tempore Decanus in Academia Ingolſtadienſi, S. R. E. Protonotarius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

THEOLOGORVM ET SCRIPTO-

RVM IN HOC VOLVMINE CITATORVM TRIPARTITus Index. Primus, vetustiores ab Apostolorum seculo vsque ad Carolum Magnum florentes designat. Secundus, sequentes & ad nostram ætatem vsque decurrentes ostendit, Tertius, malæ suspectæque fidei Scriptores complectitur.

AVTHORVM QVI sunt in Ecclesia primæ Centuriæ, nomina

APostoli Christianæ fidei principes, primiq; Doctores & Scriptores.
S. Clemens Romanus.
Philo Iudæus.
S. Martialis.
S. Dionysius Areopagita.
Iosephus Iudæus.
S. Euodius.
S. Ignatius.

SECVNDÆ CENTVRIÆ.

S. Iustinus Philosophus.
S. Polycarpus.
I. Irenæus.
Athenagoras.
Clemens alexandrinus.
Tertullianus.
Origenes.
Minutius Felix.
Iulius Africanus.
S. Hippolytus.
S. Cyprianus.
Arnobius.
S. Methodius.

TERTIÆ CENTVRIÆ.

Lactantius Firmianus.
Eusebius Cæsariensis.
S. Antonius Abbas.
Iuuencus Presbyter.
S. Athanasius.
S. Hilarius pictauensis.
Ioannes Climachus.
Optatus Mileuitanus.
S. Didimus Alexandrinus.
S. Pacianus.

QVARTÆ CENTVRIÆ.

S. Basilius Magnus.
S Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nissenus.
S. Ambrosius.
S. Hieronimus.
Theophilus Alexandrinus.
Ruffinus.
S. Ioannes Chrisostomus.
S. Epiphanius.
S. Cirillus Hierosolimitanus.
Palladius.
Euagrius.
Amphilochius.
Gaudentius Brixiensis.

QVINTAE CENTVRIÆ.

S. Augustinus.
Seuerus Sulpirius.
S. Paulinus.
Possidonius.
Orosius.
Eucherius Lugdunensis.
S. Maximus Taurinensis.
Iunilius.
Victor Vticensis.
Cassianus.
Marcus Eremita.
Cirillus Alexandrinus.
Vincentius Lirinensis.
Socrates.
Sozomenus.
Theodoretus.
S. Prosper.
S. Petrus Chrisologus.
S. Vigilius Tridentinus.
Sedulius.
Palladius.
Nilus Monachus.
Saluianus.
Hilarius Arelatensis.
S. Fulgentius.
Petrus Diaconus.
Boetius Martyr.
Alcimus Auitus.

SEXTAE CENTVRIÆ.

Cassiodorus.
Arator.
Eusebius Emissenus.
S. Benedictus.
Iustinus.
Andreas Hierosolimitanus.
Rusticus Diaconus.
Venantius.
Michael Singelus.
Leander Hispalensis.
Gregorius Turonensis.
Isichius.
Gregorius Magnus.

SEPTIMAE CENTVRIÆ.

Sophronius.
S. Isidorus Hispalensis.
S. Maximus.
S. Cæsarius Arelatensis.
Iulianus Pomerius.

OCTAVÆ CENTVRIÆ.

Venerabilis Beda.
Ioannes Damascenus.
Cosmas Maiumensis.
S. Bonifacius Moguntinus.
S. Germanus Constantin.
Paulus Diaconus.
Alcuinus.
Vsuardus.
Paulinus Aquileiensis.

INDEX SECVNDVS Authorum in hoc Opere citatorum, qui à Carolo Magno hactenus floruerunt, & Nonæ sunt Centuriæ.

Turpinus.
Ionas Aurelianensis.
Angelomus.
Haimo Halberstatensis.
Rabanus Maurus.
Anastasius Bibliotecharius.
Christianus Druthmarus.
Photius Constantin.
Ioannes Diaconus.
Remigius Antisiodorensis.
Theophylactus.
Ericus.
Ambrosius Ansbertus.

DECIMAE CENTVRIÆ.

Odo Cluniacensis.
Ado Viennensis.
Radulphus Flauiacensis.
smaragdus Abbas.

VNDECIMAE CENTVRIÆ.

Radulphus Ardens.
Fulbertus Carnotensis.
Burchardus VVormatiẽsis.
Berno Augiensis.
Hermanus Contractus.
S. Petrus Damianus.
Algerus.
S. Anselmus Cantuarien.
Oecumenius.
Marianus scotus.
s. Iuo Carnotensis.
s. Bruno Carthusianus.

DVODECIMAE CENTVRIÆ.

sigebertus Genblacensis.
Ioannes Zonaras.
Georgius Cedrenus.
Rupertus Tuitiensis.
Honorius Augustudensis.
Franco Hasleginiensis.
s. Bernardus Abbas.
Hugo de s. Victore.
Gratianus.
Petrus Lombardus.
Richardus de s. Victore.
Petrus Abbas.
Euthymius.
Otto Frisingensis.
Hugo Therianus.
Godefridus Viterbiensis.
Theodorus Balsamus.
Guericus ignacensis Abbas
Nicetas Choniates.
Innocentius Tertius.

DECIMAE TERTIAE Centuriæ.

Abbas Vrspergensis.
Hugo Cardinalis.
s. Antonius de Padua.
Alexander de Ales.
Vincentius Belluacensis.
Albertus Magnus.
s. Thomas Aquinas.
s. Bonauentura.
Gulielmus Durandi.
Ioannes scotus.

DECIMÆ QVARTAE Centuriæ.

Nicephorus Callistus.
Nicolaus Lyranus.
Martinus Polonus.
Franciscus Maronis.
simon De Cassia.

DECIMÆ QVINTAE Centuriæ.

s. Laurentius Iustinianus.
Thomas VValdensis.
Ioannes Gerson.
Alfonsus Tostadus Abulensis.
Blondus
s. Antonius Florentinus.
s. Bernardinus senensis.
Bessarion Cardinalis.
Ioannes de Turrecremata.
Dionysius Rickel Carthusianus.
Nicolaus Cusanus.
Platina.
Albertus Krantzius.
sabellicus.
Rodulphus Agricola.
Gabriel Biel.
Ioannes Trithemius.
Baptista Mantuanus.
Volaterranus.
Petrus Galatinus.

SCRIPTORES Catholici post annum Christi 1500.

Ioannes Eckius sueuus.
Iodocus Clichtouæus.
Pagninus
Ioannes Rossensis.
Ioannes Cochlæus & Ioannes Faber.
Aloysius Lippomannus.
Ruardus Tapper.
Iodocus Tiletanus.
Dietembergius.
satzgerus.
Ioannes Hoffmeisterus.
Billichius.
sonnius.
stanislaus Hosius.
Ioannes Hessels.
Franciscus Titelmanus.
Georgius Vicelius.
Nicolaus sanderus.
Martinus Eisengreinius.
Iacobus Rabus.
Onuphrius.
sigonius.
Franciscus Turrianus.
Claudius de sainctes.
Leander Albertus.

Ac plures quidem è scriptoribus orthodoxis hoc in Opere citari comperies, vt sacra interim Concilia sileamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX HAERETICORVM ET SECTARIORVM VETERVM AC RECENTIORVM,

Quorum errores in hoc OPERE perstringuntur.

Simon Magus.
Nicolaitæ.
Cerinthus. Ebion.
Basilides. Carpocrates.
Gnostici:
Cerdon. Marcion.
Manes. Manichæi.
Valentinus. Tatianus.
Encratitæ, Apelles.
Montanus.
Cataphygæ.
Nouatus.
Cathari.
Sabellius.
Patripassiani.
Donatus. Arius.
Eunomius. Macedonius.
Pneumatomachi.
Aerius. Priscilianus.
Iouinianus,
Vigilantius.
Collyridiani.
Heluidius. Pelagius.
Nestorius.
Acephali.
Petrus Gnaphæus.
Monochelitæ.
Sergius.
Mahomet.
Lampetiani
Iconomachi.
Feliciani.
Claudius Taurinensis.
Berengarius.
Petrobrusiani
Henriciani.
Petrus Abailardus.
Pseudoapostolici.
Cathari.
VValdenses.
Albigenses.
Ioannes VVicleff.
Ioannes Huss.
Picadi, Thaboritæ.
Martinus Lutherus.
Vdalricus Zuingleus.
Balthasar Pacimontanus.
Ioannes Oecolampadius.
Andreas Carolstadius.
Ioannes Caluinus.
Philippus Melanchthon.
Andreas Osiander.
Matthias Illyricus.
Ioannes Brentius.
Martinus Bucerus.
Antonius Coruinus.
VVolfgangus & Andreas Musculi
Ioannes Marbachius.
Tilmannus Heshusius.
Ioannes Agricola.
Michael Seruetus.
Dauid Georgius.
Petrus Martyr.
Theodorus Beza.
Ioannes Spangenbergius.
Georgius Maior.
Vrbanus Regius.
Iacobus Andreæ Schmidel.
Bernardus Ochinus.
Martinus Chemnitius.
Ioachimus Camerarius.
Paulus Eberus.
Sebastianus Castalion.
Christophorus Hegendorfinus.
Erasmus Roterodamus.
Matthias Iudex.
Magdeburgenses.
Valentinus Gentilis
Franciscus Stancarus.
Ioannes Vigandus.
Nicolaus Gallus.
Lunemburgenses & Lubecenses.
Conradus Pellicanus.
stephanus de Malescot.
Matthæus Beroaldus.
Matthias Rodi.
Georgius Fabricius.
Victorinus Strigelius.
Rodolphus Gualterus.
Dauid Chytræus.
Nicolaus Gallasius.
Theophilus Lebbæus.
Iacobus Heerbrandus.
Henricus Bullingerus.
Lucas Lossius.
Daniel Gresserus.
Culmannus.
Franciscus Lambertus.
Hieronymus Vellerus.
Ioannes Bugenhagius.
Gulielmus Rodingus.
Georgius Aemilius.
Balæus, Functius.
Gulielmus Bidenbachius.
Lucas Osiander.
Conradus VVolff Platzius.
Lucas Sternbergerus.
seruetiani.
Ministri Polonici & Hungarici.
Protestantes.
Flacciani.
Antinomi.
Maioristæ.
Sacramentarii.
Vbiquetarii.
Trinitarii.
Anabaptistæ.
Memnonistæ.
schuenckfeldiani.
Caluiniani, vt id genus alios complures damnatæ memoriæ scriptores, quorũ in hoc Opere fit mentio, prætermittanus.

IGNATIVS AD Trallianos.

Fugite impias & Deum abnegantes hæreses. Diaboli enim sunt inuentiones, & serpentis malorum auctoris, qui per multos seduxit Adã patrem generis nostri.

IRENAEVS MARtyr lib. 3. cap. 2.

Vndique resistendum est Hæreticis, si quos ex his retusione confundentes, ad conuersionem veritatis adducere possumus.

AVGVSTINVS IN Canonicam Ioannis.

Omnia quæ leguntur in Scripturis sacris, ad instructionem & salutem nostram intente oportet audire. Maximè tamen memoriæ mandãda sunt, quæ aduersus Hæreticos valent plurimum insidiæ, quorum infirmiores, quosque negligentiores circumuenire non cessant.

INDEX LOCORVM SCRIPTVRAE SACRAE

QVÆ POTISSIMVM IN HOC OPERE TRACTANTVR. PRIOR NVMERVS CAPITA BIBLICA, POSTERIOR

Libri folia designat.

EX VETERI TESTAMENTO.

Cap. Fol.

Genesis

1. *Relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori.* 726.c
2. *Formauit Deus hominem de limo terræ.* 62.c
Paradisus Mariæ typus. 63.d
Hoc nunc os de ossibus meis, &c. 447.b.605.b
3. *Inimicitias ponam inter te & mulierem.* 15.b.c.166.b
Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. 148.b 854.
In doloribus & tristitia paries, & ad virum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. 149.c
Terræ es & in terram ibis.
Ipsa conteret caput tuum. 556.c.893.b.105.
6. *Omnis caro corruperat viam suam super terram.* 58.b.c
7. *Te vidi iustum coram me in generatione hac.* 273.
15. *In semine eius benedicentur omnes gentes.* 7.d
Domine Deus vnde scire possum, quod eam terram sim possessurus? 537.b
17. *Sic erit semen tuum sicut stellæ firmamenti.* 539.d
22. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* 28.b
22. *Nunc cognoui quod timeas Deum.* 393.d
24. *Et ecce Rebecca egrediebatur puella decora nimis virgòque pulcherrima & incognita viro.* 15.d
27. *Agro pleno & diuinitus benedicto Maria confertur.* 374.b
28. *Maria fuit designata per scalam Iacob.* 17.b
Verè Dominus est in loco isto. 1089.d
29. & 30. *Deus quomodo Rachel & Liæ vulnas aperuisse intelligendus sit.* 227.c
37. *Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram?* 546.c
49. *Ipse erit gentium expectatio.* 110.b
Non auferetur sceptrum de Iuda. ibid.
Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. 192.b

Exodus

2. *Mater Moysis Mariam refert.* 64.b
3. *Maria fuit designata per rubum & ignem.* 17.d.188.b
9. *Peccaui nunc ego etiam & populus meus.* 579
13. *Sanctifica mihi omne primogenitum.* 91.b
Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. 167.c
15. *Maria soror Moysis figura Deiparæ Mariæ.* 1.c.305.b.567.b
20. *Honora patrem tuum & matrem.* 20.c.854.b
Non adorabis neque coles ea. 940.b
23. *Non erit infœcunda nec sterilis in terra tua.* 189.c
Ter in anno comparebit omne masculinum. 668
25. *Facies duos Cherubim.* 1036.c
36. *Arca Mariæ typus.* 63.b
38. *Fecit Moyses & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum.* 127.d

Cap. Fol.

Leuiticus.

12. *Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit* 167.b.228.b.627.b.629.b

Numeri.

6. *Benedicat tibi Dominus & custodiat te.* 751.d
17. *Maria designatur per virgam Aaron.* 16.d.187.c
24. *Orietur stella ex Iacob.* 115.b.192.b
36. *Omnes viri ducent vxores de tribu sua.* 31.b.38.c
Nubat quibus volet, tantum vt suæ tribus hominibus, ne commisceatur possessio. 31.b

Deuteronomium.

6. & 10. *Dominum Deum adorabis & illi soli seruies.* 977.b
7. *Non erit apud te sterilis vtriusque sexus.* 189.c
10. *Mariam per arcam testimonij adumbrata.* 16.d
33. *Qui dixerit patri suo & matri suæ nescio vos, &c.* 727.b

Iosue.

5. *Cecidit Iosue in terram & adorans ait.* 978.c

Liber Iudicum.

6. *Maria designata fuit per vellus Gedeonis.* 17.b.74.c 188.b

1. Regum.

1. *Si respiciens videris afflictionem familiæ tuæ.* 46.d
Anna orauit ad Dominum. 625.d
2. *Heli autem senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli: Et dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi.* 127.d
20. *Quinimo viuit Dominus & viuit anima tua.* 736.a
24. *Dauid canis mortuus & pulex vnus.* 582.d

2. Regum.

6. *Benedixit Dominus Obededom & omnem domum eius.* 554.d
Michol despexit Dauid. 1062.d
Surrexit Dauid vt deduceret arcam Dei. 839.b
7. *Cumque completi fuerint dies tui & dormieris cum patribus tuis suscitabo semen tuum.* 168.b

3. Regum.

8. *Non est homo qui non peccet.* 55.b
Maria designata per templum Salomonis. 17.b
9. *Et erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.* 1067.b
10. *Thronus Salomonis figura Mariæ.* 67.b
Venit Regina Sabæ videre sapientiam Salomonis. 649.d
18. *Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis.* 189.b, 193.b

4. Regum.

19. *Protegam vrbem hanc propter me & Dauid seruum meum.* 1666.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tobias.

3. *Tu scis Domine, quia nunquàm concupiui virum, & nunquam seruauí animam meam ab omni concupiscentia.* 258.c.276.b
4. *Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuis verbis dominari permittas.* 709.b

Iudith.

13. & 15. *Maria per Iudith fuit adumbrata.* 15.d
14. *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor.* 896.b

Esther.

2. & 7. *Esther gerit typum Mariæ.* 15.d
2. *Et posuit Assuerus diadema in capite Esther* 1061.c

Iob.

1. & 2. *In omnibus his non peccauit Iob.* 665.d
19. *Derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.* 13.b
30. *Fleham quondam super eo qui afflictus erat & compatiebatur anima mea pauperi.* 767.b
31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine.* 282.b
42. *Nõ estis locuti coram me rectum sicut seruus meus Iob:* 665.d

Psalmi.

2. *Apprehendite disciplinam.* 635.b
8. *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* 924.b
11. *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.* 314.d
13. *Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt.* 58.b
17. *Maledictus homo qui confidit in homine.* 931.c
18. *Tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* 726.c
21. *Ego sum vermis & non homo.* 191.d
30. *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.* 1096.b
Quia respexisti humilitatem meam. 584.d
Saluum me fac in misericordia tua. 928.d
31. *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno.* 54.b
33. *Gustate & videte quàm suauis est Dominus.* 147.d
Multæ tribulationes iustorum. 752.c
35. *Et in lumine tuo videbimus lumen:* 649.c
39. *Ego mendicus sum & pauper.* 617.b
41. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.* 810.c
44. *Vide humilitatem meam & laborem meum.* 46.d
Adducentur Regi virgines post eam. 292.c
Audi filia & vide, & inclina aurem tuam & obliniscere populum tuum. 342.b
Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. 302.b. 853.d. 1061.b
Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. 487.d
45. *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* 64.c
47. *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* 924.b
50. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum.* 65.b.74.b
Sacrificium Deo Spiritus contribulatus. 583.b
56. *Lingua eorum gladius acutus.* 756.d
58. *Gladius in labiis eorum.* ibidem.
64. *Exaudi nos Deus salutaris noster spes omnium finium terræ.* 931.c
68. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.* 189.c
Veni in altitudinem maris & tempestas demersit me. 760.b
69. *Ego vero egenus sum & pauper.* 46.d
70. *De ventre matris meæ, Deus meus es tu.* 443.b
71. *Mihi adhærere Deo bonum est.* 981.c
Descendit sicut pluuia in vellus. 188.b.374.b
72. *Quàm bonus Deus his qui rectò sunt corde.* 618
Iumentum factus sum apud te. 582.d
77. *Deduxit eos in nube diei & tota nocte in illuminatione noctis.* 72.d
Spiritus pertransit in illo & non subsistet. 1025.c
Iannas cæli aperuit & pluit illis manna. 743.d
Elegit Dauid seruum suum & sustulit eum de gregibus ouium. 579.a
84. *Benedixisti Domine terram tuam.* 64.b
Veritas de terra orta est & terra nostra dedit fructum suum. 64.c. 24.b.426.d
Ostende nobis Domine misericordiam tuam. 928.d
Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. ibid.
Dominus dabit benignitatem, & terra nostra fructum suum. 426.d
87. *Omnes fluctus tuos induxisti super me.* 760.b
Pauper & in laboribus ego sum à iuuentute mea. 581.c
88. *Semen eius in æternum manebit.* 28.b
90. *Tu es Dominus spes mea.* 931.c
92. *Domum tuam decet sanctitudo.* 64.c
Dominus regnauit decorem indutus est. 434.b
95. *Omnes Dij gentium dæmonia.* 964.d
97. *Solus inter mortuos liber.* 55.c
98. *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.* 455.b
101. *Dominus de cælo in terram aspexit.* 74.b
103. *Qui facit Angelos suos Spiritus.* 427.c
109. *Attollite portas Principes vestras.* 829.d
De matrice Auroræ tibi ros nativitatis tuæ. 194.c
Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. 244.b
Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. 322.c
Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. ibidem.
De torrente in via bibet. 765.d
110. *Auxilium meum à Domino.* 995.b
115. *Omnis homo mendax.* 98.b
Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. 1001.c
118. *Feci iudicium & iustitiam.* 273.c
Laudate Dominum in Sanctis eius. 298.c
123. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.* 995.b
131. *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* 28.b. 167.d
Surge Domine in requiem tuam tu & arca sanctificationis tuæ. 839.c.853.c
134. *Omnia quæcunque voluit, Dominus fecit in cælo & in terra.* 1088.d
135. *In humilitate nostra memor fuit nostri.* 578.579
138. *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* 191.c
Nox illuminatio mea in deliciis meis. 612.d
Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus. 914.d
143. *Deus canticum nouum cantabo tibi, in Psalterio decachordo psallam tibi.* 568.c

Prouerbia.

1. *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.* 197.c
6. *Homo Apostata vir inutilis.* 204.d

8. *Dominus possedit ab initio viarum suarum.* 113.b
Numquid potest homo abscondere ignem in sinum suum, vt vestimenta illius non ardeant. 218.b
9. *Sapientia ædificauit sibi domum.* 113.d
10. *Filius sapiens gloria est patris.* 917.b
Vniuersa delicta operit charitas. 876.d
17. *Gloria filiorum patres eorum.* 60.b
18. *Iustus in principio est accusator sui.* 581.d
22. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos.* 3.b.
Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. 133.b
23. *Quando sederis vt comedas cum principe diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam.* 189.c
30. *Tria sunt difficilia mihi & quarta penitus ignoro.* 195.b
31. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu.* 841.d
Mulierem fortem quis inueniet, &c. 899.c

Cantica.

1. *Ecce tu pulchra es amica mea* 16.b
Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia. 375.b
2. *Vox turturis audita est in terra nostra.* 592.c.288.b
Ego flos campi. 191.b.
Sicut lilium inter spinas. 75.b
En ipse stat post parietem. 256.c
Læua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me. 143.d
Introduxi me rex in cellam vinariam. 141.c
Vulnerata charitate ego sum. 141.c
3. *Quæ est ista quæ ascendit per desertũ.* 16.c.93.b.837.b
Egredimini filiæ Sion & videte Regem Salomonẽ. 433.d
Inueni quem diligit anima mea. 141.c
4. *Tota pulchra es amica mea.* 16.b.60.c.73.c.106.b.147.b
Veni sponsa mea coronaberis. 306.b
Fauus distillans labia tua mel & lac. 813.c
Surge propera amica mea. 829.d
Hortus conclusus soror mea & fons signatus. 631.d
Hortus conclusus soror mea & fons signatus. 139.d
5. *Ego dormio & cor meum vigilat.* 139.d
6. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol.* 16.c.21.b.112.b 120.b.557.d.836.d
Vna est columba mea, perfecta mea. 104.b
Dilectus meus mihi & ego illi. 141.d
Dilectus meus qui pascitur inter lilia. 306.c.275.d
Dilectus meus qui pascitur inter tui, &c. 93.b
7. *Quam pulchri sunt gressus tui, &c.*
8. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitiis affluens.* 16.c.837.b
Soror nostra parvula est & vbera non habet. 210.d

Sapientia.

1. *In malevolam animam non introibit sapientia.* 60.c.102 d.366.c.
3. *Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se.* 310.c.
14. & 15. *Omnia idola nationum Deos æstimauerũt.* 939.c

Ecclesiasticus.

1. *Qui sine timore est non poterit iustificari.* 501.c
2. *Fili accedẽs ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore.* 572.b.
19. *Qui cito credit leuis est corde.* 1017.c
24. *Ego mater pulchræ dilectionis:* 377.c
In omnibus requiem quæsiui, &c. 870.c.
Quæ est ista quæ sub Sole ascendit. 837.c
Ego sicut aquæ ductus exiui de Paradiso. 385.c
Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. 871.b
Qui creauit me requieuit in tabernaculo suo. 148.d
25. *A muliere initium peccati factum est.* 822.d
27. *Vasa figuli probat fornax, &c.* 44. *Henoch placuit Deo & translatus est in Paradisum.* 855.d
45. *Dilectus Deo & hominibus cuius memoria in benedictione.* 374.b
46. *Et Samuel notum fecit Regi finem vitæ suæ.* 1028.b

Esaias.

1. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus.* 543.d
2. *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium.* 315.d
5. *Væ qui ponitis tenebras lucem & lucem tenebras.* 888.c
6. *Vade ad populum istum & dicturus audietis, &c.* 182.b
7. *Ecce Virgo concipiet & pariet filium.* 268.c. 295.d.224.b.284.b.556.d.539.b
Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. 199.d
Nisi credideritis non intelligetis. 1088.d
8. *Accessi ad prophetissã & concepit & peperit filiũ.* 546.d
Omnes omnino ad illam conuenerunt. 115.d
Christus lapis offensionis in præf. lib. 4.
Eleuatæ sunt filiæ Sion & ambulauerũt extẽto collo. 247.b
9. *Super solium Dauid & super regnum eius.* 2.
Paruulus natus est nobis. 442.c.
11. *Egredietur virga de radice Iesse.* 442.c.17.b.29.b. 64.b.215.b.
14. *Deus iustus & saluans, nou est præter me.* 1106.c
16. *Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ de petra deserti in præf. lib. 4.*
19. *Ecce Dominus ascendet super nubem leuẽ.* 189.d.190.b
Et ingredietur Ægyptum, & commouebuntur simulacra a facie Ægypti. 190.c
40. *Ecce gentes quasi stilla situlæ & quasi momentum stateræ reputatæ sunt.* 583.b.
42. *Quis cæcus nisi seruus meus.* 182.b
Electus meus complacuit sibi in anima mea. 626.b
Gloriam meam alteri non dabo. 940.b
43. *Ego Dominus Deus tuus sanctus Israel, Rex vester. Ego sũ ego sũ ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me.* 917.d
45. *Rorate cæli desuper.* 442.d.745.b
48. *Non est pax impiis.* 660
53. *Non est ei species neque decor.* 770.a
Oblatus est quia ipse voluit. 763.d
Generationem eius quis enarrabit. 235.b
Ascendet sicut virgultum & sicut radix de. 189.c
Et ascendet sicut virgultum coram eo. 194.c
Ascendens sicut puerulus lactens. 189.c
56. *Nomen æternum dabo eis.* 302.c
60. *Surge illuminare Hierusalẽ, quia venit lux tua.* 624.c
61. *Sicut sponso imposuit mihi mitram.* 869.d
66. *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum & humilem & trementem sermones meos.* 46.d.584.d
Antequam parturiret peperit. 236.b

Hieremias.

1. *Priusquam te formarem in vtero.* 90.b
2. *Populus meus mutauit gloriam suam in idolum.* 971.b
6. *Interrogate de semitis antiquis.* 865.c
7. *Filii colligunt ligna & patres succendunt ignẽ, & mulieres conspergunt adipẽ vt faciant placentas Reginæ cæli & libent Diis alienis vt me &c.* 971.b
Diem hominis non desideraui. 140.d
8. *Omnes conuersi sunt ad cursum suum.* 58.b
14. *Quare quasi colonus.* 616.b
31. *Castigasti me Domine & eruditus sum.* 105.c
Nouum faciet Dominus super terram, mulier circumdabit virum. 168.c.195.c.432.b.496.b
33. *Si irritum potest fieri pactum meum.* 28.b

Baruch.

3. *Quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius.* 22.d

Ezechiel.

14. *Ipsi iustitia sua liberabunt animas* 275.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

18 Iustus ex iustitia sua quam operatus est, viuet. 173.c.563.b
23. Ibi sunt fracta vbera & sub altæ mammæ pubertatis earū. 198.c.
24. Porta hæc clausa erit & non aperietur. 192.b.233.c.
30. Dispердam simulachra & cessare faciam idola. 939.d
36. Effundam super vos aquam mundam & mundabimini. 367.c.
44. Qui aperit vulvam sanctus Domino vocabitur. 228.d
Et convertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem: & erat clausa. 16.b.17.b.168. d.195.b.227.d.

Daniel.

2. Lapis de monte excisus. 190.d
4. Peccata tua Eleemosynis redime. 924.b
9. Peccauimus iniquitatem fecimus. 54.b
Septuagintā hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum. 314.a
12. Plurimi pertransibunt & multiplex erit scientia. 67.d

Oseas.

13. Adducet ventum ventum Dominus de deserto ascendentem & desiccabat venas mortis. 190.d
14. Ero quasi ros Israel, germinabit sicut lilium. 191.c

Ioel.

2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. 58.b.805.c
Prophetabunt filij vestri. 84.b.805.c
Plange sicut Virgo accincta sacco: 198.c

Abacuc.

3. Deus ex Theman veniet. 610.d

Aggæus.

2. Implebo domum istam gloria. 623.d.624.b.626.c

Zacharias.

3. Adducam seruum meum orientem. 623.d
6. Ecce vir germen eius & subter se germinauit. 194.c
13. Dispердam nomina idolorum & non memorabuntur vltra. 939.d

Malachias.

2. Si Deus ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? 946.d
3. Veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis. 626.c.

II. Machabæorum.

3. Sed & virgines quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam. 127.b
Iuuenes circumsteterunt Heliodorum & ex vtraque parte flagellabant. 1067.c
15. Hic est Hieremias Propheta Dei, qui semper orat pro populo Dei. 936.d

EX NOVO TESTAMENTO.

Matthæus.

1. Ioseph autem vir eius cum esset iustus, voluit occulte dimittere eam. 270.b.273.b
Non cognouit eam. 172.b.157.144.b
Quod in ea natum est de Spiritu sancto est. 224.d.439.d. 457.b. & deinceps.
Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. 245.b
Ecce Virgo in vtero concipiet. 169.b.224.b
Cum desponsata esset Mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent inuenta est in vtero habens. 171.c.246.d. 166.d
2. Consurgens Ioseph accepit puerum & matrem eius. 245.c
6. Dimitte nobis debita nostra. 101.b
Beati pauperes spiritu. 587.c
8. Non inueni tantam fidem in Israel. 543.b
Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. 170.d
8. & 9. Domine si vis potes me mundare. 390.c.
Multi ab Oriente & Occidente venient. 543.c
9. Tu scis omnia. 493.c
Venient dies quando auferetur sponsus ab eis, & tunc ieiunabunt. 810.b
10. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. 171.c.635.d
Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. 310.c
11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. 582.b
& 13. An existis videre arundinem vento agitatam. 595.b
12. Ecce Mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. 270.b.710.b.711.c.705.b
Quæ est Mater mea & qui sunt fratres mei? 451.d.710.b. 711.c.725.c
Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse est meus frater. 435.b.714.b.718.c.730.b.1088.
Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. 903.d
13. Cum dormirent homines venit inimicus homo & superseminauit zizania. 961.b
16. Vade post me Satana. 714.b
Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. 857.c
18. Vbi sunt duo aut tres congregati in nomine meo. 564.c. 1067.d.1080.b.
Si te audierit increpatus eris fratrem tuum. 924.b
Omne debitum dimisi tibi, quia me rogasti. 309.b
19. Vnus est bonus Deus. 66.d
Sunt Eunuchi qui seipsos castrauerunt in præfat lib. 2. 302.c
Qui potest capere capiat. in præf. lib. 2.
20. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diuino. 302.b
Nescitis quid petatis. 725.b
Filius hominis non venit ministrare, sed ministrari. 557.d. 587.d
21. Domus mea domus orationis. 1047.b
22. Quid vobis videtur de Christo? 28.d
24. Ecce in deserto est. 1063.1064. & deinceps. 646.b
Apparebit signum filij hominis. 493.b
Die autem illo nemo scit, nisi solus pater. 300.b
25 Habenti dabitur. 546.b
Virgines Euangelicæ.
Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis. 841.b.
26. Quid molesti estis huic mulieri? bonum opus operata est. 11.b
Osculo filium hominis tradis. 345.b
27. Et qui Crucifixi erant cum illo, blasphemabant illum. 689.d
Nihil tibi & iusto illi. 696.d
Multa corpora Sanctorum resurrexerunt. 1028.c
28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. 855.c

Marcus.

9. Qui quis potum vobis dederit calicē aquæ frigidæ in nomine meo quia Christi estis: amen dico vobis non perdet mercedem suam. 841.b
Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit, in nomine meo, me recipit. Et quicunque me susceperit, non me suscepit, sed eum qui misit me. 841.b
Quandiu fecisti vni de his fratribus meis minimis, mihi fecisti. 841.b
De die illa & hora nemo scit, neque filius. 493.b
16. Nolite expauescere. 11.b

Lucas.

1. De Heli seu Ioachim Patre Mariæ. 42.b
Virum non cognosco. 239.d.249.d
Missus est Angelus Gabriel. 157.b. 338.b
Ane. 343.d. 345.d.351.b
Inuenisti gratiam. 60.b.361.c.387.b
Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco 286.b. 529.530.538.c. & deinceps.
Spiritus sanctus superueniet in te. 423.b.436.c.547.b.176. d.220.c.376.c.
Virtus altissimi obumbrabit tibi. 500.d.547.b
Ecce Ancilla Domini. 340.c. 502.d.539.b
Fiat mihi secundum verbum tuum. 313.d.386.b
Quod enim ex te nascetur Sanctum vocabitur Filius Dei. 481.c.500.d.
Benedicta tu inter mulieres. 717.b.
Magnificat anima mea Dominum. 557.b.566.c.591.b
Respexit humilitatem ancillæ suæ. 46.c.298.c. 577.c. 591.c.584.c.586.d.
Beatam me dicent omnes generationes. 574.b.1045.d
Fecit mihi magna qui potens est. 539.c
Suscepit Israel puerum suum. 576.b
Dissipersit superbos mente cordis sui. 388.b
Proficiebat sapientia, ætate & gratia. 490.b.497.b
Beata quæ credidisti. 532.a.540.b.539.c.562.d
Vnde hoc mihi? Ego enim sum senex. 536.b
Misericordia eius à progenie. 572.d.573.b
Et ecce Elisabeth cognata tua. 36.d. 37.b. 155.b.
Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius. 29.b. c.30.b.
Ioseph de Domo Dauid. 30.b.31.c
Erit gaudium tibi & exultatio, & multi in Natiuitate eius gaudebunt. 116.b
Dominus tecum. 240.b.360.d.418.d
Erant ambo iusti apud Deum. 277.b
Quæ cum vidisset turbata est in sermone eius. 341.d
Virtus altissimi obumbrabit tibi. 361.c
Beata quæ credidit, quia perfecta sunt in ea quæ dicta sunt ei a Domino. 433.b
Ecce concipies in vtero. 424.b
Peperit filium suum primogenitum. 226.d.447.b. 243. b. 603.c.
Quæ non discedebat è templo. 127.b
Et pannis eum inuolut & reclinauit in præsepio. 606.b
Maria conseruabat omnia verba hæc. 621.b.693.b
Nolite timere. Ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum. 611.c
Non erat ei locus in diuersorio. 601.b
Factum est autem cum essent ibi impleti sunt dies vt parere. 603.c
Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominib. bonæ voluntatis. 617.d
Et completi sunt dies purificationis eius. 630.d
Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon & homo ille iustus. 632.c
Simeon in Spiritu venit ad templum. 635.d
Anna Prophetissa loquebatur de eo. 631.c
Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. 751.c
An nescirebatis. 691.d.729.c.688.c.677.b.678.c
Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. 674.d
Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. 679.b. 479. 791.d
Fili quid fecisti nobis sic. 635. 674.d. 676.e. 973.c. 662.d.688.c. 692.b.
Erant Pater eius & Mater eius mirantes super his quæ dicebantur de illo. 687.d
Et erat subditus illis. 721.c
5. Exi à me quia homo peccator sum. 170.c
6. Nolite iudicare & non iudicabimini. 963.c
Mensuram bonam & confertam & coagitatam & superfluentem dabunt in sinum vestrum. 841.b
8. Ecce Mater tua & fratres tui stant foris. 321.c.706. b.710.d.720.d.
Si tantum tetigero vestimentum eius salua ero. 390.c
9. Nescitis cuius spiritus estis. 595.d
10. Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes. 895.c
Mariā optimam partem elegit. 147.d. 873.b
Vnum est necessarium. 878.d
Martha Martha sollicita es 713.d
11. Beatus venter qui te portauit. 484.b. 721.b.738.b.
Qui nimio beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. 721.b.738.b
12. Putatis quia veni pacem mittere in terram. 729.b
Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem quam dedisti mihi. 841.c
14. Vade recumbe in nouissimo loco. 593.d
Qui non odit patrem aut matrem. 727.c
Cum facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. 841.b
15. Portatus est ab angelis in sinum Abrahæ. 835.c
16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. 921.c
18. Nemo bonus nisi solus Deus. 66.d
19. Videns vrbem fleuit super illam. 768.b
21. Sancti estote quoniam ego sanctus sum. 140.b
Vigilate omni tempore orantes vt digni habeamini. 310.b
23. Nolsti flere super me. 769.b

Ioannes.

1. In propria venit & sui eum non receperunt. 602.c
Verbum caro factum est. 347.b.547.d
Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 58.b
Plenus gratia & veritate. 376.b
De plenitudine eius omnes accepimus. 913.b
2. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ. 692.b
Vinum non habent. 692.d. 699.d.701.b
Quid mihi & tibi est mulier. 914.c.704.d. 695.c.697.d
Quodcunque dixerit vobis facite. 699.b. 701.b.704.b.
Non dum venit hora mea. 697.c.704.b
3. Quod natum est ex carne caro est. 55.c
Omnis qui facit iustitiam iustus est. 273.c
Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit. 465.c
4. Venit hora quando veri adoratores adorabunt patrem 1067.d
7. Neque enim fratres eius credebant in eum. 308.c
10. Omnes quotquot venerunt. 58.b
Ego dixi Dii estis & Iii excelsi omnes. 257.c
Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. 637.b
11. Domine ecce quem amas infirmatur. 390.c
Et lachrymatus est Iesus. 768.b.
12. Venit princeps huius mundi & in me non habet quicquam. 66.b
Omnia traham ad meipsum. 58.b
Ex principibus multi crediderunt in eum. 738.d
14. Opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. 994.b.404.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

In domo patris mei mansiones multæ sunt. 302.b
Beati qui in Domino moriuntur. 822.d
14. & 15. *Si quis sermonem meum seruabit, mortem non videbit.* 360.d
14. & 16. *De doctrina spiritus sancti per ecclesiam.* 51.& deinceps.
16. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* 255.d
Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. 686.d
In mundo pressuram habebitis. 799.c
17. *Vbicunque fuerit corpus, ibi & congregabuntur & Aquilæ.* 13.b
19. *Nos legem habemus & secundum legem debet mori* 194.b
Stabant iuxta crucem Iesu Mater eius & soror matris eius Maria Cleophæ & Maria Magdal. 763.c.& deinceps.
Ecce mater tua. 241.d.243.b.763.c
Accepit eam discipulus in suam. 241.d.816.b
Maria Cleophæ soror B. Virginis. 50.b
20. *Venit Iesus ianuis clausis.* 233.c. & deinceps.
21. *Exuit sermo inter fratres, quia discipulus ille non moritur.* 857.c

Acta Apostolorum.

1. *Perseverabant in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu.* 593.d
2. *Et sepulchrum eius apud nos est.* 856.d
3. *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis.* 816.d
4. *Non est aliud nomen sub cœlo in quo oporteat nos salvos fieri.* 985.c
5. *Nonne manens tibi manebat & venundatum in tua erat potestate.* 294.c
7. *Accepistis legem in dispositione Angelorum.* 1025.c
Domine Iesu suscipe spiritum meum. 1096.b
8. *Fecerunt planctum Magnum supra Stephanum.* 831.b
15. *Visum est spiritus sancto & nobis.* 565.b

Epistol. ad Romanos.

3. *Quomodo omnes peccato originali sint obstricti.* 55.c
Omnes peccaverunt & egent gratia Dei. 88.55.c
Per quem habemus accessum in gratiam istam. 975.b
Per vnum hominem peccatum in hunc mundum introiuit & per peccatum mors. 819.c
Mors in omnes homines pertransiuit. 857.d
7. *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius.* 105.b
Ego aliquando sine lege viuebam. 157.
8. *Lex Spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis.* 364.c
Qui spiritu Dei aguntur, hi Filii Dei. 634.b
Conformes fieri imagini Filii sui. 845.b
Si compatimur & conregnabimus. 775.d
11. *Dedit illis Deus spiritum compunctionis.* 181.d
12. *Conclusit Deus omnia in incredulitate.* 58.c
Honore inuicem prævenientes. 952.b
16. *Salutate Mariam quæ multum laborauit in nobis* 14.b
Huiusmodi enim Christo non seruiunt, sed suo ventri. 79.d
Salutate inuicem in osculo sancto. 345.b

1. Ad Corinthios.

1. *Elegit Dominus infirma mundi, vt confundat fortia.* 13.b
Quæ stulta sunt mundi elegit Deus. 151.b
Qui factus est nobis iustitia, sanctificatio, redemtio, &c. 918.b.
2. *Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditã.* 154.b
Oculus non vidit nec auris audiuit. 835.b
3. *Dei adiutores sumus.* 994.b
Quid ligna, fœnum, stipula. 53.c
Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. 919.c
6. *Omnia mihi licent.* 58.b
Qui adhæret Deo vnus spiritus est. 879.d
7. *Si nupserit Virgo non peccauit.* 291.c
9. *Omnibus omnia factus sum.* 58.b
10. *Omnia in figura contingebant illis.* 62.b
Non quæro quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. 812.c
11. *Gratia eius in me vacua non fuit.* 114.b
12. *Diuisiones gratiarum sunt.* 99.
13. *Ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus: videmus nunc per speculum in ænigmate, &c.* 686.b 935.b
Charitas nunquam excidit.
15. *Primus homo de terra limo terrenus: secundus de cœlo cœlestis.* 173.d
Oportet illum regnare, donec ponat inimicos omnes scabellum pedum eius. 244.b
Factus est primus Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. 494.c
Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram. 857.d

11. ad Corinthios.

3. *Idoneos nos fecit ministros noui testamenti.* 60.b
4. *Momentaneã tribulatio supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 775.b
6. *Quæ conuentio Christi ad Belial.* 60.b.112.b
9. *Hilarem datorem diligit Deus.* 774.c
12. *Virtus in infirmitate perficitur.* 684.c

ad Galatas.

1. *Deus segregauit me ab vtero matris meæ.* 89.d
3. *Ordinata per Angelos in manu mediatoris.* 923.b
4. *Factum ex mulier.* 441.d.445.b
Filioli quos iterum parturio. 716.c
Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere. 441.d.445.b.1085.c

ad Ephesios.

1. *Sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi.* 99.a
5. *Christus dilexit Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret.* 90.b
Quæ in occulto fiunt, turpe est & dicere. 264.b

ad Philippenses.

2. *Omnes quæ sua sunt quærunt.* 58.b.86.b
Exinaniuit semetipsum formã serui accipiens. 35.d. 490.d 726.c

ad Colossenses.

2. *In ipso habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter.* 73.d

1. ad Thessalonicenses.

2. *Quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona.* 931.c
5. *Prophetas nolite spernere: Omnia probate, quod bonum est tenete.* 1027.c

1. ad Timotheum.

1. *Vt denunciares quibusdam ne aliter docerent, nec intenderent fabulis & genealogiis, quæ quæstiones præstant magis quam ædificationem.* 32.d
Reges autem seculorum immortali. 66.b
2. *Mulier seducta est.* 149.b
Adam non est seductus, Mulier autem seducta in præuaricatione fuit. 149.b
Vnus est enim mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. 922.d
3. *Magnum pietatis Sacramentum, quod manifestatum est in carne.* 541.b
4. *Pietas habet promissiones præsentis & futuræ vitæ.* 306.c
Omnis creatura Dei bona est. 450.b
5. *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* 293.d
6. *Deuitans prophanas vocum nouitates.* 3.b

11. Ad Timotheum.

1. *Formam habe sanorum verborum.* 477.d
2. *Quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus.* 41.c
Memor esto, &c. ex semine Dauid secundum Euangelium meum. 28.d
3. *Mali homines & seductores proficient in peius errantes & in errorem mittentes.* 1099.d
Bonum certamen certaui. 583.c.829.c

Ad Titum.

1. *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.* 79.d
2. *Apparuit gratia Dei & saluatoris nostri.* 465.b
3. *Hæreticum sua iudicio condemnatus.* 660.b
Omnia munda mundis. 1097.b
Stultas quæstiones & genealogias deuita. 32.d

Ad Hebræos.

1. *Administratoris Spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.* 835.c
2. *Si qui per Angelos factus est sermo.* 1025.d
Debuit per omnia fratribus assimilari. 684.c.494.b
4. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris.* 934.c
5. *Didicit ex his, quæ passus est, obedientiam.* 491.d
Consummatus factus est omnibus obtemperantibus causa salutis æternæ. 916.b
7. *Manifestum est quod ex Iuda sit ortus Dominus noster.* 28.d
Segregatus à peccatoribus, &c. 161.b
Melchisedech sine patre, sine matre. 725.d
9. *Statutum est omnibus semel mori.* 819.c
Quis est homo qui viuit & non videbit mortem? 857.d
13. *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.* 1064.d

Iacobus.

1. *Beatus in factu suo erit.* 563.b
3. *In multis offendimus omnes.* 54.b
4. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Subditi ergo estote Deo.* 582.b
5. *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ saluabit animam eius à morte.* 924.b

Prima Petri.

2. *Christus lapis offensionis.* in præf. at. lib. 4.
Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete. Regem honorificate. 952.b
4. *Saluos facit Baptisma.* 563.b
5. *Deus superbis resistit, humil. autem dat gratiam.* 581.b

Prima Ioannis.

1. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, &c.* 546.b
Si dixerimus quia peccatum non habemus &c. 14.b.101.d
2. *Scribo vobis Adolescentes, quoniam vicistis malignum.* 895.c.1095.b
Hic est propitiatio pro peccatis nostris. 975.b
3. *Qui facit iustitiam iustus est.* 562.b
4. *Omnis spiritus qui non confitetur de Christum in carne venisse, ex Deo non est.* 441.d

Iudas.

1. *Illos vos saluate de igne rapientes.* 924.b

Apocalypsis.

1. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, qui si Sodoma fuissemus.* 543.d
3. *Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.* 310.c
5. *Vicit Leo de tribu Iuda.* 240.c
12. *Mulier amicta Sole.* 20.b.104.d
In capite mulieris corona stellarum. 1061.c
Datæ sunt mulieri duæ alæ aquilæ. 821.b
13. *Aperuit os suum blasphemare nomen Dei & tabernaculum eius, & in eos qui in cœlo habitant.* 657.c
14. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, &c.* 303.b
22. *Qui iustus est iustificetur adhuc.* 572.c. 634.b
Veni Domine Iesu. 845.b

Finis Indicis locorum Scripturæ sacræ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX
COPIOSVS RERVM PRAECIPVARVM QVÆ HIS QVINQVE LIBRIS CONTINETVR.

A.

ABraham& Loth quomodo fratres dicantur. 50.d
Abraham maritus quomodo non minus Deo placuisse dicatur, quàm Ioannes Virgo. 303.d
Abrahæ fides maxima. 439.c
Abusus in ecclesia male reprehendi à sectariis in præiudicium bonorum. 404.d
Abusus non excusandi. 614.d
Abusus circa cultum virginis religioni & Ecclesiæ & bonis non præiudicant,sed requirunt prudentem correctionem. 961.b
Abusus sacrilegos primum omnium corrigendos, egregie norunt dissimulare aduersarii. 1056.c
Abusus frustra nobis obiici à Platzio circa Virginis cultum. 1102.b
Achaz regis Impietas. 200.b
Actiua vita à Theologis nunquàm despecta fuit. 880. d
Adam de terra pura creatus typus Christi. 62.c.73. d.158.d.184.c.
Aduentus domini cur quotannis statо tempore in Ecclesia celebretur. 353.c
Adam secundus non minus ab initio perfectus in anima quàm primus. 494.c
S. Adelbertus Martyr ex voto matris facto Deiparæ conualescit fitque religiosus. 1120.d
Admiratio multiplex in Scripturis obseruanda & distinguenda, 687.c
Admirando Mariam non peccasse. 688.b
Adoratio etiam B. V. & sanctis suo modo exhiberi potest. 980.d.977.d
Adorationis nomen latissimè patet. 978.d
Adoratio propriè non nisi Deo debetur. 977.b.
Aduersarii velut impudentes Medici non tenēt rationem curandi abusus circa cultum Virginis idque per exempla declaratur. 961.b
aduersarii adductis de Mariæ cultu testimoniis cōtradicentes & Mariæ cultum receptum improbantes,cuiusmodi sint. 1154.d
aduersantes Mariæ cultui quid lucrifaciant.1155.c.d
aduocatam Euæ Mariam dici, non esse absurdum etiam antequàm nasceretur. 1152.b
aduocatam agere potest etiam qui nō patrocinatur, illudque nomen Mariæ competere. 1152.b
æquabilitas & constantia Mariæ admiranda. 593.b
ænigma inextricabile de partu mariæ. 152.b
ægyptii primi authores idololatriæ. 216.b
ægytiorum mos vetus in veneranda Virgine Deipara. 216.b
ætas B. Virginis cùm moreretur. 802.d
affectus simpliciter non esse improbandos. 547.b
affectuum duo genera. 647.b
affectus qui dicantur appellenturque eosque omnibus inesse. 646.c
affectus impuros non cadere in Mariam. 709.b
Agnes Virgo Martyr Mariæ pedissequa. 262.d
agno canticum cantare quid sit. 303.b
alberti 4.Austriæ principis in Mariam pietas.1113.b
alberti Magni testimonium de duodecim Mariæ priuilegiis. 1108.c
alexii Imperatoris dira imprecatio in sacrilegos tēplorum direptores & profanatores. 1056.d
allegoricus sensus literali multò imbecillior. 193.c
allegoricus sensus quid efficiat conferat que. 64.d. 193.c
albanenses & Armeni Originale peccatum ignorāt. 54.d
alma vox quomodò accipiatur apud Hebræos.197. b.c. 343 b.282.c
albigensium horrenda in Deum & Mariam impietas,& qui eorum duces. 183.b
alma vocem tribus tantùm in locis pro virgine inueniri. 201.b
albumazar Christum ex Virgine natum 236.c
alchoranus Turcicus quid contineat, 470. d
alchoranus Christum esse Deum modò ait, modò negat. 475.b
alchoranus quàm excellenter loquatur de Christo. 475.d.c
ambrosia ab Eusebio patre suo Deodedicata. 116.d
S. Amator cum sponsa sua virginitatis votum Deo obtulit. 252.d
anabaptistæ veri Nestoriani, Valentiniani & Manichæi. In præfatione operis.
anabaptistæ Mariam virginem permansisse negant. 219.c
anabaptistæ quàm impedie Christo sentiant ac doceant. 438.b
anabaptistæ non admittendi ad publicas coram populo disputationes. 438.b
anabaptistæ ab aliis Hæreticis refutantur circa Baptismum paruulorum,at non solide. 565.d
anatolius in Christum & Mariam blasphemus vc punctus fuerit,&c. 1024.b
anatolios hodie multos esse, 1024.d
andreas Cretensis mariam inuocat & mundi propitiatorium vocat. 1134.b
anathematismi varii in Hæreticos de corpore Christi,& Maria male sentiētes,alioſque quàm plurimos,ac maxime Nestorianos. 481.b.482.c
ancillam & seruum Dei appellari laudi dandū,non vituperio, aut vilitati. 581.d
andreæ de Chio Martiris historia & eius erga Deiparam deuotio. 1005.d.1006.1007.
andronicus vterque Imperator quomodo in extremo vitæ periculo Mariæ deuotus fuerit. 1112.b
Angelus consolatur Marias Christum quærentes, non reprehendit. 11.b
ab angelo Mariam fuisse nutritam, non absurdum. 129.b.135.a.145.b.
angelica salutatio olim publicè recitata. 345.d
angelica salutatio cū verbi incarnatione. 346. d
angelica salutatio quomodo recitanda. ibid.d
angelus quomodo missus ad Mariam iuxta Chrisostomum. 197.b
Angelicā salutationē quid vocemus, &cur. ibid.d
angelicam salutationem non sine fructu recitari. ibid.d.398.d
angelicæ salutationis laus. 343.c
angelus Mariæ gratulatur affirmando, non precatur optando. 345.b

Angelica salutatio quarum rerum nos admoneat,& eius virtus ac fructus. 354.d.348.b
Angelus solam virginem reperit domi,& cur.342.b 343.b
Angelorū est orantibus astare,& visitare pios.344.b
Angeli boni & mali discrimen. 339.d
Angelica salutatio quomodo ad pios affectus excitandos conferat. 347.b
Angelicæ salutationis initium quid sibi velit. 351.b
Angelica salutatio campanæ signo bis in die cur indici solita. 352.d
Angelicę salutationis vsum & fructum etiam ab Hæreticis quibusdam commendari. 354.c
Angelica salutatio sæpè iteranda, & quomodo, ac quare pie recitetur à Christianis. 355. c.356.d. 397.b.c.402.c.d. 416.c
Angelicam salut. non sine piaculo & superstitione recitari posse impiè asserunt Hæretici. 398.c
Angelicam salut.recitādo quomodo Mariam aliter consideremus,quam Gabrielem. 397.d
Angelicæ salut.vsum damnant, depraúantque Hæretici. 395.b.401.b.412.b
Angelica salut. cur orationi Dominicæ adiungi solita. 895.b
Angeli & sancti communem ad iuuandos homines habent charitatem. 494.b
Angelica salut. Caluino magicus exorcismus. 389.c
Angelicam salut.recitantes non irrumpere in alienum officium. 416.c.391.c.392.c
Angeli in Cælo degentes humanas res intelligunt, & curant. 393.d
Angelica sal. quomodò veteres vsi sint.405.c.1137.c
Angelicæ salut. vsum in Ecclesia veteri fuisse frequentissimum. 405.d
Angelica salut. qua ratione & gratiarum actio & petitio ac precatio dici queat. 390.b
Angelicam salut.nec aboleri nec tolli posse. 392.b
Angelicæ salut. explicatio ac sententia .417. b.306
Angeli Mariæ animam migrantem è corpore excipiunt. 835.b
Angeli Virginum societate lætantur maximè. ibid.
Angeli piis morientibus nonnunquam adsunt cantantes. 836.b
Angeli erga Mariæ animam è corpore migrantem quomodo se gesserint. ibid.
Ab Angelis discunt mortales Deiparam Virginem salutare atque celebrare. 1140.d
Angelica salutatio olim etiam in sacrificio missæ recitata,cuiSyri addiderūt Marię inuocationē.1150.a
Anima Christi nullis donis caruit. 492.c
Anima Mariæ secundum Nicolaum Cusanum, & S. Brigittam sancta creata,& quomodo. 76.b
animantes sine coitu parientes Mariæ virginitatem probant. 213.c
animasvsque ad diem iudicij dormire falso asserunt Hæretici. 414.b
animas in Cælo erga mortales non affici,nec humana curare multis falsò persuasum fuit. 414. c. & deinceps. (
animam Christi ignorantiæ subiectam fuisse falso asserunt Hæretici. 492.b
anima Christi quomodo creuerit. 489.c. & deinceps.
Anna Mariæ mater de tribu Leui & Iudæ.36.d.48.d
annę laudes & historia. 44.c.48.c.122.d.123.b
annæ ferias non agnoscit Lutherus. 41.d
annā nō transisse ad secūdas & tertias nuptias. 49.c
Annę duas fuisse sorores. 48.d
Anna cognata Elizabethę. 9.d
Annam Ioachim cum Anna Helcanę in multis conuenire. 122.d
Anna Phanuelis Deo seruiens in templo locum obtinet. 126.d
Annæ viduæ & Phanuelis filiæ historiam deprauat Brentius. 636.b
Annam hanc nō tam à fide quàm ab operibus commendari. 633.d.636.c
Anselmus Gātuarien sis Episcopus,illustrisque Theologus,sedulus Mariæ Virginis cultor. 1118.d
Antidicomarianitæ qui. 218.
Antimariani reprehendendi. 277. b
Antidotum generale contra libertiora & morosa iudicia huius seculi in interpretandis veterum patrū scriptis. 785. b
Antiquitas tota Mariam auxiliatricem agnoscit & veneratur. 995.b
Anuph Abbas cęlesti cibo per Angelū nutritur. 135. b
Apollinaristę&Dimoritę qui,&eorū errores. 440.b
Apostoli plus de diuinis cognouerunt quam Prophetæ. 67.d
Apollo Abbas per Angelum à Deo pascitur. 135.c.d
Apes caste viuunt,& generant. 113.c. 638.d
Apostoli de morte Matię nihil scripserunt,& quare. 824.b
Apostoli quomodo Hierosol. conuenerint vt Mariæ morienti adsint. 827.b
Apostolos multis apparuisse. 1029.b
apparitiones mortuorum quomodo intelligendæ sint & quemadmodum à Nouatoribus indigne conuellantur. 1025.b
apparitiones animarum præsertim sanctarum fieri mortalibus ex gratia singulari. 1025.c
apparitionum habendum esse delectum, 1026.c
apparitiones quæ probandæ. 1027.d
aranea viri conceptionem & partus corruptionem ignorat. 214.b
Arca Noe typus Mariæ. 63.b
Arca testimonij typus Mariæ. 17.b.692. c
Arcana sua sæpe paruulis reuelat Deus, 122.a
Argonautis Maria per Apollinis oraculū cognita.8.a.
argumenta Dialectica ac Philosophica esse ineficacia quæ Mariæ virginitatem impugnant. 209.a
Ariani Mariam purificatione indiguisse falso asserunt. 329.b
Architectus Constantinopoli ex Mariæ apparitione discit, qua ratione ingentes columnæ in templo Constantiniano erigendæ sint. 1074.a.b
Asella virgo ántequam Deo dedicatur à parētibus. 126.c.d
Aspasia mulierum pulcherrima à Maria longe superatur. 211.d
Astrologi Ethnici Mariā virginē cōprobant. 216.c.d
Athanasius doctor insignis Mariam virginem eximie laudat, 1140.a
Athanasius cum aliis sui seculi Patribus & sensit & docuit de Mariæ cultu & veneratione. 1141.c
Aue rectius pro gaude,quàm salue accipiendum in salutatione Angelica. 349.b
Augustinus Mariam omnis peccati immunem facit: 102. a.b.c.
Augustinus verbo & exemplo docuit fœminarum conuictum clericis fugiendum esse. 280.d
Augustinus peregrinationes probat, sed non abusus peregrinantium. 1069.a.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auguſtinus Mariam inuocauit. 1134.d
Aurora conſurgens typus Mariæ. 112.a. 196.c
Aureola quibus in Cælo à Deo tribuatur. 301.d
Auſtriacorum Principum erga Mariam deuotio ſingularis. 1113.b

B

Baptiſmum paruulorum non ſolidè probari ab Hæreticis contra Anabaptiſtas. 561.d
Baptiſmum Mariæ fuiſſe efficacem, nec carniſſe effectu ſuo. 97.b
Baptizati & fideles quomodo à Paulo ſancti dicantur. 91.a.b
Baptiſmi Sacramentum per Chriſti ortum deſignatur. 161.d
Baptiſmus cur φωτισμὸς dicatur. 640.c.d
Baptiſtæ Mantuani ſententia de pura conceptione Mariæ. 77.b
Baptiſtæ Mantuani erga virginem Lauretanam pietas. 1092.a
Baptiſtæ Mantuani ad Lauretanam ædem inuiſendam grauis exhortatio. 1087.a
Bartholomæi Apoſtoli teſtimonium de Maria vouente. 293.a.b
Baſilij querela de Arianis templa prophanantibus. 1049.a
Baſilius crebrò de Mariæ interceſſione meminit. 1136.b.c
Baſilius populo in templo Mariæ orante vidit S. Mercurium à Maria miſſum ad Iulianum Cæſarem occidendum. 1075.a.b
Baſilij ſententia de Mariæ virginitate. 238.a.b
Baſileenſis Concilij ſtatutum de feſto viſitationis Mariæ celebrando. 558.a.b
Baſileenſe Concilium quid ſtatuerit de Conceptione Mariæ. 69.a
Bauariæ laus & templa ac miracula S. Mariæ in eadem eſſe frequentia. 1021.b.c
Bauariæ duces propter eximiam pietatem ſuum præcipuum caſtrum in Scheyrenſe Monaſterium conuerterunt, beatęque virgini conſecrarunt. 1124.c
Beatitudo Iuſtorum in Cælis duplex. 301.c
Beatorũ ſtatus per Chriſti virgines deſignatur. 162.a
Beatorum animas in Cęlo venienti Mariæ gratulatas eſſe. 838.d
Beda conceptionem puram Mariæ defendit. 87.d
Benedicta tu inter mulieres. 379.413.c.d.418.a. 431.c.d
Benedictus fructus ventris tui. 418.d
Benedictum quid dicatur. 86.c
Benedictis rebus quomodò vtantur Catholici. 642.b.c
Benedici & exorcizari quomodo & quare quædam creaturæ ſoleant. 643.a
Berengarianorum error refutatur. 453.c.d
Beroaldi error de conceptione vt natiuitate Chriſti. 505.a.b.613.a
Bernardus & Thomas aduerſantur conceptioni puræ Mariæ. 71.b.c
Bernardus cur conceptionis feſtum celebrare diſſuaſerit. ibid.
Bernardus nos mittit ad miſericordiã Mariæ. 936.a
Bernardus celebris in Eccleſia Doctor à Platzio impudenter accuſatur. 1102.d
Bernardus Mariæ deuotiſſimus non pro ſe tantum, ſed pro aliis etiã ſolitus inuocare virginem. 1115.d
Berthlehemitarum inhumanitas in Mariam & Ioſeph. 602.a
Bethlehem nihil felicius & abiectius. 608.c.d
Bethula vocem Hebræam non de ſola virgine dici. 198.a.b
Beza Neſtorianus. 462.d
Blaſphemi in Mariam grauiter caſtigandi. 1111.d
Beza cum Caluinianis Mariam in partu virginem negans confutatur. 224.a
Bonauentura conceptionis Mariæ feſtum piè celebrantes cur non auſit reprehendere. 72.a
Bonauentura Pſalterij Mariæ, vt vocant, author, & quod eius conſilium fuerit. 1097.b
Bonauẽtura cultor b. Virginis religioſiſſimus. 1118.a
Bonifacius IIII. Pontifex templum Pantheon Deiparæ conſecrauit. 1050.d
Brentius Annæ & Simeonis hiſtoriam deprauat ac calumniatur. 632.d.636.a
Brentius Neſtorianus. 462.c
Brentius in Chriſtum blaſphemus. 713.c
Brentiani Neſtorianis peiores. 462.c.d
Brentius in Chriſti parentes, Iob, & Petrum Apoſtolum contumelioſiſſimus. 665.d
Brentius humanum nihil à Maria alienum fuiſſe vult. 85.a
Brentius excuſat Mariam ſimul & accuſat. 712.a
Brentius in Mariam contumelioſus. 99.d.651.b. 655.676.a.b.695.a.705.d
Brigittæ reuelationes non parui æſtimandas. 75.b
Brigittæ conceptio totáque vita Mariæ plane immaculata, & quomodo. 75.b.c.107.
Buceri ſumma incontinentia. 264.d
Bucerus, Beza, & Bullingerus perpetuam Mariæ virginitatem defendunt traditione & authoritate Eccleſiæ Catholicæ. 323.a
Budæus puram Mariæ conceptionem adſtruit. 88.b
Bullingerus votum virginitatis in Maria probat. 295.c

C

CAdmos Hebræis quid ſignificet. 500.a
Caluinus quã maledicus in Patriarchas & Moyſen. In præfat. operis.
Caluinus Mariam aliis peccatoribus exæquat. 84.c 99.c
Caluinus Auguſtinum malè ad ſuum ſenſum torquet. 84.d
Caluini varij errores. ibid.
Caluinus diploma cæleſte ad fidei confirmationem requirit. ibid.
Caluinus Hieremiam & Ioannem in vtero ſanctificatos negat. 89.d
Caluiniani Iouiniani doctrinam reuocant. 231.c
Caluiniani cum Iouinianis virginitatem Mariæ in partu cur negent. 231.c. 615.a
Caluinus purum Marię partum negat. 232.b.c
Caluino ſalutatio Angelica magicus eſt exorciſmus 389.c
Caluinus & Confeſſioniſtæ præcipua Concilia approbant. 320.d
caluinus Chriſto impingit erroré ac ignorãtiã. 492.d
caluinus Neſtorianus. 461.a
caluinus vitium incredulitatis vel curioſitatis in Mariam confert. 535.a.b.c
caluinus aliique nõnulli Hæretici Mariã omni infidelitatis notã, quã illi inurunt reliqui, liberãt. ibid.
caluinus ſe diſcipulũ facit Mariæ Magiſtræ. 776.b
calixtus Põtifex Mariæ templum conſtruxit. 1054.b

Cœcitas

Cœcitas eorum qui contra Mariæ cultum debachantur vnde dependeat. 888.c
Cæremoniis ali & inuari populũ in religione. 611.d
Camerarius quantum Ioſepho tribuat. 274.c.d
Campanæ pulſu cur ad ſalutandam Mariam homines excitare voluerit Eccleſia. 352.d.353.a
Campane ſigno ad ſalutandam Mariam audito quo modo & quid orandum meditandũmue. ibid.
Cantici Mariani Magnificat Paraphraſtica interpretatio primorum verborum. 565.d
Mariæ Canticum primus eſt hymnus noui Teſtamenti. 567.b
Cantici Mariani maxima dignitas, vtilitas, & maieſtas. 568.c.d
Canticum Marianum Pſalterium decachordum rectè dici. ibid.
Cantieum hoc nil vulgare ſed eximia omnia continet. ibid.
Canticum Marianum cur quotidiè in templis ſtando cantetur. 569.c
Canticum nullum in propheticis libris huic poſſe præferri. 568.c
Cantici Mariani vſus. 570.b
Canticum hoc rectè in Eccleſia ſæpius decantari. 569.c
Canticum Mariæ Hæreticorum nonnulli magnifaciunt. 567.b. nonnulli explodunt, ac male interpretantur. ibid. & deinceps.
Cantico hoc quid contineatur iuxta Bullingerum & alios. 569.d
Cãticorum liber totus de Eccleſia & Maria. 16.c.d
Canticum duplex lamentationis in Chriſto patiẽte & Maria compatiente. 774.b
Cantici ſalue Regina author & origo. 926.b
Cantici Regina Cæli lætare origo. 1040.d
canticum ſalue Regina impure tractatur ab aduerſariis. 525.b
Carolus Magnus in Septẽtrione multa templa Deiparæ poſuit. 1049.d.1130. c. Ludouicus filius etiã Mariæ templa conſtruxit. 1130. d
Carolus Magnus noua quaſi lux & facies Religionis in Germania, quantam curam diuini cultus in templis exercendi, eiúsque ſucceſſores habuerint. 1131.b
Carolus Quartus Imperator in honorem B. Virginis collegiatam Eccleſiam erexit. 1113.c
carpocrates Magnus & impius in Chriſtum. 181.c
caro Chriſti inoperata & imperfecta quomodo. 191.a.b
carnalitas & libido Hæreticorum maxima. 264.a.b
caro Chriſti de Maria ſuſcepta vere editur & adoratur. 455.a
caſtitatem odiſſe magis, quàm amare, & colere proprium Hæreticorum eſt. 263.d
caſtitatis & continentię exempla. 251.252.253.265.a 280.a
caſtitatis hoſtes Hæretici varij. 219.220. 221. 238. 253.d.254.a.264.a.267.a. 285.
Ad caſtitatis votum ſeruandum exhortatio. 296.d
catholici non defendunt quoſcunque libellos precarios. 915.d
catholico quid ſit in fidei doctrina tenẽdum. 780.b
catholici & Sectarij diuerſimodè impugnant puram Mariæ conceptionem. 57.a. 88.d
catholici aliter Deo & Chriſto, aliter Mariæ Virgini in morte ſeſe commendant. 1096.a.b
catholicos in Mariæ Sanctorũmque cultu vſque ad Conſtantini Magni ſeculum perſtitiſſe, variis probatur exemplis. 1142.b
catholici duntaxat vnitatem fidei in & cum Eccleſia retinentes in ſpiritu & veritate orant & adorant Deum. 1156.d
cautio inlegendis patribus adhibenda. 818
Cecilia poſt caſtitatis votum nupſit Valeriano, vtúmque ſeruauit. 255.d
Celſus Philoſophus Epicureus quid in Maria taxarit. 35.c
quàm ſint Mariæ infeſti Centuriatores. In Præfat. Ope.
centuriatores Anſelmum, aliósque puritatis Mariannæ aſſertores vehementer accuſant. 85.b
centuriatores Mariæ innocentiam ádimere ſtudent ibid.
centuriatores in Mariam contumelioſi. 100.a
centuriatores Natiuitatem Mariæ in dubium vocant. 117.a
centuriatores quomodo de Mariæ deſponſatione doceant. 219. c.246.c
centuriatores quomodo Mariæ meritum negent. 299.a
centuriatores quomodo perpetuam virginitatem Marię vt articulum fidei admittant. 320.d. 321
centuriatoribus quomodo Maria plena gratia. 368.c
centuriatores quomodo Chriſtum ſanctum vocét. 499.c
centurioni Euangelico quos Iſraelitas Chriſtus conferat. 543.c
centuriatores iniquè iudicant de hiſtoria Mariæ Ægyptiacæ. 1019.a.b
centuriatores Bonifacium Pontif. ob templum Panthei ſacratum peruerſe calumniantur. 1051.d
centuriatores falsò aſſerunt Sanctorum templa ante Conſtantinum nulla fuiſſe. 1056.a
centuriatorum argumenta expendũtur contra templa & peregrinationes. 1064.d
centuriatores & Chemnitium perperam Damaſceno indignari ob Mariam honoratam & cultam. 1126.a.b.
centuriatores inique carpunt vtriuſque ſtatus Principes, Mariæ cultum amplificantes vel confirmantes. 1130.a
centuriatores Athanaſij de Maria Virgine teſtimonium ſtolide ad idololatriam referunt. 1141.a
centuriatores quàm virulente Sanctorum miracula proſcindant. 1001.d
centuriatorum ſcopus in hiſtoria. 1002.a
Cereorum in Eccleſia vſum non eſſe ſuperſtitioſum. 641.c
cereorũ benedictio in die Purificationis cur inſtituta, & quarũ rerum nos admoneant cerei. 639.c.d
cereorũ vſum in die Purifi. eſſe peruetuſtum. ibid.
cereos benedicendi vſum in Eccleſia approbant etiam Hæretici nonnulli. 639. d. Vituperant alij. 639.641.
cerdonianorum error. 439.b
Κεχαριτωμένη quomodo interpretentur Hæretici. 358. c.382.d
charitas Mariæ erga Deum quomodo ſenſim ſe prodidit. 137.a
charitas Marię erga Chriſtum perfecta. 607.b
charitas ſic inchoata poſt mortem in Maria & Sanctis durat. 935.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chemnitius quomodò illudat decretum Sixti Pontificis & Concilij Tridentini de Conceptione Mariæ. 83.c
Chemnitius Augustinum deprauat. 84.b
Chemnitius reuelationes contemnit. 84.a
Chemnitius & Sarcerius peruerse Gregorij Nazianzeni narrationē de Cypriano oppugnant. 1146.d
Chemnitius Athanasij de Maria locum deprauatū esse fingit. 1141.a
Chemnitium cum Irenęi interprete frustra contendere. 1151.d
Cherinthus in Mariam contumelios⁹. 181.b
Chrysæus D. Basiliū cur male interpretetur. 238.a.b
Christiana Virgo, Mariā inuocando, dæmonis tentationem & incōtinentiæ periculū euitauit. 1146.a
Christi varia epitheta. 37.a
Christus Rex & Sacerdos. 37.a.b
Christi nomen vnde. 37.c
Christus Sacerdos secundum ordinem Aaron & Melchis. 27.d.39.a
Christi typus Adam. 62.b
Christus quomodo mariæ indigus. 23.c
Christum esse filium Dauid & de semine Abrahæ. 28.c.441.b.c
Christi conceptio multis modis excellit conceptionem Marię. 59.a
Christus quomodo sanctus, sanctum, & sanctus Sāctorum dicatur. 65.c.445.c.499.c.500.a
Christus gratiam suam maximè omnium contulit Mariæ. 65.d
Christus natus ex pura virgine, & cur. 74.b.160.b.c
Christus quomodo à patre sanctificari, & seipsum sanctificare dicatur. 94.d
Christus quando natus. 110.d
Christus cur semen mulieris in Scriptura dicatur, non viri. 166.a
Christus cur incarnatus. 160.c
Christus verus Melchisedech quomodo ἀπάτωρ & ἀμήτωρ. ibid.
Christus bis genitus. ibid.
Christi ortus ex Virgine Baptismi Sacramentum & gratiam designat. 161.d
Christus à Virgine natus, baptizatus, & descriptus est. 162.c
Christi & Mariæ cum Adam & Eua comparatio. 159.c
Christus virgultum nascens è terra sitiente. 189.c
Christus Iudæis ex semine Ioseph natus. 204.a
Christus vetus vrens, & de Virgine tanquàm deserto descendens. 191.a
Christus flos campi, & lilium conuallium. ibid.
Christus rori & lilio comparatus. 191.c
Christus cur vermis dicatur. ibid.
Christus in conceptu & ortu matrem suam seruat virginem. 231.a
Christus solus per portam matris clausam egressus 228.c.231.d.233.a
Christum quotidie nobis in Eucharistia adesse, sicut olim Mariæ adfuit ex ipsa natus. 232.a.b
Christus à Maria sine peccato conceptus. 221.a
Christus de Maria impassibiliter, & ineffabiliter natus. 224.d
Christus non Dei, sed Iosephi & Mariæ filius est Sternbergero. 219.a.b
Christus quomodo conceptus dicatur de Spiritu sancto. 220.b
Christus solus verè primogenitus multos habēs fratres, cósque Dei & Mariæ filios. 243.a
Christus quantam curam habuerit materni honoris. 248.b.c
Christus quomodo virginitatem doceat ac illustret. 260.d.451.b
Christus virorum Virginum, Maria fœminarum Virginum caput. 261.c
Christum qualem pro nobis aduocatum & intercessorem hodie confingant Hæretici. 414.d
Christo gratiæ plenitudinem derogant Hæretici. 371.d
Christus quomodo gratiæ plenus. 372.c.373.b.384.385.
Christus fonti vitæ, Maria aquæ ductui comparatur. 385.c
Christus vna persona semper extitit, etiamsi caro & anima separarentur. 433.a
Christi & Mariæ magna in corpore similitudo. ibi.
Christus cur filius hominis dictus. 447.b.446.c
Christum de Maria natum negantes exclusi ab Ecclesia. 446.a
Christus vnum & vnius naturæ cum Virgine matre. 445.b.446.b.c
Christum non tantùm transisse per vterum Mariæ, vt volunt Hæretici. 447.a
Christus virginitatem consecrauit. 451.b
Christus aduentu suo suam matrem perfectiorem reddidit non deteriorem. 451.c
Christum matrem suam non abnegasse. 452.a
Christus cur cum matre sua durius egerit. 452.c.d
Christum duplicem statuit Nestorius. 465.d
Christo duplicem naturam tribuendam esse. ibid.
Christipara & Deipara quomodo Maria dicatur quomodóque differant. 498.d
Christiparæ & Christiferæ nomina cur Ephesina Synodus reiecerit. ibid.
Christi fratres & pueri cur à Paulo dicti sint credentes. 441.a
Christianis nō minus quàm Philosophis ad certam regulam est loquendum. 477.c
Christianorum nonnulli peiores Mahometanis. 476.b
Christum ab initio perfectum in vtero virginis cōceptum fuisse. 485.d.487.a.488.495.c
Christus simul conceptus & natus. 487.a
Christus quomodo præ consortibus suis vnctus dicatur. 487.d
Christus puer simul & vir perfectus. 496.a.b
Christus puer quomodo Simeonem senem regebat. 496.c
Christus quomodo vel non profecisse & creuisse dicatur in sapientia & gratia. 490.c.d. 497.a.b.c
Christo nihil sapientiæ aut gratiæ vnquam fuisse additum. 491.c
Christus iudicij diem vt homo non ignorat. 493.c
Christus homo quæ vel nō adsumpserit ficut alij, & quare. 494.b
Christum non didicisse literas, vt volunt Hæretici. 495.a.b
Christus vbi conceptus, ibi & vnctus à Spiritu. 488.a
Christus quo tēpore, & sub quibus passus ac mortuus. 505.d
Christum, Christique animam errori ignorantiæque subiiciunt Hæretici. 491.b.c

Christus

Christus qua similitudine à Maria conceptus probetur. 503.d
Christus durus matrem alloquens quid nos doceat. 700.b
Christum 25. Martij in virginis vtero esse conceptum. 504.a
Christus lapis preciosus & petra scandali in præf. lib. 4.
Christus cur 25. Martij sit conceptus. 504.c
Christum pauperem esse cur decuerit. 581.c
Christus cur seruus dictus à Prophetis. 623.d
Christus legis Dominus legi se subiecit. ibid.
Christus infans quomodo in templo se habuerit. 624.c.
Christus quando natus. 601.a.610.c
Christus quomodo se humiliauerit in die Purificationis Mariæ. 623.b
Christus natus sine nixu, tristitia, & sordibus parturientis, & clauso vtero. 631.b
Christum peccati accusat blasphemiæque tractat Ioan. Agricola. 657.b
Christus cur Magdalenæ primum apparuisse legatur non Matri. 650.d
Christum suæ matri primum à mortuis apparuisse. 673.c.d
Christus puer quid in templo fecerit. 678.a.b
Christus quo animo fuerit erga parentes quærentes eum. 678.a.b
Christus multis de causis in tēplo fuit admirabilis. 690.a.
Christus parentes amasse ac honorasse plurimum, & non expostulasse cum illis & cur durius illos allocutus fuisse videatur. 678.c.702.c.712.d 713.a.725.726.
Christus intra priuatos parietes multa arcana suis parentibus patefecit. 693.b
Christus cur matrem parcè laudet. 725.724.
Christus cur durius aliquando loquatur matri. 700.b.725.a.b.727.728.729.
Christum fuisse parentibus summè morigerum. 722.b
Christus fabri filius, fabrilem artem cū patre exercuit. 722.d
Christus & Maria qualem conuictum inter se 30. annos habuerint. 723.b.c
Christum iracundiæ arguit Melanchthon. 711.a
Christum non ex iracundia respondisse matri. 712.b.c
Christus cur à spirituali magis quàm carnali cognatione agat. 720.a
Christus cur de matre negligentius agat. 720.b
Christus quomodo verus Melchisedech. 725.d. 726.a
Christus quomodo gladium in sua viscera conuertisse dicatur. 726.a
Christus quomodo patrem & matrem reliquerit. ibid.b
Christus aliter suos amicos, quam inimicos tractare consueuit. 726.d
Christus cur Mariam de cruce mulierem & non matrem appellarit. 764.d
Christus cur Matrem Ioan. Apostol. commendarit soli. 765.a
Christus mortem non effugisset licet nullus eum occidisset. 819.d
Christus matrem in cælum venientem quomodo exceperit. 840.b.c
Christum potuisse, nouisse, & voluisse, vt mater assumeretur in cælum. 859.a
Christus est victor Satanæ propria, Maria Christi virtute. 895.c
Christi in matre asseritur gloria. 896.a
Christi gloriam non excludi cum per Sanctos aliquid efficitur vel imperatur. 988.a.b
Christus quomodo mediator & quomodo alij Sācti. 923.b.c
Christus Iudam reprehendens quomodo etiam Ecclesiæ hostes taxauerit. 1065.b
Christus vbi hodie ab Hæreticis statuatur. 1066.c.
Christo & Matri quomodo vota verè credentes exoluant. 1101.d
Christi honorem primarium excipi semper oportere in eximiis laudibus & epithetis Mariæ tributis. 1154.b
Christiani ætate Martyrum quomodo se in cultu Sanctorum habuerint. 148.d
Chrisostomus præclarè Mariam exornat & inuocandam docet etiam in publici sacrificij tempore. 1136.a
Chrysostomum & Basilium cum his quæ Iacobus Apostolus de Maria prædicat pulchrè conuenire. 1149.d.1150.a
Κίτρα morbus mulierum qualis. 148.a
Circumcisionem spiritualem quomodo nos Christus suo exemplo doceat. 728.c
Clausura cur Monialibus indicta. 281.a.b
Clericis mulierum familiaritatem & cohabitationem maximè fugiendam & prohibitā esse. 280.d
Cœlibatus & virginitatis studiosis non imitandi Ioseph & Maria simul cohabitantes. 280.a
Cœlibatum Christianis possibilem, congruentem ac decorū esse falso negant Hæretici. 265.a.266.c
Cœlibatum non minus, quàm coniugium Christus aduentu suo commendauit. 259.a
Cœlibatum ex voto susceptum laudari. 283.b. & deinceps.
Cognatorum Christi vana gloriatio ob cognationem. 714.b
ad Cognationem Christi qui pertineant. 715.a
Cognati Christi varij. 715.c.d
Columba typus Mariæ. 63.d
Columbæ Maria comparatur. 140.d
Colloquium Mariæ & Angeli diuinissimū. 340.c.d
Colloquium Marię cum infante Iesu dulcissimum. 606.d
Collyridiani Hæretici Mariam pro Dea colebant. 399.a. & vnde dicti. 968. & deinceps.
Compassio quid significet. 769.b.c
Compotatores Mariam impiè proscindentes vna cum hospite grauiter puniuntur. 1022.d.1023.a
Conceptio Mariæ quando in quæstionem vocata. 55.c
Conceptionem Mariæ puram non esse fidei articulum. 55.c.d
Conceptio Mariæ num maculata vel immaculata fuerit non determinari ab Ecclesia, sed liberum relinqui, & neutram sententiam esse damnandā, posteriorem tamen videri probabiliorem. 56.b
Conceptio Mariæ immaculata probatur, & quo sensu. 56.57.58.59.60.68.69.70.71.72.108
Conceptio Marię immaculata illustrat Christi gloriam. 59.b
Conceptio Mariæ quomodò D. Thomæ & Caie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tano immaculata. 61.b
Conceptio Christi multis modis superat Mariæ conc. 58.d
conceptionem Mariæ indignissimè tractant hæretici. 77.c
conceptionem mariæ solenni festo celebrari statuit Sixtus Quartus. 69.b
De conceptione Mariæ quid Basileensis Synodus statuerit. 68.b
conceptionis mariæ festum non celebrantes derogant religioni. 79.b
De conceptione Mariæ cur Deus multos dubitare permiserit. 70.a
conceptio pura cur magis probanda. 78.a.b
conceptionẽ purã credere quẽ fructũ adferat. 77.c
conceptionis mariæ festum celebrat & laudat Lutherus. 85.d
conceptionem puram secundum Concilium Trident. firmiter contra Hæreticos asserendam. 83.b
conceptio hominis duplex. 86.a
conceptus sine semine celatur per Mariæ desponsationem. 238.d
conceptio Christi partim naturalis, partim supernaturalis. 485.a.b.c
conceptionem christi fuisse instantaneã. ibid. & 488
conceptio christi quo tempore contigerit, celebrandáque sit. 506.a.b
De conceptionis christi tempore quid sentiant centuriatores. 501.d.502.a
concilia varia cum Synodo septima veterem confirmasse morem Ecclesiæ Mariam publicè inuocantis. 1128.d
coniugia inter se inire omnibus tribubus apud Hebræos licuit, non autem permiscere hæreditates. 37.d
coniugium Annæ & Ioachim castissimũ fuisse. 75.b
coniuges ad seruandam inter se castitatem conspirantes laudandi. 250.a
coniugum castè inter se viuentium exempla. 251.a. 253.254
coniugum alteri sine alterius consensu continenter viuere non licet, etiam cum voto. 252.c.d
coniuges continenter inter se viuẽtes magnum habere meritum. ibid.
S. Conradus constantiensis Episcopus ad Einsidlense Deiparæ consecrandum templum profectus est. 1249.d
consuetudo Ecclesiæ maximæ authoritatis. 71.d
consensus Patrum est testimonium Spiritus sancti. 171.c.d
consensus spontaneus qualis faciat, vel non matrimonium. 249.b
consensum coniugij esse posse in vinculum tantum, & non in copulam. 249.b.c.253.d.254.a
constantini Copronymi impium decretũ de Maria non inuocanda. 399.b
constãtini copronymi interitus funestissimus. 478.c
constant. Copron. scelestus planéque impius Imperator publicè in Mariam contumeliosus. ibid.
constant. Copron. ob illatam Mariæ iniuriam horrendè castigatur. 1122.c
constantinus Despota Imperator coram imagine virginis iuramentum exegit: Emanuel Imperator in triumpho solenniter eam circumgestari voluit: Palæologus eandẽ publicè veneratus est. 1040.a.b
constantinus Magnus Imperator Deiparæ templum construxit, eidémque Cõstantinopolim à se conditam dedicauit. 1053.b.c.1144.a
Constantinus & christus magni ambo Principes præclaras accepere matres. 1145.a
constantinus quomodo christi typum nobis posuit adumbrare. 1143.c.d
constantinus Magnus diem celebrare Dedicationis, quòd Bizantium Deiparæ dedicãsset, Episc. illuc euocatis. 1144.a
constantinopolitanis magnum fuisse studium in Maria veneranda eiúsque tẽplis visitandis, exemplo suorum Principum. 1074.d
constantinopolitani à Saracenis obcessi Mariã sibi patronã apud Deũ quærunt, & liberantur. 1075.a
contemptus honorum hominem facit honoratiorẽ ac nobilem. 35.d
contribules apud Iudæos tantùm contrahere matrimonium quomodo intelligendum. 30.c
contemplatiua vita quid requirat secundum D. Thomam. 880.d.881.a
copronymi ineptiæ in disputando contra B V. 991.a.64. & deinceps.
cor Mariæ castissimum, humilimũ, feruentissimum. 138.b
corpus christi vbique virgineum & ex virgine esse declaratur. 178.a
de corporis christi in Eucharistia præsentia quomodò sentiant Catholici. 231.d
corruptores sacratum Virginum capite puniendi. 266.a.b
corpus christi quale confingant Hæretici. 437.b.c. 439.b.c.445.446.447
corpus christi totum ex Maria eiúsque substantia ac sanguine sumptum esse. 441.442.443. & deinceps.
corpus christi non esse sumtum ex sanguine cordis Mariæ. 425.b
corporis christi veritatem quomodo veteres adstruant. 453.d
corpus christi verè in Eucharistia proponi & contineri. 454.c.d.455.d
corpus christi quod Sacerdotes conficiunt esse idem quod ex Virgine maria natum est. 454.c
corpus christi in Eucharistia adesse negant hæretici. 462.a
corpus christi est virtus obumbrans virginem & quomodo. 501.b
coruinus in Mariam contumeliosus. 656.d
corpus Mariæ priuilegio fuit conseruatum à putredine. 854.b
corpus Mariæ peculiariter Deus glorificauit. 856.d
credentes cur à Paulo christi fratres & pueri dicantur. 442.a
crescere in sacra Scriptura quid sæpè significet. 497.a
De Cruce Domini quàm impiè sentiant hæretici. 655.b
cultum verum Deo inprimis exhibendum suo exẽplo christus docet. 680.d
cultum duplicem à nobis exigi in festis. 613.d
cultum imitationis etiam Sanctis detrahere student hæretici. 407.c
cultus Sanctorum amplius aliquid à nobis exigit quàm imitationem, & quid. 407.a.b
cultum Sanctorum in 4. rebus præcipuè consistere. 408.d
culmanus in Mariam contumeliosus. 30.b.636
cultum desertorum Deo ingratum esse. 950.c

Cultus sacer sub se continet Latriam, hyperduliam & Duliam. 951.a
Cultus Christi & Sanctorum distinguitur. 944.b
Cultus latriæ quando & cur ab Ecclesia adhibeatur. 954.b
Cultus Mariæ à quo & per quos impugnetur. 962.b
Cultum hyperduliæ Mariæ deberi. 958.d
Cultum suum qui Mariæ adimunt frustrà prætexũt se velle Deum in spiritu & veritate adorare. 1156.d
Cyrus Episcopus Mariæ templum fabricat Smyrnæ. 1053.c
Cyrillus Alexandrinus ex reuelatione cognouit Mariam pro se deprecari, & à Deo veniam petere. 1135.d

D

Dæmones Religiosis & Virginibus maximè infesti. 128.d
Dæmoni tria mysteria in Scripturis incognita. 153.a
Dæmones acumine sensus & ingenij vincunt homines. ibid.
Dæmon secundum Illyricum animas creat. 81.a
Dæmonis esse proprium homines à pio vsu sacrarum imaginum reuocare. 1044.e
Dagoberti Francorum Regis in Mariam pietas & in eiusdem Ecclesiam Argentinensem liberalitas. 1050.a
Daniel in lacu Leonum pastus ab Abacuc typus Mariæ. 173.a
Dauidis Georgij principis Anabaptistarum summa impietas. 438.d
Dauid Propheta quomodo diuersimodè humilis dicatur. 579.c
Deiparæ nomen contra Nestorianos defensum. 467.a 469.b
Deipara quomodo Maria vere dicatur & habeatur. 468.c
Deipara & Christipara quomodo differant. ibid.d
Deiparæ Virginis prærogatiuæ excellentes. 1105.b
Dehideria Mariæ circa Christi aduentum. 137.a
Desponsatio Mariæ cum Ioseph, quomodò quando, per quos, & quare peracta sit. 243. 244.245. 287.c.d.296.
Desponsationis Mariæ finis & vtilitas. 248.a.b.296. 297.
Desponsatio Mariæ æque est virginitatis ac Matrimonij commendatio. 258.d
Deus solus quomodo immortalis. 66.d
Deus à quoquam rectè diligi, eiúsque mandata obseruari posse, impie negat Lutherus. 141.d
Deum latere post parietem quid. 256.b
Deus propensior ad præmia iustis retribuenda, quã ad supplicia inobedientibus infligenda. 301.a
Deum in homine agere, & hominem Deo cooperari nihil vetat. 635.d
Deus mirabiliter & potenter Mariæ affuit morienti. 822.b
Deus in morte piorum glorificandus. 828.d
Deus in Maria promissiones Sanctis factas complenit. 922.b
Deus honorificis nominibus & epithetis Sanctos afficit, & quare. 919.d
Deus Mariam in Scripturis multis modis prædicandam ostendit. 922.c
Deus munera sua nobis tribuit libentius propter Sanctos. 996.b
Deum in templis inæqualiter operari, sicut Iudæi frequenter sunt experti. 1067.a
cum Deo eis malè conuenire, quibus male cũ Deipara eiúsque cultu conuenit. 1155.b
Diaconissas fuisse in primitiua Ecclesia, & quales. 129.a
Digni Christo qui dicantur. 310.c
Discrimen inter Mariam & Euam quantum sit iuxta Irenæum. 1151.b
Doctrinam spiritualem per incrementa temporum creuisse & crescere in Ecclesia. 52.c.d.67.d
Doctrina Christiana partim scripto, partim traditionibus nititur. 320.c
Doctrinam nullam sanam ac certam esse extra Ecclesiam. 382.b
Doctrina recta vt amplectatur quid requiratur. 786.d
Dolorum Mariæ causæ. 759.760
Dominicus dies cur sic dictus. 610.c.d
Dominium tàm seculare, quàm spirituale regno Christi contineri. 39.c
Domus Ezechielis 43. typus Mariæ. 64.a
Domestici & cognati quando pro inimicis habendi. 729.a
Donec quomodo accipiatur in Scriptura. 244.a
Dominicus ordinis Prædicatorij institutor, eximius Mariæ Virginis cultor. 1109.a
Dominicanorum ordo velut hortus manu Virginis Mariæ plantatus. ibid.

E

Ebionitæ solum Euangelium Matthæi recipiunt. 169.b.
Ebionitæ Christum ex copula Iosephi cum Maria natum impiè asserunt. 171.b.c
Ebionitarum duces qui. 197.b
Ebionitæ cœlibatum plane interdictum voluerunt. 266.c
Ecclesiæ fides & doctrina de prosapia Mariæ. 33.d
Ecclesiæ consuetudini quantum tribuendum. 71.d
Ecclesia adulterari non potest. 164.d
Ecclesiastici quibus de causis castitatem colere debeant. 296.c. 297.a
Ecclesia nunquam fine abusibus. 404.c
Ecclesiæ veteris mos in Anathematismis proponendis. 480.c
Ecclesiastica & Sacerdotalis potestas seculari præest iure diuino in spiritualibus. 565.a
Ecclesia per externos ritus admonet nos rerum spiritualium. 639.d.640.a
Ecclesiam errare posse, quàm inepte probet Culmannus. 685.d.686.d
Ecclesiæ vt Magistræ veritatis plurimum tribuendum. 685.c.d
Ecclesiæ iudicio standum in rebus fidei. 786.b
Ecclesiæ primitiuæ status. 806.b
Ecclesia sicut aurora consurgit. 862.b
Ecclesiæ traditiones varij sunt ponderis. 861.c
Ecclesia mulier quæ serpentis caput conterat dici potest. 899.a
Ecclesia bonos & malos continet. 960.a
Ecclesiæ veræ nota vna est miraculorum maiestas. 1004.d
Ecclesia permittente illustres fœminas ex Poetis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ethnicis excerpere, quæ ad sacras faciunt historias. 1097.d
Ecclesiæ fides firmissimum præsidium contra Hæreticos. 1104.
in Ecclesia Hierosolymitana Antiochena & Alexandrina solenne fuit sub Constantino Magno, petere Mariæ intercessionem. 1135.c
Educatio magni momenti ad honestam bonámque vitam. 133.a
Educationem Virginum qualem esse oporteat. 133.d
Elzearius cum coniunge sua vouet Deo castitatem. 251.d
Eli socer Ioseph, non pater habendus. 42.b
Elizabeth quàtopere Mariam, eiúsque merita suspexerit. 298.c
Elizabeth Mariæ humilitatem & summam præstantiam admiratur & laudat. 555.c.d. 557.c.
Elizabeth quàm reuerenter & officiosè erga Mariã sese gesserit. 555.a.565.b
electi quomodo in Cantico Mariano depingantur. 568.a
Eli Sacerdotis filij qualium mulierum constupratores fuerint. 127.d
Elias & Moyses Christo verè apparuerunt. 1028.c
Emanuel quid significet, & quomodò de Christo dicatur. 196.c
Ephræm Basilij Diaconus commendat plurimum Mariam & eius opem implorat. 1136.d
Ephræm vsurpauit etiam illud Ecclesiæ canticum. Dignare me laudare te Virgo sacrata. 1137.c
Ephræm ingentes Mariæ laudes & virtutes in Christo & propter filium tribuit. 1138.a
Ephræm inter doctissimos Ecclesiæ Patres floruit. ibid.d
Epiphanius de Maria Euam erigente testatur. 1151. b
Epitheta varia Mariæ Deip. 22.a.b.24.b.74.d.104.a. 115.a.118.c.120. 147.b.146. b.c. 175.b. 261. b. 352.b.362.b.c.375.a.410.c.410.d.671.a.669.670. 689.a. 1105. 1115.a. 1119.d. 1124.a.113.b
Epitheta Deo propria, & Deo & Sanctis communia. 919.a
Epitheta varia recte Mariæ tribuuntur. 904.a
equæ in Cappadocia ex vento concipere dicuntur. 214.c
Erasmus de Mariæ tribu temere dubitat. 30.c
Erasmus reuerenter de Maria loquitur. 83.a.87.c 107.b.231.c
Errores varij de peccatis. 54.d
Erasmus Mariæ puritatem asserit ac defendit. 85.d 87.a.88.a.107.b
erasmi Pæan in Mariam Deiparam. 88.a
erasmus de paupertate Christi & Mariæ malè sentit. 450.
erasmus quomodò Mariæ merita excludere nitatur. 299.a.b
erasmus virginitatis votum in Maria comprobat. 295.c
erasmus perpetuam Mariæ virginitatem pro articulo fidei rectè habendam censet. 319.b.c
erasmus & Lutherus quomodò Christum profecisse sapientia & gratia asserant. 490.b
Erasmus nimis ἐφεσιῶς & crassè loquitur de Maria Christum concipiente. 503.b.c
erasmus impiè de Christi diuinitate dubitat. 544.d 545.a.b
erasmus pro hoste diuinitatis habitus. ibid.
erasmus in Religiosos mendicantes iniuriosus. 616.
erasmus Simeonem Sacerdotem legis fuisse negat. 635.b
Erasmus quis fuerit. 901.b
Erasmus multa sine Scripturis & contra Scripturas de Christo affirmat. 904.b
erasmi testimonia de B. Virgine. 906.a. & quomodò eam inuocet. ibid.
erasmum magis Cathol. quàm Hæret. circa Mariæ laudes fauere, & cur venia erasmo in quibusdam scriptis ipsius dari possit. 907.a
erasmi colloquia quo in precio habenda. 905.c.d
erasmus improuidè taxat sacras peregrinationes. 1069.a
erasmus multum tribuit Virgini & aedi Lauretanę. 1092.b
Esaiæ de Maria vaticinium in virga Iessæ. 29.c
Essæi mirifici voluptatum contemptores. 265.a
Esther typus Mariæ. 15.d.314.c.418.d
ethnicis Mariæ nomen fuisse cognitum. 7.d
ethnicorum testimonia quomodò in medium à Christianis adferri possint. 107.d.205.c.d.212.b
ethnicorum Theologia quos fontes habeat. 207.b
Cum Ethnicis & Hæreticis certamen inire qua ratione debeant Orthodoxi. 205.b.c
ethnicis cur dogma de partu Virginis absurdum videatur. 203.c
ethnici & Iudæi continenter viuentes conuincunt Hæreticos cœlibatum detestantes. 265.d
eua à Tertulliano descripta. 149.a.664.a
euæ, & aliarum mulierum tria mala. 350.d.671.a
eua typus Mariæ. 5.d. 13.d. 111.a. 159.b. 185.c. 350.c 669.670.
eua quomodò Mariam aduocatam cognouerit. 1152.d
eucharistiæ Sacramentum initio nascentis Ecclesiæ quotidie sumebatur. 97.c
eunuchorum triplex genus. in præfat. lib. 2.
eunuchi Euangelici qui. in præf. lib. 2. 302.d
euãgelij prædicatio Iudæis ac ethnicis incredibilis. 203.b
euangelicorum duo precipua in religione exeitiam 314.a
eutychianorum error. 440.b.384.c
in Eucharistia verum corpus Christi proponi & cõtineri. 455.456
Eucharistiam summa cum reuerentia adorantium & suscipientium exempla aliquot. 456.d
in Eucharistica re Sacramentarij, Nestorianis adhærent. 462.a
eutyches quis & qualis, eiúsque errores. 484.
eutychianos etiam hodie non paucos inueniri. 485.a
euangelium de Martha & Magdalena optimè ab Ecclesia proponit in festo Assumt. B. Virg. 871. 872.
Eucharistia non est vbi Sacerdos ordinarius non est. 948.b
Eudoxia pie curat celebrari festum S. Petri ad vincula. 1151.d
Exempla Principum Christianorum, qui sedulò in cultu Virginis versati sunt. 1120.d
Exorcismi Ecclesiæ quid. 389.c
excõmunicationes variæ in varios Hæreticos. 481.
Exinanitio filij Dei quid nobis designet, ac contineat apud Paulum. 491.a
Exequiæ Mariæ ab Apostolis celebratæ, & earum vsus vnde ad nos manauerit. 831.b.c
Exorcismus factus Oetingæ, & cur Hæretici exorcismi munus non probent. 998.b

F

Faustus Manichæus Mariæ genus ad tribum Iudæ refert. 27.a
Feriæ Mariæ cur ab Hæreticis reiiciãtur, & fructus ex iis seruatis fidelibus redundans. 887.a
Festa Mariæ aliqua, & festa Sanctorum in vniuersum omnia reiicit Lutherus. 116.d
Felicitatem, salutémque suo aduentu aliis adferentium exempla sacra. 554.a.b
Festum Assumptionis Mariæ nobis est cum Angelis continuum. 836.c.d
Festum Assumptionis apud Græcos & Æthiopes insigne. 866.a
Impiè abrogati ab Hær. ibid.
S. Felix Nolanis apparuit & defendit. 1029.c
Festum purificationis Mariæ vetustius esse quàm vt Iustinianum Cæsarem habere possit auctorem. 1073.b
Festum assumptæ in cælum Virginis non incœpisse sub Mauritio Cæsare. 1037.c.d
Festum Assumptionis probatur. 864.d
Figuras legis, non leuiter æstimandas esse, sed ad vsum Christianum transferendas. 64.b
Filios filiásque Deo à parentibus consecrari solitum & vsitatum olim fuisse. 126.c
Fides de Virgine matre paulatim tradita & accepta. 156.a
Fidei articulum de Virgine matre qui olim negarunt. 220.a
Fides sola iuxta Lutherum meretur iustificationem. 511. d
Fides, Spes, Chatitas æquipollentia sunt Hæreticis. 269.c
Fidem & confessionem Ecclesiæ retinere firmissimum contra Hæreticos præsidium. 453.a
Fides ad Eucharistiam sumendam quæ olim requisita. 454.a
Fidei veritas etiam ipso loquendi vsu confitenda, & cauenda bonorum offensio. 477.b.c
Fides Mariæ qualis, & quanta, quódque sempet integra ac imperturbata fuerit. 531. & deinceps. 537.d & deinceps. 547.d. 563.c
Fidei & Spei præclara exempla. 539.d.540.a
Fides Basis, & fundamentum Christianæ iustitiæ. 537.d
Fides Mariæ etiam ab Hæreticis defensa. 535.d
Fides Zachariæ dubia & imbecillis. 536.a
Fidem solam non iustificare, vt volũt Hæretici. sed vna cum bonis operibus. 563.a
Fides radix iustificationis, & origo beatitudinis, ibidem.
Fides Mariæ fuit operans per charitatem, non nuda. 563.c
Fidem & timorem distingui in Scripturis. 572.a
De Filio hominis eadé in Scripturis prædicari, quæ de Filio Dei. 465.b.c
Fides Mariæ omniũ perfectissima & maxima. 532.a 539.540.542.544.693.c.d
Fidem ac prudentiam Mariæ in colloquio cum Angelo elucere. 529.a.39.c
Fides Mariæ commendatur à Luca, non extenuatur. 531.d
Flacciani pro Nestorianis habentur à VVittenbergensibus. 461.d
Fœminæ quales in domibus Clericorum à Synodo Nicæna esse permittantur. 281.b
Fœminarum familiaritatem, etiã germanarum sororum maximè vitandam Ecclesiasticis. ibid.
Fœminarum huius temporis impudentia circa res sacras. 972.b.c
Formula, qua Maria virginitatem vouit. 293.a
Fornicatio Sacerdotum quàm sit res indigna. 298.a
S. Franciscus impensè B. Virginem dilexit. 1109.d
Franciscanorum erga Deiparam pietas. ibid.
Sanctus Franciscus quomodo natalem Domini coluerit. 614.b
Fratres & sorores sæpè pro cognatis & affinibus accipi in Scripturis. 50.c. 242.d. 707.c.d
Fratres, Sorores & Matres quomodo distinguat Christus. 716.b
Fratres Domini, qui, & quomodo in Scripturis vocentur, & quem patrem habuerint. 242.c.d. 277.c 321.b.707.c.d
Fratres Domini cum Maria venientes in Euangelio reprehenduntur. 707.d
Fridericus Nausea Conceptionem puram Mariæ defendit. 76.d
Franciscus Lambertus Mariam defendit. 753.d
Friderici tertij Imperatoris & Principis Austriaci, eiúsque matris Cimburgæ erga Deiparam pietas singularis. 1113.a.b
Fructus ex cultu Mariæ prouenientes. 909.a
Fulbertus ægrotus singularem à Virgine sibi apparente consolationem accepit. 1117.d

G

Gabriel quomodò confirmet fidem de Virgine parente. 115.d
Gabriel quomodo ad Mariam salutandam & instruendam peruenisse scribatur. 284.b.c
Gabriel quis, quantúsque fuerit. 338.b.c
Gabriel quid significet. 338.c.d
Gabriel commendatus in Euangelio. 339.a
Gabriel, cæterique Angeli cur alati pingãtur. ibid. c
Gabrielem Mariæ notum fuisse. 341.b
Gabrielis in salutanda Maria propositum. 349.c
Gabriel & Ioannes duo Leones ad Mariæ custodiã dati. 340.a
Gabriel quomodo & qualiter Mariæ apparuerit, & vbi. 342.a
Gabriel exemplo suo nos docuit Mariam reuerenter salutare. 352.a
Gabrielis officium in salutanda Virgine quodnam fuerit. 423.a
Gabriel cur missus ad Mariam. ibid. c
Gabriel quomodo promittat Virgini virtutem Altissimi obumbrantem. 501.a
Gabriel quid in sua legatione proposuerit, & summatim pertractarit. 829.b
Gaianus Mimus Mariam blasphemans punitur. 1023.c
Gallasius Caluinianus Mariam Euæ aduocatã fuisse testatur. 1152.d
Gaudia Mariæ varia ac septem præcipua. 549. 550.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genealogia Christi diuersimodè ab Euangelistis describitur. 37.a
Genealogia Christi ad fidem confirmandam vtilis. 33.b
Genealogiarum inquisitiones quęnam à Paulo prohibitæ. 32.b.33.b.
Genealogia Christi ex tribu Iudæ, & stirpe Dauidis. 27.28.
Genealogia Ioſephi potius, quam mariæ cur describatur. 30.b
Generatio Christi inenarribilis. 235.a
Genealogia Ghristi ſcalæ Iacob cõparatur. 271.b.c
Geneuenſes natalem Christi diem celebrare planè negligunt. 613.
S. Georgium negari à Sectariis. 1012.b
Germani Conſtantinopolitani teſtimoniũ de Christi & Mariæ imaginibus reuerenter habendis. 1037. d
Germani Cæſares vt Ludouicus Bauarus, & Ludouicus Caroli filius imagines ſacras, præſertim Virginis valde coluerunt. 1044.d.1045.a
Germanis pudendum à Caroli Magni ſpiritu & more tam procul abeſſe in Deipara veneranda. 1076.b
Germanos etiam Principes in Mariæ cultu, vſque ad Fridericum primum perſeueraſſe. 113.a
Gerardus Vngaricus Epiſcopus nihil negat in Mariæ nomine quid petentibus, ſicut & Alexander Halenſis. 1119.b
Gladius in Scriptura quid ſignificet. 756.c,d
Gladius corporalis & ſpiritualis. 752.c
Gladius Mariæ omne genus doloris complectitur.
Gnoſtici Chriſtum literas didiciſſe fingunt. 490.b.c
Gnoſticorum figmentum de ſtirpe & reuelationibus Mariæ meritò repudiari. 42.d
Gnoſtici continentes ludibrio habent. 268.d
Gnaphæus quis & quando fuerit. Item ipſius lex de Maria inuocanda. 983.a
Gorgonia Gregorij ſoror caſtiſſima. 280.c
Græci Ethnicorum ſapientiſſimi quales olim fuerint. 210.b
Gratia prima non cadit ſub meritum. 309.c
Gratiam eſſe inhærens donum Dei, non autem fauorem, & quibus nominibus appelletur. 364.d 365.b. 366.372.a
Gratiam & remiſſionem peccatorum apertè diſtingui in Scripturis. 367.
Gratia plena quomodo dicatur Maria. 358.b.c.359. 363.d.373.374.375.376. & deinceps
Gratia quid ſit. 363.c.368.b
Gratiam non excludi à iuſtificatione. 364.a.367.d
Gratiæ nomine quomodo abutatur, cæteróſque abuti docuerit Lutherus. 363.b.364.c.251.d
Gratia generalis & ſpecialis in Maria conſideranda. 362.b
Gratia, qua iuſtificamur, diuerſa ab ea, qua adiuuamur, & probati remuneramur. 367.d
Gratiæ diuinæ virtus ac effectus. 368.b
Gratiæ nomine virtutes contineri, quibus verè locupleteмur. 380.d
Gratia, Charitas, miſericordia VVigando Synonima ſunt. 569.b
Gratia, iuſtificatio, remiſſio peccatorum, &c. Centuriatoribus ſunt æquipollentia. ibid.
Gratiam Mariæ detrahunt Nouatores. 370.c
Gratiæ plenitudinem ſibi vendicant Hæretici. 371.a
373.b
gratiæ plenitudo aliter in Chriſto, Maria, & Sanctis. 377.c. 385.c.d
gratiam inæqualiter diſtribui. 357.b.c
gratia plenos in Scripturis multos dici, non tamen ita vt Maria. 357.c.373.374.385. 388.c.d
gratia & veritate plenus quomodo Chriſtus dicatur. 372.a
gratiæ plenitudinem Nouatores Chriſto derogant. 371.c
gratia tribus modis præ Sanctis aliis excellit Maria. 376.d
gratia fontana, quam vocant, triplex. 372.d
gratiam & iuſtitiam fontanam vni Chriſto deberi. ibid.
gratiæ plenitudo triplex. 385.d
gratiæ prædicatione gloriam Chriſti illuſtrari, non obſcurari. 388.d
gregorius Magnus de Maria præclara ſcripſit, eámque inuocauit. 1127.b
gregorij Nazianzeni quanta olim fuerit authoritas. 1147.a.b
gregorius Nazianzenus Mariam impenſe coluit, & ſicut alios Sanctos inuocauit. 1138.d
græcis ſequentibus originem de B. Virg. non eſſe credendum. 754. a
græci atteſtantur ſuis canticis Mariæ mortem coram Apoſtolis factam, aſſumptam & ſepultam. 851. c.d
græci in Mariæ templis extruendis ſeduli. 1132.a
græci cum hoſtibus pugnaturi Mariæ templa adibant. ibid.
græci magno ardore quædam Deiparæ templa honorarunt. 1142.c
guilielmi Sirletti Cardinalis laus. 23.d
Guilielmus Rhodingus Vigilantij errores ſuſcitat. 416.a
Guilielmus Rhodingus quàm impia de Maria ſcribat. 415.b.c
Guilielmus Rhodingus Mariam in peccatis natam ait. 85.a.b

H

HElena Auguſta Cõſtantini Magni mater, Deiparæ templa conſtruxit. 1053.d
Helena Imperatrix precioſis rebus ornat altare. 1059.a
Helena quomodo à filio Conſtantino ſit honorata. 1143.b
Helenæ Imperatricis pietas in Deum & Mariam. 1144.c
Hæretici qualem fingant fuiſſe Mariam. 33.34.45.c 85.a.b
Hæretici in Marias Euangelicas contumelioſi. 10.b
Hæretici Mariam commendant. 24.d.431.432
Hæretici quomodo tractent Marię conceptionem. 77.c.d
Hæretici cur cœcutiant in cognoſcenda perfectione Mariæ. 98.b
Hæretici Mariã peccatricẽ faciunt. 85.b.99.d.100.a
Hæretici negant, quæcunque in Catholicis improbant. 130.d
Hæreticos fruſtra aduerſari Mariæ. 147.a
Hæreticorum Virgines pro ſcortis habẽdæ. in præf. lib. 2.
Hæreticos Eccleſiæ conſtupratores & adulteri. Hæretici

Hæretici dæmonibus & Iudæis nocentiores. 165.b.c
Hæreticos Iudaizare in explicãdo Eſaia. cóſque minimè audiendos, ſed vulgatam verſionem retinẽdam. 200.b
Hæreticorũ mos pleraque ſacra carnis iudicio metiri. 246.d
Hæretici Mariam ex voto Virginem fuiſſe negant. 219.c
Hæreticorum quinam Mariam aperto vtero peperiſſe affirment, virginémque manſiſſe negent. 223.b.c
Hæretici præcipui ſeſe ex Monachis maritos fecerunt, ſummèque caſtitatem oderunt. 264.a
Hæretici cum Iouiniano & Ebionitis cœlibatũ planè excluſum volunt. 266.c
Hæretici cur maximè allucinentur, & errent in Scripturis. 256.c
Hæretici obſcurant Chriſti beneficium, Mariæ & Sanctorum merita reiiciendo. 314.c
Hæreticorum quinam virginitatem Mariæ perpetuam vt articulum fidei admittant, & qui non. 318.d,314.a
Hæreticorum eſt ſemper ſuis erroribus Scripturas prætexere. 254.d.319.d.320.a
Hæreticorum proprium eſt quoduis negare & explodere aduerſum. 382.c
Hæretici ſyllabarum vocularũque captatores. 363.b
Hæretici præpoſterè ſpirituales. 354.a
De Hæreticis cauendis regula S. Athanaſij. 360.a
Hæretici gratiæ plenitudine ſeſe Mariæ exæquant. 373.b
Hæretici omnia ſibi licere volunt, nihil aliis. 397.a
Hæretici inter ſe pugnantes, in quibus conueniant. 404.b
Hæretici Mariæ aliquas prærogatiuas nobiſcum agnoſcunt, eámque ſummè laudant. 431.d.482.a
Hæretici in Chriſtum & mariam blaſphemi. 437.d. 483.d
Hęretici quid de corpore Chriſti ex Maria aſſumpto ſentiant. 435.a.436.437.d.439.b.445.c.d.447.b.c
Hæreſes quomodò extinguantur. 469.a.b
In Hæreticos quam ſeuerè ſtatuerit Eccleſia. ibid.
Hæreticorum varij de Chriſto & Maria errores. 480.a
Hęretici noui in multis Mahometanis peiores. 472.b
Hæreſes ad ſuam originem reuocare, magnæ eſt vtilitatis. 479.c
Hæretici Phariſæis ſimiles. 485.d
Hæretici quomodò Chriſtum in gratia & ſapientia profeciſſe intelligant. 489.c
Hæretici araneas imitantur. in præf. lib. 4
Hæretici Gallis gallinaceis ſimiles. 308.a
Hæretici in Maria diiudicanda Turcis, cæteriſque omnibus immodeſtiores. 530.c.d
Hæretici ſe & ſuos in fide præponũt quodammodò Mariæ. 534.a
Hæretici ſimiles Heroſtrato. 219.a
Hæretici ventres. 79.d
Hæretici moderni infeſtiores antiquis. 657.d
Hæretici quàm indignè ſentiant de rebus in Eccleſia conſecratis, de cruce Domini. 645.b
Hæretici quàm turpiter de Maria loquantur. 656.b
Hæretici conſcientiæ terroribus pleniſſimi, alióſque ex ſe ſimiles arbitrantur. 654.660
Hæreſes irrepere cur ſæpè permittat Deus. 724.c
Hæretici ſua potiùs quàm aliena prædicant. 735.b
Hæretici Mariam fraudant ſuo honore. 733.d
Hæreticorum proprium eſt nouos hymnos adferre & in odium Eccleſiæ cantillare. 746.a
Hæretici quomodò peccent in Patres. 786.b
Hæretici cum Patribus turpiter bellum gerũt. 778.c
Hæretici ad Eccleſiæ inuidiam & odium nihil non rapiunt & deprauant. 834.a
Hæreticorum arrogantia intollerabilis in rebus ad religionem pertinentibus. 866.c
Hæretici hodie ſunt peiores Iuda. 877.d
Hæretici vita contemplatiua non delectantur, & quare. 883.b
Hæreticorum peſſimè erga B. Virgin. affectorũ merces. 909.a
Hæreticorum purus & ſincerus cultus erga Chriſtũ quis ſit hodie. 945.d
Hæretici pro Dei verbo hominis verbum colunt. 946.d
Hæretici miſerum & delicatum Chriſtum faciunt. 947.a
Hæretici pẽruersè abutuntur locis Scripturæ de inuocando Deo dum Sanctos excludunt. 995.b.c
Hæretici ringuntur ac dolent ob Eccleſię ſedulitatẽ in reliquiis Sanctorum exornandis. 1059.a
Hæreticos Irenæo repugnantes negare, quòd Maria Euę ſit aduocata. 1152.c
Hebraicis & diuinis literis Maria dat operam. 135.d & deinceps.
Heshuſius cur Eccleſiam damnet. 56.a
Helenę pulchritudinem ſummo ſtudio exprimere conati ſunt Ethnici. 211.c
Heluidius quis, qualis, & quale dogma habuerit. 237.a
Heluidiani in Mariam & Ioſephum tanquàm malè caſtos iniurioſi. 237.238.324.b 630.d.631.a
Hetzeus Anabaptiſta 13. ſimul vxores duxit. 264.a
Henricus eius nominis Imperator ſecũdus Bauarus, Spirę templum Deiparę fundauit. 1049.b
Idem Henricus Imperator ſecundus, primã noctem precandi gratia in Deiparę ędę conſumebat, ſi quãdo vrbem aliquam eſſet ingreſſus. ibid.
Henricus ſecundus Imperator vt florem ſanctæ virginitatis cum coniuge integrum conſeruaret, ſingulari Mariæ ope adiutus fuit. 1121.a
Henricus Imperator ſecundus huius nominis Vngarorum Apoſtolus dictus, & cur. 1121.c
Henrici ſeptimi Imperatoris erga Deiparam pietas. 1114.b
Hermanus Contractus Comes de Veringen Sueuus in Maria laudanda & colenda diligens. 1120.c
S. Hilarij maxima eloquentia. 173.c
S. Hieronymi pietas in ſuſpiciẽda Euchariſtia. 456.b
Hieronymus VVeller ſeſe impiè cùm Maria comparat. 85.a.b
S. Hieronymus cum aliis deuotè templa & ſepulchra Sanctorum viſitabat. 1142.d
Hortus concluſus typus Mariæ. 63.d
Hoſiandrum circa Genealogiam Chriſti multis modis errare. 30.d
Homo ſecundum Illyricum Satanę imaginem gerit. 81.a
Hominum generationem difficillimã eſſe, multáque ad eam requiri. 147.c
Homines quomodò paulatim perducti ad fidem de Virgine matre virgineóque partu recipiendum. 154.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homerus & Virgilius Sibyllarum imitatores. 207
Hostes clancularij apertis magis noxij. 162.a
Hostes Ecclesiæ in sensum reprobum quomodò nunc iustè tradantur. 1155.a
Hospitium Mariæ Christum parientis quale. 62.b
Homo creatus est vt esset mortis expers. 818.d
Homo per peccatum tãtùm est factus mortis reus. 819.a.b
Hominis salus quomodò à Deo restituta sit. 843.c
Honor Sanctorum à Christo in cœlo ipsis datus. 919.d
Humilitate augeti potiùs, quàm obscurari nominis gloriam. 35.d
Humilitatis veræ effectus. 317.a
Humilitatem Mariæ quomodò interpretentur & eleuent Hæretici. 577.578.& deinceps.
Humilitas Mariæ quibus rebus & exemplis cernatur ac eluceſcat. 590.a.b.591.592.593
Humilitas Luthero quid. 578.c
Humilitatis vocem in Scripturis multipliciter accipi. 579.a
Humilitas afflictionis, coactionis, virtutis, &c. diuersa. 579.d
Humilitas vera, quæ, & eius laus. 579.584.d.587. 589.b
Humilitas Sanctorum multùm cedit humilitati Mariæ. 589.d
Humilitas cur virtutum custos, & virtus Christi dicatur. 587.d
Humilitas in omnibus vbique omnibus necessaria. 588.b
Humilitum exempla aliquot. 588.d
Humilitatem præstare difficillimum. ibid.
Humilitatis veræ perfectæque officium. 589.a
Humilitatis virtutem in Maria cur non agnoscant Hæretici. 586.d
Humilitas iustificat, non humiliatio. 587.b
Humilitas vera quibus rebus cernatur. 587.c.d
Humilitas Mariæ quantùm boni attulerit. 584.d. 594
Humilitas Mariæ scala Dei. 584.d
Humilitatem suam quomodò Maria respici à Deo profiteatur. 585.d
Humilitatis Mariæ ingens meritum. 586.a
Humilitas honorata rara. 594.b

I

Iacobi Apostoli Liturgia veteribus probata, Mariæ dignitatem & cultum astruit. 1149.b
Iacobi Protoeuangelium meritò reiiciendum. 48.a.121.d.122.b.228.d
Iacobi Andreæ Schmidelini confessio de peccato originali. 81.d
Iconomachi veteres & noui valdè crudeles. 1035.b
Iconomachi templis Marianis infestissimi. 1045.b
Iconomachos vnà cum Catholicis concorditer docuisse Mariam inuocandam, & Sanctis omnibus præferendam. 1129.a
Identitas naturæ inter Mariam & Christum. 261.d
Idololatriæ Catholicos accusant VVigandus, Caluinus, & Pomeranus. 289.a.398.c.d
Idiomatum communicatio in Scripturis vsitata, & retinenda. 465.c.d
Idololatriæ peccatum in quibus consistat. 940.d
Hæreticos idololat. non cognoscere. 641.a
De Ieiunio Annę Phanuelis & Euangelio quid tradant Nouatores. 636.a
Iesum soluere quis dicatur. 442.a
Iephtæ filia cùm moritura suam defleat virginitatẽ. 289.c.d
Ietemias Hombergius redit ad Ecclesiam. 81.b
Ieremiæ Prophetæ sanctitas illustris. 91.d
Ieremias præfigurat Dominum Christum, & quid significet. 90.b.92.b
Ieremian sanctificari quid Pomerano & Caluino. 89.d
Ieremias sanctificatus in vtero. 90.a.b.92.b.c
Ieremias aliter quàm Paulus ad munus docendi segregatus ac sanctificatus. 90.d
Ieremiam non vixisse absque peccato. 105.b
Ieremias Ægyptios docuit de Virgine partura. 215.d
Ignis in rubo typus Christi & Mariæ. 17.a
Ignorantiam errorémque nullum Christo ascribi posse Hæretici faciunt. 492.b.495.d.498.b.c
Ignorantiam non omnem esse peccatum aut reprehensibilem. 685.b.c
Illyrici doctrina de originali peccato. 81.a
Imago sanctæ Mariæ à sancto Luca depicta qualis. 145.b
Imagines Mariæ gratas semper fuisse antiquitati. 959.b
Imagines quomodò adorentur. 979.a
Imaginum vsum antiquissimum & quis verus earũ vsus. 1036.a
De Imaginum vsu à multis Synodis definitum est. 1036.d
Imaginem Deiparæ antiquitas habuit. 1037
Imaginem Christi & Mariæ primùm S. Lucas pinxit. 1038.d
Imagines Deiparæ an plures S. Lucas depinxerit. Contra Illyricum. 1040.b
Imaginam Mariæ à Luca depictam Romæ multis iam seculis asseruari. 1040.c
Imaginem Virginis per Lucam depictam auctore Gregorio Magno Romę in supplicatione circumgestam esse miraculo & beneficio publico accedente. ibid.
Imaginem Deiparæ S. Gregorius in Hispaniam mittit, quæ hodie etiam plurimis venerationi est. 1041.d
Imaginem Mariæ rectè cum ornatu & elegantia in templis proponi. 1061.a
Imago Mariæ admodùm honorata ab ipsis etiã Imperatoribus Constantinopolitanis. 1112.a
Infantes Caluino & Bucero sanctificantur in vtero. 54.d
Infantes omnes secundum Pelagianos sine peccato concipiuntur & nascuntur. 66.b.c
Infantes sine Baptismo saluari non posse. 92.b.c
Infantes omnes Ieremiæ & Baptistæ in domo sanctificationis exæquant Hæretici. 92.d
Innocentiam Mariæ satis defendi authoritate Ecclesiæ, Scripturæ & Patrum. 100.c.d
Circa Institutionem Mariæ puellæ duo considerandà. 133.a
Institutio cuiusque qualis sit, magni refert. ibid.
Interpretũ septuaginta laus, eorumque in vertendis Bibliis diligentia ac consensio. 199.c
Insecta non commiscentur ad procreandum. 214.c
Infantes Cypriano merentur gratiam Dei. 308.c

Incarnationis opus excellit omnia opera diuina. 423.b
Incarnationem quid vocemus. 502.c
Incarnatio & conceptio Christi plenæ miraculis. 498.d
Incarnatio Christi quò tempore facta. 505.c.d
Infantibus non inesse motus spirituales, nec fidem actualem vt docent Hæretici. 561.c.d.562.b
inuocatio Sanctorum quomodò facienda, & quàm antiqua sit. 942.c
inuocatio differt ab adoratione. 981.d
inuocatio & cultus Mariæ in Missa, Martyrum ætate celebrabatur. 1149.a
Ioachimi patris Mariæ historia & laus. 42.b.c.43.a 44.c.48.c.d.122.d123.a
Ioachimi diuersa nomina. 42.b.c
Ioachim non fuisse Sacerdotem. 43.b
Ioannis Anachoretæ summa perfectio in vita contemplatiua. 140.b.c
Ioãnes vterque quomodò filij Marię dicatur. 243.b
Ioannes Agricola in Christum blasphemus. 657.b
Ioannis Agricolæ impia scurrilitas in explicanda salutatione Angelica. 413.a
Ioannem Baptistam quomodò hac ætate honorent Hæretici. 407.c
Ioann. Baptista exultat in vtero Elizabethæ, visitãte eam Maria. 553.b
Ioannem Apostolũ in nuptiis Canæ sponsum fuisse & inde vocatum esse. 693.a
Ioann. dilecto Christi cubiculario cur Maria commendetur. 713.b
Ioannes Apost. quomodò acceperit Mariam in sua. 816.a
Ioannes Euangel. an mortuus, & vtrum venturus aliquando contra Antichristum. 858.a
Ioannis Damasceni historia de restituta manu. 1007
Ioan. Damascenus quàm præclare Mariã celebret. 1126.a
Ioannes Riuius & Philippus Melanchthon improbe de sacris apparitionibus loquuntur. 1029.d
Iob ab adspectu Virginum diligentissime cur sibi caueat. 282.a
Iob à Brentio pessime tractatur. 665.d
Iob quomodò natalitio suo diei maledicat. ibid.
Ioseph de domo Dauid. 30.a.b.268.d
Ioseph cur de Maria velut male casta cœperit suspicari, & eam velle relinquere. 169.d.d.270.b
Ioseph cur Mariam sibi magis habuerit commendatam. 170.a
Ioseph quàm reuerenter de Maria senserit. 170.b. 270.c
Ioseph Angelica voce admonitus incarnationis mysterium intelligit. 170.d
Ioseph de Mariæ virginitate dubitatio posteris profuit: & cur eum Deus dubitare permiserit. 171.a.b.
Ioseph plurium filiorum pater Sternbergero. 219.b
Ioseph cum Maria & ante, & in, & post partum caste vixisse, contra Heluidium. 239.240.275.b.c 277.a.b
Ioseph cum Maria post partum incontinenter vixisse fingunt Heluidiani, Hungari ac Poloni quidam. 238.d
Ioseph quibus in rebus maxime imitandus. 279.a
Iosepho data specialis gratia castitatis. 279.d
Ioseph & Maria sine periculo castitatis familiarissimè vixerunt, & cur. ibid.
Iosephum non fuisse digamum, nec plures liberos procreasse, sed semper cœlibẽ vitã vixisse. 276.c.d
Iosephi parentes qui. 262.d
Iosephum recte senem depingi etiamsi iunior ætate fuerit, & cur. 269.b
ioseph solers & prudens. ibid.
ioseph quando mortuus. 269.c
iosephum semper virginem permansisse, & voluisse virginitatem cum Maria. 275.b.c. 276.a
ioseph qualem se in vita præstiterit. 271.b
ioseph a Christi Genealogia summam laudem accepit. ibid.
ioseph neutiquam Mariæ præferendus, vt quidam voluerunt. 274.d
ioseph Christi pater, Mariæ coniux, cur præteris dictus. 271.c
iosephi curæ, labores, afflictiones & certamina propter Christum puerum, eiusdémque consolationes. 272.a
iosephi singularis pietas & mansuetudo. 272.d
ioseph quomodò iustus dicatur. 273.a.b
ioseph Mariæ coniux similis Iosepho Patriarchæ, aut eo etiam præstantior. 274.a
ioseph vere filius Dauid. 274.b
ioseph cur & quomodò duorum filius in Euangelio dicatur. 31.c
irasci quomodo Deus dicatur in Scripturis. 646.d
irenæi sententia de Matre Domini quæ altera & obediens Eua fuerit & causa nostræ salutis. 1150.d
irenæus ostendit quomodò Maria Euæ aduocata dicatur & sit. 1152.a
israelitæ quomodò Planetas & Reginam cœli coluerint. 971.a
iouinianus quis & qualis. 223.a.b
iouinianus acerrimus hostis cœlibatus. ibid. 266.c
iouinianus Christianorum Epicurus. 267.a
iudæ & Leui tribus florentissimæ. 36.c
iudith typus Mariæ. 15.d.418.c. 567.b
iudæi Christum Dauidis successorem negant. 27.c
iudæi Virginibus, Viduisque castis proprium in tẽplo locum, eúmque seclusum tribuere olim soliti. 125.c.d
iudęi perfidi, ingrati, crudeles, impij & blasphemi in Filium Dei. 182.c
iudæi fœdissima probra euomunt in Christum & Mariam. 183.a
iudæorum commune vitium sacra legere, & non intelligere. 181.d
iudæi à septuaginta interpretibus indignè discedũt. 198.d
iudæorum in Christum, B. Mariam & sacrosanctã Eucharistiam summum odium. 183.b
iudæorum Duces & Magistri in Marię virginitate oppugnanda qui. 188.d.18t
iudæi Esaiæ interpretes negligunt, & aspernantur. 196.b
iudæi quomodo detorqueant locum Esaiæ de Virgine paritura Messiam. 197.a
iudęis similes, qui circa Scripturę literam hærent, nec inde abditos sensus eruunt. 189.b.c
iudæi & Hæretici non figuris, sed apertis Scripturis conuinci volunt. 193.d
iudæi cur Æthiopes dicti. 202.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæis cur non liceat fœminam captiuam nisi probè purgatam in vxorem ducere. 212.d
Iudæorum ritus in desponsandis fœminis. 244.d
Iudæi quomodò sese mutuo salutare soleant. 345.a
Iudith Virginibus secessum quærendum esse suo exemplo ostendit. 342.b
Iudicij extremi diem quomodo vel non Christus filius hominis dicatur ignorare. 493.b.c
Iudæ proditoris qui hodie socij sint & collegæ cõtra Magdalenam mussitantes. 1063.a
Iulianus Apostata negat Christum ex Iuda ortum. 27.b
Iulianus Apostata fidem & doctrinam de partu Virginis dirè insectatur. 204.c.d
Iusti & Sancti omnes quia in hac vita peccata obnoxij precari debent: Dimitte nobis debita nostra. 101.b
Iustitia externa & imputatiua tantùm placet Hæreticis. 273.d.371.b
Iustificatio quibus gradibus contineatur. 765.d 367.d.369.a.b
Iustificationem non esse tantum remissionem peccatorum. 368.d.369.b
Iustorum in Scripturis Epitheta. 367.d
Iustificatos omnes non æquali gratia donari, nec æquè Sanctos ac iustos esse apud Deum. 369.b
ob Iustitiam operum ex fide factorũ multi in Scripturis commendantur. 633.b.c. & sequent.
Iustitiæ nomen quomodò in Scriptura accipiatur. 634.a
Iustitia Simeonis non dissimilis iustitiæ Noe & Abrahæ. 634.b
Iustorum officium esse vt in cruce constanter agat, eáque lætentur. 659.c
Iustinianus Imperator Mariæ Deiparæ & eius matri Annæ Hierosolymis templum construxit. 1050.a
Iustiniani Imperatoris erga Mariam gratitudo & reuerentia. 1052.d

L

LAmperiani votorum contemptores ac derisores. 285.b
Lapis sine manibus de monte excisus, Christi typus. 190.c.d
Lapis & petra Christi figura. in præf. lib. 4.
Latriæ nomine cultus soli Deo debitus continetur, idem totum hominem exigit, & quomodò ab Ecclesia hic cultus nobis ostendatur. 952.c.d
Lauretum in agro Piceno situm, & vnde dictum. 1082. 1084.
Laureti Mariæ cubiculum asseruari, & vnde illud translatum sit. ibid.
Lauretanam ædem Blondus Historiographus totius Italiæ celeberrimum vocat. 1083.c
Lauretani templi originem Baptista Mãtuanus fusè pertractauit. 1083.d
Lauretum quomodò sit aduectum, & vnde Mariæ cubiculum. 1084.b
Lauretanum templum meritò omnibus esse venerationi ob Marianum cubiculum, & de eiusdem cubiculi miraculosa & crebra mutatione. 1084. 1085.
Laureti quod visitur Mariæ cubiculum ab Apostolis honoratum, aliisque commendatum esse. ibid.
Lauretana ædes longè maximis Christi in Mariæ cubiculo gestis præcipuè illustratur. 1086.b.c
Lauretanam ædem cæteris præstare locis quamlibet in Scriptura sacra celebratis. 1085.c
Laureti quam vim habeat apud pios Mariæ cubiculum rectè consideratum. 188.a
Lauretum Religionis causa qui adeunt quàm piè & præclarè se gerant, Deo illorum conatus mirabiliter fortunante. 1089.d
Lauretum tanquàm ad asylum pœnitentiæ maximos concurrere peccatores. 1089.d
Lauretana ædes iniquis & probis præsentem medicinam adferre solet. 1091.d
Lauretanæ ædis insectator est impius Vergerius. 1091.a
Lectulus Salomonis, typus Mariæ. 83.a
Leo Isaurus Iudæorum hortatu in imagines sacras grassatur. 1044.d
Leo Magnus Imperator duo templa Deiparæ construxit. 1052.c
Lex vetus variis modis ac figutis Mariam designat. 16.d. vide: Mariæ typi varij.
Lex impia Iudæorum de quotidie maledicenda S. Eucharistia, & B. Maria, Christiq; ipsique omnibus execrandè deuouendis. 183.b
Lex in corruptores sacrarum virginum, & concubinarios seuera. 267.a.b.c
Lex Christiana & Christus ipse docet affectus simpliciter non esse improbandos. 646.c
Liber Canticorum de Maria non minus quàm de Ecclesia tractat ex veterum sententia. 16.c.d
Libertas de sacris iudicandi pestis in religione omnium pernitiosissima. 411.d
Libros incerti authoris non statim reiiciendos. 131.a
Libanius Sophista contumeliosus in religionem Christianam. 205.b
Liberum arbitrium tollunt Lutherani, & ad meriti rationem quicquam valere negant. 299.b
Liberum hominis arbitrium diuina gratia augeri, non adimi. ibid.c
Lilio inter spinas Maria comparatur. 75.a.77.a 187.d
Literarum secularium sententiis & exemplis non pollui sacras literas. 108.a
Litaniæ quando & vbi primum institutæ. 1072.a
Litanias Clero populóque præsente Romani peragebant, quoties necessitate aliqua premebantur. ibid.
Litaniæ olim vsitatæ & recitatæ & ante Gregorium institutæ. 1112.c
Litaniarum institutum firmiter nobis retinendum esse. 1131.d
Lucas cur à Ioannis parentibus auspicetur Euangelium de partu Mariæ dicturus. 155.b
Lucæ Steinbergeri errores blasphemi. 219.a.238.a
Luctus Christianorum in hebdomade sancta pius est. 768.d
Ludouicus Bauarus Imperator Deiparæ imaginem suis brachiis ex Italia deportauit ac in Monasterio Etalensi à se constructo posuit. 1045.1046.
Ludouicus Pius Hildesheimensis Ecclesiæ fundamenta iecit, & in Deiparæ honorem consectari voluit. 1130.a
Ludouicus Pius ne venatum quidem abibat nisi sacram matris Dei imaginem circumferret & coram

coram illa vel ad arborem in media solitudine suas funderet preces. 1130.c.d
Lugdunenses cur à S. Bernardo ob festum Conceptionis Mariæ reprehensi. 70.b
Luminarium dies quis Nazianzeno dicatur & vnde ortus, eumque alium esse Græcis, alium Germanis. 637.c. 640. b. nec esse eorum vsum superstitiosum. 642.a
Lunæ Maria comparata. 20.b.c. 73.a. 112.b. 303.b. 385.a
Luna Virginum figura. 303.b
Lustrationes luminum apud Ethnicos quales fuerint cui dicatæ, & quomodo conuersæ in pium ab Ecclesia Catholica vsum. 637.c.d
Luthero, cæterisque Hæreticis Maria qualis. 34.b. 45.d. 297.d. 560.c. 575. 577. 578. 580.
Lutherus S. Annæ ferias reiicit, nec Mariæ parentes agnoscit. 41.d
Lutherus puram Mariæ conceptionem defendit. & etiam Erasmus 85.d. 87.a.b. 107.b
Lutherus tres tantùm Marias Euangelicas agnoscit. 9.d
Luthero Maria immunis à peccatis, & Spiritu sancto plena, eámque colit & ipse, ac honorat. 25.a. 85.d. 86.a
Lutherus iniquè suggillat Ecclesiam ob Epistolam, quæ in Mariæ natiuitate legitur: Illamque rectè illi festo quadrare. 113.d
Lutherus Mariam vehementer laudat ex viribus Angelicæ salutationis. 87.a
Lutherus Mariæ natalem reiicit. 120.d
Lutherus suo ipsius testimonio flagrat cupiditatibus. 141.d. 142.d
Lutherus Iouiniano deterior in cœlibatu oppugnando. 266.c
Lutheri summa libido, eiusdémque libidinosissima aliquot pronunciata. 267.a
Lutherus Germaniæ perdendæ, non restituendæ idoneus Apostolus. ibid.b
Lutherus Mariam omni merito spoliat, nihilque præclari eius virginitati concedit. 297.d
Lutherus Marię perpetuam virginitatem defendit. 323.d
Lutherus omnes pares facit in Ecclesia. 369.c.d
Lutherus, Bullingerus, & Lossius quomodo Mariã plenam gratia celebrent. 379.a
Lutherus quibusdam in rebus Nestorianus. 462.c
Lutherus Christum in ipso conceptu perfectũ fuisse, ac animam eius plenam gratia admittit. 489.b
Lutherus Mariam Eua infeliciorem facit. 531.b
Lutherus, multique alij Nouatores Mariam, eiusque fidem tanquam dubiam calumniantur. 531.b. c. 544.a.b
Ante Lutherum nullus de inuocanda Maria ineptius est philosophatus. 575.a.b
Lutherus ab aliis Hæreticis de Maria honoranda reprehenditur. 575.c
Lutheri impia vox de bonis operibus & meritis Sãctorum. 574.d. 539.c.d
Lutherus Canticum Mariæ corrumpit. 573.b.c
Lutherus qualem ignorantiam & errorem in Mariam transcribat. 682.a
Lutherus in solo verbo Dei Christum requiri vult. ibid.
Lutherus deprauat Scripturam. Quid mihi & tibi est mulier? 696.b.c
Lutherus Iconomachos taxauit publicè. 1035.b
Lutherus Gregorium priuatæ Missæ authorem facit. 1133.b

M.

MAgdalenam siue Mariam Magdalenam vnam & eandem cum Lazari & Marthæ sorore. 9.c.d
Magdalenam vnam tantum agnoscit Ecclesia. 10.b
Magdalenæ cur Christus, & non matri primum apparuisse legatur. 650.d
Magdalenæ & Marię collatio. 650.b
Magdalena operibus bonis simul ac fidei dedita fuit contra Lutherum. 877.a
Magdalena insignis Christi amatrix fuit. 877.c
Mahometh doctor Mahometanorum quis, qualisque fuerit, & quæ eius dogmata. 469.d. 473.a
Mahometani in quibus se nouis & antiquis Hæreticis conforment. 474.a.b
Mahometh à Sergio discit Nestorianismum. 470.c
Mahometani cum Sergio aduersus Deiparam conspirant. 472.b
Mahometani à vero Dei cultu ac cognitione alieni 474.a
Quomodò errent Mahometani Mariam Deam nobis exprobrantes. 473.d
Mahometani veri hypocritæ. 474.b
Mahometem Turcę Christo, velut Barrabam Iudęi anteponunt. 474.b.c
Mahometani cum Nestorio contra Christum conspirant. 474.c.d
Mahometanorum testimoniis ostenditur Christianos quosdam hodie peiores esse ipsis Mahometanis in Mariæ causa. 476.a.b
Mahometani iuxta suum Alchoranum de Maria præclarè sentiunt & loquuntur. 475.c.d
Mahometh & Turcarum Religio pendet ex falsis apparitionibus. 1027.b
Mamertus Viennensis Episcopus in Gallia Litanias instituit. 1132.c.d
Manes Manichæorum caput, quis, qualis, & qui eius errores. 449.a
Manichæi in Deum, Deique Filium contumelioſi. 450.a.b
Manichæi cur negent Christum carnem de Maria sumpsisse. 450.c.d
Manichęis quæ extiterit erroris causa. 450.c
Manichęi vnde dicti, & qui eorum errores. 449.d
Manichęi Mariæ Virginis hostes. 449.b
Manichæi nihil concedunt Christo, quod assumptum sit de Virgine. 449.c
Manichæorum errores vnde orti. 439. b. c. 449.d
Manichæorum error Patrum testimoniis confutatur. 450. c. quodque locus ille Euangelicus: Quæ est mater mea? nihil faciat ad institutum Manichæorum. Sicut neque ille: Quid mihi & tibi est mulier? 453.d
Manuel & Ioannes Comnemi Imperatores Græci impensè Mariam coluerunt. 1123.c
Marbachius de Sanctorum & Marię miraculis nugator fœdus & cauillator. 1005.c
Marcellę mulieris de Maria & Christo prędicatio: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. 731.a. 735.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

marcellinę Carpocratis vxoris circa imagines superstitio. 1037.b
marci Antonij Mureti Oratoris & Poëtæ celeberrimi singularis pietas erga virginem Lauretanã edito ipsius carmine comprobatur. 1092.c
margareta Regina Vngara, sanctissima Virgo, Ordinis D. Dominici, quoties Deiparæ imaginem præteribat, genua flectebat & salutationem recitabat Angelicam. 1109.b.c
Mariæ nomen & honorem obliterare per Sectarios quàm laboret Satan. In Præfat. Operis.
De Mariæ typo, nomine & etymologia. 1.
Quatenus Mariæ nomen sit efficax. 6.d
Mariæ summa virtutis nobilitas, dignitas, laus, & vnde pendeat. 33.d.35.a.36.a.40.417.b.426.c.428.c.d.431.d
Maria cur cognata Elizabethæ esse describatur ab Euangelistis, & quomodò ea cognatio contracta. 36.d.38.d.48.c.d
Marię affinitas cum duabus tribubus legitima. 37.d.38.48.c.d
Maria nomen Hebręum peruetustum, venerabile, & efficax. 1.b.6.c.7.d
Mariæ Prophetissæ laus. 1.d.2.a
Mariæ Deip. Epitheta. vide Epitheta.
Maria soror Moysis typus Deiparæ. 1.d.2.c
Maria tympanistria, & Prophetissa singularis. 2.a
Mariæ nomen quid significet, & vnde dicatur. 3.4.
Mariam vere dici & esse Dominam. 4.c.5.b.9.a
Maria cur & quomodò spes nostra dicatur. 4.d
Maria quomodò corporalis & spiritualis mater Christi & Christianorum. 5.c
Mariarum ad monumentum Christi profectorum commendatio. 12.b
Mariæ Euangelicæ Apostolis cordatiores. 11.d
Marię euangelicæ dentibus Iob assimulantur. 13.b
Maria Deipara Mariis aliis anteponenda. 9.c.13.b
Maria Deipara cur non venerit ad vngendũ Christum. 13.c
Maria Ioannis quæ, & qualis. 14.a
Maria Cossobolita qualis. 14.b
Maria Deip. in Paradiso promissa & descripta. 15.b
Maria Deip. per Ezechielem & Salomonem in Canticis celebrata. 16.a
Maria cleophę quomodò dicatur soror Deiparę. 50.b
Maria Deip. vnigenita filia Annæ. 50.a
Maria Deip. Hæreticis qualis. 34.a.46.c.297.c.d.561.c.575.c.577.c.578.d.580.a.581.a
Maria quando Christum conceperit. 47.a
Mariam successisse in hęreditatę patentum, & minimè obscuram fuisse, aut egenam. 41. & deinceps. 581.a
Mariæ paupertas quomodò admittenda. 47.a.b
Maria Hierosolymitana filium necat, & vorat. 6.d
Mariam rectè maris stellam vocari, & quarè. 7.a
Maria sideri comparatur. ibid.
Mariæ Deip. nomen Hebręis, Ethnicisque reuelatũ. 7.d
Marias quatuor in Euangelio celebrari. 9.b
Marias Euangelicas incredulitatis, & atrocium criminum accusant Nouatores. 10.b
Mariam Deip prævidit, & celebrauit Dauid. 64.b
Mariam laudant etiam ipsi Iudæi. 17.b
Maria & in veteri & in nouo Testamento maximè commendata. 17.b
Maria ab omnibus peccatis immunis, tàm originali, quàm actuali. 18.a.59.d.61.b.72.b.73.b.86.b.c.88.a.101.c.d.105.c.106.d
Mariæ dignitas, & excellentia tàm Græcorum, quã Latinorum testimoniis comprobata. 19.20.21.
Maria Monti comparata. 19.c.190.c.d
Maria cur amicta Sole, Stellis, Luna, &c. 20.b.d
Maria an originali peccato fuerit subiecta, & quomodò id dici queat. 55.a.73.b
Maria quomodo à Patribus exæquetur cæteris in peccato conceptis. 66.a.b
Mariam cur communi hominum more conceptam asserant Hæretici, & quid hoc illis sit. 80.c
Maria S. Brigittæ puram sui conceptionem fuisse reuelat. 75.a.b
Mariam quomodo in vtero matris creauit & sanctificauit Deus. 75.c.93.b.c
Maria quomodò tota pulchra & sine maculis prædicetur. 61.a.73.b
Maria præ omnibus aliis maximam gratiam consecuta est. 66.a.108.
Mariæ figuræ, similitudines ac typi varij, nimirum: Maria soror Moysis, Eua, Rebecca, Iudith, Esther, Sara, Salomonis Thronus, & Templum, Arca Noë, Arca testimonii, Arca Testamenti, Paradisus, Hortus conclusus, Columba, Mulier Hebræa, Mater Moysis, virga Iessæ, Domus sancta, Tabernaculum sanctificatũ Altissimi, Terra benedicta, Rubus ardens incõbustus, Mons, Scala Iacob, vellus Gedeonis, Porta clausa, Sol, Luna, Stella, Nubes lucida, Propitiatoriũ, Aula Regia, Thalamus, Lectulus floridus Salomonis, Turris Dauid, Lilium inter spinas, Vrna aurea, Aurora consurgęs, Oliua frugifera, Mulier amicta Sole, Prophetissa, Mulier fortis, Rosa Hiericuntina, Sion ciuitas, Pueri in Camino ignis, Daniel in lacu Leonum, Susanna, Vox Turturis, Mulier sata tria fermento commiscens, Petra. 1.2.5.7.8.13.14.15.d.16.d.19.20.63.64.72.73.74.75.78.112.a.b.135.d.139.b.146.c.d.172.d.174.c.177.d.179.180.192.c.193.a.196.224.c.226.b.278.d.288.b.385.d.388.b.418.d.430.d.432.d. in præfa. libr. 4.541.d.546.d.567.b.603.d.671.a.692.c
Mariam in peccato conceptam esse, & aliis ęqualem minimè concedendum Hæreticis. 80.c.82.a.85.a
Maria promptissima ad obediendum vtriusque Legis præceptis & Sacramentis. 96.d
maria omnia Sacramẽta prẽter ordinẽ suscepit. 97.c
Maria ante conceptionem pura. 73.d
Maria sæpiùs sanctificata. 87.c.94.b.c
Maria Christum concipiens cur & quomodò dicatur sanctificari & mundari à maculis ab Arnobio. 94.c
Maria Deum habuit præliberatorem à peccatis, cæteri verò homines vel Liberatorem vel Postliberatorem. 75.d
Maria præ aliis sanctificata & quomodo. 86.c.92.d.95.d
Mariam & Petrum à Christo baptizatos esse. 96.d
maria in matris vtero bifariam sanctificata quomodo dicatur. 87.c
Mariæ virtutes & merita, vti & aliorum Sanctorũ, incrementa sumpsisse. 97.d.114.c.376.b
Mariæ ortus cur magni faciendus. 113.d
Mariam plurimorum peccatorum actualium accusant Hæretici. 99.c
Mariam in matris vtero sanctificatam fuisse & quidem quidem præ Ieremia atque Ioanne. 93.b
maria sola post Christum obtinuit iustitiam originalem. ibid.
maria quomodò vel ipsi etiam Luthero in conceptione sanctificata & plena gratiæ. 86.c
maria trima in templum adducta, & Deo solenniter oblata. 121.122.131.c
mariam secundum morem Iudæorum in templo inter virgines vixisse, ac Deo seruiuisse. 124.c.145.d
maria speculum omnis virtutis. 146.d.139.b.253.a.261.
maria qualis describatur à S. Ignatio. 146.b
maria religionis ac pœnitentiæ magistra, & virtutũ operatrix. 146.c
maria dæmonibus terribilis. 147.a
maria in omni gratia & dono accepto confirmata. ibid.
mariæ puellæ historia. 121.b
mariam quas ob causas accusent, & perstringant Hæretici. 100.a
mariæ multa tribui ab Ecclesia, quæ ad æternam sapientiam pertinent. 113.b
mariam reliquis puellis Iudaicis exæquat Petrus Martyr. 131.d
mariæ forma, statura, totiúsque corporis compositio, mores item, exercitia, studia, ac vita vniuersa qualis. 126.136.137.141.a.b. 145.c.d.147.
mariam Angelica puritate, sanctitate, & innocentia vitæ omnes omnino superasse. 103.d.104.147.c
maria mente & carne perfecta, in Dei templum prępparata. 136.a
maria veteris Ecclesiæ pars optima. 115.c
maria in victu maximè fragalis & abstinens. 143.b
mariæ vita omnium disciplina. 143.b.146.c
maria nihil castius, sanctiusque in terra. 147.a
maria in actiua & contemplatiua vita optimè versata. 140.a.d.143.d.144.d.561.b
maria plus contulit suis progenitoribus, quàm ab illis accepit. 109.c
maria quo tempore nata. 109.d
maria meliorem, quàm Magdalena, partem elegit. 147.c.d.178.d
maria restauratio fœminarum. 150.a
maria immunis à cõmuni mulierũ maledicto. 149.b
maria ab Angelis nutrita. 126.b.135.a.145.b
mariam in charitate & lege Dei fuisse præ cęteris perfectissimam, licet in quibusdam ab aliis superetur. 138.a.142.a.376.a
maria sola incorruptibilitatem cũ corruptibilitate coniunctam habuit. 106.c.d
maria quatenus experta sit pœnas peccati originalis 106.d
mariam non temerè nasci mense Septembri. 110.d
maria cunctis amabilis, impudicis tamen terribilis. 137.c
maria cur aliis aptior ad diuinas contemplationes. 140.a.d
maria quomodò erga Deum, Deique gratiam sese gesserit. 138.d.141.a
maria etiam post partum locum inter virgines in templo retinuisse dicitur. 126.a
maria Virgo incõparabilis, multis modis alias virgines omnes excelluit. in præf. lib. 2.145.c
maria omnes alios iustos excellit. 139.b
mariam mundo dormiuisse, & Deo vigilasse. 139.d
maria pulcherrima inter filias hominum. 138.c.179.b.211.c.d
maria spiritu Prophetię donata. 138.b
maria quàm impiis nominibus à Iudęis & Albigensibus appelletur. 183.a.b
maria cur desponsata viro. 153.a.b.c
mariam ne ante partum quidem fuisse virginem fingunt Ebion & Cherinthus. 181.a.b
maria Christum concipiens & pariens typus Ecclesiæ. 164.b.c.225.b
marię partũ septẽ matres steriles præfiguratũr. 155.a
maria cur è sterili matre nata. 156.a
mariam Virginem & matrem esse. 195.d
maria à quo inuenta est habere in vtero. 172.a
maria optimam partem elegit. 178.d
maria Virgo cur ad Christũ procreãdũ electa 159.a
maria ab Ezechiele inprimis commendata. 192.d
maria dignior, quàm Helena, vt à Zeuxi depingeretur. 211.c
maria quomodò dicatur mater Ioannis Apostoli. 174.c.243.a.b
mariam cur Christus soli Ioanni commendauerit. 175.d.241.b.c
mariam simul Dei ancillã, matrem & virginem esse credendum est, & quomodò. 176.b
maria stella ex Iacob. 192.a
mariam semper ante partum, in partu & post partũ permansisse Virginem. 230.d.232.c.d.234.a.b.238.a.b.239.d.241.a.b.242.c.253.d.322.d.324.636.d
maria vera Diana, Lucina, Ceres, Minerua, Penthesilea, &c. 211.a
maria vera ductrix Amazonum. 210.d
mariam non more aliarum virginum Iosepho desponsam fuisse. 246.
mariæ animus semper purissimus. 247.c
maria cum Virgo manere vellet, quare & quomodò post votum in sponsalia & nuptias consenserit. 248.a. 278.a
mariam dici vxorem Ioseph propter solã desponsationem. 245.a.b
maria quomodo de Spiritu sancto conceperit Christum. 221.c
mariam Virginem peperisse, articulus fidei, cui & Concilia patrocinantur. 220.225.
maria nobilior & fœcundior Paradiso. 225.c
maria præter & supra naturam concepit. 22.a.b
maria quando, vbi, & quomodò fuerit Iosepho desponsata. 243.c.d
maria in partu doloris expers, filio Christo cruci affixo aditans dolores sensit parturientis. 236.c
maria quomodò mater Ioannis Apostoli, & Baptistæ, cæterorumque dicatur. 243.b
maria Leæna semel pariens. 240.b.c
maria virginum Magistra & Princeps. 261.b
maria silentio suo & certa fiducia quantùm profecerit. 278.d
mariam non solùm corde, sed etiam verbis edidisse votum virginitatis. 253.b
maria verè perfectéque Virgo describitur à patribus. 257.c.d
maria anima & corpore & semper Virgo. 253.d
maria Princeps puritatis & virtutum exemplar omnibus. 253.a.261.a.b
maria & Ioseph cur dicantur Lilia. 275.d
maria quomodò imitanda cœlentibus cœlibatum. 282.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maria quomodò meruerit vel non vt esset mater Christi Dei. 299.c.309.c.313.d
Maria quomodo virgines & cælibes suo exemplo instruat. 283.b
Mariam ex voto Virginem fuisse peruersè negant Hęretici. 283.& deinc.286.d
Maria quomodò vouerit castitatem, simulque viro nupserit. 287.d.296.b
Mariæ maius meritum, quàm vlli virgini tribuendum. 304.b
Maria digna, quę in Dei matrẽ assumeretur. 307.c.d
Mariam votum virginitatis habuisse. 287.c.d
Maria de meritis suis demissè sentiendo, eadem auxit. 317.a
Mariæ inter omnes virgines gloriam maximam rependi. 304.d
Matię gloria omnium celebratione augetur. 305.a
Mariam non sine merito Dei matrem esse factam. 307.a
Mariam præ cæteris virginibus dulcissimè cantaturam canticum nouum. 305.c
Maria quomodo plusquam Salomon. 314.c
Maria Virgo abscondita, & vix à viro salutata. 343.a
Maria suo exemplo docet virgines se domi continere. 343.c.d
Mariæ & virginum Mariam sequẽtium tria bona tribus Euæ malis opposita. 350.d
MARIA sola ab Angelo inuenta & salutata. 341.b
Mariæ virtutes ex ipsius dictis collectę. 340.b.c
Maria cur ad Gabrielis ingressum turbata. 341.c
Maria toto exercitu Angelico, omnique creatura superior. 352.c
Maria quomodo plena gratia. 358.c.368.c.374.b. 375.383.d
Maria nunquàm Dei maledictioni obnoxia. 380.
Mariæ cultum quomodò Ecclesia instituat ac probet. 354.b
Mariam etiam nunc rectè salutari à Catholicis sicut ab Angelo, aliisque modis plurimis. 398.b. 411.a
Mariam pro Dea colere & adorare nefas. 399.b
Maria vnguento gratiæ repleta. 375.b
Mariam inuocare & adorare impiè prohibuit impius Imperator Constantinus Copronymus lege proposita. 399.b.c
Mariam plenam gratia dici sine iniuria Christi. 385.c
Maria quomodo vt Sol electa. 384.d
Maria Sanctis omnibus excellentior. 385.d.575.d
Maria quomodò Sanctis reliquis conferri, & æquari possit. 388.b
Mariam cæcam & surdam fingunt Hæretici. 394.c
Mariam salutantes de ipsius præsentia certò sibi persuadere debent. 394.d
Mariam non minùs, quàm Angelos intelligere, & curare res mortalium. 393.c
Mariam salutantium ac inuocantium varia exempla ac testimonia. 405.& deinceps.
Mariam non venerando tantum, sed imitando felices reddimur. 409.a.b
Maria à pluribus, quàm à Gabriele salutata. 391.d
Mariam salutandi mos firmiter retinendus. ibid.
Maria quomodò mulieri fermentum in tribus farinæ satis commiscenti comparetur. 432.d
Mariam, vt fieret mater Dei, purissimam esse decebat. 433.b
mariam imitationis cultu spoliant Hæretici. 407.d
mariæ cultum multis in rebus consistere. 408.d
maria quomodo Christum verum Salomonem coronauerit. 134.d
maria sola capitis Christi, & membrorum eius mater. 292.c
mariam quomodo considerare soleant Nouatores. 417.a
maria omnes laudatas fœminas excellit. 418.b
maria Domina omnium. 431.d
maria stupendum miraculum tàm in cælis, quàm in terris. 430.a
maria quomodò dici possit SS. Trinitatis complementum. 431.a
mariam Christi Dei matrem esse quinam negent. 437.a
mariam honorando honoramus omnes personas diuinas. 429.a
mariæ singularis prærogatiua, vt sit mater Dei. 423.
mariam non solùm Deum aut cælestem carnem peperisse. 446.a
mariam Deiparam negant Hæretici. 439.b.448.b. 458.d
maria quomodò Christi mater facta. 424.d
maria cur in spiritu exultarit. 426.a
maria quomodò excellat omnes cęlestes spiritus ac creaturas. 427.d.473.b.557.d
maria abyssus luminum. 427.c.d
maria non minus mater, quàm reliquæ. 448.d. 443.b.457.b
maria quomodò Deipara dicatur, & rectè. 458.d. 468.c.d.469.b.c
maria sola Christipara & Deipara. ibid.
mariam non coli pro Dea à Catholicis. 473.c.d. 564.b
maria ab initio à Christi hostibus impugnata. 479.b
maria creatura Dei & ancilla, non Dea. 473.b
mariam negare Deiparam Hæreticum est. 478.b
maria sola perfecta inter omnes fœminas iuxta Mahometanos. 476.d
maria quomodò vel non pariat se antiquiorem. ibid.d
maria parens parentis. ibid.d
maria petræ comparata. in Præf.lib.4.
maria signum contradictionis. ibid.
maria vbi fidem suam peculiariter erga Christum declaranerit. 542.d
maria fidei Magistra etiam Apostolos docuit. ibid.
mariæ fides maximè admiranda. 531.b.c.540.b. 543.b
maria timoris expers & gaudij plena in conceptione. 501.d
mariam infidelitatis accusant Hæretici. 530.b.c. 544.b.Excusant alij. 535.b.c
maria verè Prophetissa. 541.d.546.d.568.
maria præcellit omnes Dei verbum audientes & fructum capientes. 542.b
maria cur cognatam inuiserit. 559.
maria vt in gratia ita & in fide semper magis profecit. 544.d

Mariam

mariam exemplum impiorum & infidelium statuunt Sarcerius & Gulmannus. 552.d
maria quærit de his, quæ non nisi ab Angelo instructa scire potuit. 537.b
Maria diuinitus accepit perfectam rerum credendarum cognitionem. 547.b.d
maria SS. Trinitatis mysterium Angelo nunciante cognouit. ibid.
maria sine fastidio grauida, & alacris planè, & cur, & quando inuisat cognatam. 557.b 552.b.c.
Mariam de filij sui diuinitate nunquam dubitasse, sed fidem confirmatissimam habuisse. 546.c
mariam cum Iosepho filium suum adorasse. 545.b
maria & Elizabeth matres inprimis gloriosæ. 558.b
maria cur & quid ab Angelo interroger. 538.b
Mariam visitatione sua magnum gaudium attulisse Elizabethæ. 555.b
maria vera & viua arca Dei. 554.d
maria inter virgines & credentes prima. 548.b
mariam & Ioseph summè admiratos fuisse puerum Iesum, & quæ circa illum accidebant. ibid.c
mariam natiuitatis Ioannis non interfuisse, & cur, 376.b
maria tùm verbo, tùm exemplo docuit humilitatẽ. 591.d
maria quater tantum in Euangelio locuta legitur. 592.c
maria quomodo fide beata prædicetur. 563.b
maria honoranda, idque sine iniuria Dei fieri. 574.581.b.c
mariam quomodò honorandam impiè doceat impius Lutherus. 573.b.578.d
mariæ genus, parentes, & institutio. 580.d.581.a
mariam quasi Lutheranam depingunt Lutherani. 572.c
mariam laudant vel ipsi Aduersarij. 565.c.d
mariæ & Sanctorum cultum non in sola imitatione esse. 563.d
maria quomodo potuerit se verè humilem & miseram dicere. 582.d
maria humiliando se magis laudari meretur. 583.c. 593.c.d
maria humillima. 589.c. Sed nõ sordida & abiecta, qualem depingit Lutherus, & alij. 577
Maria altera Iudith. 567.c
maria quomodo seipsam laudet in suo Cantico. 567.d
Maria suo Cantico quid doceat. 568.d
maria cur se Ancillam Domini vocet, & quomodo. 584.c
marię humilitas quantum boni attulerit. 586.b & seq.
maria inter virgines primaria cantatrix. 568.d
mariæ cum Christo puero infante colloquium. 506.d
mariæ Puerperæ post Christum natum gaudia, studia, & exercitia. 605.b.c
maria perfectè Christum amat. 607.c.d.605.b.c
maria cur vltimo loco post Apostolos cæterósque omnes ponatur, à Luca in Actis. 593.b
maria quomodo erga Christum infantem se primũ gesserit. 605.c.d
Maria ante natiuitatem Ioan. Bapt. discessit è domo Zachariæ, & cur, & quid nos suo illo exemplo doceat. 594.d
Maria eodem spiritu vadit & redit peregrè. 595.b
maria quomodo erga Ioseph affecta. 595.c
maria quibus maxime de rebus in suo puerperio cogitarit. 621.b
maria quomodo purificationis tempore se in templo gesserit. 625.c
Maria cum Anna Samuelis confertur. ibid.d
maria Puerpera nihil ditius ac felicius. 622.b
maria legem seruat, nobisque præclara in se exempla spectanda imitandáque proponit. 627
maria liberalissima. ibid.c
maria apibus comparatur. 639.d
maria Soli comparata. 601.a
maria ex partu summè gauisa. 604.d
maria quomodo sese ad partum præparauerit. 596.a
maria & Ioseph in Bethlehem proficiscũtur prompti & alacres. 601.b
maria & Ioseph ad Rabulum fugere coguntur. 602.b
maria circa partum vbi manserit, & quid egerit. 603.b
maria quomodo peculiariter pro Messia matre cognita. 727.d
mariam ob Christum natum summum gaudium habuisse. 628.b
maria cur in conclaui non pepererit, sed in stabulo. 615.d.616.
mariam purificatione non indiguisse etiam Hæretici contra Hæreticos testantur. 629.b
mariam non timuisse se ream esse peccati apud Deum, nec peccasse amittendo filium vt aiunt Hæretici. 628.b
mariam in morte filij de fide nihil amisisse. ibid.d
mariain morte filij constantissima, etiam Melanchthonis testimonio. 659.
maria etiam in partu plena gratia, & eam clauso vtero peperisse. 632.b
mariam pessime tractant, peccatíque accusant Brẽtius, Corninus & alij. 656.c.d
mariam inferni doloribus expositam obrutámque impie fingit Brentius. 651.b
mariæ affectus indecoros tribuunt Hæretici. 647.d
maria quo sensu Christum in templo alloquatur. 674.c
Mariam cœcitatis & ignorantiæ exemplum facit Sarcerius. 691.c
mariam hęretici vix maiores habent quàm suas cõcubius. 676.d
maria quomodo in templo se gesserit & Christum ibidem compellarit. 673.c
mariam negligentiæ in custodiendo Christo accusant Hæretici. 659.d. alij defendunt. 664.d
mariæ Euæ comparatur è contrariis. 663.c. 671.d 669.b
mariam male cum Eua ab Hæreticis comparari. 662.b. 663.c.671.b
matia nesciens filium amisit. 662.d
maria nullo vitio temeranda. 663.b
maria de omnibus mysteriis ab initio instructa. 689.c
maria suis consiliis rexit Apostolos. ibid.
maria erroris nescia. 688.b
maria quomodò non nesciebat, quæ Christus illi dicebat. 689.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

maria duo tempora tacendi & loquendi obseruauit. 688.d
maria quando habuerit tempus loquendi in Ecclesia. ibid.
maria magistra Magistrorum. 689.b
mariam ob ignorantiam & errorem iniquè taxari ab Hæreticis. 986.d.684.c.d
maria in omni dono spiritus perfecta. 687.d
maria in verbo Dei audiendo & conseruando studiosior, quàm Magdalena. 692.b
maria quas imbecillitates habuerit, quas non. 684.c
maria suo exemplo docet multa rectè facere sine præcepto Dei. 682.d
mariam laudari potius, quàm vituperari per historiam de amisso filio. 667.d
mariæ dolor ingens ob Christum amissum. ibid.
maria quomodo contra improbos carnis affectus instructa fuerit. 709.b
maria typus omnium verbum Dei sincerè & ardenter audientium. 692.b
maria in nuptiis non est increpata. 704.d
mariam ambitionis accusant Hæretici. 705.c.d
mariæ à Christo pœnam impositam fingunt Hæretici. 695.c
mariam non tentasse Christum, vt cursus doctrinæ Christi impediretur. 710.b.c
maria quo consilio videatur aditum quæsiuisse ad Christum docentem in templo. ibid.d
mariam nō culpabiliter interpellasse Christum docentem. 711
Mariam iure materno erga Filium non fuisse abusam. 723.b.c
maria quomodo & cur Mulier vocetur. 696.c 697.c.d.703.b
Maria in Euangelio bis Mulier, octies Mater dicitur. 697.b.c
mariam à Christo non fuisse obiurgatam aut pudefactam, sed honoratam. 701.d.713.c.d
mariam foris stare quid significet. 720.b.c
maria in nuptiis multis modis charitatem declarat, & non sine spiritu Prophetico locutam esse. 700.b.c
Mariam maximè contineri eorum numero, qui faciunt voluntatem Dei. 714.c.d
maria peculiariter Abrahæ & Dauidis filia dicta. 718.c
maria etiam patrum testimonio nonnihil aspere à Christo tractata. 725.c
maria secundum carnem & spiritum Christo coniunctissima. 717.c.d
mariæ summa dignitas ob coniunctionem cū Christo. ibid.b
maria mente prius, quam corpore Christum concepit. ibid.d
maria quomodò bis Mater Christi. ibid. 730.b
mariæ singulare priuilegium. 737.c
maria vna & electa columba nulli alij comparāda. 741.c
maria semper habet à quibus commēdetur. 732.c.d
maria cur sæpe beata dicenda. 743.c.d
mariæ fides circa Christi crucem effulsit maximè. 754.d
maria iuxta crucem stans, resurrectionem filij credidit. 756.b
maria dubitationem stuporis non infidelitatis admisit in morte filij. 754.d
mariæ Epitheta quorundam sanctorum Patrum. 744.d.1105.b.1115.b.1119.d. vide Epitheta.
Maria à piis veteris Testamenti sæpè desiderata & beatificata. 745.b
maria à Simeone in templo benedicta fuit. 751.d
maria longè perfectius, quàm reliquæ matres erga filium laborauit. 747.b
maria quomodo secundum corpus & membra possit à nobis beatificari. 748.b
maria dolores parturientis iuxta crucem experta est, quos parturiens effugerat. 758.b.772.c
maria Martyribus grauiores dolores sensit. 773.a. Eiusdem Martyrium. 773.b.c
mariæ oculi, manus, pedes beati quare & quomodo. 746.b.c
mariæ lamentatio propter filium. 771.a
maria in summis doloribus se animauit. 774.c
maria cur variis doloribus afflicta fuerit. 759.c.d
maria multiplicem dolendi causam habuit iuxta historiam Euangelicam. 760.b
mariæ dolor ingens immensus ob filium & Iudæos. 773.d
maria fida fuit in filio affectando, eique vsque ad crucem adhærendo. 774.a
matiæ dolor præcipuus vbi fuerit. 763.a
maria omnium nostrum, etiam Lutheri, Caluini aliorúmque Hæreticorum confessione Mater esse dicitur. 776.a
maria stat iuxta crucem constantissima & patientissima. 766.a
mariæ affectus iuxta crucem stantis. ibid.
maria clausō vtero peperit. 782.b
maria an post partum indiguerit purificatione. 783.d
maria an vnquàm caruerit cognitione diuinitatis Christi. 783.c
marię fortitudo circa filij passionem mortem & sepulturam. 771.a
maria cum Apostolis agit vitam familiarem. 805.b
maria cum aliis credentibus celebrat Pentecosten cum fructu singulari. 805.c
maria Prophetas & Prophetissas omnes excellit. 866.a
maria cur post Ascensionem Christi vixerit diutius 803.b.c
maria Christi filij resurrectionem prima vidit. 804.a
Maria Christum filium in cœlum euntem non luctu, sed gaudio prosequitur. 804.c
Maria mori debuit etiam expers omnis peccati. 821.b
mariæ in Ecclesia primitiua vita. 806.d
maria subinde loca sacra visitauit. 807.d
maria contemplatiuæ vitæ dedita fuit maxime. 809.a
maria verum fuit exemplar viduarum & virginum sanctarum. 809.c
mariæ fletus post ablatum filium frequens & dulcis. 810.b
maria fuit communi legi moriēdi obnoxia, & quare conuenerit eam mori. 819.c
maria vitam actiuam cum contemplante coniunxit. 812.d

Maria

Maria Epistolas duas scripsit, ad Florentinos vnam, ad Messanenses alteram. 812.d
Mariæ affectus in canticis Canticorum notandi maximè. 811.a
Mariæ continuus ardor & ebrietas spiritualis. 811.c
Maria vitam extaticam in terris egit. 811.d
Maria num in domo Ioannis habitarit. 817.d
Mariam ab omnibus Angelorum Hierarchiis in cœlo peculiariter celebrari. 838.a
Maria leniissimo mortis genere extincta est. 823.a
Mariæ mortem in sacra Scriptura non scriptam esse & quare. 823.b
Maria mortem suam præcognouit & prædixit. 825.d
Marię beatitudo & triumphus assumptionis immēsus. 835.a
maria mortua naturæ fines excessit. 824.a
maria Doctorum doctrix, & Apostolorū magistra. 813.d
mariam cum primis credentibus amasse & obseruasse Euangelicam paupertatem. 815.c
mariæ sepultura, & quid de ea sentiendum. 830.a
maria Regina & Domina à dextris filij cum carne gloriosa. 851.b
maria noua Eua, & mater vitæ. 851.b
maria sedula fuit in Christo curando & per omnem vitam iuuando. 842.b
maria in cælum veniens quomodo honorata sit. 843.b
mariæ sine incommodo accommodantur quæ de Christo scribuntur & principaliter intelliguntur. 870.a
mariæ in cælis gloria incomprehensibilis. 863.a
mariam cum corpore etiam assumptam esse probatur. 853.a
maria super omnes Angelos exaltata est. 865.b
maria omnibus virtutibus superior, etiam cœlestes Spiritus excellit. 872.a
maria mulier fortis prædicta à Salomone. 899.c
maria terribilis, & hæreticæ prauitatis destructrix. 899.d
mariæ attribui destructionem hæreticæ prauitatis, an Christo deroget. 900.a
maria de Hæreticis triumphat, & quomodo. 899.c.d
maria, Ambrosio teste, vicit Diabolum. 897.c.d
mariam rectè coli à Catholicis. 891.d
maria conterit caput serpentis, & quomodò. 896.a.b
mariæ quædam attribui, quæ alio sensu competunt Deo, non est absurdum. 916.a
maria quomodò sapiens & bona dici possit. 916.d
maria aduocata nostra est apud Christum, Christus autem apud Patrem. 918.b
maria sine Christi iniuria in Ecclesia colitur. 927.
mariam superiorem aliis Sanctis constitui posse. 915.d
maria impassibilis nobis compatitur. 935.c
maria inuincibili amore, Christi exemplo, nos amat ibid.
maria ad se confugientibus se matrem misericordiæ exhibet. 935.d
maria est dulcissima, & quibus, & quomodò. 930.d
maria spes nostra dici potest, & qua ratione. 931.b.c
maria seruatrix quomodo dici potest. 932.d
Mariam Reginæ nomine non perperam appellari. 928.a
Maria visibili & inuisibili creatura superior. 941.d
Maria inter Angelos & omnes Sanctorum ordines prima, & quare. 958.c
Mariæ memoria quomodò fiat in Missa. 976.c
Maria adorari potest, & quomodò non possit. 977.d
Mariam præ Sanctis reliquis inuocari & patrocinari mortalibus. 989.a.b
Mariam quomodò in vita & morte nobis esse propitiam rectè petamus. 996.b
Maria honestissimis rebus in Scripturis comparatur 991.b
Maria non minùs sed magis post partum quàm ante benedicta & venerabilis. 992.a
Mariæ miracula & dona spiritualia quomodò item miraculorum effectrix, & cur initio nō statim miracula fecerit. 1005.1006.
Mariæ auxilio Laudunensis Mulier in flammis illęsa conseruatur. 1019.b.c
Maria S. Hildephonso apparens, eidem vestē donat. 1019.b
Maria Christianorum genus tuetur iuxta Nicephorum. 1024.c
Maria apparet Gregorio Thaumaturgo, Martino Turonensi, Musæ paellæ & aliis non paucis. 1031.b.c.d
Mariæ ope Iudæi filius in medio ignis illæsus seruatur. 1032.b
Maria S. Iacobo Apostolo apparet. 1033.b
Mariam rectè depingi cum Angelis: cum aurea corodain medio Apostolorum. 1061.a
Marię templa visitantes non minorem laudem mereri, quàm illos qui olim ad S. Felicis Nolani peregrinabantur. 1080.d
Maria & Sancti ante Gnaphæum inuocati ab Augustino & aliis: malè ergò Chemnitius & Magdeburgici illum inuocationis faciūt auctorem. 983.c. 1010.d
Mariam à veteribus mediatricem dici. 923.d
Maria virgo cur Lauretana dicatur. 1083.a
Mariam Satanæ victricem verè fuisse. 1095.a
Mariā sine Christi iniuria in morte inuocari. 1096.a
Mariam illustribus titulis meritò exornari, eosque candide interpretandos esse. 1096.d
Mariam satis laudari & honorari non posse à mortalibus. 1106.a
Maria cultu etiam imitationis honoranda. 1107.c
Mariæ vestis reuerenter habita Constantinopoli. 1111.d
Mariæ thronus & gloria in cœlo incomparabilis atque singularis, vt nullus deo sit propinquior. 1116.c
Maria cur sedulò inuocanda. 1118.b
Maria vere gratia plena non sibi tantùm, sed etiam aliis, verèque benedicta & Regina totius castitatis cœlo terraque excelsior. 1135.b
Mariam dominam nostram Græcis appellari vel inuitis Nouatoribus. 1136.d
Mariam ante Nicænam Synodum palam inuocata. 1144.d
Maria quo sensu nobis Regina & Domina dicatur, & à Propheta Dauid dicta sit. 1140.a
Maria in corpore & anima incomparabiliter beata quam Sancti etiam rogent ac precentur secūdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Athanasium. 1140.b
mariæ Virgini vt Dominæ & Reginæ laus ab omni creatura iure defertur. 1140.a.b
mariam merito prædicari & præ creaturis omnibus in cælo & terra honorari. 1149.c
mariam velut Principem & causam nostræ salutis sine Christi iniuria celebrari. 1153.d
marię inuocatio, cui hoc opus dedicatur atque commendatur. 1157.a
de mariis Euangelicis perperam multa docēt & scribunt Nouatores. 9.b.c
marias Euangelicas aquilas esse circa corpus Domini congregatas: easdémque per dentes Christo residuos in Iob designari. 13.a
mariæ Ægyptiacæ per S. Mariam adiutæ conuersio & pœnitentia. 1018.c
marię Ægyptiacæ multum profuit Mariæ inuocatio. 1142.b.c
martha iniquè à Nouatoribus tractatur, præsertim à Brentio & Spangenbergio. 874.a.b
martha defenditur aduersus Caluinum & alios. 874 875.
martha commendatur ab Augustino. 876.a
martha & Magdalena Mariæ vitam pulchrè referunt. 872.d
marthæ & Magdalenæ in Gallia Euangelizantium historia. 1054.b.c
martyrib. Doctoribus & Virginibus gloriam specialem & Aureolam à Deo tribui. 301.d
martyres à Christianis honorantur & benè. 944.c
martinum Eisengreinium & Iacobum Rabum, pro Marię miraculis contra Nouatores editis libris depugnasse. 997.b
matrimonium inter Mariam & Ioseph an fuerit perfectum. 52.b
matrimonium inter Mariam & Ioseph quomodò possit dici perfectum vel imperfectum. 246.a
matrimonium leui de causa soluunt Caluiniani. 263.c.d
matrimonium quid. 249.b
matrimonium cur tantoperè commendent Hæretici. 264.d
matrimonii tria bona. 249.d
matrimonium Mariæ nihil præiudicat eius virginitati. ibid.
matrimonium Marię quomodo Augustino completum. 250.b
matrimonium tuendum sine iniuria cœlibatus. 259.a.b
mater Moysis typus Mariæ. 64.a
matthæus quomodò intelligendus cùm describit Mariæ & Ioseph historiam. 169.c
matres Christi omnes appellari posse, qui eius faciūt voluntatem. 435.a.b
matres erga liberos affectibus sunt vehementes. 647.b
matrem Dei esse quale quantumque donum sit. 719.a
maternitas Dei in Maria quale donum. 718.d
S. Mechthildis testimonium de infantia, ac vita mariæ. 138.a
mediator non modo Christus, sed etiam Moyses dictus à S. Paulo. 922.d
mediatores etiam Apostoli & Martyres dicti patribus. 923.a.b
mediatoris officium non admittur Christo Sanctorum inuocatione. 986.a.b
melchisedech typus Christi. 160.b.c
melchisedech cur dictus sine patre & matre. 725.d
melanchthon fingit mariam timoris plenam & gaudij expertem in filij conceptione fuisse. 501.c
melanchthon quid de meritis operum sentiat. 300.a
melanchthon & Chemnitius agnoscunt gratiam esse internum donum, nec vllum posse eam cōsequi sine charitate & pœnitentia. 264.d.265.a
melanchthon studet Synodorum statuta ex historia visitationis deprimere. 564.b
melanchthon in Christum blasphemus. 711.c
melanchthon quales mortuorum apparitiones excogitauerit. 1030.d
melanchthonis & aliorum Hæreticorum error de inuocatione Sanctorum à Gregorio primum instituta. 942.d.1131.& sequent.
melanchthon frustrà historiam de Cypriano, vbi inuocatio Sanctorum asseritur, suspectam reddere conatur. 1146.c.d
melanchthon mariæ imputat peccatum negligentię ob amissum puerum duodennem. 661.a.b
melanchthon fingit mariam purasse se esse alteram Euam. 667.a
melanchthon mariam ob hæc verba: vinum non habent, mulieri peccatrici & Syrophenissæ cōparans confuratur. 695.c.d
melanchthon mitissimum Iesum magna quandoque ira flagrasse scribit. 711.c
melanchthon falsò asserit Sanctorum inuocationem & imaginum cultum à Catholicis ita exerceri, vt non differant ab Ethnicis moribus. 967.b
merita Sanctis tribui posse sine iniuria Dei, & gratiæ diuinæ. 298.c
merita & præmia iustorum inæqualia. 300.d. 740.b
meritum operum, gratiam, fidem & charitatem præsupponit. 301.c.308.d
mereri & dignus esse quomodo quis in Scripturis sæpè dicatur. 310.a
meriti nomen quot modis vsurpetur. 309.310.
meriti nomen antiquis valdè vitatum. 310.d
meritum hominis ante iustificationem esse nullum. 311.a.b
De meritis operum quomodo doceant Catholici. 299.b
meriti nomine tàm æterna quàm spiritualia & corporalia contineri. 300.b
meritum mariæ quomodo ecclesia, & Patres agnoscant prædicent. 308.d.311.d
mereri nos cooperando gratiæ. 312.b
meriti nomen quomodo accipiendum, & quàm latè pateat. 300.301.308.c.309.
meritum duplex de congruo & condigno, tā Scripturis quam rationi conueniens esse. 309.d
merita mariæ quomodo rectè considerari possint. 315.a
merita mariæ maxima esse. 315.d
merita Sanctorum & nostra quomodo vel non Patres extenuent. 316.c
messias verè & naturalis filius mariæ. 442.b
methodius Martyr idémque Tyri Episcopus ante Nicænam Synodum sub Constantino celebratam florens mirificè Deiparam laudat. 1145.b.c

O

Oblationem Mariæ in templò non fuisse leuis momenti. 121.b
Obstetrices nullas in partu adfuisse Mariæ. 229.a.b
Obumbrationis nomen quomodo intelligendum. 501.b
Oecolampadius miracula Virginis & Sanctorum reiicit. 1027.b
Oetinga capella vetus à Bauariæ Ducibus in Mariæ honorem posita, locus est memorabilis. 1050.b
officium Orthodoxi in Maria Virgine defendenda. 785.c.d
Oliuæ frugiferæ Maria comparatur. 136.a.167.d
operum diuinorum supernaturalium exempla. 58.c
opera nostra omnia, omnésque nostras qualitates & actiones peccata esse, Smalcaldica Lutheranorū Synodus asseruit ac statuit. 82.a
opera non per se, sed gratia Dei esse meritoria. 299.c
opera bona multa esse facta & facienda ac fieri sine mandato Dei. 396.d
opera bona ac merita nihili faciunt, planéque contemnunt Hæretici. 574.d
opera bona cultus & sacrificia dici in Scripturis. 636.d
opus bonum Lutheto & Bucero nullum, nisi quo benè fit proximo. 560.d
opera Sanctorum vna cum fide illorum nobis in Scriptura commendari. 636.c.d
de Operibus bonis, peccatis, & iustificatione, Lutheri & Brentij paradoxa. 661.c.d.739.d
oraculum Apollinis de Maria Virgine. 8.b
oratione fœcunditatem impetrantium exempla. 45.c.d.123.125.
orationis duæ partes. 390.c.d
orant etiam illi, qui gratias aguńt, & nihil petunt. 390.b
orare in spiritu & veritate quis dicatur, secundum Augustinum. 1156.d
Ordines Religiosorum multi Mariam vt patronā colunt. 1110.b
ordinem diuinum ab his perturbari qui Mariam suo cultu defraudant. 1156.c
originale peccatum vitiorum omnium fons. 57.c
De Originali peccato errores Hæreticorum. 81.c
originale peccatum quid, & quàm pernicioſum. 53.d
originale peccatum solum sufficere ad condemnationem. 54.c
originale peccatum Illyrico Substantia non Accidens. 81.a.b
originale peccatum quid Hæreticis. 81.c
originali & actuali peccato omnes obnoxij. 54.a
originali peccato nunquàm actualiter subiecta fuit Maria. 68.b.c
originalis peccati pœnas Maria quatenus experta sit. 106.d. et quomodo in ipsa sola corruptibilitas cum incorruptibilitate potuit concurrere. 106.c
origenes Magnus Mariæ amator. 72.c
origenes summus voluptatis contemptor. ibid.
origenes inuocationem Virginis minimè improbauit. 1145.d

P

Papatus nomen hoc tempore gloriosum magis, quàm odiosum. 125.b.c
Papæ nomen veteribus agnitum. 125.c.d
Paracelsus Mariam Adami filiam esse negat. 25.d
Paracelsus Christum ex Virgine, non de Virginis carnem sumpsisse asserit. 26.d
Paracelsus quàm nefariè de Christo scribat. ibid.
Paradisus typus Mariæ. 63.d.111.a
Parentum Mariæ historia & laus. 42.a.44.c. 48.c.d
parentes Mariæ nequaquam fuisse obscuros, & egenos, sed nobiles, & qui fuerint. 9.b.c. 41.a.42. 45.c.46.a.49.c
Parentes pauperes cur Christus elegerit. 47.b.c
Parentes Mariæ quando mortui. 124.a
Parentes Deo & Ecclesiæ suos filios consecrare, visitatum olim fuit. 126.c
A Parentibus Ioannis de Mariæ partu dicturus cur Lucas Euangelium auspicetur. 155.b
Parentum primorum formatio, Christi ex Virgine natiuitatem præluſit & adumbrauit. 139.d
In Parentib. Christi accusandis, intolerabilis est aduersariorum petulantia. 674.d
Parentes suos cùm Christus in templo allo quitur, quis sit sensus verborū Christi. 677.b. quódque Christi parentes incusari meritò non possint, cōtra Nouatores. 677.d
parentes amauit Christus & honorauit plurimum. 678.b
Parentes sæpè à filiis negligendi exemplo Christi, quando & cur. 620.b.700.c.d
Parentes plerunque in filios peccare grauiter, esseque crudeles & impios. 679.c
Parentes Iesu quomodò depingant Hæretici. 634.b
Parentes & amici, veræ pietatis studiosis fugiendi. 680.c
Parentes Christi regnum eius non mundanum sed spirituale fore cognoscebant. 681.d
Parentes Christi quomodò non intellexerint Christum, & ob hoc eos non esse culpabiles, eósque meritò dubitasse, & quare. 690.b
parentes Domini quomodo fuerint admirati de Christo. 697.d
Parentes Christi omnium laudatissimi atque felicissimi. 709.b.c
Parisienses neminē in Theologorum numerū cooptant, nisi sanctè iuret se in asserenda Virginis Matris illibata conceptione cōstanter perseueraturum. 70.a
Patres in quibus præstent recentioribus Doctoribus, & contra. 67.d
patres quomodò & quare nullum præter Christū à peccato excipiant. 66.a.b.c
patres quo iudicio sequendi, cùm inter se dissentire videntur. 231.a
Patres quomodo dicantur meruisse Christi incarnationem. 309.b.c
patres quomodò Sanctos inuocarint. 400.b
Partus Mariæ vere opus Spiritus sancti. 235.a
Parturitio Mariæ doloris expers, & gaudij plena. 235.c.236.a
patres quomodò legendi, ſicubi Mariæ dignitatem imminuere videntur. 779.b.c. quę idem cautio adhibenda in legendis & iudicandis patribus. 780.b
Patribus non plus quàm Ecclesiæ tribuendū. 786.b
parisiense decretū de pura conceptione Mariæ. 70.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Passiones & propassiones seu προπαθείαι differũt plurimum. 646.d
Passio Christi quo tempore facta. 506.b
Pascha celebrare suo tempore contemnunt Hæretici. ibid. c
Pastores Bethlehemitici primum Christi natalem celebrarunt. 611.c
Patrum sententiæ quæ puram Mariæ conceptionẽ astruere videantur. 72.c
Patrum testimoniis comprobatur, quòd statim facta fuerit cõceptio, postquàm Angelus à Maria discessit, & illa consensit mysterio. 502.c.d
Paupertas voluntaria in Scripturis fundata. 616.d
Paupertatis Christi nascentis indicia. ibid.
Paupertatem Christi & Mariæ in Bethlehem diligenter considerandа. 609.b
Paupertatem pertimescunt dæmones. 617.b
Pauperes parentes cur Christus elegerit. 47.b.c.609
Paupertatem Christi & Mariæ voluntariam fuisse, non coactam. 616.b
Paula Lætæ filia Deo consecrata antequam nata. 126.d
Paulus cur Virginum pro nubus dictus. in præf. lib. 2.
Paulum non appellare Mariam mulierem per contumeliam. 603.d
Paulini testimonium de templorum veterum ornatu & elegantia. 1060.
Peccatum quid, quotuplex, & eius effectus. 53.a.b
Peccatum Originale & Mortale, quid vtrumque quibus nominibus ac rebus in Scripturis appellẽtur, significentúrque & eorum effectus. ibid.
Peccato tàm Originali quàm Actuali quomodò omnes obnoxij. 54.a.55.a.57.c.66.b.101.b
Peccatum Hæreticis Substantia non Accidẽs. 54. d. 81.a.b
Peccata Caluino æqualia, ita vt venialia & mortalia non distinguantur. 54 d
Peccato omnes teneri præter Christum, nullúmque sine eo viuere. 66.b.101.a.b
Peccatum non est nisi voluntarium. 663.c.d
Peccata an in Sanctis hæreant. 662.b
Peccatum idololatriæ ex duobus pendere. 940.d
Pelagiani Originale peccatum negant. 54.d
pelagianorum præcipui errores. 66.b.c
pelagianorum errorem de sanctificatione infantiũ tuentur Nouatores. 92.b.c
pelagiani melius de Maria, quàm Nouatores iudicant. 103.a
pepuziani & Collyridiani mulieres etiam Sacerdotio honorandas volunt. 97.c.d
peregrinationes adhonorem B. Mariæ à veteribus sæpè susceptæ. 959.d
peregrinationes sacras Ecclesiæ hostes contemnũt, & cur. 1063.d
peregrinationes ad certa loca quando sint laudandæ. 1068.d
peregrinationes ad terram sanctam, ad Apostolorũ limina Romam olim fuisse frequentes. 1069.d
peregrinationum sacrarum hostes in Synodo Gangrensi olim damnati sunt. 1071.b
peregrinantes ad sacra loca iure cum sancto Augustino laudamus. 1080.c
petere in Mariæ nomine quid sit. 988.c
petrus martyr in Moniales iniuriosus. 128.a
petra typus Mariæ. in præf. lib. 4.
Petrus Apostolus probrosè à Brentio exagitatur. 66.d
Petrus damianus quomodò Mariam extollat & venerandam ostendat. 1129.b
Philosophi Ethnici Hæreticorũ Patriarchę. 208.c.d
Philippi Menzelij Doctoris Medici ac Professoris Ingolstadiensis, & P.L. in Deiparam Poemata Post Præfat. 148.d. 208.d. 527. de die natali Christi Seruatoris. 596.d. 597. 787. 883.
Phœnicem nasci sine coitu. 215.b
Philippus Melanchthon. vide Melanchthon.
Pij Quinti lex de conceptione B. mariæ Virg. 55.d
Pius V. ferias Sanctorũ ad pauciores reduxit. 130.c
Platzius aduersus Catholicum Marię cultum impiè debacchatur. 1094.c
Platzius non dissimilis blasphemo contemptori ecclesiæ Goliath. ibid.
Platzio displicet quòd Catholici de Maria legant & cantent: Ipsa conteret caput tuum. 1095.a: sed confutatur. ibid.
Platzius pro absurdo ducit, mariam in morte à Catholicis inuocari. 1095.d. sed confutatur. 1096.a
Platzius indignam prælaris illis epithetis, vt sit Regina, aduocata, vita, dulcedo, &c. Mariam impiè iudicat, sed confutatur. 1096.c
Platzius impius Mariæ hostis ægrè fert Psalterium in Mariæ laudem transformatum. 1097.a
platzium & alios perpetam obstrepere Bonauenturæ & piis Mariæ Psalterium recitantibus. 1097.b
Platzius Angelicam salutationem temerè procacitèque oppugnat. 1099.c
Platzius Rosariũ & Psalterium & Sodalitium Virginis probrosè infectatur, earúmque rerum vsum damnat ob multiplicem ignorantiam. 1099.d
Platzij argumentationes vanas atque ridiculas esse aduersus Angelicam salutationem & cultum Deiparæ Virginis. 1100.d
Platzius qualem Theologiam sequatur. 1101.a
plorare super mortuos bonum est. 768.a
Poetica exempla, quæ fidem de Virgine matre faciunt probabiliorem. 209.c
Polygamiam Hæretici laudant & suadent. 264.a.b
Pomeranus Ieremiæ obtrectat. 89.c. 92.a
Pomeranus ridet Catholicos asserentes Marię sanctificationem in vtero. 89.d
Pomeranus corrumpit Scripturam de sanctificatione Ieremiæ. 90.a.b
porta clausa typus Mariæ. 16. d. 177.c. 192.b.d. 224
potamiena virgo post mortem Basilidi apparet. 1028.d
præcepti primi legis summa quæ sit & sententia. 939.a
præcepto primo qui nam idololatræ contineantur ac damnentur maximè. 939.d
prælatos & Doctores Ecclesiæ quales exemplo Christi esse oporteat. 727.c.d
præsentationem Mariæ quomodo derideant Centuriatores. 121.d. 125.b
præsentationis festum Romani non celebrant. 130.b
præsentationis Mariæ festum non contemnendum, olimque à multis obseruatum fuisse. ibid.
præmia Beatorum diuersa esse. 300.d. 301.a
preces Ecclesiæ omnes ad Deum rectà diriguntur, & per Christum terminantur. 951.d

methodius præclara docet de præstãti Mariæ dignitate. ibidem.
micholitas multos hodie esse. 1062.c
minerua ἀμήτωρ è Iouis cerebro nata quid designet. 209. c
miraculum quale quãtúmque sit Mariam virginem parere. 151.a
Quæ miracula Deus in Maria virgine perpetrarit. 173.b
miracula circa Deiparam consideranda. 431.b
mirabili morte Deus castigauit blasphemum in Mariam Nestorium. 459.c
miraculum Dei eximium agnoscendum in eo quod maria sit Deipara. 477.b
miracula quæ concurrant ad Christi conceptionẽ. 498.d
miracula ad sepulchra Sanctorum facta circa fideles eos inuocantes, Epiphanij seculo. 982.d
Miracula olim facta in S. Martini nomine. 987.d
Miracula Sancti quomodo facere dicantur sine iniuria Dei per illos operantis. 994.b.c 998.b
Miracula fiunt à Deo mediatè & immediatè. ibid.
Miraculorum vsus & fructus. 1001.b
Et quàm perperam de illis iudicent Nouatores. 1001.b
Miracula Sanctorum publicè olim in templa recitabantur. 1001 b
Miracula Sanctorum qui hodie virulentè proscindant, & quos æmulentur. 1004.b
Miracula Deum etiamnum per Sanctos passim operari in ecclesia. ibid.
miracula Virginis in Banatia etiamnum esse frequentia 1021.c
Miraculum Mariæ in Theophilo exhibitum, cui ob Mariæ inuocationem, restituitur syngrapha diabolo tradita. 1015.b
Miracula, aliáque præclara gesta ac virtutes, quomodo Christo Deo, Mariæ, & aliis Sanctis attribuantur. 554.a
Miraculum Mariæ de duobus hominibus Anconæ integrè restitutis. 1021.b
miracula mariæ esse innumera. ibid.
miracula circa Mariomastigas præstita. ibid.d
miracula edi certum est ad Sanctorum imagines. 1042.b.c
miracula varia ad Mariæ imaginem edita. 1043.d
missa quo consilio offeratur in honorem Mariæ. 974.d
Et quomodò in ea petatur Mariæ patrocinium sine iniuria Christi. ibid.
In missa Aethiopum Maria etiam inuocatur. 1150.b
missæ priuatæ Gregorium Magnum Lutherus authorem facit. 1152.d
missæ sacrificium pro defunctis offerendum Aerius negat. 973.b
missam Apostoli celebrarunt, hócque sacrificium Ecclesiæ commendarunt. 973.c
missam an celebrare liceat in honorem & memoriam Sanctorum? 974.b.c
In missa quomodò petatur Mariæ patrocinium sine Christi iniuria. 975. quódque non pro Maria & Sanctis in missa rogemus, sed ob illos gratias Deo agamus, & illorum intercessionem petamus. 976.d
mitatron Hebræis, quid, & quomodo ad Mariæ nomen transferatur. 7.d
molinæus Catholicè mortuus. 223.d
Mons typus mariæ. 19.d. 190.c. 315.d
monachorum & monialium vitia non esse in præiudicium bonorum. 128.d
moniales vitam & exemplũ Mariæ spectare debent. 129.d
monasticam ac Monachos calumniantur Hæretici. 561.
monachorum institutum probatissimum esse in Ecclesia. 561.b
monasticus status quis, quàm præclarus & vnde dicti Monachi. 882.d
monachorum non esse inuentum quod Genes. 3. legatur, ipsa conteret caput tuum. 894.c.d
mors quibus dura & quibus suauis ac optanda. 821.c.d
mors piorum preciosa & fructuosa. 820.
mos erat flores in Ecclesiam deferendi atque spargendi. 1059.
mos asseruandi religiosas fœminas in templis à Iudæis ad Christianos dimanauit. 129.b
mulieres cur Sacerdotes esse non possint. 97.d
mulier amicta Sole typus Mariæ. 104.c
mulieres tribus malis se subiugãt. 149.c. 350.d. 671.a
mulieres cur tot ærumnis obnoxiæ. 148.a
mulieres grauidæ & parientes quàm miserè torqueantur. 148. c
mulierem grauissimè accusat Tertullianus. 149. a. 663.d
mulier fortis Maria. 139. b
mulier circũmdans virum, quid apud Ieremiam. 10.c
mulieris nomen etiam virgines includit. 243.b. 697.c.d
mulier tria sata fermento commiscens typus Marię. 432.d
mulieres grauioribus affectibus quàm viri laborant. 645.d
mulieres cur negotiis & officiis publicis non præficiantur. 647.b
mulieris appellatio in Maria omnium honorificentissima. 697.c. 703. c
mulieris Euangelicæ, quæ exclamauit: Beatus venter, &c. defensio & eius laus. 730.b. & deinceps. 736.b.c. & deinceps.
mulieres ad sacrificandum ineptæ. 972.b
mulieribus adempta facultas publicis officiis & Rei publicæ præsidendi. ibid.d
mulierum conuictum Clericis fugiendum esse Augustinus verbo & exemplo docuit. 280.d
De mulierc̃ularum subintroductoribus quæ Clericis cohabitabant. 281.a
mulieres virgini Matri inprimis deuotæ & excusatione dignæ circa cultum eiusdem virginis. 1062. b.c.
mulieris appellatio mariam illustrat. 735. c.d
mulieres plerunque luctu immodico, morientes amicos prosequuntur, contra exemplum Beatæ Virginis. 737.c.d
mundus duo nomina veneratur Iesu & Mariæ. 906.c.d

N

Nascendi supra naturam tres modos colligi ex sacris Scripturis. 183.d
Narses insignis belli Dux nullum committit præ

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium nisi Mariæ monitis excitatus. 1033. d
Natura temerè vt nouerca accusatur. 58.d
Natiuitatis Mariæ festum cur institutum & celebrādum in Ecclesia. 114.b.115.c.116
Natiuitas Mariæ omnium festiuitatum Christianarum origo. 114.b.c
Natiuitatis Mariæ celebritas eiusdem sanctificationem comprobat. 93 d
Natiuitatis Mariæ festum cur summa cum veneratione inuitis Hæreticis celebrandum. 115.b.c.116.120.d
Natiuitatem Mariæ etiam Angelis attulisse gaudiū. 121.a
Natiuitas & puritia Mariæ miraculis plena. 125.a
Natiuitas Mariæ incidit in mensem, quo Eua creata est. 110.d
Natiuitas Mariæ cum Natiuitate Ioannis in multis conuenit. 111. b
Natiuitas Mariæ plus gaudij, quàm Natiuitas Ioan. attulit. 112.a
Natiuitatis Mariæ festum quantæ sit excellentiæ, quantique fructus. 112.c. 115.
Natiuitatem Mariæ irreuerenter, & indignè reiiciunt Hæretici. 115.d
Natiuitatem Ioannis maioris faciunt Hæretici, quã Mariç. 116.a.117.
Natiuitas Mariæ quarum rerum nos admoneat. 112.c
Natiuitas Mariæ summæ lætitiæ festum. 118.c
Natiuitatis Christi dies Mariæ faustissimus. 605.a
Natiuitas Christi quando contigerit. 601.a. 609.c.611.
Natalis Christi in Ecclesia percelebris. 610.d
Natalem Christi reuerenter habendum, tam Angeli quam Patres omnes prædicant. 611.d
Natiuitatis Christi nox sacrosancta & benedicta. 611.d
Natalitium Christi festum abolere conantur Caluinistæ. 613.b
Natalem Christi non hypocriticè coli à Catholicis, vt fingit Sarcerius. ibid. d
Nepotiani Presbyteri sollicitudo circa templum & altaria. 1058.d
Nescire aliquid quando quis dicatur. 493.d
Nestorianorum dogma. 458. d
Nestoriani noui apud Polonos & Hungaros. 439.b
Nestorij error, eiúsque in eo tegendo fraus. 457.d 465.d
Nestoriani erroris refutatio ex sacra Scriptura. 463.c
Nestorius Deiparam Mariam esse simulatè & in falsum sensum admittit. 44.c
Nestorius refutatur. 464.b.& deinceps.
Nestorius qualis. 458.b. 463.b
Nestorium quid & quis in errorem induxerit. 458.c 463.b
Nestoriani ex Pelagianis nati. 457.d
Nestorius blasphemus in Christum & Mariam. 459.d. 461.c
Nestorius è sola Scriptura vult probari dogmata religionis. 458.d
Nestorius quos habuerit fautores. 461.c
Nestorius excommunicatur & exulat. 459.b
Nestorij lingua blasphema à vermibus corrosa. 459. d
Nestorium in quibusdam Lutherus sequitur. 461.d
Nestorius terra debiscente absorptus. 459.d
Nestorium Beza & Caluinus sequuntur. 462.b
Nestorium Brentiani sequuntur. 462.c. Sacramentarij item, & VVittenbergensium iudicio, Flacciani. ibid.
Nestorius Deiparæ contemptor grauiter punitur. 1021.d
Nestorij scripta exurenda. 1012.b
Nicænæ Synodi patres vna cum Constantino Magno, de Virgine colendà senserunt. 1144.d
Nicæna Synodus secunda Deiparæ cultum approbat & confirmat, sicut quorundam patrum in illa confessiones ostendunt. 1129.b
Nicolai Cusanilaus. 76.b
Nicolaus Cusanus pulchre immaculatam Mariæ conceptionem defendit. 76.b
Nicolaus Hæresiarcha Princeps Apostatarum votã Deo castitatem violantium. 264.c
Nobilitas Mariæ secundum carnem. 33. d. Et quod ea ex vtraque tribu, Iuda & Leui pendeat. 36.b
Sanguinis Nobilitas virtutis decus auget & ornat. 35.d
Nobilitatis fuco abutuntur, qui generis, non virtutis claritatem ponderant. 35.b
Nobilitas Mariæ ad Christi nobilitatem vindicandam pertinet. 36.b
Nobilitatem in Christo duplicem fuisse. 36.c
Nobiles de suis genealogiis ambitiosius contendũt. 33.c
Nobilitati Mariæ detrahunt Hæretici. 36.d
Nobilitas contempta & gloria nobiliorem & sublimiorem hominem reddit. 35.d
Nomina diuersa eidem sæpè tribui. 32.b
Nouatorum plerique peius, quàm Iudæi & Turcæ de Maria mentiuntur. In Præfat. Operis.
Nouitas in religione & Ecclesia suspecta. 70.c
Nouitatis variæ epitheta. ibid.
Nouitatem vocabulorum, lectionúmque vulgariũ maximè vitandam. 71.b.379.d. 382.b
nouatorib. cedendum non esse, qui nimium sibi sumant in mutandis verbis vulgatæ lectionis. 379.d. 383.b
nouatores non solide probant ex Scriptura Baptismum paruulorum & fidem propriam paruulorũ aduersus Anabaptistas. 561. d
nouatores falso immoderatos affectus Mariæ tribuunt. 647.d
nouatorum errores circa Sanctorum apparitiones. 1027.d
nouatores impudenter obtrectare templorum Mariæ fundatoribus. 1049.b
nouatores in plerisque Bernardo credũt, circa Virginis cultum non credunt. 1116.b
nouatores de more patribus abiudicant quod ipsis in patrum Scriptis parum arridet. 1141.b
nouatorum opinio est, animam Christi paruuli sic profecisse, vt non fuerit semper perfecta. 489.d
nouatores Mariæ cultum improbantes grauiter in tres personas diuinas, in Virginem ipsam, in Patres Ecclesiámque totam delinquunt, & in seipsos læuiunt. 1155.d
nouatorũ quanta sit licẽtia & impuritas, præsertim circa coniugiũ. 264.b. exempla memorabilia. Ibid.
Nubes leuis, & in qua vestigium hominis apparet, typus Mariæ. 190.b.193.b

Oblationem

Primogenita cur Deus sibi soli offerri voluerit. 133.c
Primogenita omnia apud Iudæos Deo consecrabãtur. 227.a
Primogenitus in Scripturis quomodo accipiatur. 243.a
Primogenitos offerendi ritus apud Israelitas. 623.d
Principum veterum non solùm inegenos, verùm etiam in Ecclesiam iuuandam, Deique cultum ordinandum munificentia. 1057.c
Principes quid maximè in fundationibus Ecclesiarum spectárint. 1057.d
Principes non minùs religione, quàm viribus & armis certare ac vincere posse. 1121.c
Principum Christianorum posteriorum pietas in Maria veneranda à Constantino Magno eiusque Matre Helena originem duxit. 1112.b
Principũ Bauariæ Alberti Quinti eiusque filij Guilielmi insignis erga Virginem Deiparam pietas. In Epistola Nuncupatoria.
Propositiones generales sæpè cum restrictione accipiendas in Scripturis. 58.a.66.d
Prophetissa apud Esaiam Mariæ typus. 113.c
Prophetas & Patres veteris Testamenti ad Mariam Prophetissam accessisse cum gaudio. ibid.
Pseudochristiani qui dicantur Augustino. 217.d
Pueri in Camino ignis illæsi, typus Christi & Mariæ 173.a
Puerperium Mariæ quale fuerit. 229.b.605.c. 622.a
Puerperæ leges non pertinere ad Mariam. 228.c
Puerperas purificandi ritus. 627.c.d
Puerperium Mariæ cum primis illustre. 622.d
Puerperas à Catholicis non collocari in potestate Satanæ, nec haberi pro obsessis aut excommunicatis, vt nobis affingit Brentius, & Spangenbergius. 644.d
puerperæ Catholicæ quomodò in Ecclesia tractentur. 644.c
Puerperis benedicendi morem Catholicum cur aspernentur Hæretici. 644.d
Vera Ecclesiæ doctrina de statu Puerperarũ 645.a
Pulcheria imperatrix tria templa Deiparæ cõstituit, eaque ornatissima. 1052.a
Pulcheria reliquias. 40. Martyrum cohonestat. 1059.d
Pulchritudo corporis in quibus consistat. 138.d
Purificationis Mariæ, oblationisque Christi festum quæ nobis meditanda proponat. 623.b.c
purificationis festum cur ὑπαπαντὴ vel ὑπαπαντὴ dictum. 639.a.641.b
Purificationis festum vnde originem habeat. 637. c

Q.

QVæstionum Theologicarum ad Christum & Mariam pertinẽtium triplex genus, earumque series ac catalogus. 51.a
Quæstiones Theologicas è solis Scripturis diiudicari, & absolui omninò non posse. 52.c
Quæstio Hæreticorum de Mariæ Euæ peccato impiissima. 664.a.b.668.d
Quinimo vox quid significet, & quomodo accipienda. 736.

R.

RAbbinus Hecados summæ authoritatis apud Iudæos. 17.a.48.c
Rabbini veteres Mariam peccato liberant. 107.b.c
Rabbini Mariæ virginitatem defendunt, & Scripturis comprobant. 195 c.d
Rebecca typus Mariæ. 15.d
Redemptio duplex. 56.c
Redemptor mundi quomodo alius esse potuerit, quàm Christus ex Virgine natus. 424.a
Reginaldus Dominicanus per Mariam in extremo vitæ periculo seruatus, & ab omni æstu libidinis liberatus. 1109.b
Regnum Dei etiam hodie ad gentes transferri. 216.b
Regina cæli apud Hieremiam quomodo accipiatur. 971.b
Religiosos malos non esse in præiudicium bonorũ. 128.b.c
Reliquiæ quadraginta Martyrum à Pulcheria cohonestantur. 1059.c.d
Reliquias sacras Catholici adorant, Hieronymus præsepe Domini, Basilius imagines. 979.d
Respicere quæ dicatur Deus in Scripturis. 586.b
Reuelationes magni faciendæ. 75.b.84.a
Reuelationes Mariæ cœlitus factæ. 105.d.140.a
Rodolphus Agricola puram Mariæ conceptionem defendit. 88.a.b
Rodingus. vide Guilielmus.
Rosariorum & Coronarum vsum cur reprehendant Hæretici. 401.b.402.1099.d. Obiectis eorundem respondetur. Ibidem.
Rosarij quomodo vtiliter cum magno sensu pietatis recitari possint. 403.a
Rosarij quindecim mysteria. ibid.
Rosariorum vetus & approbatus vsus. 403.b
Rosarij & Psalterij quæ sit vtilitas. 1099.d
Rubus ardens incombustus, typus Mariæ. 172.d. 188.a.226.c
Rupertus Tuitiensis suis à Maria precibus impetrat docile ingenium. 1020.a
Rupertus Tuitiensis præclarè de Maria loquitur. 1117.a
S. Rupertus Bauarorum Apostolus Ratis bonæ, & in veteri Oetinga Mariæ templa exstrui curauit. 1050.d.1127.d

S.

SAcerdotium mulieribus interdictum. 97.c
Sacramentariorum error de veritate corporis Christi in Eucharistia refutatur. 453.d.462.a
Sacrilegos hodie esse quamplurimos vim sacris literis adferentes. 684.a
Sacrificium soli Deo offertur. 952.c.d. Et quomodo in honorem Sanctorum sacrificare sit licitum. 974.a
Salomon typus Christi. 63.a.b
Salutandi mos apud Iudæos. 345.a
Saluandi virtus diuinitati Christi tribuenda. 465.a
Salutatio & inuocatio Deiparæ Virginis præsidium est aduersus nocturnos terrores. 1106.c.d
Salutantes in alienum officium irrumpere, vanum esse Caluini phantasma. 392.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Salutantes Deipatam, de illius præsentia certò statuere debent. 393.a.395.a
Ad Salutandam Virginem optandum vt multi aspirent ex professo. 404.a
Samuel Deo oblatus in templo. 122.b.c
Samuel per pythonissam euocatus, vt Regi Saul appareret. 1028.b
Sanctitas Mariæ quomodò auctior facta. 97.c
Sanctificatio Mariæ quomodò, quando, quoties, & ad quid facta. 87.c.95.c.d
Sanctificari & mundari quomodò ea in Scripturis & à Theologis dicantur, quæ sancta & munda sunt, & cur. 90.c.94.95.
Sanctitatis diuersos esse gradus Mariæ competentes. 87.c.96.b.c
Sanctificationis priuilegium cur Ieremiæ peculiarius datum. 91.d
Sanctitatis sanctificationisque nomen aliter Deo, quàm Mariæ conuenire. 87.c.97.c.108.c.d
Sanctũ & sanctificatum quid in Scriptura dicatur. 91.a
Sanctos mirificis prærogatiuis beat Deus. 98.
Non sanctificantur in vterò matris infantes, sed nati egent Sacramento. 92.c
Sanctificare quomodò accipiatur in Scripturis. 90.a
Sanctificarus cur Christus a patre dicatur. 94.d
Sanctificati etiam Angeli dicuntur. 95.c
Sanctorum inuocationem probant vel ipsi etiã Hæretici, eamque variis modis confirmant. 399.b
Sanctos orare pro Ecclesia nostra asserit confessio Saxonica. 415.c
Sanctos quomodò vel non pro nobis orare, nobisque patrocinari asserant Sectarii. 396.b.414.c
In Sanctorum inuocatione damnanda quàm ridiculi sint Hæretici. 396.b
Sanctos in cœlis esse, nostrique memoriam ac curam habere, non dormire vsque ad diem iudicii. 414.a. 415.d
Sanctorum nomina quotidie olim in missa recitari solita. 405.b.c
Sanctos res nostras cognoscere. 415.d
Sanctos multa fecisse admiranda potius, quàm imitandi. 437.c.d
in Sanctorum membris nihil inhonestum. 451.c
Sanctum quomodo Christum vocent Centuriatores. 409.c
Sanctum & sanctitas quid, & quomodo accipiatur. 500.b
Sanctorum ad alios accessum sæpe fuisse felicem ac salutarem. 554.b.c
Sancti quò magis seipsos deiiciunt, eò sunt coram Deo sublimiores. 583.b
Sanctos errare posse concedunt Orthodoxi. 688.b
Sanctorum præsentia corporalis multis sæpe salutaris fuit. 747.c.d
Sanctorum lætitia in Assumptione B.V. exhibita. 848.d
Sancti potentiores sunt in cœlo ad auxiliandum, quã in terris. 935.d
Sancti induerunt viscera misericordiæ. ibid.
Sancti coluntur à Catholicis sine peccato idololatriæ. 940.c
Sanctis vota facere & in eorum memoriam offerre antiquus mos est. 968.d
Sancti quomodò colantur ab Ecclesia. 954.c.d
Sancti quomodo auxiliatores sine Dei iniuria agnosci possint. 996.b
Sanctos rebus humanis libenter interesse. 1029.b.c
Sanctorum & Mariæ cultus à Gregorio non sumit originem, vt Philippus Melanchthon cum suis asseclis somniat. 1111.c
Nulli Sanctorum, sed soli Deo sacerdos offert sacrificium. 953.c.d
Sanctorum feriæ cur institutæ & obseruandæ. 955.b
Sancti quomodo honore afficiendi secundum Damascenum. ibid.
Sanctos etiam peculiariter honorare & inuocare, sicut patronos & intercessores, Ecclesia docet. 954.d
Sanctorum nomina semper in ecclesia sunt ad altare recitata. 955.b
Sanctorum templa sæpe à Christianis olim visitata & qua de causa. ibid.c
Sanctis & amicis suis quantũ honoris Christus tribuat in cœlo. 920.b
De sanctorum statu in cœlo quę fides Ecclesiæ. 937.
Sanctificandi & erigendi templa in Mariæ & Sanctorum memoriam vetus Ecclesiæ mos est. 1047.c
Sanctorum inuocationem ante Gregorium non receptam nec probatam in ecclesia apertum figmentum esse. 1132.d
Sanctorum & Mariæ honos illustrat, non obscurat Christi gloriam. 1151.c.d
Sapientiam tam creatam quam increatam Christo ab initiò perfecte competere. 941.c
Sapientia experimentali tantùm Christũ profecisse. ibidem.
Sara typus Mariæ. 5.b.7.d
Saram Mariæ anteferunt Sectarii. 258.c
Sarcerius cur neget puram conceptionem Mariæ. 80.a
Sarcerius in Mariam contumeliosus. 691.c.d
Sarcerius Basilium Monachorum cœtus primùm instituisse confingit. 1133.b.c
Satan cur & quomodo nescierit de virgineo partu. 155.b.154.c
Satan cur virgines maximè persequatur. 151.c
Satanæ studio virginitatem Mariæ à multis oppugnari. in præf.lib.2.
Scholasticorum sententia & veterum Rabbinorum Maria immunis ab omni peccato actuali fuit. 106.a.b
Scholastici ex Scriptura & Patribus docent plenam & perfectam Christi conceptionem in instanti factam. Et quod Christi caro sine diuinitate concepta non fuerit. 387.c.d
Scala Iacob typus Mariæ. 17.a
Schencxius in Mariam impius. 82.c.d
Scriptura liber Hæreticorum. In Præfat. totius operis.
Scripturis non omnia continent, nec omnia ex iis petenda ac soluenda. 41.b.52.d
Scripturis omnia sua etiam absurdissima ac turpissima tegunt excusantque Hæretici. 254.d.255.c.d 320.321.
Scripturę sensus mysticus ad multa cõfert. 193.e quã uis nõ sufficiat ad dogmatum authoritatem. ibid.

scripturam multas & graues difficultates habere. 255.d
scripturam in multis non esse apertam & perspicuã prodest. 256.a
scripturarum deprauatores etiam tempore Apostolorum fuisse. ibid.
scripturam facere omnium rerum iudicem, Hæreticorum est, ac fons omnium errorum. 256.d
scripturarum non tàm textus, quàm sensus spectandus & vrgendus est. 258.a
In scripturis intelligẽdis quàm facilè sit fallì ac fallere suo exemplo probant Hæretici. 257.a
scriptura sacra quàm malè à Nouatoribus sæpè tractetur. 322.b
scripturæ familiare propositum sermonem ad absentes habere. 680.c
scripturas nihil omninò, ne minimum quidem apicem in se ociosum sine pondere continere. 362.c.d
scriptura communis thesaurus omnibus inseruiens. 391.c
scripturam varios sensus posse admittere. 869.b.c
scripturam simpliciter loqui de Christo & B.V. nihil ipsorum gloriæ detrahit. 904.b
scripturæ exempla de Sanctis post mortem apparẽtibus. 1028.d
scriptores conceptionem Mariæ immaculatã propugnantes. 108.a.b
scripturæ loca vt cõcilientur, opus est distinctione. 922.b
Sebastiani Flaschij Mansfeldensis, è Lutherano Catholici testimonium de summa Lutheranorum libidine. 264.b
sensus & membra omnia quàm sedulò custodiuerit Maria. 138.d
sectariis haud tutum est concedere vt Maria in peccato concepta dicatur. 80.b.81.82.
sectarij ex quo fonte coniugium adeo commendent, ac defendant. 264.d
sectarij hodie multis modis obscurant & deprauãt Mariæ dignitatem & excellentiam. In Præfat. lib.1.
sectarij quàm sint maledici in Patriarchas & Moysen, & in Christi Apostolos contumeliosi. In Præf. Operis.
sectarij maioris faciunt Ioannis Baptistæ, quàm Mariæ festum natalitium. 854.
sepulchro Domini quomodò comparetur Maria. 175.a
sequi Christum, & in Christo manere & credere quid Hæreticis. 360.d.369.d
Seruetо Christi corpus de substantia Dei genitum. 437.b
sibyllę, Mariæ nomen cognouerunt. 8.a.b
sibyllarum ingens apud Ethnicos authoritas. 205.d. 207.b
sibyllarum testimonia pro virginitate & partu Mariæ. 205.d
sibyllas decem easdémque virgines fuisse. ibid.
sibyllarum oracula cur magni facienda. 207.b
sibyllæ Christo & Ecclesiæ apud Ethnicos seruierunt. 207.c
sibyllæ matrem Dei veneratæ. 207.c.351.c
sibylla non multo aliter, quàm Angelus gratulata Mariæ. 351.c
sibyllæ vaticinium de B. Virg. 732.d
signa & miracula Dei habere aliquid excellens, & inusitatum. 200.a
silentium quàm sollicitè coluerit Maria. 137.b
silentium Mariæ virginibus obseruandum. 282.d
simulachra Christo in Ægyptum veniente ruunt. 190.a
Simeon iustus de sensu Esaiæ: Ecce virgo &c. aliquando dubitauit. 202.d.284.d
simeon quomodo iustus & timoratus. 634.d
simeon quomodo se in templo erga Christũ gerat. ibidem.
simeon veteris legis Sacerdos, eiusque laus. 635.b
simeon quomodo in spiritu in templum venisse dicatur. ibidem.
De simeonis iustitia quid sentiant aduersarij. 633.b
simeonem ob veram iustitiam à Luca commendari. ibid.d
simeon quem gladium Mariæ prædixerit. 753.b
simeon insignis amator & prædicator crucis Christi iuxta Lutherum. 759.b
sion typus Mariæ. 188.a
συνείσακτοι mulieres quales. 281.a
smalcaldicæ Synodi articulus impius. 82.a
schmidelinus & VVigandus ad salutandam Mariã mandatum Dei requirunt. 396.c
sodalitates B. Mariæ, aliaque confraternitates ac pios bonorum cœtus laudandos & promouendos esse. 404.d
sodalitium B. Virginis probrosè Platzius insectatur. 1099.b.c
soli Christus comparatus. 451.b
soli Maria comparata. 20.c.21.a.112.a.b.226.b.231.b.603.d
somnus piorum deo vigilantium qualis. 129.d
spiritus sancti testimonium, est consensus patrum, loquentis in illis. 171.c.d
spiritus S. paulatim docet illuminatque ecclesiam. 52.d.67.d
spiritu sancti administratio quę, & qualis. 52.d
spiritum S. cur miserit Deus. ibid.
spiritus S. tàm cęteris Ecclesiæ Doctoribus, quàm Apostolis promissus. 171.c.d
spiritus S. duo miracula in Maria effecit. 224.d
spiritus differenter loquitur in Patribus. 780.b
stationes Hugo Victorinus tres numerat, primamque in templo Virginis haberi solitam asserit. 1072.d
stephani Vngariæ Regis in Deiparam pietas. 1049.c
stephanus Vngariæ rex Christianus factus Mariam impensè veneratur. 1121.c.d Regnũ item, sęque & filium suum Mariæ patrocinio commendare solebat. 1121.d
stephani de Malschot error de vsu Angelicæ salutationis in veteri Ecclesia. 405.b
stellæ Maria comparatur. 7.a.17.a.231.b
sternbergeriani Christum ex coitu Ioseph cum Maria natum impiè mentiuntur. 171.b.c
stella ex Iacob typus Mariæ. 192.a
suuenkfeld ius Christo maternam originem detrahit. 437.b
suidæ locus de Sacerdotio Christi corruptus cautè legendus. 27.c
suidæ error de Mariæ obstetricibus. 228.d
superbia etiam in rectè factis timenda. 588.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuperbia cur Hæreſum mater dicta. ibid.b
Suſannæ Maria comparata. 278.d

T.

TAbernaculũ dei mariam eſſe ac dici. In Præfat. Operis.
Tabernaculum typus Mariæ. 64.c
Ante tabernaculum ſiue templum mulieres quædã Iegis tempore excubabãt,& præ cæteris vacabant pietati. 128.a
ταπείνωσις vocabulum vatiè accipi apud Græcos. 582.b
Templum & thronus Salomonis,typus Mariæ. 21.a b.62.d.63.a 387.d
Templum Argonautarum Mariæ conſecratum. 8 a
Tempus auget ſapientiam. 67.d
Templi Salomonis & Mariæ quantum diſcrimen. 114.d
Templũ pacis,ac palatium & aurea ſtatua à Romulo poſita corruerunt pariente Virgine Maria.203 d
Tempus aduentus Meſſiæ curabbreuiatum. 314.b
Templa licet Deo dedicentur,tamen vtiliter à Maria & Sanctis aliis nomina habent. 1048.b.c
Templa cur Chriſtiana pietas Deiparæ condat & ornet. 1045.d
Templorum inſtitutio quam ſit vetus & probata, modiſque omnibus retinenda. 1046.d
Templa Chriſtianorum variis nominibus appellantur. 1847.d
Templa etiam Mariæ Deo dedicari ſicut & reliqua omnia quæ à Sanctis nomina ſortiuntur. ibid.
Templa Sanctorum veterum teſtimoniis comprobantur 1048.b.c & ibidem exempla præſtantium hominum qui Mariæ templa laudabiliter ſtruxerunt & ornarunt.
Templa quædam Apoſtolis adhuc viuis fuiſſe conſtructa variis exemplis probatur. 1055.b
Templum Mariæ viuenti eſſe poſitũ ſicuti S. Petro, S. Ioan. Euang.& aliis Apoſtolis non eſſe incredibile. 1055.b.c
In templis Sanctorum extruendis & cohoneſtandis quanta veterum cura fuerit. 1058.b.c
Templa qualia deſcribat Theodoretus. ibid.c
Templum Salomonis illuſtre etiam apud Ethnicos 1067. b.c
Templa Chriſtiana templo Iudaico præſtantiora eſſe. ibid.d
Templorum delectum habendum eſſe. 1068.b
Templis peculiaribus ſanctitatem quandam ineſſe, etiam D. Auguſtinus agnoſcit. 1067.c
Templorum in veteri & nouo Teſtamento author & ſanctificator Deus. 1047.c
Templorum Mariæ quæ olim tanquàm celebriora à piis viſitabantur frequentius enumeratio. 1071.d
Templum Matię Maioris in vrbe Romana celeberrimum, & de miraculis in eodem editis. 1072.b
Templa Mariæ multa & præclara Græci, præſertim Conſtantinopolitani,olim habuerunt. 1074.b
Templum Blachernenſe apud Græcos omnium celeberrimum quod & Marcianus Imperator,& Pulcheria Imperatrix die noctéque libenter adibant, in quo etiam S. Stephanus Iunior parẽtibus à Maria donatus eſt. 1075.c
Templum Virginis apud Aquiſgranũ in Germania à Carolo Magno conditum quam celebre olim fuerit. 1076.
Templũ Virginis apud Heluetios quod Mariæ vocant Eremitorium ſiue Einſydlenſe celeberrimum eſſe,& à multis aditi. ibid.c
Templum illuſtre Virginis in Monaſterio Epiſcopatus Mindenſis. 1078.b
Templa inſignia Deiparę in Italia paſſim reperiri. Vide etiam Lauretum. ibidem.c.d
Templa Mariæ quænam Hiſpanis ſint in precio maximè habita & honorata. 1079.c
Templa eximia Deiparæ in omnibus ferè Catholicis Prouinciis à multis honorati. 1079.d
Templa B Virgini S. Burchkhardus Herbipolenſis Epiſcopus, S. Gertrudis, Pleãtrudis Pipini Regis coniux, Sigebertus Archiepiſcopus Moguntinus, Otio Bimbergenſis Antiſtes & Pomeranię Apoſtolus,& Clodoueus Francorũ Rex.cõdunt. 1128.b
Templa ſæpè & cùm fructu Chriſtianis adeunda. 884.b
Templa ſacráſque ædes calumniatur ac reiicit Franciſcus Lambertus. 685.b
Templorum origo & vſus cum Apoſtolis incœpit. ibid.d
Terra benedicta Maria. 64.b.73.c.d
Terra ſitiens è qua virgultum naſcitur typus Mariæ. 189.c.d
Tertullianus & Cyprianus quam reuerenter de Maria loquantur. 1150.d
Teſtamentũ nouũ ad Chriſtũ maximè pertinet.62.a
Teſtamenti veteris typi ad quid conferant. ibid.
Teſtimonia Patrum de Mariæ apparitionibus. 1031. b.1105.b.& ſequent. 1107.b.1116.b.c
Teſtimonia veterum de Aſſumptione B. Virg. 850.c
Teſtimonia quorũdam Patrum de B. Virg. præſtantia. 1104.d.1107.b.1116,d.890.b.c. & ſequent.
Thalmuth Hebræorum liber plenus fabulis. 183.c
Theodoſij Magni Imperatoris humilitas & deuotio erga Sanctos,eorumque reliquias. 1011.c.d
Theologi poſteriores prioribus doctiores. 67.d
Theologi puram Mariæ conceptionem defendẽtes qui. 108.a.b
Theologia ethnicorum quos fontes habeat 208.b
Theodotion & Aquila Ebionitarum Duces Scripturas peruertunt. 197.b
Theodorus Heraclij Imperatoris frater victoriam pei Mariam à barbaris reportat. 1020.d
Thelenſe Concilium conuincit Caluinianos erroris de puro Mariæ partu. 232.c
Theologia Nouatorum qualis. 369.d
Θεοτόκος nomẽ contra Neſtorianos defenſum.466. d.450.b
Θ οτόκος quomodò Maria dicatur & cẽſeatur.468.b
θεοτόκο, & χριστοτόκος quomodò differãt,467.c.d
Θεοτόκο. nomen antiquum. 450.d
Theodoſij Epiſcopi ad Eccleſiã redeuntis confeſſio 1127.d
Theodo Bauariç Princeps vna cũ familia anno 580. Chriſtianus factus, multa cum S. Ruperto per omnem Bauariam templa Deiparæ conſtruxit.1128.b
S. Thomę Aquinatis pietas ac reuerentia erga Sacramentum Euchariſtiæ. 456.c
Thomas Aquinas inconſtantiæ arguitur. 61.b
Thomas Aquinas & Caietanus affirmant Mariæ cõceptionem non præiudicaſſe Chriſti conceptioni. 58.d.59.a.61.a.b
S. Thomam Apoſtolum cur Deus dubitare permiſerit in fide. 171.b

S. Thomas Apoſt. quantus fuerit in ſtudio cultúque caſtitatis. 267.c
Thomæ Hungari hæreſis de animabus dormientibus. 414.b
thronus Dauid per Chriſtum Pontificibus & Regibus traditus. 40.a
Thronus Salomonis typus Mariæ. 21.a.62 d
Tyberij Cæſaris Præfectus in Mariam blaſphemo fauens, ab eadem corripitur. 1024
Titianus Pictor apud Venetos celeberrimus. 145.b
traditiones plus virium habere ad Hæreticos conuincendos, quàm Scripturam. 320.d
traditionibus vel inuiti nonnunquam ſeſe tuentur Hæretici. 320.b 322.d
tribuum commiſtionem apud Iudæos liciram fuiſſe,non hæreditatum. 37.c.d
Ex tribu vtraque Iuda & Leui Mariæ nobilitas pẽdet. 36.c
Cum Tribu quauis Iſraelitas aliquando Matrimonium contrahere potuiſſe. 38.b
De Tribu Iuda licet Dauid ortus, vxorem de tribu Beniamin habuit. 38. c
Tridentinum Concilium quid de Mariæ Conceptione ſtatuerit. 55.d. 83.d
Trident. Concil. innocentiam Mariæ aſſerit, nec eam aliis æquari. 83.b
Trinitas tota cum Maria eſt, ac manet peculiariter. 361. b
Trinitatis ſecunda tantum perſona à Virgine concepta ac progenita. 446.b
Trinitatis myſterium Maria cum ab Angelo ſalutaretur agnouit. 547.c
Turcæ hoſtes omnium maxima Chriſtianorum. 472.b
Turris Dauid typus Mariæ. 83.a
Turcas ex ſuo Alcorano plus tribuere puritati Mariæ, quàm Nouatores. 107.c
Turturi comparantur Maria, & Ioannes Baptiſta. 288.a.b
Turtur auis pudiciſſima. ibid.
Typi Mariæ varij. Vide Maria.

V

VAlentini Gentilis error de corpore humano Chriſti. 437.b
Vellus Gedeonis typus Mariæ. 17.a.74.c. 104.b. 188.b.d
Vdo Magdeburgenſis per Mariam obtinet ſcientiæ donum & eius monitis reſiſtens ſeuerè punitur. 1020.b
Ventrem ſequitur partus. 29.a
Ventres qui apud Paulum dicantur. 79.d
Veneratione & imitationem Sanctorum à Patribus apertè diſtingui. 408.d
Verbum diuinum quo temporis puncto ſit caro factum. 345. d
Verbum Dei non ſolum audiendum. 738.c
Verbũ Dei audiendum & cuſtodiendum cur Chriſtus dicat. 737.d
Verbũ Dei audire & cuſtodire Hereticis quid. 738.b
Verbum Dei audire etiam cum fide aliud eſt, aliud facere verbum Dei. ibid.d
Verbũ Dei quomodò iuſtificet ac beet hominẽ. ibid
Verborum quæ Simeõ Mariæ dixit ſententia. 71.d
Vergerius inſectator impius Ædis Lauretanæ cum Illyrico. 1091.b
Veſtitus deauratus Mariç. 853.d
Veterum ſtudium in exequiis celebrandis. 831.d
Veterum ritus & obſeruationes Eccleſiæ mordicus tenendæ. 867.c.d
Veteres quomodo & qua mente Mariæ, Epitheta Dei attribuerunt. 916.d
Veterum pietas circa ſalutationem Angelicã 959.b
Veteres quàm ſolenni apparatu vſi ſint circa reliquias Ioannis Chriſoſtomi. 1060. c.d
Veteres ad quæ loca Religionis cauſa fuerint olim peregrinati. 170.b
Veteres multum tribuerunt orationi Sanctorum, eámque ſibi poſtularunt. 1117.b. 1148.b
Veterum Doctorum teſtimonia qui ante Gregorij, & Mauritij ſeculum vſque ad Conſtantinum Magnum,& à Conſtantino vſque ad Apoſtolica tempora de Mariælaude cultúque ſcripſerunt. 1133.c
Vigilantio & Eunomio Sancti non poſſunt è ſuis ſepulchris vbique adeſſe. 416. b
Virginum genus magis probandum. 306.a
Virginitatem perpetuam Mariæ neceſſariò vt articulum fidei retinendam ac prædicandam,etiam ſine Scripturarum teſtimonio, & vbi eccleſia hoc definiuerit. 313.b.c.318. 319. 325
Virginitatem Chriſtus conſecrauit. 451.c
Virginibus publicæ ſalutis palma data. 2. b
virga Ieſſe typus Mariæ. 29.b.64.a
virgines apud Iudæos Deo conſecrari ſolitæ, eſque in templo deſeruire. 125.d. 126.a.131.b.c
Virginum officia,earúmque educandarum præcepta. 134.b
virgines & viduæ vniuiræ olim è publico alebãtur, vt rectius vacarent religioni. 129.c
Virginum potior,quàm cõiugum conditio. 150.b.c
virgines & viduę olim ad oſtium tabernaculi excubare ſolitæ, & vacare pietati. 127.b
virgines tabernaculi apud Iudæos cuſtodes cum no ſtris monialibus confert Petrus Martyr. 128.a
virgines & viduæ Deo cõſecratæ apud Iudæos propè templum habitabant. 127.a
virginum diuerſa genera. in præf. lib.2
virgines Euangelicæ. ibid
virginitas à Paulo ſummè laudata. ibid.
virgines mũdi, Synagogæ,& Eccleſiæ diuerſas eſſe. ibid.
virgines eccleſiæ duplices. ibid.
virginitatis vorũ prima omnium emiſit Maria. 138
virginitatem Mariæ quotidianam cum Ioſepho cõſuetudo facit admirabiliorem. 150.c
virginem manere & parere miraculorum omnium eſt maximum. 151.a.b
virginitas Mariæ probatur. 165.d.168.d
virginitatẽ Mariæ cur cõueneriẽlatere Satanã. 154.a
virginitas Mariæ quid nos doceat. 163.a
virginem cur Deus in matrem elegerit. 163.b
virginitatem Mariæ ſemper Sata oppugnauit. 180.d
virginitas Mariæ diligenter conſideranda & vehementer ſuſpicienda. 151.c.156.c.d
virginitate Mariæ Chriſti maieſtatem & vtramque naturam valdè illuſtrari. 160.b
virginitas Mariæ Chriſtum mediatorem declarat. 161.a
virginale inſtitutum Chriſtus commendat ex virgine Matris. 162.b.c
virginem parere potuiſſe probatur. 187.b.c
virgines omnes antecellit Maria. 208.
virginitatem Mariæ probant Sibyllarum carmina, fabulæ Poetarũ,& ipſi Rabbini. 195.c.d. 209.c.d
Virgilij carmina in Eclogis,non ad aliam, quàm ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deiparam referenda. 207.d.208.a
Virga Aaronis typus Mariæ. 186.c.187.b.226.c
Virginitatem Mariæ declarant Scripturarum, creaturarúmque miracula,& Patrũ teſtimonia.171.c.d &deinc.177. & deinc. 212.& deinc. 226. 227. & deinc.
Virginem parere Mahometanis nõ eſt miraculum. 214.
Virgilij laus. 207.d
Virginitas Mariæ admiranda. 176.c
Virginitas Mariæ in partu potius creuit, quàm decreuit. 230.d
Virgo cùm peperetit,prouerbium Ethnicis celebratum pro euentu rei impoſsibili. 203.d
Virginitas Mariæ in partu defenditur. 217.218.219.224.225.231.b.& deinc.
Virginitas Mariæ in partu à quibus negetur & impugnetur. 218.219.221.224.
Virginitatem & cœlibatum non eſſe Chriſtianis impoſsibilem. 265.266
Virginitas ſingulare donum in Eccleſia. 265.d
Virginitatis viam nobis aperuerunt Chriſtus & Maria.259.c.261.a.262.a.b
Virginitatẽ multis modis cõmendat Chriſtus.262.b
Virginitas propria Chriſtianorum poſſeſſio. 266.b
Virginitatis cœlibatúsque hoſtes acerrimi Iouinianiſtæ, Heluidiani, Gnoſtici, Ebionitæ, Anabaptiſtæ, Antidicomarianitæ, Lamperiani.219.b.223.a 237.238.254.c.d.263.264.266.c.268.285.a.
Virginitatis author Chriſtus, & quomodò eã lege præſcripſiſſe dicatur. 260.a
Virgo quæ dicatur Hieronymo. 257.d
Virginitatis propoſitum non defuiſſe Mariæ cum deſponſaretur Ioſepho. 254.a.b
Virginum eſt etiam tuta pertimeſcere. 283,284.
Virgines Lunæ comparantur. 303.b
Virginitatis ſtatus dignior coniugali. 303.c
Virgines quomodò Paulus coniugibus anteponat. ibid.
Virgines eò glorioſiores, quò pugnam carnis ſuperarint difficiliorem.in præf.lib.3. 302.a.b
Virginibus quæ præmia promittantur. 302.a.b
Virgines poſt conſecrationem nubentes adulteræ & incæſtæ. 292.a
Virginum ſacrarum ingens olim multitudo. 291.a
Virgines olim ritu ſolenni velabantur. 291.b
Virginũ ſacrarũ corruptores ſeuerè puniendi. 292.a
Virginitatis ſeruandæ deſiderium non veteri, ſed nouo Teſtamento conuenit. 288.c
Virginum eſt cœleſtem Mariæ gloriam ſedulo meditari,& ad eandem adſpirare. 305.d. 306.a
Virgines ſacratæ, quibus epithetis nominibúsque decorentur. 290.d
Virginalem caſtitatem piorum coniugum in ipſo matrimonio ſeruantium exempla. 250.a
S. Vdalricus Auguſtanus Epiſcopus Auguſtæ vindelicorum B. Mariæ ædem ornauit. 1049.d
Virtutes Mariæ inprimis notandæ. 147.b.313.a.b
Viſitationem Mariæ publico feſto celebrandã ſtatuit Concilium Baſileenſe,& quare. 558.b
Viſitationis Mariæ feſto mirifica gaudia nobis ob oculos proponi. ibid.d
Viſitationẽ ſuæ cognatæ cur,quando,quanta cũ charitate,quantúmque per iter inſtituerit Maria.552.b
Viſitatio Mariæ magni fructus, & exultationis, atque virtutis. 553.c
Vngarorum veterum ingens pietas erga Domini Matrem. 1023.b
Cum Vngaris infeliciter ági poſt mutatam Religionem,cum in familia Mariæ eſſe deſinunt. ibid.
Vitiorum omnium fons originale peccatum. 53.c
Vita Mariæ Angelica & cœleſtis. 106.d. 137.c vide, Mariæ forma,&c.
Vita Mariæ tota multis doloribus obnoxia, ſicut & Chriſti fuit. 759.c.d
Vnguenta myſticè in Script. quid ſignificent.375.b
Vnio inter Mariam & Chriſtum quanta. 361.d
Vocabulorum vſum, & pronunciationem antiquitus receptam & tritam non eſſe innouandam. 2.d. vide Nouitas.
Voces& formulas religionis proprias mordicus eſſe retinendas. 477.d
Voluntatem Dei facere veram nobilitatem & cum Chriſto coniunctionem adfert. 721.
Votum virginitatis tàm verbis & ore, quàm corde habuiſſe Mariam. 253.a.b.286.a.b.288.289.292.d. 293.a.306.a.b.307.308.
Voti virginitatis Deo à coniugibus promiſſæ formula. 251.d
Votorum religio accuratè præſtanda. 295.b
Votum virginitatis Mariam habuiſſe, quinam negent. 283.b.284.
Vota caſtitatis & paupertatis etiam Apoſtolorum tempore in Eccleſia viguiſſe. 293.d
Votum caſtitatis violans peior adultero, & fure ſacrilego. 292.a.294.c
votum virginitatis quomodò confirmet Maria,qua formula vſa ſit,& quando. 286.a.b.288. 292.d.293.a.306.a.b.307.308.
vouendi vſum etiam Apoſtolorum tẽporibus fuiſſe. 295.a
vrna aurea typus Mariæ: 111.b
vultures ſine coitu procreant. 213.d
vuluæ apertio quid in Script. ſignificet. 227.b
vvaldenſes perpetuam Mariæ virginitatem defendunt tanquàm articulum fidei. 323.b
vvaldenſes ſacrarum imaginum hoſtes multos hodie diſcipulos tenent. 1035.b
vvigandus non ſine piaculo & ſuperſtitione ſalutationem Angelicam recitari à nobis impiè aſſerit. 396.c.398.c
vxores inter ſe mercium inſtar cambiendo commutant Hæretici. 264.b
Viui viuos etiam in Scripturis adorant. 979.d

X

χάρις. 349.b. vide, Auc.
Xiſtus Quartus quid de Conceptione Mariæ ſtatuerit. 56.b.69.b

Z

Zacharias Incarnationis myſterium ſpiritu Prophetico cognouit. 226.a.b
Zacharias in fide imbecillis. 536.b
Zvvinglius, Pellicanus, & Bucerus quàm impurè doceant de Mariæ virginitate. 263.b.c
Zvvinglius quomodò perpetuam Mariæ virginitatem ex Scripturis probare nitatur. 122.a

Indicis rerum præcipuarum Finis.

HYMNVS AD DEIPARAM VIRGINEM.

VIRGO vetuſtis edita regibus,
Regina cœli, diua potens ſoli,
Marísque ſidus æſtuoſi,
Alma parens hominis Deíque,
Vox ecqua dignas pro meritis tibi
Tot atque tantis ſoluere gratias,
Quæ debitas tibi decenter
Lingua queat memorare laudes?
Tu ſola Virgo & Mater es inclyta,
Deiparénsque & filia:tu decus,
Lumen,iubar, ſalus, & vna
Spes generis columénque noſtri.
Primæua mater dum faciles nimis
Aures doloſis vocibus improbi
Præbet Draconis, vniuerſam
Exitio ſobolem peremit.
Tu diua ſæui faucibus eripis
Serpentis Euæ progeniem,ſacro
Dum ſpiritu grauis,ſalutis
Artificem paris atque mundi.
Dignum Tonantis tu domicilium,
Templúmque ſancti nobile flaminis,
Signatus ille fons,& hortus,
Fatidico celebratus ore.
Tu magna ſummi ianua Numinis
Monſtrata vati,peruia nemini:
Radicis expers tu,ſed almo
Flore nitens,ſacra Virgo, virga.
Arente viſum tu Gedeonicum
Madere quondam vellus in area:
Amicta tu Virgo micanti
Sole,premens pedibúsque Lunam.
Flammis & ardens innocuis rubus,
Spectante longè legifero duce:
Heſtérque tu vultu decoro
Aſſuero ſpecioſa Regi?
Quando venuſto de grege virginum,
Sceptris ſuperbis,& diademate,
Ac regiis dignata tædis,
Sola tuum genus omne ſeruas.
Sic experitur nunc quoque proximam
Regi ſuperno,turba fidelium,
Deóque ab vno te ſecundam
Thuricremis veneratur aris.
Ad te malignis confugit hoſtibus
Vexatæ duris fracta laboribus,
Frementis & mundi procellis
Obruta,præcipitésque caſus.
Tot paſſa, vitæ tótque pericula,
Te clamat, vnam nomine te vocat.
Ades vocata,nec clientes
Muneribus vacuos remittis.
Hos inter, & nos Diua reponito,
Fortíque ſemper protege dextera
Sub Filij hanc tui cateruam
Nomine militiam profeſſam.
Pias tuorum reſpice lachrymas
Benigna Virgo, votáque ſupplicum
Audi precésque,ô Chriſtiane
Gloria præſidiúmque gentis.
Conuellat omnes hæc,agè,machinas
Furentis hoſtis,frangat & impetus,
Eludat & minas inanes,
Ac rabidos,duce te, furores.
Inſtructa ſacri robore ſtipitis,
Tui notati ſanguine pignoris,
Proſternat hoſtiles phalanges,
Fœminea domitas bipenni.
Exterminatis denique peſtibus,
Pulſíſque cunctis ex animo malis,
Virtutibus ditet,boniſque
Æthereis ſtudioſa pectus.
Mentem ſerenam ſedula poſtulet,
Atque à moleſtis corporis auocet
Curis, & altiùs feratur
Vſque,domos penetrans Olympi.
Vitam probatis moribus excolat,
Et Chriſtianis artibus inſtruat:
Opes, voluptates, honores,
Delicias generoſa temnat.
Sed nec minaces, te duce & auſpice,
Vultus tyranni, nec fera verbera,
Nec horridas cruces, nec enſes,
Barbaricos metuat nec ignes.
Perfuncta vitæ denique munere,
Vinclis ſoluta & corporis, aduolet
Iſtuc, vbi laudes canamus
Virgo tuas meliore plectro.

LAVS DEO, VIRGINIQVE MATRI.

Universidad de Deusto
Biblioteca



PARISIIS,

Cudebat, Typisque mandabat Ioannes
Charron Typographus, impensis
Nicolai Niuellij Bibliopo-
læ, Anno Domini
M.D. lxxxiiii.

Calend. Augusti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lib. de hæresibus, ad Quodvultdeum, hæres. 84.

mianum & Heluidium, infami Herostrato non dissimiles dixerim, qui quùm obscurus ac inglorius viueret, vt nominis claritatem & memoriã immortalem sibi compararet, pessimo apud suos facinore templum Dianæ celeberrimum igne succendere nõ dubitauit. Sic enim & illi cupiditate gloriæ inflammati, vt vulgo celebriores haberentur magistri, nouum & funestum excitarunt incendium, quo si possent, sacratissimæ Mariæ templo cladem & iniuriam non vulgarem inferrent.

Iouinianus & Heluidius Herostrato non dissimiles.

At ô miseram & verè deplorandam hanc nostrã ætatem, qua superiorum Hæreticorum errores, ac multis iam seculis extinctos cineres denuò in flammam summa cum populi Christiani offensione atque pernicie cernimus excitari. Etenim haud ita pridem exortus est Lucas Sternbergerus, hæresum nefariarum patronus, nec vulgare organum Satanæ in illo certè loquentis, imò & putidissimè mentiẽtis, Christum non Dei, sed Ioseph patris & Mariæ matris esse filium: quin & eundem Iosephum ex Maria coniuge duos aut tres filios aliquando sustulisse. En tibi portentum in extremas insulas deportandum, vt tàm blasphemum hominem ac sacrilegum Doctorem non videat, non audiat, non sentiat orbis Christianus. Tum in Polonia & Hungaria nõ desunt homines fanatici, quibus libeat aduersus hanc Virginem illibatam blasphemas & pestilentes iactare voces, perinde ac si illã Iosephi commerciũ admiserit, ac operi coniugali vacarit. Præter hos, reperire licet quosdam, vt sic dicam, Iouinianizantes, & sicut Tertullianus loquitur, super Mariæ veterum disceptantes, à quorum rabiosis morsibus inuiolatam Marię virginitatem postea vindicabimus. Fingunt porrò Centuriatores, qui Martino Bucero & Petro Martyri astipulantur, Mariam quùm in Dei Matrem eligeretur, corpore magis quàm affectu Virginem extitisse, quandoquidem communẽ aliarum apud Iudæos nubentium morem sequeretur, cum quibus & ipsa desponsata liberis operam dare cogitarit atque proposuerit. Ad hæc omnes fere Nouatores in eo conspirant, vt Mariam ex voto fuisse Virginem inficias eant: Patrúmque sententiã, quod suam Deo virginitatem nuncuparit, ferre minimè possint. Demùm eodem candore nobis aliisque piis obtrectant & exprobrant, quod Mariã virginitatis magistram & principẽ prædicemus: quódque tantæ Virginis exemplum siue viris, siue fœminis ad sacrum cœlibatum & virginitatis institutum amplectendum seruandúmque proponamus & cõmendemus.

Qui hoc seculo Mariæ virginitatem impugnent. Fœdi errores Lucæ Sternbergeri.

Mariam Virginem à multis negari apud Polonos & Hungaros. Iouiniani veteris, discipulatus nouus.

Negãthodie Mariam ex voto Virginẽ, & virginum exẽplar esse.

Nihil verò istos Mariomastigas magis præterquàm iudicium carnis offendit, quo impediti fideique simplicitate vacui, perspicere nõ possunt, quæ quantáque sit vis præclari articuli in Apostolico Symbolo traditi, quem Christiani homines seculis omnibus de Christo profitentur, quod idẽ de Spiritu sancto conceptus, & è Maria Virgine natus, nostrum egerit Redemptorem. Etenim si de Mariæ virginitate nihil præterea scriptum extaret, hic solus articulus fœda, quæ diximus, monstra, non modicè verberaret, nosque ad confirmandam Deiparæ virginitatem merito impelleret vehementer. Fuere iam olim impurissimi homines Apollinaris, Valentinus, Macedonius, Dioscorus, qui cum in pestilentiæ cathedra sederent, hunc ipsum articulum per summam impudentiam oppugnare, aut potius reiicere non dubitarunt, ac propterea de Virgine Matre pessime quoque iudicarunt. Deinde quum annus à Christo nato M. CCC. & nonus numeraretur, quidam VValtherus Loldardus nouæ Sectæ princeps extitit, ac inter multos fœdos errores, Mariam mansisse Virginem pernegauit. His impij Anabaptistæ, vt libro sequenti demonstrabimus, aliique hoc æuo plures sese aggregant, qui in eandem Virginem dentes veluti Theoninos infingunt, quandoquidem vim & fructum dicti articuli nesciunt, parúmque secum expendunt & ponderant, quàm sit mirabilis Deus in Maria Dei filium concipiente. Concipit illa præter naturam salua integritate, quam & pariendo non minuit. Concipit supra naturam fœmineæ fragilitatis, adeóque primitiuæ conditionis, quam Eua si vixisset innocens, in Paradiso tenuisset, nunquam eò felicitatis peruentura, vt Virgo simul & Mater existeret, filiúmque conciperet de Spiritu sancto inuiolata. Quod vt paulò rectiùs intelligatur, habent sanè suos etiam conceptus alij, quamlibet iusti & sancti de parentibus nati filij, omnésque carnis suæ substantiam ex Patris & Matris substantia per transfusionem immúdi seminis mutuantur. Cæterum quod neque Prophetis, neque Apostolis, nec electis quamlibet eximia gratia præditis contigit, Christo Sanctorum capiti vnicè datum est, Matrem vt habeat ab omni viri congressu, carnisque voluptate remotam, quæ pura è suo sanguine substantiam Filio suo suppediteret, sicut libro sequenti disseremus, vtque rursus pura purum purè procreet. De quo mysterio, quod Angelus sub ipsum Christi conceptum Matri exposuerat, grauis author Hugo Victorinus tradit sequentia: Spiritus sanctus Virgini superuenit, vt per eius operationem caro Christi de carne Virginis formaretur: & virtus altissimi obumbrauit ei, ne substantiam carnis ministrans, carnali concupiscentia vreretur. Concepit Maria ergo de Spiritu sancto, non quòd de substantia Spiritus sancti semen partus acceperit, sed quia per amorem & operationem Spiritus sancti, ex carne Virginis diuino partui natura substantiam ministrauit. Nam quia in corde eius amor Spiritus sancti singulariter ardebat, ideò in carne eius virtus Spiritus sancti mirabilia faciebat.] Hæc nos obiter ad fidei articulum quem diximus, illustrandum & confirmandum, sicut illum Patres perpetuò intellexerunt: vnde præterea Deiparæ virginitas maximè commendatur. Neque solùm ad Mariæ, sed etiam ad Christi grauissimam iniuriam spectat, si quis vel latum vnguem, vt dicunt, ab huius Symboli pulchertima parte discedat. Si enim Christus de Virgine conceptus & natus non est, aliorum certè hominum more non tantùm in similitudinem carnis peccati, vt Paulus loquitur, sed cum peccato, & in peccato conceptus atque natus, iuxta legem ordinariam esse dicitur. Quomodò igitur [a] Agnus ille Dei absque macula, & [b] sanctus, innocens, impollutus & à peccatoribus segregatus Pontifex salutabitur? Si eandem cum iræ filiis originem trahit, quo pacto peccati næuo caruit, [c] séque immaculatum per Spiritum sanctum obtulit Deo, vt pro delictis mortalium expiãdis & exhauriendis satisfaceret, vnáque oblatione cõsummaret in sempiternum sanctificatos? Quare in Christum sunt

Notandus inprimis Symboli articulus ad Mariæ virginitatem firmiter statuendam.

Qui negarint olim articulũ de Christi ex Virgine incarnatione.

Lib. de carne Christi.

Centuriatores aliique Nouatores multi detrahunt Mariæ virginitatem.

Christus è Maria sine peccato conceptus.

sunt planè contumelioſi, & ſummum Dei beneficiũ abolere conantur, qui negant humanam eius naturam aſſumptam de Virgine: naturam, inquã, ab omni peccati nexu planè liberam, nõ qualis de vtroq; ſexu naſcitur per concupiſcentiam carnis cum obligatione delicti, cuius reatus per regenerationem diluitur, ſed qualẽ de Virgine naſci oportebat, quẽ fides matris, non libido conceperat. Non illic interfuit carnis concupiſcentia, per quam ſeminantur & concipiuntur cæteri, qui trahunt originale peccatum: ſed ea penitus remotiſſima, credendo, non concumbendo ſancta eſt fœcundata virginitas, vt illud quod naſcebatur ex propagine primi hominis tantummodò generis, non etiam criminis originẽ duceret, quemadmodũ ſcitè tradidit [a] Auguſtinus. Vnde [b] Fulgentius etiam præclarè concludit: Hoc habuit Dei hominisque mirabilis quidem, ſed verus ille ſecundum carnem conceptus & partus, quo Deum cæli Virgo ineffabiliter concepit, & peperit, & Virgo genitrix inuiolata permanſit, illa ſcilicet gratia plena, & beata in mulieribus veraciter abangelo nuncupata, quòd gratiæ præuenienris ope atq; opere, Spiritu ſancto ſuperueniente in ſe, & virtute altiſſimi obumbrante ſibi, Deum Dei filium cõceptura, viri coitum nec pertulit omninò, nec voluit, ſed virginitatem retinens & mentis & corporis, ab eo quem conceptura & paritura fuerat, donum incorruptæ fœcunditatis, & fœcundæ integritatis accepit. Ita Deum verbum ſecũdum quod caro factũ eſt, Virgo ſancta concepit, Angelorum hominúmque factorem, eundémque nihilominus Virgo peperit hominum Redemptorem.]

Maria post & ſupra naturam peperit.

Nullis peccatis quam Christus coinquinata Maria, quòd ſola ex omnibus nata ſine originali peccato.

a In Enchirid. cap. 34. & lib. 13. ca. 18. & De incarnatione & gratia Christi, cap. 6.

Quomodo Maria Christũ cõceperit.

Veteres fidei confeſſiones in Conciliis editæ, virginitatẽ Mariæ patrocinantur. Sentẽtia Concilii Toletani. Maria Virgo ad nouo ordine peperiſſe.

IAM verò præter Symbolum Apoſtolorum extant & aliæ fidei confeſſiones, quæ communi Eccleſiæ nomine conſcriptæ, editæ atque probatæ in concilio Conſtantinopolitano, Epheſino, Toletano Primo & Quarto traduntur, in quibus omnibus Mater Domini Maria Virgo diſertè pronunciatur. Confirmant enim Euangelicam veritatẽ, quæ ſemper fidelibus tradita fuit, & ſonare perpetuò debet in Eccleſia, Chriſtum Dominum non modò conceptum Spiritus ſancti virtute, ſed etiã ex Maria Virgine certo certius natum & in lucem editum eſſe. Tùm in Synodo Toletana XI. declaratũ legimus, ſolam filij perſonam, hominem verum ſine peccato de ſancta & immaculata Maria Virgine aſſumpſiſſe, de qua nouo ordine, nouáque natiuitate ſit genitus. Nouo quidem ordine, quia inuiſibilis diuinitate, viſibilis monſtratur in carne: noua verò natiuitate, quòd intacta virginitas & virilem coitum neſciuerit, & per Spiritum ſanctũ fœcundata, carnis materiam monſtrauerit: qui partus Virginis nec ratione colligatur, nec exemplo monſtretur. Si enim ratione colligeretur, non foret mirabile, ſi autem exemplo confirmaretur, non eſſet hoc myſterium ſingulare. Præterea non modò Theologorum, ſed omnium etiam Orthodoxorum mos eſt receptiſſimus, vt quoties de Matre Domini mentio incidit, eam aut ſimpliciter Virginem, aut beatam vel benedictam, perpetuámue Virginem nominet, ſicut illã vbique gentium, ac in omni propemodum lingua audias compellari. Tantum abeſt, vt aut veteri, aut nouæ impietati, per quam Mariæ virginitas in dubium reuocatur, locum vllum concedere debeant, qui Chriſtianæ profeſſionis titulũ ſibi modò ſaluũ eſſe volunt. Hi enim cum Epiphanio cõſtanter habent dicere: Vnde iſthæc malignitas? vnde tanta audacia? ipſum nomen non teſtimonium præbet, non tibi perſuadet ô contentioſe? Quis vnquam, aut quo ſeculo auſus eſt proferre nomẽ ſanctæ Mariæ, & interrogatus non ſtatim intulit Virginis vocem? Ex ipſis enim nominibus, epithetis, etiam virtutis ſigna elucent.] Ac paucis interiectis: Nõ relinquetur & ſanctæ Mariæ vox Virgo, & non mutabitur: impolluta enim permanſit ſancta. Quomodo igitur audent impetere impollutam Virginem, & quæ digna facta eſt habitaculum fieri filij Dei, & ab hoc electa eſt ex multis millibus Iſrael?] Eodẽ zelo, parique vehementia in aduerſarios vtitur Ambroſius, ac nos eriam vti docet, vt ita reſpõdeamus: Si doctrinis nõ creditur Sacerdotum, credatur oraculis Chriſti, credatur monitis Angelorum dicentium: quia non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Credatur ſymbolo Apoſtolorum, quod Eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat. Hæc eſt Virgo, quæ in vtero concepit, Virgo quæ peperit filium.] Ac rectè quidem Ambroſius non tolùm ad Scripturæ diuinæ authoritatem, ſed etiam ad Symboli Apoſtolici, Eccleſiæque Romanæ traditionem prouocat, & præterea Epiſcoporũ ſiue Sacerdotum conſentientem doctrinam adducit, vt Deiparæ virginitatem cõtra proteruos & impios Hæreticos tueatur, nobisque tuendam eſſe cõmonſtret. Nec poteſt à quoquam negari, Ignatium, Iuſtinum, Irenæum, Tertullianum, Origenem, Cyprianum, hoc eſt, vetuſtiſſimos Eccleſiæ Scriptores, hunc obtinere morem, hãcque loquendi formulã libenter amplecti, vt non ſine Virginis additaméto Mariæ ſoleant meminiſſe. Quid multa? tulit vna omnium Chriſti Mater virginalis appellationis decus: eſtque ita & piè & ſanctè comparatum, vt vbi nomen virginis, vox cælo grata, inferis inuiſa, gentibus popularis, ore profertur, hic Annæ filia, Chriſti parens nominari, nec vlla Virginum alia intelligatur, vt venuſtè Sabellicus dixit.

Receptus loquendi mos, Mariam eſſe Virginem probat.

Contra Antidicomarianitas haref. 78.

Nomen virginis immortale manet, Mariæ.

Epiſt. 88.

Lucæ 1.

Ex quibus fontibus Mariæ virginitas demõſtretur.

Lib. 6. exemplor. ca. 3.

CAPVT IX.

Mariam etiam in partu Virginem permanſiſſe contra veteres ac nouos Iouinianiſtas.

SAtis iam demonſtratum putamus, Mariam ante ſuum partum verè diuinum, Virginem extitiſſe, quæ quum Gabrieli verum Euangelium adferenti aſſenſiſſet, non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine, ſicut loquitur Ambroſius: Filiũ incomparabilem in vtero concepit atque geſtauit. An verò ſimul in partu & poſt partum inuiolata ſemper Virgo perſeuerarit, proximum ac omninò dignum eſt, quòd paulo accuratius perueſtigemus. Etenim nec veteres, nec noui deſunt aduerſarij, qui tũ in partu, tũ à partu ſeruatæ

In hymno Veni Redẽptor gentium.